Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Rerum germanicarum veteres iam primum publicati scriptores VI : in quibus praeter reliquos, Wippo de Conradi Salici imp. vita & tres Antiquitatum Fuldensium diu desiderati libri inueniuntur : in posterioribus tomis sequentur multa quae adhuc supersunt

https://hdl.handle.net/1874/425045

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

PISTORII
SCRIPTORES
RERUM
GERMANICARUM

TOM. 3.

S. fol.

Historia Gentium
Folio nº. 343.

gec

S fol 343. dl 3

RERVM GERMANICA-RVM VETERES IAM PRIMVM PVBLICATI Scriptores VI.

In quibus præter reliquos, WIPPO de CONRADI SALICI IMP. Vita: & tres Antiquitatum FVLDENSIVM, diu desiderati libri, inueniuntur.

In posterioribus tomis sequentur multa quæ adhuc supersunt.

Ex Reuerendiß. Nobilißimi & Clariß. Viri D. IOANNIS PISTORII, *SS. Theologiæ Doctoris, Sanctiß. Domini Noßtri Prælati domeßtici, Eccleß. Cathedr. Vratislauienßis præpoßiti, & S. C. M. conßiliarii bibliotheca, eruti & vindicati.*

FRANCOFVRTI
Apud Claudium Marnium, & heredes Iohannis Aubrii.
M DCVII.
Cum priuilegio S. Cæß. Maießtatis perpetuo.

INSIGNIA

Illustrissimi & Reuerendiss. Principis & Domini

DN. IOANNIS FRIDERICI

ABBATIS ECCLESIÆ FVLDENSIS,

Serenissimæ imperatricis Archicancellarii, per Germaniam & Galliam Primatis, Principis Sacri Rom. Imperii.

Crux orbem cingit quatuor dimensa figuris,
Nigraq; transuersis albicat illa notis.
Iure Crucem triplex sacer ambit circulus, ille
Diis numerus, Terræ Manibus ille sacer.
Hic benè conueniunt, & in vna sede morantur
Quadrata & teretis Nobile schema Tholi.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOANNI FRIDERICO ABBATI FVLDENSI, DIVÆ AVGVSTÆ ARCHICANCELLARIO, PER GERMANIAM & Galliam primati, &c. Domino suo humilimè colendo.

OPTIME plurimumq; de maioribus nostris & Rep. mereri, qui libros veteres & in eis, vel res gloriosè gestas, vel varie habitatas possessasque prouincias, vel liberorum & familiarum procreationes, non domi tantum in vsum seruant, sed ad posterorum longiorem memoriã in publicam lucem sistunt, eoque modo ab interitu atque desperatione tuentur, nullum esse communis rationis compotem existimamus, qui vel inficietur vel dubitet. Nec enim in priscos illos, à quibus nascendi originem sumpsimus, rectior alia grati animi declaratio, quam cum vitã, quam nobis dederunt, mortuis nos reddimus, diuq; sepultos & obliuione inobscuratos, in nouam mundi notitiam ad eorum rursus recordanda nomina & facta restituimus. Deinde nec ad illiciendos in antiquam virtutem posteros, & ad similes Reip. reponendos viros, impressio efficacior, quam cum maiorum & præsertim germanitatis nostræ exempla ante mundi oculos & animos ponimus, magnoq; lumine ad excitandam imitationem pingimus: cum nihil ita nos, ac eorum authoritas, qui nos genuerunt, vel ante nos in eadem gente patriaque vixerunt, ad parem pietatis & fortitudinis exprimendam imaginem moueat & tanquam incussis stimulis impellat.

Quæ consideratio multos nostræ ætatis viros in eam curam coniecit, vt, quæ quisq; de veterum libris & monimentis colligere, suaque quoquo modo facere posset, continuo in apertum referret: tum vt in omnium manibus ad communem vsum versarentur: tum vt multiplicati infiniteq; descripti libri, diutius contra temporum & hominum iniurias supererent, nec facile occasum rursus interitumq; subirent. Vtinam verò ante multos annos, cum in Monasteriorum & Ecclesiarum bibliothecis optimos rerum Germanicarum authores rusticus tumultus aliæq; bellorum tempestates nondum perculissent, ad eandem diligentiæ consiliiq; rationem superior incessisset ætas? Sic enim tũ res nostræ, tum Græcæ & Romanæ, ad maiorem hominum notitiam perfluxissent, & ea in libris apertè legeremus, quæ nunc deleta, ne quidem per coniecturam consequimur, magnoq; nostro damno & maiorum contumelia nescire frustraq; desiderare debemus.

Sed id, vt neglectum & perditum, frustra optamus: nec aliud relictum nobis reliquum est, nisi vt maximi miserrimiq; naufragii paucas in nõ multis bibliothecis sparsas, egreq; seruatas tabulas, quoquo modo auaritię eorũ, qui clàm custodiunt, ereptas, in publicũ statim communi saluti euulgemus, ne aboleri amplius possint, nec diutius iaceant & ab hominũ oculis animisq; peregrinẽtur. Ad quã sentẽtiam ego diu me sic obfirmaui, vt per nostrã prouinciã, quâ suspicio libri est, omnes angulos & latebras excutiam, & repertos libros melioribus literis describi & in Typographiam sine mora dedi iubeam: cuius animi & ante multos annos specimẽ in aliquot Germanicarũ historiarum tomis ostendi, & nũc edẽdis paulatim multis (sed raris) voluminibus repeto: nec desinam nisi publicatis omnib. quæ in manus meas vel eousq; post accuratam diligẽtemq; perquisitionẽ venerunt, vel nouo studio meo deinde adiicientur. Nec gratiam me à lectore collecturum dubito: vel si is qui iam legit, ingratior erit, non deerunt posteri qui in summo beneficio magnum inde historiis rebusq; Germanicis prælatum lumen agnoscent.

Nam, vt pauca de nonnullis, quæ in hoc tomo sunt, dicam, primũ volumen quot quantasque res congesserit, vel nullis antea publicis literis vel non ita luminose traditas? quot Belgicas per liberos & nepotes ductas explicatasq; familias? sine quibus mancam Germanicam Belgicam historiam esse, necessum esset.

Secundus vero libellus qui nũc primum ex tenebris, in quibus per annos 600. latuit, in mundi conspectum meo labore profertur, quantum lumen est in rem historicam? Vt enim alia non essent, eius solo beneficio, Gisalæ, vxoris Conradi Salicis Imp. vera, diu hactenus varieq; disceptata origo asseritur: quam alii quondam Rudolfi Burgundiæ regis postremi sororem, Conradi filiam: rursus alii Henrici sancti ex sorore Gerbirga neptim crediderunt: alii ad Lucẽburgios vel Mosellanos principes, vel ad Franciæ reges: alii aliò retulerunt, summa opinionum varietate & historicorum dimicatione. At nunc ex Wippone (authoris est secundi libelli, certæ fidei scriptor, & Conrado Salico à sacris) sine dubitatione constat, au Hermanno Sueuorum Duce fuisse ex Gerbirga (non Garyopirga) Rudolfi Burgundi sorore susceptam: quò omnia consentiunt. Nec enim Henrico sancto Imperatori Gerbirga soror, nisi religioni deuota & in Chinnsec Abbatissa: cui filiam Gisalam affingere, quam esset in vitam monasticam & in ipsum Salicum probrosum? Hermanno igitur Sueuo, Henrici sancti propinqno, non soror Gerbirga, sed Burgunda Conradi filia Gerbirga nuptum collocata, Gisalam genuit: quæ & primo in Brunonis marchionis Saxonię, ex Henrici Aucupis germanitate: & secundo in Ernesti Sueuiæ Ducis (qui Leopoldi filius) & tertio in Conradi Salici Imperatoris matrimonio vixit: mater ex Salico Henrici III. Imperatoris & aliquot filiarum. Vbi simul veterum scriptorum aliquot & in iis Trithemii turpe deliramentum, erroris conuincitur, quos Henricum III. Comitis à Calw filium, & per filiæ Salici nuptias ad Imperium euectum, comminisci non puduit.

Nec

Nec contentus Vuippo, mariti simul Conradi Salici gentem explicat, & eius patrem Henricum vel Henzilonem: matrem Adelheydam Francici generis, Alsatiæ Ducissam: auum Othonem Francorum: patruum, Conradum Carinthiæ Ducem: patrueles Conradum Carinthium huiusq; fratrem Brunonem Herbipolitanum Episcopum recenset: totamq; familiam ad authorem Conradum Ostrofrancorum & Sueuorum, occisum in bello Vngarico Anno 977. principem, Werneri filium, ducit.

Reliqua non attingemus, quæ de vtriusq; Conradi patruelium ad Romanorum regnum aspiratione: quæ de alterius Conradi in familiæ commodum cessione: quæ de vita & gestis: quæ de pietate & moribus commemorat: quæ sine Wipponis testimonio vel dubitata nobis vel incomperta & neglecta prorsus essent: vt illum non periisse authorem, permagni ad rerum Germanicarum notitiam atq; dignitatem interfit.

Vtinam vero idem reliquis Imperatoribus obtigisset, & quisq; similem nactus Vuipponem esset, qui eius familiã, nuptias, consanguineos, & facta, tum in libris consignasset, tum æquè feliciter ad nos transmisisset. Veterum certè principum magis splenderet, & minus ambigeretur dignitas: nec ita dissimiliter in libris successiones iactarentur. At illa felicitas Conradi fuit: vt hodie eius omnia, tanquam si recenti memoria accidissent, sine errore magna animi lubentia recordemur: qui secundi libelli fructus est, & Vuipponis in nos beneficium.

Accessit tripartitus tertius liber, in quo prouincia tua, Reuerẽdissime & Illustrissime Princeps, tàm exactè dimensa descriptaq; tenetur, vt nullam Germaniæ ditionem vel Strabo vel Ptolomæus, vel istorum hominum aliquis, maiori accuratione atq; diligentia sub notitiam nostrã subiecerit. Ita omnes fluuii, montes, syluæ, vrbes, pagi, vici, personę, antiquissimis nec amplius in commune nobis nomẽclaturis commemorantur, & inter se distinguuntur. Buchoniæ nomen, quod in partem olim vnam conueniebat, hodie toti prouinciæ hæret. Cæteras partes, Grapfeldiam, Vuedreciam, & quotquot supersunt, nuper cum in S. Bonifacii epistolis primum legimus, vt barbara, & horrida (sed simul ignota,) stupuimus: quæ nunc ex tripartito tertio libro sine negotio innotescunt. Ad personas si mos ætatis tulisset, vt cognomenta asscriberentur, quot illustres & nobiles familiæ, tum quæ interciderunt, tum quæ saluæ ad nos incesserunt, in clarissima luce versarẽtur? Sed, præter Hessorum & Hennebergios Comites, in cæteris nec officii interdum locus nec gentilitas nominatur: vt, quorum hominum fuerint, vel prorsus ignoremus, vel ex obscuris suspicionibus ægrè coniiciamus: quod istius seculi consuetudini tribuemus, quæ nobiles, Comites, ipsosq; Duces sine habitationis loco & præfecturis vel familiæ cognomentis absolutè simpliciss imeq; propriis nominibus notabat: forte quod, qui tum Cõradus & inde Dux certi loci & gẽtis esse cognoscebatur, posteris omnibus quis olim fuisset, eodem modo exploratum compertumq; futurum esse, simplices nostri & non nimium curiosi maiores arbitrarentur: vel

quòd ex dignitatibus, quæ in familiis non inhærebant, nec ad filios progrediebantur, non posse familiarum distingui status iudicarent. Id igitur vnum tripartito libro nostro decedit: sed quod commune omniũ veterum librorum atq; traditionum est: in cæteris veterem prouinciæ imaginem, partiẽdis nominandisq; locis omnibus, ante oculos nostros magno cum splendore constituit, vt qui populi, quomodo inter se sedibus abiuncti, quæ loca insederint, & quæ tum fluuiorum, montium, vrbiũ, vicorum, & gentium nomina, æquè hodie sciamus, ac si ante octingentos annos inter maiores nostros in media Germania ætas acta decursaq; nostra fuisset: quod magni meritò facere, & gratias DEO, qui librũ seruauit, persoluere debemus. Cuius similes si quisq; Germaniæ tractus ab antecessoribus consignatos, tam diuq; relictos accepisset, nihil eorum quæ iam à libris deserti desideramus, notitiam memoriamque nostram fugeret: magnaq; cum animi voluptate tanquam præsentes intueremur, vt habitata olim cultaq; patria nostra, vt limitibus spaciisq; discriminata, vt possessa gubernataq; fuerit: vt locis prima nomina & ex quibus initiis patres nostri imposuerint: quæ partim adhuc (sed inflexa corruptaq;) manent: partim à nouis possessoribus nouisq; seculis sublata, in obliuionem aliis nouis substitutis abierunt.

Ad tres illos libros, quos ordine commemorauimus, adiuncti tres sunt alii: Augustanum, Constantiense, & Mindense Chronicon: quibus nouam laudationem hoc loco non dabimus: laudare, ne epistola longior sit, seipsos sinemus; iucundos certè (tametsi asperiori latinitate) propter res, quas in se complectuntur, & propter familiarum prouinciarumque tractationem, futuros esse lectori non dubitamus.

Ex illis igitur omnibus hic tomus, quem in lucem edimus, ad molem istam accreuit: qui cùm sub magni principis nomine emittẽdus in publicum esset, nulli nuncupari rectius maioribusq; de causis, quàm tibi Reuerendissime & Illustrissime princeps potuit. Primum enim in tres ille partes diuisus liber tuus est, monasteriiq; & principatus tui proprius: quem ante annos quinquaginta ab hæretico (prædicante historico) surreptum, ego in magni Germaniæ Comitis Bibliotheca sepultum reperi: statimq; reddendum in locum vnde detractus fuit, & in cuius rem & vsum pertinet, sensi: sed vt simul, ne nouam rursus ex simili periculo mortem obiret, publici iuris fieret, nec amitti amplius posset. Erat olim hæreticis direptioni & prædæ Fuldensis monasterii tui amplissima veterumq; librorum ad miraculum pleniſſima Bibliotheca: equestris vnius viri culpa, qui existimatione apud Abbatem florebat. Is verò, qui hũc librum authoritate Cæsaris, à quo literas habuit, ad vtendum cum aliis multis sumpserat, posteà variis procellis circumiactatus & morte oppressus, retinuit: & vt ad crapulam proiectus erat, cum multos in diuersoriis oppigneraſſet, qui posteà perierunt, illum eundem & paucos alios Comiti reliquit: in cuius carcere, à nemine animaduersi, eousq; delituerunt. Magna verò certè incessi lætitia, cùm Illustrissimus & doctrina, virtuteq; præcellens Comes, prioris Comitis hæres, Dominus Ioannes

Georgi-

Georgius Zolleranus, Eitel Friderici filius, (qui ipse plures euulgandos curabit) copiam libri faceret, & ad describendum permitteret: tùm vt magnum Germanicę antiquitatis tanquam de nouo effossum è terra thesaurum & publicæ lætitiæ materiam omnibus impertirem, tum verò vt eo modo ad idem limen, vnde alii exportauerant, rediret postliminio, & rursus tibi monasterioq; tuo ad recordandam & confirmandam veterum possessionum originem seruiret: quo vno ita magnã me initurum gratiam speraui, vt, si ingentem auri opulentiam dedissem, non possem maiorem.

Mittere igitur necessariò & ex officio in manus tuas & in nouũ veteris Archi tui ius: sed simul tradere per epistolam publicam debui, vt & receptum meo studio librum posteritas sciret, & vt ab omni occasu iniuriaque securior liber esset. Nec peccasse me, cum rem in omnes partes perpendo, nec alitet te, quàm in beneficii loco habiturum arbitrari possum: quæ vna inscriptionis causa.

Deinde singularem in me meosq; propensionem ab integro biennio multis exemplis ostendisti, vt quam vicissim grati beneficiorumq; memoris animi significationem redderem, diu multumq; iam mecum deliberem. Hęc igitur cum se primum offerret occasio, accepta subitò libenterq; fuit, ne gratiam, si diutius tacerem, oblitus viderer: cum mihi, vt honesto viro, antiquius magisq; cordi nihil sit, quàm profiteri publicè, magnis me à te, Reuerendissime & Illustrissime Princeps, affectum ornatumq; beneficiis, ita deuotum in seruitutem tuam constrictumque teneri, vt quomodo exeam, si ætatem vitamq; totam impendam, nõ videam. Nec id solum sed tertio fuit muneris mei vt dignitatem, quæ post mortem antecessoris (Bone DEVS qualis & quanti olim Principis? & quàm beati iam in cœlesti Rep. ciuis?) tibi iure merito tributa fuit, & quò aliqua etiam (sed posterior) cura mea accesit, non priuatis tantũ literis, sed publico & ante omniũ oculos proposito libro gratularer, pariterq; testatum facerem, in alium qui prioris principis & pietate & Catholicæ religionis studio similior, & virtutibus omnibus vicinior esset, non potuisse ampliſſimã illam Fuldensis Abbatiæ rectionem & in excelsum Germanię principatum successionem transferri. Sic enim & semper consueuisti & iam præsertim in summum locum dignitatisq; gradum euectus, vitæ regniq; tui rationes subducis, vt non solum, quemadmodũ in Romanum vniuersum Imperium lumen & ornamentum ingenii iudiciiq; tui proferas, sed quomodo Catholicam, quæ sola vera & CHRISTI est, locis istis afflictam & hæreticorum pedibus & linguis conculcatam religionem iterum extollas, & errantem nobilitatem ac plebem in viam salutis reuoces, noctes atque dies solicite anxieq; perquiras, & in eo laborem omnem tuum versari exerceriq; sinas: præsertim verò ne princeps Balthasarus antecessor tuus, terræ & cœli decus, cuiquam vel Imperii amantior vel asserendæ religionis & obliterandæ hæresis cupidior diligentiorq; cuiquam videatur. Qua in re & DEO & Pontifici Cæsariq; places, & omnium qui solius DEI gloriam & Germaniæ salu-

tem cordi habent, in te animos oculosq; conuertisti: vt nihil nisi te, zelumq; tuum loquantur: ad progressiones tantum diligentiæ tuæ respiciant: successum felicem & vitam diuturnam ad absoluenda illa, quæ pro fide Catholica ad imitandum proximum nuper mortuum superãdumq; principem suscepisti, magnis ardentibusq; votis optent.

Atq; hæ causæ sunt, cur & Reuerendissimo Illustrissimoq; nomini tuo præsentem tomum nuncupauerim, & cur si intermisissem, alienũ ab officio virtutis pietatisq; meæ fecissem. Suscipe igitur Reuerendissime & Illustrissime princeps, cum libro humilimum me tuiq; obseruantissimũ seruum: nec patere, vt vel libro frustrâ obstrigillent obtrectatores, vel mea in te fidelissima constantissimaq; veneratio (quæ perpetua erit) in dubitationem vel suspicionem vnquam deueniat. DEUS te Ecclesiæ, Imperio & nobis in multos annos seruet, ornet, augeat. Sic quotidie & opto & ad DEUM intercedo: & solent mecum boni viri quàm plurimi. Friburgo Calendis Augusti, Anno 1607.

Celsitudinis Reuerendissimæ Illustrissimæq; tuæ

seruus humilimus & paratissimus,

Ioannes Pistorius D. Ser.mi D.ni N.ri prælatus domesticus, Ecclesiæ Cathedralis Vratislau. præpositus, S. C. M.ti à consiliis.

CONTI-

CONTINENTVR

HOC RERVM GERMANICARVM TOMO ORDINE HÆC:

I. Magnum Chronicon, *in quo cumprimis Belgicæres & familiæ diligenter explicantur. Authore, vel Collectore ordinis S. Augustini canonicorum Regularium prope Nussiam religioso.* *fol.* 1

II. Wippo *de vita Chunradi Salici Imperatoris.* *fol.* 421

III. *Germanicarum antiquitatum thesaurus: vel* Traditionum Fuldensium *libri* III. *fol.* 445

Singularum traditionum enumerationem subiecimus statim post sequ. pagina, vt ibi simul in conspectu essent.

IV. Augustanum Chronicon Ecclesiasticum, *authore Sigismundo religioso.* *fol.* 589

V. Chronicon Episcopatus Constantiensis, *inchoatum à* Iacobo Manlio *Brigantino Doctore: postea auctum ab alio bono viro adiectis Episcoporum familiis.* *fol.* 615

VI. Chronicon Episcoporum Mindensium, *incerto Collectore: cum Ecclesiæ illius priuilegiis.* *fol.* 723

TRADITIONES QVÆ CONTINENTVR IN LIBRIS III. FVLDENSIVM.

Traditio bonorum in Hirtzfeld vel Beogo Hnutlingen & Wintgrabē. 445
Traditio mancipiorum & bonorum Hadaburgi & sororis. 445
Traditio bonorum & mancipiorum in Lurungum & Soltzidorfer marca. 446
Traditio mancipiorum in Tulba. 446
Traditio bonorum iuxta Scammunfuldam fluuium. 446
Traditio bonorum mancipiorū in villa Hnutlingen. 447
Traditio bonorum in Muotwinesheym. 447
Traditio quinque mancipiorum. 449
Traditio bonorum in Ostheym & Munirichesstat. 447
Traditio bonorum in marca ad fluuium Stidinam. 447
Traditio bonorum in Baldmunteshus. 448
Liberalis Tradi. in multis pagis & villis 448
Traditio bonorum & mancipiorum in Peratleibeshusen & Wintgraben. 449
Traditio bonorum & mancipiorū in Wintgraber & Hramnunger marca. 449
Traditio bonorum & mancipiorum in marca & villa Chizzige. 450
Donatio bonorum & mancipiorum in Adalfrideshusen. 450
Donatio bonorū & Hruttilinger marca. 450
Traditio singularis numero duodecim. 451
Traditio bonorum in Lutteru. 452
Traditio bonorum & mancipiorū in Wintgraba. 452
Traditio bonorum in Fliedinu. 453
Traditio bonorum in Swabriot. 453
Traditio bonorum in eadem villa Swabriot. 454
Traditio bonorum in villa Vthorpe. 454
Traditio bonorū in villa Langendorf. 454
Traditio bonorum in Speichbach & Sinnaugewe. 454
Traditio bonorum in villa Wintgraben. 454
Traditio bonorum in Lichtolfesbach. 455
Traditio bonorum in villa Vrtorphe. 455
Traditio bonorū in Kizzehero marca. 455
Traditio bonorum & mancipiorū in Chizzichi. 455
Traditio diuiduæ capturæ in Fleidinu. 456
Traditio bonorum & mancipiorum quorundam. 456
Traditio bonorum & mancipiorum, non nominato loco. 456
Traditio bonorum in Hnutlingen. 456
Traditio bonorum in marca Tulbu. 457
Traditio bonorū in Egihelmeshus. 457
Traditio bonorum in Elmasa. 457
Traditio bonorum in Fleidener marca. 458
Traditio bonorum in villa Fleidinu. 458
Traditio bonorum incognitorum. 458
Traditio bonorum in villa Tulba. 558
Traditio bonorum. 459
Traditio bonorum in Ostheym & Munirihestate. 459
Traditio bonorum in Hnutlinger marca. 459
Traditio bonorū in villa Haholfesbach. 460
Traditio bonorum in villa Scuntru. 460
Traditio bonorum in villa Fleidinu. 460
Traditio bonorum in villa Hnutilinga. 461
Traditio bonorū in Hnutilunger marca. 461
Traditio capturæ in fluuio Scuntru. 461
Traditio bonorum in Hutahu. 461
Traditio vnius iugeri. 462
Traditio bonorum in villa Suaberot cum mācipiis. 462
Traditio bonorum in Chiuzicha. 462
Traditio bonorum in Marca Hamelunburg in villa Thiofbach. 462
Traditio capturæ in fluuio Fleidina. 463
Traditio bonorum in Fleidiner marca. 463
Traditio bonorum in villa Chizzicha. 463
Traditio bonorum in villa Wintgrabē. 463
Traditio bonorum in Arinebrunnen & Langendorf. 464
Traditio bonorum in Anrefrideshusē. 464
Traditio bonorum in Scuntra. 464
Traditio bonorum in Walperacht. 464
Traditio pecorum & vestium. 465
Traditio bonorum in Lichtolfesbach, Asefeld & Bonland. 465
Traditio bonorum in villa Tulba. 465
Traditio capturæ in Scalageuuono Marca. 465
Traditio bonorum in villa Hohheym. 465
Traditio bonorum in villa Vrdorf. 465
Traditio bonorum & mancipiorum in Wighartesheym. 466
Traditio bonorum & mancipiorum in loco non nominato. 466
Traditio bonorum in villa Vrdorf & Chinzziga & Adelfrideshusen. 466.

Tradi-

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Tulba. 467
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Wintgraben. 467
Traditio bonorum in Kizicchcr marca. 468.
Traditio bonorum in Hengiſtorf. 468
Traditio bonorum in villa Nutalinga. 468
Traditio bonorum in villa Tulba. 468
Traditio bonorum in villa Oſtheym. 469
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Oſtheym. 469
Traditio bonorum ſuperioris Saltzbronnen, prope Chizzinga in pago Salageuuc. 469
Traditio bonorum in villa Eſchinabach. 469.
Traditio partis de Saltzbronna prope Chizzinga. 470
Traditio bonorum & mancipiorum in pago Salageu. 470
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Machtolfeshus. 470
Traditio in Karagoltesbach villa. 471
Traditio vineæ in villa Machtolfeshus. 471.
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Karagoltesbach in pago Aſefeld. 471
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Langendorf. 471
Traditio pecorum & ſupellectilis. 472
Traditio pecorum & mancipiorum. 472
Traditio capturæ in fluuio Elmaha. 472
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Elmaha. 473
Traditio capturæ in fluuio Elmaha. 473
Recuperatio capturæ Monaſterio ablatæ. 474
Traditio capturæ in Elmaha infra terminum Kinziga. 474
Traditio bonorum in pago Salageuu. 474
Traditio bonorum in villa Bolanten. 475
Traditio cenſus de bonis in Scuntern. 475
Traditio bonorum in Weſtheym, Aſefelden & Aſchau. 475
Traditio bonorum & mancipiorum Aſefelde. 476
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Aſefeld & Bonlanten. 476
Traditio bonorum & mancipiorum in Hemmingeshus & Niuuheim. 477
Traditio bonorum in Obaſesfeld & in pago Aſefelden. 477
Traditio mancipiorum in Huntzesfeld 477
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Aſefeld. 478
Traditio prati in vico Aſefelden. 478
Traditio bonorum in Aſefelder marca. 478
Traditio bonorum in Bonlanten. 478
Traditio in villa Aſefeld. 479
Traditio bonorum & mancipiorum vnius in villa Iuzenheym. 479
Traditio bonorum in villa Graſatelli. 479
Traditio bonorũ in villa Muotiuesheim. 479
Traditio bonorum in villa Arcahu in pago Weringaw. 479
Traditio bonorum in villa Tungide. 480
Traditio bonorum in villa Heſinlar. 480
Traditio bonorum in Waldſaze & Himmineſtat. 480
Traditio bonorum in villa Metuhenfeld. 481
Traditio capturæ in fluuiis Fleidinæ & Dulbæ. 481
Traditio bonorum in villa Hrammunga vel Hramnunga. 482
Traditio bonorum & mancipiorum ſine nomine loci. 482
Traditio bonorum in Aſefelder marca. 482
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Scuntra. 483
Traditio bonorum & mancipiorum in Scuntra marca. 483
Traditio bonorum in villa Nittalinga. 483
Traditio bonorum in villa Nittilinga. 484
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Vridorf & Hutilinga. 484
Traditio bonorum in Vridorf & Adalfrideshuſun. 485
Traditio bonorum in Matolfeshus. 485
Traditio bonorum in villa Tulla. 485
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Altendorf. 486
Traditio bonorum in Heſſorum prouincia ſex villis. 486
Traditio bonorum in villa Vrthorff. 487
Traditio bonorum & mancipiorum in Hohheym, Weſthuſen, Gerwineshuſen. 487
Traditio bonorum in Helmrihesſon. 487
Traditio bonorum in villa Vitorpff. 488
Traditio mancipiorum quatuor. 488
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Scuntra. 488
Traditio in villa Swinfurt. 489
Traditio capturæ prope cellam Lichtolfes. 489
Traditio bonorum & mancipiorum. 489
Traditio bonorum in villa Kizicha. 489
Traditio bonorum & mancipiorum in Brumoſtetin, Wigreshuſin, Speozesheym & Brezzeſtat. 490

Traditio bonorum in villis Celling, Rostorf, Duesta, & Ruomfeld. 490
Traditio bonorum infra terminos villæ Cellinge. 490
Traditio bonorum & mancipiorum in pago Salageuue. 491
Traditio bonorum in villa Binuzfeld. 491
Traditio capturæ in Beinerestat & Drossestat. 491.
Traditio Hessi Comitis in loco Zuuincilesbach. 492
Traditio diuersæ. 492
Traditio Comitis Hessi in Otekaresdorf. 493
Traditio bonorum in cella & aliis locis. 493
Traditio bonorum in Luchisono & in Kazrhono. 495
Traditio villæ Maresfelden. 495
Traditio bonorum in Luchisono. 495
Traditio bonorum in Luchiserana Marca, & in villa Niumbruma. 496
Traditio bonorum in villa Frihus. 496
Traditio bonorum in Iucchisono Marcu. 496
Concambium Domini Abbatis & Rodolphi Comitis. 497
Traditio bonorum in Marca Luttura. 497
Traditio mancipii. 498
Traditio bonorum in Wolfeshard. 498
Traditio bonorum in villa Gohhusa sub Abbate Sastinio. 498
Traditio bonorum in Mitelesdorf. 499
Traditio bonorum in Nordheym. 499
Traditio bonorum in Muniherstad & Hahulteshеym. 500
Traditio bonorum in Westhus. 500
Traditio bonorum in pago Paringe & in villis Sādheym, Northeym & Pladungē. 500
Cambium areæ in villa Herisa. 501
Traditio bonorum in Sala. 501
Traditio bonorum in Bohonia. 501
Traditio mancipiorum & agrorum & pratorum in villa Rostorphe. 501
Traditio bonorum & mancipiorum in Stocheym & Wacheym. 502
Traditio bonorum in Nordheym, Hoitine, Herisatorf, Sulzsfeld, Suuallungen, Chunitorpē, Pargdorf, & multis aliis locis. 502
Traditio bonorum in Marca Hengistorf & Hrannungen. 503
Traditio bonorum in Swinfurter marca & aliis Marcis. 503
Traditio Willibaldi Episcopi in terris & mācipiis. 503
Traditio bonorum in Landsfrideshus. 503
Traditio bonorum in pago Asecinx in quibusdam villis. 504
Traditio in Tagamat, Peinheiristeti, Trossestеti, Marahasfeldum. 505
Traditio bonorum in pagis Grapfelden & Gozfelden. 505
Traditio bonorum & mancipiorum in Adreodum. 505
Traditio bonorum in Marchereshusen villa, 505
Traditio bonorum in Geltersheym, Hengistorph, Roumfeld, Machesbach, Bohhesheym. 506
Traditio bonorum in Troncheym. 506
Traditio bonorum in Munrichestet, Hengistorf & Raunungen & Salu. 507
Traditio bonorum in Zalu. 507
Traditio bonorum in Baldmundeshusen. 507
Traditio bonorum in villa Marchereshusen. 508
Donatio facta Monasterio Milize. 508
Traditio Abbatissæ Emhildæ quam fecit monasterio Fuldensi. 510
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Streuu. 511
Traditio mancipiorum in pago Tollifeld & Grapfeld. 511
Traditio bonorum in Wangheymer marca. 512
Traditio bonorum in villa Madibach. 512
Traditio bonorum in Ramnunger & Habbesbacher & Hengistorfer marca, ad villam Giusungen. 513
Traditio bonorum in Hoitono marcu. 514
Traditio bonorum & mancipiorum in loco Brataphu. 514
De Satesdorf Marca & Saresdorf. 514
Traditio bonorum & mancipiorum in Geltresheym. 514
Traditio bonorum in Theotricheshus in pago Grapfeld. 515
Traditio bonorum in villa Salu in pago Grapfeld. 515
Traditio bonorum & mancipiorum, in Orthereshus. 515
Traditio capturæ in villa Berghohe. 516
Traditio duorum mancipiorum. 516
Traditio bonorum in Geltresheym. 516
Traditio XIII. mancipiorum. 516
Traditio bonorum in villa Beinsegesuuang Grasatel. 516
Traditio bonorum in Swinfurtin, Entrungesbach, Geltresreheym, Grasetellin & Ebalichbechin. 517
Traditio bonorum iisdem villis. 517
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Paringen. 517

Tra-

Traditio bonorum in villa Oppahu. 517
Traditio clerici vnius & capſæ. 518
Traditio octo mancipiorum. 518
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Atihuſen. 518
Traditio bonorum in villis Oſtheym, Sundheym, Weſtheym, Elſpiu, & Mitilesdorf. 519
Traditio mancipiorum. 519
Traditio bonorum in villa Hluringen. 520
Traditio bonorum in Munichireſteti. 520
Traditio ancillæ. 520
Traditio bonorum in Zuuisgenfaccho. 520
Traditio bonorum in villa Oſtheym & Woltesstreuua. 520
Traditio bonorum in Weſthus cum mancipiis. 521
Traditio bonorum in Munichireſtat. 521
Traditio bonorum in marca Munirichesſteti. 521.
Traditio bonorum in pago Paringen. 522
Traditio bonorum in Munirichesſtat. 522
Traditio bonorum in Grimaha. 522
Traditio bonorum in villa Hungeratheshuſen. 522
Traditio bonorum in Herifathorpf, Hoitine, Nzentheym & Wagenhuſen. 522
Traditio bonorum in Geltresheym cum mãcipiis. 523
Traditio Comitis Erpholdes in Sonesdorf. 523
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Ranungu. 523
Traditio bonorum in Rannunger marca. 523
Traditio bonorum in villa Theodorf & Sũdheym. 524
Traditio bonorum in Birchfeldona marca. 524.
Traditio capturæ in villa Grazzesſtat. 524.
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Munrichſteten. 525
Traditio tredecim mancipiorum. 525
Traditio mancipiorum & bonorum in Oſtheym, Sundheym, Weſtheym, Elſpa, 525.
Cambium Abbatis Hadamari cum Werino. 525
Conſecratio templi in Sliereta. 526
Cambium Brunonis fratris Othonis Imperatoris & Abbatis Hadamari. 526
Traditio prædii & mancipiorum in Wolfesharoder marca. 526
Terminatio & dotatio Eccleſiæ in Eſtigenfeld. 526
Traditio bonorum & mancipiorum in Sigifrides, Schambach, Weſtheym, & Mitilesdorf. 527
Cambium Abbatis Hadamari cum vaſallis ſuis. 527
Traditio bonorum & mancipiorum. 527
Traditio bonorum in villa Nordheym. 528
Traditio bonorum in terminis Golthesheim. 528
Traditio bonorum in terminis villarũ Weſtheym & Eliſpa. 528
Traditio duodecim iugerum in terminis Oſtheimen. 528
Traditio duodecim mancipiorum in pago Grapfeld. 529
Traditio bonorum in villa Gruonbach. 529
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Rosdorff & in Thuringia in villa Teitelehu. 529
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Greuiſingen. 530
Traditio bonorum in Walgereshus. 530
Traditio bonorum in Nordheym, Lengifeld, Stocheym, Sultzfeld, Eppe, Iſanasheym, & Bleihfeld. 531
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Madibach. 531
Traditio bonorum. 532
Traditio prædii Barahæ. 532
Traditio bonorum & mancipiorũ in Baringheimer marca. 532
Traditio bonorũ in terminis Hahotfesbachhono. 532
Traditio in villa & marca Chizzinga & Luhubach. 533
Traditio mancipiorum. 533
Traditio duorum mancipiorum. 533
Traditio bonorum in villa Sala. 534
Traditio capturæ in Biberahu. 534
Traditio bonorum in terminis villæ Oſtheym cum quatuor mancipiis. 534
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Sala. 534
Traditio ancillæ. 535
Traditio bonorum & mancipiorum in villis Rusdorf & Vulfricheshuſen. 535
Traditio ſerui in pago Grapfed. 535
Traditio trium iugerum in Friſenhus. 535
Traditio vnius prati in villa Sundheym. 535
Traditio bonorum in villa Turphſilin. 536
Traditio bonorũ in villa Geltersheym. 536

Traditio partis capturæ in Baringe in terminis villæ Sundheym. 536
Traditio duarum salinarum in terminis villæ Kizziche cum pratis & agris. 537
Traditio bonorum in villa Wolfeshard. 537
Traditio bonorum in Heilingo & in Lurengo marcis. 537
Traditio vnius iugeri in villa Weithaha. 537
Traditio duorum seruorum. 538
Traditio duorum iugerum in Heilingo marcu. 538
Traditio capturæ in fluuio Hasolacha & in Marchahles in marca Maresfelde. 538
Traditio capturæ & bonorum ad fluuium Hlutraha in sylua Bocchonia cum mancipiis. 538
Traditio duorum iugerum in Gerinesheima marca. 539
Traditio quinque iugerum in Heilingo marcu. 539
Traditio bonorum in pago Paringe cum mancipiis. 539
Traditio bonorũ & capturæ & mancipiorum in villa Wihtungen & Embrichenhusen. 540
Traditio bonorum & mancipiorum in villis Sundheim, Nordheim & Strewia. 540
Traditio centum quinquaginta duorum iugerum in Iusicho marcu. 540
Traditio villæ Maresfeld cum tribus puellis. 441
Traditio bonorum & mancipiorum in villis Altenstein & Grezzistat. 541
Traditio alia villæ Maresfeld. 542
Traditio bonorum in villa Westheim. 542
Traditio LX. iugerum in villa Westheim. 542
Traditio serui. 542
Traditio pratorum & vnius iugeri in villa Sundheim. 543
Traditio iugeri & pratorum. 543
Traditio bonorum in villa & marca Marahasfelde. 543
Restitutio quorundam bonorum ad monasterium sub Comite Poppone. 544
Traditio bonorum in Hruadhelmeshusen & Calbachha, Chinzthuruogu & Vzunacha. 544
Traditio bonorum in terminis Wolfheiuera. 544
Traditio bonorum in Sala. 545
Traditio capturæ in Bibarahu. 545
Traditio dimidiæ capturæ in Werinesbrunnen & vnius Hubæ duorumque puerorum inter Ostheym & Sundheym. 545
Adiudicatio superioris capturæ. 545
Traditio bonorum in Lengenfeld. 546
Traditio capturæ in Sulzaha in terminis villæ Sundheym. 546
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Wietahu. 546
Traditio bonorum in Iuchisa. 546
Traditio bonorum & mancipiorum in pago Grapfeld. 547
Traditio vnius mancipii in Marca Grapfeld. 547.
Traditio quatuor mancipiorum. 547
Traditio quadraginta iugerum in Marca Sundheym. 548
Traditio quatuor mancipiorum in Rosdorf & vnius comprehensionis in Baringensem marca. 548
Traditio quatuor mancipiorum in villa Sulzifeld. 548
Traditio bonorum in villa Sundheym. 548
Traditio bonorum in villa Hlutru. 549
Traditio Ecclesiæ hubæ & quatuor mancipiorum. 549
Traditio bonorum in Mahesfeld. 549
Traditio bonorum infra terminos villæ Manrichesstet. 549
Traditio bonorum in pago Grapfeld. 549
Traditio bonorum in villa Altheym. 550
Traditio quinque mancipiorum infra terminos villæ Sala. 550
Traditio bonorum infra terminos villæ Ibistat. 550
Traditio bonorum & mancipiorum in villis Atihusen & Salu. 550
Traditio bonorum & mancipiorum in terminis villæ Ostheym. 551
Traditio bonorum & mancipiorum in villa & terminis Sundheym. 551
Traditio capturæ in Swarzemuore. 552
Traditio vnius Bifangi in Grapfeldono marcu iuxta Wentilgereshusen. 552
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Munirichestat. 552
Cambium inter Abbatem & Laicos in agris & sylua in Orentileshusen villa. 552
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Gimũd Sezalaha Vntrangewis Walabur, Helidberg, Wancheym, Helidunga, Asiseshus & Herigolteshus. 553
Traditio bonorum in Meginherichus vbi Weitahu in Vlstram influit. 553
Traditio bonorum in Steinah in Wetarunga marca. 554

Tra-

Traditio areolæ & partis ſyluæ in Hengiſgera marca. 554
Traditio duarum hubarum in Noridheimer & Theodorpher marca. 554
Traditio bonorum & mancipiorum in Marahesfeldono & Dachhador. 554
Traditio duorum mancipiorum. 555
Traditio in villa Wetaruuga. 555
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Iuhhuſen. 555
Traditio bonorũ in villa Maracheſſeld 556
Traditio bonorum aliorum in Marachesfeld. 556
Traditio bonorum in villulis Elidburg, Hettilebars & multis aliis. 557
Traditio bonorum in villa Stetihaha. 557
Traditio bonorum in villa Wchitaha 558
Traditio bonorum in villa Machasbach. 558
Traditio bonorum in villa Fridirihot. 558
Traditio bonorum & mancipiorum. 559
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Rodahuſan & in Oſtheym. 559
Traditio capturæ in Sundheimeromarcu 559
Reſtitutio ablatæ ſyluæ. 559
Traditio bonorum in villa Wolfmunteshus 559
Traditio bonorum in villa Wrazaha. 560
Cambium inter Adalbertum ſtrenuiſſimũ Comitem & Fuldenſem Abbatem Hugerum 560
Traditio bonorum in Dungdorf. & Thietirich Chashuſen. 560
Concordia inter Epiſcopum Wurzburgenſem & Abbatem Fuldenſem. 561
Traditio mancipiorum. 561
Traditio bonorum in villa Eliſba Rubenhus & Clingiſon. 562
Traditio bonorum in villa Iuchiſa. 562
Traditio bonorum & mancipiorum Weſtheim & eius finibus. 563
Traditiones duæ. 563
Traditio bonorum & mancipiorum in Starefrideshuſen. 563
Traditio bonorum in Marchereshuſen. 564
Traditio capturæ in Steinach. 564
Traditio capturæ in Thiodorf. 564
Traditio bonorum in Hohheym. 564
Traditio bonorum in Hishereshuſen, Herolfeſteti & Adololfesleibi. 565
Traditio bonorum in villa Iuchiſa 565
Traditio bonorum in Swinfurt. 566
Traditio bonorum in villa Kizzinge 566
Traditio bonorum in Rahingeshuſen. 566
Traditio bonorum in captura Aten. 566
Traditio bonorum in Sundheym. 567
Traditio bonorum in Aſchaha 567
Traditio partis capturæ in Rotmulti. 567
Traditio bonorum in villa Hoherot vel Vualtratæhus. 568
Traditio capturæ in Weſthymer marca. 568
Traditio bonorum in villa Waldbarig. 568
Traditio bonorum in Reodon & Grimeſrod. 569.
Traditio bonorum in Munencheſtat. 569
Traditio iurium & bonorum in multis villis Comitatus Kriſtiani. 569
Traditio bonorum & mancipiorum in villa Hoſtheym. 570
Traditio bonorum in Waldberingen. 571
Traditio bonorum in Marachesfelder marca. 571
Traditio bonorum in Haſegow. 571
Terminatio aquarum & ſyluarũ Monaſterii Salechem. 572
Cambium inter Comitem Stephanum & Abbatem Huogge. 572
Cambium aliquorum locorũ cum Viſchbach. 573
Traditio vel Cambium bonorũ in Weithaha & Fiſchbach cum captura in Sigmareshuſen & Hiltiriches 573
Traditio bonorum in Vezzarum, Heſilinu & Liopgario 574
Traditio bonorum in Comitatu Kriſtiani Comitis. 574
Traditio bonorum in Wetterauia, in Lintheym, Treiſe, Mugiſtat & Ruommotuhuſen & Quetterbrunne. 575
Traditio bonorum in Wanolfshuſen & Nithari marcis in Wetterauga. 575
Traditio bonorum in villa Dingesleia & Heigeſdorf. 576
Traditio bonorum in prouincia Tullifeld in comitatu Bobonis in Roſdorfer marca 576
Traditio villæ Sandes & beneficiorum quorundam in Wiggeres. 576
Traditio bonorum prædii in Heitnefeld. 577
Traditio bonorum prædii in Huten vel Hotey 577
Traditio villulæ Snepferot. 577
Traditio bonorum in Bonlanden Hundesfeld & Hamelenburch. 577
Traditio prædii in Blocheym. 577
Traditio prædii in Hennenrot. 577
Traditio prædii in Sualmana. 578
Traditio villæ Schreckesbach. 578
Traditio bonorum in Abechenlingen & Hunheilingen. 578
Traditio bonorum in Burchartes & Bellemunt. 578

Traditio prædii in Kolpendorff. 578
Traditio prædii in Bidolfesrot. 579
Traditio bonorum in Vtelesbach. 579
Traditio prædii in Sigwantes. 579
Traditio prædii in Sterrenrot. 579
Traditio prædii in Wisendach. 579
Traditio villæ Elbewines. 579
Traditio prædii in Asberg. 580
Traditio prædiorum in Salungen. 580
Traditio bonorum in Sundheym, Northeym & Mietdelsdorff. 580
Traditio prædii in Asmareshusen. 581
Traditio prædii in Huten. 581
Traditio prædii in Kamercella. 581
Traditio prædii in Rodenkirchen. 581
Traditio villulæ Waden. 581
Traditio II. Hubarum in Nuhenstete. 581
Traditio bonorum in Rosdorff & vicinia. 581.
Traditio de Hagenbach. 582
Traditio villæ Elench. 582
Traditio bonorum in Tulba & Currihagen. 583
Traditio bonorum in Bonlanden & Hundesfeld. 584
Traditio agrorum, domorum, & Molendini in Northeym. 584
Donatio decem mansorũ in Pfaffenhusen. 584
Nouale abbatis in Sylua Braniurst. 584
Traditio quatuor talentorum. 585
Traditio curtis Diudenhusen & aliorum. 586
Traditio census XV. solidorum. 586
Traditio bonorum in Owa & villæ Sigenrot. 586
Traditio de Wisefeld & Seueld. 586
Traditio bonorum in villa Wiweres. 587
Traditio bonorum in finibus Iuchisono. 587
Cambium inter Popponem Episcopum & Dominum venerabilem Abbatem Hadamarum. 588

MAGNVM CHRONICON

IN QVO CVMPRIMIS BELGICÆ RES ET FAMILIÆ DILIGENTER EXPLICANTVR.

AVTHORE, VEL COLLECTORE ORDINIS S. Augustini canonicorum Regularium prope Nussiam religioso.

ANno Domini LIV. Regni autem Claudii Cæsaris duodecimo, Episcopatus vero Beati Petri Apostoli decimo, Sanctus Eucharius, vnus de numero septuaginta duorum discipulorum, ex præcepto Beati Petri Apostoli cum sociis suis Valerio & Materno ad prædicandum Gallicis gentibus, Treuirim venit, cuius infidelitatis arcem deuincens, veræ religionis arcem obtinuit, & eiusdem Pontificatum 23 annis tenuit sepultus in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ, quam ipse ante portam mediam construxerat & in circuitu eius cœmiterium benedixit. Hæc ex gestis Pontificatus eiusdem verbis. *Treuirensia.*

EODEM tempore Beatus Petrus dirigit Lemouicas S. Martialem per quem Valeria conuertitur & prima Romanarum fit martyr. Item Vrsicinus qui Natanael fertur fuisse, Biturigas, Iulianus qui Simon leprosus fuisse asseritur, mittitur ad Cenomanos. Iulianus trium mortuorum suscitator est, Clemens Patruus (vt creditur Clementis Papę) mittitur Metas, Mansuetus Tullum, Frontonius Petragoricas, Menius Cathalonicas (Hæc Albericus.)

SANCTVS Valerius Treuirorum secundus Archiepiscopus. Cœpit Anno Domini LXXVII. & præfuit annis XV. cuius prædicationis tanta fuit vehementia vt iam tunc per Galliam & Germaniam Christiani paganos numero & religione superarent. Sepultus est ipse in eadem Ecclesia iuxta corpus S. Eucharii, &c. *Sub Vespasiano.*

POST decessum Beati Valerii Maternus Pontificalem suscipiens apicem, quadraginta annis talentum sibi creditum feliciter multiplicauit. cœpit autem XI. anno Cleti qui fuit decimus annus Domitiani Imperatoris, Anno videlicet Domini XCII. Iste Tungrenses & Colonienses ad fidem Christi conuertit. Et his tribus ciuitatibus Pontificali præsedit iure. In quibus singulis ferunt Pentecostes die diuinum officium celebrasse.

IN hoc tempore fecerunt Treuirenses subterraneum vini ductum à Treuiri vsque ad Coloniam per pagum Bedonis, per quem vini copiam Colonienſibus amicitiæ causa misere. Eisdem diebus venit Treuirim Sanctus Nazarius, prædicans Christum, sed à ciuitatis infelicissimo Principe Cornelio fuit Domitiano Imperatori delatus. Hæc ex gestis eorundem Pontificum.

CIRCA exordium gestorū prę sulum sanctę Colonię sis Agrippinę Ecclesię restat aduertendū, Quod ipsa sancta ciuitas Colonia Agrippina ad prædicationem S. Materni recepit fidem Domini nostri Iesu Christi circa annum incarnationis Dominicæ XCIV. (Aliqui dicunt XC.) Pontificatus sui Treuirensis Anno tertio, Clementis vero Anno primo, Imperii Domitiani duodecimo Anno. Namq; sicut legitur in vita dicti S. Materni Beatus Petrus Apostolus summi Pontificis cathedram in vrbe Roma adeptus misit plurimos discipulos ad diuersas orbis partes ad propagandū Euan- *Colonienſia.*

gelium Christi inter quos misit ad Gallias beatos tres viros, scilicet, Eucharium Valerium atque Maternum: Qui beati viri cum veniſſent ad Caſtellum Galliæ nomi-
Clegiam. ne † Elegiam & ibi verbum Dei ſeminarent, Beatus Maternus ſubito defunctus eſt. Tunc alii duo diſcipuli de morte comitis contriſtati, Romam ad Sanctum Petrum reuerſi ſunt, geſtæ rei ordinem exponentes. Qui confortans illos in fide baculum ſuum paſtoralem illis tradidit vt ſuper defuncti corpus imponerent & ipſum reciperent rediuiuum. Quo facto ſurrexit Beatus Maternus, accedens Coloniam & ibidem prædicationi fidei Chriſtianæ deuote inſiſtens, verbo & miraculis clareſcens, populum Colonienſem conuertit ad fidem Chriſtianam.

Anno igitur incarnationis Dominicæ xcvii Pontificatus ſui Treuirenſis ſexto, Clementis Papæ quarto, Imperii vero Domitiani Anno vltimo (ſecundum ſupputationem Euſebii) Beatus Maternus primus ſedem Pontificalem Coloniæ Agrippinæ adeptus poſt obitum Sanctorum Eucharii & Valerii Treuirorum inſimul Epiſcopus fuit. Seditque in Pontificatu Colonienſi annis xxxv & diebus xxxv. Fecit hic Beatus Pontifex extra portam Coloniæ ciuitatis (quæ hodie dicitur Porta clericorum) breue & modicum oratorium vbi ipſe populum inſtruebat, & contemplationi ſanctæ & orationi vacabat. In quo loco nunc eſt fundata modica capella. Et propter antiquitatem ex vi nominis (ad antiquum ſummum) ab incolis nominatur. Tandem poſtquam curſum prædicationis ſuæ bonum conſummauerat, feliciter migrauit ad Chriſtum in Colonia Anno videlicet Domini cxxxi. Imperii Adriani xiii. Poſt cuius diſceſſum non inuenitur in ſcripturis authenticis aliquis alius in cathedra illi ſucceſſiſſe vſque ad tempora Beati Seuerini qui eidem ſucceſſit poſt ducentos quatuordecim annos.

De qua quidem longa vacatione variæ ſunt apud varios correcturæ, vt quia vel ciuitas Colonienſis in Paganiſmum relapſa nullos habuit Pontifices, vel ſi qui forſan ibi præfuerunt, latebant occulte propter perſecutionem fidei Chriſtianæ, temporibus illis crudeliter ſæuientem vel certe, ſicut Beatus Maternus, ſic ſucceſſores eius cum Treuirenſi Colonienſem regebant Eccleſiam. Sed quid horum potiſſimum eligendum ſit, prudens lector videat. (Hæc ex Chronicis Colonienſium Archiepiſcoporũ collegimus) Remanſit autem baculus Sancti Petri quo Sanctus Maternus fuerat reſuſcitatus, apud Eccleſias Colonienſem & Treuirenſem, & vſque in præſens inter reliquias Sanctorum in veneratione habetur: propter quam cauſam (ſicut fertur) Dominus Papa hodie non vtitur baculo paſtorali. Idem vero baculus hoc modo Treuirenſibus poſtea fuit ablatus. Nam cum poſt longa tempora S. Seruatius Tungrenſis per Spiritum diuinitus cognouiſſet vniuerſas Galliæ ciuitates per Attilam Hunnorum Regem eſſe vaſtandas præter Eccleſiam Sancti Stephani Metenſis, & idem vir ſanctus hęc Treuirenſibus & aliarum ciuitatum fidelibus intimaſſet, Omnes reliquias Sanctorum Treuirenſium vna cum baculo Sancti Petri Metas ad Eccleſiam Sancti Stephani tranſtulerunt. Sed poſt vaſtationem Hunnorum prædictam pace Eccleſiis reddita dicti Treuirenſes omnes ſuas reliquias præter dictum baculum Sancti Petri à Metenſibus receperunt. Poſteriore vero tempore, regnante primo & magno Ottone Imperatore Sanctus Bruno frater ipſius Imperatoris viceſimus quintus Archiepiſcopus Colonienſis, magna ſua fretus potentia, prædictum baculum extorquens à Metenſibus, venerabili Colonienſi Eccleſiæ dono dedit. Verum poſtmodum ad inſtantiam Beati Egberti Treuirenſis Archiepiſcopi ſeptuageſimi quarti, Warinus viceſimus octauus Archiepiſcopus Colonienſis baculum ſecans per medium, ſuperiorem partem ſibi retinuit, inferiorem partem Treuirenſibus remiſit (hæc ex Catalogo Pontificum Colonienſium.)

Tungrenſia. Eodẽ modo circa principiũ deſcriptionis Põtificatus Eccleſiæ Tungrẽſis aliqua ſunt notanda, quæ ſuperius non ita luculenter ſunt exarata. Poſtquam enim B. Petrus Apoſtolus Romanæ ſedis apicem accepiſſet, aduertens ſe ad occidentalem ſibi deſtinatam regionem non poſſe ſufficere, miſit inter cæteros, quos ad Gallias prædicationis gratia direxit, beatos Eucharium, Valerium, & Maternum, ſed Eucharĩũ quidem prius Pontificatus, Valerium vero diaconatus & Maternum ſubdiaconatus

tus donauit honore: Isti tres prædicando venerunt Treuirim antiquissimam Metropolim trium ciuitatum, quarum mediam Romani vocauerunt Metim, ob reuerentiam Meti Albanorum Regis, sicut Tullum à Tullo rege. Conuerterunt ergo Treuirenses in circuitu Gallos Germanos & paganos, signis variis coruscantes, mortuos suscitantes,& omnes languores curantes: Sed Pontifices Idolorum populum aduersus eos incitauerunt vt lapidarentur: vbi mirabiliter manus volentium eos lapidare,& brachia sunt obligata,& oratione S.Eucharii pristinæ reddita sanitati, vnde plurimi sunt baptisati, & templa & ecclesia construuntur, & error superstitiosus abiicitur. Ipse etiam Eucharius filium viduæ diuitis suscitauit. Beatus igitur Eucharius obitum suum Angelo nuntiante præsciuit,& veniente lumine & eum circumfulgente quasi horæ spatio spiritum emisit quinto Idus Decembris. Post quem beatus Valerius secundus factus est Treuirensis Archiepiscopus. Qui cum quindecim annis laudabiliter rexisset Episcopatum, apparuit ei S. Eucharius, obitum suum imminere denuntians. Cuius monitis beatum Maternum sibi successorem ordinauit,& in pace in Domino obdormiuit quarto Calendas Februarii. Beatus igitur Maternus tertius in Episcopatu Treuirensi successit, & multis laboribus officium suum administrauit. Nam adhuc plurimi Treuirenses Idolis seruiebant. Ipse vero quotquot veteris superstitionis, vsque ad hæc tempora in ciuitate prædicta supererant, prædicationibus & multis signorum miraculis expugnauit. Cæsus interim publice fuit,& multa pro Christo à Treuirensibus sustinuit. Deinde cœpit per regiones veram fidem publicè prædicare constanter, & plurimos ad Christum conuertere. Inter quos Colonienses ad veram Christi fidem conuertit. Et ibidem duas principales Ecclesias dedicauit, vnam beati Petri, quæ nunc est sancti Victoris (ad antiquum summum) in qua sedem statuit Episcopalem. Aliam Domini nostri & suæ genitricis, quæ nunc est sanctæ Cæciliæ. Cumque prædicando & ægrotos curando, per villas & oppida transiret, descendit Traiectum, vbi Ecclesiam in honore Domini & sancti Petri dedicauit in strata aggeris publici: vbi est via regia per prouincias & gentes, olim sterni ab Augusto iussa. Dehinc Maternus ascendit ad florentissimam tunc siue nobilissimam ciuitatem Tungrensem, plenam idololatriis, quæ à beato Materno recipit fidem Christi: Damnatur cultura Iouis, Iunonis ac Veneris,& exstruitur templum beatæ Virginis. Ista dicitur prima Ecclesia in honore beatæ Mariæ consecrata ex ista parte alpium: Postquam consecrauit aliam beatæ Mariæ in villa Hoia, quæ ob hoc dicitur altera Ecclesia. Fertur quod omnes Ecclesias, quas beatus Maternus in illa diœcesi consecrauit, beatæ Mariæ consecrauit, quamuis post aliter ab aliis denominatæ sint. In Tungris vero dedicantur Ecclesiæ Sanctorum vsque ad numerum septuaginta duarum congregationum. Et tunc beatus Maternus eligitur Tungrensis Episcopus à populo, anno Domini centesimo primo (in quodam Chronico habetur centesimo secundo) Pontificatus sui Treuirensis anno decimo, Colonienſis vero quinto, Clementis Papæ vltimo, Traiani vero Imperatoris anno secundo. Sed id autē in Episcopatu Tungrensi annis xxxi. diebus totidem. Qui fidelium multitudinem augeri conspiciens, circuiuit villulas diœcesis & venit Hoyum,& ibi ecclesiam beatæ Mariæ construxit ad radicem montis, vbi & vsque hodie altare quod ipse erexit de lapide Tartaro inuiolabile seruatur ante fontes, ante quod dominus Theodinus xxiv. Leodiensium Episcopus sepultus est. Item filius cuiusdam Consulis Treuirensis hoc tempore nomine Ioannes seculum & parentes fugiens, à beato Materno iuxta Ecclesiam sanctæ Mariæ Tungris in arcta cella recluditur, sancte Deo seruiens. Tandem cursu vitæ feliciter consummato, dictus Maternus apud Coloniam apparentibus sibi sanctis viris Eucharío & Valerio eumque visitantibus, & quod die tertia migraturus esset ad Dominum, prædicentibus, feliciter obdormiuit in Domino 18. Calendas Octobris, voce cœlesti euocatus, quæ clare dixit: Materne serue Dei veni. Rogauit vero vt corpus suum Treuirim reportaretur. Hæc ex Chronicis Pontificum Tungrensium.

Igitur Treuirenses obitu S. Materni comperto mox Coloniam profecti sunt, pastorem suum repetentes. Aderant & Tungrenses qui simul cum Colonienſibus eum sibi retentare satagebant. Certatum est diu ab vtrisque. Interim veneran- *Colonienſia.*

dus quidam senex in vrbe apparuit, monens ciues, vt à lite desistentes, suis parerent consiliis, & corpus Pontificis in naui ponentes: Deinde à littore fluctibus impellentes, quô Deus velit, abire sinant. Mira res: mox, vt Angelus consuluerat, factum. Nauis sacro onusta corpore, nulla eam regente nauclero, Angelico remigio contra fluctus dirigitur, & paruo horæ spatio milliari confecto, stante ad littus nauicula, in loco, qui ex tristitia Colonienſium suo antistite fraudatorum Romoenbirchen est vocatus. Sed nunc mutato nomine Rodenbirchen dicitur. Tunc Treuirenses corpus sui Pontificis à Deo sibi destinatum, cum debita gratiarum actione suscipientes, Treuirim auexerunt, & in Ecclesia non longe à corporibus sanctorum Eucharii & Valerii honorabiliter sepulturæ tradiderunt. Deinde Auspicius quartus Treuirensis Episcopus, Pontificatus sedem accepit, Anno Domini centesimo trigesimo primo, anno Pontificatus Sixti Primi quarto, imperii vero Adriani decimoquarto. Post quem insignes per legitimas successiones sanctitate & gratia pollentes Treuirorum Pontifices extiterunt, videlicet Sanctus Celsus, Felix primus, Mansuetus, Clemens, Moises, Martinus primus, Anastasius, Andreas, Rusticus primus, Auctor, Mauritius primus, Fortunatus primus, Cassianus, Marcus; Qui omnes diuersis temporibus non solum in propria prouincia, sed etiam in externis & vltimis illustres non solum confessione, sed & Martyrio existentes regna Tyrannorum vicerunt: Qui videlicet Episcopi omnes in Ecclesia Sancti Eucharii sepulti esse creduntur. Quorum autem Imperatorum vel Pontificum hi quatuordecim prænotati claruerint temporibus, quosque vita eorum habuerit exitus, vel quot annis singuli administrauerint officium Pontificatus: vel quantum quisque Ecclesiæ suæ reditus ampliauerit, quia dura Imperatorum persecutio facta aboleuit, nec à nobis lectoris cuiusque requirat exactio, cum propter persecutiones sub quibus vixere, eorum memoria Scriptorum studio non potuerit propagari. Hæc ex Chronicis Treuirorum. Isti prænotati Pontifices, vt ex Chronicis Pontificum Tungrensium elicere potui, intra triginta annos martyrio sunt consumpti, &c.

Tungrensia & Treuirēsia. Secundus Episcopus Tungrensis fuit Sanctus Nauitus discipulus S. Materni. Qui cœpit eodem Anno salutis quo & Sanctus Auspicius quartus Treuirensis Archiepiscopus & sedit annis sexaginta. Ab Ecclesia verò Treuirensi quindecim Episcopis intra triginta annos martyrio coronatis & consumptis; Quia post obitum S. Materni ad paganismum plurimi Treuirenses redierunt, Nauitus eorum XIX. est constitutus Episcopus videlicet Anno primo Marci Antonini Imperatoris Romanorum, Anno vero Domini centesimo sexagesimo secundo; Iste multos ad Christi fidem conuertit. Obiit XII. Calend. Octob.

Colonienſia. Post obitum beati Materni vsque ad Offractam hæreticum, nullus Colonienſi Ecclesiæ præfuisse inuenitur: qui tamen ideo in catalogo non ponitur, quia pestifero hæreticorum dogmate in ipso initio Ecclesiam fœdauit. Ab obitu vero beati Materni vsque ad Pontificatum sancti Seuerini, supputantur ducenti quatuordecim anni videlicet vsque ad septimum annum Constantini filii Constantini Magni Imperatoris Romanorum, &c.

Tungrensia & Treuirensia. Sanctus Nauitus secundus, Episcopus Tungrensis factus est decimus nonus Episcopus Treuirensis, Anno Domini centesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Pii Papæ anno nono, Imperii Marci Antonini primo, & sedit annis triginta. Septem etiam Episcopi Tungrenses eius successores, ex quibus Valentinus fuit vltimus, per centum & viginti octo annos, vnus post alium dictis duabus ciuitatibus iure pontificali præsiderunt, videlicet ad quintum annum Pontificatus sancti Syluestri, qui fuit Imperii Constantini Magni decimus, secundum supputationem Matthæi Palmerii Florentini, &c.

Item ad Taurum Biretium Platonicæ sectæ Philosophum leguntur aliquando Athenas venisse visendi, cognoscendique causa Cretæ prouinciæ prȩses & pater eius sed priuatus. Inuitauit Taurus Patrem primo vt sederet. At ille de filio; Sedeat hic primus qui Romani populi magistratus est. Absque præiudicio, inquit, filii tui, tu interim sede donec conspiciamus quæramusque quid conueniat, an te sedere prius

prius qui pater es, an filium qui gerit magistratum. Cumque ille resedisset, apposita est altera sella filio. Tunc Taurus his qui conuenerant, verbum fecit de hac re inter cætera sic dicens: In publicis, inquit, locis ac officiatis patrum iura cum filiorum iuribus, quæ in magistratibus aut in potestate sunt collata interquiescere debent paululum. Sed cum extra officia aut rempublicam in domestica re atque vita sedetur, ambulatur aut in conuiuio familiari discumbitur. Tunc inter filium magistratum tenentem, & patrem priuatum hominem honores publicos cessare, naturalia autem seruari æquum est. Hæc Helinandus.

Tungrensis & Treuirensis.

Nauito defuncto, sanctus Marcellus factus est tertius Tungrensis Episcopus, & vicesimus Treuirensis, discipulus sancti Nauiti, anno Domini centesimo nonagesimo secundo, Imperii Commodi anno duodecimo. Iste prædicauit vltra mare: & obtinuit vt Lucius Rex Britanniæ mandârit Eleutherio Papæ, vt supra notatum est, quod cum gente sua vellet baptisari. Ex eo tempore prouentus Ecclesiarum Tungrensium putantur prouenisse ex Anglia. Obiit septimo Calend. Octobris.

Sanctus Metropolus quartus Episcopus Tungrensis, & vicesimus primus Treuirensis cœpit secundum Chronicum Tungrensium Pontificum, Anno salutis ducentesimi vicesimi primi, Imperii Marci Aurelii Antonini anno secundo. Et sedit annis XIX. Iste plurimos ad fidem Christi conuertit, circumiens regiones. Sancte vixit. Obiit tertio Calendas Octobris.

Sanctus Seuerinus quintus Episcopus Tungrensis, & vicesimus secundus Treuirensis, cœpit anno Domini CCXC. Imperii Gordiani anno primo, seditque annis XIV. Hic non est ille Colonienſis Episcopus, qui postea diu floruit, vt patet infra in linea Pontificum Colonienſium. Cursum vero vitæ S. Seuerinus Tungrensis & Treuirensis Episcopus in bonis operibus & prædicationibus consummauit feliciter. Obiit XI. Calend. Nouemb. Hæc ex Chronicis Tungrensium.

Sanctus Florentinus vicesimus tertius Episcopus Treuirensis, & sextus Tungrensis, cœpit anno Domini CCLIV. Imperii Galli & Volusiani Anno primo, vir sanctus & magnus prædicator verbi Dei, Obiit Calend. Martii. Hæc ex Chronicis Tungrensium.

Isto tempore Origenes septuagesimo ætatis suæ anno moritur. In huius opusculis plurima reperiuntur fidei Catholicæ obuiantia & reprehensione digna, de quo Hieronymus sic dixisse fertur, Origenes, vbi bene locutus est, nemo melius: vbi male, nemo peius. Quidam vero dicunt hæc in eius libris odiose fuisse inserta. Hieronymus enim in Epistola ad Panmachium quæ incipit (Schedulæ quas misisti, &c.) dicit enim egisse pœnitentiam, & ad Fabianum Papam scripsisse Epistolam, in qua talia scripsisse, doleat.

Sanctus Martinus, non ille Turonensis Episcopus, cœpit anno Domini ducẽtesimo sexagesimo sexto, imperii vero Gallieni anno vndecimo. Sedit annis XIV. in Archiepiscopatu Treuirensi & Episcopatu Tungrensi, & fuit vigesimus quartus Treuirensis, & sextus Tungrensis, Episcopatu Colonienſi adhuc vacante. Iste omni sanctitate plenus, & maximus prædicator, Hasbanos ad fidem Christi conuertit, & cum causa prædicationis villas circumiens, veniſſet Horion, ibi à rusticis repulsus, non inuenit qui eum hospitio reciperet. Qui excutiens puluerem de pedibus, secundum Euangelium, recessit. Sed fessus labore prædicationis & itinere, super rupem in nemore occubuit; Quæ ei sedem ad instar cathedræ veluti in molli terra præbuit, & sic permanet vsque in hodiernum diem. Sunt etiam ibi visæ aliquando candelæ ardentes, & febricitantes incolæ locum illum frequentant & recuperant sanitatem. Obiit XI. Calend. Iulii, quo die festum eius solenniter agitur. Hæc ex Chronicis Tungrensium.

Imperatoria.

Imperator Romanorum XXIX. Aurelianus, cœpit anno Domini CCLXXIII. Mundi vero MMMMMCCCCLXXI. Imperat autem annis quinque mensibus sex. Iste de Dacia Ripensi inter Daciam & Macedoniam oriundus, vir in bello potens, animi tamen immodici, & ad crudelitatem propensioris, Gothos strenuissime vicit. Iste primus apud Romanos diadema capitis innexuit gemmis, & muris vali-

dioribus vrbem cinxit, & templum Solis ædificauit; In quoinfinitum pondus auri gemmarumque posuit. Porcinæ carnis vsum populo instituit. Hæc Eutropius libro decimo. Iste ad Gallias veniens nonus post Neronem crudelia edicta in Christianos ibidem repetit, & sanctum Columbam gladio percuti præcepit, missisque satellitibus, sanctos iussit inquiri, & inuentos puniri. Porro funesti satellites, dum huc illucque discurrerent, sanctum Priscum cum ingenti multitudine apud Pagum Antisiodorensem, in loco, qui Cociacus dicitur, repererunt, & eos qui cum eo inuicti in fide persisterent, trucidarunt. Sanctum quoque Benignum, qui Diuioni quiescit, Andochium, Thirsum, Symphorianum, Felicem, aliosque innumerabiles idem Aurelianus variis affecit suppliciis; Galliæ vrbem antea Genabum dictum, Aurelianum nuncupari fecit. Castrum vero Diuionense construxit. Tandem Aurelianus Imperator, cum immensum sanctorum sanguinem effudisset, fulmen ante ipsum cum magno pauore circumstantium ruit. Et non multo post inter Constantinopolim & Eradiam in Canoflorio viæ veteris, serui sui fraude occiditur. Hæc ex Chronicis.

Tungrensia & Treuirésia.

Sanctus Maximinus vigesimus quintus Episcopus Treuirensis, & octauus Tungrensis, cœpit anno Domini ducentesimo septuagesimo nono, Imperii Probi anno primo. Sedit autem annis duodecim. Floruit sub Apostolicis viris Gaio & Marcellino, Imperantibus per successionem Probo, Caro, & Diocletiano. Tandem Idibus Septemb. feliciter migrauit ad Dominum. Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.

Nonus Episcopus Tungrensis, & vigesimus sextus Treuirensis factus est sanctus Valentinus, Anno Domini ducentesimo nonagesimo primo. Imperii Diocletiani anno quarto. Sedit autem annis viginti octo. Iste vir sanctus nutu Dei, cum ad extrema vitæ vergeret, baculum pastoralem super altare beatæ Mariæ Virginis ponens, sub indissolubili anathematis animaduersione vetuit, ne quis ipsum inde temerarius tolleret, donec per Christi reuelationem communis electio idoneum Episcopum inueniret: Vnde post eius decessum dicta sedes Tungrensis vacauit per septennium, videlicet vsque ad decimum tertium annum Pontificatus Syluestri, qui fuit annus imperii Constantini Magni decimus octauus, secundum supputationem Matthæi Palmerii. Obiit sanctus Valentinus septimo Idus Iunii, Anno Domini trecentesimo decimo nono, Anno Pontificatus Syluestri quinto, Imperii vero Constantini Magni anno decimo. Post huius obitum sedes Tungrensis separatus à Treuirensi; quia Treuirenses per se Episcopum fecerunt. Hæc ex Chronicis.

Sanctus Seruatius factus est decimus Episcopus Tungrensis, eo anno quo & sanctus Agricius, anno videlicet Domini trecentesimo vigesimo septimo. Sedit autem annis septuaginta sex, & vacat sedes annis centum & octo, Mensibus septē, diebus decem & octo. Iste vir omni virtutum honestate præclarus, ex prosapia Iesu Christi legitur descendisse. Iste Seruatius natus est in oppido Peneſtra, alias Phestia in confinio Persidis & Armeniæ: Miræ vero abstinentiæ fuit ab infantia, vt pene nulla die reficeretur vice secunda. Adolescens inde factus peregre perrexit Hierosolymã. Inde ab Angelo per ignotas vias ductus, peruenit Tungrum, vbi tunc septuaginta duæ congregationes conuenerant in ecclesia sanctæ Mariæ pro agendis causis sacerdotii. Et ecce Angelus Domini apparens humilem Seruatium, de terra vbi orauit, erexit, & baculum pastoralem de altari sumptum porrexit, sicque disparente Angelo consecratus Episcopus fuit, applaudentibus omnibus. Sanctus itaque Seruatius dum lingua materna loqueretur populis in diuinis officiis, distincte ab omnibus intelligebatur cuiuscunque esset nationis. Si vero de negotiis secularibus tractaret, interprete vtebatur, nec aliter intelligebat eum populus, nec ipse populum. Quotidie vero celebrans, post Sacramenti sumptionem nullarum epularum curabat gustum, vnde raro soluebat ieiunium ciborum. Eius reliquiæ leprosos mundabant, & dæmoniacos curabant dum sumerentur, tactuque suo sanctus ipse ægros sanabat. Talibus igitur & tantis gratiarum muneribus Diabolus inuidens, Tungrenses aduersus eum excitauit, vt eum tanquam ignotum, stultum & simplicem

simplicem ex vrbe eiicerent: vnde Traiectum deuenit, multis eum vsque eò sequentibus. Ipse vero ecclesiam beati Petri intrauit, & ibi cùm oraret, ostensum est ei Galliarum excidium, & maximè Octauiæ, quod prædicere meruit. Missusque est rogatu maiorum regni Romam ad intercedendum pro Gallia, vt auerteret iram Dei. Tandem Romam veniens, & ecclesias circumiens, sæpius videt in ecclesia beati Petri, beatos Apostolos Petrum & Paulum, & Leuitam Stephanum sibi apparentes, vbi audiuit à beato Petro; irreuocabilem esse Dei sententiam de destructione Galliarum per Hunnos & suam simul Tungrim esse subuertendam. Solum Metense oratorium sancti Stephani remansurum. Deditque ei sanctus Petrus clauem argenteam diuinæ fabricationis, & spopondit salutem omnium animarum Tungrensium, qui conuerti vellent. Rediens vero sanctus Seruatius, ab Hunnis capitur, sed dormientem Aquila protexit à Sole per vmbram alæ suæ, & altera ala quasi flabello ventum ei excitauit. Quod videntes, stupent Hunni. Dicitur etiam secreto conuertisse principem Hunnorum: vnde magnificatus est ab Hunnis, libertatique donatus. Fontem de terra apud Wormatiam miraculosè produxit, de quo ægri bibentes curantur. Tungris itaque veniens, prædixit excidium ciuitatis, & secum corpora sanctorum, & vasa sacra transtulit. Tungrenses vero eum cum lachrymis secutos, consolatus est benignissime, & quantum temporis superuixit instruere Tungrenses, & alios non destitit: Tandem Traiecti Missam celebranti Angelus obitum eius post triduum imminere prædixit. Diuinis ergo participans Sacramentis, commonuit plebem vsque ad horam diei nonam. Et ecce, commendante eo Domino oues commissas, splendor de cœlo superilluxit, & simul cum lumine perrexit ad Dominum, tertio Idus Maii, Anno Domini quadringentesimo tertio. Velamen ergo sericum Angelicis manibus allatum est super eius corpus. Hæc ex Chronicis Pontificum Tungrensium. Sunt qui sanctum Seruatium vixisse annis CCCLXIII. & natum esse anno Domini trigesimo, & factum Episcopum anno ætatis ducentesimo nonagesimo septimo putant: quæ suo loco relinquo. Post eius mortem sedes Tungrensis vacauit annis centum & octo, mensibus septem, diebus XVIII. Hæc collector.

Sancta Helena mater Constantini Magni, post inuentionem sanctæ Crucis, Papam Syluestrem adiit, magnis precibus deposcens, vt Treuiricæ ciuitatis misereatur, & eius infidelitatis tenebras aliquo idoneo prædicatore illustrare dignaretur. Magna ergo Doctoris habita inquisitione omnium fidelium consilio sanctus Agricius Antiochenæ Præsul ciuitatis, euocatur, & ad Treuirim cum preciosissimis reliquiis, videlicet corpore sancti Matthiæ Apostoli, cum tunica & clauo Domini, & dente sancti Petri, & sandaliis sancti Andreæ Apostoli, & capite sancti Cornelii Papæ, cæterisque reliquiis à Papa & Regina destinatur, Anno Dominicæ incarnationis trecentesimo vigesimo septimo, Pontificatus Syluestri Papæ decimo tertio, Imperii vero Constantini anno decimo nono: sedit annis decem & septem. Iste populum ab errore antiquo idololatriæ velut alter Eucharius eripuit, & domum sanctæ Helenæ exclusis ab ipsa cunctis paganismi spurcitiis, in honorem sancti Petri dedicauit, & vt caput ecclesiæ Treuirensis esset, instituit. Eo tempore in eadem ciuitate, iussu beatæ Helenæ, Ecclesia maximi ornatus & structuræ in honorem sanctæ Crucis est ædificata, & in modum crucis: quo eodem tempore apud Confluentiam in castro monasterium in honorem sanctæ Mariæ Virginis constructum est à nepte beatæ Helenæ Mechtilda nomine. Ossa sancti Matthiæ Apostoli iuxta corpora sanctorum Eucharii & sociorum eius collocata sunt. Sanctus autem Agricius vicesimus septimus Archiepiscopus Treuirensis, officio sui Pontificatus expleto, migrauit ad Dominum Idibus Ianuarii. Sepultusque est iuxta corpus sancti Eucharii. (Hæc ex catalogo Pontificum Treuirorum.) *Treuirensia.*

Sancto Agricio successit beatus Maximinus discipulus eius, huius nominis secundus. Iste† Eufratam Colonienſem hæreticum deposuit, & Seuerinum in locum eius subrogauit: Sanctum Athanasium Alexandrinum Episcopum persecutionem *Colonienſia. Offractam.*

Constantii Imperatoris fugientem honorifice susceptit, qui apud eum Treuiris sex annis ita latuit in lacu Cisternæ, non habentis aquam, & plenæ ossibus mortuorum, vt Solem nunquam videret, & ibi fidem catholicam [Quicunque vult saluus esse] composuit. Sed cum per mulierem, quæ ei necessaria præbere solebat, manifestatus fuisset tanquam Spiritu Dei admonente, nocte ipsa qua ad eum comprehendendum cum iudicibus veniebant, post tot annos emigrauit ad alium locum. Igitur beatus Maximinus ad suos reuisendos in Aquitaniam perrexit, ibique Domino se vocante quieuit in pace quinto Calendas Iunii. (Hæc ex Chronicis Treuirensium Pontificum.) Quamdiu vero sederit, vel quo anno salutis Pontificatum acceperit, in Chronicis prænotatis inuenire non potui, nisi id solum quod beatus Hieronymus in suis Chronicis dicit, floruisse eum sexto anno Constantii Imperatoris, qui fuit annus salutis secundum eundem trecentesimus quadragesimus quintus. Hæc collector.

Sanctus Seuerinus secundus successit in Pontificatu Colonien si. Cœpit autem secundum quosdam, anno Domini CCCXLVI. Imperii Constantii anno septimo. Cum enim, sicut superius dixi, post discessum beati Materni variis infidelium atque hæreticorum perturbationibus lacerata, Colonien sis ecclesia per annos circiter CCXIV. absque certis & nominatis Pontificibus fluctuasset. Et quidem falsus Præsul, nomine † Eufrata Arrianorum hæresiarcha, Colonien sis eccle- *Offrata.*
siæ Præsulatum inuasisset, Pontifices Catholici Galliarum plurimi congregati, videlicet Maximinus Treuiren sis, Seruatius Tungren sis, Optianus Trecen sis, Iessius Meten sis, Victor Vangionum, Valentinus Arelaten sis, Domitianus Cabilonen sis, Seuerinus Senonen sis, Valerius Antisiodoren sis, Simplicius Augustudunen sis, Amandus Argentinen sis, Eulogius Ambianen sis, Dioscorus Remen sis, consentientibus & mandantibus Martino Moguntinen si, Desiderio Limgonen si, Santino Virdunen si, Victurio Parisien si, Mercurio Suessionen si, Diopeto Aurelianen si, Eusebio Rothomagen si, &c. dictum Eufratam Arrianum synodali sententia deponentes, prænotatum beatum virum Seuerinum in locum eiusdem Colonien sis ecclesiæ Episcopum ordinauerunt. Qui sanctitate clarens atque miraculis prædicatione sua, atque doctrina hæreses in diuersis partibus Galliæ extirpauit. Iste itaque Seuerinus, sicut in legenda ipsius habetur, dum quodam tempore certa noctis hora in Colonia cum electis suis orandi gratia sancta loca visitando circumiret, audiuit hymnum Angelicum in decessu beati Martini Turonen sis Archiepiscopi ab Angelis, qui animam eiusdem beati Martini in cœlos ferebant, decantatum. Idem quoque beatus Seuerinus inter cætera suarum opera virtutum instituit in Colonia ecclesiam & conuentum fratrum in honorem sanctorum Cornelii & Cypriani, quæ nunc mutato nomine ab eiusdem sancti viri nomine, dicitur & vocatur ecclesia sancti Seuerini, in qua ipse etiam sepultus, multis claresci t miraculis vsque in præsens; Obiit autem ipse sanctus Seuerinus in Aquitania, videlicet in ciuitate Burdegalen si, vbi primo tumulatus. Sed postmodum per ciues Colonien ses inde Coloniam translatus, miraculis comitantibus. Quæ & cætera sanctitatis sua gesta in legenda ipsius in sacris scripturis apud multas Ecclesias authentice reseruantur. Hæc ex Chronicis Pontificum Colonien sium.

Treuirenſia. Sanctus Paulinus discipulus sancti Maximini factus est vicesimus nonus Archiepiscopus Treuiren sis; Qui corpus Magistri sui per Beatum Lubentium & populum Treuirorum ex Aquitania reuexit, & in cœmeterio sancti Eucharii sepeliuit. Beatus vero Lubentius per reuelationem Domini venit in Germaniam, ibique super fluuium qui Loxana dicitur, ecclesiam ædificauit, in qua requiescit. Sed Præsul & Martyr Christi Paulinus, à Constantio Imperatore, veræ fidei causa in Phrygiam exul destinatur, ibique pro nomine Christi decollatur & sepelitur. Dum enim veram fidem instantius prædicaret gentilibus accensis in iram, cæsus est. Hæc ex Chronicis Treuiren sium. Hieronymus vero ita scribit: Anno imperii Constantii decimo octauo, videlicet Anno Domini trecentesimo quinquagesimo septimo, Paulinus Treuirorum, & Rodamus Galliarum Episcopi in exilium ob fidem trusi sunt. Et anno eiusdem Constantii vigesimo primo, Anno videlicet

delicet Domini CCCLX. Paulinus Treuirorum Episcopus in Phrygia exulans moritur, &c.

Eo tempore Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus præceptor meus, Romæ insignes habentur. E quibus Victorinus etiam statuam in foro Tyranni meruit. Hæc Hieronymus in Chronicis. Iste est Donatus, vt Rufinus refert, cuius libellus hodie in scholis legitur à pueris prima Grammaticæ rudimenta discentibus. Donatus hæreticus, à quo vt supra Donatianos dicimus, Carthagine pellitur. Quidam sectatores eius etiam Montes vocant, eò quod Ecclesiam Romæ primum in monte habere cœperunt. Antonius Monachus centesimo & quinto anno ætatis in eremo moritur, anno salutis CCCLVIII. Imperii Constantii XIX. Hæc Hieronymus. Antisiodori sedet Eladius, qui sanctum Amatorem clericum fecit, & sponsam eius monialem.

Anno Domini CCCLXII. Constantio Romam ingresso, Timothei, Andreæ Apostoli & Lucæ Euangelistæ ossa miro fauore excepta, Constantinopolim sunt translata. Hæc ex Chronicis.

Bonosus tricesimus Episcopus Treuirensis cœpit vt ex Chronicis beati Hieronymi elicere potui, eodem anno quo & Felix Papa. Quid vero egerit, vel quamdiu in eodem Pontificatu sederit, in Chronicis Pontificum Treuirensium inuenire non potui. Hæc collector.

Bonosum sequitur Britonius tricesimus primus Treuirensis Episcopus: de quo ad scribendum parum argumenti relictum est. Visum est igitur aliquid de diuersarum gentium origine, videlicet de Persarum, Francorum, Vandalorum, Anglorum, Longobardorum, Wisigothorum, Ostrogothorum & Hunnorum, primum paucis ascribere.

Regni Persarum originem altius repetere modo non videtur vtile, quia quæ huius regni fuerit antiquitas, quanta & quam potens huius antiquitatis nobilitas, recolet Lector per antiquorum historias. Istud tamen notabo, sæpe abusus victoria de Romanis nunc autem recenter cæso Iuliano & exercitu Romanorum profligato, & finibus suis Romano imperio mutilato, & pro suo libitu pacis fœdere in XXIX. annos composito felicitatem suam non temperanter tulisse. Et Sapore Rege eorum insolentius agente, Christianis & Romanis omnimodis infestos fuisse.

Porro originem Regni Francorum hanc esse nouimus ex relatu fideli Maiorum. Post illud famosum & cunctis seculis & gentibus notum Troianæ ciuitatis excidium, Victoribus Græcis, cedentes reliquiæ Troianorum pars eorum vna cum Ænea ad fundandum Romanum imperium, ad Italiam porrexit: pars altera, scilicet duodecim millia duce Antenore in finitimas Pannoniæ partes secus Meotidas paludes peruenit, ibique ciuitatem ædificauit, quam ob sui memoriam Sicambriam vocauerunt: in qua multis annis istius partis exules habitauerunt, & in magnam gentem coaluerunt, & crebris incursibus Romanum solum incessentes vsque ad Gallias ferocitatis suæ vestigia dilataueruntt. Istos adeo Romanis infestos Constans Cæsar, filius Magni Constantini bello oppressit. Et tandem Romano Imperio subiectos aliquantulum à sua feritate mansuefieri coegit. Post aliquot annos rebellantibus Alanis contra Valentinianum Imperatorem, cum eos non Imperator penitus debellare posset, eò quod eos intransibiles Meotidæ paludes tutarentur, proposuit Valentinianus conditionem, vt qui paludes transirent, & rebelles Alanos contererent, decem annis à tributo liberi essent. Ista pactione Troiani illecti & fortitudine & prudentia sua confisi duce Priamo, Meotidas paludes Romanis inuias ingressi Alanorum gentem exterminauerunt, & ita Valentiniano satisfecerunt: & Valentinianus eorum virtute delectatus eos qui prius vocati erant Troiani, deinde Antenorides, post etiam Sicambri, Francos Attica lingua appellauit, quod in Latina lingua interpretatur feroces. Alii Francos cognominatos dicunt à quodam eorum Rege Francione, qui in bello fortissimus dum cum multis gentibus dimicasset, in Europam iter direxit, & inter Danubium & Rhenum consedit, ibique progenies eius coaluit nulliusque iugum vsque ad id temporis suscipere voluit. Vndecunque igitur denominati sunt Franci, quantum retro colligere

longiſſime potuerunt hiſtoriographi, Priamus ille regebat ſuper eos tempore prioris Valentiniani. Nam ex ipſo Regis nomine recolentes nobilitatem illius Priami, ſub quo euerſa eſt Troia, inde gloriabantur gentis ſuæ manaſſe primordia. Exacto decennio, cum exactores repeterent tributa à Francis, Franci pro ſuperiori victoria inſoleſcentes, & de viribus ſuis præſumentes, non ſolum tributa negare, ſed etiam Romanis præſumunt rebellare. Romani igitur collecto exercitu ſuper Francos irruunt, & victos vſque ad internecionem proterunt.

Britanni ſiue Britones, à quibus cognominata eſt Britannia, Oceani inſula, qui eam incoluerunt à tempore Iulii Cæſaris vſque ad annum CCCCXIII ſub imperio Romano vixerunt. Iſti tempore Marci Antonini Veri (Moderni ponunt tempore Commodi) inſtantia Lucii Britanniarum Regis, per legatos Eleutherii Papæ, myſteria Chriſtianitatis ſuſceperunt, in qua aliqui eorum vſque ad martyrii coronam prouecti ſunt: Qui cum crebris & pene continuo Pictauorum incurſionibus fatigarentur & ipſi ad reſiſtendum inimicis imbelles inhabilesque haberentur conſilio regis ſui Vertiginii gentem Anglorum à finibus Saxoniæ inuitant eosque contra omnes hoſtium aſſultus defenſores ſibi parant. Angli cum aliquandiu ſtrenuè & fortiter eos tutati fuiſſent tandem dominandi cupiditate illecti & ad hoc imbecillitate eorum adducti, quos defendendos ſuſceperant, illos ſibi ſubiicere deliberant. Itaq; violenta iniuſtitia indignè Britanni alienigenis Anglis ſubiugati in ius & nomen Anglorum quaſi victi conceſſerunt. Et nunquam iugum eorum excutere potuerunt.

Vandali quoque de Scythia oriundi à Gothis victi, alienas terras inuadere cœperunt, qui ſuas retinere non poterant. Iſtos circa Danubium commorantes rurſum poſt multum tempus Giberich Gothorum Rex bello victos inde exturbauit. Et eô propulit vt terras quas quoquo modo habere videbantur, relictis ſedibus Romano Imperio ſe ſubderent, & à Conſtantino Magno locum habitandi ſibi dari ſuppliciter peterent. Quod & impetrauerunt & Pannonias ab eò ſibi delegatas per ſexaginta annos pacificè inhabitauerunt. Vnde Anno Arcadii videlicet & Honorii euocati, inſtinctu Stiliconis rebellionem contra Rempublicam meditantes, infuderunt ſe per Gallias iunctis ſibi Alanis eaſque aliquandiu miſerrimè dilaceraue-
runt. Etiam inde eos expellebant Gothi non quidem proſpicientes Galliarum quieti, ſed vacuefacientes patriam eorum rapacitati. Vandali inde Hiſpanias aggreſſi nunc Hiſpanias nunc Gallias multo tempore depopulati ſunt. Sed nec ibi à Gothis tuti eſſe potuerant: Nam quia Gothi nimis Italiam inquietabant, Honorius deliberato cum ſuis conſilio Hiſpanias & Gallias quas ſibi à Vandalis aliiſque gentibus præceptas dolebat, Gothis rata confirmatione donauit. Cum ergo Gothi à finibus ſibi deputatis Vandalos alioſque hoſtes effugare maturarent & Vandali vndique concluſi timore Gothorum æſtuarent, peccatis populi facientibus inopina & grata occurrit eis felicitatis oportunitas. Nam inter Bonifacium & Aetium Romanos Duces per inuidiam orta ſimultate Bonifacius factus inferior cùm dolorem ſuæ iniuriæ nollet vlciſci niſi damno & periculo Reipublicæ, ad Hiſpanias tranſiuit & Vandalos ad occupandam Lybiam & Africam inuitauit. Quò cum peruolaſſent, regnum ibi ſuum multo tempore confirmauerunt & diuina & humana ſine aliquo reſpectu humanitatis vel diuinitatis perturbauerunt.

Wynilorum qui poſtea patria lingua Longobardi à longis barbis vocati ſunt, certam quidem originem legimus, ſed certum originis eorum tempus non inuenimus. Nam Reges regnaſſe ſuper eos legimus quorum etiam nomina didicimus ſed annos regni eorum per tempora diſtinctos non inuenimus. Iſti in Scandinauia Scythiæ Inſula degentes, cum ita multiplicati eſſent, vt eos terra ſua capere non poſſet, egreſſione tertiæ partis minuere multitudinem, conſilium habuerunt, & qui nam exire deberent, miſſa ſorte quæſierunt. Ergo tertia pars Wynilorum, prout eos miſſa ſors elegerat, Ducibus Agion & Ibor de Scandinauia inſula egreſſi de loco in locum ibant incerti & vagabundi, & à multis ſæpe bellis impetiti, viriliter (quia pro anima res erat illis) ſalutem & libertatem ſuam defendebant. Porro Agyon & Ibor mortuis regnauit primus ſuper eos Agelmundus XXXIII. annis.

Qui

Qui dum securior iusto esset à Bulgaribus cum multis suorum est extinctus. Lamissis regnauit. Secundus, sic dictus eo quod à Lama id est voragine esset extractus: Et post eum XL annis Lechen tertius, Ildehoch quartus, Gudeoc quintus, eo tempore quo Odoacer regnabat in Italia, Sextus Longobardorum Rex fuit Daffo, Septimus Taco, Octauus Waltarych, Nonus Andom qui Longobardos in Pannoniam duxit. Decimus Alboin qui transductis in Italiam Longobardis regnum eorum ibi firmissime stabiliuit. At Gothi qui apud antiquos Getæ dicti sunt, postea diuisi duo ex se regna, id est, Ostrogothorum & Wisigothorum fecerunt. Talem vero originem eorum fuisse cognouimus ex historia Iordanis. Scantiam Scythiæ Insulam primo incoluerunt. Cuius possessione non contenti, cum rege eorum Berych inde exierunt & vicinas Scythiæ insulas & terras peragrantes, vicinas gentes bellis lacessebant: & terrore nominis sui finitimas gentes sibi subigebant. Post sub Filimere quarto Rege suo ad vlteriora Scythiæ progressi, ad citeriores vsque ripas Danubii terras Thraciæ, Daciæ, Mysiæque diu longe lateque sunt peruagati: Vbi per multa tempora immo per multa secula in gentem magnam coaluerunt. Et multas gentes victoriis suis subigentes nomen & fortitudinem suam amplificauerunt, viribus vigentes, ingenio callentes, Philosophiæ quoque disciplinis eruditi, natiuam barbariem exuentes, humanitate & honestate aliis barbaricis gentibus præeminebant. Tempore autem Decii Imperatoris, transito Danubio cum Guinta Rege suo grauiter incubabant Romano Imperio: Qui à Decio impetiti bello, exercitu Romanorum protrito, ipsum Decium peremerunt cum filio Decio. Qua felicitate elati & sæpe postea in congressu Romanis ducibus superiores effecti, toti orbi Romano erant terrori. Isti adhuc trans Danubium constituti tempore Valentis Imperatoris cœperunt ciuili bello inter se collidi.

Athalaricus Dux vnius partis cum præualuisset Fritigerno Duci alterius partis, Fritigernus à Valente auxilium petit & Christianum se futurum promittit. Valens Imperator auxilium mittit eosque in sectam Arrianorum Arrianus ipse inducifecit. Anno XIII Valentis Hunni qui & ipsi in Scythia potenté debacchabantur, nacti oportunitatem ex intestina Gothorum simultate fines eorum ex improuiso inuadunt eosque bello victos aut sibi subiungunt aut captiuitate excruciant, aut patria eliminant. Ita Gothi qui multas gentes subdiderant suo seruitio, Hunnorum rursus subduntur Dominio & nimis eorum potentiam adaugent dum omnes qui Gothis seruiebant per Gothos Hunnorum principatui parent. Cum vero Hunni in omni fere Scythia principatu & fortitudine cunctis præeminerent, Gothi victi partim se Danubio transito ingesserunt finibus Romani Imperii, & à Valente petierunt terram ad inhabitandum: qua impetrata, cum aliquandiu se continuissent ab omni armorum insolentia tandem Romanorum auaritia coacti & rei familiaris inopia, in ipso imperii sinu grauia concitauerunt prælia.

Quibus Valens Imperator occurrens bello victus ab eis & igne crematus iusto Dei iudicio Reipublicæ nimiam intulit incommoditatem, hostibus vero auxit elationem. Isti ergo Gothi qui Romano Imperio incubabant, Wisigothos se, id est, occidentales Gothos appellabant. Et per multos annos occidentales Romanorum fines vsque ad ipsas vlteriores Hispanias infestabant: vbi etiam postmodum in regnum coaluerunt. Porro Gothi, qui in patrio solo trans Danubium sub Hunnorum Dominio remanserunt regulos quidem suæ gentis habuerunt, & sese Ostrogothos, id est Orientales Gothos appellauerunt: Qui & ipsi postea per Theodoricum Regem suum à Zenone Imperatore Italiæ regnum dono acceptum per multos annos tenuerunt.

Ita Gothi quasi duobus capitis sui cornibus orientem & occidentem ventilantes acerrime duo ex se regna creauere, scilicet Wisigothorum in Hispania & Ostrogothorum in Italia. De regno Hunnorum quod in omni pene Scythia tenebat principatum, ipsa gentis barbaries me silere faceret nisi famosum Galliarum & Italiæ excidium me loqui cogeret, quia per Attilam eorum regem iudicium Dei se longe lateque effudit, quem quasi gladium limatum & exacutum de vagina indignationis suæ super peccatrices gentes Deus distrinxit.

De eorum ergo origine quæ in antiquorum leguntur hiſtoriis, aperiam paucis. Filimer Getarum Rex Gudarici magni filius qui poſt egreſſum Scandiæ Inſulæ iam quinto loco tenens principatum Getarum, terras etiam Scythiæ cum ſua gente intro iit. Reperit in ſuo populo Magas mulieres quas Getico ſermone Alrunas dicunt eaſq; habens ſuſpectas de medio ſui perturbat longeq; ab exercitu ſuo fugatas in ſolitudinem compulit: vbi ſylueſtres homines, quos nonnulli Faunos ſicarios vocant, cum eas per deſertum vagantes vidiſſent, earum complexibus ſe in coitum miſcuerunt: vnde genus hoc ferociſſimum exſtitit, quod primum inter paludes Meotidas conſtitit tetrum atq; exile quaſi hominum genus nec alia voce notum niſi quod humani ſermonis imaginem præferret, & quos bello forſitan minime ſuperarent, vultus ſui terrore nimium pauorem ingerentes terribilitate fugarent eo quod erat eis ſpecies horribilis nigredinis & velut quædam ſi dici fas eſt deformis offa, non facies habensq; magis puncta quam lumina. Quorum animi, ferociam, toruus prodit aſpectus, qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæuiunt. Nam maribus ferro genas ſecant vt nunquam lactis nutrimenta percipiant & vulnerum cogãtur ſubire tolerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt & ſine venuſtate Ephœbi ſunt quia facies ferro ſulcata tempeſtiuam pilorum gratiam cicatrice abſumit: Exigui quidem forma ſed arguti, motibus expediti & ad equitandum promptiſſimi, ſcapulis latis & ad arcus ſagittaſq; parati, ceruicibus firmis & ſuperbia ſemper erecti. Iſti vero ſub hominum figura viuunt beluina ſæuitia. Tali ergo ſtirpe procreati Hunni cunctis vicinis gentibus erant horrori & formidini: quorum potentiam auxit victoria de Gothis qui trans ripas Meotidis fluminis in Scythia pollebant gloria ſingularis potentiæ & fortitudinis. Quam victoriam hoc modo adepti ſunt Hunni. Venatores Hunnorum ſequentes veſtigia ceruæ Meotidas paludes tranſeuntis, quas inuias hactenus putabant, Scythiam regionem diligenter explorant: explorata omnia Hunnis nuntiant & ad tranſeundum eos animant. Iſtorum ducatu paludibus tranſitis velut quidam turbo ſubito incubuerunt gentibus Scythicis eaſque omnes ſubiugauerunt ſibi ipſoſq; Gothos cæteris imperitantes aut præeminentes expulerunt ſedibus ſuis. Iſto felicitatis ſucceſſu ex humo inter cæteras Scythiæ gentes elati per victoriam de Gothis per annos fere LXXX. laborauerunt ad concuſſionem & ruinã mundi. Ab illa ergo victoria vſque ad mortem Attilæ regnum eorum annotatum reperi ſed compendii gratia (quemadmodũ & proceſſum omnium regnorum prædictorum) ſcribere omiſi. Extra has & aliæ gentes fuerunt quæ Romanum Imperiũ dilacerauerunt id eſt Gepides, Alani, Turcæ, Bulgares & aliæ plures quæ omnes ab Aquilonis plaga exierunt vt ſuper hoc fortaſſe videatur dictum per prophetiam: Ab Aquilone pandetur malum ſuper vniuerſam terram. Hæc Sigibertus Monachus Gemblacenſis Chronographus nominatiſſimus in libro ſuo de temporibus. Iſtis prælibatis ad narrationis noſtræ ſeriem vnde digreſſi ſumus ſtylum dirigamus, &c.

Item Francis poſt Priamum Priami filius Marcomirus & Sunno filius Antenoris principantur annis XXXIV. Quorum ducatu Franci Sicambria egreſſi conſedere ſecus Rhenum in oppidis Germaniæ. Cœperunt autem Anno Domini CCCLXXXVI. Imperii Gratiani vltimo. Iſtorum Anno ſecundo Franci Quintinum & Eradium Romanorũ Duces cum omnibus pene ſuis iuxta Treuirim delent.

Anno XXVIII. Imperii Theodoſii iunioris tertio Franci ſæpe Gallias infeſtantes diripiunt primo & ſecundo eruptione incendunt vrbem Treuirim quam condidit Treber alias Trebeta filius Nini Aſſyriorum regis profugus à facie nouercæ ſuæ Semiramidis, & à ſuo nomine Treuirim nominauit: hæc Sigibertus in chronicis. Item circa Ann. Domini CCCIXXXIV. Apollinaris Laodiceæ Epiſcopus conuerſus in hęreſim ſui nominis à Damaſo Papa damnatur. Qui dicebat Chriſtum natum ſolam carnem non animam ſuſcepiſſe ſed potentiam diuinitatis ſuſceptæ carni fuiſſe pro anima: Et ipſam carnem non de Maria ſuſceptam ſed carnem & verbum fuiſſe vnius ſubſtantiæ. Hæc Sigibertus.

Treuirenſia. POST deceſſum Britonii creatus eſt XXXII. Epiſcopus Treuirenſis S. Felix huius nominis ſecundus. Iſte fecit Baſilicam grandem in honorem Dei genitricis in cam-

in campo Martio 410 pedum longitudinis, 120 pedum latitudinis, in qua corpora Martyrum à Richouaro passorum adusque sua tempora disiecta & incomposita ad eandem Basilicam translata honorifice tumulauit. Corpus quoque S. Paulini, quod suo tempore populus Treuirorum cum copiis ex toto regno adunatis de Phrygia detulerat, facta crypta in eodem monasterio in medio cryptæ cum ferreis catenis suspendit. Ipse post annos duodecim sacerdotii sui in dextro cornu eiusdem Ecclesiæ est sepultus, sed quo anno salutis hic beatus Pontifex cœperit vel quo obierit in Chronicis Pontificum Treuirensium inuenire non potuimus. Item circa annos Domini cccxciii. Imperii verò Theodosii senioris Anno sexto quædam meretrix vno partu septem puerulos enixa, beluis omnibus mater crudelior, in piscinam proiecit necandos. Contigit itaque vt primus Rex Longobardorum Agelmundus in itinere ad eandem piscinam deueniret: Qui cum equo retento miserandos infantulos miraretur, hastaque quam gerebat huc illucq; eos inuerteret, vnus ex illis iniecta manu hastam regiam comprehendit. Rex igitur misericordia motus factumq; vehementer admiratus, cum magnum futurum prænuntiat, moxque à piscina leuari præcepit, atque nutriendum omni cum studio mandat. Et quia eum de piscina, quæ eorum lingua Lama dicitur abstulit, Lamissio eidem nomen imposuit. Qui cum adoleuisset annis, adeò strenuus iuuenis effectus est vt & bellicosissimus extiterit, & post Agelmundi funus regni gubernacula rexerit, &c. Hæc Paulus Cassinensis monachus.

Mortuo beato Seruatio sedes Tungrensis vacauit absq; pastore proprio, vt diximus, centum & octo annis, mensibus septem, diebus 18. videlicet vsque ad xx annum Anastasii Imperatoris: Qui fuit annus salutis DXII. quo anno prima Synodus à Francis iussu Ludouici Regis Aurelianis habita est, in qua decernuntur multa Ecclesiæ vtilia. Et in eodem concilio prælati Galliarum compatientes Ecclesiæ Tungrensi Sanctum Agricolaum constituerunt Episcopum Tungrensem, vt inferius suo loco patebit. Ex istis colligitur non posse illud consistere cum Chronicis Sigiberti, quod habetur in gestis pontificum Tungrensium, nimirum S. Agricolaum ordinatum fuisse Episcopũ Ecclesiæ Tungrensis An. Dom. cccccxcviii. in cõcilio Aurelianensi cum ex iis, quæ ante acciderunt colligitur illo anno Synodum in Gallia celebratam non fuisse nec Clodoneum Regem Francorum baptisatum. Hæc collector. Inter id tempus vacationis venit Sanctus Episcopus nomine Candidus, causa orationis Traiectum, Domino reuelante, ad sepulchrum S. Seruatii, qui ibidem permansit toto tempore vitæ suæ supplens officium Episcopi. Admodum vero multis miraculis claruit S. Seruatius post mortem (Hæc ex gestis Pontificũ Tungrensium.) *Tungrensia.*

Sanctus Euergislus tertius Pontifex Colonensis, discipulus fuit beati Seuerini, qui in transitu beati Martini hymnum Angelicum cum Magistro audire meruit, & de die in diem, de virtute in virtutem proficiens & seculi ætate graueſcens dolore capitis nimium occupatus, more solito loca sancta circuiuit oraturus. Cum verò ad sanctorum Martyrum Geteonis sociorumq; eius, verum infirmantium refrigerium & asylum deuenit, mox Ecclesiam oraturus intrauit, & in memoriam Sanctorum versum istum scilicet (Exultabant Sancti in gloria) psallere cæpit. Statimq; genibus flexis (lætabuntur in cubilibus suis) diuinitus responsum accepit. Sanctus vero Pontifex eadem hora ex Sanctorum adytis puluere languenti capiti cum sanctæ Crucis signaculo imponens, sanus recessit ac si nunquam dolorem perpessus fuisset. Tandem beatus Pontifex accessit quodam tempore Tungrim quæ & Octauia dicitur, prædicandi gratia & confirmandi populum in fide catholica, vbi & martyrio fuit coronatus & ibidem sepultus. Sed postmodum à venerabili Brunone Archiepiscopo eius successore vicesimo quinto hoc modo translatus est. Bruno ille cum quadam vice de Francia veniens cum principibus regni ibidem pernoctaret, apparuit ei sanctus Euergislus quasi palliatus, casula consecrata dicens, videsne (ait) qualiter à tinea sunt consumpta, quoniam tu illuminabis lucernam meam, illumina & tenebras meas. Nam huic eripiar & in Deo meo transgrediar murum. Nec mora: Episcopus somno solutus, rem secum voluebat tacitus. Facto autem Folcmaro sibi familiarissimo visionem ex ordine enarrauit, &, vt ille in medium consuleret, postu- *Colonienſia.*

lauit: Qui mox ad primam responsionem dicebat, Sanctum Euergislum propriam debere reuisere sedem. Lætatur Episcopus & sacri corporis reliquias cum magno suorum gaudio de loco illo transtulit, & in Ecclesia Sanctæ Cæciliæ virginis & martyris in Colonia cum magna totius populi exultatione & diuinæ laudis celebratione quinto Calendas Aprilis honorifice collocauit. (Hæc ex chronicis Colonienſium.)

Francica. Item anno Honorii nono, Sunnone & Marcomiro Francorum ducibus defunctis, Franci in commune deliberant, vt ipsi sicut aliæ gentes regem habeant, & filium Marcomirum Ducis Pharamundum sibi regem ordinant, qui regnauit annis xi. Cæpit autem anno Domini cccxx. Imperii Honorii anno decimo. Hæc Sigibertus. Iste Pharamundus regnauit in Germania paganus existens quamdiu vixit: decreuit verò cum hominibus suis nutrire comas, quod vsque ad tempora Magistri Petri Lombardi Parisiensis Episcopi in Francia fuit obseruatum: Sed tunc ad eius instantiam prætermissum. Factum autem erat vt Franci dignoscerentur à Gallis, in quos decretum Iulii Cæsaris ab antiquo emanauerat de tonsura ipsorum in signum seruitutis. Hæc frater Bernhardus. Obiit autem Pharamundus Rex anno Domini cccxxx. barbarico ritu iuxta Remos in Pyramide sepultus.

Antisiodorensia & Treuirensia. Anno Domini cccxxxi. Vir illustrissimus Germanus Pontificatum Antisiodorensem suscepit, in quo per xxx. annos tanquam clarissimum sydus incomparabili luce claruit. Iam verò qualem & quantum se exhibuerit, lingua mortalis explicare non sufficit, quia supra hominem fuit omne quod gessit. Cuius talis extitit vita, vt, si miraculis caruisset, incredibilis videretur: Tanta fuerunt miracula, vt nisi piæ conuersationis merita præcessissent, phantasmata putarentur.

Anno quinto Theodosii & Valentiniani tertii Cælestinus Papa ad Scotos in Christum credentes Palladium primum mittit Episcopum. Post quem ad eosdem ab eodem Cælestino missus est Sanctus Patricius genere Britto, filius Conches sororis S. Martini Turonensis. Qui in baptismo dictus est Sachat, à S. Germano Magonius, à Cælestino verò Patricius. A quo Archiepiscopus Scotorum ordinatus per lx. annos signis, sanctitate, doctrina excellens totam insulam Hiberniam conuertit ad Christum.

Sanctus Seuerus Apostolicis viris per omnia coæquandus. Germaniæ verbum Dei prædicauit. Et cum Germano Antisiodorensi Episcopo & Lupo Trecassino in Britanniam traiiciens Pelagianam hæresim destruxit. Hæc ex chronicis Pontificum Treuirensium. Item anno Domini cccxxxix. Imperii Theodosii & Valentiniani anno xi. Eudoxia Augusta, vxor Theodosii Hierosolymam ex voto properauit, & inde reliquias protomartyris Stephani & duas catenas, quas Angelus de manibus Petri Apostoli disiecit, Dei nutu attulit, eisq; adiuncta catena, qua etiam Romæ Petrus vinctus fuit, triadem fecit: Et inde Romanus Pontifex solennitatem S. Petri, quæ dicitur ad vincula, Romæ instituit Calendis Augusti, idque simul in eum finem, vt populum reuocaret à Gentilis superstitionis pompa, quam adhuc in hac die ciuitas ex ritu gentili pro victoria Octauiani Augusti de Antonio & Cleopatra relata tertio Calendas Augusti solenniter celebrabat. Item Diabolus Iudæos in specie pseudoprophetæ Moisem se esse mentientis seduxit, & promittens in terram se repromissionis eos reducturum, ad mare transmittendum adduxit, ibique eorum multos multis modis perdidit. Quæ res multis eorum periculo hoc eruditis credendi in Christum causa fuit. Item Anno Domini cccclv. Constantinopoli per quatuor menses terræmotu terra fluctuante, quidam coram omnibus orantibus sublatus in aera à diuina virtute admonitus est à diuina voce vt factis litaniis canerent omnes, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nostri, nihil aliud apponens. Quo facto cessauit terræmotus. Hæc Sigibertus.

Item anno Domini cccclxix. Remigius postea Remensis Episcopus nascitur prænuntiatus ex nomine per Montanum monachum. Quo nato idem Montanus, quia cæcus erat, de lacte Ciliniæ matris eius, oculos suos liniens illuminatus est. Eodem anno Sanctus Germanus Antisiodorensis cum Seuero Treuirensi Episcopo iterum ad Britanniam missus renascentem Pelagianam hæresim confutat.

Item

Item an. Dom. CCCCLIII. Terræmotus pene assidui & signa plurima in cælo ostẽduntur: Vespere ab Aquilone cælum efficitur rubrum vt ignis, intermixtis per igneum ruborem clarioribus lychnis in hastarum speciem deformatis: luna obfuscatur: Cometes apparet, & multa alia quæ non fuisse otiosa ostendit instans rerũ consequẽtia. an. Dom. CCCCLVIII. Imperii Martiani sexto Genofeua virgo Parisiensis multa sanctitate claret per Gallias. Item anno Domini CCCCLIX. Simeon, qui quadraginta annis inclusus in columna stetit mira sanctitate Antiochiæ claruit, qui inter cætera monebat ne quis per Dei aut Sancti alicuius nomen, sed per nomen Simeonis iuraret, promittens impunitatem in se peieranti se postulaturum à Deo. Hæc Sigibertus.

Item circa annos Domini CCCCLIV. Attila Hunnorum Rex Walameris Ostrogothorum Regis & Ardarici Gepidarum Regis, & multarum Aquilonarium gentium sibi subiectarum auxilio fultus, à Pannoniis egressus, occidentale imperium inuadit cum quingentis millibus armatorum: & primo per totam Galliam tanta per eos Dei efferbuit indignatio, vt nullam omnino ciuitatem, castellum vel oppidum à furore eorum vlla tutari potuerit munitio. Postremo Aurelianam vrbem eis obsidentibus ad subsidium Galliarum aduolauit Patricius Romanorum Aetius, fultus & ipse Theodorici Wisigothorum regis & Meronei Francorum aliarumq; gentium copiis militaribus. Itaq; conserto prælio in campis Cathalaunicis pugnatum est vsque ad direptionem noctis, vbi Aetius superior quidem recessit, Attilam tamen non vsq; ad internecionem deleuit. Cæsa sunt ibi centum octoginta millia pugnatorum inter quos etiam cecidit Theodoricus Rex Wisigothorum. Attila verò resumpta spe ex Aetii discessu, domum rediit, maturè rediturus, instaurato rursus exercitu. *Hunni.*

Nichasius Remensis Episcopus cum Eutropia sorore ab Hunnis martyrisantur. In gestis tamen eorundem leguntur passi sub Vandalis. Auctor Metensis Episcopus capitur. Sed Hunnis cæcitate percussis cum captiuis suæ vrbis relaxatur. Hæc Sigibertus. Cum idem Attila vrbem Trecassinam obsidione superba cinxisset, & ciues timore perculsi portas ciuitatis obturando, se intra mœnia recepissent, beatus Lupus eiusdem vrbis Episcopus supra fastigium altioris portæ conscendens, Attilam ad colloquium vocat. Qui gaudens accurrit æstimans Episcopum cum populo sponte se subiecturos. At Episcopus Attilam inspiciens, quis esset, inquisiuit. Et Attila respondente, Ego sum Attila, flagellum Dei: respondit rursus Episcopus, Et ego sum lupus, dissipator gregis Domini & dignus flagello Dei. Nunc igitur ingredere ciuitatem & officii tibi iuncti, quantum Deus permiserit, curam exerce: Tunc Episcopo præcipiente portæ ciuitatis sunt reseratæ, & Attila cum suo exercitu ingrediens, neminem, (quod est mirabile dictu,) vidit, & precibus humilitateq; beati Lupi ciuitate liberata, tyrannus inefficax rediit. Sub hac tẽpestate destructæ sunt pene omnes Galliæ ac Germaniæ ciuitates, quarum nomina ob fastidium legentium omittuntur. S. Exuperius & Saturninus meritis suis seruauerunt Tolosam: Seruatius Traiectum: Auianus vrbem Aurelianam: Apricius (vel potius anteceſſor eius memoranda humilitatis Martinus) Turonicam Ecclesiam: Metensis cum omnibus, qui ad eam cõfugerant, à beato Stephano, in cuius honorẽ est infulata, Sancto super ipsam Ecclesiam solenniter apparente & cum ampulla quadam aquam super incendium iactante, liberata est. Item hoc tempore vndecim millia virginum ab Hunnis Coloniæ cæsa sunt. Huic autem obsistit, quod in quodam chronico legitur, sub Cyriaco Papa vndecim millium virginum passionem accidisse, quem Cyriacum succesſiſſe Pontiano, & sedisse anno vno, mensibusq; tribus: quia vero Roma cum virginibus, inuito clero discesserit, non numerari inter Pontifices, scribitur in chronico Martini. Sed nos falsum esse putamus. Verius autem videtur tempore istius Martini Imp. passas esse, sicut in legenda ipsarum attingitur. Hæc frater Bernhardus. Istud excidiũ Gallis impendere Seruatius Tungrensis Episcopus longe ante in spiritu præuiderat, & Romæ à beato Petro Apostolo hoc iudicium Dei ineuitabile fore didicerat: Ideoq; relicta Tungrensi vrbe, quæ euertenda erat ad Traiectum sedem Episcopalem migrauit. Hæc Sigibertus. Post harum destructionem ciuitatum, Attila Rex Hunnorũ iam securus ad oppressionem Romanorum mouit procinctum, primaque congres-

sione, Aquilegiensem obsedit ciuitatem, quæ est metropolis Venetiarum: Ibique cum diu multumq; obsidens nihil penitus præualeret, fortissime intrinsecus Romanorum militibus resistentibus, exercitu iam murmurante & discedere cupiente, Attila deambulans circa muros, dum, vtrum solueret castra, an adhuc remoraretur, deliberat, animaduertit candidas aues, id est, ciconias, quæ in fastigio domorum nidificant, de ciuitate fœtus suos asportare, & contra morem per rus foris circumferre: vt igitur erat sagacissimus inquisitor, præsensit & ad suos, respicite (inquit) aues futurarum rerum prouidas. Relinquunt perituram vrbem & casuras arces periculo imminente deserunt. Non sit vobis vanum, non credatur incertum: Rebus præsciis consuetudinem mutat ventura formido. Quid plura? Animos suorum rursus ad oppugnandum Aquilegiam inflammat, qui machinis instructis & omnibus generibus tormentorum adhibitis subito inuadunt ciuitatem, capiunt, spolia diuidunt vastantque crudeliter, vt vix eius vestigia apparerent. Et hinc iam audaciores & necdum Romanorum sanguine satiati, Mediolanum quoque Liguriæ metropolim & quondam regiam vrbem, nec non & Ticinum, quæ Papia nunc dicitur, æquali sorte deiiciunt, vicinaque loca sæuientes allidunt, demoliunturque pene totam Italiam. Cum verò Attila ita Italiam vastaret & incenderet, venit ad eum Leo Papa, & non solum salutem, sed etiam vt rediret obtinuit, vbi Rex Attila requisitus à suis, cur ei fuisset tam placabilis, respondit se non eum esse reueritum, sed senem quendam venerabilem euaginato gladio sibi mortem minitantem, nisi eius in omnib. expleret voluntatem. Attila tandē Anno regni sui sexto Wisigothos debellare aggressus, à Thurismodo victus rediit inglorius: Martiano Imperatori tum simul apparens Dominus in somnis, arcum Attilæ fractum esse ostendit, nec id vanum fuit. Eadem quippe nocte Attila in nuptiis suis crapula confectus erumpente per apoplexiam sanguine de naribus in lecto est suffocatus. (Hæc ex chronico fratris Andreæ monachi Martianensis cœnobii de gestis regum Franciæ.) Is vero Attila, patre genitus est Mundrucho, cuius fuere germani Octar & Rugila, qui ante Attilam regnum tenuisse narrantur: Post quorum obitum cum Bleda germano in Hunnorum successit regno. Erat vero Attila superbus incessu, huc illucque circumferens oculos, vt elata potentia ipso quoque in motu corporis appareret, bellorum quidem amator. Sed ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantibus exorabilis, propitius autem in fidem semel susceptis: forma breuis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, raris in barba canis aspersus, simo naso, teter colore, originis suæ signa præferens. Hæc Blondus Foroliuiensis modernus historiographus in secundo libro de declinatione imperii.

Treuirensia. Cyrillus Archiepiscopus Treuirensis cellam Sancti Eucharii incensam & desertam reparauit, monasteriumque non longe à priore loco constituit, & illinc corpora sanctorum Eucharii & successorum eius transtulit, iuxta quæ & ipse requiescit. (Hæc ex chronicis Archiepiscoporum Treuirensium.)

Britannica. Anno Leonis Imperatoris XI. Mortuo Vterpendragon Britanniæ rege, sublimatus est in regno filius eius Arthurus, quem ex vxore Ducis Cornubiæ in adulterio procreauit, cuius mirabiles actus etiam linguæ personant populorum, licet plura esse fabulosa videantur. Qui prædecessoribus suis longe fuit insignior tam honore, potentia, & largitate quàm fama, cui tantam gratiam innata bonitas præstiterat, vt à cunctis fere populis amaretur. Siquidem bellicosus & inclytus fuit, resistentes sibi potenter debellans, pacem verò quærentes libenter suscipiens, propter hoc vt fertur Franciam acquisiuit: Flandriam & Aquitaniam pressit: Norwegiam, Daciam, cæteraſque maritimas insulas sibi seruire coegit. Porrò aduersus Saxones, Scotos & Pictos vario conflictu decertans tandem eos in quodam saltu concluſit, sed illi arboribus pro munimento contra Britonum tela vtebantur: Quod videns Arthurus iussit arbores per multa loca incidi, & in circuitu nemoris poni vt liberos exitus non habentes, fame ibi deficerent. Cogente igitur necessitate compulsi sunt licentiam petere redeundi in patriam suam, omnia relicturi & tributa cum obsidibus reddituri. Sed in reditu positi pactionē violarunt,

& retractis velis insulam depopulari cæperunt. Arthurus igitur congregato exercitu processit contra hostes in prælium, accinctus gladio, nomine caliburno, & auream coronam simulachro draconis insculptam capiti superponens, & clypeum in quo imago Sanctæ Dei genitricis erat picta, humeris imponens, lanceam quoque quæ Ron vocabatur, assumens. Cumque pugna vtrinq; ferueret, Arthurus impetu facto in hostes, occidit solo caliburno gladio trecentos septuaginta viros: Cæteros autem in fugam conuertit, Principibus eorum prostratis. Hæc Vincentius.

Anno Leonis Imperatoris XIV. Remigius Remorum fit Episcopus. Saracenis Ægyptum incursantibus hoc tempore negotiatores Veneti corpus Sancti Marci Euangelistæ ab Alexandria transtulerũt Venetias. Hæc Sigibertus. Floruit hoc tempore Prosper natione Aquitanicus Beati Leonis Papæ notarius, qui apud Regium vrbem Italiæ factus Episcopus, doctrina & miraculis claruit, ibiq; honorifice requiescit. Hæc Bernhardus. Iste etiam chronicam composuit à primi hominis conditione iuxta diuinarum scripturarum fidem vsq; ad obitum Valentiniani Augusti & captiuitatem vrbis Romæ à Genserico Vandalorum rege factam. Hæc Gennadius in libro de illustribus viris.

Istius tempore Merlinus vates dicitur in Britannia fuisse ex filia Regis Demenæ Sanctimoniali, quæ degebat inter monachas in Ecclesia S. Petri in vrbe Baermedii, ex incubo Dæmone genitus, qui sæpius eandem virginem in specie iuuenis frequentans, alloquebatur & amplexabatur, & postea disparebat: & tandem sæpius cum ea carnaliter coiens de isto Merlino grauidam dereliquit. Hæc frater Bernhardus pene supra fidem. De isto etiam scribitur, quod Wortigirnus Rex Britanniæ consilio inito cum sapientibus quid agere deberet ad tutamen sui, iussit conuenire artifices, vt ei turrim fortissimam constituerent. Sed cum opera eorum tellus absorberet, suasum est ei vt hominem sine patre quæreret, & eius sanguine lapides & cæmentum dispergi præciperet, quasi hoc facto fundamentum stare posset. Inuentus autem adolescens cui nomen erat Merlinus cum matre sua adducitur coram Rege, quæ professa est à spiritu in specie hominis se illum concepisse. Merlinus autem multa obscura reuelauit, multa prædixit futura. Aperuit enim sub fundamento esse lacum, sub lacu duo latere dracones, quorum vnus rubeus populum Britonum, alter verò albus gentem Saxonum designaret, & quis in conflictu suo alteri præualeret. Prædixit Aurelium Ambrosium deuicto Hengisto & combusto Wortigirno regnaturum, fratremque eius Vterpendragon in regno ei succedsurum, & vtrumque veneno periturum, Arthurum verò, quem Aprum Cornubiæ vocat, prophetauit quod Ecclesiæ Dei succurreret, quod insulas occidentales sibi subiugaret, quod Gallicanas prouincias possideret, quod Romano exercitui terribilem se exhiberet & quod exitũ dubium haberet. Prænuntiauit quod Archiepiscopatus Bundoniarum transferendus esset in Doroberniam, quæ modò Cantuaria dicitur & nominatur, & quod Eboracensis Archiepiscopatus Beatus Samson cum septem Episcopis ad Armoriacam transiret regionem, quæ modo minor Britannia nominatur. Etiam prophetauit quod sub Nortmannorum dominium Anglia esset redigenda, & alia quamplurima quæ vix intelligi possunt donec apparere incipiant. Solet enim spiritus Dei per quos voluerit mysteria sua loqui, sicut per Sibyllam, sicut per Balaam exterosq; huiusmodi. Hæc Vincentius. *FABVLOSA.*

Volusianus Episcopus Treuirensis priuilegium dudum à Papa Syluestro huic vrbi per Beatum Agricium delegatum, sed suo iam tempore Romæ deletum Romano Pontifice indulgente rescribi fecit, & honorem priscum suæ ciuitati renouauit. (Hæc ex chronicis Pontificum Treuirensium.) *Treuirenſia.*

Item circa annos Dom. D. Clodoueus Rex Francorum commota gente sua Alemannis bellum intulit, sed aduersariorũ audacia, suorumq; strage territus & compulsus, fortissimum Deum Christianorum inuocauit, moxq; victoriam obtinuit: & patrata victoria Alemannos sibi subdidit, memorq; sponsionis ad baptismum properauit, iter domum repetens per Tullum oppidum ad comatam Galliam quod nobilitabat tunc temporis verax fama sanctæ conuersationis Beati Vedasti, quem secum Rex assumens peruenit Remos: vbi Rex à Regina, quæ antea fuerat Christia- *Francica.*

na & Sancto Remigio Archiepiscopo intercurrentibus nuntiis exspectabatur, baptisatus est cum multa gente Francorum ad tria ferme millia, sumpto cælitus chrismate, sicut in vita Beati Remigii describitur. Rex igitur Ludouicus (sic enim in baptismate cognominatus est) multis prædiis Ecclesiæ Remensi contulit: & Remigius multa parte eorum data Ecclesiæ Laudunensi sedem Episcopatus ibi esse constituit, primum ibi Episcopum Genebaudum constituens, & eum in fornicationem cum sua quondam vxore prolapsum, sed pœnitentia purgatum & de reclusione diuino iussu eductum suæ sedi restituens. Item iste Ludouicus Rex Francorum postquam debellauit Alarium Regem Wisigothorum potentissimum, vsq; ad Pyrenæos montes regnum Francorum dilatauit. Moritur anno Dom. DXIV. anno Anastasii Imperatoris XXII. Ætatis suæ anno XLV. & Parisiis in Ecclesia Apostolorum Petri & Pauli (quam ipse fundauit, quæ nunc dicitur ad Sancta Genofeuam) à filiis suis honorifice sepelitur. Hæc frater Andreas. Sancta autem Clotildis de Burgundia contoralis eius prima Francorum Apostola & regina deuotissima, ac sanctorum locorum fundatrix obiit in ciuitate Turonensi anno Domini DLIV. Imperatoris Iustiniani huius nominis primi anno XXVII. in viduitate permanens annis XXXIX. Quæ Parisiis cum magno psallentium choro deportata, ad latus viri sui à filiis Childeberto & Lothario sepulta est. Sed post propter immensa Dei per eam miracula facta ex humo translata, retro summum altare in feretro posita, signis, virtutibusq; coruscans, quiescit: cuius festiuitas tertio Nonas Iunii celebratur.

Anno Domini DXII. Imperii Anastasii Anno XX. Anno Ludouici Regis Francorum XXVIII. Aurelianis, vt supra prænotatum est, prima Synodus à Francis iussu Ludouici Regis, præsentibus Beato Remigio & Rege Ludouico, & aliis Gallis Episcopis celebrata est: in qua tractatum fuit de restauratione regni & Ecclesiarum. Compatientes igitur Ecclesiæ Tungrensi post centum & octo annorum vacationem, vt prius memini, instituerunt Sanctum Episcopum Agricolaum, habitaturum sedem Traiecti ob destructionem Tungrorum ciuitatis. Quod factum multum placuit Traiectensibus, qui eum cum magna reuerentia receperunt. Iste restaurauit tectum Oratorii Sancti Seruatii violẽtia ventorum deiectum, quod antea dicitur nemo potuisse. Sub hoc tempore Ecclesia Hoiensis, quæ paulo ante ab Hunnis destructa fuerat, à ciuibus rursus ædificatur in eodem loco, vbi Beatus Maternus eam primo instituerat & dedicauerat in honorem Beatæ Dei genitricis. Agricolaus verò Episcopus Tungrensis XI. & Traiectensis post B. Seruatium primus, cum in vinea Domini fæliciter laborasset, anno sui præsulatus VII. Nonas Febr. in Christo in pace quieuit, & in Ecclesia Sanctorum Petri & Pauli Traiecti superioris, quæ nunc S. Seruatii dicitur, iuxta S. Seruatium tumulatur. (Hæc ex gestis Episcoporum Tungrensium.)

Traiectensia.

Tungrensia & Traiectensia.

Beatus Vrsicinus post obitum S. Agricolai duodecimus Tungrensis, & secundus Traiectensis Episcopus ordinatur. Cæpit autem an. Dom. DXIX. An. Iustini senioris secundo. Sedit autem annis quatuor. Iste Deo multum deuotus migrauit à præsenti seculo Calendis Octob. in Traiecto, sepultus super Mosæ fluuium an. Domini DXXII. (Hæc ex chronicis Pontificum Tungrensium.)

S. Desiguatus XIII. Episc. Tungrensis an. Dom. DXXIII. An. Iustini senioris VI. vir charitate plenus, præfuit Ecclesiæ tribus annis. Obiit in Christo Idus Ian. & sepultus est in Traiecto superiori. Iste resuscitauit tres mortuos milites, qui dederunt Ecclesiæ hæreditarie possessiones suas. (Hæc ex chronicis Tungrensium Pontificum).

Beatus Resignatus XIV. Tungrensis Episcopus ab omni populo & clero in Traiecto sua benignitate eligitur An. Dom. DXXVI. Anno Imperii Iustini senioris nono. Cum vero suam Ecclesiam in magna virtute rexisset, anno III. sui præsulatus morbo correptus obiit Calendis Decemb. & in Ecclesia Traiectensi tumulatur.

Sanctus Sulpitius XV. Episcopus Tungrensis & V. Traiectensis post S. Seruatium. Cæpit An. Dom. DXXIX. An. secundo Iustiniani: præfuit annis quatuor, & plenus bonis operibus quieuit in Domino, appositus in Ecclesia Traiectensi, cuius festiuitas agitur XVI. Cal. Februarii, qua etiam die celebratur festum S. Sulpitii Bituricensis.

Sanctus Quitrillus XVI. Episcopus Tungrensis & VI. Traiectensis, cæpit An. Domini DXXXIII. An. Iustiniani sexto, sedit annis duob. Qui vir Sanctus vita & honestate præ-

te præclarus & prædicatione illustris, migrauit ad Dominum prid. Cal. Maii.

S. Eucherius (aliàs Eucharius) huius nominis primus, Episcopus XVII. Tungrensis & VII. Traiect. incepit An. Dom. DXXXV. An. Iustiniani Imp. VIII. & sedit annis duob. Vir sanctus, dulcis, modestus, & omni bonitate plenus. Obiit X. Cal. Martii, sepultus Traiecti.

Beatus Folio frater germanus prædicti Eucherii (aliàs Eucharii) Deo charus & omni laude dignissimus, cõmuni assensu omnium factus est Tungrensis Episcopus XVIII. An. Dom. DXXXVII. An. Imperii Iustiniani decimo. Cum autẽ Ecclesiam suam ad honorem Dei & populi salutem per quatuor annos rexisset, migrauit à seculo, & Traiecti tumulatur. (Hæc ex chronicis Tungrensium Episcoporum.)

S. Eucherius (aliàs Eucharius) huius nominis secundus, vir pius & iustus & in omni virtute præclarus, institutus est Tungrensis Episcopus XIX. An. Dom. DXLI. An. imperii Iustiniani primi XIV. Præfuit autem annis tribus, & in Traiecto superiori tumulatur. Item circa An. Dom. DXLIV. Totila Ostrogothorum Rex obsedit Romam, quæ tamen tunc famis penuriam perpessa est, vt præ magnitudine inopiæ liberorum suorum carnes comedere cogerentur. Fessis verò nimium Romanis, nec valentibus mœnia tueri, Totila per portã Hostiensem vrbẽ ingressus est. Qui parcere Romanis cupiens, per totam noctem clangere buccinam iubet, quo se à Gothorũ gladiis aut in Ecclesiis tuerentur, aut quibuscunq; modis occulerent. Habitauitq; aliquantũ temporis cum Romanis quasi pater cum filiis. Hanc illi (vt dicitur) animi benignitatem, qui nimiæ antea crudelitatis extiterat, B. patris Benedicti Abbatis, quem olim audierat, monitio contulit, cum per Campaniã transiens & S. viri Dei Benedicti cœnobiũ attingens, ab eo talia audire meruit: Multa mala (Totila) facis, multa mala fecisti, iam ab iniquitate cõpescere, & quidẽ mare transiturus es, Romã ingressurus, nouem annos regnaturus, decimo morieris, &c. Elapsi sane ex vrbe aliqui de numero senatorũ Constantinopolim afflicti properant, & quibus calamitatib. Roma subiiciatur Principi narrãt. Qui statim Narsetem Eunuchũ, suum cubicularium Exarchũ Italiæ fecit & Romam cum manu valida amandauit, vt afflictæ Romę subueniret. Is ad Italiã veniens cum Longobardis fœdus iniit, & ad Albuin legatos misit, vt sibi cũ Gothis pugnaturo auxiliũ ministraret. Tunc Albuin electam ex suis manum misit, quæ Romanis aduersum Gothos suffragiũ ferret. Per maris igitur Adriatici sinum transuecti, & sociati Romanis, cum Gothis magnũ certamen inierunt: quibus ad internecionem pene deletis, regem Totilam, qui vltra iam decẽ annos regnauerat, Narses interfecit & vestimenta eius cruentata cum corona lapidibus preciosis ornata misit ad regiam vrbem, & iactata sunt ad pedes Imperatoris coram senatu. Deinde vrbes Gothorum muratas duas capiens, Veronam scil. & Brixiam, Romanam ciuitatem vniuersamq; Italiam ad Imperii iura reduxit, & Longobardos oneratos cum multis muneribus ad propria remisit, qui toto tempore, quo Longobardi Pannoniam possederunt Romanæ Reip. aduersus æmulos adiutores fuerunt. (Hæc ex lib. 18. Hostoriæ Romanorũ.)

S. Domitianus XX. Episcopus Tungrensis & X. Traiectensis, qui in Galliæ partibus ex honestis & secundum terrenæ dignitatis gloriam altis & præclaris parẽtibus extitit procreatus, cæpit Anno Domini DXLIV. Anno Imperii Iustiniani primi XVII. Iste itaq; Dei seruus superna sibi prouidente clementia, gemina, humana videlicet & diuina claruit edoctus scientia. Cumq; in Galliarum prouinciis & præcipue in Aquitanicis regionibus Paganis verbum vitæ prædicaret, & diuersis virtutibus polleret, contigit vt defuncto Eucherio Tungrorum Episcopo ab omni clero & populo vnanimiter eligeretur, reluctans ac indignũ se iudicans tantæ dignitatis honore quod accidit Childeberti & Theodeberti regum tempore. Quodam igitur tempore cum fame valida vniuersalis prouincia esset oppressa ex siccitate aeris maxima, S. Pontif. Domitianus cum omni populo preces fudit ad Dominũ, vt pietate solita terræ siccitatẽ pluuia competenti irrigaret, & populus gratias Deo referens fructu frugũ gauderet pro corporũ alimentis. Misericors autẽ Dominus deprecationem serui sui exaudiens dedit ex cælo pluuiam, & ex terra fructũ suum. Tum etiam in generali consilio Aurelianensi, cum inter Episcopos Galliæ & Germaniæ Beatus Domitianus in Ecclesia protomartyris Stephani contra hæreticos disputaret, terra sub pedibus

Sancti se eleuauit eousque vt super capita circumsedentium emineret. Tunc hæreticorum magistri pœnitẽtia ducti flexis genibus Trinitatem sanctam profitentes ab eo veniam postulabant. Rex igitur Francorum Childebertus in eadem synodo Aurelianensi de vniuersorum principum consilio & iudicio prædia, castella, & quæ Tungrensis Ecclesiæ erant beneficia, & post eius destructionem à pluribus directa ad sedem suam Traiectensem transferre iussit, & reuersus ad patriam Sanctus Domitianus multis bonis suam ditauit Ecclesiam, vocatus præterea ab Hoyensi propter fontis infectionem per draconem factam, draconem in abyssum misit, & fonte siccato nouum præmissa oratione fontem duxit, fixo prius in loco baculo pastorali, qui infirmis curam præstat mirabilem. Exinde Hoiense oppidum cæpit frequentari. Tandem sciens, spiritu sancto reuelante, obitum imminere, suis præcepit vt corpus suum in Ecclesia Hoiensi B. Virginis, sicut Dominus ordinauerat, sepelirent, quod & fecerunt. Nonis Maii migrauit ad Dominum anno pontificatus sui XVI. ann. Domini DLXIX. odorq; suauissimus de corpore eius exhalauit. (Hæc ex gestis eiusdem.)

Sanctus Monulphus XXI. Tungrensis Episcopus & vndecimus Traiectensis cæpit An. Domini DLX. anno Iustiniani primi XXXIII. sedit annis XXXIX. Iste erat hæres & dominus oppidi Dinantensis (iam proh dolor nostris temporibus destructi circa annum videlicet Dom. MCCCCLXVI.) omniumq; prædiorum suorum beatum Seruatium scripsit hæredem, cuius donationis plenam à Deo recepit mercedem. Templum aliud super membra B. Seruatii construxit & in altiori loco (eodẽ tamen) transtulit, & Ecclesiam septimo Idus Iulii dedicauit. Fundauit simul Ecclesiam Traiecti in honorem S. Mariæ, vbi sedem defixit Episcopalem, in qua præsederunt decem Episcopi, quorum ipse fuit primus, & S. Hubertus vltimus. Transtulit corpus S. Seruatii: & visitaturus castrum hæreditatis suæ (vt dictum est) Dionantum, transiens per syluam delectabilem iuxta fluuium Legiam, vidit signum crucis instar ignis rutilantis de terra vsq; ad cælum eleuari. Eia igitur (inquit) fratres, comitibus suis, Legia est locus quem Deus elegit ad salutem multorũ, quæ per merita cuiusdam serui sui postmodum magnifice illustrata summis æquabitur ciuitatibus. In quo etiam idem seruus Episcopus Ecclesiæ martyro afficietur. Oratorium igitur tum in loco visionis ad honorem Sanctorum Cosmæ & Damiani dedicauit, iuxta ædificans domum Episcopalem: quo tempore cæpit populus ibi habitare in villula Legia. Tandem videns B. Monulphus sibi finem imminere, omnibus digne peractis septimo decimo Calend. Augusti feliciter migrauit ad Christum, cum per triduum ante obitum docuisset populum suum cælestem salutem. Sepultus fuit in medio Ecclesiæ Seruatianæ, sicut vsque hodie floret. (Hæc breuiter collecta sunt ex vita eiusdem.)

Treuirensia. Defuncto Rustico Treuirensi Archiepiscopo Aponoculus quinquagesimo loco successit, cuius temporibus Auernensis Ecclesiæ sacerdos extitit Illidius (aliàs Hildius) cuius fama cum per diuersos assensus euehitur in vicinarum vrbium fines penetrauit. Vnde factum est vt hæc gloria cum Imperatoris aures attingeret, cuius filia à spiritu immundo vexabatur, cum nõ inueniretur per quem liberari posset, beatum Illidium fama detexerit. Mittit igitur Imperator seruos qui Sanctum senem Auernis repertum Treberis vel Treuiris Regi præsentant. A quo venerabiliter excipitur, & Rex de statu infelici conqueritur filiæ. Ille verò confisus in Domino orationi tota nocte incumbit, & deinde missis in os puellæ digitis nequam spiritum à corpore abegit obsesso. Quod miraculum Imperator cernens immensos auri argentiq; cumulos sacro offert sacerdoti, quos ille refutans, obtinuit vt Auerna ciuitas, quę tributaria in spontitricia ac vinaria dependebat, in auro solueret, quia cum graui penuria inferebantur curiæ Imperiali. Sanctus Illidius impleto vitæ præsentis termino migrauit ad Christum à suisq; delatus in vrbe sua sepultus est. Eo tempore Theodericus Rex ex ciuibus Auernis clericos multos adduxit, quos Trebericæ vel Treuericæ Ecclesiæ ad reddendum Domino famulatum iussit assistere: beatum verò Gallum nequaquam passus est à se separari. Hæc ex chronicis Pontificũ Treuirensium. Item an. Dom. DXCIII. præcedente maxima siccitate locustarũ agmina Romæ innumerabili multitudine subsequuntur, quæ quicquid in aruis virescebat, depascentes ingentem per Italiam famem biennio fecere. An. sequenti cometes per mensem in cœlo est visus.

Sanctus

Sanctus Gondulphus viceſimus ſecundus Tungrenſis Epiſcopus, & duodecimus Traiectenſis, cæpit anno Domini DC. Anno Mauritii Imperatoris XVII. Seditque annis octo. Iſte ex primis Lotharingiæ & maioribus Franciæ natus fuit: Traiecti verò nutritus: Euangelium multis gentibus prædicauit, & aliquando admirans deſtructionem Tungrenſis ciuitatis & palatii Octauiani à quo Tungris Octauia dicta eſt, & ſimul reſpiciens ædificium quoddam Beati Seruatii nimis dirutum & virgulta creſcere in loco altaris Beatæ Mariæ, & compatiens iuſſit ex vniuerſa conuenire prouincia quæ Tungrim renouarent. Sed Dominus recordatus malorum quæ fecerat vrbs illa, lupis miſſis fecit colonos deuorari, & flamma quæ conſtructa erant combuſſit, fulgur cætera comminuit & terræmotus Pergama ſubruit. Sicque reſipiſcens Epiſcopus manum ab incepto retraxit, & pœnitentia deleuit quod inſcius fecerat contra Domini voluntatem, ſed conſolatus à Deo, audiuit vocem: Pax tibi, noli timere. Demum tranſtulit ſe Traiectum, & ſepultus eſt iuxta Sanctum Monulphum 17. Calend. Auguſti. (Hæc ex geſtis eorundem.) *Tungrenſis & Traiectenſis.*

Sanctus Perpetuus XXIII. Epiſcopus Tungrenſis & XIII. Traiectenſis cæpit anno Domini DCVIII. Anno primo Bonifacii quarti, Phocæ verò Imperatoris quarto, ſeditque annis XIII. Iſte mitiſſimus Chriſti confeſſor, vir magnæ virtutis, & totus in Deo deuotus, non ſuam, ſed Chriſti quærens voluntatem, fultus bonis operibus in ſenectute bona migrauit ad Deum prid. Non. Nouemb. Et ſepultus in Eccleſia S. Leuitæ Vincentii in oppido Dionanti, ex cuius tumba oleum manaſſe dicitur per longa tempora: Sed poſtea eius corpus ad Eccleſiam B. Mariæ in eodē oppido tranſlatum eſt, & in pharetro decenter collocatum: vbi & à ciuibus reuerenter frequentatus & fideliter inuocatus ſanctus multiplici beneficio ibi alter poſt Chriſtū eſt eis patronus. Multis valde miraculis claruit poſt mortem. Morbum rupturæ miraculoſe poſt mortē curauit & quendam alium naufragium paſſum miraculoſe reſuſcitauit & pluribus ac infinitis aliis miraculis claruit. (Hæc ex geſtis Pontificum Tungrenſ.)

Sanctus Cunibertus ſeptimus Præſul Colonienſis Eccleſiæ cæpit anno Domini DCXV. Anno tertio Heraclii Imperatoris. Sedit annis quadraginta. Iſte Beatus Cunibertus fuit filius Crallonis illuſtris Ducis Lotharingiæ, cui etiam ſcilicet Beato Cuniberto Rex Francorum Dagobertus inter Reges Francorum fama & potentia nominatiſſimus filium ſuum Sigibertum in annis adoleſcentiæ conſtitutum Coloniam tranſmiſit virtutibus & ſcientia educandum, & ipſius Sancti viri ductu in Auſtraſia regnaturum. Ipſe quoque beatus Cunibertus nobilem illam poſſeſſionem videlicet oppidum Zuſatienſis cum ſuo territorio Eccleſiæ Colonienſis ſua induſtria acquiſiuit. Extruſit quoque Eccleſiam extra muros vrbis Colonienſis in honorem Sancti Clementis martyris conuentumq; fratrum ibidem inſtituit & poſſeſſionibus magnifice dotauit, quæ tandem mutato nomine Sancti Cuniberti Eccleſia nuncupatur. In qua ipſe requieſcit, honorifice tumulatus, miraculis coruſcando, cuius vita, virtutes & geſta in legenda ipſius plenius continentur. Hæc ex Chronico eorundem Pontificum Colonienſium. *Colonienſis.*

Carlomannus Princeps illuſtris qui principabatur in Brabantia & in Hasbania tempore Chilperici ſeptimi Regis Francorum patris Lotharii, ſecundi ex Ermentrude vxore ſua legitima genuit S. Pippinum de Lauden, primum Ducem Lotharingiæ ſiue Brabantiæ, & S. Amelbergam ſeniorem, quæ fuit nupta Comiti Hannoniæ, cui peperit filium nomine Walbertū & filiam nomine ſuo Amelbergam. Walbertus autem Bertiliam virginem illuſtrem regii ſanguinis nobilitate prædecoram duxit vxorem, cuius Bertiliæ fratres Germani fuerunt Landricus & Gundelandus, quos referunt Annales vexilliferos fuiſſe regii exercitus. Ex hac Bertilia Walbertus Comes duas filias genuit Waldetrudem ſcilicet & Aldegundem virginem: Et tandem Sancta Amelberga ſenior quieuit in Domino, & apud Lobis ſepulturam accepit. Filia autem eius Amelberga iunior nupſit Wicgero comiti cuiuſdam comitatus in Brabantia, ex qua genuit Sanctum Enesbertum, Cameracenſem Epiſcopum, qui in monaſterio Molbodienſi quieſcit, & Sanctam Phataildem, quæ Gandaui, & S. Cremelindam, quæ in Meldert quieſcunt, & S. Reynhildam virginem, quæ apud Santes in Brabantia martyriſata ibidem quieſcit in Allodio ſuo dicto Ten Eygen. *Carlomannus Dux Brabantiæ.*

Et Sanctam Gudulam virginem de Bruxella patronam Ecclesiæ maioris ibidem, quam Sancta Gertrudis de Sacro fonte leuauit & secum tenuit, quam diu vitam in humanis duxit, post cuius obitum virgo Gudula ad suos parentes fuit reuersa. Waldetrudis autem quæ patri suo Walberto successit in comitatu Hannonensi, duxit Sanctum Vincentium de regno Scotiæ ex regali prosapia ortum, ex qua genuit Sanctum Landricum postea Episcopum Metensem qui apud Cyniacum iuxta patrem suum quiescit. Genuit etiam Sanctam Aldetruden & Sanctam Madelbergam, quæ virgines manserunt: & Madelberga apud Leodium quiescit in Ecclesia maiori, Aldetrudis vero Malbodio sepulta est. Ibi etiam quiescit Sancta Aldegundis soror Sanctæ Waldetrudis supradictæ. Insuper genuit etiam Comitissam, quæ genuit ex Christiano Comite Illustri Sanctam Amerbergam virginem. (Hæc ex gestis ducum Brabantiæ.)

Treuirensia. Defuncto verò Aponoculo Treuirensi Episcopo congregati clerici Treuerici apud Theodericum Regem Sanctum Gallum petebant Episcopum, quibus ille ait: Ite & alium requirite: Gallum enim diaconum aliò destinaui. Tunc eligentes Sanctum Nicecium Episcopum statuerunt Abbatem vrbis Lemonicæ. Obiit non. Dec.

Pipinus dux Brabantiæ. Sanctus Pipinus filius Carlomanni Principis primus Dux memoratus duxit vxorem, Sancti Modoaldi Treuirensis Archiepiscopi sororem, ex clarissima nobilitate Aquitaniæ oriundam, quæ peperit Duci Grimoaldum & Sanctam Beggam (quæ fratri suo successit in ducatu Austrasiæ inferioris, quæ postea dicta est Lotaringia dehinc etiam Brabantia) & Sanctam Gertrudem Niuellensem, quæ prædia portionis patrimonii sui contulit Monasterio suo Niuellensi. Isti manserunt apud Lauden in Brabantia, vbi ipse Pipinus primo sepultus diu quieuit, sed corpus eius postea inde translatum est in Niuellum Brabantiæ. Cæpit hic Sanctus Pipinus ducatum gubernare anno Domini DCXVII. anno quinto Heraclii Imperatoris, qui fuit annus regni Lotharii huius nominis secundi XXX. quem rexerat annis XXXI. Erat & iste Sanctus Pipinus maior domus in regno Franciæ, & posteri sui iure hæreditario gladium regni portantes, & super omnes principes regni ipsum regnum gubernando principantes. Nam temporibus ipsorum Ducum reges solo nomine regio regnabant, sed maiores Curiæ duces scilicet Austrasiæ (vel Austriæ) reditus suscipientes & opes, ipsum regnum scilicet Austrasiorum regebant, vnde adhuc Lotharingiæ & Brabantiæ Archiduci tanquam huius dignitatis hæredi adiudicatus gladius totius Imperii. Isti Pipino Archiduci siue Duci primo in disponenda republica cooperabatur Sanctus Arnulphus, postea Episcopus Metensis, post cuius obitum in coadiutorem suscepit Sanctum Cunibertum Colonienſem antistitem. Hæc Emundus.

Tungrensia & Traiectensia. Sanctus Ebrisigius (aliàs Ebrigisus) XXIV. Episcopus Tungrensis & decimus quartus Traiectensis cæpit Anno Domini DCXXI. anno Heraclii Imperatoris nono, sedit annis XIV. Iste in vrbe Tungrensi ex nobilissima progenie ortus in literarum scientia summos Doctores adæquauit. Testatur Anselmus in gestis eorundem Pontificum quod idem Sanctus Pater Episcopus fuit sepultus in Trimonia Villa diœcesis Colonienſis, & ibi per trecentos annos vel amplius iacuit tumulatus vsq; ad tempora Brunonis Colonienſis Archiepiscopi, qui fuit frater primi Ottonis Imp. Romanorum: qui admonitus reuelatione diuina & beato Ebrigiso sibi apparente etiam tertio & dicente vt corpus eius Coloniam transferret, morem gessit, vt indigenæ eiusdem Trimoniæ testantur, & in Ecclesia Sanctæ Ceciliæ in pheretro ornato auro & argento decenter collocauit, vbi multis claret miraculis. Eius festum agitur quinto Cal. Aprilis. Nono etiam Calendas Nouemb. est festum depositionis Sancti Euergisli Diaconi & successoris Sancti Seuerini Colonienſis Archiepiscopi qui oriundus fuit etiam de vrbe Tungrensi & nocte ab hæreticis occisus est, contra quos prædicabat in Ecclesia Sanctæ Mariæ Tungrensis, vbi tumulatus fuit. Sed post multos annos à præfato Brunone Coloniam transfertur & iuxta Sanctum Ebrigisum Episcopum collocatur, &c.

Ioannes Agnus XXV. Sanctus Episcopus Tungrensis & XV. Traiectensis cæpit An. Domini DCXXXV. Heraclii vero Imperatoris An. XXIII. qui fuit primus annus Pontificatus Seuerini Papæ secundum præsentem supputationem, & sedit annis sex. Ecce

quam

quam mirabilis Deus in sanctis suis. Isti Ioanni cognomen erat Agnus, cui nomini simplicitatis merito & casus respondet meritis. Insistebat agriculturæ, non egestate coactus, cum esset vir diues valde & nobilis, sed ne torperet otio, & indignus esset victu quotidiano, vnde multa prædia contulit Ecclesiæ, postea in eleemosynas. Igitur dum talibus instaret, quidam ad eum peregrinus de transmarinis partibus directus à Deo venit Hoium, inuenitque eum in suo prædio Thitancia vocato rurali operæ incumbentem, iuxta Angelicum conditum, Salue, inquit, optime vir Agne, opera tua & eleemosynæ tuæ placent Altissimo, ad te nuntius missus sum, quia frequens tua cælos penetrauit oratio, & Tungrensis sedis vacantis iam statuit Deus te sublimari honore. Adhæc cum ille obstupuisset rei nouitate, & quia indignum & inidoneum se æstimauit ad Pontificatum esse, cum vxorem & liberos haberet & quæ mundi sunt cogitaret, & vitiis plenus literas non didicisset, &c. contrà, inquit senior, Qui cuncta potest id etiam potest, qui os asinæ aperuit, ipse scientia te potest implere. Ad hæc beatus Ioannes baculum, quem manu tenebat, infigens humo, dixit, Sicut impossibile est lignum hoc aridum florere & fructificare, sic & verba tua in me scias impleri non posse. Mox, mirum dictu, lignum quod humo infixerat, viruit, floruit, & fructum protulit. Fama igitur huius facti occupauit Regem Dagobertum cum plebe congregatum in Traiecto. Legatio igitur ex Hoya dirigitur Traiectum, quo ambo non sine admiratione omnium perducuntur. Capitur igitur Ioannes & intronisatur, qui sanctè & laudabiliter in pontificatu vixit & plures perfectos discipulos habuit. Sepultus est Sanctus iste Ioannes in castro Hoiensi in capella Sanctorum Cosmæ & Damiani quam ipse construxit, cuius festiuitas agitur à quibusdam octauo Calend. Augusti. Eius Epitaphium eiusmodi est: Per stimuli florem tulit agricultor honorem. Translatus est postmodum à Ioanne de Epa XXXVII. Leodiensi Episcopo, & in altari prædictæ capellæ honorificè reconditus. Hæc ex gestis eorundem Pontificum.

Item anno Dom. DCXXXII. Machometus Amiras Saracenorum deceptor orbis, propheta falsus, nuntius Satanæ, præcursor Antichristi, complementum hæresium, ac totius falsitatis prodigium, moritur an. ætatis suæ LXIII. Si quis plenius huius seductoris principium, medium & finem perquirere velit, videat quartũ librum Fortalitii fidei, in quo luculento sermone explicata omnia inueniet. Hæc Collector. Item anno Domini DCXXXIII. terræmotus factus est, & per triginta dies apparuit in cælo signum in modum gladii, portendens imminentem Saracenorum potentatum. Hæc Sigibertus.

Beatus Amandus XXVI. Episcopus Tungrensis & XVI. Traiectensis cæpit anno Domini DCXLI. Imperii Heraclii Imperatoris anno XXIX. qui est primus annus pontificatus Ioannis huius nominis quarti Papæ Romani. Istius vita plena virtutibus descripta communiter habetur, ex qua aliqua hic excerpsimus. Ex Aquitania igitur oriundus fuit Christianis & inclytis parentibus. Cum verò adolescentiam transisset, patriam parentesque reliquit, & monasterium introiit. Deinde Turonis ad sepulchrum S. Martini perrexit, ibiq; adeptus est clericatus honorem. Apud Bituricas deinde in cella reclusus quindecim annis fuit in maxima abstinentia. Post hæc Romam iuit & cum in Ecclesia Sancti Petri pernoctasset, mane inuentus à custodibus ab Ecclesia propellitur, Petrusque Apostolus apparens, vt Gallias repetat, causa prædicationis eum hortatur, vbi factus est Episcopus coactus à Rege Lothario. Post expulsus ex regno à Rege Dagoberto, quem dure super quibusdam criminibus obiurgauerat. Ipse verò in parochia Tungrensi prædicans, cænobium in honorem Beati Petri dedicat, & monasterium super Sumbriam nominauit, vbi est corpus Sancti Fredegundi Abbatis & Sanctæ Prodæ Abbatissæ. Post veniens Gandauum inuenit homines pro Deo colere ligna & lapides, quos conuertit ad Dominum constructo ibi cænobio Sancti Petri. Sanctum Bauonem ex Hasbania prædicatione conuertit & pœnitentem ibidem reclusit. Contemnentes verò verbum Dei ex ore eius vltio diuina percutit: Mortuum resuscitauit: cæcam mulierem illuminauit, & monachum inobedientem paralysi perculsum sanauit. Rogatus à Rege Francorum Dagoberto veniam, illi concessit, &

filium eius Sigibertum baptizauit, vbi inter baptizandum infans 40. dierum S. Amando, clara voce, respondit, Amen. Deinde factus est S. Amandus Traiectensis Episcopus. Beato Martino Papæ familiaris admodum fuit, qui ad explendam prædicationis operam plures prædicatores Roma misit, scilicet Landoaldum Sanctũ Archipresbyterum Tungrensis Ecclesiæ, Amandumq; diaconum & cæteros. Cum verò beatus Amandus Traiectensis Episcopus per triennium prædicasset in sua diœcesi, & nil se proficere, simulque sacerdotes & diaconos, quos de incontinentia redarguerat, incorrigibiles videret, reliquit Traiectensem sedem, loco sui Landoaldum Sanctum virum Archipresbyterum substituens, qui per nouem annos rexit Traiectensem Ecclesiam donec Sanctus Remaclus Episcopus electus est. Multa monasteria Sanctus Amandus construxit & ditauit. Migrauit ad Christum octauo Idus Februarii An. Domini DCLXI. (Hæc ex gestis eorundem pontificum.)

Treuirensia. Sanctus Modoaldus LVI. Archiepiscopus Treuirensis, Episcopatũ susceptit tempore Dagoberti Regis. Qui videlicet Dagobertus plurima beneficia Treuirensi Ecclesiæ & beato Modoaldo contulit. Idem Pontifex in palatio Dagoberti, quod vocatur horreum, Ecclesiam construxit in honorem beatæ Mariæ, vbi & congregationem virginum instituit, quarum matres spirituales fuerunt Armina & Modesta filia Dagoberti Regis. Itemq; aliam in palatio antiquo in suburbio sito congregationem instituit, quibus matrem Balissam præfecit, & Ecclesiam Sancti Martini in pago Megine (id est, Megniuelt.) & aliam Ecclesiam Sancti Symphoriani ad littus Mosellæ exstruxit, ibique congregationem virginum, & matrem sororem suam Seueram nomine instituit. Sanctus quoque Modoaldus postquam sororem suam beatam Seueram, cælesti sponso eam vocante, in Ecclesiam S. Symphoriani sepulturæ tradidisset, paulo post & ipse migrauit ad Dominum & in eadem Ecclesia iuxta eam sepultus est. (Hæc ex gestis eorundem Pontificum.)

Grimoaldus Pipini filius Dux Brabantia. Grimoaldus post obitum Sancti Patris sui Pipini accepit Ducatum Lotaringiæ, quem rexit annis XI. Cæpit autẽ An. Dom. DCXLVIII. imperii Constantini anno quinto. Iste cum esset vir strenuus ac instar patris à pluribus amaretur, factus est maior domus in palatio Sigiberti regis Austriæ, & omne regnum Austrasiorum in manu eius fuit confirmatum. Cuius dignitatem cum Otto quidam æmulus eius superbia tumidus cæca ambitione præcipere & in se transferre conaretur in gratiam ipsius à *Roppilia.* Leutherio Almanorum duce interfectus est, ac in *Ioppilia iuxta Harstallum requieuit. Istius auunculus extitit Sanctus Modoaldus Treuirensis Archiepiscopus, cuius soror beata Seuera virgo præclara tunc temporis cum eo vixit in Dei rebus. (Hæc ex historia Ducum Lotaringiæ & Brabantiæ.) Obiit præfatus Dux secundum chronica an. Dom. DCXXVIII. anno Constantini Imperatoris XV. post cuius mortem, quia sine prole legitima decesserat, ducatus eius deuolutus est ad Sanctam Beggam sororem eius, vxorem Ansigisi nobilis Francigenæ, filii Sancti Arnulphi postmodũ Episcopi Metensis. Hæc Collector.

Tungrensia & Traiectensia. Beatus Remaclus XXVII. Episcopus Tungrensis & XVII. Traiectensis, cæpit an. Dom. DCLIII. anno scilicet Imperii Constantis, (qui & Constantinus) decimo, sedit annis quinq;. Iste Aquitanicus genere in diœcesi Bituricensi natus est honestis parentibus, & sub beato Sulpitio Bituricensi Episcopo educatus, in cuius honorẽ Remaclus postmodum in diœcesi Tungrensi plures ædificauit Ecclesias. Deinde cum beato Eligio qui eum in Solemniaco Monasterio suo collocauit, religiosissime diu vixit: Cumq; pontificalis sedes vacaret Traiecti, relinquente eam, vt dictum est, S. Amando, Rex Austrasiorum Sigibertus precibus cleri & populi qui eum petierant, indulsit vt licet renitentem Episcopum haberent Remaclum. Qui quam sanctè deinde vixerit, notum est omnibus. Multorum certè Cœnobiorum fuit institutor & multorum pater discipulorum, de quorum numero fuerunt beatus Theodardus, S. Lambertus & Sanctus Adelinus confessor Christi, Aquitanicus genere, cuius corpus est in Viseto oppido super Mosam. Item Sanctus Trudo floruit sub eo nobilis genere, qui voto se adstrinxerat adhuc puer, vt si literas addiscere posset sacras, Monasterium in sua proprietate constitueret collectis 16. fratribus: quod postea fideliter adimpleuit: Prius tamen consilio beati Remacli, qui à Deo super his edoctus fuerat, Me-

rat, Metensi Ecclesiæ suarum possessionum dedit dominium, & ibi literas didicit: postea sacerdos factus ad Sanctum Remaclum rediit, qui eum prædicare & canere missas permisit. Tum igitur Trudo cœnobium in fundo suo fecit & dotauit anno Domini DCLV. Patet verò meritum Sancti Remacli etiam in his quod maluit Ecclesiam Metensem ditare, quàm propriam. Temporibus Remacli Sigibertus Rex duodecim monasteria ædificauit, cooperante sibi maiore domus Grimoaldo: quorũ duo, scilicet Malmundarium & Stabulanam (vel Stabulaus) posuit in dispositione Beati Remucli. Accepta ergo regia potestate Malmundarium veniens, inuenit fontes gentilium superstitione pollutos & adhuc Dæmonum infestationi obnoxios: Cumque locum à dæmonibus liberasset, aquæ in suo meatu exaruerunt, sed sanctus vir lapidi signum crucis insculpsit & plumbum superfudit cum statim aquæ largissime profluxerunt. Quia verò locum à malo superstitionis Sanctus mundauit, Malmundarium appellari iussit, oratorium ibi & omnes officinas cõstruens in honorem Sanctorum Petri & Pauli & Quirini Martyris. Cumque istud situm esset in parochia Colonensi, aliud in sua decreuit constituendum, & ita in loco qui propter fratrum aduentum eo loco propter pastum & potum concurrentium Stabulana vocatur, secundum construxit; vbi postmodum monachus factus Theodardum Episcopum loco sui instituit. Tandem obiit Sanctus Remaclus tertio Nonas Septembris in cœnobio in pherotro argenteo & deaurato reuerenter eius collocatis reliquiis. Hæc ex chronicis.

Beatus Theodardus XXVIII. Episcopus Tungrensis & XVIII. Traiectensis cæpit anno Dom. DCLVIII. Imperii Constantini Imperatoris anno XV. qui est primus annus Papatus Vitaliani Papæ, sedit anno vno cum dimidio. Istæ multas Ecclesiæ suæ possessiones, quas per quamplures raptores direptos inuenit restituit. Et dum pro habenda ratione de aliis occupatis iterum Hilderici Regis Austrasiorum celsitudinem adiret, in itinere ab æmulis suis est interfectus in saltu Binwald non longe à Spira, & sic martyr Domini consecratus. Puer Episcopi corpus recolligens, ad ligandum caput filum petit à fœmina pascente oues: quod illa dedit inuite, timens Dominam suam à qua vespere rediens percutitur, & Domina ob hoc cæcatur, sed post pœnitens ad sepulchrum Sancti lumen recipit: quo & multis aliis miraculis claruit. Procedente verò tempore Beatus Lambertus ossa magistri sui Sancti scilicet Theodardi transtulit ad villam Legiam, licet id aliquoties frustra tentasset. Quarto Idus Septembris recolitur festum eius.

Sanctus Lambertus patruus diœcesis Leodiensis XXIX. Episcopus Tungrensis & XIX. Traiectensis, cæpit anno Domini DCLX. Imperii Constantini (qui & Constans) XVII. anno. Sedit annis quadraginta. Pater eius Aper vir nobilis. Mater verò Herisplendis dicta fuit: A Beato Remaclo nondum Episcopo baptizatur & ei nomen imponitur. Postquam traditus est Archipresbytero Landoaldo literis imbuendus in fundo quodam, quem eis pater ad habitandum & Ecclesiam construendum assignauerat: Et quia ibi erat poculentæ aquæ defectus, Lambertus & Magister orantes terræ signo crucis impresso fontem limpidum produxerunt. Prunas ardentes in pallio à loco satis remoto puer portauit, veste penitus intacta remanente. Factus deinde Episcopus Traiectensis Remaclus filium suum spiritualem Lambertum clericum fecit secumque retinuit: Theodardus etiam, Remaclo cedente, præsul factus, Lambertum, cuius virtutes nouerat ex commendatione patris eius, arctius sibi iunxit: In domo etiam regia cœpit interesse vt omnibus conformis haberetur. Tandem Theodardo per martyrium consummato, Hildetico Rege annuente Austrasiorum, à toto clero & populo anno ætatis suæ vigesimo Traiectensis Episcopus electus est & consecratus. Ebroinus verò maior domus Franciæ sub rege Theoderico, quo tempore in Christi Ecclesiam debacchatus, Sanctum Leodegarium Augustudunensem Episcopum varie afflictum Christi martyrem fecit, Sanctum etiam tunc Lambertum à sede sua deponi procurauit: qui Episcopatum Deo commendans, in Stabulaus venit, & sub Remaclo se subdidit monasticis disciplinis anno vigesimo octauo sui præsulatus. At verò Aldewinus decimus Episcopus

Colonienſis in odium Lamberti data pecunia procurauit à Rege vt Pharamundus quidam Eccleſiæ ſuæ clericus præeſſet Eccleſiæ Traiectenſi, expletoque ſeptennio, Ebroino interfecto, ille clericus non ſolum à Traiecto, verùm à tota prouincia depellitur, & Lambertus ad ſedem ſuam reuocatur anno Domini DCXCIV. Quo poſtmodum ſua prædicatione Taxandriam ad fidem conuertit. Iſte & beatam Odam Boggis Ducis Aquitanorum nuper relictam induxit ad mundi contemptum: Cumque Pipinus groſſus, filius Anſigiſi & Sanctæ Beggæ, maior domus regiæ, in multis admodum honeſte ſe gereret, ex eo tamen crimine à Beato Lamberto correptus eſt, quod relicta legitima coniuge Plectride Alpaidem ſuperinduxiſſet. Dodo igitur frater Alpaidis multa comitatus manu ſatellitum, vltionem ſumpturus ad virum Dei Lambertum tunc exiſtentem apud Legiam interficiendum feſtinat, vbi aliquot de Dodonis comitatu ſuper tectum cellulæ Sancti viri Lamberti ſignum crucis auro clarius viderunt. Interfectis igitur his quos inuenerunt de familia viri Dei vnus ex Dodonis complicibus aſcendens ſuper tectum viri Dei orationi incumbentem ante altare Coſmæ & Damiani telo transfixit, ſicque 10. Calendas Octobris martyriſatur, ætatis ſuæ anno LXI. Anno Tyberii Imperatoris tertii ſecundo, Francorum verò Regis Hildeberti filii Theodorici Regis Anno tertio, Anno verò Domini DCC. Tum qui euaſerunt ex viri Dei familia, eius corpus nauigio Traiectum tranſuexerunt: Sepultuſque fuit ex timore Pipini extra ciuitatem in Eccleſia Sancti Petri cum patris ſui oſſibus: vbi multis miraculis poſt tranſitum Sanctus hic claruit Lambertus. Et intra anni ſpatium vix aliquis euaſit vindictam Dei qui in necem eius conſenſit. Alpais tamen pœnitentiam egit & monaſterium conſtruxit, in quo ſe pœnitentem recluſit. Hæc ex Chronicis.

Anſigiſus ex maiorib. Caroli Magni.

Anſigiſus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ cæpit Anno Domini DCLXIX. Anno Imperii Conſtantini XVI. & rexit Ducatum Annis XXVII. (Aliqui ſcriptores ponunt XXXVIII. ſed illi Grimoaldum filium Sancti Pipini primi Ducis inter Duces non ponunt, ſed immediate poſt Pipinum patrem collocant Anſigiſum.) Iſte Anſigiſus genuit ex Sancta Begga vxore ſua Pipinum huius nominis ſecundum ſiue iuniorem, aliàs dictum groſſum, ſiue de Harſtallio Ducem tertium (in recta linea atboris deſcendendo) Lotharingiæ & Brabantiæ auo ſuo conſimilem, cuius ſicut erat hæres nominis & poſſeſſionis ac dignitatis, ita conſilii & religionis: ſimul acer conſilio & manu ſtrenuus, qui totam potentiam ſuam ad exaltandam Sanctam Eccleſiam conuertit. Tandem Anſigiſus Dux, pater Pipini poſtquam feliciter rexerat ducatum ſuum annis XXVII. à Gunduino perimitur, quem ipſe inuentum & nutritum de ſacro fonte ſuſceperat & ad maximos militiæ honores prouexerat Anno Domini ſexageſimo octuageſimo quinto, Imperii Conſtantini quarti Anno XVI. Cui ſuccedit filius eius Pipinus prædictus. (Hæc ex geſtis & chronicis eorundem Ducum Lotharingiæ inferioris.)

DC.LXXXV

Treuirenſia.

Poſt tranſitum Sancti Baſini Luithwinus eius ex ſorore nepos fit Archiepiſcopus Treuirenſis. Iſte primo Belgicæ Galliæ Dux omnia monaſteria huius vrbis largiſſimis honorauit donariis & prædiis auxit: Poſtea ſuper fluuium Saroam in proprio ſuo allodio congregationem inſtituit, vbi & ipſe monaſticæ vitæ habitum ſuſcepit, & deinde auunculo ſuo Baſino Epiſcopo mortuo ſucceſſit electus. Iſte etiam Remenſibus & Landunenſibus præfuit, in quibus duobus vno die præſtantem ſacrum ordinum conſecrationem celebrauit. Remis obiit & à Milone filio & Treuirenſibus relatus diuino dato indicio ad Mediolanum ſepultus eſt. (Hæc ex Chronica Treuirenſi.)

Pipinus pronus Caroli Magni.

Pipinus iunior huius nominis ſecundus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ quartus, filius Anſigiſi auo ſuo Pipino conſimilis, cuius ſicut hæres & nominis & poſſeſſionis ac dignitatis, ita & iuſtitiæ & religionis erat. Cæpit Anno Domini ſexageſimo octuageſimo ſexto, Anno primo Pontificatus Ioannis huius nominis quinti. Imperii verò Conſtantini huius nominis quarti Anno XVII. Regis verò Franciæ Theoderici Anno ſeptimo, & rexit annis viginti nouem. Iſte duxit Sanctam Plectrudem vel Plictrudem, quæ peperit ei tres filios Dragonem ſcilicet, Campanienſem Principem, & Grimoaldum qui martyriſatus Leodii, & ibidem apud Sanctum

ctum Iacobum in altari cryptæ humatus, & Sanctum Siluinum qui Ciniaci in Ecclesia Sancti Petri quieſcit, quam mater eius Coloniæ apud monaſterium Sanctimonialium Sanctæ Mariæ in Capitolio quod ipſa à fundamentis conſtruxerat, ſepulta fundauit: cuius filii viuentibus adhuc parentibus mortui ſunt. Sed Pipinus præterea ex Alpaide pellice, ſorore Dodonis Ardennæ Comitis, Carolum Marcellum Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ quintum, non ſolum dignitatis paternæ, ſed & virtutis hæredem genuit. Pipinus igitur ſub rege Theodorico regnum Francorum ſtrenue gubernabat, cuius principatum & rerum à ſe geſtarum in bellis claritas & cum morum temperantia, iuſtitiæ æquitas commendabat plurimum: Siquidem multa bella geſſit contra Rathbodum Ducem gentilem Friſonum, & contra Sueuos ac alias nationes plurimas de quibus feliciter triumphauit. (Hæc ex hiſtoria noua Illuſtrium Ducum Brabantiæ.) Tandem illuſtris ille Pipinus de Harſtallio obiit anno principatus ſui xxix. Anno videlicet Domini DCCXIIII. Vbi eſt ſciendum Pipini pellicem Alpaidem fundaſſe Eccleſiam & collegium Canonicorũ in Hugardis, cui aduocatum & patronum, Ducem Auſtraſiorum ſiue Auſtriæ inferioris pro tempore exiſtentem dedit. Iſta Alpais requieſcit in Orp prope Geldoniam in Brabantia. (Hæc magiſter Emundus.)

Anno Domini DCXCVII. Anno pontificatus Sergii decimo, Anno Leonis Imperatoris primo Willibrandus à Sergio Papa huius nominis primo, Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Friſonum Epiſcopus conſecratus, ex dono Pipini principis ſedem Epiſcopalem ſtatuit in loco Vultaburch dicto, qui nunc Vltraiectum compoſito gentis Vultarum & Traiecti nomine quaſi Vultarum oppidum dicitur. Nam Traiectum lingua Gallica oppidum dicitur. (Hæc Sigibertus.) Vt ergo tam Epiſcopus Traiectenſis quàm etiam comitatus Hollandiæ primum initium cognoſcamus, profectò conuenit vt ex geſtis Anglorum petamus: Sicut enim Anglicana promit hiſtoria, Saxones inferiores qui vulgò dicuntur Friſones innumera aduecta claſſe Britannicam expugnauerunt inſulam. Quos Papa Gregorius Doctor egregius per Auguſtinum & Mellitum (vt narrat dialogus) reuocauit ad baptiſmi gratiam. Ex quibus quidem inferioris Friſiæ Saxonibus diuino comitante præſagio, prægenitus eſt quidam ingenuus puer nomine Willibrordus, qui per patrem ſuum Wilgiſum traditus eſt Herpenſi Eccleſiæ religioſis fratribus imbuendus, vbi & idem iuuenis clericali chatactere tonſus, & vſque ad viceſimum annum ſub regulari diſciplina excellenter inſtructus eſt. Deinde glorioſus adoleſcens Beatum Egbertum Northumbrorum Archiepiſcopum ſubſecutus in Hiberniam ab eodem Egberto ſacros ordines ſuſcepiſſe, & ſub eius magiſterio vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum extitiſſe legitur. Demum Beatus Egbertus condiſcipulum ſuum Beatum Willibrordum presbyterum cum XI. ſodalibus delegauit in Germaniam ad prædicandum infideli populo fidem catholicam. Fuerunt autem hi Beati Willibrordi ſocii, principales & fideles in verbo Dei cooperatores, Sanctus Zwicbertus, Williboldus & Lewinus in orientali Francia, poſtmodum Epiſcopus, Winiboldus Abbas, duo Ewaldi presbyteri & martyres, Werenfridus & Marcellinus presbyteri & confeſſores ac Adelbertus Leuita. Et quia hi Sancti Doctores nati in Anglia ex ſtirpe Saxonica erant, ideò conuenienter prædicare Euangelium Chriſti in lingua Germanica potuerunt.

Vltraiectenſia.

Cum verò Rathbodum Friſonum Regem Anno Domini DCXCIV. Pipinus victorioſus Dux Francorum bello viciſſet Willibrordum presbyterum genti illi ad prædicandum cum diſcipulis ſuis deſtinauit, vt ſua prædicatione Rathbodum Regem conuerteret & reuocaret ad baptiſmi gratiam. Sed Willibrordus tandem perpendens Rathbodum Regem nequaquam ab idolorum cultura deſiſtere & in lucrandis animabus parum ſe iſto loco proficere, decreuit Orientalis Franciæ partes adire, & nouellæ conuerſionis Catechumenos in fide Catholica roborare.

Itaque electus Dei ſacerdos magnam congregationem presbyterorum eligens, ad caſtrum Traiectenſe venit, quod in poteſtate Francorum Orientalium eo tempore fuit, vbi Anno Domini ſexageſimo nonageſimo quinto prope ruinam 695

primordialis Ecclesiæ Sancti Thomæ, ædificauit in honorem Sanctæ Crucis oratorium, in quo renatiui fontis consecrauit Baptisterium, vt Christi fideles ob defensionem castelli Traiectensis, securum illuc haberent accessum ad suscipiendum Sacri baptismatis sacramentum. Tandem Pipinus illustris Dux Lotharingiæ & Brabantiæ & maior domus Franciæ attendens in Beato Willibrordo magnam euangelizandi constantiam, multis precibus obtinuit, vt vir Dei ad Romanam vrbem accederet, & à summo Pontifice benedictionem Episcopalem acciperet. Sanctus autem Sergius Papa, vt prætactum est, iuxta petitionem Pipini Ducis Dominicum Sacerdotem digne susceptt & in Ecclesia Sancti Petri cum superhumerali pallio solenniter Archiepiscopum ordinauit, nomenque illi nouum (scilicet Clemens) imposuit & cum Apostolica benedictione remisit. Reuersus igitur Beatus ad Germaniam in fundo Basilicæ Sancti Thomæ prope Castrum Traiectense Canonicorum cœnobitalium construxit Ecclesiam, in qua cathedralem Ecclesiam stabiliri iussit, & eandem manu propria in honorem Beati Martini consecrauit Episcopi. An. pontificatus Willibrordi XXII.

Carolus Martellus auus Caroli Magni.

Carolus dictus Martellus, Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, maior domus Franciæ, post obitum patris suis Pipini Ducis, primam donationem Ecclesiæ Traiectensi tribuens contra Rathbodum Regem de nouo rebellantem crudele bellum gessit, quem etiam occisis plerisque Frisonibus potentissime subiugauit, & deuictum iteratò recepit ad veniam, quia absque dolo acceptare se baptismi velle gratiam promiserat.

Eodem anno Sanctus Wulfrannus Zenonensis Archiepiscopus per diuinum oraculum iussus est in Frisiam contendere, & Beato Clementi pro conuertendis Frisonibus diligenter assistere, per cuius denique præiudicationem idem Rex Rathbodus adductus, vt baptizari vellet, cum pedem vnum in lauacro impressisset, alterum pedem retrahens interrogauit vbi plures maiorum suorum essent, in inferno, an in Paradyso? Et audiens plures esse in inferno, pedem etiam alterum ex lauacro retraxit, satius esse (inquiens) vt plures quàm vt pauciores sequar. Et ita ludificatus à Dæmone, qui tertia abhinc die incomparabilia dona se daturum pollicitus erat, ipsa tertia die subita & æterna morte periit.

Post cuius interitum Beatus Clemens libere permissus est vbique in Frisia audacter Euangelium prædicare, Catechumenos baptizare, neophytos confirmare, sacros ordines celebrare, ac in pagis singulis Ecclesias seu Basilicas dedicare, vix omni dignitate clarus, statura decens, vultu honorabilis, facie venustus, corde lætus, consilio sapiens, ore facundus, moribus compositus & in omni opere Dei strenuus. Tandem Anno Domini septingentesimo trigesimo sexto, Beatus hic Clemens septimo Idus Nouembris fœlicem creatori reddidit animam, postquam annis quadraginta digne gubernasset Ecclesiam: Cuius sacrum corpus ad Epternense translatũ est cœnobium, ordinis B. Benedicti Treuirensis diœcesis, quod ipse pridem de patrimoniis discipulorum suorum sumptuosis ædificiis extruxerat, vbi meritis tanti confessoris assidue fiunt miracula, quæ perlucide conscripta sunt in ipsius historiâ.

Iste præsul egregius adhuc viuens destinauit discipulos in terminos suæ diœcesis ad euangelizandum infideli populo doctrinam æternæ beatitudinis. Vnde & Beatus Adelbertus delegatus fuit in Kenemariam, vbi in fide catholica nouellæ conuersionis roborauit Ecclesiam, qui post plurimorum gentilium conuersionem & laudabilem vitæ suæ consummationem septimo Cal. Iulii fine felici requieuit in Domino, sepultus apud Egmundam honore congruo, cuius oratorium vsq; in hodiernum diem claret variis virtutibus ac in magno honore continuo à Christi fidelibus colitur. Is confessor eximius inter omnes Sancti Clementis consodales Leuiticæ dignitatis extitisse legitur, & ideo primus Traiectensis Archidiaconus fuisse creditur. Sanctus verò Werenfridus Sacerdos præclarus versus Batuam missus ad prædicandum, Ecclesiam de Westerroert egregie rexit & exemplo bonæ vitæ plurimos Deo populos acquisiuit, qui decimo nono Calen. Septemb. requieuit in Christo,

Christo, tumulatus in Elst vbi Beatus Clemens dudum Ecclesiam constructit, quam in honorem Sancti Saluatoris dedicauit. Duo quidem Ewaldi presbyteri Nabiam introeuntes, Christum prædicando confessi sunt, qui abinde ascendentes in Saxoniam quinto Nonas Octobris glorioso martyrio coronantur. Sanctus verò Zitibertus Beati Clementis in verbo Domini fidelis coepiscopus post plurimorum gentilium conuersionem Calend. Martii in Domino requieuit, in oppido Imperiali territorii & diœcesis Colonienſis, quod vulgariter Keyserswerda dicitur. Iste inter cætera infirmitatum genera morbum quem physici Anginam nominant, fœlicissime curare consueuit. Williboldus verò orientalem Franciam adiens Eychstadiensis Episcopus effectus est, & Winiboldus eius frater Heyndelamensis abbas ordinatus fuit, quorum germana fuit Beata Walburga. Liwinus siquidē in orientali Francia pontificium adeptus, postquam in longinquis terminis egregie prædicasset Euangelium, martyrio coronatur apud Gandauum. Beatus itaq; Marcellinus posthæc diutissimè superuixit & vsq; ad tempus B. Gregorii tertii Episcopi Traiectensis populis trans Iselam habitantibus feruenter Euangelium prædicauit. Hic est notandū, quod Sancta Traiectensis Ecclesia, quam Sanctus Willibrordus in honorem Beati Martini Episcopi consecrauit, merito regia plantatio dicta fuit, quæ multis regalibus prædiis ac imperialibus priuilegiis adornata est: In qua plures Sacrosancti patres pristinis floruere temporibus, qui tam in morte, quàm in vita multis miraculorum claruere virtutibus, & venerandæ dignitatis canonici, qui in horis nocturnis siue diurnis continuò non tacebunt laudare nomen Domini, large præbendati sunt: vbi & multa Sanctorum corpora de diuersis Sanctuariis & reliquiis coluntur, videlicet, corpus Sanctæ Agnetis, corpus Sancti Pontiani Martyris, corpus Sancti Benigni Episcopi & martyris, corpus Sancti Wyronis Episcopi & confessoris, & aliorum Sanctorum reliquiæ, in qua nihilominus duorum præpotentum Imperatorum consepulta viscera recondūntur. (Hæc Ioannes de Becka in chronographia Pontificum Traiectensium & Comitum Hollandiæ.)

Tyberius huius nominis tertius qui & Absimarus ab Imperio pulso, eique naso abscisso, & in custodiam truso Leoni in Constantinopolitano Imperio successit, & imperauit annis septem. Cæpit autem secundum Sigibertum An. Dom. sexcentesimo nonagesimo nono. (Magister dicit DCC. Mundi verò MMMMMDCCCXCVII.) Istius Anno primo Dodo interfector S. Lamberti pessimo languore cruciatus à vermibus consumitur, & ob intolerantiam fœtoris in Mosam fluuium demergitur, omnesque huius culpæ complices infra annum diuinitus puniuntur. Percussor verò Sancti Lamberti martyris fratri suo congressus alter ab altero perimitur. Anno Tyberii sexto Iustinianus de exilio fugiens ad Caianum Regem auarum se contulit: Sed Caianus pecunia corruptus à Leone Imperatore cum vellet Iustinianum ei prodere, Iustinianus ab eo ad Therbellem Regem Bulgarum fugit, cuius auxilio Imperium recipit, Leonem & Tyberium vsurpatores imperii in medio circi iugulat, Calliuicum patriarcham excæcatum exsilio mulctat, & tantam in aduersarios vindictam exercet, vt quoties à naso sibi abscisso defluentem Rheumatis guttam detergeret, pene toties aliquem ex his qui contra eum conspirauerant, iugulari præciperet. Hæc Sigibertus monachus in chronico suo.

Imperiales.

Sanctus Hubertus filius Ducis Bertrandi Ducis Aquitaniæ ex sorore Sanctæ Odæ viduæ & ex regali Franciæ sanguine ortus, Ecclesiæ Tungrensis tricesimus, & Leodiensis primus Episcopus, cæpit An. Domini septingentesimo, pontificatus Sergii Papæ vltimo Anno. Per idem tempus Romam ierat vt contemptum mundi, quem ad exhortationem Beati Lamberti mente conceperat meritis Apostolorum ad effectum perduceret: In ipsa autem hora passionis Beati viri Lamberti Angelus Sergio Papæ baculum pastoralem martyris attulit & ei nomen Huberti, & vt hunc successorem Lamberti substitueret & signa quibus cum inueniret, indicauit. Inuentus igitur Hubertus cum præfici renueret, ecce omnibus pontificalibus Sancti Lamberti quæ subito à loco martyrii sunt ei allata, cunctis qui aderant videntibus induitur, & à Papa inde in Episcopum consecratur. Cum verò ibidem

Tungrenſes.

missam celebraret, apparuit ei Beatus Petrus, tradens ei clauem quasi auream manu gestandam in potestatem ligandi & soluendi & lunaticis furiosisque conferendi sanitatem. Clauis prædicta vsque hodie Leodii in Ecclesia Beati Petri monstratur. Reuertens igitur cum baculo & Pontificalibus Sancti Lamberti & claue, à populo & clero Traiectensi honorifice suscipitur. Post hæc in visione sæpius sibi facta, & à pluribus fide dignis, qui hoc ipsum per visionem viderant admonitus, corpus Beati Lamberti, quod integrum decimo tertio anno in suo loculo reperit, ad locum, in quo passus fuerat, transferens sepeliuit. Sedem Episcopalem Leodii instituit. Vrbem egregiam fecit, iura legalia ciuibus tradidit. Mores eorum & vitam disciplinæ freno coercuit. Ecclesiam Sancti Petri ædificauit, in qua nigros monachos de cænobio Stabulensi posuit: Et primo Ecclesiam cathedralem Leodis in honorem Beatæ Mariæ virginis & Beati Lamberti constituxit, in qua viginti canonicos posuit. Nomen ciuitati Leodium dedit, cum prius Legia vocaretur: Sextarium vini & bladi ad pondera diuersorum mercimoniorum composuit, & multa alia ad commodum Reipublicæ in ciuitate ordinauit. Monetam suæ imaginis impressione formauit: Sigillum ciuitatis, quod continet imaginem gloriosi martyris Lamberti cum superscriptione tali (Sancta Legia Dei gratia Romanæ Ecclesiæ filia) fecit. In transferendo verò corpus sanctum dum in Vigellam deuenissent cæcus visum recepit. In Harmalia paralyticus fuit solidatus: iuxta Harstallium feretrum substitit & pallium, quo operiebatur, in aera volauit. In his autem locis in honorem Sancti Lamberti martyris aliæ Ecclesiæ fundatæ sunt.

Beatus etiam Hubertus Sancti Seruatii corpus transtulit cum præsule Willigiso, quem Carolus Martellus Traiectum miserat ob victoriam, quam contra Sarracenos in die Sancti Seruatii habuerat, & quem deuote inuocauerat, cum voto, dilapsa in templo Beati Seruatii se restauraturum & imperfecta consummaturum, quod & fecit: Qui & erexit super Sancti sepulchrum ciborium auro & gemmis pretiosum. Iste etiam Martellus dedit Beato Huberto temporalitatem prouinciæ Leodiensis. Sancto præterea Huberto dum in pago Andaginensi accumberet, apparuit Angelus, & tradidit ei chartam rubeam literis aureis scriptam, monens, vt ibidem monasterium Clericorum in honorem Beati Petri Apostoli construeret, quod & fecit. Tempore Sancti Huberti ædificata est Ecclesia Sanctæ Walburgæ virginis in monte qui supereminet Leodio, & ab eo dotata & consecrata ad memoriam futurorum. Nam Beata Oda virgo, quæ in Villa de Rode requiescit, filia Regis Scotorum à natiuitate cæca, veniens ad memoriam Beati Lamberti, lumen oculorum recepit. Tandem Sanctus Hubertus multis miraculis clarus in loco qui dicitur Fura, distans à Leodio xxx. milliaribus migrauit ad Dominum. Inde Leodium relatus sepultus est in Ecclesia Sancti Petri ante altare Beati Albini confessoris & Episcopi, quem specialiter dilexerat. (Hæc ex chronicis Pontificum Leodiensium.)

Rursus Carolus Martellus.

Carolus Martellus, qui Dux fuit Lotharingiæ & Brabantiæ victoriosissimus, qui nunquam certauit quin semper victor abiret: Cæpit principari Anno Domini septingentesimo decimo quinto, Anno primo Anastasii Imperatoris huius nominis secundi, qui fuit vltimus annus Magni Hildeberti regis Francorum, & rexit annis xxvii. (Hæc ex Chronicis.) Iste Carolus patrios limites transiliens, & paternas victorias suis nobiliter adaugens honestissimos triumphos de ducibus ac regibus, de populis ac barbaris nationibus reportauit: Ita vt à Sclauis & Frisonibus vsque ad Hispanos & Sarracenos nihil contra se eleuatum dimitteret, quod non Imperio suo substratum dominatione premeret. Istum vt dicitur auia sua Sancta Begga Ducissa nutriuit apud Ardennam super Mosam, in cuius confinio ipse Carolus in iuuentute sua occidit vrsum in loco qui adhuc ob id Vrsella dicitur. Iste autem Carolus cum multitudo hostium & assiduitas bellorum incumberet, res Ecclesiasticas, id est, decimas suis militibus subtrahendas concessit, & ob id anima eius postmodum in suppliciis à Sancto Eucherio Aurelianensi Episcopo visa est detineri. Tandem post multiplices & insignes victorias Carolus princeps victoriosissimus pacato & dilatato regno Francorum, cum maior domus regiæ esset, in pace qui

ce quieuit, sepultus venerabiliter in Ecclesia Sancti Dionysii Episcopi. (Hæc frater Ioannes regularis in noua historia Ducum Brabantiæ, &c.)

Idem Carolus Martellus genuit Pipinum paruum, Archiducem Lotharingiæ & Brabantiæ quintum, virum sapientia & iustitia ac fortitudine clarum, & Carolomannum postea monachum, primo in monasterio Sareptæ quod ipse fundauit, deinde in monte Cassino, & Sanctum Remigium Archiepiscopum Rothomagensem, & Sanctam Laudradam Abbatissam cœnobii Belisiensis. Obiit verò Carolus Martellus postquam rexerat annis XXVII. Anno Domini septingentesimo quadragesimo primo. (Hæc magister Emundus.) Item de isto Carolo superius scribitur à nouerca sua fuisse captum Coloniæ, vnde diuino nutu ereptus de maximis bellis pro regno Franciæ tanquam maior domus Regiæ contra diuersos triumphauit, & proprium principatum recuperauit, &c.

Treuirensis.

Defuncto Sancto Luitwino Treuirensi Archiepiscopo succedit filius eius Milo, primò quidem imitator patris, deinde tyrannus effectus, nihilque in eo de clericali honore vel vita, nisi sola tonsura enituit. Eo tempore bella grauia & intestina in hac prouincia orta sunt, quando Carolus Martellus laicis Episcopatus dedit & Episcopis nullam potestatem habere permisit. Cum hoc Carolo Milo supradictus ad bellum profectus est, sola tonsura clericus, vt dixi, habitu & moribus irreligiosus & post victoriam etiam Remorum Archiepiscopatui ab eodem Carolo donatus. Cuius infelici tempore bis de Ecclesiis multa sunt ablata, & res ab Episcopiis diuisæ, domus religiosorum destructæ, Ecclesiastica disciplina dissipata, adeo vt Clerici, sacerdotes, monachi & moniales sine lege Ecclesiastica viuerent & refugia indebita haberent. Milo igitur tyrannus his ita peractis venationi inseruiens, ab apro percussus moritur in villa quæ dicitur Irane, primo à Treuiri milliari, vbi & sepultus est post quadraginta annos suæ Tyrannicæ inuasionis. (Hæc ex chronicis pontificum Treuirensium.) Item sub Dagoberto secundo huius nominis, sedit Anno primus Pontifex duodecimus Ecclesiæ Colonienſis Archiepiscopus, sepultus Coloniæ in Ecclesia S. Seuerini. Hæc ex Chronicis.

Colonienſis.

Pharamundus fuit tertius decimus Episcopus Ecclesiæ Colonienſis, sedens sub Dagoberto Rege Francorum, nominis huius secundo, vt & præcessor.

Sanctus Agilolphus sedit in pontificio Colonienſis Ecclesiæ Episcopus decimus quartus sub Carolo Martello maioris domus Regum Franciæ, cuius fuit consiliarius. Cum autem surrexisset commotio magna bellorum inter Ragnifredum, Chilpericum & Carolum Martellum, Carolus in suo, vt dixi, consilio præfatum habuit Colonienſem Episcopum, Beatum Agilolphum, de cuius consilio disponebat omnia. Concurrentibus igitur ad arma Principibus supradictis, missus fuit per Carolum idem Beatus Pontifex pro pace tractanda ad partes Ardennæ iuxta monasterium Malmundarienſe, vbi castra Francorum & exercitus consistebant. Beatus verò Pontifex per impios Francorum satellites in via miserabiliter fuit interfectus, & martyrio coronatus. Sepultus in monasterio Malmundarienſi supradicto.

Sanctus Anno huius nominis secundus Colonienſis Archiepiscopus post Coloniæ, transtulit monasterium quod ipse construxerat in honorem Sanctæ Dei genitricis Mariæ dictum ad gradus. Cuius Sancti viri gesta & virtutes in legenda ipsius plenius continentur. (Hæc ex chronicis Pontificum Colonienſium.) Item circa ista tempora regnauit in Italia Luitbrandus rex Longobardorũ Christianissimus, qui duodecimo regni sui anno, (Anno videlicet Domini DCCXXII.) audiens quod Sarraceni depopulata Sardinia, loca etiã illa fœdassent, vbi ossa Beati Augustini ob vastationem Barbarorum olim ab Hipponenſi ciuitate Africæ, cui præfuerat, translata & recondita fuerant, legatos suos illuc direxit, qui dato magno auro pretiosas illas reliquias secum deuehentes, Genuam reuertuntur, vbi prædictus rex cum gaudio ei occurrẽs corpus Sancti deuote adorans, reuerenter excepit, visis miraculis ad declarandum Sancti meritũ ibidem patratis. Vnde rex ipse & sui progressi cum pretiosissimo thesauro venerunt ad villã in Terdonenſi episcopio sitam, vnde dũ corpus sanctissimum tollere voluissent, ita stetit immobile, vt nulla vis, nulla posset illud ars

mouere. Quod videns Rex votum vouit, si beatus confessor ex illo loco se tolli & traduci Papiam permitteret, villam illam cum omnibus pertinentiis concessuram eius seruitoribus perpetuo possidendam: vbi est modo nobilis Abbatia. Voto ergo facto atque firmato corpus inæstimabili facilitate tollitur, & in Ticinum (id est Papiam) vsque transuectum clero pariter ac populo concurrente honorifice ac cum gaudio excipitur, & in Basilica Sancti Petri, quam Rex construens cælum aureum appellauerat, dignissime collocatur. Facta est autem hæc transactio CCLXXXII. annis ab eiusdem confessoris transitu iam elapsis, & esse in Ecclesia illa preciosum thesaurum reconditum ex stupendo & euidenti miraculo elucescit. Siquidem in ipsa crypta, in qua iacet, puteus est qui singulis annis in festo eius superabundans totam cryptam perfluit, vt liqueat sicut aqua illa ipsius cryptæ sordes diluit, sic hæresim ab Ecclesia Dei per viui Sancti doctrinam fuisse detersam. Iste Rex Longobardorum Luitbrandus tantæ fuisse fertur audaciæ, vt cum duobus armigeris suis, quos in necem suam conspirasse cognouerat, in profundam syluam solus ingressus, iuberet scelus quod cogitabant, si auderent, exsequi. Sed mox eis prouolutis ad pedes & supplicantibus, culpam remisit.

Venerabilis pater Regenfridus fuit decimus quintus Archiepiscopus Colonienſis, sed quamdiu sederit, vel quo anno Domini inceperit, in chronicis inuenire non potui. Item annus tertii Leonis Imperatoris decimus quintus, qui fuit circa annum Domini septingentesimum tricesimum secundum, fuit secundum Bedam tricesimus sextus annus Sancti Willibrordi primi Vltraiectensis Episcopi. Et vsque ad hæc tempora habuit Colonienſis Archiepiscopus vnum tantum suffraganeum videlicet Leodiensem. Vltraiectensis verò fuit secundus, & alii tres cæperunt sub Carolo Magno, nimirum, Mindensis, Monasterienſis & Osnaburgensis. Hæc Albericus.

Vltraiectensis.

Papalia.

Gregorius huius nominis tertius Anno pontificatus sui tertio Synodum 903. Episcoporum Romæ congregat, & venerationem Sanctarum imaginum confirmat, earumque violatores generali sententia anathematizat. Vnde Hugo, cum secundum morem antiquorum Patrum (ait) Sanctis imaginibus & magnæ virtutis Sanctorum reliquiis pium venerationis affectum impendimus, non propter similitudinem amabilium vultuum quamlibet effigiem adoramus, cum Deum adorare & illi soli seruire nobis præcipiatur. Sed cùm Sanctis imaginibus ceruices inflectimus, Dominicæ passionis signa in eis veneranda recolimus, & pro assumpta pro nobis mortalitate ipsi Deo gratias exhibemus, nullam ipsis imaginibus credentes inesse diuinitatem. Sic quando Sanctorum solennia celebramus, & eis Sanctas dicamus Ecclesias, hoc agimus vt eorum mereamur imitatione proficere & orationibus adiuuari: Et quamuis nobis eorum meritis multa beneficia conferantur, eis tamen sacrificare vel eos pro Deo habere & colere incongruum, indebitum & illicitum esse confitemur. Hæc Hugo.

Iste Papa Viennæ Archiepiscopatum instituit dato ei pallio, quia est Archiepiscopatus insignis, quæ quidem, vt aiunt, idcirco dicitur Vienna quasi Bienna, quod biennio sit constructa. Iste quoque Papa cum Roma obsideretur à Luitbrando Rege Longobardorum misit nauigio ad Carolum Martellum claues confessionis Sancti Petri, rogans, vt Romanam Ecclesiam à Longobardis liberaret. Sepultus est in Vaticano in Basilica S. Petri. (Hæc Bernhardus.)

Leodiensis.

Sanctus Floribertus secundus Episcopus Leodiensis & tricesimus primus in ordine, Aquitanicus genere, &, vt vulgatum est, Sancti Huberti filius: sed vtrum in spirituali vel seculari statu ante clericatum ab eo sit genitus non est omnino certum. Tamen cum patre creditur nutritus fuisse in cœnobio Stabulensi sub Beato Remaclo, quia exemplo Beati Remacli multi nobiles de Aquitania ibi in Religione Deo seruierunt. Fuit verò via Sancti Spiritus in Episcopum Floribertus electus Anno Domini septingentesimo trigesimo primo, Anno pontificatus Gregorii tertii primo, & sedit in Episcopatu annis XVIII. multisque bonis Ecclesiam Leodiensem ampliauit & decem Canonicos in ea constituit. Præfuit autem viuente Sancto Huberto Episcopo duabus congregationibus in Leodio, scilicet Beati Petri & Beati

Lamber-

Lamberti. Iſte corpus Sanctæ Odæ viduæ de terra leuauit & in altari apud Auianum collocauit. Obiit Sanctus Floribertus ſeptimo Calendas Maii, ſepultus in Eccleſia Leodienſi, vbi multis miraculis coruſcat. Poſtmodum annis ducentis quinquaginta elapſis transfertur, corpus eius à Domino Nothgero XVII. Epiſcopo Leodienſi & in feretro decenter locatur. Sed cum poſtea Eccleſia noua Sancti Lamberti cremata reædificaretur in nouum ciborium poſitum eſt corpus Beati Lamberti & Beatus Floribertus leuatus ſimul eſt, & vnà corpora Sanctorum Petri & Andoleti, qui cum Beato Lamberto martyriſati ſunt. Iſti tres in eodem feretro iuxta ciborium Beati Lamberti poſiti ſunt vſque nunc. Et in altera parte corpus Sancti Theodardi cum Madelberga Sancta virgine, filia Sancti Vincentii Comitis Hannonienſis. (Hæc ex chronica pontificum Leodienſium.)

Tempore quo Sanctus Willebrordus (qui & Clemens) Traiectenſis Epiſcopus digne rexit Eccleſiam, Sacerdos quidam nomine Winfridus natione clarus ab Anglia venit in Germaniam, vt profanum idololatriæ cultum aboleret, & rudem populum documentis Euangelicis informaret: Quem ob id Beatus Clemens cum omni veneratione ſuſcipiens obnixius orauit, vt fidelis cooperator ſibi in Euangelica prædicatione fieret. Winfridus ergo precibus eius acquieſcens, tredecim annis in Sancta Traiectenſi manſit Eccleſia. Demum idem Winfridus animaduertens meſſem multam, operarios autem paucos, apud vlteriorem eſſe Germaniam, valedicto Clemente, ſeceſſit Moguntiam. Et quia Moguntinenſis antiſtes illis diebus obdormiuit in Domino, Carolus Dux primates cum prælatis coadunauit, poſtulans vt Winfridus Sacerdos orbatæ ſedi præficeretur Epiſcopus, eo quod in conuerſione paganorum eſſet prædicator inclytus. Idem igitur Winfridus paſtor electus pro pontificali benedictione Romam aſcendit, quem tunc Gregorius huius nominis ſecundus condigne ſuſcepit, tradens ei archiepiſcopalem benedictionem, Bonifacii nomen imponens. Bonifacius ergo pontificali fultus honore, reuerſus eſt Moguntiam, & in finibus ſuæ diœceſis diligenter extirpauit idololatriam. Aliquot exinde elapſis diebus Bonifacius dolenter intelligens Clementem ab huius ſeculi incolatu tranſmigraſſe, congregauit ſanctam Synodum, in qua Lullonem venerabilem ſacerdotem Moguntinenſem ordinauit Epiſcopum, & ſine mora Traiectum aduenit & deſolatam Eccleſiam in Dei nomine gubernandam accepit Anno Domini ſeptingenteſimo triceſimo ſeptimo, in qua ſedit annis XVI. Iſte ergo præſul egregius, diuini nominis obſequium ampliare volens, condidit infra ciuitatem Traiectenſem cœnobitalium canonicorum Eccleſiam oratorio Sancti Saluatoris primordiali vicinam & contiguam. Iſta ſiquidem Eccleſia diuerſis titulis priuilegiata, & vulgariter antiquum monaſterium dicitur, quia Eccleſia Traiectenſis aliquando renouata fuit, ſed in ædificio veteris ſtructuræ permanens hactenus irrenouata perdurat. Quidam tamen aſſerunt eandem Eccleſiam à Sancto Clemente primò ſuperædificatam & octoginta canonicos in ipſa præbendatos fuiſſe, & de illis Clementem iterum ad Eccleſiam Sancti Martini confeſſoris quadraginta tranſtuliſſe, vtut ſit, nos non contradicimus, ſed nullam certitudinem ex priuilegiis vel hiſtoriis quoquo modo indagare potuimus. Præſul ergo Bonifacius Traiectenſem condigne regens Eccleſiam tanquam fidelis ſeruus & prudens in lucrandis animabus peruigil fuit, & de conuerſis paganis duplicatum talentum ſuo Domino reportauit. Cuius paſſionem & exitum vitæ cum ſociis ſuis require in legenda.

Traiectenſis.

hæc

Anno Domini DCCXLII. Anno Imperii Conſtantini primo, regnum Francorum obtinuit ſolo nomine Hildericus annis nouem, donec Pipino per legatos miſſos interpellanti Romanũ Pontificem Zachariam, vter potius deberet eſſe aut dici Rex, an ille qui magnos pro regni pace ſuſtinet labores, an qui otio deditus ſolo nomine regio erat contentus, Romanus Pontifex reſpondit melius eſſe vt ille, qui curam omnium haberet, Rex diceretur & eſſet: qua reſponſione Franci animati mox Hilderico in monaſterium retruſo, Pipinum ſibi Regem conſtituunt, in quo Hilderico finit prima ſucceſſio Regum Francorum & deficit progenies Pharamundi & Clodouei primi Chriſtiani inter Reges Francorum.

Francica.

Anno quinto Hilderici Carolomannus frater Pipini, qui ambo fuerunt filij Caroli Marcelli Ducis Lotharingiæ, Alemannos sibi infidos superauit, & velle se à seculo discedere, indicat Pipino fratri suo. Conuersionis autem eius hæc causa fuit.

Carolus pater eius (Marcellus appellatus) propter assiduitatem bellorum decimas Ecclesiarum Laicis tradidit, atque pro hoc maxime solo est in æternum damnatus. Nam Sanctus Eucherius Aurelianensis Episcopus, quem idem Carolus in exilium miserat, & qui in monasterio S. Trudonis requieuit, in oratione positus, & ad alterum seculum raptus, inter cætera quæ Domino ostendente conspexit, vidit ipsum Carolum in inferno torqueri. Cui causam interroganti responsum fuit ab Angelo ductore, sanctorum iudicio, qui in futuro iudicabunt cum Domino, & quorum res abstulit vel diuisit, ante illud iudicium anima & corpore sempiternis supplicijs fuisse deputatum, & simul cum suis peccatis recepisse pœnas propter peccata omnium, qui res suas amore & honore Dei ad loca Sanctorum in luminaribus diuini cultus & alimoniis pauperum & seruorum Christi pro animarum suarum redemptione tradiderunt. Qui in se reuersus Sanctum Bonifacium Moguntiæ Archiepiscopum, & Fuldradum Abbatem Sancti Dionysii ad se vocauit, eisque talia dicens, iussit vt ad sepulchrum illius Caroli irent, & si corpus illius ibidem non inuenirent, ea, quæ dicebat vera esse crederent. Qui pergentes ad locum, vbi corpus eiusdem Caroli humatum fuerat, sepulchrumque eius aperientes, viderunt exeuntem inde draconem, totumque sepulchrum interius denigratum inuenerunt, ac si fuisset exustum. Carolomannus igitur frater Pipini ob causam dictam sui caduca respuens seculi, Romæ à Zacharia Papa in monachum attonsus in Sarepta monte in cœnobio quod ipse fundauit, deinde apud castrum Casinum laudabili vita enituit. (Hæc Andreas.) Fertur autem de hoc Sancto viro exemplum memorabile. Cum enim adhuc Romæ constitutus in monasterio quod sibi ædificauerat, ab omnibus propter regiam nobilitatem, &, quod maius est, propter contemptum regni terreni & gloriæ præsentis seculi veneratione & laudibus extolleretur, timens vir Deo plenus fauorem laudis humanæ, qui tanta pro Christo reliquerat, fugam magis arripere disposuit, quàm vanæ gloriæ subiacere. quod tantum vni fido socio confessus, quem ab infantia in omnibus fidem probauerat, cum eo noctu omnibus aufugit insciis, & ad Casinum montem vsque peruenit, nihil secum portans ex omnibus bonis quæ corpori erant necessaria, nudus Christum sequutus. Iuxta morem igitur portam monasterii pulsans colloqui cum presbytero monasterii petiit: in cuius præsentiam cum veniisset mox in terram corruit, & se homicidam esse & reum omnium criminum protestans misericordiam exposcit, pœnitentiæque locum exquirit. Pater cum peregrinum hominem esse cognouisset, interrogat cuius patriæ aut gentis esset: At ille confessus est se Francum esse & ex Francia pro tali scelere migrasse, exiliumque libenter ferre, paratum vt patriam cælestem non amittat. Spiritualis pater eius precibus annuens præcepit eum in cella nouitiorum recipi vnà cum suo collega ibique probari vt regula iubet, & tanto arctius quanto magis barbaræ & ignotæ gentis homo erat, implens illud Apostolicum: Probate spiritus an ex Deo sint.

Itaque probatus in omni patientia sociatus est congregationi vnà cum collega suo, post emensum anni circulum professus stabilitatem, conuersionem morum & obedientiam secundum regulam Sancti Benedicti. Cæpit autem irreprehensibiliter inter fratres conuersari omnibus virtutibus pollens. Vbi accidit, vt sicut moris est, ad culinæ officium hebdomadarius deputaretur. Quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet, coquus vino exæstuans alapam ei dedit, dicens: Ita te fratribus inseruire oportet. Cui ille nihil motus, placido vultu respondit, indulgeat tibi Dominus (frater) & Carolomannus. Neque enim cuiquam nomen suum prodiderat ne ex vocabulo agnosceretur. Rursum cum in quibusdam cibariis administrans errasset, iterum à coquo percussus, Cui ea quæ supra imprecatus est. Et cum iam tertiò à coquo crudeliter cæderetur, indignatus

ille

ille comes indiuiduus peregrinationis quod tantus vir à tam vili persona tam contumelioſe tractaretur, iam ferre non valens arripuit pilum, vnde panis in olera fratrum mittendus conterebatur, & cum omni anniſu percuſſit, dicens, Nec tibi Deus parcat, (ſeruе nequam) nec Carolomannus indulgeat. Fratres verò hoc audito, felle commoti ſunt, quòd homo alienigena & ex miſericordia receptus, talia facere præſumpſiſſet. Protinus itaque cuſtodiæ mancipatur, vt die ſequenti præſumptio illa acrius vindicaretur. In craſtinum productus de cuſtodia in medio conuentu ſiſtitur, & interrogatus cur manum extendere in fratrum miniſtrum auſus fuiſſet; Reſpondit: quia vidi à ſeruo nequiore omnibus virum meliorem & nobiliorem, quos in terra conuerſari ſcio, non ſolum verbis, ſed etiam plagis affici. Reliqui verò exagitati quòd eum, qui peregrinus venerat, cæteris prætuliſſet: interrogabant quis ille ſit qui bonitate & nobilitate omnibus antecellat, & cur ſaltem patrem monaſterii non excepiſſet: Ille celeritate compulſus celare non valens quod Deus iam manifeſtare volebat, dixit: Iſte eſt Carolomannus, quondam Rex Francorum, qui pro Chriſti amore regnum & gloriam mundi dereliquit, qui ex tanta excellentia ita ſe humiliauit, vt modò à viliſſimis perſonis non ſolum contumeliis afficiatur, verum etiam verberibus affligatur. Quo audito tremefacti à ſedibus ſurgunt pedibuſque eius ſe proſternunt, veniam poſtulantes de contemptu, & per ignorantiam excuſantes. Ille econtra in terram prouolutus cum lachrymis negare cæpit vera illa eſſe, nec eſſe ſe Carolomannum, ſed hominem peccatorem & homicidam: & collegam ſuum perterritum propter commiſſum piaculum mendacium excogitaſſe. Quid plura? Cognitus ab omnibus cum omni reuerentia eſt obſeruatus. (Hæc Regino Abbas Prumienſis.)

Anno ix. Hilderici Regis principatus quòque Pipini Anno ix. & Anno Domini DCCL. miſit Pipinus nuntios, vt diximus, ad Zachariam Papam, interrogans an manere Reges Francorum expediret cum pene nullius eſſent poteſtatis, ſed ſolo nomine regnarent: Quibus legatis Romanus Pontifex reſpondit, Iſtum debere vocari Regem & eſſe, qui Rempublicam gereret. Detonſus ergo Hildericus rex eſt, & in monaſterium detruſus. Hic finis regni Merouingorum qui regnauerunt annis ferme CCCLXXI. ab anno ſcilicet ſalutis CCCLXXXI. vſque ad annum DCCL. (Hæc Andreas.)

Colonienſia.

Decimus ſextus acceſſit ad Pontificatum Colonienſis Eccleſiæ venerabilis Pontifex Hildegerus, ſedens ſub Pipino tertio, qui cognominabatur Nanus, & pater Caroli Magni, filius verò Caroli Marcelli, & vir prudens & bellicoſus erat. Qui cum principatum ſiue dignitatem præfecturæ palatii (à quo maiores domus dicebantur) poſt patrem Carolum Marcellum ſtrenuè adminiſtrarat. In regia autem dignitate ſub Regis tantummodo nomine præſidebat Hildericus inutilis & luxurioſus, optimates regni conſilio & auctoritate Zachariæ Papæ eundem Pipinum ad regiam dignitatem euexerunt, fuitque de authoritate & mandato ipſius Papæ per Beatum Bonifacium Moguntinenſem in Regem Francorum vnctus, & poſtea per Stephanum Papam ſecundum vnctionem regalem conſecratus, detruſo in monaſterium Hilderico, de quibus fit mentio in decretis. Hildegerus verò Colonienſis Archiepiſcopus cum prædicto Pipino Francorum Rege cum magno exercitu contra Saxones bellum gerente, cum vſque ad fluuium Weſeram peruenisſet, in expeditione exercitus regis proficiſcens in bello interfectus eſt. (Hæc ex chronicis Pontificum Colonienſium.)

Leodienſia.

Fulcarius tertius, Epiſcopus Leodienſis triceſimus ſecundus in ordine pontificum vir venerabilis, cœpit Anno Domini ſeptuageſimo quadrageſimo nono. Anno pontificatus Zachariæ octauo, ſeditque annis XIX. in quodam chronico dicitur XV. Iſtius tempore corona Regni Franciæ translata eſt ad Pipinum patrem Caroli Magni.

Anno Domini DCCLVIII. Pipinus Rex celebrauit Paſcha in Iapilia palatio regio prope Leodium, qui deſtructo ponte lapideo in Terretalle ſupra Moſam de eiſdem lapidibus ædificauit Eccleſiam cõuentualem cum domo regia Beatæ virgini in

Harſtallio, vbi crucifixum ſuæ ſtaturæ collocauit. Tempore Fulcarii Eccleſia Leodienſis adhuc noua ex fundatione multa acquiſiuit. (Hæc ex chronicis eorundem Pontificum.)

Papalia. Stephanus ſecundus Papa, natione Romanus ex patre Conſtantino, cæpit anno Domini DCCLII. In quodam verò Chronico dicitur LIII. Sedit annis quinque, diebus octo & viginti, vacauit ſedes menſe vno, diebus quinque, qui mox Romæ quatuor Xenodochia reſtaurauit, & alia quinque fundauit. Iſte Stephanus Papa dum Haiſtulphus Longobardorum Rex contra Romanos adeo exardeſceret, vt ab vniuſcuiuſque capite tributum exigeret, clam per peregrinum literas ſuas nimio dolore conſcriptas miſit Pipino, quibus oppreſſionem Romanæ Eccleſiæ nuntiauit.

Pipinus igitur miſit Chrodogangum ſororis ſuæ Landradæ filium, priùs Abbatem, & pòſt Metenſem Epiſcopum & Anthárium Ducem, vt Papam adducerent in Franciam, quod factum eſt. Sed dum veniret, apparuit in cælo globus igneus à parte Auſtrali declinans à Galliæ finibus in partes Lombardorum. Venienti Pipinus occurrit, & de equo deſcendens per ſpatium trium milliarium vice ſtratoris cum magna humilitate & deuotione terræ proſtratus vna cum coniuge & nobili prole ad palatium deduxit: vbi intra oratorium pariter conſederunt, lacrymabiliterque Papa precatus fuit, vt per pacis fœdera cauſam Beati Petri & Reipublicæ Romanorum diſponeret: Qui iureiurando omnibus eius mandatis totis ſeſe viribus obedire velle promiſit, quod & fecit. Sed Haiſtulphus Longobardorum rex Carolomanno monacho Caſſinenſi fratri Regis Pipini quædam dederat in mandatis ad Pipinum Regem conciliaturus gratiam ipſius ad perturbandam apoſtolicam petitionem. Sed nihil profecit, quia Carolomannus non eſt reuerſus vltra in Francia de voluntate Papæ, & factus eſt ibi monachus. Per idem tempus ædificatum eſt à Pipino Figiatenſe cœnobium quod tunc dicebatur Figiacum in territorio Caturcenſi, cuius oratorium ipſo Stephano Papa & Rege præſentibus, à Domino eſt mirabiliter conſecratum, prout in geſtis antiquis ipſius monaſterii plenius continetur. Martinus in chronicis ſuis ſcribit Stephanum Papam vltimo anno pontificatus ſui Romanum imperium à Græcis tranſtuliſſe in Germanos, & in perſona magnifici Regis Caroli tunc in iuuenili ætate conſtituti: quam tranſlationem meminit Decretalis extra de Electione, venerabilem. (Hæc frater Bernhardus.)

Eodem tempore Aurelius vir illuſtris, cuius ſoror erat vxor Haiſtulphi Regis, transfert corpus Sancti Sylueſtri Papæ ad cœnobium Nouantulano à ſe fundatum. Eſt autem Nouantula in Lombardia inter Mutinam & Parmam. (Hæc Alicicus.)

Item anno Haiſtulphi quarto, Pipinus Rex rogatu Stephani Papæ, copioſum à Gallia mouens exercitum, ingreſſus Italiam Regem Haiſtulphum obſedit, qui victus fœdus iniit & ſcripto confirmauit, quod Beato Apoſtolo Petro & Sancto Papæ Stephano omnia ſe prædia quæ contra ius & fas eripuerat & ſibi retinebat, reſtituturum nec amplius Romanam Eccleſiam turbaturum. (Hæc Hugo.) Tamen (vt dicit Elimandus) Pipino domum redeunte fœdus rupit & Romam tribus menſibus obſedit, & multa Sanctorum corpora ex cæmiterio proiecit.

Anno Haiſtulphi ſexto Pipinus Rex Italiam repetens, cum Papiæ incluſum obſedit, donec quadraginta obſidibus receptis inuitum ad pacis fœdus repetendum compellit, & Sancto Petro quicquid ſui iuris erat, reſtituit, & Rauennam ſimul cum aliis plurimis Italiæ vrbibus Beato Petro reſignauit. Tum igitur Pipinus proſpere in Gallias reuertitur. Tandem Haiſtulphus Rex anno regni ſui ſeptimo iterum rebellare & pacem violare cogitans, iudicio Dei percuſſus moritur. Cui Deſiderius qui erat Dux in partibus Tuſciæ, ſubſtituitur. Sed non regnaſſet niſi Papa Stephanus ſub hac conditione admiſiſſet, vt, quod abſtulerat Beato Petro redderet. Hæc Albericus.

Cæpit

Cæpit Pipinus secundum Sigibertum Anno Domini septingentesimo quinquagesimo primo, Anno Imperii Constantini huius nominis quinti decimo, rexitque annis XVIII. *Pipinus pater Caroli Magni.*

Anno primo regni sui Pipinus Rex contra Saxones pugnat : Grifo frater Pipini perimitur : & alter frater eiusdem Pipini Regis Remigius Rothomagensis Archiepiscopus in Gallia claret. Pipinus Rex Galliarum Ecclesias cantibus Romanæ auctoritatis suo studio correxit. (Hæc Sigibertus.)

Anno quarto Pipini Regis Stephanus Papa propter persecutionem Haistulphi Regis in Franciam venit vbi ægrotauit vsque ad mortem. Et in Ecclesia Sancti Dionysii ante altare eiusdem martyris visitatione & allocutione pristinam salutem recepit, & pro benedictione pastorali, & ob testimonium rei gestæ posteris demonstrandi pallium & claues Apostolicæ dignitatis illic reliquit : vnxitque in Reges Francorum florentissimum Regem Pipinum, & duos filios Carolum & Carolomannum : Sed & Bertradam coniugem inclyti Regis Pipini indutam cicladibus regiis gratia septiformis spiritus in Dei nomine consignauit, Francorumque proceres Apostolica benedictione sanctificans auctoritate Beati Petri sibi à Domino tradita obligauit, obtestatus ne vnquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula ipsi vel eorum posteri regem super se aliquo modo constituant, nisi de Pipini progenie. Tunc gloriosus Rex Pipinus congregans proceres regiæ potestatis eosque admonitione tanti patris imbuens, statuit cum eis, quæ Christo fauente vna cum eodem Papa decreuerat perficere. Francorum igitur consilio direxit suos legatos Haistulpho nequissimo Lombardorum Regi vt pacifice ablata restitueret Ecclesiis. Sed neque Haistulphus acquieuit : potius omnino facere renuit. Cernens verò Pipinus atrocissimi Haistulphi non posse se saxeum cor emollire, præmisit ante suum occursum aliquos ex suis proceribus ad custodiendas Francorum clusas. Quod audiens proteruus Haistulphus in eos repente irruit cum suis copiis : Sed Dei bonitas Francis contulit victoriam, ita vt ipse Haistulphus fugam arriperet, & absque armis præ timore Francorum in Papiam se includeret ciuitatem quam Pipinus obsidens & multum constringens, fecit vt atrocissimus Haistulphus veniam postulans, prorsus polliceretur redditurum se ciuitates.

Itaque confirmato recipiendi ciuitates pacto, Rex Pipinus consiliarium suum Fulradum Abbatem Ecclesiæ Sancti Dionysii misit, & continuo ipse Rex cum suis in Franciam fœliciter rediit. Priusquam hoc certamen Pipini contra Haistulphum peractum fuisset, missus est Carolomannus monachus frater Pipini Regis ab Haistulpho ad fratrem Pipinum ad perturbandam Apostolicam petitionem. Carolomannus monachus in eodem itinere ossa Sancti Benedicti Abbatis ab Ecclesia Floriacensi, quò olim translata fuerant, tollere nititur vt ad castrum Cassinum transferret, sed miraculis à Deo ostensis, & Francis obsistentibus ab incepto prohibetur.

Anno Pipini sexto pestifer Haistulphus quodam loco venationi intentus diuino iudicio fulmine percussus atrocissima morte periit. Quod Desiderius Dux audiens (obiisse Haistulphum) illico congregans multitudinem exercitus auxilio prædicti Papæ & Fulradi Abbatis Sancti Dionysii contra Rachisum fratrem Haistulphi regis Longobardorum occupauit regnum.

Anno octauo Pipini Constantinus Imperator Pipino regi organum misit inter multa munera antea non visum in Francia.

Anno Pipini nono ipse Pipinus Saxones adiens eorum destruit munitiones. Castra metatus est in loco qui dicitur Sithima, quo multi Saxones cecidere runt : Reliqui verò quotannis vectigal trecentorum equorum polliciti sunt soluere.

Eodem anno natus est ei filius cui nomen suum imposuit, qui viuens duobus annis tertio obiit. Multa patrauit iste Pipinus, existens triumphator gloriosus quam plurimorum bellorum, in quibus strages diuersarum gentium & lin-

guarum & infinitorum populorum, dedit, quæ omnia causa compendii transiliui. Idem Rex damnationem patris sui Caroli Martelli cognoscens (de quo supra dictum est) Synodum apud Lyptanas congregari fecit, cui præfuit cum Sancto Bonifacio legatus Apostolicæ sedis Gregorius nomine. Sic igitur Synodum habuit, & quantumcunque de rebus Ecclesiasticis pater abstulerat quoad fieri potuit, Ecclesiis reddere curauit. Verum quia, ne omnes res Ecclesiæ à patre ablatas redderet, concertatio, quam cum Wayfero Duce Aquitanorum habebat, prohibuit precarius fieri ab Episcopis, exinde petiit & nonas & decimas dari, constituit vsque dum ipsæ res ad Ecclesiam reuenirent. Hæc frater Andreas. Obiit Pipinus Rex Francorum & patricius Romanorum Anno decimo quinto, ex quo à Papa Stephano fuerat iniunctus, à morte verò patris sui Anno vigesimo septimo. Sepultus in Abbatia Sancti Dionysii. Carolus verò filius eius pro felicitatis magnitudine agnominatus Magnus, compartito cum fratre suo Carolomanno regno, regnauit annis quadraginta sex. de quibus tres communes cum eodem Carolomanno habuit, reliquas verò solus. (Hæc Hugo de Sancto Victore.)

Traiectēsia. Deinde, vt supra dictum est, Beatus Bonifacius infidelis Frisiæ pagos adiens, & martyrii palmam cum summa deuotione desiderans, substituit Gregorium Traiectensis Ecclesiæ succedentem Episcopum, quem reuera agnouit virum Sanctum, dignum & idoneum. Cæpit autem Anno Domini septingentesimo quinquagesimo tertio, Anno pontificatus Stephani Papæ huius nominis secundi, secundo, Pipini verò Regis Francorum tertio. Sedit annis sex & viginti. Iste Sanctus Pontifex, Alemannus genere, Treuirensis diœcesis, destinauit Sanctum Lyffwinum ac Martellinum Sancti Willibrordi socium ad partes Transicelinas ad sanctum prædicandum Euangelium: vbi post plurimorum conuersionem idem Lyffwinus apud Andenzeel migrauit ad Dominum Anno Domini DCCLXI. Pontificatus Gregorii nono, Constantini verò Imperatoris huius nominis quinti, vigesimo.

Sanctus ille Gregorius Episcopus Traiectensis à Carolo Rege Francorum ac Longobardorum patricioque Romanorum confirmatione omnium priuilegiorum bonorum ac possessionum Ecclesiæ Traiectensis renouari authoritate regia procurauit: & ita Christi confessor eximius, grandæuæ senectutis, paralytico morbo diu deditus, clero & populo ante Saluatoris Ecclesiam valedicens, ibique sacra communione recepta octauo Calendas Septembris felicem creatori reddidit animam, Ecclesiasticæ sepulturæ illic traditus, vbi honorifice requiescit, qui Traiectense Pontificium cum diligenti studio, longo tempore gubernauit. (Hæc ex gestis Pontificum Traiectensium.)

Item anno pontificatus Pauli Papæ primo, qui fuit Annus Domini septingentesimus quinquagesimus septimus, Imperii Constantini huius nominis quinti Anno decimus sextus, creatur vltimus Rex Longobardorum Desiderius, qui Anno regni sui decimo tertio sub obtentu orandi, Romam ingressus aliquos nobilium Romanorum captos excæcauit.

Longobardica. Anno eiusdem Desiderii decimo septimo Adriano Papa contra Desiderium Regem conquerente, Carolus Italiam petit, & Desiderium intra Papiam clausum obsidet, & inter obsidendum diuiso exercitu multas vrbes vltra Padum, & inter eas Veronam capit, in qua Anckarius Francus cum vxore Carolomanni & filiis eius latens, se cum eis Regi dedit. Adagisus verò Regis Desiderii filius inde elapsus Constantinopolim fugit, & obsidionem Papiensium pestilentia mortalitatis aggrauante, ciuitas Regi Carolo tandem aperitur, & Desiderius Rex cum vxore & filia & cunctis principibus capitur Anno regni sui decimo octauo, & perpetuo exilio in Gallias ad Agilfredum Leodiensem Episcopum mittitur. (Hæc Sigibertus.) Alius liber dicit, quod Carolus Desiderium Regem in Franciam miserit, eumque iusserit in Ecclesia Sancti Dionysii tonderi in monachum, quod & factum sit: & quod vsque ad vltimum vitæ suæ diem ibi moratus sepultusque sit in sinistra parte monasterii. (Hæc Andreas.) Quidquid verò per longa tempora Longobardi Romanis

Romanis abstulerant, Carolus eis restituit: & Regno Longobardorum destructo, totam Italiam sub ius regni Francorum redegit, & isto modo Longobardi victi regnare destiterunt post annos cciv. ex quo in Italia regnare cæperunt. (Hæc Sigibertus.) Vnde etiam Matthæus Florentinus Longobardi (ait) Italiam fere totam possederunt, præter vrbem Romam, quam in huius gentis potestatem nullo vnquam tempore deuenisse constat. Regia verò eorum apud Ticinum constituta, varios præterea principatus per Italiam habebant, quibus suarum gentium præponebant Duces, inter quos præcipui & per successores obseruati sunt, vnus apud forum Iulii in ipso Italiæ ingressu: alter apud Spoletum in media pene Italia. Tertius Beneuenti ad inferiorem Italiæ partem regendam. Hæc ille.

Hildolphus claro * Neriuorum genere ortum, & in Regensborch enutritum, Pipinus Rex suggestione cleri & plebis Treuiricæ, eidem metropoli constituit Episcopum. Iste construxit Ecclesiam in honorem Sancti Ioannis Euangelistæ iuxta cellam Hilarii in campo Martio, in quam corpus Sancti Maximini de cella Sancti Eucharii transtulit cum aliis trecentorum martyrum à Rixiouaro passorum corporibus. Quem locum & supellectile & fundis ditatum, cænobitis ad centenum numerum Monachorum compleuit. Illa vero Ecclesia in fundo Sancti Petri constructa, Episcoporum Treuirensium multo tempore subiecta iuri fuit, donec vnus eorum damnabili adulterio Reginæ cuidam ad nuptias eandem cellam cum castello (quod dicitur Sericum) dedit dono: & sic deinceps à regibus detenta est. Sed Hildolphus post aliquot annos Episcopatum suum relinquens in saltum Vesagi cellam quam sibi construxit secessit, in qua & requiescit. (Hæc ex chronicis Pontificum Treuirensium.)

Neriuorum.

Treuirensis.

Agilfridus tricesimus tertius Episcopus, & quartus Leodiensis in Episcopum Leodiensem fuit assumptus An. Domini septingentesimo sexagesimo octauo, Anno Pontificatus Stephani huius nominis tertii, primo, filius Ducis Burgundiæ ex filia Comitis Auernensis, nepos Caroli Magni & Doctor excellentissimus: Sedit annis septendecim. Vitam Beati Lamberti per quendam clericum Godefridum nomine compilari iussit, & Ecclesiæ Leodiensi multa bona acquisiuit, sicut testantur priuilegia à Carolo Magno ei concessa.

Leodiensis.

Anno Pontificatus Agilfridi tertio Carolus Magnus celebrauit Pascha Leodii, & post in Harstallio. Obiit verò venerabilis Agilfridus Episcopus Anno Domini septingentesimo octuagesimo quarto, sepultus in Ecclesia Leodiensi. (Hæc ex chronicis.)

Sanctus Carolus dictus Magnus cum fratre suo Carolomanno regnare cæpit in Francia (Anno Domini septingentesimo sexagesimo nono, Anno Constantini Imperatoris huius nominis quinti vigesimo octauo.) & sedem suam in Nouiomo collocans quadraginta sex annis regnauit. Qui cum super Francos triginta tribus annis regnasset, imperauit Romanis annis tredecim vel circiter. Carolomannus verò frater eius, qui sedem suam statuit in successione, regnauit annis tribus. Quo mortuo pars regni eius partibus Caroli se iungit, & sic fuit vigesimus secundus Rex Francorum, & secundus in hac genealogia, & primus huius nominis, sed Dux Lotharingiæ à Sancto Pipino huius nominis primo septimus, & secundus huius nominis: Cuius virtutes & prædicandam gloriam, etiamsi chartæ silerent, sola fama, nulla literarum nixa præsidio, ab obliuionis interitu defendere posset. In quo nescio vtrum virtutem bellicam, an sapientiæ naturalis claritatem, an omnium liberalium artium peritiam, religionisve Christianæ obseruationem, magis admiremur. (Hæc ex gestis Ducum Lotharingiæ.)

Carolus Magnus.

Successione

Iste glorioſissimus Rex genuit ex Hildegarde Regina tres filios, Carolum, Pipinum & Ludouicum: & tres filias ex eadem, Rothrudam, Bergham & Ghislam. Ex Fastrada verò Regina secunda vxore duas alias habuit filias: & Fastrada mortua Leodegardam Alemannam duxit vxorem: qua mortua duas concubinas aluit Gersuindam Saxonici generis (ex qua ei nata est filia nomine Adaltrud) & Reginam, quæ peperit Drogonem & Hugonem, quorum Drogo postea Meten-

sis fuit Episcopus, sed Hugo frater eius Abbas in Francia venerabilis longo tempore fratribus omnibus superuixit. Iste Hugo, vt dicitur, hodie quiescit in cœnobio Cluonensi apud Sanctum Amandum. Ex omnibus illis duos tantum filios ac filiam, priusquam moreretur, amisit. (Hæc Hugo.)

Anno secundo Carolus Rex Synodum celebrauit in Wormatia ciuitate.

Anno quarto Carolus Rex ad Saxonicum bellum animum intendit, Heresburg Castrum Saxonum capit, Hermensul fanum destruit: Ibique siti laborante exercitu, subito ex torrente largissimas aquas diuino nutu impetrat: votique compos Carolus obsides pacis accepit à Saxonibus. (Hæc Sigibertus.) Bellum hoc tunc inchoatum Carolus Magnus contra Saxones per tres & triginta annos gessit. Cum interim per se & filios & præfectos ac Duces contra Hunnos, Hispanos, Britannos, & in Italia quoque ac contra alias quasdam nationes felicissime debellaret. (Hæc Florentinus.)

Anno quinto regni Caroli, Adriano Papa contra Desiderium Longobardorum Regem conquerente de multis iniuriis Carolus Italiam petit, & Desiderium domuit, vt prius diximus.

Anno Caroli sexto, Carolo Rege absente, Saxones rupto pacis fœdere Francorum fines premunt igne & cæde: vt tamen Ecclesiam in Fritislar incendere non possent, quam Sanctus Bonifacius benedixit, igneque nunquam cremandam prædixit. Rex Carolus offensus dissonantia Ecclesiastici cantus inter Romanos & Gallos cum melius esse censeret, de puro fonte quàm de turbato riuo bibere, duos clericos Romam misit, vt authenticum cantum à Romanis discerent, & Gallos docerent: per quos primum Metensis Ecclesia, & per illam omnis Gallia ad auctoritatem Romani cantus reuocata est. Item Carolus Rex Saxonum repetens tripartito exercitu concurrit Saxonibus, & victoria in omnibus potitur. (Hæc Sigibertus.)

Anno Caroli septimo, Carolus Rex Sigiburch castrum Saxonicum capit: ter cum eis confligit, & victor existens obsides pacis ab eis accipit: Ab hoc anno per Annos sex & viginti Carolus simul Rex Francorum & Rex Longobardorum, & Patricius Romanorum fuit, antequam fieret Imperator.

Anno eiusdem octauo in Italia quibusdam rebellionem meditantibus, Italiam repetit Carolus, vrbem Forum-Iulii capit, & Ducem eius Rothgandum rebellionis authorem decollari præcipit: Capta quoque Taruisio vrbe cæteris maiestate sui nominis terrorem incutit. Saxonibus verò Heresburg castrum (quod Carolus ante quatuor annos contra eos acquisierat) obsidentibus, gloria Dei in Ecclesiam suam apparuit omnibus, cum duo scuta sanguineo colore flammantia motus tanquam in bello per aera cierent. Tum igitur Saxoniam Carolus velut tempestas proterit: in munitiones irrumpit & hostes compellit vt se & patriam dedant & datis obsidibus Christianos se fore spondeant.

Anno sequenti Winthichindus Dux Saxonum in Nortmanniam fugit: Saxones baptizati paciscuntur, & ingenuitatem suam & sua omnia se perdituros iurant si vnquam à fidelitate Christi & Regis desistant. (Hæc Sigibertus.)

Nota hic, Nortmanniam illam, ad quam fugit Winthichindus non fuisse Nortmanniam Galliæ, quæ necdum hoc nomine, sed Neustria dicebatur. Ista verò antiqua Nortmannia vltra Daciam versus Nortwegiam sita est. (Hæc Collector.)

Victoriosissimus ille insignis triumphator Carolus diuersas & multas linguarum diuersarum feroces & barbaras nationes cum infinita strage populorum adeo potenti virtute, Deo auxiliante, perdomuit, vt nullus ex omnibus Principibus in illis temporibus ei resistere posset, quæ omnia ob nimiam prolixitatem dissimulaui scribere. Nam eorum particularis descriptio proprium exigeret volumen.

Item Anno decimo tertio regni sui Carolus Rex orationis causa vadit Romam,

mam, ibique filii eius vnguntur in Reges : Pipinus Italiæ, & Ludouicus Aquitaniæ.

Item Anno decimo octauo regni Caroli signum crucis in vestibus hominum apparebat, & Anno sequenti sanguis de cœlo & terra profluxit : & rursus Anno sequenti Carolus Coloniæ super Rhenum pontes duos cõstruxit & muniuit, & Sclauiam ingressus subigit.

Item Anno regni sui vigesimo secundo Carolus Rex Wormatiæ conuentum habuit & exercitum contra Hunnos misit. Item Carolus Rex honestati Ecclesiasticæ omnino intentus, legendi & psallendi disciplinam diligenter correxit. Perpendens enim iterum Gallos à Romanis discrepare, Metenses verò sola naturæ leuitate paululum quid dissonare : Per cantores rursum sibi ab Adriano Papa à Roma missos dissonantiam cantus emendauit. Circa pauperes etiam sollicitus non solum in regno suo, verùm etiam trans maria in Ægypto, in Syria, in Africa, & præcipuè Hierosolymis liberalitate eleemosynarum Christianis pauperibus succurrebat : Transmarinorum Regum amicitias ob hoc maxime expetens, vt Christianis sub eis degentibus esset releuatio. (Hæc Sigibertus.)

Item Carolus religionem Christianam summa puritate semper excoluit & Ecclesiam mane & vespere, nec non & nocturnis horis & sacrificii tempore impigrè frequentauit. Idem præterea sereniſſimus Rex corpore fuit amplo & robusto, statura eminenti, & apice capitis rotundo, naso paululum mediocritatem excedente, oculis pulchris, canitie veneranda, facie læta, voce clara, valetudine prospera, denique conuiuabatur ratissime, cœnaque quotidiana quaternis tantum ferculis instructa vtebatur, præter assam carnem, quam venatores verubus inferre solebant, vt qua libentius quàm quocunque cibo alio vescebatur. Inter cœnandum autem aliquod acroama aut lectionem audiebat : prælectis ei historiis antiquorum & rebus gestis : Delectabatur etiam libris Sancti Augustini, præcipueque iis qui de ciuitate Dei prætitulati sunt : Vini verò & omnis potus adeò parcus in bibendo erat, vt inter cœnam raro plus quàm ter biberet. Æstate post cibum meridianum, pomorum aliquid sumens ac semel bibens depositis vestibus & calciamentis (velut noctu) duabus vel tribus horis quiescere solebat : Noctibus sic dormiebat, vt somnum quater aut quinquies non solum expergiscendo, sed etiam surgendo interrumperet. In discenda Grammatica Rex Carolus Petrum Pisanum habuit adiutorem, & in cæteris disciplinis Albinum, cognomento Alcuinum. (Hæc Hugo.)

Item Turpinus de forma & fortitudine Caroli scribit : Longitudo eius octo pedum suorum (qui erant longissimi,) corpore decorus, sed visu ferus, renibus erat amplissimus, ventre congruus, brachiis & cruribus grossus, miles doctissimus & acerrimus, & omnibus artubus fortissimus, facies eius in longitudine habebat palmum & dimidium, barba vnum pedem, nasus circiter dimidium, frons erat vnius pedis, oculi leonini scintillantes vt carbunculus, supercilia dimidii palmi : Quem cumque iratus apertis oculis aspexisset, statim terrebatur. Cingulum quo cingebatur, ad octo pedes extendebatur, præter hoc quod pendebat : Panem panis, sed quartam partem arietis, aut gallinas duas, aut anserem vnum, aut spatulam porcinam, aut pauonem, aut gruem, aut leporem integrum edebat : Vinum aqua lymphatum sobrie bibebat. Fortitudinis tantæ erat, vt militem armatum super equum sedentem à vertice capitis vsque ad bases simul cum equo vno ictu proprio gladio secaret : Quatuor ferraturas equorum simul manibus extendebat facile : Militem armatum rectum stantem super palmam suam à terra vsque ad caput sola manu velociter eleuabat : eius lectum centum viginti fortes orthodoxi per tres quadragenarios, in tres vigilias diuisi custodiebant. Erat enim donis largissimus, in iudiciis rectissimus, in locutione luculentus. Hæc qui supra.

Item Alcuinus de Britannia oriundus, Magister delitiosus Regis Caroli scientia literarum præpollet in Gallia, cuius præcipue magisterio ipse Rex omnes liberales artes didicit. Iste multa scripsit inter quæ eminent libri de Sancta Tri-

nitate scripti ad ipsum Regem. Correxit etiam iussu ipsius Regis diuinam historiam.

Anno eiusdem Caroli vigesimo quarto Pipinus Caroli Regis ex concubina filius, deformis gibbo, à quibusdam Francorum primoribus, promissione regni illectus, contra patrem coniurauit, vnde conuictus tondetur & in Prumiam cœnobium retrusus vsque ad finem vitæ Deo militauit: Complices vero coniurationis alii in exilium mittuntur, pauci perimuntur. (Hæc Sigibertus.) Prædictum cœnobium Prumiense fundatum fuisse dicitur sub Pipino rege Caroli Magni patre in diœcesi Treuirensi. (Hæc Albericus.)

Anno eiusdem Caroli vigesimo sexto Carolus Rex non solum patria lingua, sed etiam peregrinis eruditus, barbara & antiquissima carmina quibus veterum Regum bella & actus canebantur, scripsit & memoriæ mandauit. Inchoauit etiam Grammaticam patrii sermonis, & mensibus anni iuxta propriam, id est, Teutonicam linguam vocabula imposuit: Ventos etiam duodecim propriis nominibus appellauit, cum antea quatuor tantum Cardinales venti nominarentur.

Anno regni sui vigesimo septimo, Anno verò Domini septingentesimo nonagesimo quinto, Carolus Ecclesiæ, quam in Paderborne fundauerat Anno regni sui duodecimo, & Episcopo Wirtzburgensi respiciendam commiserat, donec eidem loco tute prouidere posset, Canonicum quendam Ecclesiæ Wirtzburgensis Harumarum nomine, de Saxonia ortum, & tempore superiorum bellorum sibi à parentibus obsidem datum, præfecit Episcopum. (Hæc Goblinus.) Item Carolus Rex Christianam religionem sancte ac pie colens, Ecclesias Dei modis omnibus honorabat & ornabat sacris vasis & vestibus, edicens, vt ne ianitoribus quidem liceret absque habitu in Ecclesia ministrare. In Westphalia verò Carolus Rex quatuor Episcopatus Padebornensem, Monasteriensem, Osnarburgensem & Myndensem. Vt alios quatuor similiter erexit in Saxonia, Hildesenensem, (cuius primus conuentus venit à Remensi Ecclesia) Halberstatensem (cuius primus conuentus à Cathalaunia fuit missus,) Verdensem quoque & Bremensem: Extruxit etiam Aquisgrani basilicam in honorem Beatæ virginis plurimæ pulchritudinis, ad cuius structuram à Roma & & Rauenna columnas & marmora deuchi fecit. Fecit ibi balnea calida aqua frigida temperata, vel potius reparauit, quia iam ibi erant: Et palatium ædificauit iuxta Ecclesiam: Ipsam verò Ecclesiam veteris & nouæ legis historiis, sed palatium septem liberalibus disciplinis, & bellis Hispanicis depingi iussit. (Hæc Albericus.) Cœnobium verò fundauit monachorum S. Iodoci quod supra mare dicitur.

Anno eiusdem trigesimo Sol obtenebratus est per dies septendecim. Isto anno sydus quod dicitur Martis à superioris Anni Iulio mense vsque ad huius anni Iulium nusquam in toto cælo videri potuit. (Hæc Elimandus.) Pluuia sanguinis in Eboraco ciuitate fuit in Quadragesima.

Anno regni eiusdem tricesimo tertio Romani qui ab Imperatore Constantinopolitano iam diu animo desciuerant, nunc accepta occasionis oportunitate, quia mulier excæcato Imperatore Constantino filio suo eis imperabat, vno omnium consensu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant: & coronatum per manum Leonis Papæ Cæsarem & Augustum appellant. Pipinum verò filium eius Regem Italiæ ordinatum collaudant.

Eodem Anno terræmotus factus est magnus pridie Calendas Maii hora noctis secunda, quo tota Italia grauiter concussa fuit, & tectum Basilicæ Beati Pauli Apostoli Romæ magna ex parte cum suis trabibus corruit, & multa loca circa Rhenum, & in Gallia & Germania tremuerunt. (Hæc Goblinus.) Ogerus Dux de Danamarchia princeps Christianissimus floruit.

Carolus igitur Magnus cum iam super Francos regnasset annis triginta tribus, primus Francorum imperauit Romanis annis tredecim. Cæpit autem Anno Domini octingentesimo secundo, mundi verò secundum LXX 6000, diuiso à Constantinopoli imperio Romano euolutis circiter annis CCCCLXIX. ex quo Bizantium

tium Thraciæ ciuitas à primo Constantino ampliata, & in regiam vrbem exaltata fuit, translata in illam omni Romanæ dignitatis gloria, vt in sedem Romani Imperii nouam dedicata, noua Roma appellaretur. Hæc Sigibertus. De vita Caroli victoriosa, religiosa, miraculosa, potentissima, iustissima vidimus volumen egregium compilatum, in quo multa vtilia & delectabilia, quæ heu prætermittere nos oportet. Hæc Collector.

Anno igitur primo imperii sui Carolus Imperator per omne imperium suum legatos ad faciendum iudicium & iustitiam cunctis mittit, & legis capitula tria & viginti instituit. Idem quoque Carolus per vniuersum mundum ad indagandum nomina, & actus, & obitus Sanctorum nuntios misit, quæ per Vsuardum monachum in vnum volumen collegi iussit. Hieronymus enim ac Beda, & Florus hoc fecerunt ante, sed non integre. Hic autem diebus singulis martyres annotauit, & inuentum est concurrere diebus singulis plus quàm trecenta festa, ideoque statutum fuit, vt diceretur (& aliorum plurimorum Sanctorum, &c.) (Hæc Vincentius.)

Anno Imperii sui secundo Carolus Imperator omnes trans Albiam morantes cum mulieribus & natis in Franciam transtulit, pagosque eorum Abroditis dedit. Eodem Anno Hatumarus primus Episcopus Paderbornensis obiit Anno Episcopatus sui nono, & successit ei Baduradus, natione Saxo seu Westphalus, electus à clero Wirtzburgensi, cuius octauo Anno Sanctus Luthgerus natione Friso, primus Episcopus Monasterienſis obiit.

Item Carolus postquam Westphalos subegit, Sanctum Meinulphum de fonte leuauit & matrem eius (patre in bellis superioribus occiso) in suam protectionem recepit, quia frater mariti defuncti vim illi stupri conabatur inferre. Iste Meinulphus nobilibus parentibus exortus de bonis paternis monasterium monialium seu canonicarum secularium in villa Bodiken Paderbornensis diœcesis fundauit & dotauit: quod vsque ad tempora nostra perdurauit. Nunc verò non hostium incursu forinseco, sed tinea attenuatum intrinseca, desolationi proximum est: Meinulphus post mortem & in vita miraculis claruisse legitur. Et natalis dies eius quinto die mensis Octobris in diœcesi Paderbornensi celebratur. (Hæc Goblinus.)

Anno Imperii Caroli tertio Leo Papa ad Carolum Imperatorem in Franciam venit. Item Auares qui & Hunni longo contra Francos bello perdomiti, adeo in fortitudine sua & potentia sunt diminuti, vt qui alios solebant vltro lacessere, iam nec se ab aliis possent tueri: quia in hoc bello omnis eorum gloria & nobilitas periit, & quicquid pecuniæ & thesauri per tot secula terrarum orbem vincendo sibi congesserant, totum nunc Francorum victoriæ cessit, & nullo vnquam bello tam multa spoliorum quantitate Francia ditata fuit.

Anno quinto, quarto Nonas Septembris facta est eclipsis Lunæ Sole existente in 16. parte Virginis, Luna in 16. parte Piscium, vt & pridie Nonas Iunii Luna 13. feria quinta, prima aurora incipiente, signum crucis mirabili modo in Luna apparuit. Deinde tertio Calend. Septemb. Luna XII, die Dominica, hora quarta, corona mirabilis in circuitu Solis apparuit. Hæc Albericus.

Anno Imperii sui sexto Carolus Imperator per manum Pauli diaconi sui decerpens optima quæque de scriptis Catholicorum Patrum lectiones vnicuique festiuitati conuenientes per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit. Hæc Sigibertus. Item Hugo de eodem Paulo: Claruit his temporibus, Paulus gentis suæ, id est, Longobardorum historiæ scriptor, qui de monasterio montis Cassini venit in Galliam, attractus amore & opinione præfati principis Caroli præcellentissimi Imperatoris, & hymnum de S. Ioanne Baptista composuit. Hæc Hugo.

Eodem quoque tempore floruit Sanctus Ægidius Confessor præcipuus, natione Græcus, qui Dei nutu veniens in Gallias in prouincia cui Septimana nomen est, Eremiticam duxit vitam. (Hæc Hugo.) Istius quidem meminit Sigibertus, sed non in tempore quo debuit. Sanctus (inquit) Ægidius veniens à Græcia sanctitate claret in prouincia. Quod enim tempore Caroli Ma-

gni floruerit, satis est authenticum. Ille verò cum sub tempore Caroli Martelli ponit. (Hæc collector.)

Eodem anno legitur facta translatio Sancti Bartholomæi Apostoli de insula Liberitana Beneuentum. (Hæc Vincentius.) Item Carolus Imperator rerum suarum hæredem Christum testamento facit, & quicquid in re mancipi habebat, in tres partes diuidens, tertiam eorum pauperibus & famulantibus palatio delegauit: duas verò partes in viginti & vnam sù bdiuisit & Metropolitanis Episcopis, qui totidem sibi suberant, distribuit, vt Metropolis Ecclesia tertiam sibi assignatæ partis haberet, & duas inter suffraganeos diuideret. Et hæc sunt nomina Archiepiscopalium ciuitatum quæ erant sub Carolo: Roma, Rauenna, Mediolanum, Forum Iulii (quæ & Aquilegia dicitur) Gradus in Venetiis, Moguntia, Iuuanium in Bauaria (quæ est Saltzburg) Colonia, Treuiris, Remis, Zenonis, Vienna, Lugdunum, Bisantium, Rothomagus, Arelate, Tharentasia, Ebredunum, Burdegala, Turonum, Bithurium. Ipse verò vnamquamque partem sub proprio conditorio sigillatam reposuit, addens nomen ciuitatis Metropolitanæ, cui mittenda erat. Has idem potentissimus Imperator honorabiliter multis muneribus excolebat. (Hæc Albericus.) Eodem anno Sol & Luna bis defecerunt: Sol quinto Idus Iunii & secundo Calendas Decembris, Luna vndecimo Calendas Iulii, & decimo nono Calendas Ianuarii. (Hæc Regino Abbas Prunienſis.) Magna quoque fuit boum mortalitas per omnes prouincias Imperatori subiectas. (Hæc Albericus.)

Anno eiusdem decimo, Moguntiæ pons quingentorum passuum longitudinis trans Rhenum, quem Carolus Imperator per decem annos ingenti labore & mirabili opere de lignis construxerat, vt in perpetuum durare posse videretur, tribus horis ita conflagrauit, vt ne vna quidem assula in aqua remaneret.

Anno eius duodecimo Carolus Imperator per omnem Galliam concilia super statu Ecclesiarum ab Episcopis celebrari edicit, quorum vnum Moguntiæ, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabilonis, quintum Arelatæ celebratur. (Hæc Sigibertus.) Item Carolus Imperator ad numerum literarum Alphabeti, cœnobia fundauit & in vnoquoque per ordinem vnam literam auro fabricatam plus quàm ducentas libras Turonensium valentem reliquit, vt ex ordine literarum tempus fundationis cuiuslibet monasterii recognosceretur. Quatuor etiam Archiepiscopatus super cæteros scilicet, Treuirensem, Colonienſem, Moguntinensem, & Salisburgensem, diuitiis & honoribus ampliauit. (Hæc Petrus.) Item regni Caroli terminus fuit à Bulgaris vsque ad Hispanos, & à Danis vsque ad Calabros, exceptis adiacentibus quibusdam regionibus, Polonia, Bohemia, Dalmatia, Histria, Venetiis & Britannia, & quicquid tenuit Carolus, adhuc duo regna sunt Romanorum & Francorum, sola Pannonia excepta. Tunc Mauri centum cellas Tusciæ ciuitatem, & Niceam Narbonensis prouinciæ vastauerunt. (Hæc Albericus.)

Anno Imperii sui decimo tertio, porro regni quadragesimo sexto, Carolus Imperator glorioſus regno & imperio suo ampliato & pacato statu quoque Ecclesiæ sancte & religiosè ordinato, moritur & sepelitur Aquisgrani anno ætatis suæ septuagesimo secundo, qui pro magnitudine operum cognominatus est Magnus, cuius vitam Eynhardus describit. (Hæc Sigibertus.) Eram ego Turpinus apud Viennam, in Ecclesia ante altare orans, & cum raptus in extasim, Psalmum (Deus in adiutorium) cantarem, vidi, tetrorum spirituum agmina infinita præterire & tendere in Lotharingiam, quos omnes vnus similis Æthyopi longe insequebatur, lento gradu, cui dixi, Quo tenditis? Aquisgranum, inquit, ad mortem Caroli, vt eius spiritum ad Tartara rapiamus. Tunc ego, Adiuro te per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt peracto itinere ad me redeas. Parum igitur morati, vix expleto Psalmo ad me redierunt eodem ordine: & dixi nouissimo, cui primum locutus fueram, Quid egistis? Galatianus, inquit, sine capite, Tot & tantos lapides & ligna innumera Basilicarum in sua statera suspendit, vt plus appenderent bona eius quàm mala. Et idcirco animam eius nobis Deus abstulit: quibus dictis e-

ctis euanuit. Obiit autem Carolus quinto Calendas Februarii, sepultus Aquisgrani in Ecclesia rotunda Beatæ virginis. Ab eo certe tempore, quo ab Hispania discessit, vsque ad diem mortis assidue ægrotauit, & pro salute eorum, qui in Hispania obierunt, die anniuersaria eorum semper duodecim millia vncias argenti & totidem talenta auri, & vestes, & cibaria pauperibus erogauit decimo sexto Calendas Iulii, & totidem psalteria, & missas, & vigilias cantari iussit: Vnde datur intelligi, quod, qui Ecclesiam ædificat, regnum Dei sibi præparat. (Hæc Turpinus.) Sepultus est igitur Aquisgrani formosissima toto Romanorum orbe capella honorificentissime Carolus, supra cuius tumulum extructus est deauratus arcus: Interfuerunt ibi Leo Papa cum Principibus Romanis, & Archiepiscopi & Episcopi multi, Duces etiam & Comites & Abbates, aliique innumeri, qui defuncti corpus vestibus Imperialibus quasi festiuè induentes, auream capiti coronam imposuerunt, & super auream cathedram quasi iudicem viuentem ac super eius genua textum quatuor Euangelistarum aureis literis scriptum collocauerunt. Itaque manus dextera textum, sinistra verò sceptrum tenebat aureum: Catenulam quoque auream diademati coniunxerunt, & cathedræ super quam sedebat ne caput defuncti decideret, afflixerunt: Sed & scutum aureum, quod ei Romani fecerant, ante faciem eius statuerunt & arcum lapideum, in quo sepultus erat preciosis replentes aromatibus monumentum strenue sigillantes clauserunt. (Hæc Vincentius Speculator.)

Istius Sanctissimi Imperatoris Caroli glorioſis factis & meritis Imperator Fridericus huius nominis primus confidenter adductus, assensu & authoritate Domini Papæ Alexandri ex sedis Apostolicæ, nec non consilio Principum vniuersorum tam Ecclesiasticorum, quam secularium pro reuelatione & exaltatione atque canonisatione eiusdem Sanctissimi Caroli corporis, solennem curiam in natalis Domini apud Aquisgranum celebrauit, vbi corpus eius sanctissimum cum magna frequentia principum ac copiosa multitudine cleri & populi in hymnis & canticis spiritualibus extitit eleuatum, exaltatum & canonisatum, debita cum reuerentia & timore Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo sexto, quarto Calendas Ianuarii, procurante hæc & diligenter disponente memorato Imperatore Friderico. (Hæc Collector.) Eius verò dies festi celebres bis in anno habentur, dies scilicet eius natalis quarto Calendas Februarii, translationis verò dies quinto Calendas Augusti, quem vtrunque clericus & populus spiritualium gaudiorum tripudio celebrant. Cantantur enim in Ecclesia Aquensi de ipso Sancto Carolo vicibus alteratis suffragando certæ Antiphonæ cum collectis, de quibus hic vna deuotionis causa apponitur:

O spes afflictis, timor hostibus, hostia victis,
Regula virtutis, iuris via, forma salutis.
Carole, seruorum pia suscipe vota tuorum.

Gloria & honore coronasti eum, Domine, & constituisti eum per collecta. Immensæ maiestatis Deus & bonitatis infinitæ, qui fidelem tuum Athletam Carolum Magnum Imperatorem & Confessorem tuum in terris gloria Imperii exaltasti, & dono gratiæ tuæ in cælis corona beatitudinis triumphare concedis, præsta quæsumus, vt sicut fidei Christianæ fidelissimus extitit propagator, ita pro nobis apud te existat interceſſor per Christum, &c.

Adrianus primus natione Romanus ex patre Theodoro de regione via lata, cæpit Anno Domini septingentesimo septuagesimo secundo, (in alio verò Chronico dicitur septuagesimo tertio.) Sedit annis viginti quatuor, (Martinus dicit annis viginti tribus,) mensibus decem, diebus 28. Istius precibus Carolus Magnus Pipini filius obsedit Longobardos in Papia, cepitque Desiderium Regem & vxorem eius, quos captiuos duxit in Franciam: & veniens Romam, reddidit omnia quæ pater eius Pipinus dedit Beato Petro, adiuncto quoque Ducatu Spoletano & Beneuentano. Et ab hoc tempore patricius est effectus. Restaurauit S. Anastasium

Papalia.

ad aquam Saluiam post incendium: Ædificauit turres & muros vrbis Romæ, qui dirupti erant, & vsque ad fundamentum destructi: Renouauit portas æreas maiores, & Beato Petro dedit. Istius tempore celebrata est septima synodus trecentorum quinquaginta Episcoporum apud Niceam. Aliam Synodum ipse Papa Adrianus, præsente Carolo, Romæ celebrauit, de qua infra dicendum restat. Adrianus is Papa simul tam intra Romam, quàm extra multas ecclesias restaurauit, & in monasterio Sancti Stephani, (quod circa Ecclesiam Sancti Petri situm est) congregationem monachorum instituit, vt in Ecclesia Beati Petri cum tribus monasteriis, quæ Gregorius aperuit, laudes & cantus sedulos persoluant. (Hæc Martinus.) Iste Adrianus Papa anno pontificii sui secundo, & regni Caroli quinto, ad tuendas res Ecclesiæ Carolum Romam accersit. Qui pergens Papiam obsedit, ibique relicto exercitu Romam peruenit: Sanctam resurrectionem ibi peregit, postea rediens, Papiam cepit. Iterumque Romam rediit, synodum constituit cum Adriano Papa aliisque centum quinquaginta tribus religiosis Episcopis & Abbatibus, in qua Adrianus Papa cum vniuersa Synodo ius eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus, insuper Archiepiscopos & Episcopos, per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere debere definiuit: & vt nisi à Rege laudetur & inuestiatur Episcopus, à nemine consecraretur: Omnes etiam huic decreto rebelles anathematizauit, & nisi resipiscerent, bona eorum publicari iussit. Iste Adrianus Papa ad reprimendam rabiem hæreticorum, imagines Dei Sanctorumque execrantium nimis laborauit, quemadmodum in septima Synodo decretum fuit in præsentia Irenes & filii eius Constantini. Et libro aduersus eos edito multis Scripturarum inductionibus roborato, errores eorum infirmauit, fidemque rectam solidauit. Iste in offertoriis & offertoriorum versibus, quod geminatum est geminauit.

Anno pontificatus sui vigesimo secundo Feliciana hæresis condemnatur, & in præsentia Adriani Papæ ab ipso Felice auctore abdicatur. Ista hæresis asserebat filium Dei in diuina natura esse verum filium Dei, in humana verò adoptiuum, vnam personam Dei & hominis diuidens in duas personas, scilicet veri filii & adoptiui. (Hæc Sigibertus.)

Isto tempore florit Albinus, qui & Alcuinus, Caroli eruditor, genere Anglicus, clarus ingenio, in philosophia excellentissimus, non tantum in scientia, sed & morum honestate præclarus: à quo Carolus didicit omnes artes liberales, qui & studium de vrbe Roma transtulit Lutetiam, quod de Græcia illuc translatum fuerat à Romanis. (Hæc Martinus.) Non tamen sic transtulit, vt ipsum studium vrbi Romæ auferret, sed modum & solennitatem, quæ in vrbe seruabatur, translatis inde Parisios Doctoribus & Magistris instaurauit & priuilegiis confirmauit: Pro quo sciendum quod quinque sint studia generalia singulariter priuilegiata, videlicet Romanum, vbi Papa cum curia sua residet: Parisiense, in Francia: Bononiense, in Italia: Oxoniense, in Anglia: & Salamanticum, in Hispania. Cætera verò studia aliter quàm per sedem Apostolicam priuilegiata particularia reputantur. (Hæc Goblinus.) Eidem Alcuino Carolus commisit monasterium Sancti Martini Turonense regendum. Nam monachi præteritæ religionis obliti, adeò deflexerunt, vt fericis induti vestibus & deauratis calciamentis incederent carnis oblectamenta sequendo: Vnde monachus in visione duos Angelos dormitorium intrantes vidit, qui omnes monachos (excepto illo solo qui Angelos videbat) interimebant: qui ne interimeretur, sed vt ad pœnitentiam agendam reseruaretur, vix ab Angelis obtinuit. Istius cœnobii post hoc factus fuit Abbas Alcuinus in omni sanctitate reformator, & post laudabilem vitam obiit, sepultus apud S. Petrum. (Hæc Martinus.)

Grat. Leo Imperator huius nominis quartus, filius Constantini, cognomento Caratus, cæpit Anno Domini septingentesimo septuagesimo septimo, Mundi verò MMMMMMMDCCCCLXXV. imperauitque annis quinque. Iste ad breue tempus visus est pius esse sanctæque Dei genitricis ac Monachorum amicus, vnde &

de & Metropolitanos ex monachis in primis sedibus collocauit, multosque ordines in vrbe amplificauit. Quapropter Principes omnes cum multitudine populi copiosa ingredientes petierunt, filiumque Constantinum, quem cum sibi vnicum & paruulum esse diceret, seque vereri vt si forte ei contingeret, quod humanum est, illum interficerent & alium promouerent, iurauerunt que omnes, se non admissuros alios Imperatores præter Leonem & Constantinum, & ex semine ipsorum, idque scripto confirmauerunt. Tunc Imperator eos affatus sic: En fratres (inquit) petitionem vestram adimpleo, & dono vobis filium meum Imperatorem: Eum ab Ecclesia & de manu Christi susci pite. At illi voce magna clamauerunt, dicentes: Fideiussor noster esto, fili Dei, nos de manu tua suscipere Dominum Constantinum Imperatorem ad custodiendum eum & commoriendum pro eo: sic in crastinum videlicet in die Sancto Paschæ coronatus est Constantinus filius eius Imperator. (Hæc Landolphus Sagax libro vigesimo quinto Historiæ Romanæ.) Item vltimo Anno Imperii Leonis Carari, vt Hugo scribit, mortuo Niceta Constantinopolitano Patriarcha hæretico, Paulus quidam Cyprius verbo & actu coruscans, consecratus est in eadem sede.

Item prædictus Leo Imperator cum insaniret gemmarum cupiditate, adiecit amorem ad magnæ Ecclesiæ coronam, & accipiens portauit eam: Et exierunt carbunculi in capite eius, & captus à febre mortuus est Anno Domini septingentesimo octuagesimo primo. (Hæc Albericus in libro suo de temporibus, &c.)

Venerabilis pater Aelbricus de partibus Eboracensis diœcesis, ex Anglia fuit oriundus, qui pro laudabili conuersatione sua Traiectensis Ecclesiæ Canonicus est electus, & senescente Gregorio, totius Episcopatus fidelis dispensator deputatus, condigne clerum rexit, & populum quem idem Gregorius post se venturum prophetarit Episcopum. Cæpit igitur Anno Domini septingentesimo septuagesimo nono, Pontificatus Adriani Papæ huius nominis primi anno octauo, & sedit annis quatuor. Iste Aelbricus Beatum Ludgerum dehinc Monsterienscm Episcopum primum transmisit ad partes Frisiæ vt prædicando sectam aboleret idololatriæ. Impetrauit etiam à Carolo Magno Rege Francorum totum Ripaticum super Leckain & Iselam, inter Rhenum & Leckam: nec non Ripaticum super alueum Heym cum suis adiacentibus. Insuper confirmationem omnium bonorum & priuilegiorum per antecessores ac parentes dicti Regis Caroli Ecclesiæ Traiectensis concessorum. Tandem Aelbricus duodecimo Calendas Septembris in pace migrauit ad Dominum postquam aliquot annis Traiectensem rexit Episcopatum. Qui ad prædictam Ecclesiam Sancti Saluatoris deductus est, & prædecessori suo consepultus. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectensium.) *Traiectenſia.*

Post decessum venerandi Patris Aelbrici Theodardus quintus Traiectensis Episcopus intronisatus est Anno Domini septingentesimo octuagesimo tertio, Pontificatus verò Adriani Papæ huius nominis primi anno duodecimo, sedit annis quindecim, natione Friso & Frisonicæ gentis prædicator inclytus. Tandem venerandus hic Pontifex expletis multis laboribus in pace decessit à seculo, ad prædictam Ecclesiam delatus, vbi cum reuerendis patribus honorifice requiescit. (Hæc ex chronicis pontificum Traiectensium.)

Gerbaldus tricesimus quartus Episcopus & quintus Leodiensis, fuit vir nobilis, filius Regis Bauariæ. Mater eius erat matertera Ogeri Ducis de Danamarchia: Duodecim filii Ducis Metensis erant auunculi eius. Cæpit autem Anno Domini septingentesimo octuagesimo quinto, Anno videlicet Pontificatus Adriani Papæ huius nominis primi decimo quarto. Præfuit Ecclesiæ Leodiensi octo & viginti annis: Postea Cardinalis ordinatus. Sed post mortem reductum est corpus eius, & in Ecclesia Leodiensi sepultum. Istius tempore Carolus Magnus Ecclesiam Aquensem constituit, & in consecratione ipsius concilium conuocauit, in quo fuit Leo Papa & Romani Cardinales, Episcopi Italiæ, & Galliæ, & alii Episcopi numero trecenti sexaginta quinque absque Abbatibus & aliis Ecclesiæ Prælatis, interfuerunt & Romani principes, Marchiones, Comites, *Leodienſia.*

Principes Italiæ, Saxoniæ, Bauariæ, Alemaniæ, & vtriusque Franciæ tam orientalis, quam occidentalis. Ibique à domino Papa & ab omnibus tam clericis quàm laicis est sancitum, vt in eadem Ecclesia sedes regia collocaretur, & reges ibi initiati, Imperatoriam maiestatem Romæ absque vlla contradictione assequeretur: & vt in loco isto sedes regni haberetur, & vt esset caput omnium Galliæ ciuitatum, & vt omnes tam præsentes quàm futuri loci prædicti habitatores sub libera lege tam aduenæ quam indigenæ ab omni seruili conditione vitam agerent: & vt illi qui ab auis & atauis ad locum prædictum pertinent, à nullo ipsius Caroli successore vel ab alio aliquo personæ nobili vel ignobili tradantur. Item Carolus cuidam filiæ suæ Visetum dedit, quæ postmodum in Ecclesia ibidem constructa sepulturam accepit, quam Ecclesiam consecrauit in honorem Beati Martini Sanctus Leo Papa, eodem tempore quo & Aquensem: & eandem indulgentiam vtrique loco concessit. Forum in eadem villa fuit valde nominatum & permansit vsque ad tempora Alberti primi. Tempore etiam prædicto Sanctus Leo consecrauit Ecclesiam Sancti Martini in Auroto, Ecclesiam S. Stephani in Hoyo, & Ecclesiam S. Mariæ Tungrensis, quæ olim fuerat destructa per Hunnos, in qua Ogerius Dux Danamarchiæ, qui eam reædificauit constituit viginti canonicos.

Temporibus Gerbaldi & Walckandi Carolus in Ecclesia Hoyensi viginti canonicos regulares sub Abbate instituit: fecit & ibi comitatum, cuius Basinus primus Comes ordinatur Anno Domini DCCC. Quem comitatum tempore Motgeri Episcopi Leodiensis Anfredus Comes moriens sine liberis dedit Beato Lamberto. Obiit Gerbaldus Episcopus Leodiensis decimo quinto Calendas Nouembris, qui multa bona Ecclesiæ suæ contulit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Leodiensium.)

Item circa annos Domini DCCCVIII. pridie Calendas Februarii facta est eclipsis Solis in medio die, stante vtroque sydere in 25. parte Aquarii. Item quarto Calendas fuit eclipsis Lunæ, & apparuerunt acies in eadem nocte miræ magnitudinis, cum Sol in vndecima parte piscium, & Luna in vndecima parte virginis hærerent. Nam & stella Mercurii decimo sexto Calendas Aprilis visa est in Sole quasi parua macula, nigra tamen, paulo superius medio centro eiusdem syderis, quæ à nobis per octo dies potuit videri. Sed quando primum intrauit vel exiit, nubibus impedientibus annotari non potuit. Item vndecimo Calendas Septembris Lunæ fuit eclipsis hora noctis tertia, Sole in quinta parte Virginis existente, Luna in quinta parte piscium. Sicque ab anni superioris Septembri vsque ad Septembrem præsentis Luna ter obscurata, & Sol semel. (Hæc Elmandus.)

ORIGO OPPIDVLI REYMAGEN.

EX relatu intellexi Iulium primum Cæsarem secundam ad terras istas feciſſe expeditionem, & in prima expeditione fundasse oppidulum diœcesis Colonien sis dictum Reymagen, id est, Homagium Regis. Et post iterum rediisse ac ad vlteriora processisse & ciuitatem cum castro fundasse dictam Nouimagium, id est, Nouum homagium. Et sic consequenter ad Flandriam processisse, quod verisimile nobis videtur.

Item cum Iulius Cæsar, Gallis per diuersa bella prostratis, ciuitatem Treuirorum vastasset, tandem veniens per Rhenum ad quendam locum nemorosum sibi placentem castrum magnum ac forte inibi construi præcepit, nomen illi Nouimagium imponens. Vnde trans Mosam nauigans venit in locum trium fluminum in quo mansionem sibi extruens condidit ciuitatem, nomen suum ciuitati imponendo. Et quia Caius Iulius dictus fuit ciuitatem eandem Germanica lingua Gent nominari iussit, in qua multos probos militares viros collocauit ad tuendum locum & sedandam rebellionem Gallorum; quæ ciuitas prima est totius Flandriæ.

Pro quo

Pro quo sciendum, Flandriam non fuisse tunc locum habitabilem, propter maximum nemus, quod dicebatur sine misericordia. Sed post Iulium Cæsarem factam esse multis cognitam & habitabilem. Et postquam Iulius ad littus maris Oceani venit Britanniam, quæ modo Anglia dicitur, expugnaturus, condidisse Thorout oppidum, quæ est secunda ciuitas Flandriæ. Quia verò in his locis hyemauit, & sæpe venit propter situs opportunitatem, coaluerunt & conuenerunt ad habitandum in his locis plurimæ gentes diuersarum nationum, quæ regio permansit pagana idolis seruiens vsque ad tempora Dagoberti magni Regis Francorum, &c.

Leo tertius natione Romanus ex patre Airulpho, cæpit Anno Domini septin- *Papalia.*
genteſimo nonageſimo ſexto, (in alio chronico dicitur nonageſimo octauo.) Sedit annis viginti, menſibus quinque, diebus ſedecim, (Florentinus dicit annis viginti, menſibus duobus,) qui per omnia reuerendus mox clauem confeſſionis Sancti Petri cum vexillo vrbis Carolo Regi tranſmiſit, & porticum Sancti Petri fecit, quæ dicitur adhuc ciuitas Leonina, & eam muro cinxit propter incurſum Sarracenorum. Litanias quas inſtituit, ſic ordinauit, vt feria ſecunda ſummus Pontifex cum omni clero & populo ab Eccleſia Dei Genetricis ad præſepe egrediens pergat cum hymnis & canticis ad Eccleſiam Saluatoris, quæ dicitur Conſtantiana: Feria tertia ab Eccleſia Sanctæ Sabinæ ad Beatum Paulum: Feria quarta ab Eccleſia Hieruſalem ad S. Laurentium extra muros.

Anno Domini ſeptingenteſimo nonageſimo nono, ſexto Calendas Maii Leonem Papam celebritatem Litaniæ maioris agentem quidam de Romanis clam armati in ipſa proceſſione capiunt, eique oculos & linguam eruunt. Cui voce & viſu diuinitus reddito iterum oculos & linguam euellunt radicitus, relinquentes ſemiuiuum in ſuo ſanguine volutatum. Cumque ab ipſis carnificibus in monaſterium Sancti Eraſmi in cuſtodia teneretur, rurſus loquendi videndique eidem eſt officium diuinitus reſtitutum. Tandem verò de eorum manibus erutus, ad Regem Carolum fugit, cuius oppreſſioni piiſſimus Rex condolens collecto exercitu Romam properat, prædictumque venerabilem Papam in ſede Romana reponit: cauſas examinat: reos legaliter damnat: Ecque omnes Romanorum motus ſedat. (Hæc Bernhardus.) Iſti Romani fuerunt Adriani Papæ conſanguinei, vt dicit Elmandus. Sequentia ſcribit Gobelinus.

Eodem Anno pontificatus Hatumari primi Epiſcopi Paderbornenſis Anno quarto Leo Papa tertius venit ad Carolum ad Paderbornam, conquerens de iniuſta Romanorum perſecutione, quem honorifice ſuſcepit, & rogauit vt capellam quandam ibi nouiter conſtructam, cum iam Eccleſiam quam ibidem erexerat, ipſi rebelles vaſtaſſent igne, dignaretur conſecrare: Qui precibus Regis gratanter ſuſceptis in eadem capella altare in honorem Sancti Stephani protomartyris deuote conſecrauit, ac reliquiis eiuſdem Martyris, quas ſecum Roma detulerat, in eodem altari reconditis, viſitantibus eandem capellam in anniuerſario dedicationis ipſius, quæ eſt octaua Idus Decembris, de benignitate ſedis Apoſtolicæ magnas indulgentias conceſſit, & ſedem Apoſtolicam ibidem authoritate Apoſtolica confirmauit: Carolus deinde cum Leone Papa profectus in Italiam, Romam venit octauo Calendas Decembris, & Leonem Papam coram omnibus Euangelio capiti ſuo applicato de omnibus ſibi obiectis pleniſſime ſe purgantem in ſedem ſuam reſtituit, ac de inimicis ſuis eum magnifice vindicauit. Quare Leo Papa Carolum Imperatorem Romanorum coronauit, & Carolus à Romanis Auguſtus appellatus eſt. (Hæc qui ſupra.) Erubeſcant igitur qui apocrypha geſta fingunt, dicentes hunc aut quempiam alium huius nominis Carolum Romam vrbem armis obſediſſe, & eandem deuictis Romanis cum Friſonibus expugnaſſe. (Hæc Collector.) Tandem poſt laudabilem vitam idem Leo Pontifex ad S. Petrum ſepelitur, &c. Item venerabilis Ruholphus decimus octauus Archiepiſcopus Colonienſis Eccleſiæ, ſedit ſub Carolo Magno.

Sepulto Theodardo Pio Pontifice, quidam Harimackarus natione Friſo, ſe- *Traiectenſia.*
xtus Traiectenſis electus eſt Epiſcopus. Cæpit autem Anno Domini ſeptingenteſimo nonageſimo octauo, pontificatus Leonis Papæ huius nominis tertii anno

tertio: Sedit annis decem. Iſte venerabilis Pontifex, vir Deo deuotus, maturus & prædicator egregius, conſummatis dierum ſuorum curriculis, quinto Calendas Septembr. Creatori ſuo reddidit animam, poſtquam aliquantum temporis Traiectenſem laborioſe rexiſſet Eccleſiam, de quo nuſquam inuenitur in chronicis vel geſtis, niſi quod idem tumulatus ſit cum reuerendis patribus ante dictis. (Hæc ex chronicis eorundem Pontificum.)

Græca. Irene Imperatrix poſt deuictum filium ſola regnat. Cæpit anno Domini ſeptingenteſimo nonageſimo nono, Mundi MMMMMDCCCCXCVII. & imperat annis quatuor. Iſta legatos miſit ad Carolum Aquas Michaelem Patricium, & Theophilum presbyterum: cum quibus Imperator, miſſis nuntiis Irenam vxorem poſtulauit: quod cum illa annuiſſet, Etius patricius votum Irenes impediens, manentibus in vrbe regia Caroli legatis, Nicephorum Imperatorem fecit fratrem ſuum, contruſa in monaſterium Irene. Nicephorus igitur Rex factus cum legatos Imperatoris Apocriſiarios ſuos miſit, fœduſque literis ac nuntiis confirmauit. (Hæc Albericus.)

Anno Imperii Hyrenæ tertio, Romani qui ab Imperatore Conſtantinopolitano iam diu animo deſciuerant, nunc accepta occaſionis oportunitate, quia mulier excæcato Conſtantino Imperatore filio ſuo eis imperabat, vno omnium conſenſu Carolo Regi, vt prius diximus, Imperatorias laudes acclamant, eumque per manus Leonis Papæ coronatum, Cæſarem Auguſtumque appellant. Nam in die natalis Domini cum Rex ad Miſſam ante confeſſionem Beati Petri ſurgeret ab oratione, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, & à cuncto populo Romano ter acclamatum eſt, Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria. (Hæc Albericus.) Sicque primus de Regum Francorum genere Carolus Magnus Imperator Romanorum de Cæſare fit Auguſtus. (Hæc Guido.)

Iſta diuiſio Imperii facta fuit, euolutis annis circiter CCCCLXXXII. ex quo Conſtantinus Magnus ſedem imperii ad Biſantium Thraciæ ciuitatem tranſtulit, quæ modo Conſtantinopolis dicitur.

A primo verò Imperii eius Anno euolutis circiter quadringentis nonaginta duobus, ab Auguſto verò qui vltimus in Occidente regnauit & ſub quo Imperium Occidentale defecit, euolutis iam annis trecentis triginta. (Hæc Matthæus.)

Imperatorum igitur primus poſt Auguſtulum imperauit Romæ Carolus Magnus, ideoque abhinc nouus numerus Imperatorum eſt ponendus. (Hæc Collector.)

Colonienſia. Venerabilis pater Hildeboldus decimus nonus Archiepiſcopus Colonienſis Eccleſiæ ſedit ſub Carolo Magno & eius filio Ludouico Pio Imperatoribus. Qui eundem Ludouicum vnxit in Regem Romanorum, & ſedit annis XXXIV. (Hæc ex chronicis Pontificum Colonienſium.)

Traiectenſia. Poſt obitum Harimackari præſulis Rixfridus, ſeptimus Traiectenſis Cathedratus eſt Epiſcopus, vir diuinus, pius, humilis & excellens clericus. Erat verò natione Friſo, & à Carolo Magno impetrauit multa priuilegia & omnes decimas de mancipiis & terris ſuæ diœceſis: Nec non Telonium de quocunque negotio, vnde Fiſcus regalis in ditione Traiectenſi telonium accipere & exigere antea conſueuit: Nec non ciuitatem Duerſtat cum manſionibus ſuis perpetuo poſſidendam.

Tandem Rixfridus Pontifex multum ſenex, Deo charus, febri quaſſatus, tertio Nonas Octobris deceſſit ab hac vita, tumulatus cum anterioribus Epiſcopis in Eccleſia ſupradicta. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) Cæpit autem Rixfridus Anno Domini octingenteſimo octauo, Anno Pontificatus Leonis huius nominis tertii decimo tertio, Sedit annis vndecim. (Hæc ex Chronicis, &c.

Walcandus triceſimus quintus Epiſcopus, & ſextus Leodienſis, filius Adel-

redi

redi Comitis Ardennæ, qui cum Carolo Magno pergens in Italiam in expeditione ante quoddam castrum occisus est, de voluntate & consensu Caroli fit Leodiensis Episcopus. Cæpit autem Anno Domini DCCCXI. Anno videlicet Pontificatus Leonis huius nominis tertii decimo sexto. Sedit annis quadraginta octo. (Hæc ex chronicis Leodiensium.) Iste in Ardenna Andagium cœnobium construxit. Hæc est Abbatia Sancti Huberti de Ardenna. Andagium verò fundauit quidem Sanctus Beregisus sub Pipino Principe & eius vxore Plectrude per literas cælitus destinatas, & ab ipsa Plectrude susceptas, in quo loco fuit castrum Ambra, caput Amberlaci Fisci: Quod castrum ab Hunnis fuit ex toto destructum ante CCCXXXVII. annos, & Ecclesia Sancti Petri in eodem castro omnino diruta. Quam Ecclesiam dictus Beregisus per Pipinum restituit, & ordinem Canonicorum eô inuexit: Sed Episcopus Walcandus ordinem Monachorum ibi constituit per Papam Leonem & Hildebordum Colonien sem Archiepiscopum, qui Richolpho successerat. Tandem Anno pontificatus sui decimo quarto corpus Sancti Huberti Leodio ad Andagium Monasterium transfert, post annos circiter septuaginta quinque, ex quo in Ecclesia Beati Lamberti fuit transpositum. (Hæc Albericus.) Obiit Walcandus sexta Idus Aprilis, sepultus prope Andaginense monasterium, in villa, quæ *Seramus campus dicitur, in Ecclesia Sancti Saluatoris, quam construxisse fertur. De ista translatione Sancti Huberti in alio chronico sic reperi: Clerici Andagiensis monasterii cum iam pene deficerent in sterili eremo, ab Episcopo Walcando impetrauerunt reditus, & cum multi nobiles ibi confluerent Deo seruituri, obtinuerunt reliquias Sancti Huberti præsulis transferri ad se in Ardennam ab Ecclesia S. Petri in Ecclesiam Sancti Petri Apostoli, Anno Domini DCCCXXXV. celebrato magno concilio Aquensi.

Leodiensis.

Seramum campum.

Leo huius nominis quintus Græcorum Imperator, filius Bardæ Patricii, cæpit anno Domini octingentesimo decimo quarto, Imperii Caroli Magni Anno XIII. & regnauit annis octo. Istius Anno secundo Chrunnus successu lætatus, Constantinopolitanos incursat insolentius & vsque ad portas vrbis vagatur crebris incursibus. Inter Leonem & Ludouicum Imperatores pax firmatur. Constantinopoli factus est terræmotus magnus per continuos quinque dies, quo multa vrbis ædificia & aliarum ciuitatum corruerunt: Et in Aquitania apud Sanctones in mense Septembri factus est terræmotus: Rhenus fluuius Alpinis niuibus auctus vltra solitum exundauit. Hæc ex Chronicis. Tandem Leo Imperator Græcorum Anno regni sui octauo perimitur in palatio suo conspiratione optimatum suorum, præcipue Michaelis domesticorum Comitis, & ipse Michael imperat post eum. Hæc Sigibertus.

Græci.

Ludouicus huius nominis primus cognomento Pius, Caroli Magni filius imperat annis sex & viginti. Cæpit autem An. Domini octingentesimo decimo quinto, mundi verò MMMMMMXIII. cuius imperii ingressus secundus fuit & placidus, sed finis multis incommoditatibus fatigatus. Fuit Pius ille Ludouicus vigesimus tertius Rex Francorum, Dux verò Lotharingiæ & Brabantiæ octauus. (Hæc ex chronicis.) Iste quidem Ludouicus Imperator fuit vir clementissimus, vnde cum iuxta suam lenitatem Rempublicam disponeret, tulit finem multis aduersitatibus plenum tam à liberis quam à regni proceribus crudeliter impugnatus: Semper tamen præceptorum Domini feruentissimus executor, & legis sanctæ strenuissimus propagator. Genuit ex Ermengarde prima vxore sua Lotharium, Pipinum atque Ludouicum: & ex vxore secunda nomine Iuditha Carolum Regem Francorum. (Hæc Hugo.)

Ludouicus Pius Imp. Caroli Magni filius.

Anno Imperii sui primo Ludouicus delatione quorundam competit primates regni aduersus Leonem Papam conspirantes iussu Pontificis fuisse interfectos, ad quod perscrutandum, vocatum ad se nepotem suum Bernhardum Italiæ Regem Romam misit: qui in vrbe informatus, rei euentum per Heroldum Comitem Augusto mandauit. Leo quoque Papa missis ad Imperatorem nuntiis de iis quæ imposita sibi fuerunt, se expurgauit. (Hæc Albericus.)

Anno Ludouici tertio Luna deficit nonis Septemb. hora noctis secunda: Cometes in signo Sagittarii apparuit.

Anno quinto Bernhardus Rex Italiæ conspirationis contra Imperatorem factæ accusatur, & reus Maiestatis adiudicatus, primò regno & oculis, dehinc vita priuatur.

Anno sequenti Aquisgrani generali conuentu habito per dispensationem Imperatoris Ludouici, Episcoporumque & Abbatum aliqua capitula ad vsus regularium monachorum addita sunt, & multa Sanctarum literarum compilatione facta clericorum & clericarum Sanctimonialium regulæ constitutæ sunt. (Hæc Sigibertus.)

Anno eodem facta est pestilentia hominum & boum per totam Franciam propter iuges pluuias & aerem nimio humore solutum, qua de causa & frumenta, & legumina corrupta sunt, quæ aut colligi non poterant, aut collecta putrescebant. Vinum defecit propter caloris inopiam, & illud, quod remansit, acerbum & insuaue fuit. Autumnalis satio ita impedita fuit, vt penitus nihil frugum ante vernam temperiem seminaretur: Luna deficit octauo Calendas Decembris, hora noctis secunda. (Hæc Albericus.)

Floruit hisce temporibus Theodolphus Floriacensis Abbas & Aurelianensium Episcopus, qui cum insimulatus multorum criminum apud Imperatorem Ludouicum falso fuisset, Andegauos est in exilium relegatus, vbi dum in custodia teneretur, contigit vt die palmarum eodem veniret Imperator. Et cum secus domum, qua custodiebatur idem Theodulphus Episcopus, processio pertransiret, facto silentio, præsente Imperatore illos pulcherrimos versus qui nunc vsque per Galliam & Germaniam in eadem solennitate psalluntur, à se æditos per fenestram decantauit, quorum hoc est exordium (Gloria, laus & honor tibi sit.) Quibus Imperator emollitus, mox eum à vinculis liberare præcepit, & priori gratia rursus donauit. Sed dum ad sua reuertitur, veneno (sicut fertur) extinguitur. Hæc Hugo.) Autumnalis satio in quibusdam locis iugitate pluuiarum impedita est, cui successit hyems tam prolixa & aspera, vt etiam famosissimi amnes Rhenus & Danubius, & Albis, Sequana, & cætera per Galliam & Germaniam flumina, adeò solida glacie stringerentur, vt triginta & amplius diebus plaustra velut pontibus sustinerent: cuius resolutio villis iuxta Rhenum sitis magnum damnum intulit. (Hæc Albericus.)

Item Anno Imperii eiusdem Imperatoris Ludouici octauo in Thuringia cespis longitudine pedum quinquagenum, latitudine quatuordenum, altitudine sesquipedali, sine manibus de terra præcisus & sublatus, vltra pedes viginti quinque translatus est. In Saxonia tellus in modum aggeris limite vnius leugæ intumuit. Terræmotus factus in Palatio Aquis: In Saxonia in pago (qui vocatur Frizai) viginti tres villæ igne cælesti crematæ sunt, homines & animalia ictu fulminum exanimati, fruges grandine vastatæ, cum qua grandine veri lapides immensi ponderis ceciderunt, & hæc prodigia grandis hominum mortalitas secuta est: propter quod Imperator ieiunia præcepit fieri: in quo anno natus est ei Carolus ex Regina Iuditha. Fulgura de cælo sereno interdiu ceciderunt. In territorio Cremonensi ciuitatis Italiæ in vico Grabadona in Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ imago Sanctæ Dei genitricis puerum Iesum in gremio tenentis ac Magorum munera afferentium in absside eiusdem Ecclesiæ depicta, & ob nimiam venustatem obscurata & pene abolita, tanta claritate per duorum dierum spatium effulsit, vt omnem splendorem nouæ picturæ vetustatis pulchritudine vincere videretur. (Hæc Albericus.)

In territorio Tullensi villa Cammerciaco puella duodennis, post sacram communionem in Paschate à Sacerdote susceptam, primum decem menses pane, deinde omni cibo & potu per triennium abstinuit, & postea ad communem hominum vitam rediit. (Hæc Sigibertus.) In Gallia, territorio Eduensi pau-

cis die-

cis diebus ante solstitium æstiuale aere in tempestatem repente conuerso, ingens fragmentum glaciei cum grandine accidit, cuius longitudo pedes quindecim, latitudo sex, grossitudo duos pedes habebat. (Hæc Elimandus.)

Rabanus Sophista & sui temporis poetarum nulli secundus fit Abbas Fuldensis, qui multa de scripturis Sanctis disseruit, qui etiam librum de laude Sanctæ crucis, figurarum varietate distinctum, difficili & mirando poemate composuit & Sergio Papæ Sancto Petro offerendum misit. Item Luna deficit secundo Nonas Martii hora noctis secunda. Item dicitur Carolum Imperatorem ciuitatem Bremam super mare inter Frisiam & Daciam fundasse, & Ludouicum filium eius vltra Albiam oppidum de Hamburg, quod adhuc cernitur inter Bremam & Daciam. Portus autem Stada situs est ad ostium Albiæ inter Bremam & Hamburg: huius primus Episcopus Sanctus Anscharius, qui multos conuertit, licet postea ex magna parte resilierint. Ante fuit Archiepiscopatus in Hamburg, quam in Brema. (Hæc Albericus.)

Item Hilduinus Abbas Sancti Dionysii sacrique palatii Archicapellanus Romam mittens, à Papa Eugenio Sancti Sebastiani martyris corpus accepit, & Suessionem in Basilea Sancti Medardi collocauit, vbi dum adhuc inhumatum in loculo, in quo allatum fuerat, iaceret, tanta signorum & virtutum gratia in nomine eiusdem martyris enituit, vt à nullo mortalium enumerari vel enarrari possit, quorum quædam tanti stuporis esse dicuntur, vt humanam fidem excedant, nisi certum esset Deum pro quo idem martyr passus est, omnia facere posse. (Hæc Sigibertus.)

Item Anno duodecimo Ludouici Imperatoris Sanctorum Hippolyti atque Tiburtii corpora Roma delata, & in Sancti Dionysii Ecclesia non longe ab vrbe Parisiaca sunt tumulata. Corpora etiam Marcellini & Petri Martyris Roma in Franciam translata & multis signis clarificata, per Eynardum quondam Caroli Magni clericum sui temporis doctissimum in diœcesi Moguntina locata sunt, vbi abbatiam in suo territorio propriis sumptibus condidit. Vbi etiam sepulta est filia Caroli Magni Emma nomine cum ipso transactore. Corpus etiam S. Gregorii Papæ ad vrbem Suessionis translatum esse tum dicitur.

Item Anno eiusdem decimo tertio visæ sunt in cælo acies & terribiles coruscationes nocturnæ in aere discurrentes. Item Rabanus Abbas tractatus in libros Sapientiæ & in Ecclesiasticum ad Othgarium Archiepiscopum edit: & Amularius de officiis Ecclesiasticis ad Imperatorem Ludouicum scribit. In Vasconia annona de cælo pluit, frumenti similis, sed grana breuiora & rotunda habens.

Anno eiusdem Imperatoris decimo septimo Sarraceni Siciliam incursantes etiam Liparim insulam vastant, vbi corpus Beati Bartholomæi Apostoli quiescebat, quod olim loculo plumbeo iniectum & in mare demersum à paganis, qui illud propter nimiam signorum claritatem ab omnibus coli non ferebant. Ab India vsque in hanc insulam vltro delatum fuerat: Cuius ossa modò à Sarracenis huc illucque dispersa à quodam monacho (ipso reuelante) collecta Beneuentum transferuntur. (Hæc Sigibertus.) Vincentius tamen ponit translationem istam factam Imperii Caroli Magni Anno septimo.

Anno sequenti Ludouicus Imperator à suis desertus & proditus & in potestatem filiorum redactus, ipsorum iudicio arma deposuit, ad agendam pœnitentiam inclusus. Annuente etiam Papa Gregorio quarto Lotharius Ludouicum patrem suum Imperatorem comprehendit, & apud Sancti Medardi monasterium custoditi mandauit, vxoremque ipsius Iuditham in exilium relegauit, & Carolum quem ex ea Ludouicus susceperat, castro Prunino commendauit. (Hæc Hugo.) Sol & Luna per eclipsin deficiunt.

Anno vigesimo Ludouicus Imperator relaxatus arma, imperium & vxorem recipit, ac filium Lotharium in Italiam redire coegit. (Hæc Sigibertus.)

Anno sequenti monente Gregorio Papa & omnibus Episcopis assentientibus, Ludouicus Imperator statuit, vt in Gallia & Germania festiuitas omnium

Sanctorum in Calendis Nouembris celebraretur, quam Romani ex institutione Bonifacii Papæ celebrant. (Hæc Sigibertus.) Item primum sermonem (scilicet legimus in Ecclesiasticis historiis) fecit Rabanus, qui, vt habetur in sequentibus, factus est Moguntinus Archiepiscopus: Secundum sermonem (scilicet hodie dilectissimi) fecit Dominus Albinus Doctor, qui & Alcuinus eiusdem Rabani Magister. (Hæc Albericus.)

Isto tempore reliquiæ Viti Martyris Parisiis ad Corbeyam Saxoniæ transferuntur. Vnde ipsi Franci testati sunt ab illo tempore gloriam Francorum ad Saxones fuisse translatam. (Hæc Sigibertus.) Illud monasterium Corbeyense in diœcesi Paderbornensi inchoauit Ludouicus Imperator Anno Imperii sui sexto. (Hæc Goblinus.)

Anno vigesimo quarto Ludouici Imperatoris cometes appatuit in signo Libræ. Item Nortmanni Walachriam vastant insulam, quæ modo Zelandia dicitur, & tributum exigunt. Clementissimus tum Imperator Ludouicus inter filios suos quatuor diuisit Imperium, & Lothario quidem Italiam, Ludouico autem Germaniam atque Saxoniam, & Pipino Aquitaniam, Carolo verò Franciam delegauit atque Burgundiam, quam Imperii diuisionem non æquanimiter Lotharius tulit, sed totum Imperium sibi subiicere tentauit. (Hæc Albericus.)

Anno vigesimo quinto eiusdem Ludouicus Imperator filio suo Lothario sub fide ad se venienti reconciliatur, eique dignitatem imperii & regni coronam tribuit. Cometes in signo Arietis apparet, & post aliquot dies plurimi instar stellarum igniculi per cælum discurrere videntur. (Hæc Sigibertus.) Tandem Ludouicus Imperator ad mortem infirmatur, cuius cibus per quadragesima dies solummodo die Dominica Dominicum corpus fuit: & cum vidisset dæmonium astare, dixit, Foras, foras! obiit decimo septimo Calendas Iulii, Anno ætatis suæ sexagesimo, regni Aquitaniæ trigesimo septimo. Imperii verò vigesimo sexto. Cuius corpus à fratre suo Drogone Episcopo Metim delatum in Ecclesiam S. Arnulphi Episcopi confessoris, & ibi tumulatum est. (Hæc Albericus.)

Papatus. Stephanus Papa huius nominis quartus natione Romanus ex patre Iulio, cæpit Anno Domini octingentesimo decimo sexto. (In quodam verò Chronico dicitur decimo septimo.) Sedit mensibus septem. (In alio verò Chronico dicitur Anno vno.) Vacauit sedes diebus octodecim. Qui mox in Gallias veniens, honorifice à Ludouico Imper. suscipitur, & multos captiuos, sicut pius pater, per Franciam redemit, & ad propria loca remittit, & Ludouicum Imperatorem coronauit. Post sex verò menses Romam reuersus diem clausit extremum, sepultus Romæ in Ecclesia Sancti Petri. (Hæc Bernardus.) De isto Pontifice sic scribit Guido: Ludouicus euocato precibus in Franciam Papa Romano Stephano quarto, tam vt Imperialis eius promotio benedictionis Apostolicæ sumeret incrementum, quàm vt detrimentum ordinis Ecclesiastici vitæque clericalis in multiformes excessus eo tempore vacillantis auferret summi Pontificis solertia pastoralis, in planitie Campaniæ præiacente vrbi Remensium, cum optimatum tam imperii quàm regni multa frequentia, Imperator non minus festiuus quàm festinus occurrit, quem vbi propinquantem attendit, equo descendit, & humiliatus ad genua subleuatur ad osculum, & Apostolicum equum apprehensa regens habena, non paruo itinere præcedere pedes gloriatur, Papamque sic ad vrbem, Ecclesiam & palatium vsque, cum fauorabili processione perducit. Ibi cum Imperiale diadema in die solenni coram reuerenda caterua Pontificum & optimatum nobili circumstante conuentu, cum infusione benedictionis Apostolicæ suscepisset, & de fidei iuris & pacis obseruantia diu diligenterque tractatum fuisset, regia largitate distribuit Ecclesiis donaria, dona populo, militibus donatiua. Tandem Stephanus Papa tertio postquam redierat mense moritur decimo tertio Calendas Februarii. (Hæc Guido Historiographus.)

Papa Paschalis huius nominis primus, natione Romanus, ex patre Bosono, cæpit Anno Domini DCCCXVII. sedit annis septem, diebus septendecim. Vacauit

sedes

sedes diebus octodecim. Iste Paschalis Papa corpus Beatæ Cæciliæ (ipsa reuelante) in cæmiterio prætextati cum corpore sponsi sui Valeriani & linteamina ipsius martyris infusa sanguine inuenit, quæ cuncta manibus suis pertractans, collegit, corporaque Sanctorum Tiburtii Maximini, nec non & Papæ Vrbani, à quo fuerant tumulati simul reperit: quæ omnia infra in Ecclesia Beatæ Cæciliæ cum magna honorificentia collocauit. Iste etiam ante aditum ad corpus Beati Petri circa ostia ærea altare construxit, & in ipso corpus Beati Sixti Papæ recondidit, & Ecclesiam B. Praxedis reparans, cænobium Græcorum monachorum ibidem instituit, & innumera Sanctorum corpora ex cæmiteriis colligens ibidem honorifice recondidit. (Hæc Bernhardus.)

Trajectum. Sanctus Fridericus, ingenuus puer, in ætate tenera per matrem suam nobilem Traiectum adductus, ac in domo Domini cum hostiis & muneribus diuinæ militiæ mancipatus est: In qua adeo laudabiliter vixit, vt abeunte Rixfrido Episcopo Ludouicus Imperator Ecclesiæ Traiectensi mandaret, quò dilectus sibi Fridericus eligeretur in Episcopum. Cui mox per pastoralem baculum seu annulum inuestituram Episcopatus dedit, & eundem licet inuitum in præsentia sua consecrari iussit Anno Domini DCCCXIX. Anno Imperii sui quinto, & sedit annis nouendecim. Peracta denique benedictione solenni Cæsar imperauit festiuam celebrari curiam, cunctisque discumbentibus magnam ferculorum ostendit opulentiam. Crastina exhinc exorta luce, Imperator in hunc modum allocutus est Episcopum, Elegit te, (inquiens) chariſſime fili, clerus vrbis Traiectensis in pastorem prouidum, vt tua sancta prædicatione vbique prophanum populum castiges. Est autem Walacria tuæ diœcesis insula multum infamis, vbi (proli dolor) concumbere dicitur non solum frater cum sorore, verum etiam filius cum propria genitrice. Quapropter coniuramus te per omnipotentem Deum, vt tales abominandos homines Synodali correctione punire non formides, aut certe, si opus fuerit, excommunicare non omittas. Fridericus autem Episcopus his auditis ingemuit, ac eidem Imperatori tale responsum dedit: Magno quidem iuramento me perstrinxit Vestra Maiestas, Cæsar Auguste, propterea dicat, obsecro, Magnificentia Vestra à qua parte corporis manducandus piscis inchoari debeat. Imperator autem admirans quæstionem, respondit: Æstimo piscem à capite primo comedendum, in quo præ cæteris membris plus medullæ. Cui Sanctus ait Episcopus: Optime iudicasti, Imperator inclyte. Quamobrem vos, qui princeps estis siue caput populi, primò redarguam antequam ad caudam Walacrienſis vulgi deueniam. Est enim vobis vxor contra decreta canonum & statuta Pontificum Iudith Ducis Bauariæ filia, quæ Vestræ Maiestatis carnalis est consanguinea, à cuius vetito toro vos per condignam abstinere pœnitentiam moneo. Alioqui annuntio ineuitabile damnum vel periculum vobis euenturum. Dicit enim Apostolus, Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.

Hæc & his similia dum sacer antistes constanter assereret, & sermonem suum multis Sanctorum authoritatibus expletè concluderet, Imperator ingemiscens postulauit veniam, promittens illicitam se repudiaturum fœminam. Beatus igitur antistes non multo dehinc elapso tempore, flante subsolano, ratem suam Walacriæ partibus applicuit, vbi pro correctione contaminatæ plebis Sanctam Synodum celebrauit, vnde quidam prædicatione Sancti præsulis verè compuncti susceperè pœnitentiam: sed alii nihilominus obstinati cordis arma capientes minabantur eidem contumeliam. Itaque barbaræ gentes postea prædictam inuaserunt insulam. Sanctus autem Episcopus inde suam diœcesin vndecunque perlustrans peruenit ad Frisiam, vbi de Sancta Trinitate percepit Arrianam inoleuisse perfidiam, quam & ipsam cum magno laboris studio prorsus extinxit, & postquam Beato Odulpho Sancti Saluatoris concanonico Staurienſem Ecclesiam commisit, omnibus bene peractis Traiectum salubrime transfretauit.

Ludouicus autem Imperator hæc attendens, cum fœmina sua, quæ multis vicibus Sanctum antistitem corrumpere per oblata munera nitebatur, illic

permanere diutius dubitabat: quanquam vir Dei blandis fœminæ suggestionibus nequaquam emolliri potuit, quin in eos fulminaret excommunicationis sententiam. Quapropter Imperatrix instigante Diabolo duos malæ voluntatis vernaculos conduxit, quos in mortem Sancti Pontificis coniurare fecit. At illi Traiectum euntes, simulauerunt familiares se esse Imperatoris & Episcopo ciuitatis necessariam legationem deferre. Beatus igitur Fridericus cum ex inspiratione diuina sibi martyrium imminere sciret, iussit eosdem legatos ad finem missæ paulisper exspectare, qui post lectum Euangelium Sancti Saluatoris sermonem fecit ad populum, prædixitque per allegoriam, suum iam instare martyrium. Expleto diuino ministerio, sanctus antistes adhuc ornatus sacerdotalibus, sacrarium Sancti Ioannis Euangelistæ subintrauit, vbi pro constantia passionis deuotas preces ad Deum fudit, legatos ad præsentiam suam vocans, simulque familiarem suum clericum post altare Sancti Saluatoris aliquantisper accedere iubens. Tum verò cum præsul carnifices nunc adimplere suam iussisset legationem, illi continuo trahentes cultros ex manicis irrueruntin Episcopum, dicentes hæc verba: Nunc à te Imperatrix desideratam habebit vltionem, cui multis vicibus crudelem intulisti persecutionem. Respondit igitur Episcopus, Charissimi, postquam Dominæ vestræ commissum adimpleuistis imperium, date operam, vt celeri cursu maturetis fugam. Nec mora: occiso Episcopo carnifices concito gradu Rhenum transmiserunt, ac in patriam de nece Sancti martyris noua gaudia detulerunt. Interea præsul sanctus vocato clerico suo dixit: Fili, vt vides, trucidatus sum propter veritatem, mansuetudinem & iustitiam, conuoca sine mora Sanctam Traiectensem Ecclesiam, vt corpusculum meum catholicis inhumetur exequiis, & spiritus redeat ad Dominum in æterna gaudia. Clericus his auditis concitauit eiulatu magno cunctum populum, qui comprehensis armis cucurrerunt ad moribundum Episcopum. Quibus flebiliter circumstantibus electus Dei martyr quasi prophetando sic ait: Fratres & filii charissimi, si qua pars mihi in cælo erit cum Sanctis martyribus, pro vestræ salutis incolumitate deuotis semper orabo supplicationibus, sed propter Imperatricis istic commorantis manifestum adulterium, Dani (proh dolor) totum istum euertent Episcopatum. Et his dictis martyr inclytus data benedictione subterraneam cryptam eiusdem Ecclesiæ constanter intrans in Sarcophago se locauit, atque exequiarum psalmodias personaliter in hunc modum incepit (Placebo Domino in regione viuorum.) Martyrisatus est autem hic Episcopus Anno Domini octingentesimo tricesimo septimo, decimo quinto Calendas Augusti Anno Pontificatus sui vigesimo nono, Gregorii verò Papæ quarti Anno vndecimo, Ludouici verò pii Imperatoris Romanorum Anno vigesimo tertio, qui miraculis ibi claret ad laudem & gloriam Iesu Christi. (Hæc ex chronicis eorundem Pontificum.)

Treuirensia. Venerabilis Hatti, prius Abbas Mediolanensis, sexagesimus sextus Archiepiscopus Treuirensis, cæpit Anno Domini octingentesimo vigesimo primo, Pontificatus Paschalis huius nominis primi Anno quinto, sedit annis triginta. Iste admonitus in visu à Sancto Materno in vigesimo tertio Anno Ludouici Imperatoris asportauit corpus Sancti Castoris de loco (qui dicitur Cardena) Confluentiam ad monasterium quod ipse construxerat, & secunda Idus Decembris consecrauit in honorem Sancti Castoris & omnium confessorum, & post consecrationem Sanctum corpus in Ecclesia recondidit: quô Ludouicus Imperator multa dona præsentauit. Dicunt enim quidam res Ecclesiarum Sancti Eucharii & Sancti Luitunii Principibus suis in beneficium tradidisse: Episcopus verò post triginta annos sui sacerdotii obiit, & sepultus est in monasterio S. Eucharii ante altare S. Ioannis Baptistæ. (Hæc ex chronicis eorundem Pontificum.)

Colonienſia. Halteboldus venerabilis Archiepiscopus Colonensis Ecclesiæ vicesimus, sedit sub Ludouico Pio annis xxvii. Hæc ex chronicis.

Leodienſia. Pirardus tricesimus sextus Episcopus ab initio, & septimus Leodiensium consecratus est Anno Domini octingentesimo vigesimo nono, Pontificatus Gregorii huius nominis quarti Anno tertio, & præfuit annis duobus. Iste primo fundauit Eccle-

Ecclesiam in honorem Caprasii martyris in loco vbi est Ecclesia Sancti Pauli Leodiensis, in qua posuit duodecim monachos recluſos. Sepultus est Leodii. (Hæc ex Chronicis.)

Hircarius trigesimus septimus Episcopus & octauus Leodiensis consecratus fuit Anno Domini DCCCXXXI. Pontificatus Gregorii quarti Anno quinto, & præfuit annis XXV. Fuit certe vir deuotissimus & nobilis, & sepultus est in crypta Sancti Lamberti. (Hæc ex chronicis eorundem Pontificum.)

Theophilus Imperator Græcorum cæpit Anno Domini octingentesimo trigesimo primo. Imperii vero Ludouici Pii huius nominis primi Anno XVII. & imperauit annis quindecim. (Hæc Sigibertus.) Anno imperii Theophili nono. Ludouici verò Imperatoris Romanorum XXV. Portentum singulare apparuit primo in signo Virginis, à quo signo in signum Leonis, Cancri, Geminorum, Tauri cucurrit, & vbique se figens, globum igneum emisit, iubarumque prolixitatem, quas vsquequaque porrexerat deposuit. Imperator verò Ludouicus ista diligenter examinans, cum Eginardo Philosopho contulit, dicens mutationem regni mortemque principis portendi. Philosophus tamen quod ipsum contristari non vellet, verbum scripturæ allegans, ait, A signis cæli ne timueritis quæ gentes pauent. Cui rursus Imperator: Non alium timere debemus, nisi illum qui nostri & huius creator est syderis: Sed eius clementiam laudare tenemur, qui nostram inertiam talibus admonere dignatur indiciis. Quia ergo talia portenta, cum apparent omnes communiter attingunt, omnes ad meliora pro virili festinare debemus, vt misericordiam ab illo dominante consequi valeamus: Et licet tunc impressio illa Imperatorem non attigerit, tetigit tamen statum Ecclesiæ totum ex Sarracenorum ad partes Romanas aduentu (sicut supradictum est in gestis Gregorii huius nominis quarti Papæ.) *Græcia.*

Post passionem Sancti Friderici martyris altercatio nonnulla tam cleri quàm populi orta est, cum qui dignus Martyris Pontificis cathedra esset dubitaretur: eoque præpositum (Craft nomine) virum opulentum quidam ad culmen Ecclesiastici regiminis elegerunt. Cæteri vero postulauerunt Alfricum germanum Sancti Friderici Martyris: Sed ex arbitrio totius Ecclesiæ præpositus per Beatum Adulphum Sancti Saluatoris concanonicum abdicatus, & Alfricus in throno fratris sui laudabiliter collocatus est. Eodem tempore secundum prophetiam Sancti Friderici inaudita calamitas inualescere cæpit. Nam Dani, Sueui, siue Nortmanni cooptata classe cum armigerorum innumerabili multitudine diuersas prouincias sibi subiugarunt, ac in Sancta Christianitate stragem cruentissimam commiserunt. Alfricus autem pius & virtuosus Episcopus decimo octauo Calendas Decemb. in pace defunctus, & in Ecclesia S. Saluatoris penes germanum suum honorifice sepultus est. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Traiectensia.*

Lotharius huius nominis primus Ludouici Pii filius defuncto patre suo solus Imperium vsurpans, cæpit Anno Domini octingentesimo quadragesimo primo. Mundi verò MMMMMMXXXIX. Imperauitque annis quindecim, qui ex Ermengarde regina conthorali sua, tres filios scilicet Ludouicum, Lotharium & Carolum genuit. (Hæc ex chronicis.) *Lotharius Imp. Ludouici Pii filius.*

Istius Anno primo Carolus & Ludouicus filii Imperatoris dolentes se à fratre suo Lothario debita regni parte priuari contra eum insurgere conantur. Nortmanni interim prima vice vastauerunt Rotomagum, sicut scriptum est in vita Sancti Andoeni.

Anno eiusdem secundo Cometes in signo Aquarii apparuit, & tribus fratribus de regni partitione discordantibus, conseritur inter eos pugna in pago Antisiodorensi apud villam Fontiniacum, & tanta cædes vtrinque facta, vt nulla ætas tantam stragem hominum in gente Francorum meminerit. Et ita eorum vires ibi attenuatæ sunt, vt iam nec suos terminos ab externis tueri possent. Victoria tamen Carolo & Ludouico cessit.

Anno eiusdem tertio fratribus necdum à bello desistentibus consilio optimatum tandem de pace agitur, & de partibus singulorum quadraginta primores eliguntur, qui in vnum conuenientes, regnum æqualiter diuiderent: quô

pax in annum sequentem. Descripto in tres partes regno fratres ad vrbem Galliæ Verdunum conueniunt, & inter se paciscuntur, & datis acceptisque inuicem Sacramentis quisque ad descriptas sibi partes regni tuendas reuertitur. Carolus accepit occidentalia regna à Britannico Oceano vsque ad Mosam fluuium, in qua parte & tunc & modo nomen Franciæ remansit. Ludouico Orientalia regna cesserunt omnia, scilicet Germania vsque ad Rheni fluenta, & aliquæ trans Rhenum ciuitates cum adiacentibus pagis propter vini copiam. Lotharius qui maior natu erat, & Imperator appellabatur, omnia Italiæ regna tenuit cum ipsa Roma, nec non & prouinciam & mediam partem Franciæ inter Scaldum & Rhenum, quæ mutato nomine ab eo denominatur Lotharingia. Hæc Sigibertus. Post ergo diuisionem Carolus Caluus regnat in Francia annis XXXIV. Ludouicus frater eius in Germania annis XXXIII.

Anno Lotharii sexto Ludouicus Rex, XIV. Duces Bohemorum cum suis incolis baptizari fecit.

Anno eiusdem octauo Rabanus Abbas Fuldensis ordinatus Moguntiæ Archiepiscopus, celebrata Synodo Moguntiæ iussu Ludouici Regis multa Ecclesiæ vtilia decernit. Quædam Pseudoprophetissa, dicens instare diem iudicii, Moguntiam sollicitabat, vt etiam aliquos sacri ordinis ad se sententiamque suam inclinaret. Quæ ab Archiepiscopo correpta confessa fuit, per suggestionem cuiusdam presbyteri quæstus se causa fecisse.

Anno sequenti Godescalcus hæreticus à Rabano Archiepiscopo rationabiliter conuincitur, sed tamen in suo perseuerauit errore.

Anno eiusdem vndecimo, reliquiæ Sancti Hermetis martyris per Lotharium Imperatorem in Gallias mittuntur, & apud Iudam monasterium honorifice conduntur. Item fames valida Germaniam attriuit, vt pater filium suum deuorare voluerit: Quo tempore Rabanus Archiepiscopus multam beneuolentiam pauperibus exhibuit.

Anno eiusdem decimo quinto terræmotus, aeris insolita commotio, turbines, tempestates, grandines, fulmina multa multis modis incommoda hominibus inferunt. Quidam etiam homo igni cælesti consumptus est, veste illæsa manente. (Hæc Sigibertus.)

Hoc anno Comes Eberhardus cognomento Rudolphus Dux Foro-Iulii à Lothario constitutus, corpus Calixti Papæ ab Episcopo Brixiæ Netingo impetrauit, & ad prædium suum apud Cironium Tornacensis diœcesis attulit. Hæc Albericus. Item Lotharius Imperator conuocatis primoribus regni imperium suum inter filios diuisit, Ludouico Italiam tradens, eumque Imperatorem appellans. Æquiuoco verò (id est Lothario) regnum quod ex suo nomine vocatur, concedens, & Carolo qui iunior natu erat, prouinciæ regnum relinquens. Dispositis itaque atque ordinatis regni negotiis valedicens suis seculum reliquit, atque in Prumiam Monasterium veniens, comam capitis deposuit, habituque sanctæ conuersationis suscepto in religionis professione diem clausit extremum tertio Calendas Octobris. (Hæc Regino Abbas Prumiacensis.) De huius tamen anima inter Angelos & Dæmones fuisse altercatio dicitur, cum Angeli animam monachi, sed dæmones Imperatoris animam quærerent: Sed orantibus fratribus fugati sunt dæmones, qui corpus distrahebant. (Hæc Vincentius in Speculo.) Hic vide, Lector, ad quantum defectum Romanum imperium deuenerit, vt in tres partes Francorum regno diuiso, rursus tertia pars in tres partes secaretur. (Hæc Collector.)

Ludouicus Imp. Lotharii Imp. filius.

Ludouicus filius eius olim à Sergio Papa in Regem vnctus imperat annis vno & viginti, Lotharius verò frater eius Lotharingiam tenet. (Hæc Sigibertus.) De tertio autem fratre istorum Carolo nullam facit mentionem Sigibertus. Quorum omnium trium mater fuit Sancta Ermengardis filia cuiusdam Hugonis prouinciæ Ducis vel Comitis. (Hæc Albericus.)

Papalia.

Sergius huius nominis secundus, natione Romanus, ex patre Sergio, cæpit Anno Domini octingentesimo quadragesimo tertio, (in quodam verò chronico dicitur

dicitur quadrageſimo quarto.) Sedit annis tribus, menſibus duobus. Vacauit ſedes diebus quindecim. Iſte Sergius cum prius os porci vocaretur Pontificum primus fuit, qui proprium nomen mutaret, quod poſtea obſeruatum ad nos vſque perdurat: Sed hoc quibuſdam non placet, qui potius volunt fieri exemplo Chriſti, qui Apoſtolis noua nomina impoſuit, quod idem accidit Patriarchis: quæ videtur melior iſtius vacationis ratio. (Hæc ex chronicis.) Ad iſtius Papæ confirmandam electionem Ludouicus filius Lotharii Imperatoris miſſus à patre, ab eodem Papa in Regem inungitur Longobardorum. In quodam Chronico dicitur Sergium Papam coronaſſe Lotharium Imperatorem, quod intelligendum eſt de coronatione facta, mortuo eius patre. (Hæc Bernhardus.) De quo Sergio ſic loquitur Goblinus: Iſte abſque iuſſione Lotharii Imperatoris eſt ordinatus. Quare Imperator miſit Ludouicum filium ſuum & Dragonem Epiſcopum Metenſem cum valido exercitu Romam, qui poſt multa damna, quæ Romanis intulerunt, Romanos Imperatori fidelitatem iurare compulerunt. Et demum poſt contentiones varias ipſum Sergium confirmauerunt. Sergius ille fratrem habuit Laicum, qui Benedictus dicebatur: Sergius verò Eccleſiaſticam & publicam curam vſurpauit, & primatum dominiumque Romæ maximis muneribus ab Imperatore comparauit: Et tandem Albanenſem Epiſcopatum vſurpare conatus eſt. Illis etiam temporibus viguit Simoniaca hæreſis in tantum, vt publice venderentur Epiſcopatus, & is qui plus dabat, Epiſcopatum acciperet. Nec erat aliquis Epiſcoporum aut virorum Eccleſiaſticorum, qui zelo iuſtitiæ ductus cum Imperatore aut Rege ageret, vt hoc nefas prohiberetur: quia vero nemo erat Chriſtianorum, per quem hoc malum corrigeretur, miſit Deus flagellum Paganorum ad vlciſcendum peccata Chriſtianorum. Nam ſuperuenientes Sarraceni innumeros homines interfecerunt, & multas vrbes cremarunt. (Hæc qui ſupra.) Ab hoc Sergio Papa Nothingus Epiſcopus Brixiæ corpus Calixti Papæ impetrauit, & ad ſuam diœceſin transferens, in cella aurea ad tempus repoſuit. (Hæc Albericus.)

Carolus cognomento Caluus huius nominis ſecundus inter Reges Franciæ & tertius inter duces Lotharingiæ, filius Ludouici Pii ex Iudith regina, cæpit Anno Domini DCCCXLV. Imperii Lotharii huius nominis primi Anno quinto, & regnauit in Francia annis XXXIV. *Carolus Caluus Imperator.*

Anno iſtius Caroli quinto Sancta Helena Imperatrix à filio ſuo Conſtantino Magno primo huius nominis Imperatore Romæ in Eccleſia Sanctorum Marcellini & Petri martyrum in Mauſæolo purpureo ſepulta, ad Franciam à Theogiſo monacho transfertur: vbi in diœceſi Remenſi magna Francorum veneratione colitur, recondita in cænobio Sancti Petri quod altum Villare dicitur.

Anno eiuſdem XVI. Leodulphus Dux Saxonum, pater Brunonis & Ottonis Ducum, auus Henrici Regis primi Romanorum, corpus Innocentii primi Papæ Roma in Saxoniam tranſtulit.

Anno eiuſdem vigeſimo nono Alchanradus Epiſcopus Cathalaunenſis corpus Sancti Vrbani tranſtulit Roma, vnde Abbatia, quæ dicitur Sancti Vrbani fundata fuit.

Anno eiuſdem XXI. corpora Sanctorum martyrum Euſebii & Pontiani dono Nicolai Papæ ad Gallias translata in monaſteriis voto religioſorum Sancto Petro collatis honorifice tumulatur.

Anno eiuſdem vigeſimo ſeptimo Carolus Rex Francorum, defuncto fratruele ſuo Lothario, dum Lotharingiam ſolus vſurpare nititur, per moderationem & induſtriam fratris ſui Ludouici Germaniæ Regis ad hoc deducitur, vt æqualiter inter ſe regnum fratruelis diuideret. (Hæc Sigibertus.) Item Carolus audiens fratruelem mortuum, regnum eius inuadit: quod Ludouicus frater eius dum impedire conaretur, contentione facta, prædictum regnum apud Merſanam ex æquo diuidunt, Ludouico palatium Aquis ſortiente. (Hæc Epiſcopus Otto.) Merſana illa iuxta Moſam ſita eſt in dominio de Valckenburg prope Traiectum. Quomodo verò diuiſio facta ſit, licet tunc omnibus pene notum eſſet, tamen non potui cogno-

ſcere, niſi quod flumen Moſæ ipſum regnum diuidere ſciatur. Conuentu abſoluto Carolus ad Harſtallium celebre caſtrum (quod caput Brabantiæ dicebatur) quodque ei in partem venerat, perrexit; Ludouicus verò Aquas ad palatium rediit. (Hæc Emundus.)

Anno eiuſdem vigeſimo octauo, Carolum Regem Francorum domeſtica calamitas in filiis afflixit. Filius enim eius Carolus dum inconſulte experiri celebratam cuiuſdam Albuini militis fortitudinem voluit, & ſolus ſoli congreſſus fuit, ab eodem Albuino ignorante quis eſſet, interemptus eſt. Carolomannum verò in clericatu vſque ad diaconatus officium prouectum ipſe pater cepit & excæcauit, quia ad Apoſtaſiam conuerſus, & omni genere nocendi regnum perturbans, alter quidem Iulianus effectus erat. (Hæc Sigibertus.)

Iſte fuit natu tertius. Secundum quoque ſcilicet Ludouicum Balbum, qui poſt iqſum ad ſolium venit, non admodum amauit, eo maxime nomine, quod contra voluntatem ſuam vel properato nimis vel minus ſplendido coniugio ſe coniunxit: Sed nec filia Iuditha læſionem indignationis animi eius euaſit, dum eam relictam Eteulphi (qui Egberti filius, Elfridi pater, auus Eduardi primi regis Anglorum fuit) inconſulto patre rapuit, abduxit, & vxorem duxit. Princeps Flandriæ Balduinus, qui primus & ob fortitudinem exercitiumque bellandi Brachium ferreum eſt vocatus: quam audaciam grauiter vltus fuiſſet pater Carolus, ſi non interceſſiſſet pro ſupplici Balduino Papa Romanus, vt in decretis habetur. (Hæc Guido.) Reliqua geſta Caroli iſtius vide infra ſub eius imperio, videlicet Anno Domini DCCCLXXVII. &c.

Papalia. Sanctus Leo huius nominis quartus natione Romanus ex patre Radualdo, cepit Anno Domini octingenteſimo quadrageſimo ſexto, (in quodam verò Chronico dicitur quadrageſimo ſeptimo) ſedit annis octo, menſibus tribus, diebus ſex, (in quodam chronico ſcribitur menſibus duobus, diebus quindecim.) Vacauit ſedes diebus ſex. Iſte primum à parentibus ob ſtudium literarum in monaſterium Sancti Martini confeſſoris iuxta Eccleſiam Beati Petri Apoſtoli fuit traditus, vbi non ſolum in ſcientia, ſed etiam in conuerſatione tanquam perfectus monachus profecit: quem pòſt Sergius Papa presbyterum faciens titulum illi Sanctorum quatuor coronatorum aſſignauit. Sergio verò mortuo nec dum etiam ſepulto, Leo vnanimiter à Romanis in ſummum Pontificem eſt electus. Qui mox factus Pontifex Sancti Petri & Sancti Pauli Baſilicas & alias Eccleſias, quas Sarraceni paulo ante deuaſtauerant & ſpoliauerant, honorifice reſtaurauit, & pro Neapolitanis in mari contra Sarracenos pugnantibus orado fecit collectam (Deus cuius dextera Beatum Petrum ambulantem in fluctibus, &c.) Et poſtquam muros ciuitatis Leoninæ perfecit, & ſeras portis appoſuit, alteram collectam fecit (Deus qui Beato Petro collatis clauibus regni cælorum.) Illi autem Sarraceni qui cum magna multitudine Romam venerant, & ſpoliatis Eccleſiis Apoſtolorum Petri & Pauli reditum in Africam parabant, in mari ſubmerſi ſunt: qua de cauſa Papa ciuitatem illam quam Leo tertius circa Eccleſiam Sancti Petri inceperat, celeriter perfecit, Adelulphus Rex Anglorum, qui primus totius Angliæ tenuit Monarchiam, hoc tempore Romam vadens coram Leone Papa tributum obtulit Sancto Petro, de vnaquaque domo argenteum nummum per annum, quod vſque hodie ſoluitur. Iſte Leo Pontifex Catholicus multæ patientiæ multæque humilitatis diuinarum ſcripturarum extitit feruentiſſimus ſcrutator, vigiliis & orationibus ſemper intentus. Obiit Romæ & in Eccleſia Sancti Petri ſepelitur, cuius feſtum agitur decimo ſeptimo Cal. Auguſti. (Hæc Bernhardus.) Decreuit verè Leo vt dum miſſarum ſacra ſolennia celebrantur, nullus ex laicis in presbyterio vel ſedere vel ingredi audeat, niſi tantum ſacra plebs, quæ ad miniſtrationem ſacri officii conſtituta fuit. Decreuit etiam vt octauæ aſſumptionis virginis Mariæ in Eccleſia Romana celebrentur, quod ante non fiebat. (Hæc Sigibertus.) Ipſe etiam de conſilio Imperatoris Romæ Synodum LXVII. Epiſcoporum conuocauit, in qua multa vtilia ſtatuit. Tempore iſtius Leonis Romæ iuxta Baſilicam Sanctæ Luciæ oritur baſiliſcus, multos interi-

interimens visu & flatu: Papa ieiunat & orat: & die assumptionis Beatæ Mariæ venit cum processione ad cauernam, vbi in foramine cauernæ consistens inuocat nomen Dei, & ab eo tempore serpens nusquam apparuit. In quatuor verò annis ædificat Leo vrbem nouam circa Ecclesiam Sancti Petri, quam vocat Leoninam. (Hæc ex chronicis.)

Defuncto Alfriso Pontifice, Ludgerus natione Friso decimus Traiectensis Episcopus est electus, vir deuotus, religiosus & doctor inclytus. Cæpit autem Anno Domini octingentesimo quadragesimo sexto, qui fuit primus annus Leonis Papæ huius nominis quarti: Sedit annis octo. Tandem Ludgerus Episcopus nono Calendas Maii dignam Creatori reddidit animam, postquam aliquo tempore Sanctam Traiectensem rexisset Ecclesiam: qui ad dictam Ecclesiam similiter delatus iacet duobus aliis Episcopis consepultus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Traiectensia.*

Defuncto Hetti Archiepiscopo Treuirensi Tyethgardus cathedram eius obtinuit: qui vir simplex seductus est à Lothario Rege Lotharingiæ adultero, & Gunthero Colonienſi Episcopo, vt consentiret in deiectionem Tyetburgæ vxoris eiusdem Lotharii falsò accusatæ; & vbi definitum fuit in Synodo, quasi ipsa fuisset confessa, fratris germani incestuoso se pollutam fuisse concubitu. Istam enim falsam infamiam Lotharius cum his Episcopis composuerat, cupiens hoc modo Reginam abiicere, & Waldradam in regnum assumere, quam ipse adolescens concubinam habuerat. Quod cum iudicio Episcoporum adeptus fuisset, Tyethgardus & Guntherus à Papa Nicolao Romam pro his causis euocati sunt, ibique omni Ecclesiastica dignitate priuati deponuntur. Cumque iterum & tertio sedem Apostolicam restitutionis gratia adissent & nihil profeciſſent, nouissime Nicolao defuncto Adrianus successit, cuius liberalitate Tyethgardus in monasterio Sancti Gregorii mansionem suscepit: cui Sanctus Gregorius apparens in somnis, monuit semel & iterum vt abiret, nec mansionem suam perturbaret. Quod cum omnibus quibus potuit, reuelaret, & cum aliud hospitium à Pontifice impetrare non posset, ad Sabinas secedens eodem Anno cum Gunthero & suis omnibus vita priuatus est. Anno sexto Tyethgardi Treuiri visus est canis super cathedram eius sedere. (Hæc ex chronicis.) Cæpit autem secundum idem Chronicum Anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo: Pontificatus Leonis Papæ quarti Anno sexto, & præfuit annis tredecim. *Treuirenſia.*

Post obitum Ludgeri Episcopi, Hungerus XI. Traiectensis electus est Episcopus, natione Friso, vir regularis, prudens, pius & pacificus: Cæpit autem Anno Domini DCCCXXIV. Imperii Lotharii huius nominis primi Anno XIV. & præfuit annis tredecim. Istis diebus Dani cum Nortmannis classem suam Hollandiæ partibus applicarunt, vbi cladem inauditam cum tyrannide crudelissima commiserunt, destruentes Doreſtadum (vulgariter Duerſteden dictum) vicum nominatissimum totius patriæ, qui nunc dicitur Wick, in quâ quinquaginta quinque parochias Ecclesiæ extitisse dicuntur. Demum iidem Dani vallauerunt vrbem Traiectensem per circuitum, deuastantes ciues sagittis & fundis per assultum crebrissimum, donec tandem egregiam ciuitatem bellanti manu caperent, & castri præsidium potenter armis inuaderent. Et ecce cruenti prædones vniuersum populum & tantundem pene clerum (proh dolor) occiderunt: quinimo turres & antemuralia, portas & propugnacula ciuitatis & castri funditus deuastarunt, ita vt Hungarus antistes solus cum paucis canonicis ægre diffugerint, & ad præsentiam Lotharii Regis in Prumicense monasterium se receperint. Lotharius verò motus misericordia bonitatis regiæ, contulit canonicis Traiectensibus Ecclesiæ monasterium Montis Otiliæ prope Ruremundam oppidum Geldriæ, diœcesis Leodiensis, vt ibidem ab incursione Danorum quiete residerent, & diuini nominis cultum deuotissime celebrarent. Istis itaque gestis Dani cum Nortmannis omnes Hollandiæ populos nimis acriter affligentes, deuenerunt ad Kuremariam, vbi Sancti confessoris Adelberti dilapidauerunt Ecclesiam: Beatum Ieronem presbyterum in Noirthich (vt traditur) capite truncantes, & castrum munitissimum Au- *Traiectenſia.*

rindilii quondam Regis prope Vorenburg destruentes. Hollandienses autem incolæ econtra confestim arripientes arma in diuersis pagis multa prælia commiserunt. Danis (Deo permittente) semper prævalentibus, qui Theobaldum & Geroldum egregios eiulantes cum infinitis Hollandrinis crudeliter necauerunt ac mulieres cum paruulis captiuas ad exteras partes & prouincias abduxerunt. Tandem itaque vndecimo Calendas Ianuarii, Hungerus Episcopus obdormiuit in Domino postquam cum Albrico & Ludgero annis viginti octo Traiectensi præfuisset Episcopio, qui propter Danorum austeritatem à propria sede pulsus fuit, vt locus sepulturæ nesciatur. (Hæc ex chronicis eorundem Pontificum.)

Ludouicus Iunior Imp. Lotharii Imp. filius.

Ludouicus Iunior siue secundus Lotharii filius, olim à Sergio Papa in Regem inunctus, cæpit Anno Domini octingentesimo quinquagesimo sexto. Mundi verò MMMMMMXLIV. Imperauitque annis viginti vno.

Anno Ludouici secundo Coloniæ orta tempestate, populo in Basilicam Sancti Petri confugiente, fulmen subito instar ignei draconis Basilicam scidit & penetrauit, & tres homines diuersis quidem locis, sed vno ictu in mortem deiecit: Alios etiam sex eodem ictu & impetu semiuiuos reliquit.

Anno sequenti in parochia Moguntina malignus spiritus euidens nequitiæ suæ indicium dedit. Nam primo lapides deiiciendo, & parietes domorum quasi malleis pulsando, inde manifeste loquendo, furta etiam prodendo, discordias inter vicinos seminando, homines infestabat. Denique animos omnium contra vnum hominem commouit, quasi pro eius peccatis cæteri talia paterentur, cuius fruges in vnum coaceruatas incendit, vt etiam quocunque intraret, statim domus illa exureretur, & iam ei nisi in agris locus manendi nullus esset. Propter hoc presbyteris litanias agentibus, & benedictam aquam spargentibus inimicus multis per lapides cruentatis, tandem aliquandiu quieuit: sed presbyteris recedentibus inimicus flebiliter vlulans, tandem presbyterum quendam nominatim exprimens, se, quando aqua benedicta spargebatur, sub cappa illius quasi familiaris sui latuisse, professus est: Accusans cum filia procuratoris eum concubuisse. Sic per triennium institit, donec ibidem cuncta ædificia incendio consumeret.

Anno eiusdem septimo Lotharius Rex Lotharingiæ Waldradam pellicem superducens coniugi suæ Tyethbergæ consentientibus sibi Archiepiscopis Guntario Colonienſi & Tyergardo Treuirensi magnam calamitatem parauit.

Anno sequenti Hubertus Abbas & Dux frater Tyethbergæ pro repudio sororis suæ contra Lotharium consurgit.

Anno eiusdem quoque Ludouici Imperatoris cometes manifestissime apparuit.

Anno eiusdem decimo quinto Lotharius Rex Lotharingiæ Romam ad Adrianum Papam se excusatum vadit: à quo dum pro comprobatione innocentiæ ad communionem corporis & sanguinis Domini tam ipse, quàm optimates regni inuitati essent, ipse & omnes qui corpus Domini cum eo temere accipere præsumpserunt, infra ipsum annum perierunt, ipso statim in reditu Placentiæ defuncto.

Anno eiusdem decimo sexto Coloniæ celebrata Synodo ad dedicationem Ecclesiæ à tribus Lotharingiæ Metropolitis, Luitperto Moguntino, Bertulpho Treuirensi, Williberto Colonienſi, cum ab eis etiam maior Ecclesia, quæ est Sancti Petri deberet dedicari, præcedente nocte auditæ sunt voces malignorum spirituum inter se cum dolore conquerentium se à possessis diu sedibus deberi expelli. (Hæc Sigibertus.)

Secundum quosdam octaua Synodus celebrata est hoc anno (quære in Gratiano distinctione 63.) quæ Synodus sine dubio congregata fuit in vrbe Constantinopoli & in auctoritatem recepta: Sed post illam nulla Græca Synodus à Latinis admittitur amplius. (Hæc Albericus.)

Anno

Anno eiusdem Ludouici Imperatoris decimo nono, in Italia Brixiæ tribus diebus & noctibus sanguis de cælo pluisse narratur. Item locustæ Galliam depopulantur innumerabiles, cæteris locustis maiores sena alarum remigia, sex pedes, duos dentes lapide duriores habentes, quæ vt castrorum acies turmatim volantes, duces cum paucis itinere vnius diei ad metanda loca venturæ multitudini, præmittebant, ipsæ circa horam nonam ad locum præuisum sequentes, & ibi solis ortum expectantes per spatium vnius diei aerem sic obscurabant, vt ipsum Solis splendorem obumbrarent: Erant ore lato, extenso intestino, & omnia viridia in herbis & arboribus vastabant, per spatium diurni itineris quatuor & quinque milliaribus se extendentes: quo miserabili spectaculo vsque ad mare Britannicum peruenientes, tandem flatu ventorum in profundum maris demersæ sunt. Sed æstu Oceani ad littus reiectæ ex putredine sua aere corrupto multos perire fecerunt: Secuta fames valida multos consumpsit inedia, vt pene tertia pars hominum absumeretur.

Anno eiusdem vigesimo hyems solito asperior & prolixior, nix & gelu à Calendis Nouembris vsque ad vernale æquinoctium fuit.. Item Ludouico Regi Germanorum apparuit in somnis genitor Ludouicus pius (olim Imperator) adiurans eum per nomen Sanctæ Trinitatis, vt se eriperet à tormentis in quibus detineretur, tandem æternam requiem consequi mereretur. Ob hoc ad diuersa monasteria eleemosynis destinatis obnixè filius succurrere patri conabatur, vnde liquebat tametsi Imperator Pius multa Deo & hominibus grata fecisset, tamen plura contraria Deo in regno suo permisisse, in quibus grauiora videbantur quod hæresi Nicolaitarum non restitit, & monita Gabrielis Archangeli duodecim capitulis comprehensa, quæ Amalcus ei legenda & obseruanda obtulit, seruare non studuit.

Anno eiusdem vigesimo primo cometes solito rutilantior apparuit: Subita & nimia aquarum inundatio facta est in Iunio, ita vt in Saxonia villa longe à torrentibus & fluminibus remota, in momento cum hominibus & bestiis, cum arboribus & ædificiis, cum Ecclesia & altari penitus absorpta, nullum habitationis post se reliquerit vestigium. Item Ludouicus Imperator in Italia moritur: Cui patruus eius Carolus Rex Francorum succedit. Hæc Sigibertus.

Guntharius vigesimus primus Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus, cæpit Anno Domini octingentesimo quinquagesimo septimo. Pontificatus Benedicti tertii Anno secundo, Imperii verò Ludouici secundi Anno secundo, & sedit annis sex: Vacauit sedes annis septem. *Colonienſis.*

Anno eiusdem decimo Iris apparet in cælo, cuius cornua respiciunt ad Occidentem, & duo luminaria in similitudine nubeculæ candidissimæ iuxta Solem, quorum vnum extendit radium ad Aquilonem, alterum ad Meridiem: & crux ignea simul videtur. (Hæc ex Chronicis.) Habebat Guntharius sororem: Lotharius verò Rex Lotharingiæ prædicti Ludouici Imperatoris frater concubinam, nomine Waldradam. Cum igitur Lotharius multis modis ex amore Waldradæ concubinæ, occasionem repudiandi vxorem Tyetbergam quæreret, Guntharium illum Colonien sem Archiepiscopum, qui tunc in regno præcipuæ fuit authoritatis, ad id quod animo conceperat, pellexit, facta falsa spe ei si ab vxore liberaretur, ducturum eius sororem. Guntharus ascito sibi Treuirorum Archipræsule Tyethgando concilium Metis congregat, vbi vocatam reginam in medio statuunt, falsisque productis testibus inter alia nefaria incestus conuincunt. Quamobrem ad voluntatem Regis sententia diuortii datur, reginæque pro commisso scelere pœnitentia iniungitur: Rex verò desiderata potitus occasione conuentu Aquis habito, damnationem Tyethbergæ scripto publicat, seque continentem esse non posse consilio Guntharii prætendit omnibus acclamantibus, melius nubere illum quam vri. Waldrada igitur producitur ac regio cultu decorata, comitatuque famulorum stipata reginæ nomen sortitur: Sicque Rex, dum ea, quæ mente conceperat, ad effectum perducit, Guntharium, quem suæ nequitiæ

ſocium falſis promiſſionibus fecerat, verſute decepit. (Hæc Epiſcopus Otto.)

Anno ſequenti videlicet Pontificatus Guntharii Anno ſexto Hubertus Abbas & Dux frater Tyethbergæ Reginæ pro repudio ſororis ſuæ contra Lotharium inſurgit Guntharius & Tyethgandus Archiepiſcopi Romæ à Papa Nicolao pro adulterio Lotharii Regis examinati, cum ex Synodalibus geſtis, quæ ipſi proferebant, & ſuo etiam ore conuicti fuiſſent, Epiſcopatu & ſacris gradibus exuti anathematiſati ſunt, laicali tantum illis conceſſa communione. (Hæc Sigibertus.)

Romana. Benedictus tertius huius nominis Papa Romanus ſedit annis duobus, menſibus ſex. Iſte Benedictus nomine & re ab omnibus beatiſſimus eſt dictus: & ſtatuit vt clerici ordinate incederent honeſte. Ipſe duas porticus, videlicet ad Sanctum Paulum & ad Sanctum Laurentium à portis ciuitatis reſtaurauit, ſepultus in Eccleſia S. Petri, &c.

Item apud Conſtantinopolim Michael ſolus imperat annis tredecim. Cæpit autem imperare Anno Domini octingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Pontificatus Guntherii Anno primo. Iſte vſque adeo ſenſu & mente excedebat, vt familiares ſuos iuberet occidi, quos tamen ad ſe rediens repræſentari ſibi exigebat. (Hæc Sigibertus.)

Nicolaus huius nominis primus natione Romanus, ex patre Theoderico, cæpit Anno Domini DCCCLVIII. (Florentinus dicit LIX.) Sedit annis x. Martinus dicit annis IX. menſibus duobus, dieb. XX. Vacauit ſedes diebus ſeptem, cuius ordinationem Ludouicus Imperator ſua præſentia roborauit. Fuit vir ſanctiſſimus, cui poſt Beatum Gregorium nullus præſul in Romana vrbe Pontificali honore ſublimatus videtur æquiparandus: Regibus ac tyrannis imperauit, eiſque tanquam dominus orbis terrarum authoritate præfuit: Epiſcopis & ſacerdotibus religioſis ac Domini mandata obſeruantibus, humilis, blandus, pius & manſuetus fuit: irreligioſis verò & à recto tramite exorbitantibus terribilis atque authoritate plenus extitit. Conceſſit cantari Sequentias Rotgeri monachi Sancti Galli: Conſtituit ne clericus venetur. Item vt cauſam Papæ nullus iudicet niſi Papa. Tunc Sanctus Cyrillus pene omnium Sclauorum Apoſtolus corpus Sancti Clementis Papæ à Terſona, vbi in mare proiectum fuerat, mari deſiccato auferens Romam deportauit, quod per Papam & Romanos in Eccleſiam Sancti Clementis reconditum fuit, vbi & ipſe Sanctus Cyrillus paucis diebus expletis defunctus ſepelitur. Tandem Nicolaus Sanctiſſimus & Beatiſſimus Papa poſt multos labores & certamina, quæ pro amore Chriſti & pro inuiolabili ſtatu Sanctæ Eccleſiæ ſuſtinuit, migrauit ad cæleſtia regna, recepturus pro adminiſtrata fideliter ſibi credita diſpenſatione à largiſſimo Domino immarceſſibilem gloriæ coronam, in Eccleſia Beati Petri ſepultus. De cuius Deo placitis actibus plura poterant dici relatu digna, niſi breuitati ſtudentes cauſas rerum magis ſummatim notare quàm explanare propoſuiſſemus, &c.

Item circa hæc tempora dedit Carolus Caluus Rex Franciæ Balduino Ferreo Flandriam quam Comitatum ipſi & hæredibus in perpetuum poſſidendum fecit, & in fœdus perpetuæ amicitiæ dedit ex Eccleſia Remenſi corpus Sancti Donatiani quondam Archiepiſcopi eiuſdem vrbis: quod recipiens cum omni humilitate in noua Eccleſia, quam ipſe Brugis in eius honorem ædificauerat, decenter ornatum repoſuit, & Canonicos in eadem Eccleſia ob eius honorem inſtituit, &c.

Colonienſia. Poſt depoſitionem Gunthárii, vacauit ſedes Colonienſis per annos ſeptem, quæ vacatio ſecundum Albericum cæpit Anno Domini DCCCLXIII. Pontificatus Nicolai Papæ, huius nominis primi Anno ſexto, Imperii verò Ludouici ſecundi anno octauo. (Hæc Albericus.) Anno vacationis ſecundo, Imperii verò Ludouici nono. Excommunicata pellice Waldrada à legato Apoſtolico, videns Lotharius Rex etiam ſibi excommunicationem intentari, Tyethbergam vxorem recepit: quanquam id parum profuit, quia non multo poſt, ea repudiata, pellicem recepit, nec

vltrà

vltra vllo correptionis modo ab ea separari potuit. (Hæc Sigibertus.) Lotharius verò post crebras admonitiones post violatum Sacramentum, quod sub præsentia Arsenii Episcopi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Apocrisiarii fecerat, à summo Pontifice fidelium communione priuatur. Extant de hoc epistolæ quam plurimæ vtrinque missæ. (Hæc Albericus.)

Anno Domini octingentesimo sexagesimo tertio, Imperii Ludouici primi Anno octauo, Carolus agnominatus Caluus, Rex Francorum, & consequenter Imperator Romanorum tunc apud vicum Pladellæ residens, Hollandiamque totam depopulatam esse percipiens, tradidit Anno regni sui decimo nono, ad instantiam Comitis Haganonis nobili viro Theoderico fratri Walgeri Principis Ecclesiam Egmondensem & Kinchem à Zindergeshaga vsque Fortrapaga per paginam specialis priuilegii roboratum imagine regalis annuli. Item idem Theodericus & sua posteritas eandem dationem feudali iure possederunt, & atroces Danos à finibus Romani Imperii potentissime profugauerunt. Ludouicus autem Rex Germaniæ & frater iam dicti Caroli contulit etiam Theoderico eidem Comiti precibus Hemmæ Reginæ Forestum Wasda, comitatui suo contiguum, pro eo quod vir valde famosus, & in cunctis gestis militaris exercitii collaudandus esset. *Carolus Caluus secundò.* *Hollandia*

Iste igitur Theodericus primus Comes Hollandiæ arma gerens aurea cum leonina rubicundi coloris imagine, sicut quidam tradunt, de regali prosapia principum Francigenarum oriundus fuit, & iurisdictionis suæ terminos contra Danorum incursionem egregie rexit, habens in vxorem matronam nobilem nomine Genam, ex qua genuit filium nomine Theodericum, iuuenem multis virtutibus insignitum.

Item Theodericus senior ex magno deuotionis affectu construxit ligneum in Egmonda cænobium, in quo Sanctimoniales ordinis Sancti Benedicti primitus instituit, quibus de suis facultatibus vitæ necessaria copiose tradidit. Ex eodem verò collegio quædam puella diuinitus inspirata Theodericum Comitem ter admonuit, vt sarcophagum Beati confessoris Adelberti celerrime aperiret, & sanctas reliquias ad monasterium puellarum transferret. Et ecce, simulac clerus sepulchrum eiusdem Almiflui patris aperuit, pallium Sanctissimi corporis integrum ab omni labe corruptionis apparuit: Crux etiam aurea super pectus eiusdem inuenta, quæ contra varias ægritudines medicina salutis est: Fons simul limpidi liquoris sub ipsius tumba confestim exiliuit, qui vsque in præsentem diem copiose fluit. Tandem Theodericus primus Comes Hollandiæ & Dominus magnæ partis vlterioris Frisiæ, qui princeps imperterritus fuit, ac limites suos contra Danorum insultus strenue protexit, secundo Nonas Octobris requieuit in Christo Anno comitatus sui trigesimo octauo: Gena Comitissa tertio Idus Ianuarii decessit a seculo tumulata iuxta maritum suum in Egmondensi cænobio prænotato. (Hęc ex gestis Comitum Hollandiæ.) Iste Theodericus primus Comes Hollandiæ habuit fratrem nomine Waltgerum, qui erat Comes de Teysterbant, commoratus apud Teylam in villa Auezaic dicta.

Isti duo fratres habuerunt auunculum Haganonem Traianum, qui in Troiâ minori (scilicet Xantis) habitauit, & transactis temporibus apud Tyelam Ecclesiam construxit, in qua Sanctimoniales longo tempore seruitio diuino mancipatæ sunt: Postea autem Ecclesia destructa, & iterum reformata, & semotis Sanctimonialibus Canonici regulares instituti sunt, qui vsque ad tempus Adelboldi decimi noni Episcopi Traiectensis humiliter Deo seruierunt. (Hæc ex chronicis.)

Anno Domini octingentesimo sexagesimo quarto Bertolphus Abbas Mediolanensis fit Episcopus Treuirensis sexagesimus octauus, Pontificatus Nicolai primi Anno septimo, consanguineus Aduentii tunc temporis Metensis Episcopi. Qui Aduentius cum Lotharium Regem in Placentia mortuum cognouisset, Carolum fratrem eius, qui in prouincia regnabat, Metis aduocatum, adiuncto sibi cum aliis Hincmaro Remensi Archiepiscopo Regem Lotharingiæ & prouin- *Treuirensis.*

ciæ conſecrauit, cognatoque ſuo Bertolpho, vt Archiepiſcopatum daret, obtinuit. Iſte villam, quæ Martia dicitur, de manu Regis comparauit. Quo tempore floruit Romæ Anaſtaſius Bibliothecarius, qui vitam Sancti Ioannis eleemoſynarii, paſſionem decem millium Martyrum, & quædam alia, de Græco in Latinum tranſtulit, & Romanam hiſtoriam aliaque multa ſcripſit. Mortalitas tanta fuit in Francia, vt præ multitudine mortui non poſſent ſepeliri: ſed crudeliſſime Senonis grauat lues iſta.

Anno Epiſcopatus Bertolphi decimo nono, cæleſtis vindicta Lotharingiam, regnum Lotharii ſupradicti Regis adulteri & excommunicati oppreſſit. Denique Nortmanni Andegauos, Thurones, Pictauos, Leodium, Traiectum, Tungrim, &c. igne & ferro deleuerunt.

Anno Pontificatus Bertolphi vigeſimo, & vltimo, defuncto Ludouico Rege Germaniæ, Nortmanni audita eius morte cum omnibus viribus exeuntes vrbem Treuirorum, Nonas Aprilis die ſacratiſſima Cænæ Domini occupauerunt, Bertolpho Epiſcopo cum quibuſdam ciuibus fuga lapſo: vbi vſque ad diem Paſchæ feſſa ab itinere corpora recreantes territorium vrbis totum circumquaque vſque ad ſolum demoliti ſunt: Omnes quoque quos intra & extra vrbem inuenerunt, gladio occiderunt, ipſamque vrbem & monaſteria omnia igne ſuccenderunt: Cumque in monaſterio Sancti Pauli ignem ſæpenumero iniecissent, ſemper diuinitus ignis extinguebatur. Catenas ferreas, quibus Sarcophagus eius pendebat, confregerunt. Sed tamen Sarcophagus, catenis contractis, nequaquam altius terræ inſedit, ſed in aere pendens remanſit, donec poſt multos annos à quibuſdam infidelibus depreſſum ſubſedit, non ſine vindicta in eos ſecuta. Quicunque enim huic ſacrilegio deſeruierunt, ſingulas infirmitatum plagas ſuſceperunt.

Nortmanni igitur ciuitate Treuirenſi omni exuſta & deſolata, Metim properare diſponunt: quod cum comperiſſet, eius vrbis antiſtes Wallo adiuncto ſibi Bertolpho Epiſcopo Treuirenſi & Adalardo Comite vltro illis obuiam ad pugnam proceduntur: vbi inito certamine Nortmanni vicerunt, Wallo Epiſcopus cecidit, Bertolphus cum cæteris fugit.

Eodem Anno Bertolphus migrauit ad Dominum Anno præſulatus ſui xx. (Hæc ex Chronicis Pontificum Treuirenſium, &c.)

Traiectenſis. Defuncto quidem Hungero Pontifice Dominus Odilbaldus, natione Friſo, duodecimus Traiectenſis electus eſt Epiſcopus, vir ſanctus, pius, iuſtus & beneuolus, conſecratus Anno Domini octingenteſimo ſexageſimo ſexto, Pontificatus Nicolai Papæ primi Anno nono.

Anno Epiſcopatus eiuſdem decimo ſeptimo, Anno ſcilicet Domini octingenteſimo octuageſimo ſecundo, Danicum Nortmannis diſſipauerunt totam Galliam. Sed & Anno ſequenti deuaſtauerunt vniuerſam Arduennam. Imperator autem Carolus dictus Groſſus cum Lombardis & Germanis aduerſus eoſdem graſſatores crudele bellum geſſit. Sed peccatis Chriſtianorum obſtantibus, minime præualere potuit. Nobiliſſimus verò Godefridus Nortmannorum Rex ad interloquendum de pace perductus, ſub ſequenti conditione Chriſtianus effectus eſt, Fuſſenſis vt Ghyſela Lotharii regis filia traderetur ei in vxorem, prouincia Friſingenſi data in dotem, quod factum eſt. At idem Godefridus Rex exinde Friſones ſibi rebellantes redegit ſub magnæ ſeruitutis iugum, ita vt omnes collo circumſtrictum laqueum ferrent, & ſine mora ſuſpenderentur, qui contra Maieſtatem ſuam aliquo modo rebellare præſumeret. Sed ecce iam dictus Godefridus Rex, poſt quædam annorum curricula cum infinitis Danis in Batua, Deo vindicante, interemptus, & propter multorum Chriſti fidelium crudeliter effuſum ſanguinem, ſufficienti vltione punitus eſt. Tandem Idibus Decembris Beatus Odilbaldus migrauit à ſeculo poſtquam annis xxxiv. Traiectenſem rexiſſet Eccleſiam, & Traiecti tumulatus cum reuerendis patribus, honorifice requieſcit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectenſium.)

Adrianus

Adrianus huius nominis secundus ex patre Thalaro Episcopo, cæpit Anno Domini octingentesimo sexagesimo octauo, (Florentinus ponit sexagesimo nono.) Sedit annis quinque. Tum Lotharius Rex, quem Nicolaus Papa pro adulterio excommunicauit, Romam vt se excusaret venit; à quo dum pro ostentatione innocentiæ suæ ad corporis & sanguinis Iesu Christi communicationem tam ipse quàm reliqui sui optimates per Papam inuitati fuissent, omnes qui eam indigne percepe-rant, ipso anno mortui sunt: Rex etiam in via redeundo mortuus. (Hæc Martinus.) Item Adrianus Papa constituit, vt nulla causa die Dominico iudicaretur.

Venerabilis Willibertus vigesimus secundus Archiepiscopus Colonienſis cæ- *Colonienſia.*
pit Anno Domini octingentesimo septuagesimo, Pontificatus Adriani Papæ Anno tertio, qui reædificauit Ecclesiam S. Petri antiquam in Colonia, in qua habuit sepulturam.

Ioannes septimus natione Romanus ex patre Guidone, cæpit Anno Domi- *Romana.*
ni octingentesimo septuagesimo tertio. (In quodam verò Chronico dicitur septuagesimo quarto.) Sedit annis decem, diebus duobus. Istius tempore Sarraceni per Italiam discurrentes, Ecclesiam Beati Benedicti in monte Cassino destruxerunt. Ad hunc Ioannem Papam, Ioannes Rauennensis Ecclesiæ diaconus vitam primi Gregorii Papæ in quatuor libellis laudabiliter conscripsit. Iniuriam à Romanis passus Papa ille, & in custodiam coniectus fuit, eo quod non fauerat Carolo, cum in Francia fuisset. Nam cum Ludouico Balbo illi contrario fere per annum commoratus fuit.

Sub id tempus celebrata fuit quinta Synodus Constantinopoli ducentorum octoginta trium Patrum, cui præfuit Petrus Presbyter Cardinalis & Paulus Antiochenus Episcopus & Eugenius Ostiensis Episcopus Apocrisiarius Papæ. (Hæc Martinus.) Iste Papa Formosum Portuensem Episcopum eiecit & degradauit, quia fuerat occasio mali. (Hæc collector fasciculi temporum.)

Scripsit Papa Ioannes interpretationes quasdam siue decreta super librum Gothicæ legis, sicut habetur in libro qui Canones inscribitur: & dum esset in Francia Pontificatus sui Anno sexto, Metensium Episcopo Waloni nomine, qui succesſerat Aduentio, pallium Archiepiscopale concessit: Cui concessioni Archiepiscopus Treuirensis viriliter se oppositit, & post multas altercationes palmam victoriæ reportauit.

Idem Papa Ioannes, Patriarcham Constantinopolitanum nomine Photium, neophytum à Papa Nicolao quondam depositum in sedem suam restituit, interuentu Basilii Imperatoris & filiorum eius Leonis & Alexandri, sicut in libro, qui Canones inscribitur, plenius continetur, &c.

Ludouico Imperatore in Italia mortuo, Carolus Patruus eius Rex Fran- *Carolus Calcorum* Romam pergit, & Ioanne Papa & Romanis per munera conciliatis Im- *uus tertiò.*
perator creatur Anno regni sui Francorum trigesimo tertio, Anno verò Domini octingentesimo septuagesimo septimo. Mundi autem Anno MMMMMMLXXV. & imperat annis duobus. Sed ei statim à Ludouico fratre bellum paratur, quod se inconsulto solus imperium fratruelis vsurpauerit.

Carolus verò post adeptum imperium vltra se elatus, consuetudines Francorum vilipendens, Græcas glorias & insolitos habitus affectabat: Et talari Dalmatica indutus, & desuper balteo accinctus pendente vsque ad pedes: Capite verò inuoluto velamine serico, & diademate superimposito procedebat: Et cum esset lepore timidior, & hostes fugere, quàm fugare paratior, fratrem tamen suum Ludouicum lacessebat, minatus tantas copias se conducturum, vt ab equis flumine exhausto per aridum alueum Germaniæ regnum intraret.

Anno Imperii Caroli primo Ludouicus Rex Germanorum moritur, relinquens tres filios hæredes, Ludouicum iuniorem, Carolum, qui non multo post imperauit, & Carolomannum, patrem Arnulphi Imperatoris. Carolus Imperator de morte fratris gauisus, iniuriam quam contra fratrem conceperat, contra filios

fratris perficere paratus, cum quinquaginta & eo amplius hominum millibus regnum eorum aggressus, Coloniam vsque peruenit filiis Ludouici alias occupatis. Ludouicus igitur iunior legatione ad patruum missa, rogauit ea, quæ pacis sunt: quod cum impetrare non posset, viriliter eum bello excepit, & victum cum nimio exercitus damno & multo dedecore fugere compulit.

Isto tempore claruit Ioannes Scotus vir perspicacis ingenii & mellitæ facundiæ, qui vndique concrepantibus bellorum fragoribus in Franciam ad Carolum Caluum transierat: Cuius rogatu Hierarchiam Dionysii Areopagitæ de Græco in Latinum verbum è verbo transtulit: Composuit etiam librum, quem de naturæ diuisione inscripsit ad quæstiones soluendas valde vtilem: tamen vt ei in aliquibus ignoscatur in quibus à Latinorum tramite deuiauit, dum in Græcos acriter nimis oculos intendit. Idem succedentibus annis munificentia regis Anglorum Aelfridi allectus, venit in Angliam, & apud monasterium Malmesbergense à pueris, quos docebat, graphiis (vt fertur) perforatus etiam martyr æstimatus est. Istud autem eius fuit Epitaphium:

Clauditur hoc tumulo Sanctus Sophista Ioannes,
Qui dotatus erat iuuenis tam dogmate miro
Martyrio tandem Christi conscendere regnum,
Quo meruit Sancti regnant per secula cuncti.

Scabri sunt hi versus, & moderni temporis lima carentes. (Hæc Elimandus.) Item Carolus Caluus monasterium Sancti Cornelii apud Compendium fundauit & perfecit: indictumque diem quem Carolus Magnus auus eius apud Aquasgrani (id est Aquilæ capellam suam) instituerat, instituit apud Abbatiam Sancti Dionysii. Et quia in Ecclesia Sancti Dionysii multa rapuerat, quæ alii dederant, spineam coronam Domini & vnum de clauis & de ligno crucis, & alia quædam eò contulit. Sudarium verò apud Compendium reliquit, & hoc instituit ipse tempore Nicolai Papæ. Antequam reliquiæ istæ ostenderentur populo, tanta fames erat per Galliam, vt asinos & caballos comederent, quæ per Dei misericordiam postea cessauit. (Hæc Elimandus.)

Iste Carolus in diuersis per Franciam locis Ecclesias Sanctorum aut ædificauit aut restaurauit: Compendium Sancti Cornelii & Cypriani reliquias attulit, in quarum aduentu responsorium (Ciues Apostolorum) quod vsque nunc cantat Ecclesia, composuit. (Hæc ex Chronicis.) Item Carolus Imperator Romam secundò profectus Bosoni Germano vxoris suæ neptem suam filiam Ludouici Imperatoris vxorem dedit, & tradita ei Burgundia trans Rhodanum, atque prouincia in Regem eum coronauit, vt etiam Regibus imperare videretur. (Hæc Sigibertus.) Item Carolus Imperator contra voluntatem coniugis suæ & omnium hominum suorum secundò profectus est in Italiam, vbi ei occurrit Ioannes Papa apud Papiam, ibique se mutuò salutauerunt. Cum autem illic essent, subito eis nuntiatum est aduentare Carolomannum Ludouici fratris sui filium cum manu valida: quod audiens Imperator valde contristatus est, quia non habebat exercitum, per quem resisteret. Dedit quoque Ioanni Papæ munera, quæ Romam Sancto Petro deportaret, inter quæ imago crucifixi aurea, qualis non fuit ab vllis Regibus facta. Ipse verò per Alpes in Franciam rediturus, à quodam Sedechia Iudæo, vt dicunt, potionatus in loco, qui dicitur Mantua inter Alpes posito pridie Nonas Octobris indictione XII. vitam finiuit præsentem: Corpus verò eius in eodem regno Vercellis in monasterio S. Eusebii in loculo repositum fuit, quod translatum deinde in Franciam fuit, & sepultum in monasterio B. Dionysii honorifice retro maius altare. (Hæc Andreas.)

Carol. Crassus Imp.

Carolus tertius Iunior siue Grossus filius Ludouici Germanorum Regis imperium adeptus est, affluentibus quibusdam nobilium Romanorum: Ioanne Papa fauente, vt imperium transferret ad Ludouicum Balbum filium recenter defuncti Caroli Imperatoris. Cæpit autem Anno Domini octingentesimo septuagesimo

simo nono. Mundi verò MMMMMMLXXVII. & imperauit annis duodecim (secundum chronica.)

Anno Caroli istius primo, Ioannes Papa à Romanis iniuriosè vexatus, & in custodiam traditus est, pro eo quod Carolo non foueret, qui in Franciam veniens cum Rege Ludouico Balbo pene per annum moratus est.

Anno Caroli Iunioris secundo, Sol hora diei nona ita obscuratus est, vt stellæ in cælo apparerent.

Anno eiusdem quarto Nortmannis adiunctis sibi Danis Franciam & Lotharingiam peragrantes, Ambianos, Atrebatas, Corbeiam, Cameracum, Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatensium, omnemque circa Scaldum flumen terram, & simul monasteria Sanctorum Walarici & Richarii ferro & igni deuastant. Inde Wal fluuium ingressi, totam Batuam & Palatium etiam Neomagi incendunt.

Eodem Anno Godfridus & Sigifridus reges Nortmannorum, cum inæstimabili multitudine iuxta Mosam in loco Haslon consedentes, Leodium, Traiectum, Tungrim, Coloniam Agrippinam, Bonnam cum adiacentibus castellis comburunt. Aquis in palatio equos stabulantes, oppidum & palatium incendunt. (Hæc Sigibertus.) Reliqua huius Caroli Imperatoris gesta vide infra in linea Regum Franciæ sub Anno Domini DCCCLXXXVI. &c.

Ludouicus huius nominis secundus cognomento Balbus, filius Caroli Calui, regnum tantummodo obtinuit Francorum, qui cæpit Anno octingentesimo septuagesimo nono. Imperii Caroli huius nominis tertii An. primo. Regnauit autem annis duob. (Hæc Sigibertus.) Nam paucis interiectis diebus Ludouicus Rex qui Balbus appellabatur, eo quod impeditior esset in eloquendo, ab hac luce subtractus fuit. Erat verò simplex & mitis, pacis & iustitiæ & religionis amator. Iste Ludouicus Balbus filius Caroli Calui prædicti fuit quintus Rex Francorum in secunda genealogia, quæ dicitur Carolensium, in qua primus regnauit Pipinus cognomento Paruus filius Caroli Martelli & pater Caroli Magni, & idem Ludouicus fuit nonus Dux in tertia linea genealogiæ Ducum Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ. *Francica.*

Venerabilis Rathbodus Abbas Mediolani, factus est Archiepiscopus Treuirensis Anno Dom. DCCCLXXXIV. Pontificatus Martini secundi Anno secundo inchoante, præfuit annis XXI. qui acquisiuit Abbatiam S. Seruatii, quæ dicitur Maserich ab Arnulpho Imperatore: Deinde à Ludouico Imperatore hæc castella obtinuit, Sericum, & Orcas Bunauelt cum villis sibi adiacentibus. (Hæc ex chronicis.) *Treuirensia.*

Mortuo Ludouico Rege Francorum, miserunt Franci & vocauerunt Carolomannum fratrem eius, qui festiue venit in Franciam Anno Domini DCCCLXXXV. Imperii Caroli tertii Anno quinto, & regnat anno vno. Nam sequenti anno mortuus est hoc modo: Reuersus à compositione pacis quam duodennem cum Nortmannis pepigerat, abiit in Basin Syluam & pauci iuuenes cum eo, venandi causa: vbi dum Rex aprum vellet perimere, quidam ex suis Bertoldus nomine, cum ei auxilium ferre vellet casu Regem in tibia vulnerauit, quo accepto vulnere superuixit septem diebus, atque in eodem loco defunctus est mense Decembri, Anno ætatis suæ circiter XVIII. Sepultus est in Ecclesia S. Dionysii. (Hæc frater Andreas.) *Francica.*

Carolo Francorum Rege defuncto, cuius frater Ludouicus iam priori anno obierat, Nortmanni Franciam repetunt, dicentes se cum Rege Francorum tantum, non cum Francis iniuisse pactum. Hinc compulsi Franci Carolum Imperatorem in auxilium vocant, & Franciam ei subiiciunt, qui contra Nortmannos apud Louanium castra metatos semel & iterum exercitum misit, sed nihil dignum præstitit. Regnauit ergo Carolus in Francia annis V. Cæpit autem Anno Dom. DCCCLXXXVI. regni sui Anno octauo.

Anno regni eiusdē II. imperii verò IX, Nortmanni à Louanio exeuntes, Lutetiā obsident. Contra quos Henricus Dux exercitū ducens dū incaute equitant, in foueā quam Nortmanni factā quisquiliis operuerāt, lapsus trucidatur. Quis verò enarraret mala quæ à Nortmannis per totam Franciā & Burgundiam & Neustriam contige-

runt? Non enim fuit locus, nec ciuitas, nec munitio, nec Eccleſia à mari Hiſpanico vſque ad mare Britannicum, quæ ſe poſſent abſcondere ab iſtius tempeſtatis turbine.

Anno regni eiuſdem Caroli tertio, Imperii verò decimo, Carolus Imperator cum Nortmannos expellere non poſſet, tandem facto fœdere, conceſſit eis regiones, quæ erant vltrà Sequanam: quarum incolæ contra eum rebellabant: quæ pars Franciæ à Nortmannis Nortmannia fuit denominata. (Hæc Sigibertus.)

Iſto anno ſecundum Vincentium facta eſt eidem Carolo mirabilis viſio de tormentis, (de qua vide Vincentium in Speculo, libro 25. capitulo 49.) Poſt eam viſionem vix duobus annis ſuperuixit Carolus, qui anno regni ſui quarto, Imperii verò vndecimo, cum zelotypia laboraret propter vxorem, quæ plus iuſto familiarius agebat cum Luitwardo Vercellenſi Epiſcopo, proteſtatur in concione nunquam cum ea ſe coiiſſe, vnde illa ſe virginem eſſe gloriata accepto repudio, monaſterium petiit. Tandem Carolus Imperator Anno regni ſui quinto, Imperii verò duodecimo corpore & animo deficiens, ab optimatibus regni repudiatus, & Arnulphus filius Carolomanni Regis, fratruelis eius, in regnum ſublimatur. (Hæc Sigibertus.)

Hungarica. Item Anno Leonis Græci Imperatoris ſeptimo gens Hungarorum ſub primo Duce eo nomine Alino ex Scythia egreſſa, ac à Pezenatis pulſa, Auaribus eiectis, Pannoniam inhabitare cæpit, quo tempore tam immanis & beluina fuiſſe dicitur, vt crudis carnibus vtens humano quoque ſanguine potaretur: quod ne cui incredibile videatur, Pezenati, & hi qui Falones dicuntur crudis & immundis carnibus, vtpote equinis, cattinis vſque hodie veſcuntur. Valent autem in ſagittarum ictibus, quibus etiam dorſa vertentes nocere ſolent: & differunt à Britonibus ſeu Friſonibus in hoc, quod illi miſſilibus, hi ſagittis nocent. (Hæc Albericus.)

Arnulphus Imp. Franci Auſtrales videntes Caroli Imperatoris vires ad regendum imperium validas, eiecto eo de regno, Arnulphum filium Carolomanni fratris eius in regni ſolio conſtituunt Anno Domini octingenteſimo nonageſimo primo. Mundi vero MMMMMMLXXXIX. & regnauit annis duodecim. Iſte Arnulphus, patruo ſuo Carolo ex Imperatore etiam neceſſariis egenti fiſcos in Germania delegauit, qui ſequenti Anno obiit. (Hæc Sigibertus.) Carolum illum experientiſſimum fuiſſe dicunt, vnde hæc ei circa finem tentatio ad probationem eueniſſe creditur. Sequenti verò ex quo regno pulſus eſt anno obiit ac in monaſterio Augienſi humatus eſt. Exhinc confuſe Romæ regnatum vſque ad Ottonem fuit. Carolo enim mortuo imperium multis modis ſcinditur, ſingulis prouinciis ſingulos Reges creare cupientibus: Arnulpho tamen pars maxima ceſſit. (Hæc Epiſcopus Otto.) Romanum imperium & regnum Francorum miſere diſcerpitur. Franci verò neglecto Carolo, filio Ludouici Balbi, vix decenni, Regem ſibi præficiunt Ottonem filium Roberti Ducis, quem à Nortmannis occiſum ſupra diximus. (Hæc Sigibertus.) Occidentales Franci Ottonem Roberti filium virum fortem conſenſu Arnulphi Regis, Regem creant, qui multa prælia contra Nortmannos viriliter geſſit. (Hæc Epiſcopus Otto.)

Rudolphus autem corona ſibi impoſita Rex Burgundionum conſtituitur, quod regnum multo tempore durauit, id eſt CXXX. annis. (Hæc Sigibertus.) Item Arnulphus Imperator Anno regni ſui duodecimo, vt ſcribit Sigibertus, longa ægritudine diſſolutus, vel, vt quidam ferunt, afflictus à minutis vermibus, quos pediculos vocant, adeo in corpore eius ſcaturientibus, vt à nullo medicorum profligari poſſent, in Bauaria moritur, & monſtratur ſepulchrum eius in monaſterio Beati Emmeramni Ratiſponæ, quod pluribus ornamentis decorauit, & poſſeſſionibus locupletauit: vt & ciuitatem ipſam Ratiſponenſem plurimum præ cæteris ſui regni locis dilexit, cuius etiam muros ampliauit, &c. Sequuntur longæ concertationes de regno Franciæ inter Ottonem & Guidonem & Carolum Ludouici Balbi filium verum hæredem, quæ ob prolixitatem omiſi ſcribere.

Venerabilis Hartmannus huius nominis primus, cognomento Pius, vigeſimus ter-

mus tertius Archiepiscopus Colonienſis, cæpit Anno Domini octingenteſimo nonageſimo tertio. (In quodam chronico dicitur DCCCLXXXIX.) Pontificatus Formoſi Anno ſecundo. Sedit annis triginta. (In quodam chronico dicitur triginta quinque.) Ad hunc Pontificem Stephanus decimus Epiſcopus Leodienſis vitam Sancti Lamberti martyris & paſſionem edidit. Sepultus eſt in Eccleſia S. Petri Colonienſis. Hæc ex Chronicis. *Colonienſes.*

Poſt deceſſum Odilbaldi Beati Pontificis Egilboldus natione Friſo decimus tertius in Epiſcopatu Traiectenſi ſucceſſit Anno videlicet Domini nongenteſimo, Pontificatus Romani Anno primo, qui tamen pontificium paruo tempore gubernauit, & tantum decem menſes regens, ſeptimo Calendas Octobris in Domino feliciter obdormiuit, qui in eadem Eccleſia tumulatus ſimiliter requieſcit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectenſium.) *Traiectenſes.*

Carolus huius nominis tertius inter Reges Franciæ, & quartus inter Duces Lotharingiæ & Brabantiæ, cognomento Simplex filius dicti Ludouici Balbi, mortuo Ottone, regnare cæpit ſuper Francos Anno Domini nongenteſimo, Imperii Arnulphi Anno decimo, Leonis verò Imperatoris Græcorum Anno decimo quarto, & regnauit annis triginta ſeptem. (Hæc Sigibertus.) Franci enim Ottone Rege mortuo, Remis conuenientes Carolum in ſedem paternam reſtituerunt. Balduinus verò Caluus Comes Flandriæ propter Heribertum, qui Rudolphum fratrem ſuum occiderat, venire diſtulit: Attamen legatos mittit, qui Regi nuntiarent ſe illi fidelem eſſe. Robertus etiam Comes frater Regis Ottonis venit ad eum quem Rex honorifice ſuſcepit, ſimiliter fecit & Richardus. Balduinus verò Comes contra Regis voluntatem, Peronam inuaſit, ſed ſub celeritate amiſit. Rex Carolus æſtiuo tempore ſuper Iſam collecto exercitu reſedit, tractaturus quid ageret de ſuis inimicis: Balduinus verò ad illud placitum venit, volens ſibi Regem conciliare, vt Atrebatum, quam ei abſtulerit, redderet, cumque hoc contradicerent Fulco Archiepiſcopus Remenſis & Heribertus, Wenemarus improuiſe ſuperueniens Fulconem Archiepiſcopum cum ſuis complicibus (quod factu nefas) multis perfoſſum vulneribus interfecit decimo ſexto Calendas Iulii, corpuſque eius Remis delatum eſt, atque in Eccleſia Beati Remigii poſitum. Poſthæc ordinato Epiſcopo Herneyo Remis, Synodoque facta omnes interfectores Epiſcopi damnantur & à limitibus Sanctæ matris Eccleſiæ extorres redduntur. (Hæc Andreas.) *Carolus Simplex Rex Gallia.*

Anno iſtius Caroli vigeſimo primo Robertus Dux frater Ottonis quondam Regis Franciæ, appetens regnum Francorum contra Carolum Simplicem inquietam reddebat Franciam, eiuſque inſtinctu omnes pene primores Franciæ aduerſabantur Carolo. Walterus autem Senonenſis Archiepiſcopus contra Carolum vnxit eundem Robertum in Regem. (Hæc Albericus.)

Anno eiuſdem vigeſimo tertio Carolus Rex Francorum cum auxilio Lotharingenſium iuxta vrbem Sueſſonis pugnans contra Robertum fratrem Ottonis Regis, qui contra ſe regnum Francorum inuadebat, eum cum multis peremit, & ſe & Franciam Henrico Regi ſubmittit, eique in pignus perpetui fœderis & amoris mittit manum pretioſi martyris Dionyſii Pariſienſis, auro & gemmis incluſam. (Hæc Sigibertus.)

Anno eiuſdem XXIV. cum Treuirenſis Eccleſia cum ſuffraganeis ſuis fuiſſet hucuſque ſub Regibus Franciæ, mediante Archiepiſcopo Ruperto, pertractata pace, reddita eſt Regibus Alemanniæ. Vnde Sigibertus: Reges (ait) Henricus & Carolus apud Bunnam fœdus ineunt, & Carolus reddidit Henrico Regi regnum Lotharingiæ Epiſcopis & Comitibus vtrinque iurando rem confirmantibus.

Anno eiuſdem vigeſimo quinto Carolus Rex Francorum à Comite Heribertо captus, in cuſtodiam Peronæ truditur ob necem Roberti Ducis ab eo peremptі. (Hæc Sigibertus.) Nam Carolo Regi à cæde belli Sueſſionici in quo Robertum occiderat, victori reuertenti, occurrit Heribertus, infidelium nequiſſimus, & ſub fictæ pacis ſimulatione in caſtro quod Perona dicitur, vt hoſpitandi gratia diuerteret, compulit, & ſic cum dolo captum retinuit. Ha-

bebat enim Robertus ſororem ipſius Heriberti in coniugium, ex qua ortus eſt Hugo Magnus. Illic poſitus Carolus Rudolphum nobilem Ducem Burgundionum, quem de ſacro fonte ſuſceperat, vnà cum conſilio Hugonis Magni filii Roberti ſupradicti & procerum Francorum in regnum ſublimauit. Idem autem Carolus ſimplex Rex Francorum ob longam incarcerationem ſub cuſtodia Heriberti exul & martyr moritur, ſepultus in Baſilica Sancti Farcei confeſſoris, quæ eſt in eodem caſtro. (Hæc Andreas.) Item Guido, Vincentius & Hugo ſcribunt Heribertum iſtum habuiſſe ſororem Roberti à Carolo perempti, licet Andreas contrarium ponat. (Hæc Collector.) Carolus ille Simplex reliquit filium Ludouicum ex Ogina filia Eduardi Regis Angliæ. Fuit autem Carolus Simplex ſextus Rex Francorum in iſta ſecunda genealogia, quæ dicitur Carolenſium, & decimus Dux in recta linea genealogiæ Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ. (Hæc ex Chronicis.)

Traiect. Defuncto quidem Egilboldo Pontifice, Dominus Rathbodus vrgente Rege Romanorum Arnulpho, decimus quartus Traiectenſis inuitus conſecratus eſt Epiſcopus Anno Domini nonginteſimo primo, vir veraciter Sanctus, doctus, pius, & admodum ingenuus. Fuit enim Rathbodus Rex Friſiæ quondam ipſius matris atauus, & Guntharius vigeſimus primus Archiepiſcopus Colonienſis eiuſdem auunculus interpretantur hoc nomen Rathbodus in idiomate Germanico idem quod conſilii nuntius in Latino. Fuit enim hic Epiſcopus magni conſilii angelus in palatio Caroli Regis aduocatus, & per Nannonem in ſeptem artibus excellenter imbutus, qui flores eximios tam de Willibrordo, quam de Bonifacio compoſuit. Ac integrum officium de translatione Sancti Martini ſimiliter edidit. Iſte antiſtes poſtquam Traiectenſis Pontificii ſacræ religionis ſuſcepit habitum, vacabat indeſinenter orationibus, eleemoſynis, & abſtinentiis ad vitæ ſuæ terminum. Nam cum ſui conuiuales vina potarent ad menſam, ipſe ſolus lympidam occulte bibit aquam, quod Gummarus quidam attendens, rogauit Epiſcopum, vt ſibi guſtare de eius poculo liceret. Sed Beato viro non conſentiente iam dictus Gummarus Epiſcopalem ſcyphum clam accepit & magnum hauſtum ex eo ſumpſit. Et ecce ſtupendum miraculum. Nam & eadem aqua repente mutata eſt in vinum optimum: qua de cauſa tentator implorauit extemplo veniam, ſed Beatus Epiſcopus ex hoc prodigio non ſibi, ſed Deo dedit gloriam.

Iſte præſul egregius Danantiæ ſedere conſueuit, quæ ciuitas Traiectenſis per Danorum auſteritatem omnino deſolata fuit. Accidit autem cum Epiſcopus vna dierum Traiectum adiret, & ibidem loca Sanctorum cum deuotione viſitaret, vt Dani potenter occurſantes in contrarium obſiſterent, prohibentes ne vlterius tranſiret: quos Sanctus Epiſcopus paterne ad fidem catholicam deuote ſuſcipiendam, & à crudeli ſtrage Chriſtianorum pie deſiſtendum commonuit. At illos tortores magis exaſperatos, & acerbam necem Sancto viro comminatos, poſtquam vt perditionis filios præſul excommunicauit & maledixit, fulmineus ignis mox à cælo deſcendens miſerabili morte viuos abſumpſit: vt Chriſtiani hoc viſo miraculo conſtanter in eos cum armis irruerent, & reſiduam Danorum cateruam Traiecto cum victoria profugarent.

Sanctus is Epiſcopus prophetico etiam ſermone claruit, qui multa futura ſecretariis ſuis edidit. Venerabilis enim Baldricus iuuenis bonæ indolis quodam tempore duos clericos ſuæ patriæ ad præſentiam eiuſdem Epiſcopi deduxit, poſtulans, vt ab Epiſcopo promouerentur ad ordinem Sacerdotii. Beatus verò Pontifex ore rotundo ſubridens, ait, Fili dilecte, anno vertente tertio, me defuncto præſentis Eccleſiæ tu paſtor eris, & hos clericos propriis manibus ad ſacerdotii gradum promouebis, & tam aulam quam vrbem Traiectenſem ad ſtatum priſtinum reparabis. Demum idem Rathbodus Epiſcopus apud Trentam magna affectus ægritudine, lecto decubuit, cui mater miſericordiæ virgo Maria cum ſplendore radioſi luminis apparuit, comitata ab Agnete & Cæcilia virginibus, & in hunc modum venerando Pontifici loquens, Fili chariſſime, ne formi-

Tecla

des

mides me videre præsentem quam in magna deuotione sæpe salutasti absentem. Securus esto, quia hanc infirmitatem euades, veruntamen in præsenti seculo non diu manebis: Et ecce splendor immensæ claritatis euanuit, & fragrantia redolentis odoris inualuit. Beatus ergo Pontifex ab eadem conualescens ægritudine, aliquos familiares suos, cuiusmodi pulchritudinis vel effigiei Regina cœli virgo Maria fuisset, edocuerat: qui dehinc Trentam exiens ac in Otmarschem sine languore lecto decumbens, hanc antiphonam (ecce laude digna) in honorem Sancti Martini legit, & tertio Calendas Decembris feliciter à seculo transmigrauit. Iste Sanctus Episcopus in graui Danorum persecutione annis viginti septem Traiectensem gratiosè rexit Ecclesiam, qui per clerum & populum honorifice tumulatus requiescit apud Dauantriam, vbi tanti confessoris intercessione, Deus indigentibus beneficia largitur, & frequenter multa miracula cum virtutibus operatur. (Hæc ex Chronicis)

Mortuo itaque Arnulpho Imperatore successit Ludouicus huius nominis tertius, filius eius Anno Domini nongentesimo tertio. Mundi verò MMMMMMXI. & regnauit annis decem. In isto Ludouico incepit deficere progenies Caroli Magni in regno Germaniæ, & cessauerunt Franci imperare, cæperuntque tempore istius Ludouici Itali imperium arripere. Exemptum enim imperium à Francis fertur ad Italos, vt sentiunt Romani: quia Francigenæ non adiuuabant Romanam Ecclesiam contra Longobardos rebellantes & multas iniurias inferentes. (Hæc ex Chronicis.) *Ludouicus filius Arnolphi Imp.*

Anno Ludouici primo Vngarorum gens barbara quæ quibusdam clusis remota, nec ad meridianam, nec ad occidentalem plagam exeundi antea habuerat facultatem, per Arnulphum ruptis clusis emissa, quæ Arnulpho viuente aliquantulum temperauerat rabiei suæ, modò eo mortuo per totam Galliam, Germaniam, Italiamque, vt fera tempestas diffunditur. (Hæc Sigibertus.)

Ludouicus itaque Rex gentis suæ depopulationem ex Hungarorum crudelitate sentiens, suorum omnium animos excitat, & metu pœnæ constringit, vt si bello quod tunc acturus esset, officio suo quenquam deesse contingeret, laqueo vitam finiendam sciret. Innumerabilis denique illa gentis pessimæ collectio copiis huius obuiam properare festinat, nec videas sitientem animam ardentius haustum laticis gelidi, quàm prælii diem gentem hanc crudelem appetere. Neque enim haud aliud quàm dimicasse iuuat. (Hæc Luithprandus.)

Anno eiusdem tertio Vngari superioris anni victoria elati, regnum Ludouici subtributum redigunt. Item hæc dicit Episcopus Otto, quod Vngari commisso cum Baioariis bello, Ducem eorum Leopoldum Arnoldi Ducis patrem occidunt, ac inde per totum regnum diffusi Allemaniam, Franciam, Saxoniam, Turingiam percurrunt, qui etiam Longobardiam peruagantes incolas terræ occurrentes sagittis perimunt, crudeliterque depopulata prouincia ad propria reuertuntur. (Hæc Episcopus Otto.)

Item Regino Abbas Prumiensis Chronicon suum à natiuitate Domini inchoatum vsque ad hunc annum perduxit. Abbatia Cluniacensis fundata est. Wilhelmus Pius Dux Aquitaniæ in fundatione Cluniacensis multa bona contulit. (Hæc Albericus.) Eclipsis Solis accidit in diebus litaniarum sexto Nonas Maii quarta feria, circa horam diei octauam, & permansit hora fere dimidia adeo obscura, vt stellæ in cælo clarissime visæ sint. (Hæc Elmandus.)

Anno decimo Ludouicus rex Germaniæ moritur, qui propter tyrannorum in Italia insolentiam, & malorum concursum non meruit Imperialem benedictionem. (Hæc Sigibertus.)

Cum Theodericus primus Comes Hollandiæ defunctus esset, Theodericus filius eius vnigenitus, secundus Hollandiæ Comes hæreditarie sublatus fuit, ducens in vxorem Hildegundam (vt creditur) filiam Ludouici Regis Franciæ, de qua genuit Arnulphum Comitem, Sanctum Egibertum septuagesimum quartum Archiepiscopum Treuirensem & Arlindim puellam venustatis eximiæ. Cæpit *Hollandica.*

autem prædictus Comes Theodericus Anno Domini nongentesimo primo. Imperii verò Arnulphi Anno vndecimo, & rexit comitatum annis octoginta octo, qui post obitum patris sui cum Frisonibus discordare cæpit, quos tamen triumphali gladio ditioni suæ subegit: Quapropter idem Comes lapideum in Egmunda monasterium construxit, & amotis monialibus plantauit ibidem de religione Sancti Benedicti monachorum collegium, qui continue Deo deuotum obsequium impenderent, & cum opus esset, diris Frisonum insultibus obsisterent. Iste ergo Comes Egmundensem Ecclesiam largis ditando possessionibus obtulit historiam tripartitam, & textum quatuor Euangelistarum auro fuluo, precioſisque lapidibus circumtectum. Nihilominus Hildegunda Comitissa similiter eidem Ecclesiæ de liberali munificentia super altare N. totum aureum cum variis gemmis incomparabilis pretii valde fulgidum obtulit. De cuius cacumine lapis, vt fertur, Ostilarius furtiue sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum sacrarium radiis emicantibus illustrauit.

Isto etiam tempore Sanctus Hieron per Diocesanum Episcopum & Comitem Theodericum cum miraculis in Egmundam translatus est, qui pridem à Danis in Nortich martyrii palmam consecutus erat. Tandem Theodericus huius nominis secundus comes Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ pridie Nonas Maii requieuit in Domino, sepultus apud patrem in monasterio Egmundensi. Iste Theodericus cum patre suo comitatum Hollandiæ centum viginti quinque annis glorioſe rexit, & crudeles Danos de finibus suis potenter abegit. Hildegundis autem sua contoralis tertio Idus Aprilis obdormiunt in Christo sepulta apud antedictum monasterium cum marito suo. (Hæc ex Chronicis Comitum Hollandiæ.)

Leodienſia. Stephanus filius Comitis Salinensis, doctor Sacræ Theologiæ, & excellens poeta, & in Ecclesia Metensi canonicus, trigesimus nonus Episcopus Tungrensis & Leodiensis efficitur Anno nongentesimo quarto, Pontificatus Benedicti huius nominis quarti Anno secundo. Sedit annis octodecim. Responsoria quæ modo cantantur de inuentione Sancti Stephani fecit. Vitam Beati Lamberti multò pulchrius dictauit: Responsoria & antiphonas, quæ in eius solennitate cantantur, edidit. Item ad Robertum Metensem Episcopum scripsit capitularium librum, in quo capitula responsoria, versus, collectæ per singulas horas diei & noctis per totum annum distinguuntur, quo nunc vtuntur plurimæ Ecclesiæ. Fecit & responsoria de Sancta Trinitate: propter quod Richarius successor eius in Ecclesia Sancti Lamberti altare in honorem Sanctæ Trinitatis super sepulchrum eius erexit Anno Domini DCCCCXXXII.

Anno præsulatus Stephani sexto, qui est annus salutis nongentesimus nonus, sexto Idus Februarii passus est in Hoyo Mengoldus Comes Hoyensis Dux & martyr, vir sanctus: qui omnibus relictis, militiæ renuntiauit (vt & Gisla vxor eius sacrum velamen sibi imposuerat) peractaque septenni pœnitentia nudis pedibus sacra loca circumeundo, tandem reuersus admonitione diuina, occisus est à nequam hominibus.

Istius tempore floruit Sanctus Gerardus Abbas & fundator cœnobii Bronii, filius Comitis Namurcensis ex Plectrude sorore ipsius Stephani: quô corpus Leodegarii & lapis, super quem Beatus Dionysius missam in carcere celebrauit, & corpus Sancti Eugenii Apostolorum discipuli & Episcopi Tolosani, translati sunt. Obiit Stephanus Episcopus decimo quarto Calend. Iunii. Sepultus in Ecclesia S. Lamberti. (Hæc ex Chronicis.)

Treuirenſia. Venerabilis Tuberus creatus est septuagesimus Archiepiscopus Treuirensis Anno Domini nongentesimo septimo, Pontificatus Benedicti quarti Anno tertio, & præfuit annis sexdecim. Iste fecit & compleuit librum decretorum ad Episcopum Virdunensem Dodonem. (Hæc ex Chronicis.)

Item apud Constantinopolim Leone Imperatore mortuo, Constantinus filius eius, & Alexander frater ipsius Leonis imperare cæperunt Anno Domini nongente-

gentesimo quinto. Regni Ludouici Regis Germaniæ huius nominis tertii Anno tertio, & imperauit anno vno. (Hæc Sigibertus.)

Defuncto Ludouico Rege, Otto Saxonum Dux auus magni Ottonis ab omnibus petitur Princeps, sed vir clarissimus tanquam senio grauis, Rex fieri recusabat. Conradus ergo Conradi, quem Albertus occiderat, filius, & non Ludouici Regis, (vt quidam scriptores ponunt) consilio Ducis illius Ottonis, consensu omnium Orientalis Franciæ Rex creatur: quem nonnulli Ludouici fratris filium fuisse dicunt, & ob hoc eum nouissimum in familia Caroli ponunt. (Hæc ex Chronicis.) *Conradus Imp.*

Conradus iste Francorum ex genere oriundus vir erat strenuus, bellorumque exercitio traditus. (Hæc Luithprandus.) Regnauit annis septem, qui & ipse caruit benedictione Imperiali. Cæpit autem Anno Domini nongentesimo decimo tertio, & mundi MMMMMMCXI. (Hæc Sigibertus.) Tandem Conradus Rex moriens septimo Anno regni sui, præsentibus regni Principibus præter Saxonum Ducem Henricum, qui aduersarius eius fuerat, omnes ad concordiam inuitans, coronam, sceptrum, & cuncta regalia eidem Henrico transmisit, rogans omnes & obtestans, vt eum eligerent, & suum Dominum constituerent. Qui regiæ dignitatis culmen, & prius humiliter declinauit: At paulo post non ambitiose suscepit. Verum nisi pallida mors, quæ pauperum tabernas regumque turres æquo pulsat pede, Conradum Regem tam citò rapuisset, is fuisset, cuius nomen mundi nationibus imperaret. (Hæc Luithprandus.) Deinde igitur primo separatur & deficit penitus imperium Romanum à stirpe Regum Francorum, qui postea tantumodo super Brabantiam & Lotharingiam gubernarunt, idque non diu: Nam postea malis ingruentibus sola vix Brabantia veræ stirpi Carolorum remansit, vt patebit. (Hæc Collector.)

Henricus huius nominis primus inter Reges Teutonicorum, filius Ottonis Ducis Saxoniæ post Conradum, cæpit Anno Domini nongentesimo vigesimo. Mundi verò MMMMMMCXVIII. regnauitque apud Teutonicos solum annis octodecim, vnde nec ipse inter Imperatores computatur, quia non regnauit in Italia, nec per Papam fuit coronatus. (Hæc Bernhardus.) *Henricus Auceps Imp.*

Istum Henricum cum vnctio & diadema offerretur, respondisse aiunt, Satis sibi esse vt præ maioribus suis Rex dicatur, & designetur annuente diuina pietate: sed ad meliores se pertinere talia, nec se tanto honore dignum esse. Placuit iste sermo coram vniuersa multitudine, eoque Rex tanto libentius fuit appellatus. Alia Chronica dicunt: Dum legati ad eum venirent, inuenerunt eum ante liorreum sedentem, & retia, quibus aues caperet, texentem, vnde postea vocatus fuit Auceps: Sic igitur, licet renueret, Rex fieri cogitur. Sed quia iurauerat nunquam se coronam gestaturum, noluit coronam capiti imponere, sed penes se coronam ferri iussit. (Hæc ex Chronicis.)

Iste Henricus Rex habuit vxorem nomine Mechtildem supra modum humilem & misericordem, quæ totam stirpem Saxonum sua nobilitauit virtute, quæ erat filia Theodorici Comitis de Aldenborch, qui Theodericus habuit tres fratres, videlicet Widekindum, *Vniuedum & Rembertum, & erant de stirpe Widekindi Ducis Saxoniæ & Westphaliæ, quem Carolus Magnus fecerat Christianum. Prædicta Mechtildis peperit Henrico Regi tres filios, videlicet Ottonem, qui post eum imperauit, Henricum, qui postea factus est Dux Bauariæ, & Sanctum Brunonem, qui factus est Archiepiscopus Colonienses, & cum hoc Dux Lotharingiæ. Henricus Rex condidit Goslariam, Quidalinborch & Misniam ciuitatem, quam à Riuo ibi surgente ita nominauit: Merseburgensem ciuitatem muro cinxit. Mechtildis verò vxor fundauit monasterium in Northusen. (Hæc Gobelinus.) *Vinuedum.

Ista Sancta Mechtildis Regina post obitum viri sui, diu in viduitate permansit, & monasteria & hospitalia plura fundauit, in aduersis patientissima, in orationibus ita peruigil, vt totum psalterium ante matutinas absoluere soleret. Tan-

dem ſpiritu prophetiæ mortem prædicens migrauit ad Chriſtum, Sanctam ſobolem relinquens in conſolationem totius Eccleſiæ. (Hæc Collector faſciculi temporum.)

Anno Henrici Regis ſecundo Spitignæus Dux Bohemiæ ad fidem Chriſti conuerſus, iuſte & religioſe in Bohemia regnat, & poſt eum Wenzelaus filius eius, & poſt Wenzelaum, Wenzelaus rurſus filius iuſtitia & ſanctitate præclarus cui frater Bolizlaus nimis aduerſabatur. (Hæc Sigibertus.)

Iſto tempore floruit in Anglia Aurelianus Carthuſienſis Archiepiſcopus. (Hæc Albericus.)

Anno eiuſdem Henrici Regis decimo ſexto in Genuenſi vrbe fons ſanguinis largiſſime fluxit, portendens forte vrbis ipſius imminentem ruinam, quæ eodem anno ab Africanis cum claſſe illuc venientibus capta, cunctis ciuibus (exceptis paruulis ac mulieribus) captis & occiſis, theſaurum etiam totum amiſit. Rex Henricus Danos, qui per piraticam Friſones incurſabant, vincit & tributarios facit, & Chnipam regem eorum ad baptiſmum adducit.

Anno decimo octauo eiuſdem Henrici prodigia apparuere. Sol ſereno cælo obſcuratur, per feneſtras verò domorum radios quaſi ſanguineos immittit: Mons, vbi poſtea Henricus ſepultus eſt, flammas multis in locis eiomebat. Item hominis cuiuſdam ſiniſtra manus ferro amputata, poſt annum pene integrum ei dormienti reſtituta fuit, cui pro ſigno miraculi linea quaſi ſanguinea loco coniunctionis relinquebatur. (Hæc Sigibertus.)

Eo tempore Rex Henricus in caſtello (quod eſt in Turingorum & Saxonum cõfinio, & dicitur Hyemillenua) grauiſſima valetudine correptus migrauit ad Dominum, cuius corpus in Saxoniam deportatum in nobiliſſimarum ac religioſiſſimarum monaſterio puellarum, quod in ipſius regis prædio ſitum Quitelingaburg vocatur, intra Eccleſiam cum maxima veneratione eſt repoſitum, vbi & venerabilis eius coniunx regnique conſors ex eadem gente nomine Mechtildis, vltra omnes quas videram & audiueram matronas pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium viuamque Deo hoſtiam offerre non deſinit. (Hæc Luitprandus.)

Treuirenſia. Venerabilis Rupertus filius Theoderici Saxoniæ Ducis, frater Mechtildis Reginæ Allemanniæ, factus eſt ſeptuageſimus primus Archiepiſcopus Treuirenſis Anno Domini nongenteſimo vigeſimo primo, Pontificatus Ioannis decimi anno quinto, & præfuit annis triginta nouem. Iſte corpus Sancti Seueri, de quo in primo libro dialogorum legitur, de Italia tranſtulit, quod per Moſellæ fluminis alueum, diuino famulante nauclero, tranſuectum in locum, qui Hartonis portus dicitur, appulit, vbi à fratribus monaſterii Sancti Martini de Pago nomine Megine ſuſceptus, & in eodem monaſterio conditus eſt. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Colonienſia. Venerabilis præſes Wickfridus vigeſimus quartus aſcendit ad cathedram pontificalis dignitatis Colonienſis Eccleſiæ Anno Domini nongenteſimo vigeſimo tertio, Pontificatus Ioannis decimi Anno ſeptimo. Et præfuit annis triginta. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Leodienſia. Venerabilis Richarius Abbas Prumienſis & Stabulenſis à Carolo Simplici rege Francorum per authoritatem Papæ Ioannis decimi ordinatur quadrageſimus Epiſcopus & vndecimus Leodienſis repudiato Halduino, qui pecunia data Duci Giſliberto Bullonienſi, ambiebat ab eo Epiſcopatum. Cæpit autem Anno Domini nongenteſimo vigeſimo ſecundo, Pontificatus Ioannis huius nominis decimi Anno ſexto, & præfuit annis viginti quatuor. Is erexit altare ante corpus Sancti Lamberti, & Eccleſiam Beati Petri Leodienſem ad pedem publici montis ſitam, per Normannos tempore Franconis Epiſcopi deſtructam reparauit, & vehementer eam ditauit, nigriſque monachis, qui antea ibi erant, cedere iuſſis, ædificiis ampliauit, triginta ibi conſtitutis canonicis, quibus patrimonium ſuum in parochia Metenſi contulit. Ædificauit etiam ſuper riuulum Legiam iuxta Eccleſiam Sancti Petri, Ec-

tri, Ecclesiam parochialem ad honorem Beati Seruatii Anno Episcopatus sui decimo nono. Refert enim antiquitas quondam ibi fuisse paruam Ecclesiam in honorem Sancti Petri fundatam: quam cum Sanctus Seruatius intrasset, per reuelationem diuinitus accepisse futurum, vt in eodem loco à quodam eius successore nomini suo Ecclesia ædificaretur, qui Deo gratias retulit, & baculo suo locum signauit, & ibidem de rupe oratione sua fontem excitauit, qui ductus per canalem sub terra vsque hodie potum habitatoribus præbet. Totam decimam de Auzi & Hembri custodiæ Beati Petri contulit: Reædificauit etiam per diœcesim suam, sicut & prædecessores sui Stephanus & Franco plures Ecclesias à Nortmannis destructas interfectis abbatibus, monachis & monialibus, in quibus nouenos instituerunt clericos, inter quos vnum statuerunt, qui Ecclesiæ curam gereret, & Ecclesiæ de personis & bonis prouideret, & hospitalitatem tam præsens quam absens exhiberet: quem abbatem secularem vocauerunt, ne antiqua deuotio deperiret: Et hi abbates dicuntur Capellani Episcopi, qui per mensis singulos debent cum eo esse & horas decantare: Et sunt isti: Prima abbatiarum est Sanctæ Mariæ Sanctique Lamberti: Secunda, Eckensis: Tertia Amaniensis: Quarta, Sancti Domitiani Hoyensis: Quinta, Sancti Seueri Messensis: Sexta, Sanctæ Mariæ Crinacensis: Septima, Haledini Cellensis: Octaua, Sanctæ Mariæ Dionantensis: Nona, Sanctæ Mariæ Namurcensis: Decima, Sanctorum Petri & Bertinini Maluyensis: Vndecima, Sancti Petri Aluenz: Duodecima, Sancti Theodardi *Tudurensis: Tredecima, Sancti Rimoldi Mechlinensis Cameracensis diœcesis. Obiit Richarius decimo Calendas Augusti, sepultus Leodii in Ecclesia Sancti Petri in parte sinistra, &c. *Tridunensis.

Venerabilis Baldricus filius (vt quidam tradunt) Rixfridi Comitis Cliuensis, qui princeps erat egregius secundum Beati Rathbodi vaticinium, Traiectensis decimusquintus electus est Episcopus Anno Domini nongentesimo vigesimo octauo, Pontificatus Ioannis decimi Anno duodecimo, & præfuit annis quadraginta nouem. Iste Baldricus impetrauit ab Ottone primo Rege Romanorum confirmationem omnium bonorum, iurium, & priuilegiorum Ecclesiæ Traiectensis per diuersos imperatores & Reges concessorum, & anno præsulatus sui octauo, effugatis Danis, ciuitatem suam turritis mœnibus strinxit, excelsis propugnaculis muniuit: incensas Ecclesias refecit, ac aulam cum cæteris ædificiis obrutis honestissime reparauit. *Traiectensis.

Anno præsulatus sui tricesimo nono Baldricus Episcopus transcendens alpes venit in Italiam, vbi pro quibusdam necessitatibus Ecclesiæ Imperatoris Ottonis exquisiuit præsentiam. Demum idem antistes valedicens Regi corpora Sanctorum martyrum, Pontiani, Benigni, & Agnetis secum transtulit, ac eadem in Ecclesia Traiectensi cum ingenti deuotione reposuit: Insuper & idem Episcopus corpora Sanctorum Werenfridi, Lebuini, Plachelmi, Wironis, Othgeri, Adulphi & Rathbodi per mysticam reuelationem inuenit: De quibus Sanctis Patronis Traiectensem Ecclesiam glorioſius adornauit. Tandem idem Baldricus felicis recordationis Episcopus sexto Idus Ianuarii grandæuus migrauit ad Dominum, & ad maiorem Ecclesiam honorifice deuectus, & ibi sumptuosis exequiis cum præteritis Sanctis patribus inhumatus est. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Ludouicus huius nominis quartus, Caroli Simplicis filius in Franciam reuersus, & licet ærumnose, tamen in regnum restitutus regnauit annis viginti septem. Cæpit autem Anno Domini nongentesimo vigesimo nono. Regni Henrici huius nominis primi Anno decimo. (Hæc Sigibertus.) De quo in gestis Ducum Brabantiæ sic habetur. Franci destinato Wilhelmo Senonensi Archiepiscopo in Angliam accersunt Ludouicum Caroli Simplicis filium, quia solus ipse reliquus erat, propinquior coronæ regni: quibus tamen mater eius annuere detrectabat, donec adhibita firmitate sub præstito iuramento promitterent Regem se illum creaturos: quod cum factum fuisset, venit Ludouicus in Franciam, & apud Laudu- *Ludouicus Rex Galliæ, Caroli Simplicis filius.

num à Remensi Archiepiscopo consecratus est.

Anno eiusdem Ludouici sexto Sol horribilem eclipsim passus est feria sexta, hora diei tertia. Item Ludouicus Rex Francorum à Ducibus suis circumuentus, à Nortmannis capitur, & consilio Hugonis Lugdunum missus publicæ custodiæ traditur: Carolomannus verò maior filius eius à Nortmannis abductus, Rotomagi moritur.

Anno sequenti Rex Otto cum triginta duabus legionibus Franciam ad liberandum Ludouicum aggreditur, & Ludouicus eius metu à custodia relaxatur, Rex Otto Lugdunum capit: Hugonem intra Parisios concludit: Remini capit: Hugonis nepote, qui Episcopatum vsurpauerat, expulso legitimum Episcopum restituit & vsque Rotomagum potenter procedit, & castellis ac vrbibus quas ceperat Ludouico redditis in Saxoniam redit. 10

Anno eiusdem vicesimo secundo, Rege Ottone secundam expeditionem in Franciam parante, Hugo virtutem eius non ferens iuxta fluuium Charum ei occurrit, & pacto pacis secundum nutum Regis facto, manus ei dedit. Tandem Ludouicus Rex Anno regni sui XXVII. Ottonis primi XVIII. obiit. De quo ait Guido: Rex Ludouicus Remos à Lauduno descendens, dum secus littora fluminis Axonæ dum à iunioribus suis visum proxime lupum, vt inuisum animal sectatur, ab equo currente & mox ruente grauiter attritus, militari in feretro Remos deuehitur, ibique defungitur, & apud Sanctum Remigium sepelitur: Vxor quoque eius Regina Gerberga sepulta est postmodum in eadem Ecclesia, vbi multa bona de suis contulit, videlicet Prioriam de Condes Lingonensis diœcesis, Prioriam de Marchia diœcesis Leodiensis iuxta Traiectum & multas alias per diuersa loca. (Hæc Goblinus.) 20

Otto primus Imp.

Post Henricum imperauit Otto primus, qui cæpit Anno Domini nongentesimo trigesimo octauo, Mundi verò MMMMMMCXXXVI. Et imperauit annis triginta sex. (Hæc Sigibertus.) Cum Otto post mortem patris sui Aquisgranum cum Episcopis causa coronæ regni suscipiendæ veniisset, enata discordia fuit, quis eum deberet coronare: Cum Archiepiscopus Treuirensis, quia locus coronationis esset in prouincia sua, ad se pertinere diceret. Sed tandem concorditer concesserunt illa vice duntaxat potestatem Archiepiscopo Moguntino, qui magnæ literaturæ & sanctitatis erat, qui & coronauit eum. (Hæc Goblinus.) 30

Anno regni Ottonis primo Princeps Bohemiæ Wenzelaus vir Sanctus martyrisatur à fratre suo Bolizlao, ambitione præripiendi principatus seducto. In cuius vltionem Rex Otto bellum Bolizlao indixit & longa inter eos contentio per quatuordecim annos protracta est. (Hæc Sigibertus.) Prædictus verò S. Wenzelaus, licet esset princeps & dominus, tamen tantæ humilitatis & deuotionis fuit, vt cum quodam seruo clam de nocte ad propriam syluam iret, & propriis humeris ligna deferens ante fores viduarum & pauperum clam deponeret, colligebat & spicas noctu de agro suo, & clam virga excutiens & propria manu hostias faciens, per Ecclesias distribuebat. Wenzelaus post trecentos passionis suæ annos Regi Danorum Henrico quiescenti per visum apparuit, eique quod suo genere mortis mori deberet reuelauit, præcipiens vt in honorem illius qui Wenzelaus olim dicebatur monasterium construeret: qui Rex à somno consurgens, stupefactus de visione, cæpit de Sancto Wenzelao, de quo nunquam ante audierat, ex Episcopis & aliis, quis esset, perquirere: Et cum intellexisset fuisse principem Bohemiæ & à fratre occisum, erexit in honorem ipsius in Niualia Cistertiensis ordinis magnarum possessionum monasterium: Sed antequam consummasset, iussu fratris sui Abel dicti, sicut Sanctus reuelauerat, peremptus est. (Hæc ex Chronicis.) 40

Anno Ottonis secundo Italiam vexat hæresis Anthropomorphitarum, id est, corpoream formam Deum habere dicentium: contra quam Ratherius Veronensium Episcopus & verbis & scriptis reclamabat. 50

Anno eiusdem Ottonis quarto orta est dissensio inter principes de varietate legis, vtrum auis superstitibus filii filiorum post patres defunctos adire hæreditatem, an exhæredatis fratruelibus (fratrum mortuorum liberis) hæreditas ad viuentes patruos

truos redire deberet: Vbi ex Ottonis Regis omniumque principum sententia cognitio veritatis commissa gladiatorio iudicio fuit, cessitque victoria his, qui censebant mortuorum fratrum filios venire ad hæreditatem cum patribus debere.

Anno regni eiusdem Ottonis octauo Archiepiscopus Fridericus claustrum S. Petri Moguntiæ construxit.

Anno eiusdem decimo tertio per loca Galliæ & Germaniæ plurimi & magni terræ motus facti sunt.

Anno eiusdem decimo nono in Italia lapis miræ magnitudinis ac tempestate turbulenta de cælo iactus ingens miraculum videntibus præbuit: Templa plerisque in locis valida tempestate concussa sunt: vtriusque ordinis sacerdotes ictu fulminis interierunt, & plura horrenda dictu portenta in cælo monstrata sunt.

Anno vigesimo secundo eiusdem, prodigiosa res multos terret & à vitiis coercet, notis crucis in veste plurimorum apparentibus, quorundam autem vestibus quasi lepra sordentibus.

Anno eiusdem Ottonis vigesimo nono, Danis, qui Christum & idola simul colebant, cum Popone clerico in conuiuio de Dei & Deorum cultu altercantibus & Danis asserentibus Iesum Christum esse quidem Deum, Deos verò alios maiores & antiquiores illo esse. Popone verò econtra affirmante Iesum Christum solum verum Deum esse, vnum in substantia, trinum in personis, Rex Danorum Araldus indixit clerico, vt fidem à se propositam probaret testimonio veritatis: quo annuente, ingentis ponderis ferrum valde ignitum manibus illius ferendum imponitur; quod cum clericus vsque ad congregationem omnium absque vlla læsione tulisset, Rex penitus abiecta idololatria se suosq; ad colendum verum solum Deum conuertit: Clericus verò ad Episcopatum promotus est, &c. Item iste Imperator Otto, secundum Sigibertum in terra Saxonica venas auri & argenti primus industria sua aperuit & inuenit, &c.

Item circa annum Domini nongentesimum septuagesimum primum fuit mulier in Wascohia ab vmbilico sursum diuisa, duo pectora & duo capita habens, vno comedente vel dormiente, alterum quandoque neutrum faciebat, vixeruntque ambo multo tempore, nec simul ambo mortua. Hæc Martinus. Iste Otto Imperator omnibus bene compositis reuersus ex Italia Pascha Domini Quidtiliburgi celebrans, ac inde Martianopoli ascensionem Domini ex more celebrans, morbo tertia ante Pentecosten feria correptus Imperii Anno vndecimo diem vltimum clausit, regni verò Anno trigesimo sexto. Qui Metropolim Magdeburgensem, vbi adhuc cultu regio humatus cernitur, plurimis ornamentis decorauit. Iste glorioſus Imperator de innumerabilibus quasi præliis triumphauit in Francia, Italia, Vngaria, Bohemia, Bauaria, &c. quæ propter nimiam prolixitatem omisi scribere, vt etiam reliquias quas diuersorum Sanctorum diuersis temporibus ex Italia ad diuersa transtulit loca breuitatis causa non ascribo.

Venerabilis Hugo huius nominis primus, vir in omnibus clarus ordinatur quadragesimus primus Tungrensis, & duodecimus Leodiensis Episcopus anno Domini nongentesimo quadragesimo sexto, Pontificatus Martini huius nominis tertii anno tertio, præfuit annis duobus, mensibus sex: Obiit tertio Calendas Aprilis sepultus in Ecclesia Leodiensi. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Leodienſes.*

Farabertus Abbas Prumiensis, vir religiosus, quadragesimus secundus Episcopus Tungrensis & XIII. Leodiensis, filius Comitis S. Pauli, cæpit An. Dom. DCCCCXLVIII. Pontificatus Agapiti Papæ secundi Anno II. & præfuit annis VI. Iste acquisiuit monasterium Eykense cum omnibus pertinentibus, ac Ecclesiam parochialem S. Andreæ Leodii iuxta forum construxit. Eo tempore ædificatæ fuerunt parochiales Ecclesiæ Sanctorum Georgii & Catharinæ Leodii. Obiit ille Leodii quinto Calendas Aprilis, & sepultus est in crypta S. Lamberti. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) Item Anno Domini DCCCCXLIX. Sol per aliquot dies veluti sanguinem sudans apparuit, & statim repentinæ plurimorum hominum infirmitates & mortes subsecutæ sunt, &c.

Colonienſia. Mortuo Wickfrido, Colonienſium Epiſcopatum ſuſcepit vir glorioſus Bruno, frater Ottonis Imperatoris huius nominis primi, Anno Domini nongenteſimo quinquageſimo tertio, Pontificatus Agapiti Papæ ſecundi Anno ſeptimo, & præfuit annis duodecim. Quis verò, quantus, qualiſve fuerit apud Deum & homines, Lector ediſcat ex vita ipſius quam Rogerus luculenter deſcripſit. Iſtius ſtudio tranſlata ſunt Roma Coloniam corpora Sanctorum Elifii, Patrocli, Prinati, Gregorii, cum baculo Sancti Petri: Corpus etiam Sancti Euergisli Coloniam Bruno reduxit, & multorum aliorum Sanctorum corpora & reliquias vndecunque potuit, collegit, & eis loca & miniſteria cum omni ſumptu & apparatu copioſè præparauit: inter quos inclytæ & præclaræ famæ martyres, Patroclum, quem de ciuitate Trecaſſina detulit, Suſatum tranſmiſit, & Sanctum Elifium ad Sanctum Martinum in Colonia collocauit. Chriſtophori Sanctique Pantaleonis precioſas reliquias (quibus patronis ſpecialius vtebatur) vtpote gemmas precioſiſſimas & gratiſſimas, dulciſſimaque pignora ad ſanctiſſimam ſuæ Eccleſiæ ſedem miro ambitu variis de locis adduxit: Inſuper & catenam Sancti Petri Apoſtoli de Romana vrbe aduexit: & præterea præ cæteris anteceſſoribus ſuis Colonienſem Epiſcopatum ampliauit. Nam præter alia, quibus Eccleſiæ profuit, Ducatum Lotharingiæ laudabiliter retentum ſucceſſoribus ſuis reliquit. Caſtrum Tuycenſe propter frequentes aduerſitates rebellantium confregit, pontemque vltra fluuium Rheni ex aduerſo ciuitatis Colonienſis deductum, propter latrocinia frequenter in eodem commiſſa deiecit, & primus Coloniam à tributo liberam eſſe fecit. Poſtremo cœnobium Sancti Pantaleonis, ordinis Sancti Benedicti extra muros Colonienſes inſtituit, vbi ſepultus feliciter in Domino requieſcit miraculis coruſcando. (Hæc ex Chronicis.)

Iſte Bruno anno præſulatus ſui quinto, regni Ottonis verò fratris ſui vigeſimo Ducatum Lotharienſium poſt Conradum adeptus eſt: cœnobium S. Pantaleonis Coloniæ conſtruxit.

Anno ſequenti Bruno Archiepiſcopus plures Nortmannorum cum principibus eorum baptiſari fecit.

Anno Epiſcopatus eiuſdem ſeptimo Bruno Archiepiſcopus & Archidux Lotharingiæ ſecundas partes in regno fratris ſui potenter & induſtrie tenens, Raginerum Montenſem Comitem, qui Longicollus cognominabatur, apud Valentianas euocatum cepit & irreuocabili exilio mulctauit, tum quod regnum bellis turbaret, tum quod verius fuiſſe dicitur, quod mortuo Giſelberto Duce conſanguineo ſuo, ea quæ Giſelbertus vxori Gerbergæ ſorori Imperatoris & eiuſdem Brunonis in dotem contulerat, violenter auferre præſumebat. Bonis Ragineri ad fiſcum publicatis, filii eius Raginerus & Lambertus ad Lotharium Francorum Regem confugerunt.

Tandem Bruno Dux & Archiepiſcopus in Franciam ad pacificandos nepotes ſuos Lotharium Regem & filios Hugonis pergens, vbi Compendium venit febre correptus Remos redit, & ibi, quicquid habuit in re mancipi, per teſtamentum Eccleſiis Sanctorum delegans mortuus eſt, corpuſque eius à Theoderico Epiſcopo Metenſi Coloniam transfertur. (Hæc Sigibertus.) Obiit decimo quarto Calendas Nouembris. In mites & humiles nemo eo humilior: Contra improbos & elatos nemo vehementior fuit. Item Chronica Epiſcoporum ſic habent: Dum Otto Imperator, Brunonis Archiepiſcopi germanus moram faceret in Italia, Bruno recepta ab Imperatore procuratione Galliarum, Ciſalpinarum, latrocinantibus fortiter Francigenis intulit bellum, & adeptus victoriam cæpit vrbem inſignem Pariſienſem, & theſauris copioſis ſpoliauit.

Idem etiam Bruno Archiepiſcopus Ducem Lotharingiæ latrocinantem bello victum in vincula coniecit, & iudicio fratris ſui Imperatoris reſeruatum, ab eodem Ducatum Lotharingiæ per ſententiam dicti Imperatoris & principum acquiſiuit, & Colonienſi Eccleſiæ applicauit, cum ante hæc ſua tempora Archiepiſcopi Colonienſes non iudiciis gladii temporalis, ſed tantummodo iuriſdictione vſi

ne vsi fuisset baculi pastoralis. Ipse similiter venerabilis præsul multas Ecclesias, alias quidem à fundamentis erexit, alias possessionibus dotauit, multas dirutas vel dilapsas magnifice restaurauit. Idem quoque venerabilis pater Bruno primus Coloniam à tributis liberam esse iussit. (Hæc ex Chronicis.)

Ratherius monachus Leodiensis, simplex & in artibus liberalibus expertus, bis Episcopatu Veronensi depulsus decimus quartus Leodiensis Episcopus per Sanctum Brunonem Archiepiscopum Colonienſem ordinatur post Farabertum Anno Domini nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificii Agapiti Papæ secundi Anno octauo. Habebatur verbis & scriptis clarus: sed dum in mores hominum nimis mordaciter inueheretur, & nec potenti nec humili penitus deferret, concessa parte redituum Episcopalium, reiectus ex Episcopatu in Lobias redit Anno præsulatus sui secundo. Ibique seruiens Domino anno decimo nono ab expulsione sua vitam finiuit, Anno tertio Nothgeri Episcopi Leodiensis: & ibi sepulturam accepit. Scripsit post expulsionem suam librum quem inscripsit Phrenesin, & alium, cui nomen inefficax, vel vitam Sancti Vrsmari Lobiensis Abbatis. Scripsit librum de corpore & sanguine Domini, & de prædestinatione, & librum sermonum satis mordacium. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Leodienſes.*

Baldricus huius nominis primus, filius Comitis Metensis, frater Comitis Hannoniæ, & Doctor laudabilis decimus quintus Leodiensis subrogatur Episcopus Anno Domini nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Agapiti Papæ secundi Anno decimo, præfuit Ecclesiæ annis tribus. Obiit decimo quinto Calendas Octobris sub Ioanne duodecimo, regnante in Allemannia Ottone primo: Sepultus est in crypta Sancti Lamberti. (Hæc ex Chronicis Pontificum Leodiensium.)

Lotharius inter Reges Francorum huius nominis quintus Ludouici quarti filius ex Gerberga sorore Ottonis Imperatoris: cuius vxor Regina Euma dicta est. Mortuo patre suo cæpit regnare Anno Domini nongentesimo quinquagesimo sexto, regni Ottonis huius nominis primi Anno XIX. regnauitque annis XXXI. & consecratus ab Archiepiscopo Remensi, constituit Hugonem Magnum Ducem Francorum. *Lotharius Galliæ Rex, Ludouici filius.*

Anno tertio Lotharii Hugo Magnus Dux Francorum moritur & in Ecclesia Sancti Dionysii sepelitur, qui à Sigiberto in Chronicis suis vocatur Comes Parisiensis: cui successerunt tres filii eius ex Hawide sorore Ottonis Imperatoris, Hugo videlicet & Otto & Henricus. Hugo (qui dicitur Capucius, quem vulgus appellat Capet) factus est Dux, & deinde regnum obtinuit: Otto frater eius factus est Dux Burgundiæ, & habuit vxorem filiam Giselberti, qui post primum Hugonem Magnum fratrem Rudolphi Regis Ducatum Burgundiæ tenuit. Sed illi in adolescentia absque liberis defuncto successit Henricus frater, bonis moribus & mansuetudine adornatus. Tres isti sororem habuerunt Beatricem, ex qua Fridericus Dux Mosellanorum genuit Ducem Theodoricum & fratrem eius Alberonem Episcopum.

Anno eiusdem Lotharii decimo, Otto Imperator Pentecosten Aquisgrani celebrauit, aduenientibus simul ex Francia sororibus suis Regina scilicet Francorum Gerberga matre Lotharii Regis & Caroli Ducis, & Hawide vxore Hugonis Parisiorum Comitis, quorum filius fuit Hugo, qui postea regnauit in Francia, vbi omnis illa regalis prosapia tanto ad inuicem congratulationis iubilo est affecta, vt in omni vita eorum vix aliquid gaudii huic lætitiæ potuerit æquiparari.

Anno regni eiusdem Lotharii decimo quarto, Ottonis Imperatoris primi anno trigesimo secundo, glorioſa regina Gerberga soror Ottonis prædicti cum consilio & assensu eiusdem tradidit Beato Remigio quoddam prædium & nonnullas villas pro fundatione præposituræ in Mersena supra Mosam prope Traiectum in territorio de Valckenburg pro salute sua & remedio senioris viri sui, piæ me-

moriæ, Giſelberti Ducis Lotharingiæ ſuperioris, eiuſque parentum, patris ſcilicet & matris Ragineri & Aluradæ.

Anno Lotharii vigeſimo fuit gelu magnum à Calendis Nouembris vſque ad æquinoctium vernale.

Anno eiuſdem Lotharii Regis vigeſimo quarto igneæ acies viſæ ſunt in cælo per totam noctem quinto Calend. Nouemb. Hæc Sigibertus.

Item Anno Regis eiuſdem Lotharii trigeſimo primo obiit Lotharius ſenex & plenus dierum, ſepultuſque eſt in Baſilica Beati Remigii Remis. (Hæc Andreas.) Dicitur fuiſſe intoxicatus ab vxore adultera, quo mortuo Ludouicus filius eius Rex Aquitanorum regnat in Francia Anno vno. (Hæc Albericus.)

Leodienſis. Quadrageſimus quintus Epiſcopus Tungrenſis & decimus ſextus Leodienſis ſuccedit Euraclius vel Heraclius, (vt in aliis Chronicis habetur.) Præpoſitus Bonnenſis Anno Domini nongenteſimo quinquageſimo nono, Pontificatus Ioannis Papæ duodecimi Anno ſecundo, & ſedit annis duodecim, qui ex claro ſanguine Saxonum oriundus, & Coloniæ literis imbutus, ſummis par philoſophis cenſebatur. Scholas igitur per clauſtra ſtabiliuit, & totam prouinciam ad ſtudium coaptauit: magiſtris ſua ope liberaliter prouidit: ſcholas ipſe viciſſim frequenter ingredi, ſcholaribuſque lectiones tradere & benigne, quæ non intelligebant, interpretari & enodare non indignum ſe iudicauit, & dum aliquando longius procederet, ſæpe ab Italia vel Calabria dulcibus epiſtolis magiſtros ad ſtudium prouocauit, vnde multos ex rudibus præclaros in ſcientiis reddidit. Item de Scripturis in via tractabat cum aliis, vnde charus valde fuit Brunoni Colonienſi Archiepiſcopo & Imperatori Ottoni & conſiliarius eorum. Morbo, Euraclius, qui lupus dicitur, in natibus tam dure laborauit, vt carnes eius corroderentur: dilatio verò mortis erat per hoc quod duo pulli gallinarum mane, duoque veſperi conſumendi lupinæ rabiei apponebantur, morbo gallinas conſumente.

Interea Epiſcopo & medicis deſperantibus, audiens Epiſcopus miracula multa per Beatum Martinum fieri, vouet viſitaturum ſe eius inſtanti feſto Beati Martini cum ſocietate honeſta ſepulchrum, quod & fecit. Itaque eò profectus per ſeptem dies ſolenniter ante tumulum Sanctum pronus iacebat, nocte dieque incumbens orationibus & lacrymis, compatientibus ei clericis. Septima verò nocte dormienti Epiſcopo Beatus Martinus in pontificalibus aſtitiſſe viſus eſt cum Beato Brixio, vbi Martinus dixit Brixio, Eſtne dignum vt is tam deuotus peregrinus recipiat ſanitatem: Cui Brixius, Eſt, (ait) cum ſit homo noſtri ordinis. Tunc Sanctus Martinus crucem ſuper eum depingens, dixit, Frater, ſanat te Dominus Ieſus Chriſtus, ſurge & dic Canonicis te per me ſanatum, & vt te in canonicum recipiant Eccleſiæ meæ, & hodie canta maiorem miſſam: quibus dictis morbi locum baculo tetigit, & viſio diſpatuit, & ſomnus receſſit. Epiſcopus igitur famulos iubet lucernas accendere, & ſe ſanum oſtendit: fit tumultus: (Te Deum) à Canonicis cantatur: Mane facto Euraclius in Canonicum recipitur & miſſam celebrat, & ſic ad propria redit, & Eccleſiæ Beati Martini Turonenſis & ſingulis Canonicis donaria deſtinauit, & Leodii Eccleſiam Beato Martino in deſcenſu publici montis fundauit, vbi triginta Canonicis reditus de propriis aſſignauit, ordinans eos ſecundum conſuetudinem Turonenſis Eccleſiæ in legendo & cantando, & aliis ritibus: & dum quodam tempore Turonum viſitaret, ſicut anno quolibet conſueuerat, iterum Beatus Martinus cum Beato Brixio & Euſtachio ei apparuit, dicens: Dic fratribus tuis, vt, quos Canonicos ſeruituros Deo & mihi ordinaſti, recipiant in fratres & ſucceſſores tuos omnes in Epiſcopatu Leodienſi, qui ſe mutuo viſitabunt, cum fuerit tempus, & in choro ſtallum & quotidianum ſtipendium habebunt. Item nomina defunctorum mutuo referantur, & cum pulſabitur diuina celebrabuntur. Iſtud autem totum ſub anathemate obſeruatum eſt.

Item Eccleſiam Sancti Pauli in inſula dictus Eraclius vſque ad feneſtras fundauit viginti Canonicis deputatis: de qua fertur oraſſe Deum, vt dictæ Eccleſiæ longitudinem & latitudinem oſtenderet. Itaque mane cum omnia loca circumquaque

quaque nix operiret, futuræ Ecclesiæ locum non tetigit. Construxit insuper Ecclesiam parochialem Sancti Seuerini Leodiensis, & eodem tempore Wilhelmus miles Ecclesiam parochialem Sanctæ Mariæ Magdalenæ iuxta vicum summi pontis Leodiensis. Euraclus ille cappas nigras in hyeme ferri mandauit, quia niger color pœnitentiæ magis aptus esset. Item cænobii Sancti Laurentii Leodii extra muros fundamenta iacet, & primum altare in honorem Sancti Sixti dedicauit. In hoc loco primum paululum stetit, sed morte præuentus cænobium imperfectum reliquit. Iste locus, vt dicitur, fuerat infamis latronum suspendio & cæde malignorum hominum. Refert etiam non vana vetustas hunc locum fuisse, vbi interfectores Sancti Lamberti, cum peracto scelere redirent, indignissima inter se diuiserunt spolia: mortem scilicet mutuis sibimet vulneribus inferentes suasque tam animas quàm corpora Diabolo, cui militauerant, sacrificantes. Iste Episcopus Sanctum Euermarum in villa Ruthis prope Tungrim martyrem Christi eleuatum de terra honorifice transfert, admonitus per venerabilem presbyterum Auselinum, qui ter per visum super hoc diuinitus erat instructus: vbi magna odoris fragrantia de corpore martyris processit Sancti Pauli fieri mandaret, idem Apostolus ei apparens dixit, non esse suæ voluntatis, vt aliquis qualiscunque iustus in Ecclesia sua sepeliretur: quod Euraclus suis reuelauit, & sic in Ecclesia Sancti sepultus est in medio chori. Sed tempore Hugonis secundi trigesimi sexti Episcopi Leodiensis à Decano eiusdem Ecclesiæ translatum est corpus eius in sarcophago marmoreo iuxta sinistram partem altaris maioris. Obiit autem sexto Calendas Nouemb. (Hæc ex Chronicis Pontificum Leodiensium.)

Venerabilis Henricus huius nominis primus post Rupertum creatus est septuagesimus secundus Treuirensis Archiepiscopus Anno Domini nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Ioannis Papæ duodecimi, anno tertio: Præfuit annis sex. Iste regulares officinas & claustrum circa maiorem Ecclesiam construxit, & rigorem regularis conuersationis ibidem decreuit exerceri: forum in loco, quo nunc videtur, instituit. Adfuit Romæ cum Ottone cùm deponeretur Papa Ioannes duodecimus. Tandem Henricus Episcopus in Italia obiit. (Hæc ex Chronicis.) *Treuirensis.*

Hic separatur Ducatus Brabantiæ & Lotharingiæ à corona Franciæ post annos ducentos duodecim, ex quo Pipinus huius nominis tertius, sextus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, pater Caroli Magni, eam possidere inceperat: & ideo compendii causa lineam Francorum volo postponere & prosequi lineam Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ, &c.

Carolus huius nominis quintus inter possessores Ducum Brabantiæ & Lotharingiæ filius Ludouici & frater Lotharii Regum Francorum hoc anno videlicet Domini nongentesimo sexagesimo tertio per resignationem fratris sui Lotharii accepit ducatum Lotharingiæ & Brabantiæ, Anno regni sui octauo, regni verò Ottonis huius nominis primi Anno vigesimo sexto, quem egregie rexit annis viginti nouem. Carolus ille princeps gloriosus qui fuit duodecimus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ in recta linea arboris descendendo, genuit ex filia Comitis Trecarum tres filios, videlicet, Ottonem, qui post mortem patris tenuit Ducatum Lotharingiæ, & Ludouicum & Carolum, qui viuente patre decesserunt, & duas filias Gerbergam & Ermengardem. Gerberga nupsit Comiti Lamberto cum barba ex quibus Duces Brabantiæ vsque in hodiernum diem processerunt, Lambertus fuit filius Ragineri Longicolli Comitis Hannonienſis, & frater Ragineri Comitis Hannonienſis post obitum patris. Ermengarda verò nupsit Alberto Comiti Namurcensi, de qua processit Balduinus Comes Flandriæ & Hannoniæ similiter vsque in hodiernum diem. (Hæc ex Chronicis Ducum Lotharingiæ.) *Brabantiæ & Lotharingica.*

Anno eiusdem Ducatus Caroli xv. fratris sui Lotharii Regis Francorum Anno XXII. Ducatus Lotharingiæ inferioris datur Carolo fratri Lotharii Regis Francorum multis insuper beneficiis conducto, & vt ipse ab insolentiis desistat,

& fratris sui Lotharii moribus obsistat. (Hæc Sigibertus.) Quæ donatio intelligenda est quantum ad dominium, & non quantum ad titulum, quia eundem Duces semper titulum obtinuerunt, licet aliqui Imperatores, vt Otto primus & Otto secundus per aliquot annos eiusdem Lotharingiæ inferioris dominium, culpis eorundem Ducum exigentibus sibi vendicauerunt, &c.

Colonienſia. Venerabilis Pater Folcmarus vicesimo sexto loco accepit cathedralem insulam Colonienſis Ecclesiæ Anno Domini DCCCLXII. Pontificatus Benedicti Papæ huius nominis quinti Anno primo, regni verò Ottonis primi, Imperatoris Anno XXIX. Præfuit annis quatuor. (Hæc ex chronicis.)

Romana. Leo octauus, natus Romanus, cæpit sub Anno Domini nongentesimo sexagesimo secundo. In quibusdam Chronicis dicitur (sexagesimo tertio.) Sedit Anno vno, mensibus quatuor. Vacauit sedes diebus VII. Hic propter Romanorum malitiam, qui suos intrudebant statuit, vt nullus Papa, nisi de assensu Imperatoris fieret. Idem donationes factas à Iustiniano Imperatore, ab Ariperto Rege, à Pipino & Carolo Ecclesiæ Romanæ in Regno Italiæ, de consensu Cardinalium, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum & totius cleri & populi Romani Ottoni Imperatori remisit, & ei eiusque successoribus concessit & largitus est, vt regnum Italicum ab inuasoribus liberarent & perpetuo tuerentur. (Hæc Bernhardus.) Imperator, Leone restituto, celebrauit Romæ Sancti Ioannis natiuitatem ac Apostolorum Petri & Pauli festiuitatem, & ab vrbe digressus, in via multos ex intemperie aeris perdidit. Deinde natale Domini Papiæ agens ad Cisalpina reuertitur: Benedictum iam depositum secum ducens. Vtrum autem hæc omnia licite aut secus acta sint, dicere præsentis non est operis: Res enim gestas scribere non rerum gestarum rationem reddere proposuimus: Quod verò dicitur prædictum Ioannem reprehensibiliter vixisse & frequenter de eo ab Episcopis aliisque subditis suis commonitum fuisse, & cum se non corrigeret, male mortuum esse, huic rei fidem tribuere durum videtur, quia Romana Ecclesia speciale priuilegium sacerdotibus suis ascribit, quod meritis Beati Petri supra firmam petram fundatos nulla inferorum porta, vel tempestatum turbo ad exitialem ruinam inuoluat. (Hæc qui supra.)

Dicta verò sunt pro reuerẽtia Sanctæ sedis, sed aliter sentit Luithprandus Diaconus Ticinensis, qui illo tempore floruit, & horum gesta luculento sermone descripsit. Quod autem Papa Leo reuocauerit priuilegium Imperatori Ottoni de ordinatione Apostolicæ sedis, & de inuestitura Episcoporum, sicut fecerat Papa Adrianus Carolo Magno, in decretis inuenies. (Hæc Collector.)

Treuirenſia. Venerabilis Theodericus huius nominis primus, præpositus Moguntinus, successit in Pontificatu Treuirensi Anno Domini nongentesimo sexagesimo sexto. Pontificatus Leonis Papæ octaui Anno secundo: & præfuit annis quatuor. Iste corpus prædecessoris sui, Henrici huius nominis primi de Italia Treuirim relatum in cæmiterio maioris Ecclesiæ sepeliuit: Priuilegium suæ Ecclesiæ renouauit & auxit: Romæ cellam quatuor Coronatorum cum omnibus appenditiis suis, sibi suisque successoribus in perpetuum acquisiuit: Sub eo regulares Canonici in Ecclesia S. Petri esse desierunt, sepultus est in cæmiterio S. Eucharii. (Hæc ex Chronicis eorundem pontificum.)

Romana. Ioannes decimus tertius Papa, natione Narnienſis, cæpit Anno Domini nongentesimo sexagesimo septimo. (In quibusdam Chronicis dicitur sexagesimo quinto.) Sedit annis septem, mensibus vndecim, diebus quindecim: vacauit sedes diebus tredecim. Iste à præfecto vrbis Romæ (scilicet Petro) comprehensus, & in castellum Sancti Angeli detrusus: Deinde in Campaniam in exilium missus, & post menses decem & dies viginti octo reuersus est Romam, vbi de persecutoribus eius ab Ottone Imperatore supplicium est sumptum. Nam nobiles vrbis, quos culpabiles inuenit, alios trucidauit, alios laqueo suspendit: complures verò in exilium ad Saxoniæ partes transmisit. (Hæc Bernhardus.)

Venerabilis Gero vir multũ religiosus vigesimus septimus successit in pontificio Colonien-

Colonienſis Eccleſiæ, Anno Domini DCCCCLXIX. Pontificatus Ioannis Papæ XIII. anno tertio: Imperii Ottonis primi, anno XXXII. præfuit annis ſeptem. Inſtituit Abbatiam S. Viti in Glaedbach ordinis S. Benedicti: Sepultus Coloniæ in Eccleſia S. Petri. Dicunt per ſucceſſorem ſuum Warinum nomine dum adhuc viueret fuiſſe ſepultus. Cum enim dictus Gero infirmitate capitis laboraret, vt ſæpius per multos dies ipſe iaceret quaſi mortuus ſine ſenſu, dicitur per ſucceſſorem Epiſcopatum ambientem, ſepultus viuus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Colonienſia.*

Venerabilis Egbertus Traiectenſis Epiſcopus, filius Theodorici ſecundi Hollandiæ Comitis, nobilitate & virtute inſignis, cœpit Anno Domini DCCCCLXX. Pontificatus Ioannis Papæ XIII. anno quarto: præfuit annis XXIII. Iſte Eccleſiam ſuam Paganorum & Chriſtianorum rapina exinanitam, largiſſima liberalitate ditauit, & aureis & argenteis crucibus, caſulis, Dalmaticis, tunicis, palliis, cappis, velis, cortinis, & poſſeſſionibus auxit: monaſteria vrbis ex rapina conprouincialium prædiis exuta, recollectis vbique manu potenti poſſeſſionibus reparauit. Abbatiam S. Seruatii, dono ſecundi Ottonis Imperatoris recepit: ieiunium in ſua parochia tertia poſt paſcha hebdomade fieri præcepit: Corpus S. Celſi Confeſſoris in Cœmeterio S. Eucharii ipſe pro celebrando ibidem diuino officio ad monaſterium pertulit, cumque poſt expleta miſſarum ſolemnia, à fratribus obnixe ad cibi potuſque charitatem ſumendam rogaretur, ne eis oneroſus cum tanta comitatus ambitione eſſet, maluit oblatam à fratribus charitatem reiicere, & reditum ſuum in vrbem maturare; Cum vero veniſſet ad fluuium Oleuia, cœpit infirmitate graui deficere, & ſimul vt ad ſedem ſuam venit, diem clauſit extremum: Sepultus ibidem in parua Eccleſia quam ipſe conſtruxerat in honorem S. Andreæ. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Treuirenſis Traiectenſis.*

Sanctus Nothgerus à B. Gerone XXVII. Archiepiſcopus Colonienſis, in Epiſcopum XVII. Leodienſem & XLVI. à B. Materno conſecratus eſt, Anno Domini DCCCCLXXII. Pontificatus Ioannis Papæ XIII. anno ſexto: & præfuit annis XXXVI. In quibuſdam Chronicis dicitur XXXIX. Erat Nothgerus in Sueuia natus, genere nobilis, ſcientia & moribus illuſtris, qui à bonis ad meliora, à melioribus ad optima aſcendit, & de ſcholis ad Palatium promotus, votis & petitione Cleri & populi & fauore Principis tranſiit ad Epiſcopatum. Eo tempore adhuc ciuitas Leodienſis parua erat irruptioni violentorum, & caſtri Capræmontis adiacentis frequentibus iniuriis obnoxium. Cuius Caſtri acceſſus tam difficilis erat, vt ad nullius paueret aſſultus & obſidiones. Eius igitur Caſtri Dominus cum ex vxore nobiliſſima haberet filium, Epiſcopum Leodienſem precatur vt eum baptizet: qui annuit, & die aſſignata venit cum multa militum manu, qui quaſi clerici eius eſſent, proceſſionaliter eum præcedunt, cappis deſuper indutis, habitum militarem & arma celantes, quibus venientibus occurrit miles gratanter: illi autem intrantes, ſe armatos oſtendunt, & Caſtellum funditus deſtruxerunt breuiter, nemine reſiſtente. Erant ibi tres Eccleſiæ, vna in honorem Beatæ Mariæ, habens duodecim Presbyteros, quorum præbendas ad Eccleſiam Aquenſem tranſtulit, & adiiciens de ſuis viginti octo alias, Canonicos ibi quadraginta inſtituit, cum poſt Nortmannorum deſtructionem tantum duodecim remanſiſſent. Secunda Eccleſia fuit ſancti Ioannis Apoſtoli, quæ igni vel alio modo deleri non potuit, donec aliam Beato Ioanni ædificaturum ſe & in ea poſiturum Canonicos voueret. Tertia ſancti Dionyſii Martyris. In pede vero montis erat Eccleſia ſanctorum Coſmæ & Damiani, iuxta quam Monulphus viceſimus primus Epiſcopus Tungrenſis, Crucem vſque ad cœlum eleuari viderat; vnde ibi eſſe nemus Leodium dictum à Legia fluuio, didicit & dixit, Legia locus, quem Dominus elegit ad ſalutem multorum, & qui per merita cuiuſdam ſerui ſui ſummis ciuitatibus æquabitur, vt prius ſcripſimus. Ex eo tempore populi cœperunt locum inhabitare & Villam publicam nominare, à vicino monte, qui mons publicus eſt dictus ab Aiſtulpho viro nominato, ibi commorante tempore Auguſti. Vnde verſus: *Leodienſia.*

Legia ditatur, per me Capræmons ſpoliatur,
Hic ruit, hæc ſurgit, manet hæc, non ille reſurget.

Nothgerus Eccleſiam Beati Lamberti ab Huberto factam, ſed debilem vetuſtate, renouauit & ampliauit, cum ædificiis & officinis, & exaltauit in templum LX. Canonicorum, vt eſſet Caput patriæ, vbi & Eccleſiam parochialem adiacentem, ſcilicet Beatæ Mariæ ad Fontes fundauit, & palatium Epiſcopale à fundamento fecit. Clauſtrum B. Martini muris & turribus firmauit, & vrbem muro cinxit, & ædificiis honeſtauit: Eccleſiam S. Pauli à feneſtris & ſupra conſummauit, & bonis adiectis, vbi viginti tantum erant Canonici, ibi triginta conſtituit. Cum vir nobilis & diues ac potens, (Defenſor nomine,) locum ſupereminentem ciuitati, vt ibi habitationem conderet, ab eo peteret. Epiſcopus ſentiens hoc fore in perniciem patriæ, non aſſenſit; ſed per Robertum maioris Eccleſiæ Præpoſitum ordinauit in eum ipſum locum S. Crucis Eccleſiam, cum reditibus XV. Canonicorum: quibus victualia neceſſaria curauit: & in qua idem Robertus ſepultus eſt. Item per Richardum Cuſtodem maioris Eccleſiæ, Eccleſiam B. Dionyſii condiditcum XX. Canonicis, quibus poſtea decem ſunt additi: Deinde tertiam Eccleſiam ſcilicet B. Ioannis Euangeliſtæ ex ſuis ſumptibus condidit, & vtenſilibus, reliquiis & poſſeſſionibus ſufficientibus, & triginta Canonicis ibi conſtitutis ditauit: Moſam, quæ extra ciuitatem fluebat, introduxit, & circa clauſtrum S. Pauli, S. Ioannis ad radicem montis publici, vt flueret, perfecit in communes vſus: Et ſummatim vix aliquid magni operis in illa ciuitate eſt, quod ipſe non inchoauerit vel abſoluerit, vt magis feciſſe ciuitatem quam coluiſſe videatur. Vnde verſus:

Legia lege ligans cum prælatis ſibi leges
Nothgerum Chriſto, Nothgero cætera debes.

Eccleſiam Foſſenſem condidit, & eam exterius valida Caſtri complexione muniuit: Tuinum Caſtrum fecit ad munitionem patriæ, & protectionem Labienſis Eccleſiæ, in qua etiam Abbatem inſtituit, eò quod Epiſcopalis ſollicitudo Monachis non ſufficeret. Tum etiam Gemblacenſis Eccleſia merito Nothgeri & authoritate Imperiali, Eccleſiæ Leodienſi ſe ſubiecit. Nothgerus ille patruus Ottonis Imperatoris fuit, cuius tutor de conſenſu omnium principum factus eſt cum adhuc iuuenis eſſet; Eius precibus pluiſſe annona in Hasbania & paruis piſciculis dicitur: ordinauit etiam in ſua diœceſi, ſicut Abbas Odilo Cluniacenſis ordinauerat in monaſteriis ſibi ſubiectis, vt poſtridie omnium Sanctorum, fieret cõmemoratio omnium fidelium animarum defunctarum. Idem Epiſcopus in ſua diœceſi plures prioratus ordinis S. Benedicti ædificauit, quos idẽ Odilo Abbas & ſui ſucceſſores acquiſierũt.

Eodem tempore Comes Hoyenſis Anfridus, de conſilio Nothgeri fundauit Clauſtrum de Thorne in Epiſcopatu Leodienſi, ibique vxorem & filiam ſuam poſuit, & Comitatum Hoyenſem Eccleſiæ Leodienſi contulit, & relicta militia in clericum tonſus, Traiectenſis inferioris poſtea Epiſcopus eſt effectus. Otto Imperator tertius donationem illam Anfridi confirmauit: quõ idem Comes id quod in Hoyo habebat, ſcilicet monetam, telonium, & alios reditus in vniuerſum, Leodienſi Eccleſiæ dedit. De iſtis ſic habetur in aliis Chronicis: Tunc ab Anfrido Comite Louanienſi de conſilio Nothgeri fundatum eſt Cœnobium monialium in villa quæ dicitur Thoren, quam Comes Brabantinus à Leodienſi Epiſcopo tenet. Idem Anfridus in Epiſcopum inferioris Traiecti electus, ſuam coniugem Hilſinden in Thorne conſtituit, vbi filia eorum Benedicta primo regimen animarum ſub regula B. Benedicti ſuſcepit, & ibi ſepultæ ſunt. Sed in vltima iſta opinione id dubium eſt, quod Anfridus Comes Brabantinus dicitur, cum diu ante Carolum Magnum fuerint Duces, vt ſupra, &c.

Item Nothgerus Epiſcopus, dum in via eſſet, ſcholares adoleſcentes ſecum ducebat, libris ſimul & aliis ſcholarium vtenſilibus ſecum deuectis.

Sanctus Adelbertus hoc tempore fuit martyriſatus, in cuius memoriam Eccleſiam Parochialem Nothgerus iuxta S. Ioannem in Leodio conſtruxit: cui ius baptiſterii & extremæ vnctionis totius Inſulæ Leodienſis cõtulit. Multi ſub Nothgero in lite-

in literis & moribus profecerunt, vt Episcopi & Rectores ecclesiarum fierent. Item Nothgerus in tres æquas portiones prædia ecclesiastica diuisit, quarum vnam sibi retinuit, alteram ecclesiis & monasteriis, & tertiam militibus, qui ecclesiam armis protegerent, concessit. Eo etiam tempore Ecclesia Parochialis S. Michaelis Leodiensis ædificata est.

Istius tempore Anno Domini DCCCCLXXXVI. Godefridus Comitis Viennæ filius, & Ecclesiæ Stabalensis decanus, adduxit feretrũ S. Remacli Leodiũ, occasione cuius duæ Ecclesiæ Parochiales S. Remacli Leodii fuerunt constructæ. Tandem fidelis Nothgerus tertio Idus Aprilis obdormiuit in Domino, Anno Domini MVII. & quælibet Ecclesia, quam fecerat vel perfecerat in Leodio, debere se funeri exequias palam professa fuit. Prima igitur die exequiæ celebrantur in Ecclesia sancti Lamberti: secunda, in Ecclesia S. Crucis: tertia, in Ecclesia S. Martini: quarta, in Ecclesia S. Pauli: quinta, in Ecclesia S. Ioannis Euangelistæ, vbi sepulturam accepit, in oratorio B. Hilarii. (Hæc ex Chronicis Episcoporum Leodiensium.)

Otto fuit filius Ottonis primi per omnia fidelis & strenuus defensor Ecclesiæ, plura bella contra infideles habuit, sed in vltimo pene totum exercitum amisit in Calabria: ipse tamen, cum ex tota mente sanctum Petrum inuocasset, mirabiliter liberatus fuit. (Hæc Collector fasciculi temporum.) Cœpit autem secundum Sigibertum Anno Domini DCCCCLXXIV. Mundi verò MMMMMMMCLXXII. Et imperat annis decem. *Otto II. Imperator.*

Item anno Imperii istius Ottonis octauo, ipse Otto Apuliam & Calabriam Italiæ prouincias ad ius regni Græcorum attinentes, transferre ad Imperium Romanum conatur, maxime propter affinitatem quam per vxorem suam Theophaniam cum Imperatore Græcorum habebat.

Anno eiusdem nono, Græci infensi, quod Imperator Otto prouincias Græcorum inuaderet conducto Sarracenorum auxilio, Imperatorem in Calabria bello aggrediuntur, in quo bello omnes Romanorum copiæ vsque ad internecionem pene deletæ sunt: Imperator natando euadere nitens, à nautis eum non agnoscentibus capitur, & à quodam eorum, qui negotiator Sclauorum erat, agnitus nec proditus, per illum re delata ad Imperatricem & Episcopum Metensem, qui in ciuitate Rosan rei euentum præstolabantur, difficulter per Sclauum & Episcopum liberatur. Nautis enim ad pecunias pro eo redimendo allatas inhiantibus, Imperator ascenso equo vix euasit; Omnibus tum præ infortunio Reipublicæ animo consternatis, sola Imperatrix fœminea & Græca leuitate insultabat eis, quod ab exercitu suæ nationis victi essent Romani; ac per hoc cœpit primatibus exosa haberi. (Hæc Sigibertus.)

Istius Ottonis tempore floruit S. Mengosus Comes Geldriæ, qui in Wylcka in oppositio Bonnæ cum vxore sua Gerberga puellarum conuentum instituit, & multis possessionibus ditauit, in quo tandem cum sua vxore sepultus requieuit sancta Adelheydam ipsorum filia inibi abbatissa existente. (Hæc ex Chronicis Geldrensium.)

Tandem Otto Imperator, Anno Imperii sui decimi, angore animi deficiens, Romæ moritur, & vt Episcopus Otto scribit, ante B. Petri Ecclesiam in concha marmorea honorifice humatur. Tradunt Romani, Beneuento capto B. Bartholomæi ossa inde asportasse Cæsarẽ, ac Romæ in Tyberis insula in tumbã Porphyriacã collocasse, vt in Saxoniam per Tyberim & mare in præfato sarcophago deportaret. Sed eo paulo post vita exempto, pretiosum thesaurum ibidem remansisse. Hic ille Otto Cæsar est, qui pallida mors Sarracenorum, seu Sanguinarius dictus fuit. (Hæc qui supra.) Nota tamẽ Beneuentanos adhuc asserere, penes se ossa esse B. martyris Bartholomæi. Dicunt enim vt in eadẽ ciuitate ipse audiui, cum Imperator ossa Apostoli sibi præsentari mandasset, allata fuisse ossa alterius corporis sub nomine ossium sancti Bartholomæi, quæ Imperator sic deceptus Romam perduxerit. Vtut sit, Imperator lecto decumbens, testamentum condidit, & thesaurum suum in quatuor partes distribuit, vnam partem Ecclesiis, alteram pauperibus, tertiam militibus & ministris, & quartam sorori suæ Mechtildæ abbatissæ in Quedlinborgh assigna-

uit,& post hæc mortuus,in orientali porticu S.Petri Romæ sepelitur. (Hæc Goblinus.) De Imperatore substituendo inter primates dissentitur, aliis filio ipsius Ottoni Imperium deberi certantibus, aliis odio Imperatricis, à filio eius Imperium transferre ad Henricum Ducem volentibus, filium Henrici qui fuit frater primi Ottonis. Inde Henricus Ottonem puerum factiose raptum in custodia tenet: Sed principes puerum de manu Henrici extorquentes in regnum sublimant: Et imperauit annis XIX. (Hæc Sigibertus.)

Colonienſia. Venerabilis Warinus sortitus est Pontificalem Cathedram Colonienſis Ecclesiæ, Anno Domini nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Bonifacii Papæ septimi anno primo; & præfuit annis nouem, qui de facto suo quod videlicet anteceſſorem suum Geronem Archiepiscopum (affectata an incauta negligentia nescitur) viuentem sepeliuisset à multis infamatus, accedens ad Romanam Curiam pœnitens fuit, & impetrata à sede Apostolica de hac re indulgentia, monasterium sancti Martini in Colonia collapsum decenter reparauit, & in religione atque possessionibus abundanter restaurauit, instituens in eodem Collegio nationem Scotorum sub religionis habitu perpetuo permansuram. Idem quoque Warinus ad preces Beati viri Egberti Treuirensis Archiepiscopi, baculum sancti Petri secans per medium, superiorem ipsius baculi partem sibi retinent, inferiorem Ecclesiæ Treuirensi,quæ ipsum totum ab antiquo habuerat,reddit. (Hæc ex Chronicis Colonienſium Pontificum.)

Traiectenſia. Defuncto Domino Baldrico, Folcmarus decimus sextus Traiectensis ordinatus est Episcopus, vir bonæ voluntatis & bonus Catholicus. Cœpit autem Anno Domini DCCCCLXXVII. Pontificatus Benedicti Papæ septimi,anno primo,præfuit annis XIII. qui tandem Idus Decembris obiit,& in Ecclesia Traiectensi tumulatus est. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectensium.)

Otto III. Imperator. Otto huius nominis tertius, per omnia Imperio & nomine dignus, iuxta paternam probitatem fidelissimus Ecclesiæ fuit: multa bella prospere gessit: Deo & Sanctis deuotus extitit: reliquiis Sanctorum venerationem maximam exhibuit, & loca sancta sedulò visitauit. (Hæc Collector fasciculi temporum.) Cœpit autem secundum Sigibertum An. Domini DCCCCLXXXIV. Mundi vero MMMMMMCLXXXII.& imperauit annis XIX.

Anno istius Ottonis quinto, inundatio aquarum frequens & vltra solitum, ac diutina æstas postea feruentissima, ac pluribus pernitiosa,vnde & fruges diminutæ sunt.

Anno sequenti siccitas magna vernalis,vnde & satio prima impedita,& fames ingens secuta est. Nix nimia decidit, imber postea continuus qui autumnalem sationem omnino impediuit. (Hæc Sigibertus.)

Anno Domini millesimo, secundum supputationem Dionysii, multa prodigia visa sunt: Terræmotus factus est permaximus. Cometes apparuit XIX. Calend. Ianuarii circa horam nonam: fisso cœlo quasi facula ardens cum longo tractu instar fulguris illabitur terris tanto splendore, vt non modo qui in agris erant,sed etiam in tectis irrumpente lumine ferirentur, qua cœli fissura sensim euanescente; interim visa est figura quasi serpentis capite quidem crescente cum cæruleis pedibus. (Hæc Sigibertus.) Isto anno, Pontificatus Richarii Episcopi Paderbornensis anno XIX. ciuitas Paderbornensis incendio vastata est, & nobile principalis Ecclesiæ monasterium præcipui operis & decoris à Carolo fundatũ, & à Badurado Episcopo eiusdem Ecclesiæ consummatum, cum libris,priuilegiis plenariis, aliisque Ecclesiæ ornamentis conflagrauit: Quare Richarius Episcopus nuntios ad vrbem Romanã misit,& tam summo Pontifici,quam Imperatori,Ecclesiæ suæ detrimenta insinuans,omnia priuilegia Ecclesiæ suæ prædictæ, tam à Rom. Pontificibus quam Imperatoribus cõcessa,petiit innouari, quæ & innouata sunt tam à Papa quam ab Imperatore, sub Dato Cal.Ian. An.Dom.Millesimo,Pontificatus Syluestri Papæ,qui antedictus fuit Gerbertus anno secundo, Imperii Ottonis anno XVII. Otto Imperator prout in quibusdam Chronicis legitur, ad instigationem vxoris suæ, quendam Comitem indicta causa fecit eo nomine decollari quod Imperatrix inferre sibi stuprum voluisse di-

isse diceret. Comes vero moriens, rogauit vxorem suam, vt post mortem suam indicio candentis ferri se expurgaret, quod ipsa promisit se facturam. Cum igitur die quadam Imperator sederet ad ius viduis & orphanis dicendum, relicta vxor Comitis venit, portans caput viri sui in manibus, quærens ab Imperatore, qua pœna dignus esset, qui alium iniuste occidisset: Et cum Imperator pœna capitis puniendum esse dixisset, mulier intulit: & tu es, qui maritum meum occidisti iniustè, & statim adhibito ferro candente manibus, innocentiam viri ostendit, vnde Imperator perterritus, seipsum dedit in manus mulieris puniendum, sed interuentu Pontificum, recepit primo inducias dierum decem à muliere, secundo inducias octo dierum, tertio inducias septem dierum, quarto inducias sex dierum. Deinde Imperator causa examinata, Imperatricem fecit viuã igne cremari, & viduæ pro redemptione sui dedit quatuor castra, quæ deinde ab induciis dierum, Decimum, Octauum, Septimum & Sextum dicta sunt, illa castra consistunt in Tuscia in Episcopatu Lucensi. (Hæc Goblinus.)

Anno ipsius Ottonis Imperatoris XIX. ipse degens Romæ, dum cum Romanis remissius ageret, tractans qualiter iura Regni & Ecclesiæ ad antiquum statum reformaret, Romani per hoc ad contemptum eius adducti, subitò contra eum conspirant, & aliquibus militum eius peremptis, eum in palatio obsident, vnde per industriam Henrici Ducis Bauariæ, & Hugonis Marchionis Italiæ, simulato pacto vix extractus, Roma decedit cum Sylueſtro Papa. Et quia vxor Crescentis, quem in bello Imperator ceperat ac suspenderat, Imperatorem spe regnandi ad amorem suum pellexerat, dolens pro eius decessu, venenum ei misit: quo ille consumptus, inter reuertendum in Italia moritur. Milites Transalpini corpus Imperatoris defuncti, cum insignibus Imperii ad Germaniam referentes, crebris Italorum incursibus lacessiti, armis sibi viam parant; sed cum res in tuto esse putaretur, Dux Baioariæ Henricus affecto iniuriis Heriberto Colonienſi Archiepiscopo, à cuius ore omnes pendebant, insignia regni ab eo violenter quasi iure hæreditario sibi competentia extorsit. Erat quippe filius Henrici Ducis qui fuit genitus de Henrico fratre primi Ottonis Imperatoris. (Hæc Sigibertus.) Item ille Otto dictus est mirabilia mundi, & sepultus est Aquis in Ecclesia B. Mariæ, vbi & Carolus Magnus requiescit (Hæc Episcopus Otto.) Et quamuis tres Ottones supra dicti per successionem generis regnauerunt, postea tamen cum imperium apud solos Saxones ferè per annos centum perdurasset, institutum fuit, vt per principes officiales Imperii Imperator eligeretur, qui modus vsque ad præsens tempus perdurans, nonnunquam gloriæ temporalis dignitatis pernitiem attulit, prout in sequentibus diligens lector poterit ponderare. Sunt igitur Principes Electores septem, videlicet Archiepiscopus Moguntinus, qui est Cancellarius Imperii per Germaniam, Archiepiscopus Treuirensis, qui est Cancellarius per Galliam, Archiepiscopus Colonienſis, qui est Cancellarius Imperii per Italiam, Marchio Brandeburgensis Camerarius Imperii, Comes Palatinus Rheni, qui est Dapifer Imperatoris, Dux Saxoniæ, qui portat ensem Imperatoris, & Dux Bohemiæ qui postea regiam obtinuit dignitatem, ipse est Pincerna Imperatoris. Vnde versus:

Moguntinensis, Treuirensis, Colonienſis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum.
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis,
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus;
Hi statuunt Dominum, cuncta per secula summum.

Item Anno Domini DCCCCLXXXVII. cum Ludouicus vltimus de stirpe Caroli Magni vno anno regnasset in Francia, veneno à sua coniuge Blancha sumpto mortuus est adhuc adolescens, in Compendio, castro, in Ecclesia sancti Cornelii iuxta Aquas tumulatus. (Hæc Bernhardus.) Et sic regnum Galliæ à Caroli Magni familia post annos CCXXXVII. ad familiam Comitum Parisiensium transfertur.

Post obitum Theodorici huius nominis secundi, Arnulphus filius eius tertius Comes Hollandiæ, effectus est Anno Domini DCCCCLXXXIX. qui duxit in vxo- *Hollandica.*

rem Luitgardim, filiam Theophanis potentis Græcorum Imperatoris, & sororem Theophaniæ Imperatricis Romanorum, ex qua genuit Theodoricum succedentem Comitem. Insuper Sigfridum siue Sicconem præsidem qui Comitatui quinque saltem annis præfuit, & cum Frisonibus iuge bellum habuit.

Anno igitur comitatus sui vltimo, Anno scilicet Domini DCCCCXCIII. 14. Cal. Octob. campestre bellum indictum est in planitie pratorum de Wynckel apud pagum Westfrisiæ, quo decenter venerunt de principatu totius Hollandiæ electi pugiles, qui secundum relationem antiquorum, ardore sitis intolerabilis illic vehementer afflicti, vix modicam aquam & eandem salsam inuenerunt ad potandum. Arnulphus vero pius Comes, oratione præmissa, locum sibi diuinitus inspiratum indicauit, vnde fosso puteo recentis aquæ copia magna datur. Interea Frisones ad arma conuolantes, vt virtute magna disturbarent Hollandiensem exercitum, prælium iniuerunt: & econtra Arnulphus Comes cum tubis perstrepentibus, vexillis coruscantibus, armatis præliatoribus animose occurrit, & cum iisdem Frisonibus acre bellum gessit. Demum post stragem multorum pugilum, aggrauatum est prælium aduersus eundem Comitem, qui ibidem Deo permittente pro Republica peremptus, immo martyrisatus, & exhinc apud Egmondense monasterium luctuosis exequiis, cum suis progenitoribus sepultus est. Luitgardis vero eius contoralis, pridie Idus Maii requieuit in Christo, tumulata apud maritum. Nostris quoque temporibus de eodem diuo Comite quoddam insigne prodigium accidit, quod in præsenti Chronographia Christi fidelibus annotare non piguit. In Cœna namque Domini dum ad Egmondensem Ecclesiam diuersæ nationes cateruatim aduenirent, & secundum antiquam consuetudinem generalis absolutionis gratiam ab Abbate perciperent, quædam rima de Sarcophago prælibati Comitis ex antiqua vetustate rupta fuit, de qua virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris ad mensuram duorum cubitorum desuper exhalauit. (Hæc collector.)

Traiectensia. Defuncto Folcmaro præsule, Balduinus huius nominis primus de domo Hollandiæ, decimus septimus substitutus est Episcopus Traiectensis, vir glorioſus, probus & inclytus, qui cœpit Anno Domini DCCCCXC. Pontificatus Ioannis Papæ XVI. anno quinto, qui ad quatuor tantum annos Ecclesiæ Traiectensis pastor existens, sexto Idus Maii requieuit in Christo tumulatus, cum prædictis Pontificibus in Traiecto. (Hæc ex Chronicis.)

Treuirensia. Post B. Egbertum succeſſit in Episcopatu Treuirensi venerabilis Lindolphus, Anno Domini DCCCCXCIII. Pontificatus Ioannis Papæ XVI. anno octauo, & præfuit annis decem. Eo Pontifice præfuit in Ecclesia S. Paulini Præpositus nomine Adelbero de Lucelnburg ortus, vir potens & dives habens castra hæc: Sareburg, Herencastel, & Rutiche, qui inito cum Lindolpho Archiepiscopo prauo consilio, Ecclesiam sancti Symphoriani, quæ abbatibus sancti Martini subiacebat, partim vi, partim dono sibi vendicauit, Episcopo (proh dolor) consentiente, & deinceps eam obtinuit sancto Paulino. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Isto tempore floruit in Gallia peritus ille artium & famosus ingenii subtilitate Gerbertus, qui in Gallia Remis vt dicitur natus, monachus à puero apud Floriacum adoleuit, & mox in Hispaniam profugiens, vt Astrologiam à Sarracenis disceret, desiderio suo satisfecit; Ibi enim liberales artes ita ebibit, vt eas industria magna reuocaret in Galliam, vbi pridem omnino perierant. Cum igitur rediisset in Franciam, & in doctrina artium arcem teneret, quia Regis Hugonis filium Robertum liberalibus disciplinis instruxit, vt Rex eum in sedem Remensis Ecclesiæ subucheret. (Hæc Guido.)

Lotharingica & Brabantica. Otto filius Caroli Ducis succeſſit patri in Ducatu Lotharingiæ & Brabantiæ, Anno Domini DCCCCXCII. Imperii Ottonis huius nominis tertii, Anno nono; quem tenuit annis quatuordecim. De hoc historiæ nihil recitant, nisi quod patri succesſerit, vnde & creditur liberos non habuisse, quos historiæ non tacuissent, quo mortuo sine hærede, Gerberga soror eius, quia fœmina fuit, Ducatum Lotharingiæ amisit, quem sex de Ardenna subsequentes adepti sunt per Imperatorem.

Defuncto

Defuncto Balduino Pontifice, Anfridus de domo Bratuſpanciæ, Comes Lo- *Traiectenſia.*
uanienſis vel Hoyenſis (vt prius dixi) qui prius de ſeculari Comite clericus attonſus
erat, ab Eccleſia Traiectenſi XVIII. Epiſcopus Traiectenſis electus eſt, Anno Do-
mini DCCCCXCIV. Pontificatus Ioannis Papæ XVI. anno IX. Iſte S. Anfridus, in-
ſpirante Deo, multa prædia patrimonii ſui, donauit ad vſum S. Eccleſiæ Traiectenſis, quæ antea cum imperio poſſedit in Comitatu Bratuſpancium & Teiſterbanciæ, apud Tielam. Fuit autem principalis locus eius in Dryel apud Boemel; Et erat Dominus ferè illius inſulæ: Inſuper de Alteua apud Wondrgehem, qui dehinc Anno Domini MV. tanquam filius caſtigatus & dilectus Deo, lumen oculorum amiſit. Iſte etiam venerabilis Collegium ordinis S. Benedicti ſupra montem ſanctum apud Amersfordiam in honorem S. Dei Genitricis Mariæ conſtruxit, in quo Sacræ religionis habitum ſuſcepit, & ad vitæ ſuæ terminum deuotiſſime perdurauit. Idem autem Epiſcopus Anno MVIII. quinto Nonas Maii feliciter obdormiuit in Domino poſtquam XV. annis Traiectenſi præfuiſſet Epiſcopio. Sepulchrum autem tanti patris, ſi quis ex deuotione requirit, Canonicus aliquis maioris Eccleſiæ, vel monachus ſancti Pauli forſitan indicabit. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Poſt excidium Arnulphi pii Principis, Theodoricus filius eius huius nominis *Hollandica.*
tertius, ſucceſſit quartus Comes Hollandiæ, Anno Domini DCCCCXCIV. eodem videlicet anno, quo Anfridus pontificalẽ ſedem apud Traiectum ſuſcepit: Imperii vero Ottonis huius nominis tertii, anno vndecimo. Duxit vero in vxorem Othildim, filiam magnifici Ducis Saxoniæ, ex qua duos filios genuit, videlicet Theodericum ſuccedentem Comitem Hollandiæ, & Florenſium Orientalis Friſiæ Comitem.

Item anno Comitatus Theodorici XXIV. Pontificatus vero Adelboldi Epiſcopi Traiectenſis, anno decimo, Cometa grandis in modum trabis iugiter apparuit, & eodem anno, grauis belli tumultus inter Epiſcopum Traiectenſem Adelboldum, & Comitem prædictum exarſit, vbi in duobus truculentis conflictibus innumerabilis multitudo Traiectenſium occubuit & Comiti victoria ceſſit: Deinde idem Comes à Friſonibus miraculoſe fugatus & victus fuit; quæ duo compendii cauſa hîc non perſequor. Tandem magnanimus Comes Theodoricus Hieroſolymita ſexto Calend. Ianuarii obiit, tumulatus penes proauum in Egmunda, qui cunctis diebus vitæ ſuæ bella geſſit, ac Hollandiam quadraginta quinque annis potentiſſime gubernauit. Othildis autem Comitiſſa poſt obitum ſui coniugis ad Saxoniam reuerſa eſt, quæ VII. Calend. Iulii moriens, ibidem honorifice tumulata fuit. (Hæc ex geſtis Comitum Hollandiæ.)

Anno Theodorici vltimo, Imperii vero Conradi huius nominis ſecundi, XIV. in Apulia erat quædam ſtatua marmorea, circa caput ſuum habens circulũ æreum, in quo erat ſcriptum: [Calend. Maii, oriente Sole habeo caput aureum,] quod quidam Sarracenus à Roberto Guiſcardo, Duce Nortmannorum captus, quid portenderet intelligens, Kalend. Maii oriente Sole diligenter notato termino vmbræ illius ſtatuæ infinitum theſaurum, effoſſa ibidem humo reperit, quem pro ſua redemptione duci obtulit. (Hæc Vincentius libro 28. capitulo 17.)

Beatiſſimus Heribertus exiſtens in Italia in Comitatu Ottonis huius nominis *Colonienſis.*
tertii Imperatoris, poſt mortem venerabilis Præſulis Euergeri in Archiepiſcopum triceſimum Colonienſis Eccleſiæ eſt electus, accepta ab ipſo Imperatore, qui illi plurimum fauebat, annuli & baculi inueſtitura, qui authoritate Domini Papæ fuit in Archiepiſcopum conſecratus, Anno Domini DCCCCXCVII. Pontificatus Gregorii Papæ quinti, anno ſecundo. Præfuit autem annis viginti quinque. Tandem cum reuerteris cum Imperatore de Italia per aliquot annos in partibus Eccleſiæ Colonienſis, religioſiſſime præſidendo, manſiſſet, redit iterum cum eodem Imperatore in Italiam. Nam idem Imperator in oratione & conſilio ipſius ſancti Viri plurimum confidebat, & inter cætera habuit in via ſæpius ſecreta cum Imperatore colloquia de ſalute animarum. Ad vltimum autem in huiuſmodi ſanctum propoſitum vterque conueniunt tam Imperator quam Archiepiſcopus, vt is qui primo ſoſpes de Italia, ex illis reuerteretur, inſtitueret

decentem religioſorum conuentum in honorem S. Dei Genitricis Mariæ, ad quod etiam perficiendum larga tradidit eidem Archiepiſcopo prædia Imperator. Imperatore igitur vrbem Romanam ingreſſo, & breuiter poſtea ibidem defuncto, corpus ipſius per eundē S. Heribertum de hac re dudum in proceſſu itineris per dictum Imperatorem adiuratum, ab vrbe ad eccleſiam B. Mariæ virginis Aquiſgranum fuit translatum, & ibidem honorifice tumulatum. Sanctus itaque Heribertus ſponſionis ſuæ quam in via Imperator fecerat, non immemor, ædificauit & inſtituit Abbatiam Tuicienſem in caſtro Epiſcopali Tuicienſi, in honorem B. Mariæ virginis, oſtenſo ſibi in viſione ſub hac ſerie diuinitus loco. Nam cum conſtruere cœnobium Monachorum propoſuiſſet, & nunquam locum inueniret, quem putaret ſatis idoneum, conuertēs ſe ad Dominum, ſanctamque eius genitricem in ieiuniis & orationibus poſtulabat reuelationem, ex qua Dei voluntatem cognoſceret. Itaque nocte quadam, dum poſt vigilias fatigatus ſopori membra dediſſet, ecce adeſt per viſum beata Angelorum & omnium Sanctorum, ſtellato ſedens ſolio Regina, dixitque ei: Scias, ô Heriberte, tuas exauditas eſſe orationes. Ego enim ſum Maria mater Domini, & venio, vt indicem tibi quo in loco votum quod mente geris perficias. Surge ergo, & Tuicienſe caſtrum petens, locum in eodem mundari præcipe, ibique monaſterium Deo, mihique & omnibus Sanctis conſtrue, vt vbi quondam abundauit peccatum & cultus Dæmonum, ibi iuſtitia regnet in multitudine Sanctorum. Quibus dictis miſericordiæ mater diſparuit. Sic B. Heribertus Abbatiam Tuicii inſtituit in honorem Saluatoris mundi ac eius genitricis ſemperque virginis Mariæ, quam anno præſulatus ſui XXIV. conſecrauit, & ipſe ibi poſtmodum ſepultus, clarens miraculis feliciter in Domino requieſcit. Mortuo autem, ſicut dictum eſt, Ottone tertio & S. Henrico ſecundo ad Imperium iam electo, cum eius electioni ſanctus vir Heribertus præſens non eſſet, venit apud S. Imperatorem in ſuſpicionem, tanquam ſi inſignia Imperialia quæ à prædicto Ottone ſuperſtes ipſe receperat, ſecum ideo retineret, vt in alium transferret regni diadema. Manſit igitur inter hos ſanctos duos viros, videlicet Heribertum Archiepiſcopum, & Henricum ſecundum Imperatorem, (qui etiam & ipſe poſtmodum canoniſatus fuit) ſimulatæ pacis longa diſcordia & ſimultas. Verum cum Imperator multa ad rem non pertinentia ſæpe Archiepiſcopo imponeret, quæ tamen idem Archiepiſcopus patienter ſuſtinuit, tandem Imperator venit Coloniam & indignantem animum contra Archiepiſcopum gerens, ab ipſo tamen Archiepiſcopo fuit officioſiſſime ſuſceptus. Nocte igitur ſequenti Imperatori ſomnum capienti, viſus eſt aſtare vir, terribilem vultum habens, ſacerdotali Infula decoratus, qui iubebat, vt nihil ſiniſtri contra virum Dei Heribertum vlterius moliretur. Sic poſtridie Auguſtus in throno reſidens, & ex induſtria per internuntios immenſam pecuniam ab Archiepiſcopo exigens, (quod tamen ſerio non faciebat) dum Archiepiſcopus ad eum ingreditur, & & mœſtus calumnias deplorat, quas ab ipſo innocens ſuſtineret, quanquam aſtantes nonnulli conſiliarii, animum Imperatoris contra Archiepiſcopum magis inflammarent ad indignationem; tamen Auguſtus ſurgens de throno, prorupit in amplexus & oſcula S. viri, & faſſus ſe fuiſſe contra eundem malorum conſilio corruptum, de commiſſis in ipſum veniam ſuppliciter expetiuit. Dum igitur trino hi duo ſancti viri ſub teſtimonio Trinitatis oſculo fuiſſent fœderati, erubeſcentes aduerſarii dilabuntur, & Imperator atque Archiepiſcopus iuxta eum in ſolio conſident, de negotiis Reipublicæ tractaturi. Sequenti vero nocte dum Archiepiſcopus poſt preces matutinas in Eccleſia ſolus in oratione perſiſteret, Imperator obſeruata hora congrua, vno duntaxat clerico comitante pulſans oſtium oratorii ſubintrat, & abiecta chlamyde, pedibus Archiepiſcopi aduoluitur, confitens humiliter quod in eum peccaſſet: & ita ceſſauit inter ſeruos Dei tota ſimultas, nulla amplius litis veſtigio relicto. Cætera huius S. Heriberti vitæ & ſanctitatis memorabilia, quę non ſunt pauca, in eiuſdem vita quæ in multis reſeruatur eccleſiis, plenius continentur.

Francica. Item circa iſta tempora fuit in Francia quidam manſuetus ac religionis & eccleſiarum amator, dictus Hugo Rex Francorum, qui in præcipuis ſolemnitatibus quoties

quoties ad S. Dionysium Parisios veniebat, in choro cum Monachis stabat & psallebat: Ad Vesperas, Matutinas & ad Missam cappa serica indutus, cum Cantore chorum regebat: Composuit etiam quosdam Cantus, videlicet de S. Spiritu prosa oratione [Sancti Spiritus adsit nobis gratia.] De natiuitate Domini Responsorium, [Iudæa & Hierusalem.] De martyribus autem [Cõcede nobis Domine quæsumus.] Et alia plura contexuit, & tam in hoc quam in cæteris Ecclesiis profuit. Cũ igitur Constantia Regina his intẽtum eum esse videret, dixit ei quadam die per iocũ, vt de ipsa aliquem componeret Cantum; quod Rex libẽter annuit & scripsit Responsorium: [O Constantia Martyrum,] in honorem S. Dionysii & cæterorum Martyrum, sed & hoc Alleluia fecisse fertur: [Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me, libera me.] Et cum quadam die esset Romæ in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli, obtulit Schedulam super altare, & omnibus putãtibus illum magni aliquid obtulisse, nihil aliud super altare positum nisi Schedulã inuenerunt, in qua scriptum erat Responsorium istud cum versu suo: [Cornelius Centurio.] quod ipse Rex cum cantu suo cõposuerat. Erat Rex idẽ Eleemosynis deditus adeo, vt festis diebus cum exueret se, vel indueret vestibus regiis, si non aliud ad manum haberet, ipsas vestes pauperibus distribueret, nisi ex industria vestiarii egenos importune petentes arcerent. (Hæc ex Chronicis.) Fuit etiam in dando largissimus: sed vicissim Constantia Regina nimis tenax, & quod minime decebat Reginam, vltra modum auara: vt Rex cum alicui aliquid dabat præciperet, dicens: Vide, ne hoc sciat Constantia (nec ibi nomen Reginæ addebat.) Honestauit etiam regnum ædificiis & Ecclesiis Sanctis: Nam sex Ecclesias & tria Monasteria ædificauit. (Hæc Frater Andreas.) Iste Religiosus Rex Hugo, cum quoddã Castrum obsedisset, dimisso exercitu, in Monasterium S. Auiani Aureliam venit, & cum chorum regendo alta voce ter [Agnus Dei,] genua flectendo incepisset, muri Castri quod obsederat corruerũt. (Hæc Martinus.)

Item, Anno Domini DCCCCXCVII. Cometes horribili speciei flammas huc illucque iactans in australi parte visus est. Chilpericus librum de ratione Computi hoc anno scripsit, vt apparet ex Argumento ad inueniendos annos Domini per Indictiones. Si enim vis (inquit) scire, quot sint anni incarnati Christi, LXVI. ordines indictionũ qui fluxerunt ab eius incarnatione, multiplica per XV. fiunt DCCCCXC. His adde XII. quia tertia indictione natus est Christus. Adde indictionem præsentis anni, id est tres. Ecce (ait) habes hoc Anno, annos Christi MV. (Hæc Sigibertus.)

Anno Domini MI. Eclipsis Solis facta est hora diei secunda.

Anno Domini MIII. in Lotharingia iuxta montẽ Castri locũ, fonticulus aquæ multis saluberrimus in sanguinem conuersus est, quod probauit mulier quæ faciem suam ex huius fontis aqua lotam multis ostendat sanguinolẽtam. (Hæc Sigibertus.)

Item Anno Domini MIIII. inuentæ sunt in ciuitate Atrebatensi multorum Sanctorum reliquiæ, vbi multa miracula facta sunt. (Hæc Andreas.)

Item Anno Domini MV. Terræmotus factus est maximus circa meridiem XIV. Cal. Decemb. (Hæc Sigibertus.)

Item Anno Domini MIX. Cometes solito mirabilior in modum trabis maximę per quatuor menses apparuit.

Item An. Domini MXIV. Aquisgrani conuentu Regali & Synodali per aliquot dies celebrato, tãta siccitas & intemperies aëris excanduit, vt multi præ nimio ardore deficerent: multa etiam animalia subito interirent pauimentis, & marmoreis columnis tanto madore sudantibus vt aqua esse respersa crederentur à nescientibus.

Item Anno Domini MXV. in Paschate Eclipsis Solis facta est.

Syluester huius nominis secundus, natione Aquitanus, Cœpit anno Domini DCCCCXCIX. (in quodam Chronico dicitur XCVIII.) sedit annis quatuor, mense vno, diebus nouem, vacauit sedes diebus XXII. (Hæc Bernardus.) Vocabatur prius Gerbertus, inter doctos clarissimus, qui Sequentiam [Ad celebres Rex cœli] in laudem cœlestium Angelorum composuit. Erat intra Romam in Campo Martio statua aurea, dextræ manus indicem digitum extentum habens, scriptum quoque in capite: Hic percute. Vnde plures, vt illi thesauri inuenirentur, multis ictibus caput statuæ perforauerunt. Sed Syluester longe aliter ambiguitatem dissol- Romana.

uit; Namque Sole in Meridie posito notans, quo prætenditur vmbra digiti, nocte terram perfodiens, incomparabilem thesaurum inuenit; Ingentem scilicet Regiam, aureos parietes, aurea lacunaria, omnia aurea, milites aureos, tesseris aureis ludentes, Regem aureum cum Regina aurea discumbentem, apposita obsonia, astantes ministros, pateras multi ponderis & pretii, in quibus materiam superabat opus. In interiore parte domus lucebat: In contrario angulo puer stabat arcu extento; quod videns Gerbertus, nihil arripere attentauit. Sed cubicularius eius cultellum aureum secreto rapuit, & omnia versa sunt in tumultum, donec Gerberto exclamante cultellum proiecit. Et infecto negotio, ductu laternæ regressi sunt. Hoc in loco persequitur in narratione sua Wilhelmus, quod monachus aliquis de Barra noua natus, filius ciuis pauperis, cum septem esset annorum, venit in Italiam, quærens panem. Adultus autem, terræ illius multa miracula inspexit, inter quæ montem perforatum, vltra quem accolæ dicebant, thesauros Octauiani reconditos; ferebanturque multi periisse, quærēdo illos per subterraneos anfractus. Iste autem adolescens studio videndi & prædandi duodecim socios habuit, qui secum pergerent, portantes ingens glomus fili, sequentes ingenium Dædali, qui Theseum de labyrintho per filum duxit. Igitur paxillum in ingressu fixerunt, principio fili ad eum ligato: Accensis vero laternis intro prospexerunt, & per vnumquodque miliare paxillum fixerunt: Tum vespertiliones de cauernis egredientes oculos eorum & ora infestabant: & semita erat arcta: à læua præcipitium & subter labens fluuius. Viderunt tramitem plenum cadaueribus eorum, qui thesauros ibi quærendo perierant. Tandem ad egressum vlteriorem progredientes, viderunt stagnum placidum, & pontem aureum, & vltra pontem videbantur miræ magnitudinis equi aurei cum sessoribus aureis & cætera, quæ de Gerberto dicta sunt. Vnus ex prædictis sociis, dum pontem transire parat, mox pontis pede depresso, alter eleuatus produxit rusticum æreum cum æreo malleo, quo ille vndas verberans, ita obnubilauit aëra, vt diem cœlumque subtexeret, sed retracto pede, pax fuit. Tentatum idem est à pluribus eodem euentu. Desperantes enim omnes, solo visu libabant aurum. Tunc per vestigia glomeris egressi, pateram argenteam repererunt, quam inter se partiti sunt. Postero die collato consilio, magistrum quendam adierunt, qui dicebatur scire Nomen Domini ineffabile. Erat autem tale nomen, quale & Zambri, de quo legitur in vita beati Syluestri, quod dixerit in aurē tauri ferocissimi. Istum magistrum ieiunum deduxerunt secum, sed ea vice exitum vlteriorem non inuenerunt. Audiens vero Iudæus quidam nigromanticus, ait ad adolescentem, qui hoc totum instituerat. Videbis quantum possit ars mea; qui in continenti montem introiens, non multo post regressus est, multa afferens iudicia sui transitus, quæ ille vltra montem notauerat: & inter ea puluerem locupletissimum, quo quicquid contingeret, in aurum vertebat: Non quod aurum esset, sed quod videretur, quoadusque aqua diluueretur. Nihil enim quod per nigromātiam fit, potest in aqua fallere intuentem, quod postea manifeste exemplis probabitur. Multa de hoc Syluestro narrantur, quæ nos non credimus. Quicquid sit, si quicquam peccauit, tamen quia nullam pœnitentiam seram esse credidit, sperauit in Domino, & cum magna pœnitentia migrauit ex vita; quod illi ipsi, qui accusant, tacere non possunt. Aiunt enim iussisse vt corpus bigæ imponatur, & quocunq; equi traxerint, ibi sepeliatur: & sic factum esse. Deumque pœnitenti veraciter non negasse veniam, & sepultum Romæ fuisse in Ecclesia Lateranensi, cum huiusmodi Epitaphio: Scandit ab R. (videlicet à Remis) Gerbertus ad R. (scilicet Rauennam) post Papa vigens R. (scilicet Romæ.), (Hæc Bernhardus ex dictis Martini) In dextero igitur latere ecclesiæ Lateranensis prope altare sanctorum Vincentii & Anastasii martyrum sepultus iacet Gerbertus Archiepiscopus, qui Papa effectus, Syluester fuit appellatus. Quod autem tumba eius guttas quasi lacrymarum emittat, quando Papa, aut magnus Cardinalis moriturus est, satis probatum est & satis vulgatum. Dicitur etiam, quicunque tumbam eius visitauerit & Dominicam orationem dixerit, quoties hoc fecerit, indulgentiam obtinere aliquot dierum à summis Pontificibus constitutam. (Hæc Albericus.)

Ioannes huius nominis decimus octauus, cognomento Sico, quem Sigibertus vo-

tus vocat Octauianũ. Cœpit anno Domini M I I I. (in quadam Chronica dicitur I I.) sedit Mensibus V. (in quadam Chronica dicitur Mensibus V I.) diebus X X V I I. Vacauit sedes diebus X I X. Acies igneæ aspiciuntur in cœlo: & Luna in plenilunio in sanguinem vertitur à medio noctis vsque ad ortum diei, & Sol circa Meridiem in duas partes diuiditur. (Hæc ex Chronicis.)

Ludolpho Treuirensi Archiepiscopo defuncto, Adelbero de Luytzelenborch Præpositus S. Paulini ea fiducia, quod soror eius Henrico Imperatori huius nominis secundo nupsisset, Episcopatum inuasit, & milites in sua sacramenta coëgit: Palatium, quod situm est in eadem vrbe, occupauit: Pontem quoque Mosellæ turribus muniuit. Henricus autem Imperator Menigando Præposito Ecclesiæ Moguntinæ, Treuirensem Archiepiscopatum dedit, Anno Domini M I I I. Pontificatus Ioannis Papæ decimi octaui, primo, & præfuit annis duodecim, qui cum se contra potentiam Adelberonis pararet & imbecillior esset, Henricus Imperator cum exercitu Treuerim venit & Palatium obsedit à Dominica post Albas vsque ad Calend. Septembris. Qua obsidione non solum regio in circuitu vrbis vndique vastata, sed ipsa quoque ciuitas, quæ post vastationem Northmannicam ædibus rursus exornata, mediocriter inhabitabatur, in pristinam solitudinem est redacta. Sed Imperator cum nihil proficeret in eius expugnatione, à Calend. Septemb. pontem deiici iussit, quem milites Adelberonis obtinuerant: & Menigando Episcopatum confirmauit: qui in finem vsque vitę suæ in castello Confluentiæ Episcopatum administrauit. Adelberone supradicto inuasore maximam Episcopatus partem retinente. Tandem circa finem, graui infirmitate pressus, omnia Menigando reddidit, sed Palatium retinuit. Obeunte vero Menigando, Henricus Imperator Poponem in Bauenberch educatum, ad offensam Adelberonis Præsulem constituit, ita dicens: Talem virum Adelberoni obiiciam, qui eius vesaniæ resistere possit. Adelbero igitur tandem sera pœnitentia ductus, nec vires Poponis sustinens, supplex eidẽ factus, Palatium & castella & omnia sua tradidit, & deinde in monasterio S. Paulini vsq; ad finem vitæ suæ permansit. Henricus vero Imperator ob ea quæ ciuitati incommodauit, tabulam ex auro & argento & pretiosis lapidibus, æquali secundum altare S. Petri, magnitudine ad satisfaciendum S. Petro direxit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Treuirensium.) *Treuirensia.*

Henricus Dux conciliatis sibi armis quorundam Principum Regni, vngitur in Regem à Wiligiso Moguntino Archiepiscopo, & imperauit annis X X I I. Cœpit autẽ Anno Dom. M I I I. Mundi vero M M M M M M C C I. Iste potentiores Regni Principes bella contra eum meditãtes celeriter deuincit, & Reges gentilium in interiori Germania commorantes, qui Winidi dicuntur, tributarios sibi fecit. Item Henricus Imper. Bambergensem Ecclesiã Episcopalis sedis honore sublimauit: & quia liberis carebat, eam omnium rerum suarum hæredem fecit: vnde Theodoricus Metensis Episcopus, natus de Luytzelenborch, dolens dotẽ & patrimonium sororis suæ Chunigundis Imperatricis, ab Imperatore Ecclesiæ Bambergensi donari, rebellat. (Hęc Sigibertus.) Non solum vero liberis Imperator carebat, sed vt de ipso & de S. eius coniuge Chunigunde scriptum est, ambo virgines in omni vita sua permanserunt, & de eo multa argumenta in prædicta Ecclesia de Bamberg, vbi requiescunt, haberi dicuntur. (Hæc Albericus.) Fames & mortalitas tam grauiter per totum orbem inualuit, vt propter tædium sepelientium viui adhuc spiritum trahentes, obruerentur cum mortuis. *Henricus II. Imperator.*

Anno octauo istius Henrici, gens Vngarorum hactenus Idololatriæ dedita ad fidẽ Christi conuertitur per Gyslam sororẽ Imperatoris, quæ nupta Vngarorũ Regi, ad hoc sua iugi instãtia Regem adduxit, vt pro se & tota Vngarorũ gente Baptismum expeteret, ipse in Baptismo Stephanus vocatus, cuius merita per Vngariã multa miraculorũ gratia cõmendat. (Hæc Sigibertus.) Tamen dicunt Vngari, quod S. Adalbertus Pragensis Episcopus Regem Stephanum conuerterit & baptisauerit: Et Rex deinde sua prædicatione Vngaros conuerterit, & maiorẽ Ecclesiam Strigonii in honorẽ S. Adalberti instituerit: Cum contrà Gysla illa Regina, vt Vngari dicunt, multa mala in Regno fecerit & ad extremum post mortem S. Regis interfecta sit.

Itẽ An. X I. Regni istius Imperatoris, Robertus presbyter S. Magni martyris in Sa-

xonia cantantibus & chorisantibus imprecatur, dicens: Cantantes & chorisantes permaneatis in annum: & sic factum est. Itē Henricus Imperator Romam tēdens ex Apulia venit ad montē Cassinum, vbi meritis S. Benedicti, ibidem quondam Abbatis à calculo miraculose liberatus est. Apparuit enim ei in somnis S. Benedictus, & aperto latere corporis calculum euulsum in manu Regis posuit, quem Rex euigilans in manu veraciter inuentum, cunctis ostendit, & inde profectus Romam, à Benedicto Papa cum vxore Chunigunde in Ecclesia S. Petri in Imperatorem Romanorum coronatus est, Anno Regni sui XII. Anno vero Domini MXIV. Sexto Cal. Martii, qui tunc dies Dominica extitit.

Item Anno XIV. istius Henrici, ipse Coloniæ Natalem Domini celebrans, Heribertum Archiepiscopum olim à se iniuriose tractatum, humili satisfactione placat: Cui reconciliatus Archiepiscopus, prædixit propediem se moriturum: Et non multo post mortuus, magnis cœpit clarere virtutibus. Super hunc locum dicunt Elinandus & Wilhelmus: Colonia prius dicta est Agrippina, ab Agrippo genero Augusti. Postea à Traiano, qui ibi ad Imperium allectus colonias ciuium Romanorum eò deduxit, dicta est Colonia.

Item de Imperatore isto Henrico narratur & scriptum inuenitur, quod Abbati Richardo Virdunensi professionem fecerit, & eius consilio se totum submiserit, volens apud S. Vitonem Monachus fieri: Sed sanctus Abbas in virtute obedientiæ ei iniunxit, ne Imperium dimitteret quamdiu viueret, & ita eum ad imperandum remisit. Item Henricus Imperator Aquisgrani Basilicam in honorem sancti Adelberti noui martyris construxit, & ibi XX. Canonicos instituit. (Hæc ex Chronicis.) Henricus ille Imperator habuit vxorem Dominam Cunigundam, de adulterio quadam vice suspectam. Sed ipsa purgans se de hoc publice, sex vomeres ignitos nudis pedibus illæsa pertransiit. Quare Imperator ad pedes eius procidens, veniam ab ea postulat. (Hæc Goblinus.) Item Henricus Imperator Episcopatum Merseburgensem, quasi omnino destructum, cum ipsa ciuitate in honorem S. Laurentii reformauit, & in eius Ecclesiam aureum Calicem dedit. Et demum anno Regni sui XXII. & Imperii XII. ætatis vero suæ LII. tertio Idus Iulii obiit, & in Ecclesia Bambergensi, quam sublimauerat, sepelitur, vbi postea miraculis claruit, vnde & canonisatus est, & Catalogo sanctorum ascriptus: Et occurrit festum natalis eius XIII. die mensis Iulii. De isto Henrico legitur, dum in extremis ageret, solitarium quendam virum magnæ virtutis, audiuisse turbam quasi castrorum tumultum prope cellulam suam transeuntem. Cum vero aperta fenestra, qui essent, quæsiuisset, respondisse vnum eorum: Legio Dæmonum sumus, qui ad tollendam animam Henrici Imperatoris festinamus. Solitarium vero adiurasse Dæmones, vt ad se redirent, & quid de anima fieret, referrent: eoque modo Imperatore mortuo Dæmonum vnum reuertisse & dixisse: Ecce dum bona opera Imperatoris & peccata eius ponderanda ponebantur in statera, venit adustus ille Laurentius, & calicem aureum duas auriculas habentem in lancem bonorum operum adiecit, vt præponderaret omnibus peccatis eius, & sic anima eius defraudati sumus: quod dum vidi, commotus abstuli de calice illo auriculam vnam: & deinde compertum est illo die Imperatorem discessisse, & auriculam calici deesse: quæ vsque in præsens in eadem Ecclesia Meresburgensi ostenditur: in qua calix integer reconditus erat. (Hæc Goblinus.) Item fuit hic Henricus finis Imperatorum Saxonum, qui regnauerunt ab Henrico primo vsque ad hunc Henricum secundum, per annos CV. quibus expletis, Regnum siue Imperium à Saxonibus defecit.

Notandum est in hoc loco, Henricum istum, qui hîc dicitur esse secundus, in aliquibus Chronicis nominari primū, quod ideo accidit, quia Hēricus Auceps primus non imperauit, nisi apud Teutonicos: Et ob hoc nō ponitur inter Imperatores, sed inter Reges in multis Chronicis. In Chronico vero Vincentii & in præsenti cōnumeratur inter Imperatores Teutonicorum, vnde plures fuerunt Henrici Reges, quam Imperatores. Et idem intelligendum est de Cunradis. (Hæc Collector.)

Lotharingica & Brabātica. Post mortem Othonis Ducis Lotharingiæ Ducatus idem datur per Imperatorem Henricum huius nominis secundum, Anno Domini MVI. Anno vero regni sui

fui quarto, Comiti Godefridi Virdunensi, filio Godefridi Comitis Ardennensis, quem rexit annis XIV. Istius Godefridi Comitis Ardennensis fuit vxor Mechthildis Comitissa Saxoniæ, quæ peperit ei Episcopum Virdunensem Alberonem, Comitem Fridericum S. Vitonii Monachum, Comitem de Daburg Hermannum (cuius fuit filius Gregorius Leodiensis Archidiaconus) & duos Duces prosapia inclytos Godefridum istum & Gozelonem (Gochelonem.)

Item Anno ducatus istius Godefridi decimo, Imperii vero Henrici anno decimo tertio, Godefridus Comitatum Montensem, qui modo Hannonia dicitur depopulatur, quem Raginerus cum patruo suo Lamberto Louanienſi Comite insecutus, apud Florinos manum cum Godefrido conseruit, vbi plus quam CCCC. viri occisi sunt, & ipse Lambertus occubuit, vbi res mira contigit. Cum enim Lambertus spem victoriæ iam haberet, (habebat quippe phylacterium à collo vsque ad pectus pendens, Sanctorum reliquiis refertum, quorum patrocinio se in periculis tutum futurum credebat,) instante termino vitæ phylacterium illud à collo eius exiens, super tumulum campi exiliuit, & mox Comes antea inuictus perimitur. Iste Comes Louanienſis rebellabat Ecclesiæ S. Lāberti & Episcopo Leodiensi, & idcirco Sancti contra Sanctos ei ferre patrocinium denegarunt. Quidam militum phylacterium accipiens, in caligas abscondit, sed coxa eius & crure intumescente rem prodidit: & phylacterium Domino suo Gocheloni fratri Ducis dedit. Tandem anno istius Godefridi Ducis XIV. ipse paulo post moritur: Frater vero eius Gochelo in Ducatu substituitur. (Hæc ex Chronicis Sigiberti & Alberici Monachi.) Et nota quod Ducatus Lotharingiæ segregatur à Duce Brabātiæ, & per Imperatorem Henricum secundum datur Godefrido Comiti Ardennensi, vt supra dictum est. Et idcirco deinde necesse erit duos titulos ponere vsque ad eorundem Ducatuum vnionem. Hîc notandum, quod postquam Archiducatus Lotharingiæ separatus est à Brabantia, nunquam deinde Brabantia dicitur Ducatus, sed Comitatus Louanienſis vel Bruxellensis. Inde patet, Brabantiam titulum Ducatus, directè & per se olim non habuisse, nisi cum Archiducatus Lotharingicus Brabantiæ vniretur.

Mortuo Ottone filio Caroli Ducis Lotharingiæ, & sepulto in Ecclesia Niuellensi. (Alii dicunt Coloniæ in Ecclesia S. Mariæ, quæ nunc vocatur ad Capitolium.) Ducatus Lotharingiæ datur per Imperatorem Henricum huius nominis secūdum, Comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennensis, Gerberga filia Caroli & sorore Ottonis Ducis quondam Lotharingiæ prædicti, solummodo Comitatum Louanienſem & Bruxellensem retinente cum Lamberto Comite marito suo, filio Ragineri Longicolli quondam Hannonienſis Comitis, qui Comitatus Montensis eo tempore dicebatur. Iste Lambertus senior genuit ex vxore sua Gerberga Henricum succedentem Comitem Louanienſem & Bruxellensem, ac sacri Imperii Marchionem.

Anno Comitatus Lamberti VIII. Baldricus Episcopus Leodiensis, cū in villa Hugardis dicta, castellū muniret, Lambertus Comes Louanienſis eū aggreditur & Episcopus, Lamberto vincente, multis suorum captis & occisis graui atteritur infortunio, quorum corpora colligens Episcopus, ea Leodii sepeliuit. Construens ibidem anno sequenti Abbatiam de regula & ordine S. Benedicti, ad honorem S. Iacobi Apostoli, vbi Obertus Abbas primus præfuit. Iste Lambertus primitus construxit Ecclesiam S. Petri in Louanio, & rexit comitatum post amissionem Ducatus, annis decem: & occubuit in bello apud Florinos.

Anno Domini MXV. Ducatus Godefridi anno decimo, Gerberga vero conthoralis eius, sepulta est in Ecclesia S. Gertrudis Niuellensis. (Hæc ex Chronicis.)

Baldricus huius nominis secundus, XLVII. à beato Materno & XVIII. Leodiensis Episcopus, filius pius Ludouici Comitis Lossensis, ex filia Ducis Lymburgensis, & Archidiaconus Campaniæ, omni morum honestate præclarus, consecratus à beato Heriberto Colonienſi Archiepiscopo, Anno Domini MVIII. Pontificatus vero Sergii Papæ quarti, anno primo. Sedit annis decem. Iste nullam in Episcopatu suo Ecclesiam, & nullum Cœnobium prætermisit, quod non decimis vel agris dotaret. Etiam ex prædiis sui patrimonii allodium, quod dicitur † Panterdum

Leodienſia.

Pannardum vel Panneredum.

maiori Ecclesiæ, ad sustentandos XXIV. pauperes perpetuo delegauit. Arnolphum Comitem de Loss liberis orbatum induxit, vt Ecclesiam Leodiensem sibi hæredem constitueret.

Anno Pontificatus sui sexto Baldricus Episcopus in allodio suo de Hugarden ædificare castrum disposuit & incœpit, cuius adhuc ibi fossa supereſt: Quod tamen Comes Louanienſis Lambertus, dictus Barbatus, ne fieret, contradixit: Pro quo inter Comitem & Episcopum commissum est bellum, in quo Episcopus succubuit, amissis circiter trecentis de suis, vbi Ioannes Episcopus de Italia profugus, literatus, deuotus & bonus pictor, hospitatus Leodii, Baldricum dolentem consolatur, & pro animabus defunctorum in prædicto bello consuluit fieri Cœnobium B. Iacobi fratris Domini in Insula. Cuius fundamēta Baldricus primo fecit, Anno Pontificatus sui septimo, Anno vero Domini MXIV. (in quodam Chronico dicitur X V.) qui horridus locus & incultus, tamen ferarum gregi cognitus, erat & quasi desertum, vt multos terreret ab hoc negotio. Morte autem præuentus opus vsque ad feneſtras perductum reliquit. Cryptam beati Andreæ dedicauit præsente Ioanne Episcopo, vbi quiescit Baldricus Episcopus. Post hæc adductus est eō conuentus Monachorum de Gemblaco, quibus Episcopus possessiones dedit: quorum primus Abbas fuit Obertus, vir magnæ sanctitatis. Ibi igitur præfatus Ioannes Episcopus sanctam vitam ducens, sepultus est. Baldricus verò præsente Colonienſi Archiepiscopo sancto Heriberto, sanctæ Mariæ, sanctique Lamberti Ecclesiam à Nothgero constructam, quinto Kalend. Nouembris dedicauit. Tertio die post ædificauit Ecclesiam beati Bartholomæi. Nam antea Ecclesiola ibi fuerat beati Seruatii. Fertur, Imperatori & Episcopis placuisse, vt eorum Patroni mutarentur: Quam vir nobilis Godescalius maioris Ecclesiæ Præpositus ædificauit, & ibi sepultus est: & allodia sua deputauit duodecim Canonicis, quos ibi congregauit, quorum numerus congruebat numero duodecim Apostolorum. Comitissa Lossensis dedit sancto Lamberto Waremiam castrum: Comes enim Arnulphis cognatus Baldrici fuerat. Ista Comitissa mediante pax facta est inter Episcopum Leodiensem & Comitem Louanii. Eius etiam temporibus Gerardus Cameracensis Episcopus cum Godefrido fratre suo oppidum & monasterium Florinense S. Ioannis Baptistæ Ecclesiæ Leodiensis subiecit dominio. Tandem Baldricus obiit tertio Kalend. Augusti. (Hæc ex Chronicis.)

Traiectēsia. Post dormitionem sancti Patris Anfredi, quidam Adelboldus decimus nonus electus est Episcopus Traiectensis, eodem Anno salutis, quo & Baldricus secundus Episcopus Leodiensis, qui Cæsaris Henrici sancti Consiliarius fuit eximius. Iste Adelboldus Anno Domini MXV. Traiectensem Ecclesiam veterem destruxit, & nouæ fabricæ fundamenta iecit: Quam cum Ecclesia Tylensi paucis annis decentissime consummauit.

Anno itaque Domini MXXIII. Traiectensis Ecclesia per Adelboldum Pontificem magnis sumptibus absoluta fuit. Ad cuius dedicationem Henricus secundus Imperator Romanorum, cum duodecim Episcopis Traiectum aduenit: Qui eandem Ecclesiam sexto Kalend. Iulii mensis, vnanimi benedictione consecrarunt, & cum magna solennitate honorifice dedicauerunt. Tandem quinto Kalend. Decembris, Adelboldus Episcopus migrauit ad Dominum, postquam annis decem & octo Traiectense rexisset Episcopium: Qui sepultus requiescit infra tectum Ecclesiæ Traiectensis, quam ipse decenter ædificauerat in honorem S. Martini, sereniſſimi Confessoris. (Hæc ex Chronicis Traiectensibus.)

Romana. Benedictus huius nominis octauus, natione Tusculanus, ex patre Gregorio; Cœpit Anno Domini MX. In quodam Chronico dicitur XII. Sedit Annis XII. In alio Chronico dicitur Annis XI. diebus XXI. Vacauit Sedes Anno vno. Benedictus ille Papa electus est de Papatu, substituto alio Papa, vnde maximum schisma fuit, quod nominabatur ab aliquibus scriptoribus XIII. schisma Ecclesiæ. Sed postea Benedictus Papatum obtinuit, electo iterum intruso.

Anno Pontificatus huius tertio, Ecclesia sepulchri Domini nostri Iesu Christi ab infidelibus Turcis, permittente Deo, desolatur. Iudæi autem multi illo tempore

præ

præ timore baptiſati ſunt in multis locis per orbem. Iſtis auditis timor & tremor corda plurimorum occupauit, vnde multi ſuſpicabantur finem ſeculi aduenisse.

Item Pontificatus eiuſdem quinto, dictus S. Henricus huius nominis ſecundus ab eodem Benedicto coronam ſumpſit Imperii. De iſto Benedicto Petrus Damianus ſic refert: Epiſcopus quidam, inquam, Capuanus, vidit Papam Benedictum, quaſi corporaliter nigro equo inſidentem. Hem, inquit, nunquid tu es Papa Benedictus, quem iam defunctum nouimus? Ego ſum, inquit, infelix ille. Quomodo, inquit, eſt tibi pater? Grauiter, inquit, torqueor, ſed de Dei venia non deſpero, ſi mihi adiutorium præbeatur: Sed perge, quæſo, ad fratrem meum Ioannem, qui nunc Apoſtolicam ſedem occupat, eiq; meo nomine dic, vt illam potiſſimum ſummam, quæ in tali theca repoſita eſt, pro me in pauperes diſtribuat, ſicque me redimendum eſſe, quandocunque tamen miſeratio Diuina decreuerit, cognoſcat. Nam cætera, quæ pro me indigentibus tradita ſunt, nihil mihi penitus profuerunt, quia de rapinis & iniuſtitiis acquiſita erant. Iſtis auditis Epiſcopus, Romam impiger adiit, & Ioanni fratris Papæ verba narrauit. Et Epiſcopatum idem Epiſcopus mox deſeruit & monachum induit, eoque modo ſalutem ſibi ex aliena calamitate præuidit.

Mortuo Menigando Henricus Imperator ſecundus facit ſanctum Popponem Archiepiſcopum Treuirenſem contra Alberonem, Anno Domini MXV, Pontificatus Benedicti Papæ octaui, Anno ſexto: Iſti Popponi Albero ſe ſubdidit, & ita in monaſterio S. Paulini permanſit. Qui Poppo adhuc clericus Danos ad fidē Chriſti conuertit, & cum quandam Abbatiam monialium de palaciolo, quę caligas veneficiis amatoriis infeſtas, quas quicunque induiſſet, ſtatim libidinibus Venereis intolerabiliter vexabatur, ante conſpectū ſuſpenderant, Monialibus expulſis in canonicorum eccleſiam commutaſſet Hieroſolymam abiit, & ſanctum Simonem, ſanctæ Catharinæ de monte Synai monachum inuenit, qui miſſus per obedientiam ab Abbate ſuo venerat pro recipienda pecunia, quæ de terra Ducis Northmannię Richardi monaſterio eius dabatur, & nihil profecerat, quia Ducem mortuum inuenerat: Iſtum, inquam, virum ſanctum Archiepiſcopus inuentum ſecum Hieroſolymam duxit & reduxit: Qui ſanctus Simeon cum eodem Archiepiſcopo de via tranſmarina reuerſus, abhinc poſt ſeptem annos apud Treuiros obiit, cuius vita multis claruit miraculis. (Hæc ex Chronicis Alberici.) Iſte etiam Poppo ſæpius occupatus in expeditione & procinctu militum, quædam de S. Paulino, de Palatio, etiam ſexaginta monialium præbendas in beneficium diſtribuit: Berencaſtel quondam Adalberonis à prædonibus defenſum deſtruxit: Aliud quoque caſtellum Adelberti cuiuſdam Tyranni, qui dicebatur † Suycam ad terram deiecit: Qui (videlicet) Adelbertus caſtellum quoddam Treuiris in honore S. Crucis conſtructum poſſidebat, vnde frequenter cum multitudine militum erumpens ad arcem Epiſcopi, quicquid ibi ad eius obſequium parabatur, violenter auferens abducebat. Cuius rei ignominia confuſus Epiſcopus, cum videlicet hoſtem quotidianum ſibi tam proximum ob munitionem caſtelli non poſſet debellare, multis ad amicos ſuos habitis querimoniis ad huiuſmodi infamiam depellendam conſilium & auxilium cœpit inquirere. Erat vero in exercitu eius vir potens diuitiis & viribus fortis, nomine Sycho: qui promiſit ſe tentaturū, ſi quo modo poſſet huius mali inuenire remediū, Epiſcopo vehementer congratulante. Egreditur ille, cupiens, quæ ſpoponderat, attentare. Quadam igitur die pergit ad portam Caſtelli, pulſans fores, poculum ab Adelberto ad ſe refocillandum petens: Quod cū celeriter allatum fuiſſet, & is ebibiſſet, nuntium alloquitur: Domino tuo, ait, magnas gratias meis verbis agito, & hæc verba narrare curato, vita ſoſpite hoc me poculum grata voluntate recompenſaturum: quibus dictis abiit. Captato deinde conſilio opportuno triginta onas comparat, in quibus ſingulis ſingulos milites electos, loricatos & galeatos enſibusque præcinctos collocat, & inſuper linteis opertos funes, quibus vectes ad portandum eos inſeruntur, componit. Deinde ſexaginta viros nihilominus electos, & plebeia veſte amictos, enſibusque eorum in onis reconditis, geſtatores conſtituit, nullique hominum huius fraudis præter prædictos viros conſcios fecit. Sycho ergo

Treuirenſia.

Suynam.

cum his & aliis paucis militibus vallatus ad caſtellum tendit, foresque pulſat. Seruo ſciſcitante quis ſit, & quid velit. Dic, ait, Domino tuo, me vinum magnæ dilectionis gratia olim promiſſum deferre, cum mihi ſitienti poculum ille vini mitteret: Seruo renuntiante, Adelbertus iuſſit viros intromitti: Quibus ingreſſis, & onas coram Adelberto in terram ſimul ponentibus, poſt eos Sycho ſubintrat, & auferri linteorum velamina iubet. Rogatque Adelbertum vt dilectionis munera ſuſcipiat. Portitores vero, ſicut erant docti, vno momento pariter omnia onarum velamina deiiciunt, gladios diripiunt: Inſidiæ de onis exiliunt, gladios ſtringunt, fortiter vndique feriunt, ipſumque Adelbertum obtruncant, cæteros domeſticos crudeliter mactant, caſtellum in ſolitudinem redigunt: Itaque Sycho à Poppone pro victoria beneficiis eſt remuneratus.

Iſte Poppo Eccleſiam S. Petri iam collapſam reparauit, & in honore S. Martini, translatis in illam reliquiis eius dedicauit, turrimque ibidem conſtruxit: Sancto Euchario quædam bona delegauit, quædam ablata reſtituit. Sanctus Simeon, (de quo ſupra) ſolitarius ſupra nigram portam Treuiris claruit, ibique requieuit: vbi Poppo Archiepiſcopus congregationem inſtituit, & ipſe ibidem ad pedes S. Simeonis poſtea requieuit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Treuirenſium.)

Brabantica. Henricus ſenior huius nominis primus, Comes Louanienſis & Bruxellenſis, & Marchio ſacri Imperii, filius Lamberti ſenioris, primi Comitis Louanienſis, cœpit Anno Domini MXVI. Imperii Henrici, huius nominis ſecundi, anno XIV. Rexit annis XXIII. (Hæc Sigibertus in geſtis Ducum Brabantiæ.) Iſte genuit Lambertum, aliàs Baldricum dictum cum barba, & Mechthildem, quę nupſit Euſtathio primo Comiti Bolonienſi, auo Godefridi de Bullone, poſtea Ducis Lotharingię, & tandem Regis Ieruſalem. (Hæc Magiſter Emundus. Item Henricus Louanienſis.) Obiit Anno Domini MXXXVIII. vt ponit Sigibertus. Magiſter Emundus dicit, Anno Domini MXLVIII.

Leodienſia. Sanctus Wolbodo Epiſcopus decimusnonus Leodienſis, & quadrageſimus octauus ab initio, erat filius Gaffridi Comitis Montenſis, id eſt Hanonienſis, ex Ioanna filia Balduini Comitis Flandriæ, & ex ſanguine Regum Francorum, Doctor Iuris, & Decanus Eccleſiæ S. Martini Vltraiectenſis, (id eſt, Traiectenſis inferioris) qui ab Henrico Imperatore à clauſtro abſtractus, factus eſt Cancellarius eiuſdem Henrici, & poſtmodum ab eodem Epiſcopus Leodienſis conſtitutus, Anno Salutis MXVIII. (In quodam Chronico dicitur XXI.) Sedit annis tribus, in quodam Chronico dicitur annis duobus.

Iſte ſanctus Wolbodo Eccleſiam S. Iacobi Leodienſis, ab Imperatore Henrico ſibi commendatam, & officinas eius conſummauit, & primos monachos ibi poſuit, & Obertum monachum S. Petri Gemblacenſis in eodem monaſterio primum Abbatem fecit ac benedixit, Anno Domini MXXI.

Idem Imperatorem Henricum aliquando ſibi iratum placare cupiens, pecuniam collegit, vt eam Henrico exhiberet. Cogitans vero apud ſemetipſum, quod melius eſſet, placare ſibi Regem cœleſtem, in cuius manu ſunt omnium corda Principum, & eos pacificos reddit, quando vult, pecuniam totam illam pauperibus diſtribuit. Quod vt Rex ſciuit, prudentiam Wolbodonis laudauit, & in ampliorem amicitiam recepit. Inſtituit vt proceſſiones ab vniuerſo Clero Leodienſi ad Eccleſiam maiorem fierent certis per annum ſolennitatibus: & antequam Diuina celebraret myſteria, diebus ſingulis ex more, de integro perorare conſueuit Pſalterium. Scripſit propria manu librum Pſalmorum, & vnicuique Pſalmo compoſitam ex eodem, & à ſe dictatam ſubiecit orationem: qui liber in Eccleſia Leodienſi hactenus ſeruatur. Pacem fecit inter Imperatorem & Colonienſem Archiepiſcopum S. Heribertum.

Sacerdos igitur Domini Wolbodo ab Ægypto huius ſeculi euocandus, dolore ſtomachi ex nimia contracta abſtinẽtia vergere ad mortem cœpit. Cui ægrotanti beatus Laurentius apparuit, cum inæſtimabili ſuauitate & gloria conſolans eum, dicens: Quinta feria mecum eris. Qua conſolatione refectus, maioribus Eccleſiæ Clericis cum maxima hilaritate eam expoſuit. Interim vocat Abbatem S. Remacli

Stabulenſis

Stabulensis Popponem, eiq; prouidentiam Ecclesię & monasterii S. Laurentii commisit, quia nondum ibi erant Abbas & monachi, cum Ecclesia hæc imperfecta esset ab Euraclo relicta & à Nothgero tecta. Wolbodo igitur moritur, & in Ecclesia S. Laurentii in crypta, quem Patronum fecerat suum, sepelitur XI. Kalend. Iunii; vbi multis claruit miraculis, qui multa bona contulit monasterio S. Laurentii. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Mortuo Godefrido huius nominis primo Duce Lotharingiæ, frater eius † Gochelo in Ducem sublimatur, Anno Domini MXXVI. Imperii Henrici secundi anno XVIII. quem rexit annis XXV. Istius filiam scilicet Odam, Lambertus cum Barba huius nominis secundus, Comes Louanensis tertius duxit in vxorem. Et est sciendum, quod iste Gochelo genuerit Godefridum, qui ei successit in Ducatu Lotharingiæ & Fredericum, qui Anno Domini MLVII. ex clerico S. Lamberti leuita Romēsis Ecclesiæ factus, quia exosus erat Henrico Imperatoris pro odio fratris sui Godefridi Ducis, post legationem Constantinopolitanam apud Cassinum in monasterio ingressus est, vbi monachus, & postea Abbas factus ex electione Romanorum fit Papa, mutato nomine Stephanus dictus nonus. *Lotharingica. Gozelo.*

Anno Ducatus eiusdem XIV. Frederico Mosellanorum siue Lotharingiæ superioris Duce mortuo, quia mares filias non habuit, quibus Ducatus competeret, Gochelo Dux Lotharingiæ inferioris impetrato ab Imperatore Conrado Mosellanorum, etiam Ducatu in regno Lotharingiæ potentius dominatur.

Et est sciendum, quod in regno Lotharingiæ inter alios Principatus sunt duo Ducatus Lotharingia appellati, Quorum vnus, qui per Duces Mosellanorum siue Lotharingiæ possidetur, superior; Alius vero, qui per Duces Brabantiæ tenetur, inferior Lotharingia appellatur. Tandem Gochelo Dux, Anno Ducatus sui XV. obiit cui Godefridus filius eius successit. (Hæc Magister Emundus.)

Venerabilis Pilegrinus creatus est tricesimus primus Pontifex Ecclesiæ Colonienſis, An. Domini MXXI. Pontificatus Benedicti Papæ octaui, anno XII. Præfuit annis XVI. Iste instituit Collegium sanctorum Apostolorum Coloniæ, & Ecclesiam per S. Heribertū antecessorem suum inceptam auxit, & fideliter cōsummauit, capitaque SS. Felicis & Adaucti per eum Roma deportata in eadem Ecclesia honorifice collocauit, vbi sepultus in Domino requiescit. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Colonienſia.*

Durandus Imperatoris Henrici Cancellarius, creatus est XX. Episcopus Leodiensis, & XLIX. cum B. Materno, Anno Dom. MXXI. videlicet eodem anno quo & Pilegrinus creatus est Episcopus Colonienſis, quod quasi fabula in theatro mundi fuit: virum nimirū ex humillimo & pauperrimo seruilis conditionis genere, Dominis suis carnalibus dominari, & maxime supradicto Godescalco, fundatori S. Bartholomæi, qui filius Castellani de Marelmeiz, electus fuerat à Capitulo in Episcopū, & cum ad Imperatorem pro Regalibus suis festinaret, obuium habuit dictum Durandum, iam ab Imperatore Episcopatu donatū. Cum igitur Durandus vidisset Dominum suum prędictum Godescalcum, voluit ei donum, quod ab Imperatore receperat resignare: sed per eundem Godescalcum firmius ad Episcopatum promotus est: erat enim vterque religiosus, sed Durandus in vtraque literarum scientia vehementer expeditus. Iste bona plurima, quæ antecessor suus B. Laurentio dederat, abstulit, partem sibi retinens, partem militibus tribuens: Sed cùm Wolbodo primo & secundo per visum in spiritu lenitatis eum idcirco corripuisset, & eleemosynā suam repetisset: Ille vero primum perculsus, deinde ab iis, quibus S. Laurentii bona dederat, negligere oblatum à S. Wolbodone somnio iuberetur: Tum ecce tertio sanctus Wolbodo in virga furoris venit, dicens: Iam securim ad radicem arboris positam esse scias. Inter hæc verba grauissime illum Pastorali baculo verberauit; vnde statim in morbum incidit. Expergefactus igitur, excitatæ per clamorem familiæ, quid accidisset, enarrauit, conuocansque Archidiaconos & maiores ciuitatis, dixit: En morior, inquit, ad misericordiam Dei mei, sanctique Wolbodonis me proiicite, & ex opposito illius Ecclesiæ B. Laurentii me sepelite. Spondebat quidem, si spatium vitæ sibi daretur, vniuersa quæ tulerat, in integrum se restituturū: sed frustra illa lo- *Leodienſia.*

cutus obiit, qui tam diu nudus & sine tecto iacuit, donec ampliata esset Ecclesia. Tunc enim in muro (nuro) inclusus sub tecto admissus est; Et hanc sepulturam, quæ nunc cernitur, Abbas Stephanus, primus illius loci, pro veneratione Episcopii super illum composuit. Durandus ille dimisit ac reddidit pro delicto suo sancto Laurentio terram de Wasagga. (Hæc ex Chronicis Episcoporum Leodiensium.)

Romana. Mortuo Benedicto Papa, Theophilus frater eius, Portuensis Episcopus, qui & Ioannes XX. factus Papa, sedit annos IX. mensibus IX. Isti Ioanni, Benedictus Papa apparens, dixit: se pœnis maximis cruciari, sed sperare interuentu Odilionis Abbatis, veniam posse se consequi; pro quo Abbas Odilo tam diu omni orandi genere laborauit, donec reuelaretur, se pro illo exauditum esse. (Hæc Albericus.) Cœpit Anno Domini MXXIII (in quodam Chronico dicitur XXII. In alio XXIV.) Sedit Annis IX. (In alio dicitur Annis XI.) Vacauit Sedes diebus duobus. Iste habuit cum Romanis bellum. (Hæc Bernhardus.)

Leodiensia. Reginardus XXI. Episcopus Leodiensis, & quinquagesimus ab initio, cœpit Anno Domini MXXV. Pontificatus Ioannis Papæ vicesimi, anno tertio. (In quodam Chronico dicitur XXVI.) Sedit annos XII. (Alias XIII.) Iste de Territorio Coloniæ Agrippinæ claro genere ortus fuit; Canonicus prius maioris Ecclesiæ Coloniæ, quẽ sanctus Heribertus multum dilexit, & Bonnæ Præpositum fecit. Fuerat etiam Præpositus Tornacensis, nec non Archidiaconus Virdunensis. Defuncto igitur Virdunensi Episcopo, Clerus & Populus eum Episcopum petiuit: sed vacabat tunc Leodiensis Ecclesia, cuius Episcopatum magis ambiens, eum à Conrado Imperatore per pecuniam obtinuit. Sed quarto Anno Episcopatus sui compunctus Romam adiit, & propter vitium Simoniæ Episcopatum resignauit in manum Ioannis Papæ, quem tamen tertio die dictus Papa benigne ei restituit, & Ecclesiam exstruere iussit. Episcopus igitur rediens, Ecclesiam B. Laurentii destruxit, & nouam ædificauit. Frater autem Episcopi XL. pedibus augeri parietes iussit vltra arborem: Sed & tunc euenit, quod simplex homo diu prædixerat, vidisse se B. Laurentium ac Wolbodonem Ecclesiæ sancti Laurentii faciendæ, (priori destructa) magnitudinem mensurantes.

Episcopus ad preces Comitis Harmanni, Stephanum de Virduno, cum sex monachis fecit Abbatem ad sanctum Laurentium: & licet fratres tunc affluerent in spiritualibus, egebant tamen in temporalibus. Abbas autem per visionem mittit nuncium ad forum Viseti, cui quidam homo missus ad Wolbodonem, dat LX. solidos pro necessariis emendis fratribus. Tunc vero missus à Ioanne Papa, Ioannes Portuensis Episcopus, cum Pilegrino Colonienſi Archiepiscopo Ecclesiam B. Laurentii dedicauit, Anno Domini MXXXIV. Indictione secunda. Anno autem Præsulatus Domini Reginardi, decimo. Iste Reginardus Ecclesiam iuxta sanctam Crucem Leodii, in honorem sancti Nicolai incœpit & dedicauit, quæ fuit prima in honorem beati Nicolai in regno Lotharingiæ, vt dicitur; Istam Ecclesiolam populus Leodiensis consummauit, quia in territorio Leodiensi ad inuocationem beati Nicolai cessauerat pestilentia muscatum, quæ homines nimis infestabant. Construxit etiam Reginardus Ecclesiam parochialem sancti Martini, in Insula Leodiensi, & in maxima fame, quæ fuit suis temporibus, sustentauit quotidie mille ducentos pauperes, scilicet Leodii CCC. Hoy CCC. Dyontati CCC. & Fossis CCC. Sanctoque Bartholomæo octo Canonicos addidit, & eos sufficienter dotauit. Denique super Mosam, magnum pontem, lapideum antiquum sumptuoso opere exstruxit, & tres alios pontes minores. Tandem hic Præsul venerabilis, temporalis vitæ subtractus est luci, & ductu beati Laurentii à valle lacrymarum ascendens, intrauit in gaudium Domini sui, Nonas Decembris. Sepultus Leodii in Ecclesia sancti Laurentii. (Hæc ex Chronicis.)

Conradus Saliquus Imperator. Cono Dux præpotens, cum ad Imperium aspiraret, repudiatur instinctu Arbonis Moguntini Archiepiscopi, & aliquorum Regni primatum, & Conradus ad Imperium sublimatus, imperauit annis XV. Cœpit autem Anno Domini MXXV. Mun MMMMMMCCXXIII. Iste fuit armis strenuus, consilio prouidus, sapientia tam forensi quam ciuili præditus, in religione Christiana satis deuotus, humilitate, quæ Regem decebat, adornatus. (Hæc ex Chronicis.) Multas ille leges condidit, & pacem in

cem in terris conseruare cupiens: statuit, vt quicunque Principum infringeret pacem, capite plecteretur: sed huius statuti transgressor Comes Lupoldus accusatur; qui cupiens vitam saluare, cum paucis, scilicet vxore & pueris, occulte fugiens in vastam solitudinem, multis temporibus ibi, tanquam eremita habitabat, nullo penitus sciente, quò deuenisset. Sed contigit Imperatorem ad illas partes tendere, & cum venationis causa bestias insequens, per solitudinẽ discurreret, ita ab omnibus longe abscedere, vt solus remanẽs, vbi esset, penitus ignoraret. Nocte igitur appropinquãte Imperator anxius, casu ad prædicti Comitis Eremitorium peruenit; qui benignè receptus, cum post laborem dormiret, & eadem nocte prædicti Comitis vxor filium peperisset, audiuit vocem Imperator in somniis, puerum istum generum eius futurum, & Imperii successorem. Quam vocem Imperator contemnens primo, cum deinde repeteretur, solicitus puero viso, mane, cum ad suos peruenisset, vocatis duobus secretariis suis occulte, mandauit, vt prædictum puerum rapientes in silua occiderent, & ad se cor pueri afferrent: quod dum duo illi exequi vellent, misericordia moti, puerum non occidunt, sed in nemore relinquentes, cor capti leporis in argumentum occisionis deferunt. Accidit autem, vt eadem hora Dux Henricus causa venationis solus in eadem silua errans, puerum vagientem audiret, ipsumque pulchrum conspiciens, vxori sui sterili occulte portans, ei mandaret, vt ex se natum diceret: quod & factum est, vocatque ipsum nomine suo Henricum. Cumque iam adultum Imperator vidisset, considerans vultum eius, quem olim viderat & ætatem, licet multum renitente patre (Duce Henrico) Imperator iuuenem sibi retinuit, cogitans, quomodo occulte perderet. Itaque post aliquod tempus misit cum literis ad Imperatricem, scribens, vt sub obtentu gratiæ suę, eo die, quò iuuenis veniret, occulte eum suffocaret. Sed iuuene iter agente, cum in domo cuiusdam presbyteri quiesceret, presbyter eo dormiente bursam ipsius pertractans, literas Imperiales conspexit, & cautè aperiens, feliciter literas commutauit: Nã abraso [ipso die moriatur,] rescripsit: [Ipso die filia mea eitradatur.] Quod & factum est, licet magna cũ admiratione Imperatricis, propter tam subitum & stupendum mandatum. Quod rursus Imperator percipiens, obstupuit. Sed postquam inuestigando inuenit, ipsius patrem nobilem Comitem fuisse, quem rusticum credebat, dolor ipsius mitigatus est. Qui Henricus postquam Conrado successit, in loco natiuitatis suæ magnum construxit monasterium. (Hoc mendacium ex Martini Chronica.)

Fabula ridicula, non digna refutatione, quanquam à multis tradita, quam solus Wippo confutat.

Mendacium Martini in memoria multo recentiori quam est Ioannæ Papissæ fabula.

Anno Regni sui tertio, Conradus filium suum Henricum, adhuc puerum, in Regnum sublimat Aquis. Ipse in Pascha Romæ in Imperatorem consecratus, quorundam Italorum contra se sæuientium motus compescit. (Hæc Sigibertus.) Vnde Episcopus Otto: Conradus Romam veniens, in ipsa die Paschalis solennitatis inter duos Conthonem Anglorum & Reginæ Gysilæ auunculum Rudolfum Burgundiæ Reges honorifice procedens, à summo Pontifice Ioanne coronatus, ab omni populo Romano Imperatoris & Augusti nomen sortitur. In ipsa vero Paschali hebdomada tumultu orto inter milites Imperatoris & ciues, grauis pugna committitur, cæsisque multis, Romanis fugientibus, Imperator victoria potitur. Post hæc facta cum ciuibus pace ab vrbe regreditur, captumq; latronem quendam famosissimum, nomine Thasegart, suspendio punit. (Hæc qui supra.)

Anno eiusdem Conradi sexto, iussu ipsius Imperatoris, Regali & Synodali cõuentu habito apud Tyburias, inter cætera Episcopi hoc Capitulum decernere voluerunt, vt si quando ieiunium primi mensis euenerit infra hebdomadam, qua caput ieiunii in quarta feria constat, amborum ieiuniorum celebritas vnius officii expletione compleretur: Sed Gerardus Cameracensis, & pauci cum eo huic multorum decreto contradicentes obtinuerunt, vt ieiunium primi mensis in altera hebdomada in qua habetur officium, celebraretur secundum antiquorum consuetudinem. (Hæc Sigibertus.)

Anno Imperii eiusdem Conradi septimo, Meynwertus Episcopus Paderbornensis, Ecclesiam Monasterii SS. Petri & Pauli in Paderborna, quam tunc consummauerat, dedicauit secunda die mensis Nouembris: & multa prædia de paterna hæreditate, tam in diœcesi Traiectensi, quam de Comitatu Testerbant, & de Comita-

tu Radichen, quæ ex diuisione facta, cum quadam sorore sua fundatrice monialium in Elten ad eum pertinebant, in diœcesi Paderbornensi ac aliis locis existentia, ipsi monasterio liberaliter cõferebat: vbi fuerũt præsentes Archiepiscopus Magdeburgensis, S. Godehardus Hildesheymensis ac Myndensis & Monasterienſis Episcopi.

Anno dehinc secundo, Quinto Nonas Martii, piissima Imperatrix Chunegundis obiit, quæ Ecclesiam Paderbornẽsem apud Henricum S. Imperatorem maritum suum sedulis precibus & exhortationibus plurimum promouit, & ipsa sicut S. Henricus, clarens post mortem miraculis canonisata fuit.

Anno Imperii istius Conradi x i v. contigit Eclipsis Solis x i. Calend. Septemb. à tertia hora vsque ad sextam, Luna x x v i i i.

Anno sequenti in mense Aprili v i i i. Idus, visa est in cœlo inter Australem & & Orientalem plagam ignea trabs, miræ magnitudinis, quæ currens super Solẽ, iam ad Occasum vergentem visa est in terram cadere, cuius vestigia diu videri potuerũt. (Hæc Sigibertus.) Floruit hoc tempore Otto huius nominis primus, Comes Geldriæ & Zutphaniæ, magnus inter Principes Alemaniæ. (Hæc ex Chronicis.) Conradus Imperator Italiam adiit, vt rebellionem meditantes debellaret: & quia omnes Longobardi coniuraverant, vt non paterentur dominum, qui aliud, quã ipsi vellent, contra se ageret, quosdam Episcopos in vincula coniecit; & quia Episcopus Mediolanensis fuga lapsus est, Imperator suburbia Mediolani incendit. Die vero Pentecostes, cum Imperator in prẽsente Ecclesia secus vrbem ad Missam coronaretur, tã gratia fuerunt tonitrua & fulgura, vt aliqui mente excederent, aliqui spiritum exhalarent. Bruno vero Episcopus, qui missam canebat, & Secretarius Imperatoris cum aliis tribus dixerunt, inter missarum solemnia vidisse se sanctum Ambrosium Imperatori indignando comminantem. Sic igitur Imperator Italia discessit.

Geldria.

Pridie Idus Maii eclipsis Solis fuit, & pridie Nonas Iun. Imperator obiit: Vnde Episcopus Otho inquit. Reuersus ab Italia Imperator, sanctamq; Pentecosten in inferiori Traiecto Frisiæ vrbe celebrãs, in ipsa solẽnitate infirmatus Imperii x i v. anno diẽ vltimũ clausit, sepultisq; ibidem intestinis eius, reliquũ corpus in Spirensem vrbẽ deportatur, & in Ecclesia S. Mariæ humatur, post quem Henricus filius eius imperauit annis x v i i. Eodem anno S. Godehardus Episcopus Hildesheymensis obiit. &c.

Traiectẽsia.

Cum Adelboldus defunctus esset, & quotidianus tumultus in electione noui Pastoris fieret, Conradus Rex Traiectum descendit ad supprimendam discordiam, adducens secũ Gisilam Reginam, vxorem suam decentissimã: Sed quia eadem Regina diebus illis erat grauida, quinimo puerperio proxima, Rex eam reliquit in pago Oesterble (Oestercke) apud presbyterum, cui Barnulpho proprii nominis erat vocabulũ; Rex autem ad vrbẽ Traiectensem cõfestim se transtulit, & Capitulum ad vnionem pacis reformare studuit. Demũ inualescente grauiori discordia, totũ Capitulum cõpromisit ad arbitriũ Regis præsentaturos, se virum discretum & idoneũ, qui dignus esset gubernare tantum Episcopium. Interea Regina nobilis elegantis formæ parturiuit infantem, transmittens Regi noua gaudia per Barnulphum sacerdotem. Et ecce Rex pro desiderata legatione nimium exultans, tradidit eidem presbytero Traiectensem Episcopatum & inuestituram per annulum & pastoralem baculum. Cœpit autem Anno Dom. MXXVII. Pontificatus Ioannis Papæ x x i. anno v.

Hoc si verũ est, falsum erit, quod prius ex Martino recitauit. Sic igitur mentitur Martinus, vt & alia.

Barnulphus itaque vicesimus ordinatus Episcopus, cum Principibus Hollandiæ pacem fecit, & saluberrime totum Episcopatum, in abundantia pacis, omnibus diebus vitæ suæ rexit, & ad perennem laudis suæ memoriam ædificauit in Traiecto duas collegiatas Ecclesias, vnam in honorem sancti Petri Apostoli venerabilis: Alteram in honorem sancti Ioannis Baptistæ præcursoris Domini. Medietatem vero Collegii sancti Saluatoris Traiectensis transtulit Danentriam: vbi pro reuerentia beati Lebuini egregii Confessoris, Canonicorum exstruxit Ecclesiam. Abbatiam vero Reuerendi Patris Anfridi de Monte sancto prope Amersfordiam, Traiectum transtulit, vbi conuentualem Ecclesiam in honorem S. Pauli condidit, & alia multa bona, & vtilia faciens: dirutas reparauit Ecclesias, & ornamentis variis decorauit, & nouas erexit: pauperibus largas faciens eleemosynas, omnibus amabilis, vt à Deo missum omnes dicerent: Qui post hæc x i v. Kalend. Augusti feliciter migrauit ad Dominum,

Dominum, postquam annis XXVII. in pace gubernasset Episcopium; qui Traiectum condignè aduectus, & ibidem in Ecclesia Principis Apostolorum honorifice tumulatus est. (Hæc ex Chronicis.)

Benedictus nonus, natione Tusculanus, ex patre Alberico, cœpit Anno Domini MXXXIII. (in quodam Chronico dicitur XXXIV.) Sedit annis XIII. mensibus tribus (in quodam Chronico dicitur annis XIV.) Quo electo à Papatu, factus est Papa Episcopus Sabinensis, qui infra vocatur Syluester tertius: rursus electo Benedictus substituitur; quo & ipso rursus electo, datus est Papatus Ioanni Archipresbytero sancti Ioannis ánte Portam Latinam, qui Gregorius sextus vocatur infra: qui habito Papatu, cum esset rudis literarum, alterum Papam ad vices Ecclesiastici officii exequendas secum consecrari fecit; Quod cum multis non placeret, tertius inducitur, qui solus duorum vices impleret. Itaque vno contra duos, & duobus contra vnum de Papatu altercantibus, Henricus Imperator contra eos Romam accedit, & eis Canonica & Imperiali censura depositis, Suidgerum Bambergẽsem Episcopum, qui Clemens secundus appellatus fuit, in Papatum substituit, Romanis promittentibus & iurantibus, se sine ipsius consensu nunquam nouum Pontificem electuros. *Romana.*

Item Anno Domini MXLII. erat in Anglia Rex adeo mansuetus, vt nec viles homines verbo læderet, & tamen eius erat apud domesticos reuerentia vehemens, & apud exteros metus ingens: Nam fouebat eius simplicitatem Deus, vt posset timeri, qui nescire irasci. Ægitham ille filiam Godwini Comitis habuit vxorem, in quam pene omnes artes liberales confluxerant, quam ita tractauit, vt nec thoro amoueret, nec virili more cognosceret. *Anglica.*

Item Anno Domini MXLVII. fames valida Galliam & Germaniam affligit.

Anno sequenti nix tanta in Occidente cecidit, vt syluas frangeret.

Item anno sequenti Francia turbatur per Berengarium Turonensem, qui docebat, Eucharistiam quam sumimus in altari, non esse reuera corpus & sanguinem Christi, vnde contra eum, & pro eo multum, à multis, verbis & scriptis disputatum est. (Hæc Sigibertus.) De isto Berengario vulgo narratur, fuisse in adolescentia nigromanticum. I. Quia Turonis Romam vsque eum Diabolus vna nocte detulisset: II. Quia puer clericus nobilis genere, ei commendatus, magistro absente, dum libros nigromanticos legeret, à Diabolo occisus esset: III. Quia idem Diabolus coactus à Berengario corpus pueri mortui intrans, per aliquod tempus huc & illuc deambulare puerum, & cum cæteris cantare & in choro stare fecisset, donec ab alio nigromantico, falsitate deprehensa, puer, vt erat, mortuus esse videretur: Vnde idem Berengarius morti adiudicatus, fugiens ad Ecclesiam, hymnum [Iuste Iudex] ibi fecit, & cum lamentatione decantauit, & ita liberatus fuit. (Hæc Albericus.)

Item sanctus Hugo Abbas Cluniacensis, dum quodam die dormiret, vidit sub capite suo cubare serpentum multitudinem, subitoque capitale suum excutiens, inuenit librum secularem Vergilii suppositum, quo abiecto, in pace quieuit.

Item circa Annos Domini MLVI. per quosdam eremitas fundatus fuisse dicitur locus Abbatiæ Molismensis, quæ est mater Cisterciensis ordinis. (Hæc Alberic.)

Item circa annos Domini MLIX. in pago Brachacensi iuxta Tornacum, multitudines colubrorũ, duabus ex partibus cõgregatæ, prodigioso prælio inter se concurrunt, & multis vtrinque occisis, victa pars fugiens, in cauo arboris se abscõdit. Altera pars vincentium more insequens, cum sibilo circumstrepebat, donec circumiecto ab hominibus igne omnes concremati sunt. (Hæc Sigibertus.)

Venerabilis Harmannus huius nominis secundus, cognomento Nobilis, Mathildis sororis tertii Ottonis filius, Coloniæ XXXII. ordinatur Episcopus, Anno Domini MXXXVII. Pontificatus Benedicti noni Papæ anno V. sedit annis XVIII. & habuit fratres Ludolphum & Ottonem Ducem Sueuiæ: de cuius linea descendit Lotharius Dux Saxonum, qui fuit Imperator tempore secundi Innocentii Papæ. Obiit Harmannus, sepultus Coloniæ in Ecclesia S. Petri Apostoli. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) *Colonienſis.*

Defuncto Reginardo Leodiensi Episcopo, fundatore Abbatiæ sancti Laurentii, succedit Nizo, qui & Nythardus, de quo supra dictum est, qui Ecclesiam san- *Leodienſis.*

cti Dionysii fundauit. Cœpit autem hic Nythardus custos maioris Ecclesiæ eodem Anno salutis, & sub eodem Papa, quo & Hermannus XXXII. Archiepiscopus Colonienſis: Sedit annis quinque. Iste ædificauit Ecclesiam parochialem sancti Remigii Leodiensem, & Ecclesiam sancti Thomæ iuxta sanctum Bartholomæum: Construxit etiam castrum in Dionanto, in quo ædificauit Capellam in honore sancti Benedicti. Obiit Kalend. Augusti, sepultus in Ecclesia Leodiensi, Anno Domini MXLI. Istius temporibus (videlicet Anno Domini MXXXIX.) noua Ecclesia sancti Petri, sanctique Remacli Stabulensis à sancto Poppone Abbate reædificatur; qui sanctus Poppo pro sanctitate sua viginti Abbatias fertur erexisse. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Brabantica. Lambertus secundus, qui & Baldricus, dictus cum Barba, Comes Louanienſis & Marchio sacri Imperii, Henrico fratri succedēs, cœpit An. Domini MXXXIX. Imperii Conradi huius nominis secundi, Anno XV. & vltimo. Rexit annos XVI. Iste genuit ex Oda filia Gochelonis Ducis Lotharingiæ Henricum huius nominis secundum, Comitem & Marchionem succedentem. Post hæc Henricus Imperator contra Balduinum Comitem Flandrensium proficiscitur, & Scaldam fluuium, Balduino fugiente, transiens omnia depopulatur, & insuper apertis sibi clausulæ portis multam cædem inimicorum fecit: & vltra progressus Lambertum istum Comitem Louanienſem Balduino auxiliantem cum multis perimit apud Tornacum, qui ad oppidum Niuellense defertur, & ibi cum parentibus sepelitur. (Hæc ex Chronicis Ducum Brabantiæ, Lotharingiæ & Comitum Louanienſium.)

Hollandica. Post obitum Theodorici Hierosolymitæ, huius nominis tertii, Theodoricus huius nominis quartus, filius eius primogenitus Comes quintus Hollandię effectus est, qui modico tamen tempore Comitatu fruitur. Cœpit autem eodem anno salutis, quo & Lambertus secundus, tertius Comes Louanienſis & Bruxellensis. Iste Comes Theodericus Anno Comitatus sui nono, vocatus Leodium ad hastiludium & torneamentum per principes superiores, cum magna comitiua Baronum & militum venit: Contigit autem torneamento finito, vt altera die in hastiludio improuise vulnerando occideret fratrem Episcopi Colonienſis: Quo comperto, statim Comes equo cursore fugam iniit, suis dispersis & occultatis hinc inde. Attamen consanguinei Domini Colonienſis in vindictam occiderunt duos egregios milites prędicti Comitis. Rediens igitur Comes in Hollandiam, combussit omnes naues mercatorum territorii Colonienſis & Leodienſis, occisis & captis omnibus mercatoribus, in prædictorum militum vindictam. Vnde Episcopi Colonienſis & Leodienſis congregantes infinitam militiam adiutorio Marchionis Brandenburgensis, venerunt cum magno liuore in Hollandiam, vbi statim traditorie per quosdam oppidanos Dordracenses, in Dordracum intromissi sunt, volentes ex Dordraco depopulare totam Hollandiam. Quo comperto Comes valde motus adunauit egregium exercitum, & caute quadam nocte, adiutorio Domini Gerardi Domini de Putte, simul in Dordracum venit, & statim ordinatis aciebus bellicis per plateas, plus quam CCCC. nobiles incautos trucidauit cum aliquibus satellitibus. Episcopi vero cum Marchione, & residua electa militia celeriter & occulte ex vna portarum egressi, fugā inierunt, multis tamen de suis occultatis hincinde in diuersis domibus. Dū ergo idem Comes altera die cum paucis iret ambulatum ad mœnia ciuitatis, accidit, vt per strictam plateam iret, in qua plures hostium latebant: quorum vnus telum venenatum iaciens, vulnerat Comitem in fœmore, de quo tertia die, scil. Idus Maii occubuit. Et vbi vulneratus fuit, eadem platea ex tunc vsque in præsentem diem dicitur platea Comitis. Iste Theodericus non habuit vxorem nec liberos, qui per spatium IX. Annorum rexit Hollandiam, sepultus apud Egmundam. (Hæc ex Chronicis eorundem Comitum.)

Henricus III. Imperator. Henricus tertius inter Reges, & secundus inter Imperatores, filius Conradi prædicti, ad Imperiale fastigiū sublimatus, Princeps iucundus & hilaris, bellatorq; strenuus, egenis multa donans, & ioculatores à se repellēs, Windelos subegit: Sueuos attriuit: & Vngaros in pace continuit: Pandulphum quoq; principem Capuanum cepit. (Hæc magister Ioannes de Criuellis scriptor Apostolicus in suo Chronicorum

corum Compendio.) De Henrico isto Episcopus Otto sic refert: Henricus Imperatricis Gysilæ filius, qui patre viuente regnare cœperat, ipso mortuo solus regnauit: In eo dignitas Imperialis, quæ per longum iam tempus à semine Caroli exulabat, ad generosum & antiquũ germen Caroli reducta est. Patrem per omnia in virtutibus non solum æquasse, sed & transcendisse perhibetur: Regnũ moderatissime gubernans. Verum in principio regni sui, dum Bohemos resistentes sibi incaute bello peteret, plurimos de exercitu in abditis syluarum claustris perdidit, contra quos cum debitę indignationis aculeos exerceret, gentemq́ue præfatam multis malis attereret, tandem Ducem eius in deditionem accepit. Cœpit autem regnare Anno Domini millesimo quadragesimo, Mundi vero MMMMMMMCCXXXVIII. & imperauit annis XVII.

Anno tertio regni istius erat carpentarius, cuius filius paruulus ludens in sarmentis, ex eisdem literas legibiles nescius, ordinauit, quod quidam presbyter astans aduertit, legitq́; hæc verba ex eis: Dominabor à mari vsque ad mare: Vnde presbyter animo illa suo perpendit, & præsagiens, puerum futurum Papam suasit Patri, vt eum discere literas iuberet: & sic pater fecit. Puer vero postquam literas didicit, venit ad curiam Imperatoris, & inter scriptores receptus est: quem Henricus filius Imperatoris, multis iocosis contumeliis sæpius affecit: quod Imperatori displicuit; & tandem visum est Imperatori in somniis, sedere filium Henricum ad mensam, ac iuuenem illum, qui Hildebrandus dictus est, stare ante mensam, & habere duo cornua ascendentia vsque ad cœlum, quibus filium suum in lutum deiiceret: Vnde turbatus Imperator, fecit eum incarcerari: Sed Imperatrix de eo Imperatorem occulte redarguit. Itaque dimisit eum, & ipse monachus in monasterio Cluniacensi, & tandem prior factus, cum Abbate Cluniacensi Romam veniens, factus est Papa, & Gregorius septimus nominatus. (Hæc Goblinus.) Iste Henricus quodam brumali tempore Sclauos expugnare decreuit, qui in expeditione magna, versus Orientalem plagam, sua castra locauit. Habuit autem idem Imperator in comitatu suo sororem sanctimonialem eximiæ venustatis, quam Canonicus quidam adamauit zelo nimiæ dilectionis, quam etiam blanda suggestione tandem ad hoc induxerat, vt circa caliginosam noctis vmbram ipsum in amoris amplexum susciperet. Illis igitur in furtiuo cubili clam obdormientibus, permaxima nix cecidit inopinato, & auroræ iubar tetram hemisphærii caliginem iam effugauerat; Quapropter idem Canonicus plurimum anxiatus, quomodo tentorium suum accederet, ne relictum in niue vestigium, culpam suam aliquo modo proderet; capto repentino consilio, fecit vt sanctimonialis dicta, eundem Canonicum in humeris ad suum tentorium efferret, vt in eundo & redeundo saltem vnius solius posset apparere vestigium. Eadem autem hora Diuus Imperator, stimulantibus bellicis curis, solus peruigil fuit, qui peregrinum hoc spectaculum à fenestra tabernaculi sui procul intuens, pie subrisit. Demum exorto iam Sole, Cæsar Augustus flagitauit, vt idem Canonicus ad Missam Diaconatus expleret officium; quod Canonicus remordente conscientia, modis omnibus abnuit, nec blandimentis aut minis adduci potuit. Cernens itaque Cæsar eiusdem Canonici conscientiam, remisit ex bono corde conceptam pertinaciam; Accidit autem, vt Decanatus simul & Abbatia illis diebus vacarent Imperiali Cameræ; vbi Cæsar aduocans Canonicum cum sorore, cœpit loqui per ænigmata secretæ parabolæ: Amantissime frater, esto deinceps vir maturus: En vacantem hanc Decaniam tibi conferimus, teque monitũ volumus, vt nunquam sanctimonialem præsumas equitare fœminã. Deinde sorori suæ dixit: Charissima soror, sis deinde continens, Ecce, hãc tibi Abbatiam siue curam ancillarum Christi conferimus per præsentem annulum præcipientes, ne permittas vnquam equitari te à Canonico; Quibus ita dictis, ambo se mutuo contuentes, erubuerunt, & per leuem illam correctionem informati, præteritam culpam per perpetuam continentiam emendauerunt. (Hæc ex Chronicis.)

Falsa illa in hunc locum: & vera de Carolo Magno: nisi fortassis repetita.

Idem Henricus tempore Conradi patris sui, à quodam clerico fistulam tulerat argenteam, qua pueri ludentes, aquam iaculantur, pactus ei Episcopatum, si fieret Imperator. Adultus repetenti pollicitum, impiger dedit. Nõ multo post, aspero mor-

bo correptus decubuit, & morbo crescente, triduo ex sensibus mutus iacuit. Episcopi vero præsentes triduano indicto ieiunio, pro vita eius Domino supplicabant: qui conualescens accitum, quem pro fistula Episcopum fecerat, sententia Concilii deposuit, professus se toto illo triduo dæmones infestos sibi vidisse, flammam in se per fistulam iaculantes, & flammam adeo vehementem, vt noster ignis respectu illius, iocus putetur. Interim vero, ait, iuuenem semiustulatum aduentasse, ferentem calicem aureum, immẽsis magnitudinis, aqua plenum, cuius visione & laticis aspergine extinctos ardores euaserit. Erat is B. Laurentius, martyr glorioſus, cuius Ecclesiæ tectum longa carie dissolutum, compaginari rursus fecerat, & præter alia munera, calice aureo eandem Ecclesiam honorauerat. Eundem Henricum aliquando inimicos fugitantem, cerua quædam vltra inuadabilem fluuium euexit. (Hæc Vincentius lib. 16. cap. 19.) Item vxor istius Imperatoris Henrici, Gunhildis Imperatrix de Anglia, adulterii accusata, vnum ex clientela sua, statura pusillum, delatori giganteæ molis homini ad monomachiam opposuit. Itaque confecto duello, per miraculum Dei, accusator succiso poplite eneruatus & victus est. Illa autem post victoriam viro suo repudium dedit, & nec minis, nec blanditiis vt cũ eo diutius maneret, consensit: sed sanctimonialis habitum sumens, in seruitio Dei permansit. Et Imperator aliam duxit, Agnetem nomine, de qua tulit filium, quem Henricum vocauit.

Anno eiusdem octauo, Rex Henricus à Clemente Papa in Imperatorem benedicitur, iurantibus Romanis, sine eius consensu nunquam se Papam electuros.

Anno eiusdem nono, Ecclesia sepulchri Domini nostri Iesu Christi reædificata est, Constantinopolitano Imperatore procurante, qualis nunc colitur Hierosolymis: quod factum est Anno ab incarnatione Domini MXLVIII. quinquagesimo primo ante vrbis liberationem, & trigesimo septimo post eiusdem Ecclesiæ destructionem. (Hæc Guido.) Erat Imperator Henricus multis & magnis virtutibus præclarus, & omniũ pene ante se bellicosissimus, vtpote qui multas feroces & indomitas subiugauerat Imperio nationes. Idem Imperator, aliquando Pentecosten apud Maguntiam celebrabat, paulo ante Missam, & cum sedilia pararentur in Ecclesia, ortum est iurgium inter cubicularios Archiepiscopi & Abbatis Fuldensis cœnobii, vter eorum Dominus iuxta Imperatorem sedere deberet; Nam Fuldense cœnobium in Thuringia S. Bonifacii corpore insigne, prædiis ditatum est permagnificis, cuius loci Abbas habet priuilegium ex antiquo, vt in magnis festiuitatibus ad dexteram sedeat Imperatoris. Itaque ventum est ad pugnam, furoreque per Ecclesiam grassante, pauimentum sanguine inundauit; sed statim Episcopis conuolantibus, pace inter reliquos dissidentes statuta, templum purgatum est, & missa festiuis clamoribus acta. Sequentia autem sancti Spiritus percantata, & vltimo eius versu dicto: [Hunc diem glorioſum feciſti.] vox ab aëre lapsa est. [Hunc diem bellicosum ego feci.] Rigentibus omnibus præ timore, Imperator diligenter intẽdens lætitiam inimici. Tu, inquit, omnis malitiæ inuentor simul & intentor, diem bellicosum & & arrogantibus luctuosum fecisti: Sed nos per Dei gratiam, qui illum glorioſum fecit, pauperibus gratioſum reddemus; & mox de nouo incepta Sequentia solemni clamore Spiritus sancti gratiam implorabat, intelligens illum aduentasse, his plorantibus, illis cantantibus, omnibus simul pectora tundentibus. Finita missa, egenis per præcones conclamatis ter, omnes dapes, quæ sibi & curialibus parabantur, in vsus eorum distribuit. Ipse obsonia apponens, & ipse iuxta disciplinam ministrorum de longe consistens; ipse superflua ciborum abstergens. (Hæc Helinandus.)

Anno Imperii Henrici decimo, Synodus Maguntiæ celebratur in præsentia summi Pontificis Leonis & Imperatoris. Ibi proposuit Imperator quæstionem de Legenda S. Seruatii, & de gestis eius: vbi canonisata fuit vita eius; vnde Sigibertus, Leo Papa in Germania & Gallia Synodis habitis, statum Ecclesiæ meliorabat.

Eo tempore erant duæ anus in via, qua Romam itur, vnâ in tugurio commorantes, ambæ imbutæ maleficio, quæ hospitem, siquidem solus superueniebat, in equum aut asinũ commutabant, & mercatoribus vendebant. Iuuenem igitur quendam gestibus histrionicis exigentem victum, susceptum hospitio asinum fecerunt, multum inde lucrantes, per asinum illum scilicet, qui miraculo gestuum transeuntes de-

tes detinebat. Nam quocunque præcepiſſet anus, mouebatur aſinus; Nec enim amiſerat intellectum, ſed loquelam; vt magnum inde quæſtum colligerent vetulæ; & audiens vicinus diues, aſinum magno pretio emeret. Iuſſerunt vero vetulæ vt cuſtodiret eum, ne in aquam intraret: ſeruatus eſt aſinus diu ab aqua, tandem incautiorem nactus cuſtodiam, in proximum lacum ſe proiecit, & cum ibi diutius ſe volutaſſet, figuram recuperauit humanam, & aſininam perdidit: adeò vt cuſtos eius ab eodem obuio, ſciſcitaretur, an vidiſſet aſinum: Ille dicit, ſe eſſe; Famulus refert ad Dominum: Dominus ad Apoſtolicum Leonem noſtro ſæculo ſanctiſſimum. Conuictæ anus idem fatentur; Dubitantem Papam confirmauit Petrus Damianus producto exemplo de Simone Mago, qui Faſtinianum in figura Simonis videndum dediſſet. (Hæc Helinandus.) Hinc apparet, quod nihil, quod per nigromantiam fit, in aqua poſſit fallere intuentem, ſicut de puluere quodam inuento ſuperius in geſtis Gereberti, qui poſt Papatum dictus eſt Syluester ſecundus, refertur, quia in aurum vertebat, quicquid contingebat, id eſt, ita videri faciebat, donec aqua diluueretur.

Anno regni iſtius Henrici, filius eius Henricus, adhuc puer quinquennis, Aquiſgrani ab Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi coronatus eſt in Regem. (Hæc Goblinus.) Eo tempore corpus Pallantis, filii Euandri, Romæ integrum repertum eſt cum hoc Epitaphio:

Filius Euandri Pallas, quem laurea Turni
Militis occidit morte ſua iacet hic.

Quos verſus non tunc factos crediderim, quamuis Carmentes Latinas literas inueniſſe dicitur: ſed vel ab Ennio, vel ab alio antiquo Poëta. Ea quidem eſt natura cõditorum corporum balſamo, vt carne tabeſcente cutis exterior neruos, & nerui oſſa contineant. Hiatus vulneris quod eſt in medio pectore, comparebat: Quatuor pedibus & ſemis menſuratus eſt: Ardens lucerna ad caput inuenta fuit, quam cum nulla liquoris aſpergo aut flatus violentia extinguere poſſet, quidam ſolertioris ingenii, ſubtus flammam ſtylo foramen fecit, & mox introducto aëre ignis euanuit. Corpus muro applicatum altitudine ſua magnitudinem mœnium vicit. Sed procedentibus diebus, ſtillicidiis rorulentis infuſum, communem mortalium corruptionem agnouit, cute ſoluta, neruisque fluentibus. (Hæc Helinandus ex dictis Wilhelmi.)

Anno eiuſdem XVII. Victor Papa in Gallias veniens glorioſe ab Imperatore ſuſcipitur, & eo præſente non multo poſt Imperator Henricus moritur. (Hæc Sigibertus.) Apud Spiram conditus eſt, quam ipſe ex antiquiſſima & diruta Nemete renouatam Spiram nominauit. Iſtius Epitaphium illud famoſum fuit:

Cæſar tantus eras terrarum, quantus & orbis,
At nunc in modico poſt mortem clauderis antro.

Poſt eum regnauit Henricus filius eius, cui aſcribuntur anni quinquaginta. *Henricus IV. Imperator.* (Hæc ex Chronicis.) Sub iſto Imperatore, floruit Gerlacus Geldriæ & Zutphaniæ Comes, qui de parte Conradi Epiſcopi Traiectenſis, Anno Domini MLXXVI. in bello contra Theodoricum Hollandiæ, eiusque vitricum Robertum Flandriæ Comites occiſus fuit. (Hæc ex Chronicis Ducum Geldriæ.)

Wazo vel Guatzo ex clero S. Lamberti, vir ſpiritu, ſapientiæ, & ſcientiæ, & feruore religionis inſignitus, ordinatur Leodienſis XXIII. Epiſcopus & LII. à beato Materno, Anno Domini MXLII. Pontificatus Benedicti IX. anno decimo. Præfuit annis ſex: & centum & quinque annorum erat quando fuit electus. Iſte ſanctus Pontifex frater Wenzonis Abbatis de Florinis ante Epiſcopatum ſub Nothgero Capellanus fuit: Inde Magiſter ſcholarium ab eo, & poſtmodum Capellanus Conradi Imperatoris factus eſt tempore Domini Reginardi; Deinde factus eſt Præpoſitus, ſimul & Archidiaconus Leodienſis, in quo hoc mirabile, quod in quocunque negotio cõtra quemcunque controuerſiã ſuſciperet, ſemper ratione munitus conſequeretur victoriam. Per quatuor autem circiter annos adminiſtrauit officium Præpoſituræ. Defuncto igitur Nytardo Epiſcopo, à Clero & populo in Epiſcopum, vt dictum eſt, eligitur: factusque Epiſcopus ſcholas frequentabat ſæpiſſime, proponendo quæſtiones, & de Donati vel Priſciani regulis non dedignabatur ſcholares *Leodienſis.*

interrogare, eosque desideranter cupiebat audire. In quadragesima à choro, vel à conuentu separari nolebat: saxeo sedili pro lecto, martula vtens pro lectisternio: pane auenaceo cum faba modica sustentatus: ceruisiam impuram sumens: vel aquam puram, senile corpusculum abstinentiæ rigore macerabat, & multa bona Leodiensi Ecclesiæ ante & post Episcopatum fecit; præbendas Ecclesiæ maioris pauperes & exiguas ditauit, & cum vnus panis quotidie vnicuique pro stipendio tribueretur, iste candentis similæ panem quinque libras appendentem adiecit, & centum quadraginta vecturas vini: hac ratione, vt ex eo, quod prædictis fratribus supereſſet, aliarum Ecclesiarum, quibus vinum non esset, consuleretur inopiæ: decentissimum aiens esse, vt ecclesiæ maioris abundantia, minorum suppleretur indigentia. Item constituit quotidianam refectionem XII. clericorum, qui dicuntur retro ostium, quia in præsentia Dominorum iuxta ostium refectorii comedunt. Item Hospitale cui de Episcopatus culturis decimæ conferuntur, XXX. pauperibus alendis, ordinauit. Iste plura castra, quæ Godefrido Duce Lotharienſi huius nominis secundo, adhærebant, & ciuitatem opprimebant, deiecit: & Ecclesiæ S. Crucis XV. Canonicos addidit: Ecclesiæ vero sancti Bartholomæi X. adiunxit. Tandem Episcopatus sui anno sexto, postridie octauæ Petri & Pauli ab Oberto Abbate Gemblacensi, ecclesiastica Sacramenta suscepit, & in crastino migrauit ad Dominum. Qui Obertus die septima post Wasonis Episcopi obitū, etiā ipse Domino reddidit Spiritum, & sepultus est Waso ante maius altare S. Lamberti cum hoc Epitaphio:

Ante ruit mundus, quam surgat Wazo secundus.

Circa hoc tempus fuit magna fames in patria Leodiensi, propter quam multi Leodienses descenderunt in Vngariam, vt ibi alerentur. Item Hermannus de Los, frater Comitis de Los, Archidiaconus Leodiensis, ad honorem sanctorum Petri & Pauli, & sancti Odulphi Ecclesiam de Los ampliauit, & in ea septem Canonicos instituit circa hæc tempora. Isto tempore mortuus est Boso Archidiaconus Leodiensis, qui in Ecclesia sanctæ Mariæ Hoyensis, cum essent nouem Canonici, sex addidit, & Decanum eis præfecit. Isto eodem tempore Albertus Canonicus Tornacensis; qui de Colonia originem duxit, in parochia Rodensi Ecclesiam in honore perpetuę virginis Mariæ, & eius paranymphi Gabrielis ædificauit, & ibidem fratres sub regula Augustini, sicut per reuelationem acceperat, congregauit, & relicta præbenda, in eadem Ecclesia Deo sub duobus Præpositis deuote militauit, quibus in pace defunctis Abbatem primum prefecerunt virum religiosum, nomine Ioannem, de consensu Domini Oberti Episcopi Leodiensis. In hoc loco monasticæ disciplinæ vigor per multos efflorvit annos, sed heu iam nostris temporibus non hostium incursu forinseco, sed tinea attenuatus intrinseca, desolationi proximus est. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Lotharingia. Godefridus Dux Lotharingiæ huius nominis secundus, filius Gocheloni XV. Ducis Lotharingiæ, defuncto patre, dum ei Ducatus Mosellanorum denegatur, altero Ducatu repudiato, contra Imperatorem rebellat. Cœpit autem anno Domini MXLV. Henrici vero Imperatoris huius nominis tertii, anno sexto, quem tenuit contentiose annis XX. pacifice vero sex. Iste Godefridus genuit ex vxore sua Godefridum gibbosum, qui ei successit in Ducatu Lotharingiæ & vnam filiam nomine Ydam, quam nuptui tradidit Eustathio secundo, Comiti Bolonienſi, qui genuerunt Godefridum de Bulione & fratres eius, postea Reges Hierusalem, prout inferius clarius describitur. Iste Godefridus Anno Ducatus sui primo, hortatu quorundam fidelium Dei, ad recuperandam Imperatoris gratiam adductus, ab Imperatore capitur, & custodiæ mancipatur; Sed filium suum obsidem dans, relaxatur; quo defuncto obside, ad rebellandum rursus grassatur, suorum instinctu pater.

Anno sequenti Comes Flandrensium Balduinus Insulanus contra Imperatorem rebellat. Anno rursum sequenti, qui fuit octauus Imperii Henrici, Godefridus palatium Neomagi incendit, & irreparabiliter destruit: Vrbem quoque Virduni cum maiori sanctæ Mariæ Ecclesia incendit; & Waso Episcopus Leodiensis quinquaginta libras pro damno mittit.

Anno Ducatus Godefridi quarto, Albertus qui Ducatum Mosellanorum Godefrido

defrido negatum ſuſceperat, à Godefrido perimitur, Ducatum eius Gerardus de Alſacia, alterum vero Ducatum ſcilicet Lotharingiæ, Fredericus frater Gotzelonis, & Godefridi Ardenenſis obtinet, & ex tunc vſque in hodiernum diem vterque iſtorum Principes & Duces Lotharingiæ ſe nominant. (Hæc ex Chronicis.) Iſte Albertus Comes & Dux Moſellanorum in Namurco Eccleſiam S. Albani reædificauit, & in qua prius fuerunt monachi, in ea viginti Canonicos inſtituit.

Fredericus Canonicus & Archidiaconus Leodienſis, qui & Stephanus nonus dictus, poſtea Papa fuit, & ſancto Lamberto ſuperhumerale miſit; De Maguntia reliquias S. Albani illuc aduexit, & poſtmodum alias multas, in qua idem Albertus ſepultus eſt. (Hæc ex Chronicis.)

Item anno ſequenti, Leo Papa in Gallias veniens, vt motus Imperii à Godefrido & Balduino concitatos ſedaret, Godefridum quidem Imperatori reconciliauit, Balduino pertinacius agente, contra quem Imperator exercitum duxit, ſed tandem Balduinus flexus, condicto die Aquis Imperatori ſatisfecit. (Hæc Sigibertus.) Anno Ducis Godefridi XXVI. ipſe moritur Dux Bullonii Godefridus Magnus, qui dictus eſt Barbatus, & apud Virdunum requieſcit, cui ſucceſſit filius eius Godefridus Gibboſus, etſi corpore exiguus, tamen animo eximius.

Moritur etiam Gerhardus de Alſacia, Dux Moſellanorum hoc anno, cui ſuccedit Theodoricus filius eius. (Hæc ex Chronicis.)

Sylueſter huius nominis tertius memoratus poſt Benedictum, cœpit Anno Domini Milleſimo quadrageſimo ſexto: ſedit diebus quinquaginta ſex. (Hæc Bernhardus.) *Romana.*

Gregorius ſextus, ſupra memoratus, de ſancto Ioanne ante Portam Latinam, cœpit eodem anno quo & Sylueſter tertius (in quodam tamen Chronico dicitur Anno XLVII. Sedit annis duobus, menſibus ſex. Iſte, ſicut legitur, ſimoniace Papatum inuadit, & ſicut præmiſſum eſt, cum eſſet rudis literarum, alterum Papam ad vices Eccleſiaſtici officii exequendas, ſecum conſecrari fecit, quod cum multis non placeret, tertius ſuperinducitur, qui ſolus vices duorum impleret: vno itaque contra duos, & duobus contra vnum Papam altercantibus, Henricus Imperator contra eos Romam accedit, & eos Canonica & Imperiali cenſura deponit. (Hæc Bernhardus.) Epiſcopus Otto ita dicit: Rex Henricus, ſupradictis auditis, procinctum in Italiam mouet. Porro Gratianus apud Sutrium Regi occurrens, ad leniendum ipſius animum, diadema pretioſum obtuliſſe dicitur, quem Rex primo, vt decuit, honorifice ſuſcepit, poſtmodum autem collecto Epiſcoporum conuentu, à Pontificatu, propter notam Simoniæ, cedere perſuaſit, eiq; Suidegerum Babenbergenſem Epiſcopum (qui & Clemens) conſenſu Romanæ Eccleſiæ, ſubſtituit. Item eum Gratianum alpes tranſcendentem ſecutum fuiſſe traduńt Hildebrandum, qui poſtmodum ſummus Pontifex factus, ob eius amorem, quia de Catalogo Pontificum ſemotus fuerat, ſe Gregorium ſeptimum vocari voluit. Ex hinc Romana Eccleſia in electione canonica Pontificum in totum infirma inuenitur. Nec iſti quatuor ſequentes, ab Imperatore ibi poſiti, in Catalogo inueniuntur. Illum tamen Gregorium Papam ſcribit Wilhelmus in ſuis Chronicis fuiſſe ſanctum virum. Et cum ad Papatum veniſſet, parum aut nihil ad Papatum pertinens, propter incuriam & negligentiam ſuorum anteceſſorum inueniſſe dicitur. Nam pene omnia à prædonibus tollebantur: Peregrini Romam venientes quaſi omnes ſpoliabantur & peruenientium oblationes violente auferebantur: Quos omnes Papa admonuit primo, poſt excommunicauit, tertio, quia contempſerunt, manum armatam appoſuit, & raptores oblationum ſancti Petri aut penitus extinxit, aut fugauit. Occiſis itaque raptoribus prædia & oppida multo tempore amiſſa recuperauit. Tunc omnes ipſum homicidam, non Papam, ſed ſanguinarium dicebant; Cardinales quoq; in infirmitate qua mortuus eſt, iacentem indignum eſſe dixerunt, vt in Eccleſia ſancti Petri ſepeliretur, qui tot mortibus hominum ſacerdotium fœdaſſet. Tunc Papa, licet infirmus, ſpiritu reſumpto, longum ſermonem Cardinalibus fecit, aſſerens, ipſos ſtulte locutos fuiſſe, & ſe bene feciſſe; inducens illud, quod Ezechiel dixit ſacerdotibus decimo tertio capitulo; Qui ſe non opponebant muros pro domo Iſraël, & mul-

ta alia; & post subdidit: vbi mortuus fuero, corpus meum ante fores Ecclesiæ sistite, ianuasque Ecclesiæ seris & vectibus obfirmate. Si volũtate Dei portæ apertę fuerint, corpus inferte, alioquin de ipso facite, quod vultis; cumque eo mortuo, sic factum esset, turbo diuinitus veniens, portas Ecclesiæ firmatas non solum aperuit, sed etiam cum magno fragore vsque ad parietem detrusit. (Hæc ex Chronicis Martini.)

Treuirẽsia. Venerabilis Euerhardus LXXVIII. Archiepiscopus Treuirensis, cœpit Anno MXLVII. Pontificatus Gregorii Papæ huius nominis VI. anno II. præfuit annis XX. Iste priuilegia suę Ecclesiæ apud Papam renouauit, quem Treueris cum honore suscepit; multa prædia acquisiuit, pro quibus redimendis amplius quam mille talenta de sacrario tulit, qui aliquãdo, dũ diœcesin circuiret, à Conrado Comite de Lutzelenborch captus est: vnde Treuirenses nihil eorum, quæ ad Diuinum officium pertinent, celebrare voluerunt, donec Romanum Pontificem de hac re per internuncios appellarent: Interim Conradus Comes compulsus à plurimis, Episcopum dimisit. Romanus tamen Pontifex Conradum excommunicauit, & Euerhardum absolui iussit: vt Comes tandem pœnitẽs Treuerim veniens, humiliter à summo Pontifice absolutionem peteret & impetraret: ad satisfactionem bonis quibusdam sancto Petro traditis. Eo tempore Henricus Imperator corpus S. Valerii de Treueri transtulit ad Goslar, & econtra curtim Wilmar S. Euchario tradidit. Euerhardus ille turrim à Poppone incœptam perfecit: Sabbatho sanctæ Paschæ post Diuinum expletum officium in sacrario sicut paratus erat, obiit: Sepultus in monasterio sancti Paulini. (Hæc ex Chronicis Treuirensium.)

Romana. Clemens secundus, primus Episcopus Babebergensis, qui dictus fuit Suidigerus, post Gregorium substitutus, & Clemens vocatus, cœpit An. Dom. MXLVIII. (in quodam Chronico dicitur XLVII.) Sedit mensibus nouem, diebus septem; vacauit Sedes diebus triginta. Ab isto Clemente Papa Henricus Imperator benedicitur & coronatur, iurantibus, vt diximus, Romanis sine eius consensu nunquam se Papam electuros. (Hæc Bernhardus.) Clemente Papa mortuo, corpus eius, vt dicitur, ad Ecclesiam Babebergensem occulte à suis translatum est.

Leodiensia. Venerabilis Theoduinus ex Regio sanguine natus, filius Ducis Bauariæ, Doctor vtriusque iuris, & Henrici tertii Imperatoris consanguineus, ab eodem Henrico constitutus Episcopus Leodiensis XXIV. & ab initio LIII. Cœpit Anno Domini MXLVIII. Pontificatus Clementis Papæ secundi, anno I. & sedit annis XXVIII. Istius tempore Synodus Maguntiæ generalis celebratur in præsentia sancti Leonis Papæ, & Henrici Imperatoris, in qua inter alia instituitur Festum conceptionis B. Mariæ Virginis. Isti Theoduino & eius successoribus Papa Stephanus nonus, primo dictus Fridericus filius Ducis Lotharingiæ, qui de clero sancti Lamberti ad Papatum assumptus fuerat, misit superhumerale, & simul magnam partem vel portionem veri ligni sanctæ Crucis. Iste Theoduinus in Ecclesia Hoyensi quindecim Canonicis addidit, & eandem Ecclesiam à fundamento ædificauit, & eam cum Episcopo Cameracensi Lietberto octauo Kalend. Septemb. dedicauit Beatæ Mariæ, & Beato Domiciano, quem eô transtulit, Anno Domini MLXVI. Iste principium de Capello Leodiensi, vt Ecclesiæ secundariæ sunt, esse instituit: Insuper eandem Ecclesiam & totum oppidum à Decanatu Tennacensi exeruit, & oppido Hoyensi primus libertates dedit, quarum vna est, vt defuncto Episcopo Burgenses Hoyense Castrum custodiant de reditibus villæ. Iste etiam Comitatum Hannonienſem à Richilde Comitissa & eius filio Balduino acquisiuit, & cõfirmari fecit à Rege Henrico. Ecclesiam sancti Euermari Ruthis consecrauit. Reliquiæ etiam sancti Iacobi & multorum aliorum Sanctorum, tunc à Gallicia translatæ sunt, Leodium in claustrum sancti Iacobi. Tandem Theoduinus obiit nono Kalend. Iulii. Sepultus in Hoy cum maximo honore in Ecclesia sanctæ Mariæ. (Hæc ex Chronicis.)

Hollandica. Occiso Theodorico Comite, Barones seu proceres, susceperunt Florentium Germanum præfati Theoderici defuncti, in Comitem Hollãdiæ, qui prius Comes fuit & Dominus vlterioris Frisiæ. Cœpit anno Domini MXLVIII. Imperii Henrici huius nominis tertii anno nono: Pontificatus vero Theoduini Leodiensis Episcopi anno primo; præsulatus vero Barnulphi Episcopi Traiectensis Anno XXII. Iste Florentius

rentius duxit in vxorem Gertrudem filiam Harmanni Ducis Saxonum, ex qua genuit Theodericum succedentem Comitem, & Florentium, insuper & Mechtildim (quę in gestis Regum Franciæ vocatur Berta) puellam venustatis eximiæ, quam post obitum Patris duxit in vxorem Philippus Rex Franciæ. Florentius ille huius nominis primus, anno Comitatus sui vltimo, præsulatus vero Wilhelmi huius nominis primi Episcopi Traiectensis, anno octauo, ob vindictam fratris sui contra superiores Comites expeditionem validam eduxit, quos omnes, occisis plurimis cum triumphali laude subegit. Contigit autem, vt idem Comes nimis confisus in virtute suæ fortitudinis, obdormiret lassus in Hammert, meridiano tempore sub ramis vmbrosæ salicis: & ecce fugitiui hostes, quos idem Comes paulo prius in bello deuicerat, inopinato superuenerunt, qui eundem cum multis armigeris dormientibus decimo quarto Kalend. Iulii trucidarunt. Rexit Florentius Comitatum vlterioris Frisiæ XXII. annis, & Principatum totius Hollandiæ post obitum fratris sui XIV. annis, qui ad Egmondense monasterium honestè deductus, & ibidem cum fratre luctuosis exequiis inhumatus est. (Hæc ex Chronicis Hollandiorum.)

Damasus huius nominis secundus, qui ante dictus est Poppo Aquilegiensis Patriarcha quondam Brixianus, cœpit sub eodem anno, quo & Clemens secundus, & sedit diebus XXIII. Vacauit Sedes diebus XI. Iste fuit inuasor sedis Apostolicæ, & subitò defunctus. (Hæc ex Chronicis.) *Romanæ.*

Leo nonus, genere Alemannus de Lotharingiæ regno, cœpit Anno Domini MXL. (in quodam Chronico dicitur L.) Sedit annis quinque, mensibus duobus, diebus sex. Romani tum ex praua consuetudine, ab Imperatore Henrico Pontificem sibi dari petiuerunt. Imperator cum nullum alium Theutonicorum vt Papatum reciperet, posset inducere, Episcopum Tullensem nomine Brunonem, virum simplicem & bonum ad hoc inclinauit, qui ad vrbem veniens, & ex hoc conscientiam habens, resignauit, & anno proximo in summum Pontificem est electus. (Hæc Martinus.) In alio Chronico sic legitur: Cum de summi Pontificis electione inter Imperatorē & Romanos ageretur, postulatus est in Papā ab vna parte, dominus Helinardus Archiepiscopus Lugdunensis: sed ad Curiam ire noluit, donec electus est Bruno Tullēsis Episcopus, vir nobilis & sanctus, filius Comitis Hugonis Dagsburgēsis: quē aliquo tempore iter facientem contigit venire Cluniacum, vbi forte tunc prædictus erat Hildebrandus: qui Brononem adiens, æmulatione Dei plenus, constanter eum ab incœpto absterruit, illicitum esse, inquiens, per manum Laicam summum Pontificem ad gubernationem totius Ecclesiæ violenter introire, verum si suis credere velit consiliis, pollicetur se effecturum vt Canonica Electio renouetur. Inclinatur ille ad monitum eius. Purpuramque deponens, & peregini habitum assumens, ducēs secum Hildebrandum, iter cœpit. (Sigibertus.) Qui cum ad capessendam sedem Apostolicam Romam tenderet, audiuit vocem Angelorum cantātium: [Dixit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.] Iste de multis Sanctis cantus composuit, & multa fecit & scripsit Ecclesiæ vtilia. (Episcopus Otto.) Ad vrbem igitur vsque venit consilio Hildebrandi, vbi à Clero & Populo Bruno in summum Pontificem eligitur, sic qualitercunque Ecclesia Romana ad faciendam electionem informatur. (Sigibertus.) Iste cum in Papatu pauperem lapsum ante fores offendisset, eum fotum diligenter in lecto suo collocauit, quem cum reserato ostio non inuenisset, in paupere se Christum suscepisse, obstupuit.

Leo Papa in Gallia & Germania synodis habitis, statum Ecclesiæ corrigit. (Hęc Sigibertus.) Eo tempore Rhenos translatum est corpus sancti Remigii, & Leo Papa benedixit Ecclesiam sancti Remigii: & post triduum Concilium LXVI. Episcoporum ibi celebrauit, in quo interrogatus sanctus Hugo Abbas Cluniacensis de sua promotione, fertur respondisse: Caro voluit, Spiritus repugnauit; Ibi vero simoniaci, tam populares quam clerici, Presbyterique vxorati, persuasione sancti Hugonis, à Catholicorum congregatione & Ecclesiis eliminati sunt. Affuerunt Archiepiscopi, Guido Rhemensis, Helinardus Lugdunensis, Hugo Bisuntinēsis, Euerhardus Treuirensis, Magnardus Suessionensis, & quidā alii cū Suffraganeis suis. Episcopus Hugo Lingonensis depositus fuit, pro quo factus est Episcopus Aduinus. (Hæc Albericus.)

Item Leo Papa dum Northmannos à Romanorum terminis deturbare satagit, magnam calamitatem incurrit, quia cum multis etiam ipse capitur, sed relaxari noluit, nisi suis simul relaxatis. (Hæc Sigibertus.) Episcopus Otto sic dicit: Ea tempestate Northmannorum gens inquietissima, Roberto Guiscando Duce, humilis cõditionis viro, sed strenuissimo, in Apuliam irrupit, multisque malis fraude & vi incolas terræ afflixit; quos dum Leo Papa cum militia ad vrbẽ rediens, ab Ecclesiæ & Imperii finibus arcere vult, commisso prælio, cæsis multis Beneuentum fugere compellitur. Tanta vero vtrinque strages ibi facta fuit, vt aceruus ex ossibus mortuorum compactus, hactenus ab indigenis isthic monstretur. Istud ergo à quibusdam reprehenditur in beato Leone, quod Northmannos illos voluit à finibus Apuliæ & Calabriæ exterminare, ignorans vtilitatem, quæ postea secuta est in coercendis, in partibus illis, Sarracenis. (Hæc qui supra.)

Item Leo Papa An. Pontificatus sui vltimo, Imperii vero Hẽrici huius nominis tertii, XII. per epistolã ad Imperatorem Græcorũ Constantinum scriptam, animum eius sibi cõcilians apocrisiarios suos Hubertum videlicet Cardinalem Episcopũ Syluæ candidæ, Petrum Amalfitenorum Archiepiscopum, Fridericum quoque septimum Leuitam & Cancellarium, Constantinopolim dirigit ad confutandas Græcorum hæreses, qui vt Simoniaci donum Dei vendebant; vt Valesii, hospites suos castratos etiam ad Episcopatum promouebant: & vt Arriani, rebaptizabant Latinos, baptisatos in nomine sanctæ Trinitatis; Item vt Donatistæ, in sola Græcia orthodoxam esse Ecclesiam iactabant; Item vt Nicolaitæ, nuptias Sacerdotibus concedebant; Item vt Seueriani, maledictam dicebant Legem Moysis; Item vt Pneumatomachi, processionem sancti Spiritus à Symbolo abscindebant; Item vt Nazareni, Iudaismum obseruabant; Paruulos morientes ante octauum à natiuitate diem baptisari; Mulieres in partu vel menstruo periclitantes communicari, vel si paganæ essent, baptisari prohibebant; Item Latinos vocabant Azymitas & eos nimis persequentes, eorum Ecclesias claudebant; de fermentato sacrificabant: Romanam Ecclesiam anathematisabant, eique Ecclesiam Constantinopolitanam præponebant. Ab Imperatore ergo benigne habiti Nicetam Monachum, ante eum vicerunt, adeo, vt librum, quem contra Romanos scripserat, anathemisaret & interdiceret. Sed tandem Patriarcha nolente cum eis colloqui, Charta excommunicationis coram Clero & populo super Altari S. Sophiæ posita recedunt. Michael autem Chartam corrumpens, ipsamque populo legens, illos ab Imperatore reuocatos ad Synodum absente Imperatore conuocauit vt à populo lapidarentur, simulque Imperatore prohibente, Michael commouit populum contra eum; Sed conuictus Chartam excommunicationis falsasse, Michael omnesque sui à gratia & palatio Imperatoris remoti sunt. Hubertus Episcopus Syluæ candidæ hæc descripsit, & scripta Nicetæ Monachi, & Leonis Archiepiscopi, Acerdani Bulgarorum Archiepiscopi confutauit, quæ de Latino in Græcum translata, iussu Imperatoris Constantini à Græcis recepta sunt. (Hæc Sigibertus.) Item Leo Papa moritur, qui cuius meriti fuerit apud Deum, cunctis patuit, cum multis ad sepulchrum eius Romæ miraculis ostensis Deus eum glorificauerit. Vnde Episcopus Otto: Leo Papa (ait) in Ecclesia beati Petri Romæ humatus, miraculis clarus habetur, &c.

Traiectẽsia. Defuncto Barnulpho Pontifice, Wilhelmus de Geldria natus XXI. Traiectensis effectus est Episcopus, vir totus belliger & magnanimus. Cœpit autem An. Domini MLIV. Pontificatus Leonis Papæ noni, anno vltimo: Comitatus vero Florentii huius nominis primi, anno septimo. Tandem Wilhelmus Episcopus quinto Kal. Maii requieuit in Domino, postquam annis XXII. Traiectensi præfuisset Episcopio: Traiecti in Ecclesia maiori Reuerendis Pontificibus consepultus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Romana. Post S. Leonem Papam Geuehardus Eystatensis Episcopus, qui Victor secundus dictus est, natione Alemannus, sedit annis duobus, mensisq; tribus, diebus XIII. vacauit Sedes diebus tribus. Iste timore Imperiali factus est, de quo Collector Fasciculi temporum sic refert: Victor vir bonus & venerabilis, timore Imperiali factus est Papa. Sic enim disposita tunc Apostolica fuit sedes, vt sancti viri duplici iure à se

Papatum

Papatum reiicerent, ſcilicet diuino & humano: quia tanto officio indignos ſe arbitrabantur, & Tyrannidem Romanorum quotidie ferre debebant. Sed compellente Cæſare quidam nihilominus acceſſerant. Timebant enim Deum offendere, ſicut & metuebant offenſam Principis. (Hæc ille.) Cœpit autem Anno MLV. (Matthæus dicit LVI.) Hic Synodum Florentiæ celebrauit, vbi multi Prælati & Epiſcopi propter ſimoniam & fornicationem damnantur. Item Victor Papa in Gallias veniens, glorioſe ab Henrico Imperatore ſuſcipitur. Et eo præſente, non multo poſt Imperator moritur. (Ex Chronicis.)

Sanctus Anno, huius nominis ſecundus, natus de Daſſele, flos & noua lux Germaniæ, triceſimus tertius Archiepiſcopus Colonienſis, creatus eſt Anno Domini MLV. Pontificatus Victoris Papæ ſecundi, anno primo, & præfuit annis XXI. Iſte vir ſanctus, cum eſſet adhuc in ſtatu minori conſtitutus & Præpoſitus Goslarienſis in expeditione exercitus, quem Henricus tertius Imperator contra Vngaros rebelles Imperio duxit, eundem comitans Imperatorem in bello cum Vngaris commiſſo, fertur fortius omnibus dimicaſſe, quem etiã propter ſuæ probitatis & induſtriæ præclara merita, dictus Henricus Tertius ad Epiſcopatum dignum præſulem prouehi procurauit. Iſte Anno cunctos anteceſſores ſuos in augmentatione Colonienſis Eccleſiæ præceſſit: In vita ſua fecit monaſteria, & in morte ſua operatus eſt mirabilia, vnde & in omni ore, quaſi mel, indulcerabitur eius memoria. Præter innumera enim beneficia, quæ in Epiſcopatum contulit: præter plures Eccleſias, quas in diuerſis locis conſtruxit; præter hoc, quod nullam in diœceſi ſua congregationem dimiſit, quam non ſuis ampliarit donis: quinque opulentiſſimas congregationes nouas inſtituit; Canonicorum duas, Monachorum reliquas tres. Primã in Colonia S. Mariæ ad gradus, quo præter diuerſas reliquias etiã corpus B. eiuſdem ciuitatis Epiſcopi & Martyris Agalolphi honorifice tranſtulit: Secundam ad S. Georgium extra vrbis muros, quô præter alias reliquias eiuſdem glorioſi Martyris brachium cũ magno gaudio collocauit: Tertiã in monte quæ dicitur Sibergh, inſtituit & Conuentum illuc de † Fructra, quod ſitum eſt in alpibus, adduxit; quô etiã reliquias Benigni Preſbyteri & martyris, & S. Innocentii, vnius de legione S. Mauritii, cum magnis laboribus tranſtulit & expenſis: Quartã in Weſtphalia, in loco, qui † Grayſcap appellatur: Quintam vero in Thuringia in loco dicto Saluelt: Chorum etiam ad S. Gereonem in Colonia, ac cryptam ſuper ſanctorum Maurorum corpora ibidem ad perpetuam ſui memoriam fieri fecit: Eccleſiam quoque parochialem S. Iacobi, vicinam ſancto Georgio in Colonia inſtituit, ad quam reliquias ſancti Cæſarii Diaconi ac Martyris tranſtulit; Allodium illud celeberrimum, quod Saleueld dicitur, in confinio Thuringiæ ſitum, Epiſcopio adiecit. Idem vir ſanctus religioſis ſemper intendens actibus,, ſanctorum & glorioſorum Chriſti martyrum duorum Ewaldorum corpora in Eccleſia S. Cuniberti dudum ſepulta, de neglectis recolligens loculis, ad capſas decenter ornatas accommodauit, & in iam dicti S. Cuniberti Eccleſia reuerenter repoſuit; fecitq; eorundem Martyrum memoriam translationibus à fidelibus ſolenniter celebrari, quorum translatio fuit Anno Domini MLXXIV. quinto Nonas Menſis Octobris. Idem B. Pontifex poſtmodum accedens ad monaſterium montis Siburgenſis, & cum fratribus religioſis tractans de verbo vitæ & bonis operibus eleemoſynarum, orationum atque iciuniorum inſiſtens, ibidem in Domino feliciter obdormiuit, ſepultus eodem loco, tam in vita quam poſt mortem multis miraculis coruſcando. Superſedemus de ipſo ſingula dicere, quæ in legenda eiuſdem, quæ apud multas ſeruatur Eccleſias, plenius continẽtur. (Hęc ex Chronicis eorundẽ Põtificũ.)

Colonienſis. *Fructuaria.* *Graſchap.*

Iſto tempore erat Romæ iuuenis quidam locuples & nobilis, qui vxorem nuper duxerat, & ſodalibus ſuis conuiuium frequens parauerat. Poſt cibũ itur in campum, vt luderẽt: Rex conuiuii ludo ſignifer pilam popoſcit: interim annulum ſponſalitium, digito extentæ ſtatuæ Veneris æreæ, quæ proxima aſtabat, appoſuit, & cum pene omnes ſolum impeterent, ſuſpirioſis aliis incaleſcentibus primus ſe à luſu remouit, repoſcensq́ annulum, inuenit ſtatuę digitum vſque ad volam incuruatum, diuq́ ibi luctatus nec annulum eruere potuit, nec digitum extendere, tacitusq́ diſcedens, ſocios rem celauit: Nocte vero intempeſta cum famulo rediens, digitum

Romanus.

inuenit extentum, & annulum surreptum. Sic dissimulans ad vxorem rediit, cumq; se in lecto iuxta eam collocasset, sensit quiddã nebulosum & densum inter se & illam volutari, quod sentiri quidẽ, sed videri non poterat, quo obstaculo ab amplexu prohibetur. Audiuit & vocẽ, quæ inquit: Mecum cuba; quia hodie me despõsasti: Ego sum Venus, cuius digito imposuisti annulum, quem non reddam. Tertius ille tanto prodigio nihil referre vel ausus est, vel potuit, sed in suspiriis totam duxit noctem, multum secum deliberans: & sic factum est per longum tempus, vt quacunq; hora cum sponsa concũbere vellet, illud idem sentiret & audiret. Erat sane alias valens, & domi aptus & militiæ: Tandem igitur querelis vxoris commotus, rem parentibus aperit: qui habito consilio, Palumbo cuidam presbytero suburbano rem pandunt, qui nigromanticus & potens in maleficiis erat. Illectus ergo promissis multis, compositam Epistolam dedit iuueni, dicens; vade illa hora ad campum vbi quatuor viæ conueniunt, & stans tacite considera. Transibunt ibi figuræ hominum vtriusque sexus, omnisq; ætatis, & gradus & conditionis, equites & pedites, quidam læti, quidam tristes: tu vero quicquid audieris, taceas. Sequetur enim illam turbam quidam statura procerior, forma corpulentior, in curru sedens, Huic tacitus epistolam tradens legendam, statim consequêris quod postulas: & sic factum est. Inter cæteros transeuntes, vidit ibi mulierem ornatu meretricio mulam inequitantẽ, capillo soluto per humeros iactato, vitta aurea superne constricta, aureã virgam gerentem in manibus qua mulam regebat, & prę tenuitate vestium pene nuda apparebat, gestus exequens impudicos; vltimus, Dominus terribilis in iuuenẽ, oculos acuens ab axe Smaragdis ac vnionibus superbo composite causas viæ ab eo requirit. Nihil ille contra, sed protensa manu porrigit epistolam. Dæmon notum sigillum non ausus cõtemnere, legit scripturã: moxq; in cœlum elatis brachiis: Deus (inquit) omnipotens: quãdiu patiar nequitias Palumbi presbyteri? nec mora. Satellites à latere suo mittit, qui annulum extorquerent à Venere. Illa multum tergiuersata vix tandẽ reddidit. Ita iuuenis voti factus compos sine obstaculo: tandem diu desideratis amoribus potitur. Palumbus autem vbi Dæmonis clamorẽ ad Deum audiuit, intellexit præsignari sibi finem dierum. Quocirca omnibus membris vltro trũcatis, miserabili pœna defunctus est, confessus coram populo Romano inaudita flagitia. (Hæc Vincentius in Speculo.)

Item Anno gratiæ M L V I. fit per totum pagum Senonicum tempestas valida, quæ vastat omnia sata & segetes & vineta, & nemora, & interficit plures homines & iumenta. Eodem Anno, in vigilia Cœnæ Domini post primum pullorum cantum effecta est Luna tota nigra sicut carbo extinctus, horis fere duabus, & post abiit in eclipsin, verum rursus accenditur. (Hæc ex Chronicis.)

Stephanus nonus, natione Lotharingus, cœpit Anno Domini M L V I I. (in quodam Chronico dicitur L V I I I.) sedit mensibus nouem, diebus X X V I I I. Vnde Sigibertus: Fridericus filius Gochelonis Ducis, ex clerico sancti Lamberti, septimus Leuita Romanæ Ecclesiæ, quia exosus erat Imperatori Henrico pro odio Godefridi fratris sui Ducis Lotharingiæ, post legationem Constantinopolitanam apud Cassinenses monachus, ac postea Abbas factus, ex electione Romanorum, Romanæ Ecclesiæ C X L I V. loco præsidet, mutato nomine in Stephanum. (Hæc qui supra.) Isti itaque quinque summi Pontifices præcedentes, Clemens, Damasus, Leo, Victor, & hic Stephanus, & vnus tempore tertii Ottonis, scilicet Gregorius, Bruno, sex isti fuerunt de nobili genere Teutonicorum, &c.

Henricus IV. Imper.

Henricus huius nominis quartus inter Reges, tertius vero inter Imperatores, filius præfati Henrici tertii, cœpit Anno Domini M L V I I. (Matthæus dicit L V I I I.) Mundi vero M M M M M M C C L V. Imperauit annis L. (Martinus ponit X L I X.) Anno Henrici secundo, Paderborna Germaniæ ciuitas combusta est cum maiori Ecclesia. In monasterio autem monachorum, Scotus quidam monachus nomine Paternus multo tempore recluſus, qui etiam hoc incendium sæpe prædixerat, propter pro posito reclusionis exire nolens, se comburi passus est. (Hæc Sigibertus.) Eidem recluso, secundum Petrum Damianum, reuelatum erat, nisi populus per pœnitentiam Deum cito placaret, infra X X X. dies totam ciuitatem incendio perituram.

Ille autem precioſa quoque monasterii iussit auferri, vt salua essent. Tandem à

septem

ſeptem vrbis regionibus ſubito ignis exoritur, perueniensque vſque ad cellam viri Dei: ſed rogatus, exire noluit, & cum omnia iudicio Dei committeret, combuſtus eſt cum ſua cellula. (Hæc Helinandus.) Sanguis pluit de cœlo in pago Poſiaco ſuper populum audientem miſſam in feſto omnium Sanctorum.

Item anno ſequenti, Anno Epiſcopus Colonienſis conſilio primorum regni, indigne ferentium, per Agnetem matrem Imperatoris Henrici, regnum non viriliter gubernati, puerum violente & induſtrie raptum ſub tutelam ſuam accepit, & Imperii regimen à matre amouit: qua de re coram cunctis ratione reddita, gratiam Domini ſui Imperatoris recepit, & per filium ad gratiam matris rediit. At Imperatrix neceſſitatem vertens in voluntatem, vt obſtrueret os loquentium de ſe iniqua, non ſolũ honore regni, ſed etiam onere ſæculi reiecto, Romam ad limina Apoſtolorum ſe contulit, ibique vſque ad finem vitæ omnibus bonis exemplo & miraculo fuit. (Hæc Sigibertus.) Item Henricus primo ſub cuſtodia matris ſuæ Agnetis Imperatricis fuit, quæ per aliquod tempus prudenter ac ſtrenue, Imperium rexit; poſtmodum vero conſilio quorundam à matre alienatus filius, per ſe regnauit, quod ſeminarium maximæ diſſenſionis fuit. Porro nobiliſſima Imperatrix mutationis rerum intuitu, ad monaſterium Fructuariam religioſe viuens, ſe contulit, ac inde Romam veniens, & per aliquod tempus ibidem manens, vita deceſſit, ſepulta in Eccleſia ſanctæ Petronillæ, honorifice in tumba marmorea. (Hæc Epiſcopus Otto.) Item eo tempore in confinio Nortmanniæ & Britanniæ, portentum viſum eſt in vna vel potius duabus mulieribus; Duo erant capita & quatuor brachia: cętera gemina omnia vſque ad vmbilicum; inferius ſingula omnia: ridebat: edebat: loquebatur vna; flebat, eſuriebat, tacebat altera; ore gemino cibus manducabatur, ſed vno meatu dirigebatur: vna defuncta, ſuperuixit altera, pene triennium mortuam portans, donec pondere molis & fœtore cadaueris defecit. (Hæc Wilhelmus.) Item multi (vſque ad ſeptem millia) orandi voto Ieruſalem petentes ab Arabicis in Paraſceue in quodam caſtello obſeſſi ſunt, & tot occiſi & vulnerati ſunt, vt de ſeptem & eo amplius millibus, vix duo millia reuerſa ſint.

Anno ſequenti Cometes apparuit tota Paſchali hebdomada. (Hęc Sigibertus.) vnde etiam Wilhelmus, Longos (ait) & flammeos crines per mare ducens viſus eſt Cometa: de quo quidam monachus Malesbetiæ Cliuerus nomine: Veniſti, inquit, viciſti, multis matribus lugende, dudũ eſt, quod te vidi, ſed nũc multo terribiliorem te intueor, patriæ huius excidium minantem. Iſte erat literis bene imbutus, æuo maturus, qui immanem audaciam in iuuentute tentauerat; Nam pennas manibus ſuis & pedibus neſcio qua arte innexuit vt Dædali more volaret, fabulam pro vero amplexus; collectaque è ſummo turris auro, ſpatio vnius ſtadii & plus volauit, ſed venti & turbinis violentia ſimul & temerarii facti conſcientia cecidit: perpetuo poſt hoc debilis, cruribus confractis. Ipſe vero ferebat cauſam ruinæ ſuæ, quia caudam in poſteriori parte oblitus fuerat adaptare. (Hæc qui ſupra.)

Item Anno regni Henrici x x. gelu magnum & glacies validiſſima fuit à Kalend. Nouemb. vſque in medium menſis Aprilis.

Item Anno ſequenti, Dominica Palmarum, circa horam ſextam ſereno cœlo ſtella apparuit.

Item Anno Imperii Henrici x x i i i. Maguntia magnum terræmotum perſenſit, Kalend. Decembr. Contigit etiam hoc tempore Deo permittente, concremari † Aquæcinctenſe cœnobium per incuriam fratrum. (Hæc Sigibertus.) *Aquincinctenſe.*

Item Anno Henrici x x v. Maguntia ex magna parte incendio cõflagrauit. Magnus terræmotus cum graui terra mugitu factus eſt ſexto Kalend. Aprilis prima hora noctis, prætendens forte imminens malum, quod in toto orbe inſonuit, & vnde terra doluit & dolet. Alioquin erat hic Imperator laudandus in multis, quod eſſet ore facundus, acer ingenio, multa eruditus lectione, impiger in eleemoſynis, multis præclarus corporis & animi bonis, promptus ad arma, vtpote qui ſexagies & bis acie collata dimicauerit. Feruntur plures inimicorũ vitam exitu miſerabili concluſiſſe, ſicut ille, qui dum reſupinatis ceruicibus in conuiuio de ipſo male loquitur, ita à muribus circũuallatus eſt, vt nuſquam haberet refugiũ: & quamuis à pluribus pel-

lerentur, nullam tamen cuiquam inferebant noxam, sed illum solum dentibus & terribili quodam concentu persequebantur. Quapropter à famulis vltra iactum sagittæ in pelagus prouectus, cum iam murium multitudo subsequens nauis tabulatum corroderet, & naufragium indubitatum aqua per rimulas ingrediens minaretur, reducta puppi ad littus, muribus iuxta carinam adnauigantibus, ille miser in aridam expositus, & mox totus dilaceratus horrendam murium famem expleuit. (Hæc Guido.)

Item anno Henrici tricesimo, nimia aquarum inundatio multis in locis damno & periculo, & in Italia tantum diluuium fuit, vt rupes liquore aquarum dissolutæ, multas villas ruina sua exterminarent: & domesticæ aues, pauones, gallinæ, & anseres à domibus fugientes fierent syluaticæ. Item in Italia Venetianos auferre corpus sancti Nicolai à Mirrea Lyciæ à Turcis desolata volentes, præoccupauerunt Barrenses ciues numero XLVII. & ab Antiochia Mirream venientes, à quatuor monachis tantum ibi inuentis, extorserunt ostendi sibi tumbã sancti; qua effracta, ossa sancti in olei liquore natantia integro numero extraxerunt & Barrim cum gloria attulerunt. Facta est hæc translatio anno DCCXLVII. à depositione beati Nicolai. Pisces in aqua moriuntur. (Hæc Sigibertus.)

Eodem anno, Conradus filius Henrici Imperatoris à Sigewino tregisimo quinto Colonienſi Archiepiscopo, Aquisgrani in Regem consecratus, & istius licentia Dux Bohemiæ suæ gentis Rex factus est, vnctione Egilberti octuagesimi Archiepiscopi Treuirensis. (Hæc Goblinus.)

Item anno Imperii Henrici XXXVII. iaculum ignitum à Meridie vsque ad Aquilonem per cœlum ferri visum est, Kalend. Augusti, prima hora noctis. Eclipsis Solis facta est IX. Kalend. Octobris.

Anno eiusdem XXXVIII. in Gallia & Germania grauis hominum mortalitas facta est; Inundatio magna à secundo Idus Octobris, vsque ad Kalend. Aprilis.

Anno sequenti fames diu correpta validissime ingrauatur, & fit annus calamitosus, multis fame laborantibus, & pauperibus per furta & incendia ditiores grauiter vexantibus. Cum valido ventorum turbine etiam terræmotus factus est media nocte quarto Idus Septembris.

Item Anno Imperii Henrici quinquagesimo & vltimo, quinto Nonas Februarii, stella per diem visa est in cœlo, ab hora tertia vsque ad horam nonam, quasi cubito distans à Sole. Pridie Idus Februarii apud Barrum Italiæ stellæ visæ sunt in cœlo per diem, nunc quasi inter se concurrentes, nunc quasi in terram cadentes: & toto pene mense Februario Cometes apparuit. (Hæc Sigibertus.) Vnde Goblinus;

NB. Vide librum. Anno Domini MCVI. visa est per tres septimanas in cœlo stella magna versus Occidentem, admodum Solaris lampadis, & plurimam partem cœli versus Orientem illustrat.

Postquam ergo Henricus Imperator filio suo Henrico per principes in custodia detentus, Regnum resignauit potestatem & imperium, & ipse dignam pœnitentiam super commissis contra sedem Apostolicam cum absolutionis beneficio impetrando agere promiserat, ipse Coloniam per Rheni alueum descendit, deinde Leodium se transtulit, conquerens Principibus Occidentalibus, se filii violentia regno priuatum. Vnde denuo reparat exercitum & Coloniam veniens ciuitatem ipsam firmiter munit. Henricus filius congregato exercitu viginti millium armatorum, patrem in Colonia obsidione concludit, & cum ibi cassо labore per vnius mensis spatium detineretur, Aquasgrani se contulit, & pater versus Leodium se dirigit. (Hæc Goblinus.) Imperatore igitur Henrico morante Leodii, filius eius Aquasgrani venit, & volens venire Leodium contra Patrem suum, quinta feria Dominicæ Cœnæ, præmisit suos præoccupare pontem apud Vesatum, ne quis sibi venienti obstaret, cuius aduentu Leodienſis Episcopus multorum corda ad auxilium patris contra filium sollicitauit, & ei semper pro posse adhæsit; Militibus vero patris concurrentibus ad occupandum pontem, milites filii à ponte repelluntur, aliis eorum captis, aliis in Mosam demersis, aliis occisis, inter quos etiam Bruno Comes occisus est. Sicque filius contra patrem veniens, rediit inglorius.

glorius. Colonienſibus fidem Imperatori ſeruantibus, & eorum Archiepiſcopo filium Imperatoris contra patrem ſuum animante. Colonia obſeſſa, oppugnatur, ſed non expugnatur. Interim Henricus Imperator Leodii VIII. Idus Auguſti moritur, eique ſuccedit filius æquiuocus eius. (Hæc Sigibertus.) Sic inteſtino hoc malo ſublato, pacis negotia tractantur. Sepultus eſt Imperator extra Leodium in monte Cornelii, vbi erat quædam domus religioſorum, & modo eſt Abbatia Præmonſtrati. Poſt duos annos relatum eſt corpus eius de licentia Papæ, & ſepultum Spiræ. (Hæc Albericus.) Henricus ille ſenior dicitur inſtigaſſe militem, vt Imperatricem de adulterio interpellaret, quod & factum eſt. Sed Imperatrix renuit, & miles fortiter inſtat. Tandem Imperatrix dixit, Imperatore abſente voluntati eius ſatis ſe facturam: quod Imperator intelligens à milite, ad recedendum ſe diſponit, & poſtquam receſſiſſe putabatur, veſtimenta militis induit, & ad cubiculum Imperatricis clam venit. Imperatrix vero iuuenes fortes veſtibus fœmineis indutos penes ſe habuit, & Imperatorem ſub ſpecie militis venientem per eoſdem apprehenſum, fecit fortiter vapulare, donec clamauit Imperatorem ſe eſſe: Vnde Imperatrix occurrens defendit eum, & poſtea acriter increpauit; Cæſar igitur militem illum iuſſit occidi. (Hæc Goblinus in ſui Coſmodromi, capitulo quinquageſimo quinto.)

Sub iſto Imperatore floruit Otho, huius nominis primus, Comes Geldriæ & Zutphaniæ, qui anno ſequenti obiit, videlicet MCVII. 15. Kalend. April. (Hæc ex Chronicis.) Item ſub iſto Imperatore ædificatum eſt caſtrum Limburgenſe, iuxta Leodium, à quodam Henrico Domino eiuſdem territorii. (Hæc Albericus.) *Geldrica.*

Benedictus decimus, cœpit Anno Domini MLVIII. (in quodam Chronico dicitur LIX.) ſedit menſibus nouem (in quodam Chronico dicitur decem.) Iſte prius Bellunenſis Epiſcopus, Zenzius nomine, per violentiam factus Papa, poſtea ceſſit. (Hæc Bernardus) In electione huius Benedicti, quidam pretio corrupti, magnas diſſenſiones inter patres ſuſtinuerunt, quapropter de Pontifice eligendo noua conſtitutio facta eſt, quam Nicolaus poſt aſſumptionem ſui ſtatim probauit, & obſeruari decreuit. Robertus Guiſcardus Siciliam obtinuit pulſis ex ea Afris, & illam fratri ſuo Rogerio donauit. (Hæc Matthæus Palmerius.) *Romana.* *NB.*

Nicolaus huius nominis ſecundus, natione Burgundus, cœpit Anno Domini milleſimo quinquageſimo nono, (in quodam authore dicitur ſexageſimo) ſedit annis tribus (aliàs duobus) menſibus ſex, diebus decem & ſex. Vacauit ſedes diebus decem. Iſte prius dictus Gerhardus Florentiæ vrbis Epiſcopus, ſanctitatis fama apud Senam à Cardinalibus vnanimiter eſt electus in numerum Pontificum, poſt beatum Petrum ſexageſimus. Menſe Aprili, Indictione XII. vel potius XIII. Concilium celebrauit de electione Romani Pontificis cuius tenor in decretis inuenitur. Sub iſto Papa, conuincitur & corrigitur Berengarius Turonenſis, qui infectus à Ioanne Scoto: aſſerit, Euchariſtiam quam ſumimus in Altari, non eſſe reuera corpus & ſanguinem Chriſti, ſed figuram corporis & ſanguinis Chriſti. Et congregata Synodo Epiſcoporum, veniam petit ſuper his. Et poſt retractationem finem mortis prædicendo dicitur migraſſe.

In Anglia viſio ſancti Regis Æduardi de ſeptem dormientibus. Rex Angliæ Æduardus apertiſſime miraculis & prophetiæ ſpiritu claruit: Die ſancti Paſchæ ad menſam apud Weſtmonaſterium optimatum gloria circumuallatus mentes concitantium permouit, ſubitum reſolutus in riſum. Cur riſerit, percunctatus, ſe vidiſſe mira, reſpondit, videlicet ſeptem dormientes in Cælio monte ab antiquis tẽporibus in dextrum requieſcentes latus, tunc in ipſa hora riſus ſui latus inuertiſſe, futurũ vt ita deinceps iaceant. Dirum nimirũ miſerum mortalibus omen. Quibus auditis Comes militem, Epiſcopus clericum, Abbas monachum ad veritatem verborum exculpendam Manicheti Conſtantinopolitano Imperatori miſere, adiectis Regis ſui literis & muneribus, vt huius inquirerent miraculi veritatem. Qui miſſi cum veritatem agnouiſſent, ab Imperatore cum honore remiſſi renuntiauerunt Regi ſuo, ſicut viderat in cordis oculis, ita ſe cognouiſſe per acta. (Hæc Guido.)

Item Anno Domini MLXIII. finitus eſt magnus Cyclus Dionyſii, Annorum

DXXXII. continens in se cyclos decemnouennales XXVIII. qui ad omnem rationem Paschalis computi omnino vtilis, ab æuo in æuum in semetipsum sine errore
Nota bene. reuoluitur. Sequenti autem anno Cyclus magnus Annorum DXXXII. bis à Christi natiuitate exactus tertio incipit, in cuius fine erit labor & dolor, vt quidã dicunt.

Item Anno Domini MLXXXVIII. incepit ordo B. Nicolai de Arroesi, quod nos dicimus de Trunco Berengarii: & sub Præpositis fuerunt vsque ad tempora B. Bernardi Clareuallensis, & tunc Abbates instituti sunt.

Item Anno Domini MXC. fuit annus pestilens maxime in Occidentali parte Lotharingiæ, vbi multi sacro igne interiora consumente computrescentes exesis membris instar carbonum nigrescentibus aut miserabiliter moriuntur, aut manibus & pedibus putrefactis truncati, miserabiliori vitæ reseruantur: Multi verò neruorum contractione distorti, tormentantur.

Item Anno Domini MXCVI. in multis terrarum partibus pridie Nonas Aprilis circa diluculum, stellæ per pluuias simul de cœlo in terram cecidisse visæ sunt, inter quas vnam maximam labi in terram, cum quidam in Francia stuperet, & notato loco vbi labi visa est, cum aquam ibi fudisset, fumum cum feruoris sonitu inde exire magis stupuit. In Comitatu Namurcensi panem subcinericeum, quasi sanguine infectum vidimus. (Hæc Sigibertus.)

Item Anno Domini MC. Robertus Comes Flandriæ huius nominis secundus, à Hierosolymis reuersus, occulte secum brachium S. Georgii martyris detulit, quod
Aquinscinctis. Ecclesiæ † Aquescincti transmisit.

Item Anno sequenti Petrus Alfonsus de Hispania cum esset Iudæus, baptisatus est ab Episcopo Stephano in ciuitate Osta, in præsentia Regis Alfonsi, & ab eo cognominatus Petrus Alfonsus, qui prius in Iudaismo dicebatur Moyses: Iste est Petrus Alfonsus, qui librum optimum contra Iudæos edidit.

Item Anno Domini MCIX. in parochia Legiensi, porca enixa est porcellũ habentem faciem hominis: Natus est etiam pullus gallinæ quadrupes eodem tempore. (Hæc Sigibertus.) Circa eadem tempora obiit S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, scriptor librorum famosissimus, Pontificatus sui Anno XVI. cuius electio diu protracta fuit. Obiit etiam S. Hugo Abbas Cluniacensis, Anno LXIII. post eius in Abbatem electionem: cuius vitam scripsit Gylo monachus. Eadem nocte, qua pater dormiuit in Domino, vidit Abbas quidam in visione duos lectos decenter adornatos Angelorum manibus ad astra subuehi, & audiuit voces in sublimi dicentium: His Heroas geminos, sui correctores seculi, stratis auro radiantibus vitæ merito collocabimus, videlicet Cantuariensem Archiepiscopum, & Cluniacensem Abbatem, qui multorum sunt patres filiorum in gloria. Isti quidem duo pene sub vno tempore discesserunt. (Hæc Albericus.)

Hollandia. Theodoricus huius nominis quintus, adhuc infans, Florentium patrem amisit, & sub matris tutela regnare cœpit Anno Domini MLXII. Imperii Henrici huius nominis quarti, Anno sexto, & regnauit Annis XXX. Cuius mater Gertrudis Comitissa, transacto biennio post mortem mariti, nupsit Roberto iuniori, filio Balduini Insulani Comitis Flandriæ, qui nomine Theodorici Domicelli, iunioris adhuc ætatis, suscepit gubernationem Comitatus Hollandiæ. Wilhelmus autem Traiectensis Episcopus ostendens, Hollandiam sine defensore desolatam esse ac in manus pueri seu extranei Principis deuenisse, impetrauit ab Henrico Romanorum Rege, Comitatum Hollandiensem & Abbatiam Egmundensem, constituens adiutorio Godefridi Ducis Gibbosi pusillum infantem ab Hollandia potenter expellere, & pro duplici strage præterita debitam vltionem recipere. Itaque Anno Domini MLXXI. Godefridus Dux Lotharingiæ cum Wilhelmo Pontifice armata manu Hollandiam intrauit, cui econtra Robertus Comes armata manu occurrit: vbi commisso graui prælio Robertus Comes terga vertens, à bello profugatus, & Hollandiæ populus ex magna parte confestim occisus est. Interea Godefridus Dux ditionem suam negligens, Orientalem seu vlteriorem Frisiam bellica manu subegit, & Wilhelmus Episcopus Domicellum Hollandiæ frequenter obseruans, per excubias, in Iselmunda castrum munitissimum fabricauit: Demum idem Dux ad

quatuor

quatuor annos Hollandiam regens, Anno Domini MLXXV. per quendam Giſelbertum ſeruum Theodorici veri Comitis ſuper latrina lætaliter ſauciatus, Traiectum duci ſe iuſſit, vbi quarto Kalend. Martii vitæ ſpiritum exhalauit.

Anno Comitatus ſui XVI. Theodericus Domicellus iuuenilis ætatis flore vernans decreuit auxilio Roberti vitrici ſui, Conradum Epiſcopum, qui Wilhelmo prædicto ſucceſſit, in caſtro Iſelmunda circumuenire & paternam hæreditatẽ ſuam cum potentia recuperare. Conradus igitur Epiſcopus Traiectenſis horum omnium præſcius, commilitones & Burgenſes ſuos ſecreta legatione præmonuit, & ab eis ſub die determinata ſubſidium expetiit. Nec mora; Ad edictum Conradi Pontificis copioſus congregatus eſt exercitus. Hollandenſes autem è contra cum Flandrorũ baliſtariis, Traiectenſibus audacter occurſarunt, & ecce dies illa, dies iræ; quoniã electi pugiles ceciderunt ab exercitu vtriusq; partis. Denique poſt longũ conflictũ corruerunt ex parte Traiectenſis Epiſcopi multi Barones, milites ac alii nobiles, cum aliis multis armigeris audacibus ſcutariis & Burgenſibus approbatis, quorum amiſſione totus Epiſcopalis exercitus nimium deturbatus eſt, & reſiduus populus ad naues inordinate diſcurrens, pro magna parte ſubmerſus eſt. Epiſcopus igitur Conradus cernens horrorem crudeliſſimi belli vehementer ingruere, & ruinam populi ſui violenter inualeſcere, turres antedicti præſidii communire ſtuduit, & antemurale baliſtariis defenſare diſpoſuit. Sed Hollandini per creberrimos ictus Mangenarum, propugnacula caſtri conquaſſarunt: & Flandrini nihilominus caſtrenſes à cacumine murorum ſagittis & fundibulis abegerunt, ita vt Conradus Epiſcopus demum neceſſitate coactus in deditionem tranſiret, & Hollãdiam cum caſtro Domicello Theoderico libere reſignaret. Iſtis itaque geſtis Theodericus Conradi Pontifici dignam exhibuit honorificentiam, quem cum aliis captiuis à carcere gratis remiſit ad ciuitatem propriam. Theodericus vero Domicellus cum triumphali victoria reuerſus ad Comitatum Hollandiæ, duxit vxorem Vthildam vel Rothildam filiam præpotentis Ducis Saxoniæ, de qua genuit Florentium ſuccedentem Comitem, & Machtildem venuſtiſſimam Domicellam. Tandem Theodericus Comes v. Kal. Decemb. Creatori reddidit animam, poſtquam annis XXX. bellicoſe rexiſſet Hollandiam, cuius vxor XIV. Kalend. Decemb. requieuit in Chriſto, tumulata penes maritum ſuum in monaſterio Egmondenſi. (Hæc ex Chronicis Comitum Hollandiæ.)

Alexander ſecundus, natione Mediolanenſis, cœpit Anno Domini MLXIII. (Sigibertus ponit LXIV. In multis Chronicis dicitur LXII.) Sedit annis XI. menſibus VI. diebus XXV. ſecundum Chronicum Martini. (In Chronicis autem aliorum dicitur ſediſſe annis XI. cum dimidio. Prius dictus erat Anſelmus, qui cum eſſet Lucenſis Epiſcopus, concorditer à Cardinalibus electus fuit in Papam. Vnde Epiſcopus Otto: Iſtis (inquit) diebus Alexander, primo Lucenſis Epiſcopus, poſtea communi voto & electione in ſummum Pontificem promotus; Eccleſiam Dei in priſtinam libertatem reduxit, Cadelumque Parmenſem Epiſcopum, ſedem Romanam armata manu occupare volentem, conſtantiſſime repreſſit; Vnde de ipſo in Palatio Lateranenſi ſcriptum reperitur: *Romanã.*

Regnat Alexander, Cadelus cadit & ſuperatur.

Vnde etiam Martinus: Contra hunc fuit Cadelus Parmenſis Epiſcopus, qui fere ab omnibus Lombardiæ Epiſcopis in Papam eſt electus, aſſerentibus, Papam non debere eligi niſi de Paradyſo Italiæ: qui Cadelus cum magno exercitu bis Romam veniens ambiendo Papatum, violenter voluit, ſed non potuit obtinere. Duobus itaque contendentibus de Papatu fuit inter eos longa concertatio etiam vſque ad homicidia. Demum Alexander Papa, ad rogatum Henrici Imperatoris, deſcendit in Lombardiam, & in Mantua Concilio ſolenniter celebrato, Alexander iureiurando de Simonia ſe expurgans, in ſedem Apoſtolicam ſubrogatur: Cadelus vero vt Simoniacus & inuaſor, repudiatur, ſicque pacificatus omnibus, Alexander Romam reuertitur, & ibidem defunctus in Lateranenſi Eccleſia eſt tumulatus. (Hæc qui ſupra.) Iſtud fuit ſextum principale ſchiſma Eccleſiæ, & XV. minus principale, ſecundum Collectorem Faſciculi temporis. Dictus Alexander fuit vir ſanctus, & ſtatuit, vt

nullus missam audiat presbyteri, quem nouit habere concubinam, sub pœna excommunicationis, vt patet 32. distinct. (præter, &c.) Item instituit, vt Alleluia à Septuagesima vsque ad Pascha non cantetur. Item vt sacerdos non baptisatus baptisetur, & per omnes gradus à principio consecretur: Item vt Subdiaconus perpetuo sit castus. Item statuit vt in executione beneficiorum nihil etiam fabricis vel donariis Ecclesiarum detur. Tandem Alexander Papa huius nominis secundus vita & sacerdotio perfunctus decessit, Sedemque Hildebrando Archidiacono suo, qui Gregorius septimus dictus est, reliquit. (Hæc ex Chronicis.)

Treuirensia. Defuncto Euerhardo Treuirensi Archiepiscopo, Anno Colonienſis Archiepiscopus, quem prouisorem regni & tutorem filii Henrici, Imperator Henricus moriens reliquerat, amicorum suorum consilio & ope, adhibita regis adhuc pueri inuestitura cum confirmatione propinquum suum Cononem Comitem de Phullingen, magna cum ambitione & manu militari, si forte necesse esset, versus Treuerim direxit. Quæ inconsiderata promotio, sicut illi beatæ mortis occasio martyrii fuit, sic Treuirensibus animum ad suæ crudelitatis audaciam & materiam dedit. Nec mora denique præsidem suum Theodoricum cum aliis Principibus suis euocatum ad vlciscendam tanti contemptus iniuriam clamosis instigant vocibus: Si Colonienses hac violatione præualeant, hoc omnium successorum suorum esse dedecus & infamiam. Quid multa? Coacto quippe exercitu, frondesque arborum, ne arma proderentur, præferentes nocte clara obuiam pergunt, eosq; in pago Bedonico quiescentes, nihilq; tale suspicantes ex improuiso inueniunt: Qui conturbati aduenientis sonitu militis, maximum salutis suæ præsidium senserũt in pedum celeritate, saltuumque densitate prout quisque fugam sibi elegit. Sic eos discurrentes hostes inuaserunt, multisque captis, quamplurimis sauciatis omnibus, eorum rebus, ingenti præda potiti sunt. Interim Cuno, qui & Cunradus, incidit in manus hominũ impiorum, qui eum nequioribus custodiendũ, donec viderent quô res euasura, commiserunt. Quem cum paulo post Regis adhuc iuuenis temerarium præualeret arbitrium, tertio de rupe precipitantes, Cal. Iun. crudeli morte peremerunt. Vnde etiam Sigibertus: Cono, qui & Conradus Primicerius Colonienſis, ab Imperatore Henrico ad suscipiendum Archiepiscopatum Treuerorum missus capitur à Comite Treuerorum Theoderico, & à satellitibus eorum in syluam ductus, de rupe tertio præcipitatur, & adhuc illæsus, gladio transuerberatur: corpus eius foliis syluæ obtegitur, quod à rustico inuentum ad villam defertur & sepelitur. Inde à Theoderico Verdunensium Episcopo transportatum, ad Tolegium Monasterium multis statim miraculis à Deo glorificatur. Theodericus vero Comes Treuerorum, de martyrisato Conrado, apud Deum & homines reus, exilio mulctatur ab Imperatore, & suscepta peregrinatione Ierosolymam eundi, quid de eo & de omnibus, qui in Comitatu eius erant, actum sit, nescitur adhuc. (Hæc ille.) Sequitur in Chronicis: qua de causa, Rege valde commoto, ciuitatemque Treuericam se desolaturum comminante, tandem, Deo donante, à sapientibus furore eius sedato electione cleri & populi Vdo inthronisatur Episcopus. Cœpit autem Anno Domini MLXVII. Pontificatus Alexandri Papæ, huius nominis secundi, anno quinto, sedit Annis XI. Iste ex Alemannorum prosapia ortus, patre Euerhardo Comite Landgrauio Nellenburgensi, matre Ida, monasterii, quod dicitur Schafhusa, fundatoribus, vir valde venerabilis fuit, facie venustus, ore facundus, statura procerus, cuius merito humeris sustentari tanti moles regiminis potuit. Opera ille à prędecessoribus suis incepta perfecit, & monasterii S. Petri amplificationem fecit; comprouincialium militũ audaciam compescuit; in expeditione Regis in obsidione castri Alemannorũ, quod Tuingia dicitur, obiit, delatusque à Treuirensibus in monasterium S. Petri sepultus est. (Hæc ex Chronicis.) Istius Vdonis Pontificatus Anno v. Imperii vero Henrici huius nominis quarti XV. anno, Treueri in Ecclesia S. Paulini Cõfessoris in crypta subterranea inuenitur corpus S. Paulini, quod olim à Frisia, vbi exulauerat, reportatũ, ibi à Felice Episcopo cathenis ferreis fuerat suspẽsum, & iuxta eum multa corpora sanctorum: ad dexteram positus Palmarius consul & patritius Treuirorum: ad sinistrã Thyrsus vnus de principalibus Thebææ legionis, cum multis Thebæorum in hac vrbe à Riccioualo martyrisatus:

tyrisatus: Ad caput septem senatores vrbis, Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, & tres fratres Leander, Alexander, Sother: Ad pedes Hormisda, Papyrius, Constans, Iouianus & cum multi alii ibi iacerent, horum tantummodo nomina & tempus & dies passionis aureæ literæ in pariete scriptæ signabant, eosque omnes sub Ricciouaro passos fuisse docebant. (Hæc Sigibertus.)

Lotharingica.

Godefridus Gibbosus huius nominis tertius inter duces Lotharingiæ minoris, filius Godefridi magni Ducis Lotharingiæ decimus sextus, cœpit An. Dom. MLXXII. Imperii Henrici huius nominis quarti an. XV. & rexit Ducatum annis quinque, qui etsi corpore exiguus, tamen animo eximius, vlteriores Frisones bello aggressus, pene ad internecionem deleuit. Iste etiam Godefridus, vt in quodam Chronico legitur, primus ædificauit oppidum Delfft, in quo fortem & munitam mansionem extruxit, in qua semper pernoctauit quum potuit: quod oppidum postmodum gloriosus Wilhelmus Rex Germaniæ & Comes Hollandiæ auxit & ampliauit, conferens ipsis prima ipsorum priuilegia & plebiscita. Tandem sicarius quidam per quosdam Roberti necessarios transmissus in Frisoniam Godefridum hunc peremit, Anno Ducatus sui quinto, cuius corpus relatum est Virdunum, & ibi iuxta patrem traditur sepulturæ; Relicta vero eius Machthildis Marchisa terram suam viriliter rexit, & Abbatiam Canonicorum S. Petri ad montes iuxta Brie in diœcesi Metensi fundauit. Post cuius Godefridi Ducis interitum vacat Ducatus Lotharingiæ Annis XIV. videlicet vsque ad annum Domini MXC. exclusiue, quo Anno D. Godefrido, Godefridi Gibbosi ex sorore nepoti datur Ducatus Lotharingiæ.

Romana.

Gregorius septimus, natione Tuscus, patria Senensis, cœpit Anno Domini MLXXIV. (in quodam Chronico dicitur LXXIII.) sedit annis XII. mense vno diebus quatuor (in quodam Chronico dicitur diebus XIII.) Hildebrandus prius vocatus Prior Cluniacensis, postmodum vero Cardinalis, propter laudabilem eius vitam in Papam à Cardinalibus est electus. (Hæc Bernardus.) Iste adhuc Subdiaconus, cũ à Victore Papa apocrisiarius ad Gallias esset missus, Synodũ congregauit, in qua sex Episcopos pro diuersis criminibus deposuit, inter quos erat Episcopus simoniace factus, qui examinatus, & iussus dicere [Gloria patri & filio & spiritui sancto] Spiritũ sanctũ verbis exprimere nõ valebat, quãuis patrem & filiũ libere & expedite pronũtiaret, qua difficultate conuictus, ab Episcopatu depositus est. (Hæc Petrus Damianus.) Facto igitur Hildebrando Papa, ex hinc schisma grauissimũ nascitur, quia absque consensione Regis per electionem constitutus fuerat, ipse autem, qui per multum temporis ad libertatem Ecclesiæ obtinendam, priuatus laborauerat, iam ad sacerdotalem dignitatem prouectus, à cœpto desistere indignum ducens, tam pro hoc quam pro simonia exstirpanda ac incontinentia clericorum reprimenda plurimum desudabat. (Hæc Episcopus Otto.) Vnde anno secundo Pontificatus sui, secundum Sigibertum, celebrata Synodo, simoniacos anathemizauit, & vxoratos (vt se esse putabant) sacerdotes à diuino officio remouit, & laicis missas eorum audire interdixit, nouo exemplo, & vt multis visum est, inconsiderato præiudicio, contra sanctorum patrum sententiam, qui scripserunt, sacramenta, quæ in Ecclesia fiunt, scilicet baptismum, chrisma, corpus & sanguinem Christi, spiritui sancto latenter operante eundem præstare effectum, siue per bonos, siue per malos intra Dei ecclesiam dispensentur: quia Spiritus sanctus mystice illa viuificet, nec bonorum meritis dispensatorum amplificentur, nec malorum peccatis attenuentur. Vnde scriptura ait: hic est, qui baptisat. Ex illa igitur re tam graue oritur scandalum, vt nullius hæresis tempore sancta Ecclesia grauiore schismate discissa sit, istis pro iustitia, illis contra iustitiam agentibus, aliis a simonia non declinantibus, aliis auaritiæ honestum nomẽ prætexentibus, dum hoc, quod se gratis dare iactant, sub charitatis nomine vendunt, &, vt dicit de Montanis Eusebius, sub nomine oblationum artificiosius munera accipiunt. Porro continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam causa quæstus ac iactantiæ simulantibus, multis incontinentiam periurio & multiplici adulterio cumulantibus: Adhæc oportunitate illa laicis insurgentibus contra sacros ordines, & se ab omni Ecclesiastica subiectione excutientibus, vt sacra mysteria laici temerarent, & de his disputarent: Infantes baptisarent: & sordido humore aurium pro sacro oleo & chrismate

Calumnia est illa. Nec enim Pontifex sacramẽtis aliquid decedere putauit, sed tollere scandalum, & boni pastoris officium subire voluit. Mẽtitur igitur Sigibertus, vnde hæc sumpta sunt: & Pontifex idem sensit, quod omnes S. Patres.

vtentes, in extremo vitæ viaticum Dominicum, & vsitatũ Ecclesię obsequium sepulturæ à presbyteris coniugatis accipere parui penderẽt: Decimas presbyteris deputatas igne cremarent, & vt in vno cætera perpendas, laici corpus Domini à presbyteris coniugatis consecratum sępe pedibus conculcarent, & sanguinẽ Domini voluntarie effunderẽt, & multa alia contra ius & fas gererẽt, & hac occasione multi pseudomagistri accurrentes in Ecclesia, prophanis nouitatibus plebẽ ab Ecclesiastica disciplina auerterent. (Hæc Sigibertus.) Istum Cincius præfecti filius in nocte natalis Domini, cum primã missam in S. Maria maiore ad præsepe celebraret, cæpit, & in turri sua posuit, sed Romani eadẽ nocte turrim destruxerunt, Papam liberando, & prędictũ Cincium extra vrbem eiecerunt. (Hæc Martinus.) Florebat eo tempore Petrus Damianus, vir religione & sapientia nominatissimus, qui scripsit ad Papam Hildebrandum, qui & Gregorius septimus nominatur, reddens rationem, quare Episcopatum dimiserit: fuit enim excellentissimus eremita. (Hæc Bernardus.) Iste Pontifex Henricum Imperatorem C x. Episcoporum habito Concilio excõmunicauit, quia Romanæ Ecclesiæ voluit scindere vnitatẽ, sed post ad ipsum Papam in Lombardiam veniens, nudis pedibus, super niuẽ & glaciem pluribus diebus stans, vix absolutionẽ impetrauit. Deinde vero cum eundem Regem iterato excommunicasset, plurimi seditiosi Episcopi, de cõsensu Imperatoris, apud Broxiam conuenientes, Guicbertũ Rauennensem Archiepiscopum in Papam elegerunt, Clementem vocantes, quem Rex Henricus pronus in terra cum omnibus suis mox adorauit, & cum ipso Romã veniens, sine Cardinalibus à Bononiensi, Mutinensi, & Cremẽsi Episcopis in Papã benedici fecit, & ab eodẽ Guicberto in die Paschæ coronam Imperii sumpsit: Gregoriũ Papam in castro S. Angeli cũ Cardinalibus obsidẽdo. Sed audito, quod Rex Robertus Guiscardi in adiutorium Papæ de Apulia veniebat, Imperator destructo Capitolio, & vrbe Leonina, cum suo Antipapa fugit Senas: & Robertus Guiscardi eadem die vrbem capiens & ferro & igne consumens, Papam Gregorium ab obsidione liberãdo in Palatium Lateranense restituit, qui post in Apuliam descendens apud Salernum exulans, obiit miraculis coruscando. (Hæc Martinus.) Episcopus Otto sic scribit: Iste Papa appropinquante vocationis suæ tempore dixisse fertur: Dilexi iustitiam & odi iniquitatem, propterea morior in exilio. Vnde etiam Sigibertus ita dicit: Volumus vos scire, qui de Ecclesiastica cura solliciti estis, quod Dominus Apostolicus Hildebrãdus nunc in extremis suis ad se vocauit vnum de x ii. Cardinalibus, quem multũ diligebat præ cæteris, & confessus est Deo & S. Petro, & toti Ecclesiæ, valde se peccasse in pastorali cura, quæ ei ad regnandum commissa erat, & suadente Diabolo contra humanum genus odium & iram concitasse: postea vero sententiam, quæ in orbẽ terrarum effusa est, pro augmento Christianitatis, cœpisse dicebat. Sic igitur misit prædictum Confessorem suum ad Imperatorem & ad totam Ecclesiã, vt optaret illi indulgentiam, quia finem vitæ suæ aspiciebat: & tam cito induebat Angelicam vestem, & dimisit & dissoluit vincula omnium bannorum suorum Imperatori & omni populo Christiano, viuis & defunctis, clericis & laicis, & iussit suos abire de domo Theodorici, & amicos Imperatoris ascẽdere. (Hæc ille.) Schisma igitur principale septimum, & x v i. minus principale Ecclesiæ Dei fuit inter istum Gregorium & Archiepiscopum Rauennensem: sed causa fuit Tyrannis Imperatoris, & dissensio quorundam Episcoporum: Maius certe fuit omnibus antehabitis, & durauit vsq; ad Vrbanum secundum. Iste Gregorius cõstituit, vt festa Romanorum Pontificũ, qui martyres fuerunt, solenniter celebrentur: & sub pœna excommunicationis inhibuit auguria, sortilegia, omnes magicas incantationes, &c. Item ab hoc tempore, vt dicit Helinandus, cœpit reflorere in Ecclesia beati Quintini Beluacensis ordo Canonicus, primum ab Apostolis, postea à beato Augustino, regulariter institutus sub magistro conuentus venerabili eiusdem Ecclesiæ Præposito postea Episcopo Carnutensi.

Sigibertus misere deliratᵗ, & somnia fingit.

Anno Dom. M L x x x i v. Anno Imperii Henrici huius nominis quarti, x x v i i i. Põtificatus vero Gregorii septimi anno x i. Bruno natione Theutonicus ex vrbe Colonia literis admodum eruditus, Rennensis Ecclesię Canonicus, & scholarum magister, relicto sæculo Eremum Carthusiæ fundat, propositumq; monasticæ conuersationis satis arduũ instituit; cuius sancti propositi cooperator beatæ memoriæ Hugo

Grannopoli-

Granopolitanus Episcopus, ab eodem Brunone sumpsit habitum monasticum, cunctisque per mundum habitantibus insigne exemplum præbuit. (Hæc Vincentius.) In quodam Chronico sic habetur: Anno Domini MLXXXVI. Pontificatus Victoris huius nominis tertii, primo, ordo Carthusiæ cœpit, in quo sunt Priores; & ordo Calatensis, in quo sunt Abbates.

Anno sexto Pontificatus S. Hugonis Granopolitani Episcopi, (qui Pontifex annis LII. fuit Episcopus) septem sunt fratres, quorũ vnus dictus est Bruno, qui de Canonicis regularibus S. Rufi de Valentia exierunt, & duos istos ordines, mediante S. Episcopo Hugone inchoauerunt. Habent vero Carthusienses CLXXIX. priorias: quorum ordo (teste B. Bernardo,) inter omnes Ecclesiasticos ordines primatũ tenet, non ratione temporis, sed rigorositatis; vnde eum vocat speciosissimam columnam Ecclesiæ: Verum quia propter nimiam abstinentiam paucis tolerabilis erat, vt diu paruus maneret, postea ab Ecclesia moderatus fuit, nec vnquam à sancto proposito cecidit, singulariter à Spiritu sancto præseruatus vsque hodie. (Hæc ex Chronicis.)

Henricus huius nominis secundus, dictus iunior, filius præfati Lamberti secundi Comitis Louanienſis, cœpit Anno Domini MLV. Imperii Henrici huius nominis tertii, anno XVI. Victoris vero Papæ, primo, & rexit eundem Comitatum annis XIX. Genuit vero Henricum tertiũ, succedentem Comitem Louanienſem & Bruxellenſem, & Marchionem Imperii: & tandem à quodam Hermanno, suo captiuo, de nocte in lecto suo occisus. (Hæc ex Chronicis Comitum Brabantiæ.) Item iste Henricus supra collocandus erat inter Annonem Archiepiscopum Colonienſem & Stephanum nonum Papam, & quia ex negligentia ibi omissus est, hic ponitur. *Brabantica.*

Henricus huius nominis tertius inter Comites, filius prędati Henrici, cœpit Anno Domini MLXXIV. Imperii Henrici huius nominis quarti, anno XVIII. & rexit annis XVI. Genuit Henricum huius nominis quartum, Comitem Louanienſem, & Marchionẽ Imperii, & Godefridum cũ Barba, huius nominis primũ, ex progenie Caroli Magni, & primum Ducem Lotharingiæ, Comitẽ Louanienſem & Marchionem S. Imperii. Tandẽ hic Henricus obiit apud Niuellam, in Ecclesia S. Gertrudis sepultus, An. Dom. MLXXXIX. (Hæc magister Emundus in Chron. de Ducibus Brabãtiæ.)

Henricus huius nominis primus, postea dictus Pacificus, eò, quod pacẽ acquisierit, vita & genere nobilis, Archidiaconus Virdunenſis, filius Frederici Comitis Tullenſis, ex vna parte cognatus Ducis Godefridi de Bullione, XXV. Leodienſis ordinatus Episcopus, Anno Dom. MLXXV. Pontificatus Gregorii huius nominis septimi, anno secundo, præfuit annis XXIX. Orta enim contentione in electione, ab Imperatore cõstitutus, ab Annone Archiepiscopo Colonienſi est in Episcopum consecratus. Iste Henricus Abbatem superbum sancti Laurentii, nomine Wolbodonem deposuit, & Berengarium loco eius substituit priorem sancti Huberti. *Leodienſia.*

Item Anno Domini MLV. tempore Alardi Abbatis huius nominis secundi, sepulchrum B. Trudonis frequentissimis coruscat miraculis, quæ toto orbe terrarum ita fama vulgauerat, vt peregrinos aduenientes oppidum ferre non posset; qui per omnes partes claustri irrumpebant, maxime quia aqua putei potata in nomine S. Trudonis, dicebatur curare languidos & leprosos; qui puteus adhuc supereſt, quo animalia diuersa, & thesaurus infinitus offerebantur, & interdum in hebdomada centum marcæ: quod per totum tempus dicti Abbatis durauit, scil. XXVII. annis, & quia per frequentiam peregrinorum nocte & die, monachi cœperunt nimis negligentes esse & indisciplinati, præsertim quia Abbas eorum Edelardus à Domino percussus, phreneticus factus est, sed ductus Leodium in monasterium S. Laurentii, curatus ad sepulchrum Wolbodonis Episcopi rursus fuit. Iste ædificauerat magnam Ecclesiam S. Trudonis, & S. Mariæ in foro, & duodecim alias in diuersis locis, & ibi sepultus est, VIII. Id. Decemb. Pontificatus Henrici Episcopi Leodienſis, anno octauo, & sequẽti Anno incensa est Ecclesia S. Trudonis prædicti. Post mortem prædicti Abbatis, duo eliguntur Lanzo Abbas S. Vincentii Metenſis, & Luypo monachus S. Trudonis; Episcopus vero Henricus Lanzoni, qui prius introductus erat fauebat, & mouit exercitum ad expugnandam turrim Ecclesiæ S. Trudonis, quæ sola de incendio remanserat, de qua Luypo quasi speluncam fecerat latronum. Obsessum igitur est oppidum

sanctiTrudonis,sed ciues inter se dissentientes pacem cum Episcopo fecerunt. Tunc temporis inter Brugstemenses & Trudonenses erat grauissimum & antiquum belli dissidium,& multi ex vtraque parte interfecti: Brugstemenses igitur dolentes de pace, intrantes, oppidum incendunt, & in foro bellantes,eos vincunt,& fuso sanguine fugere in Ecclesiam compellunt,vt nec domuncula remanserit: Acta sunt hæc octauo Idus Iulii, præsulatus Henrici anno decimo.

Episcopus Henricus post hæc misit decem marchas ad reædificandum S. Marię templum, cum nimia fieret strages hominum,& incendia multa, & prædæ & rapinæ eousq;,vt idcirco multi ad inopiam deuenirent: quod Henricus Episcopus dolens, consilio Alberti Comitis Namurcensis,de consensu omniũ Primatum, Baronũ, qui Ducatus, Marchias, Comitatus, Feuda, Iudicialia tenent in Leodiensi diœcesi ab imperio descendentia,pacem cum prædicto Alberto cõposuit,omnibus pauperibus & diuitibus, nobilibus & ignobilibus in dicto Episcopatu perpetuo profuturam. Vnde per eos ordinatũ est, vt in festis & sacro tẽpore in Leodiensi Episcopatu nemo arma ferat,nemo prædas vel incendia faciat; quod si fecerit, homo liber hæreditatẽ perdat & ab Episcopatu pellatur: seruus autem amittat omne quod habet, cum dextera, & excommunicetur; quæ pax anno Pontificatus Henrici XIV. in expeditione Romana per Henricum Regem quartum & Principes cõfirmata, & Episcopo Henrico datæ literæ: sed Comes se & suam terram exemit ex hac pace: & ideo hic Episcopus deinceps pacificus vocatus est: sub quo fundata & dedicata fuit Ecclesia S. Matthæi de Flores. Tunc etiam factum est hospitale inter rupem & ripam Mosæ,à Rodulpho & Lamberto fratribus,ac eorum consanguineo Fuluino militibus. Tandem venerabilis Henricus obiit pridie Iunii, sepultus in Ecclesia S. Mariæ Hoyensis ante Altare B. Ioannis Baptistæ iuxta chorum. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Colonienſia. Venerabilis Hildolphus XXXIV. Archiepiscopus Colonienſis Ecclesiæ, cœpit Anno Domini MLXXVI. Pontificatus Gregorii septimi, anno tertio, præfuit annis tribus. Huic cum Capellanus Henrici Imperatoris quarti esset,sanctus Anno prædixit futurum,vt post se regeret Ecclesiam Colonienſem. (Hæc ex Chronicis.)

Traiectẽſia. Post obitum Wilhelmi Præsulis,quidam Conradus,natione Sueuus XXII. electus est Traiectensis Episcopus,qui Henrici quarti Cęsaris erat nutritius,cœpit autem Anno eodẽ salutis, quo & Hildolphus Archiepiscopus Colonienſis, præfuit annis XXIII. Conradus ille impetrauit ab Henrico quarto Romanorum Rege donationem Orientalis Frisiæ, quam Marchiones violenter abstulerant à Principus Hollandiæ. Idem ergo Conradus Episcopus castrum Yselmonda contra Domicellum Hollandiæ firmissimis propugnaculis & idipsum fideli satellitio communiuit.

Anno Pontificatus sui XVI. vel circa, Conradus Episcopus ad felicem recordationis suæ memoriã exædificare proposuit in occidua parte ciuitatis suæ, Canonicorum Ecclesiam, vbi fundum adeo lutosum reperit, vt bases pylariorum stabilire non posset. Fuit autem in Latomorum cõsortio quidam Friso, Pleberus nomine, qui eandem Ecclesiam sub periculo mortis fundare promisit; veruntamen immoderatũ inde salarium exegit: Quapropter Episcopus largis muneribus à filio præfati Frisonis arcanum magisterium didicit,& inchoatam Ecclesiam in honorem S. Dei genitricis Mariæ magnifice condidit: Vnde Friso cõcepit inuidiæ zelum aduersus Episcopum, præmeditans quo pacto eidem posset instruere mortis interitum. Itaq; anno Pontificatus sui XXIII. (qui fuit Annus salutis MXCVIII.) dum Episcopus Conradus post missarum solemnia solus in domo recumberet,& priuatus orationes cum deuotione legeret, prælibatus Friso visa opportunitate,cultrum eduxit, & Reuerendum Pontificem,instigante Diabolo trucidauit,VIII. Kal. Maii, qui in eadem Ecclesia perpetuæ virginis Mariæ celeberrime tumulatus est. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectensium.) De cuius Episcopi nece sic refert Sigibertus: Conradus Vltraiectensis Episcopus feria quinta Paschæ, post missam à se celebratam, à quodam suorum in domo sua perimitur. Item multis in locis sexto Kalend. Octobris, cœlum quasi ardere visum est nocturno tempore, & secuta est grauis animalium pestilentia, & segetes nimis imbre & vrigine corrupti sunt. (Hæc qui supra.)

Treuirẽſia. Defuncto Vdone Archiepiscopo Treuirensi,Henricus Imperator huius nominis quar-

tis quartus, Treuerim conſcendit, vt alium in locum eius ſubſtitueret, & cùm Imperator iuſſiſſet, vt quẽ prælucere cæteris cognoſcerent, hunc Epiſcopum eligerent, & vt Clerus vnum antè alium poſt ex ſuo conſortio, hoc vtique honore digniſſimos exhiberent, Rex autem, quotquot nominaſſent, nullum ſibi placere dixit. Nullus enim eorum eius beneuolentiã digna taxatione præuenerat. Itaq; tribus diebus in eligendo tranſactis, & quarto nihilominus die iterum ad id congregatis omnibus, tum Egelbertus adimpletis negotiis, pro quibus à Rege prefato Romam miſſus fuerat (ſi tamen à Deo dici poteſt dirigi via iſtius hominis, qui culpa ſua meruit ab Eccleſię congregatione ſuſpendi) ſuperuenit, & facta oratione locutus eſt Regi de his, quæ habebat in mandatis: quibus finitis, dixit Rex: Quia in eligendo Epiſcopo concordare non poſſumus, ſaltem in hunc conueniamus: & conſenſit ei, ex Epiſcopis (qui cauſa electionis aduenerant) ſolus Theodoricus Virdunenſis Epiſcopus, qui cognomento Magnus vocabatur, & pars aliqua populi Treuirenſis. Rex vero nihil moratus, inueſtiuit eum, dans annulum & baculum, ſub die octauo Idus Ianuarii, Anno Domini MLXXVIII. Pontificatus Gregorii ſeptimi, anno quinto, & præfuit annis XXI. qui Egelbertus, licet per oſtium non intrauerit, ſed aliunde aſcenderit in ouile, aliquot tamen tranſactis annis, cœpit ſe ſatis officio dignũ exhibere, niſi ſolum quod ab excommunicatorum, (Regis videlicet & Clementis) noluit communione abſtinere, propter quod Bruno, qui ei in Epiſcopatu proximo loco ſucceſſit, omnes, quos ordinauit, ab officio ſuſpendit: nec remotos ad priſtinum gradum admiſit, niſi qui legitimo Romanæ Eccleſiæ Pontifici ſe obedituros ſuper Euangeliũ promitteret. Complura mentione digna de huius Egelberti probis actibus, quæ per ipſum, vel ipſius tẽporibus geſta ſunt, legimus, quæ compendii cauſa ſcribere prætermiſimus: hoc tamẽ vnum inſinuare curabimus, videlicet quod eleemoſynas pauperibus largas faciebat, & Eccleſiis bona plurima conferebat, ſed & ab anteceſſoribus aliquibus ablata recuperauit, quorum in eius memoriam, indicia in bibliothecis vſque hodie ſunt recondita; quæ omnia ego puſillus, qui hoc ſcribo, ad redemptionem animæ eius profutura ſperarem; ſed ſententię B. Auguſtini non audeo præiudicare, qui ſcribit: Homini, qui Eccleſiæ Catholicæ non tenet vnitatem, neque baptiſmum, neque eleemoſynam quamlibet copioſam, neque mortem pro Chriſti nomine ſuſceptam proficere ad ſalutem, quia in eo vel hæretica vel ſchiſmatica prauitas perſeuerat, quæ ducit ad mortem. Mortuus eſt autem Anno Domini MC. die Nonarum Septembr. ſepultus in Eccleſia, maiori domo, videlicet S. Petri Apoſtoli. Vacauit Epiſcopatus fere menſes quatuor. (Hæc ex geſtis Treuerenſium.) Interempto Godefrido Gibboſo XVII. Duce Lotharingiæ inferioris vacauit Ducatus annis XIV.

Venerabilis Sygewinus Pontificalem cathedram Colonienſis Eccleſię adeptus eſt anno Domini MLXXIX. Pontificatus Gregorii ſeptimi, anno ſexto: præfuit annis decem: qui fuerat ante Pontificatum Decanus S. Petri, de quo ſimili modo vaticinatus eſt B. Anno, prædeceſſor eius Archiepiſcopus Coloniẽſis. (Hęc ex Chronicis.) *Colonienſia.*

Defuncto igitur Salerni beatæ memoriæ ſummo Pontifice Gregorio, Eccleſiaque in ſummo diſcrimine poſita, eo, quod Guicbertus autoritate Imperatoris Romanam ſedem & vrbẽ occupaſſet, Abbatem Caſſinenſem, ſeu Cardinalem Deſideriũ, (qui & Victor) inuitum pauci de Romanis ad culmẽ ſummi ſacerdotii trahunt: corruptisq; pecunia Leoninæ vrbis cuſtodibus ob metũ ſchiſmatis nocte conſecrãdum in Eccleſiã B. Petri inducũt, vbi profluuio ventris correptus, moxq; vrbem ingreſſus, rebus humanis in breui exceſſit. (Hæc Alberic.) Ad miſſam, vt dicitur, exagitatus neſcio quo diſcrimine cecidit, Calice (ſi dignũ eſt credere,) veneno infecto. (Hæc Helinandus.) Cœpit autẽ iſte Victor Papa, huius nominis tertius, An. Dom. MLXXXVI. Sedit anno vno, menſib. IX. (Martinus dicit anno I. menſib. IV. dieb. VII.) Vacauit ſedes dieb. IX. Alberic. dicit (ſedit menſibus duob.) Iſtius tẽpore, (vt quidã ſcribunt) ordo Carthuſienſium initiũ ſumpſit. (Hæc ex Chronicis.) Mulier territorii Laudunenſis, in villa Cimiati conuicta de morte mariti, ducitur ad ignẽ cremãda, & impetrans licentiam orandi in Eccleſia cathedrali, proſtrata ibi in pauimento Dei matrem precibus implorat, faſſa crimen cum multis lacrymis. Deinde ad ſtipitem religatur, ignis ſupponitur, frequentius ab eius inimicis, ſed ipſa veſtibus & crinibus illæſa exit, matris miſericordiæ interuentu. (Hæc ex Chronicis.) *Romana.*

Vrbanus ſecundus,qui prius nominatus eſt Odo,cœpit An.Dom.MLXXXVIII. ſedit annis XI I.menſib.I V.(In alio Chronico dicitur annis X I.menſibus IV.) Vacauit Sedes dieb.XV I.(Hæc Bernardus.)Odo ex monacho Cluniacenſi Epiſcopus Oſtienſis,cõtra Imperatorem & Guicbertum fit Papa,& Vrbanus ſecundus nominatur,natus de Caſtellione ſuper Mantuam filius Domini de Largeri: habuit fratrem Robertum, cui dedit corporale pro reliquiis, quo vilipendente corporale conſcidit,& ſanguis inde exiuit: qui adhuc ſeruatur apud Largeri.(Hæc Albericus.)Vnde Guido de eodem: Iſte Odo natione Gallus, primũ Rhenenſis Archidiaconus,inde Prior Cluniaci,mox Epiſcopus Oſtiæ, poſtea in Apoſtolicum cõſecratus, nomine Vrbanus ſecundus.Tunc Imperator Henricus viſus eſt Vrbanum expellere,& Romæ Guicbertum inferre. Vigebat vero tum in Italia prępotens Marchiſa Machthildis,relicta Godefridi cognomento Gibboſi,prouinciæ(quæ nunc Lotharii ſeu Lothariana dicitur) egregii quondam Ducis. Hæc eadem marito ſublato,cum quorundam inſidiis in interiora per latrinam ferro,dum ad naturæ ſecreta ſederet,peteretur, ſexus oblita,nec diſpar antiquis Amaſonibus, ferrata virorũ agmina ducebat in bellum,& mariti defuncti Ducatum impigre petebat,& maxime ſuum intra Italiam contra Henricum Imperatorẽ: cuius Machthildæ auxiliis Vrbanus Apoſtolicum obtinuit thronũ, frequentibus Conciliis excommunicans cũ Imperatore Guicbertum; Hinc in Eccleſia ſcandala (vt dicit Sigibertus) & in regno augeſcunt diſſidia, dum alter ab altero diſſidet:dum Regnum & Sacerdotium diſſentit,dum alter alterum excommunicat,dum alter alterius excommunicationem aut ex cauſę, aut ex perſonæ præiudicio deſpicit, & dum alter in alterum excommunicandi authoritate magis ex ſuo libitu, quam ex iuſtitiæ reſpectu abutitur: & autoritas illius, qui dedit poteſtatẽ ligandi & ſoluendi, omnino deſpicitur. Nimirũ,vt cum pace omnium bonorum dixerim,hæc ſola nouitas,(ne dicam hæreſis) ne dum in mundo emerſerat, vt ſacerdotes illius,qui dicit Regi Apoſtata,& qui regnare facit hypocritam propter peccata populi,docerent populum, malis Regibus nullam ſubiectionem, & licet eis ſacramentum fidelitatis fecerit,nullam tamen deberi fidelitatem: nec periuros nominari,qui contra Regem ſenſerint: imò qui Regi paruerit,pro excommunicato habendum,& qui contra Regem fecerit,à noxa iniuſtitiæ & periurio abſoluendum. (Hæc Sigibertus.)

Item anno Pontificatus Vrbani ſeptimo,dum ſancta Ieruſalem ciuitas ſub Turcarum dominio, multis & grauibus eſſet oppreſſa miſeriis, inter eos, qui cauſa deuotionis & orationis ad eam veniebant, nec tamen intrabant, niſi dato prius aureo pro tributo, Petrus quidam ſacerdos de regno Francorum & pago Aloſanenſi, verè cognominatus Eremita,ſtatura contemptibili, ſed venerabili ſanctitate eô peruenit, in Eccleſia vero Dominicæ reſurrectionis dum pernoctat in orationibus & vigiliis, ab apparente ſibi Domino confortatus, & iuſſus, vt pro populo eius & ſancta ciuitate, legatione ad Dominum Papam & Principes Occidentis fungatur, confidenter regreditur,& legationem eius fideliter exequitur & prudenter; Veniens igitur ad Dominum Papam & exulantem eum inueniens propter controuerſiam, quæ erat inter ipſum & Imperatorem Henricum ſuper inueſtitura baculi paſtoralis, pontificalis & annuli facienda, pro qua prædeceſſor eius Gregorius ſeptimus à Papali ſede per eundem Imperatorem expulſus erat. Eidem Papæ Ieroſolymitani Patriarchæ Simeonis literas, indices magnæ fidelium calamitatis oſtendit, à quo prædicator electus, & ad Principes directus & ad plebem, virtute multa Dei verbum euangeliſans, Domini Papæ,qui eum in Franciam ſubſequebatur,neceſſarius fuit pręcurſor.(Hæc Guido.)

Item anno ſequenti, tertio Kalend. Martii, celebrata eſt Placentiæ Synodus præſente Vrbano Papa cum Epiſcopis & Abbatibus,tam Galliarum,quam Lombardiæ ac Tuſciæ: in qua Synodo inter cætera acta, ordinationes à Guicberto hæreſiarcha factæ, qui prius à Papa Gregorio, & Romana Eccleſia damnatus fuit, iudicatæ ſunt eſſe irritæ & non valere; In eodem quoque Concilio antiquis nouem præfationibus decima addita eſt de B. Maria virgine,quæ cantatur in Miſſa [Et te in veneratione beatæ Mariæ ſemper virginis,&c.]

Ieroſolymitana. Eodem anno Vrbanus Papa in Gallias veniens, per Burgundiam & Franciam habitis

habitis conciliis, Gregorii Papæ (qui & Hildebrandus dictus est) decreta renouat, & confirmat, Philippumq; Regem Franciæ, qui viuente sua vxore aliam superinduxerat, altera viuente, excommunicat. Vrbanus siquidem prædictus, aliud Concilium in Aluernia apud Clarimontem vrbem mense Nouēbri celebrat, in quo statutū est, vt horæ B. virginis Mariæ quotidie dicantur, officiumq; eius diebus Sabbathorū solēniter fiat. Exponitur etiam in eo miseria S. ciuitatis Ierusalem: Christi dedecus nuntiatur: narratur opprobrium, consilium quæritur: auxilium postulatur. (Hæc Bernardus.) Vnde Wilhelmus: In mense itaque Nouembri huius anni, ante festum S. Andreæ generale Concilium apud Clarimontē Auerniæ ciuitatem à summo Pontifice Vrbano congregatur, quod cōgregatorum Episcoporum & Abbatum fuit c c c x. & sedit à die Lunæ x i v. Kal. Decemb. per dies decem: vbi aliquot diebus primum de fide Catholica, & eorum, qui inter se dissidebant pace prolixe tractatum est. Vbi etiam Guido: Ibi (ait) Dominus Apostolicus excōmunicauit Guicbertum Rauennatē, qui se Papam appellabat, & Henricum Imperatorem Romanorum, qui eū manutenebat: Philippum quoq; Regem Francorum & eius concubinam Comitis Andegauorum vxorem, & omnes, qui eum Regem vel Dominum suū vocarent, & ei obedirent, quousq; veniret ad emendationem vt altera persona ab altera discederet. Vnde etiā Episcopus Otto: Papa (inquit) Vrbanus, habito in Gallia Concilio, verbo sanctæ prædicationis, circiter centū millia hominum, ex diuersis nationibus in militiam Christi collegit. De quo & Baldricus: Excessit medicina modum, quia plus quā debuit in quibusdā voluntas eundi Ierosolymam subrepsit. Nā & multi eremitæ & recluſi, & monachi domiciliis suis non satis sapienter relictis, simul perrexerunt. Tandem tamen orationis gratia ab Abbatibus suis accepta licentia profecti sunt: plures autem fugiendo se subduxerunt: Multi de gente plebeia crucem sibi diuinitus innatam iactitando ostentabant, quod & idem quædam de mulierculis præsumpserunt; quod omnino falsum fuisse deprehensum est. Alii vero per ferrū calidum instar crucis sibi adhibuerunt, vel peste iactantiæ vel bonæ voluntatis ostentatione.

Anno Pontificatus eiusdem Vrbani Papæ nono, Eclipsis Lunæ facta est tertio Idus Februarii: Rursus septimo Idus Augusti eclipsis Lunæ facta est alia. Occidentales populi dolentes loca sancta Ierosolymis à gentibus prophanari & Turcas etiam terminos Christianorum magna ex parte inuasisse, innumerabiles vna inspiratione moti, & multis signis sibi ostensis, alii ab aliis animati, Duces, Comites, potentes, nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, liberi & serui, Episcopi & Clerici, monachi, senes & iuuenes, etiam pueri & puellæ, omnes vno animo sine vlla vi vndique concurrūt: Ab Hispania ac prouincia, ab Aquitania, & Britannia, à Scotia & Anglia, à Nortmannia & Francia, à Lotharingia & Burgundia, à Germania & Longobardia, ab Apulia & ab aliis regnis virtute, & signo sanctæ Crucis signati & armati vltum ire parāt iniurias Dei in hostes Christiani nominis; & quanto quisque hactenus ad exercendam mundi militiam erat paratior, tanto nunc ad exercendam vltro Dei militiam fit promptior, firmissima pace interim vbiq; composita. Primo vero Iudæos in vrbibus, in quibus erant aggressi, ad credendum Christo compellunt, credere nolentes, bonis priuant, trucidant, aut vrbibus eliminant; Aliqui Iudæorum, zelo tenendę patriæ legis ducti, se mutuo trucidant; alii ad tempus se credere simulātes post ad Iudaismum reuoluuntur. Eminebant in hoc Dei hostico Dux Lotharingię Godefridus & fratres eius Eustachius & Balduinus, Balduinus Comes Hannonienſis, Robertus Comes Flandrenſium, Stephanus Comes Blesenſis, Hugo magnus frater Philippi Regis Franciæ, Robertus Comes Northmanniæ, Raymundus Comes sancti Ægidii, Boamundus Dux Apuliæ, & Tancredus nepos eius, Anselmus de Ribodemonte, Golferius de Turribus, vir memoria dignus, qui cum celebres excursus exerceret in hostes, & multa damna de die in diem eis inferret, accidit vna die, dum ad huius excursus veheretur, vt rugitum horribilem leonis à serpente immanissimo circumligati audiret: quo audito, dissuadentibus sociis, ad eum audacter accedens, truncato serpente, leonem liberauit; qui (quod mirabile dictu est) memor accepti beneficii, eum sequitur, sicut lepus; & quamdiu fuit in terra, nunquam recedens: multa ei commoda contulit, tam in venationibus, quam in bel-

lo,cui carnes venaticas abundanter dabat. Leo vero quęcunque domino ſuo aduerſari videbat, proſternebat: quem,vt dicunt, in naui poſitum, cum domum rediret, derelinquere noluit,ſed nolentibus eum,vt crudele animal, in nauem recipere nautis, ſecutus eſt dominum ſuum natando per mare,vſquequô labore defecit. Nullus autem Rex in multitudine illa ſancta fuit: ſed omnes Chriſtum Dei filium Regem habentes vno feruore,& vna deuotione cum ſumma pace & concordia de terris ſuis egredientes, voluntate vnanimi ſepulchrum Chriſti tam diu ſub ſeruitutem redactum proponunt reddere libertati. (Hæc Bernardus.) Vnde etiam Vincentius: Iſtorum omnium curam Apoſtolica autoritate ſuſcepit vir eximius Haymarus Podienſis Epiſcopus,eisq; conſilio & doctrina vſque ad captam Antiochiam plurimum vtilis fuit. Iſtius etiam profectionis imitator fuit Petrus quidam Eremita, qui vſque ad captam Ieruſalem in multis vtilis,cum exercitu Dei perſeuerauit. Nunquã tot gentes in vnam coiẽre ſententiam & opinionem hominum vincebat numerus: quamuis exiſtimaretur ad ſexagies centum millia,qui omnes Ieroſolymam pergebant.

Anno Pontificatus eiuſdem Vrbani decimo, Cometes in Occidente apparuit, tota prima hebdomada Octobris; Nimia aquarum abundantia Autumnalis impeditur ſatio: & ſterilitas frugum terræ ſequitur; Exercitus Dei aggreſſus terminos paganorum viriliter egit: primumq; eis fuit bellum ad Pontem Pharphar fluminis IX. Kalend. Martii, vbi multi Turcarum occiſi ſunt. Secundum eis fuit bellum apud Niceam, tertio Nonas Martii, in quo etiam pagani victi ſunt: capta ergo Nicea: capta etiam Laodicea,cum eſſent plus,quam trecenta millia armatorum in exercitu Chriſtianorum, tanta eis ſuppetebat omnium rerum copia, vt aries vno nummo, bos vix XII. nummis venderetur. (Hæc Sigibertus.) Antequam autem Antiochia caperetur,ſanctus Andreas apparuit ruſtico ſimplici,prouinciali genere, dicens: Veni,oſtendam tibi lanceam,qua perforatus fuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ruſticus capta ciuitate,præſente Raymundo Comite & Capellano ſuo,fodiens terram in Eccleſia S. Petri,in loco de quo reuelationem habuerat, lanceam inuenit Anno Domini MXCIX. Dubitantibus autem plerisque,vtrum eſſet lancea Chriſti,quidã Bartholomæus nomine erat inter eos,cui Chriſtus apparens,lanceam verã eſſe oſtendit: Ille igitur cum lancea per ignem XIII. pedum, quem iuſſerat accendi,illæſus tranſiuit,& ſic,exercitus fiduciam in Chriſto & lancea ipſius habentes, intrepidi proceſſerunt. (Hæc Martinus.)

Item Anno ſequenti,qui fuit annus ſalutis MXCVIII. obſeſſa Antiochia ab exercitu Chriſtianorum, in tantum attenuati ſunt Chriſtiani propter omnium rerum penuriam,vt in tanto exercitu vix centum boni equi inuenirentur: & tamen quamuis ex deſperatione rerum multi ſe ſubtraxerint, multi domum redierint,tamen nono obſidionis menſe Antiochia capitur:& mox ſuperueniente Corborano cum magno exercitu Chriſtiani à Paganis verſa vice obſidentur, tantaque fame afflicti ſunt noſtri, vt vix ab humanis carnibus abſtinerent: ſed conſeruati à Deo, per inuentam Domini noſtri Ieſu Chriſti lanceam à tempore Apoſtolorum non viſam, obſeſſi obſeſſoribus quinto Kalend. Iulii audacter occurrunt, & hîc etiam bello tertio victoria potiuntur. (Hæc Bernardus.) Occiſi ex paganis ſecundum Robertum, centum millia equitum,& peditum non fuit numerus: quindecim millia fuerunt ibi inuenta camelorum,& multa alia: contigit hoc prælium IV. Kal. Iulii in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli. (Hæc ille.) Baldricus ex Burgalenſi Abbate Dolenſium Archiepiſcopus qui ſcripſit hiſtoriam Ieroſolymitanam, dicit: quod infra ciuitatem Antiochiam ſunt quatuor monticuli ſatis alti, in quarum vno ſublimiore caſtellum eſt,quod omni præminet ciuitati,& deorſum ciuitas eſt decenter ædificata,& duplici muro circumdata, quorum vnus interior altus & amplus, & quadris lapidibus compactus,in quo ſunt turres CCCL. formoſis mœnibus,venuſtæ & defenſæ propugnaculis: ſed murus exterior non eſt tantæ celſitudinis, ſed admirandæ venuſtatis. Vrbs continet in ſe CCCXL. Eccleſias; Patriarcham habet, cuius Patriarchatui ſubiecti erant CLIII. Epiſcopi: Ab Oriente quatuor clauditur montanis: ab Occidente ciuitatis muros præterfluit fluuius qui Pharfar dicitur. Itẽ ſeptuaginta quinq; Reges eam conſtituendo ſublimauerunt & nobilitauerũt,quorum maximus & primus fuit

Antiochus,

Antiochus à quo denominata est. (Hæc qui supra.) In hac vrbe primus conuentus fidelium est habitus & Christianorum nomine dedicatus. Item quintum bellum fuit eis in Romania, Kalend. Iulii, & ibi Turcæ victi sunt commissa Antiochia Duci Boamundo. Christiani vero propter vitandum tædium & famem, & maxime propter discordias Principum, proficiscuntur in Syriam & expugnatis Marra & Barra vrbibus Sarracenorum, & multis illius regionis castellis, tanta ibi rursum fame afflicti sunt, vt corpora Sarracenorum iam fœtida comedere compulsi sint. (Hæc Sigibertus.) Quæ vero lætitia tanta tristitiam secuta sit, sequentis anni narratio declarabit. Iam enim ad alia noua stilus vertendus est.

Isto Anno ordo Cistercienſis cœpit hoc modo per quendam Robertum Abbatem, & alios monachos qui exierant à Molismo, & inuenientes locum salinosum cuiusdam horroris & vastæ solitudinis, ibi resederunt & locum Cistercium vocauerũt. Venerabilis itaque Hugonis Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopi, sedis Apostolicæ tunc legati, & religiosi viri Walteri Cabilonensis Episcopi, nec nõ & clarissimi Principis Ottonis Burgundiæ Ducis freti consilio, auctoritate Roberti in inuenta eremo, Abbatiam construere cœperunt XII. Kalend. Aprilis, videlicet in festo B. Benedicti, præfato Abbate ab illius diœcesis Episcopo, videlicet Cabilonẽsi suscipiente curam virgamq; pastoralem, cæteris sub ipso in eodem loco firmantibus stabilitatem. (Hæc Albericus.) Sed eodem anno idem Robertus, cogente ipsum Papa Vrbano propter infatigabilem querelam Molismensium monachorum, reuertitur ad Molismum, cui in Cistercio substituitur Albericus; Alberico succeſſit Stephanus. (Hæc Bernardus.) Item habent Cistercienses DCXC. Abbatias, exceptis Prioratibus eiusdem ordinis.

Anno Pontificatus eiusdem Vrbani XII. exercitus Dei diuino monitu in interiora Syriæ profectus, larga Dei manu refocillatus est, quia ciues & castellani illius regionis legatos, cum multis donariis ad eos præmittebant, parati etiam oppida vel vrbes eis tradere, à quibus Christiani, securitate accepta, & indicto vrbibus tributo Ierusalem tendebant: interim multis eorum, qui se subtraxerant, ad eos ad Tyrum recurrentibus. (Hæc Sigibertus.) Sequitur Baldricus. De suis venerunt ad Aetam, & inde ad castellum Caiphas & iuxta Cæsaream, vbi die Pentecostes, quinto Kal. Iunii conuenerunt. Vbi etiam Martinus: Ibi cum essent, columbam super exercitum volantem, accipiter vnus grauiter vulneratã delecit, circa quam repertæ fuerunt literæ quas deferebat talis sententiæ: Rex Accaron, Duci Cæsareæ salutem: Huc natio canina venit, gens contentiosa, contra quas per te & per alios legem tuam defendas, idemq; annunciabis aliis ciuitatibus. (Hæc ille.) Sequitur Baldricus: Inde ventum est ad Ramulam, circa quã ciuitatulam honorabilis monstratur Ecclesia, in qua pretiosissimum beati Georgii corpus quieuerat; Ibi Episcopum de nouo instituerunt: cui decimas facultatum suarum obtulerunt, quia non habebat vnde viueret. Ramula ab Ierusalem XXIV. miliaribus distat: Cum vero ad locum ventum est, vnde Ierusalem poterat aspici, præ gaudiõ nimio fleuerunt, & flexis genibus adorantes, terram deosculati sunt, & VII. Idus Iunii feria tertia eam obsederunt. (Hæc ille.) Eaq; obsessa, cum laboraret victualium, & maxime aquæ penuria, omnes ex communi decreto nudis pedibus quotidie orãdo circumibant vrbem. Octauo vero talis humiliationis die, obsidionis autẽ XXXIX. capta est Ierusalem, Idib. Iulii, in sexta feria, & in templo Salomonis & in porticu eius Christiani cum Paganis quinto bello conserto, tanta in eos cæde debacchati sunt vt in sanguine occisorum equitarẽt vsque ad genua equorum. Cum decretum esset, qui Ierusalem deberent retinere ex Principibus, iam de reuersione domum agentibus, eccẽ Rex Sarracenorum ad debellandos eos venit, Ascalonam cum centum millibus equitum & quadringentis millibus peditum; quibus cum occurrisset exercitus Domini, in quo non plus, quam quinque millia equitum, & quindecim millia peditum erant, Deo pro seruis suis ad se clamantibus pugnante, & nube eos ab æstu Solis defendente, Sarraceni solo Christianorum impetu territi, omnes proiectis armis fugerunt, & in hoc sexto bello, quarto Kalend. Augusti facto, cæsa sunt centum millia paganorum: In porta vero Ascalonæ suffocati sunt ad duo millia, at eorum, qui in mari perierunt, & qui inter spineta syluarum consumpti sunt, numerus nescitur. Capta est autem Ieru-

salem post annos circiter quadringentos sexaginta, ex quo sub Heraclio Imperatore secunda vice capta & possessa à Sarracenis fuit. (Hæc Sigibertus.) Post annos vero xc. à quo Turcæ inuaserant, Sarracenis inde aut eiectis, aut occisis. Vrbe igitur obtenta & mundata Patriarcha ordinatur, Rex eligitur, spolia diuiduntur, fidelitas pro Dei amore & timore reuerenter eis à subditis exhibetur. (Hæc Bernardus.) Sequitur Episcopus Otto: Vrbanus Papa à Concilio Claremontensi egressus, auxilio eorum, qui ad Ierosolymitanum iter accesserunt, Guicbertum ab vrbe (excepto castro Crescentii) eiecit, sedemque propriam recepit; Inde per Apuliam & Calabriam ac Siciliam, quæ tunc Northmanni inhabitabant, pecuniam magnam collegit: & sic ad vrbem regrediens, corruptis eis, qui castrum Crescentii seruabant, muneribus Guicberto, tam castro, quam vrbe expulso libere vrbe tota est potitus. (Hæc qui supra.) Tandem Vrbanus moritur, & in Ecclesia Lateranensi sepelitur. Vnde Sigibertus: Guicbertus & Vrbanus, qui de Papatu Romano contendebant, moriendo finem faciunt suæ contentionis. Item Albericus indiscrete loquitur & confuse: Guicbertus, (ait) mortuus est schismaticus, &, vt dicit Episcopus Otto, horribili schismati tanquã densissimis Ægypti tenebris moriendo finem imposuit: Vrbanus vero mortuus est vt Catholicus, & in multis laudandus, cui tantum honorem contulit Dominus, vt in eius diebus recuperaretur Antiochia cum ipsa Ierosolyma, & fierent omnia, quæ supra memorauimus.

Colonienſia. Venerabilis pater Hermannus, huius nominis tertius, quem Diuitem cognomento appellamus, cuius vtique diuitiæ profuerunt Ecclesiis Christi, ordinatus est ad regimen Pontificale Colonienſis Ecclesiæ, Anno Domini M LXXXIX. Pontificatus Vrbani huius nominis secundi, anno secundo, Imperii vero Henrici huius nominis quarti, An. XXXII. Præfuit Ecclesiæ Annis X. & mẽsibus VI. (Hæc ex Chronicis.)

Lotharingica. Godefridus secundus, inter Duces Lotharingiæ XVI. in ordine, fuit filius Gozelonis XV. Ducis Lotharingiæ, & frater Stephani Papæ IX. atque Odæ vxoris Lamberti iunioris Comitis Louanienſis atq; Bruxellensis. Genuit Godefridum Gibbosum Ducem, & sanctam Idam, matrem Godefridi, Eustachii & Balduini fratrum Bolonienſium, qui adepti sunt Principatum Bolonienſem & Lotharingẽsem, post mortem Godefridi Gibbosi eorum auunculi. Nati sunt in Brabantia apud Basin iuxta Genapium castrum, quorum auia ex vna parte Mechtildis fuit, filia Henrici senioris Comitis Louanienſis & Bruxellensis, & soror Lamberti iunioris: Iste igitur Godefridus est Bullionus, qui maternum genus traxerat à Ducibus Lotharingiæ, sed per paternum genus spectabat ad Caroli Magni lineam, quod sic patet per inductionem. Henricus senior Comes Louanienſis genuit Lambertum & Machtildem; Machtildis genuit Eustachium; Eustachius autem genuit hunc Godefridum & fratres eius Balduinum & Eustachium: & post XV. annorum vacationem, datur Ducatus Lotharingiæ Godefrido, quem tenuit annis XI. Cœpit autem Anno Domini M XC. Imperii Henrici huius nominis quarti, Anno XXXIV. (Hæc ex Chronicis.) Iste, inquã, Godefridus, Dux egregius pridem Imperatori Henrico contra Hildebrandum militauit, & in oppugnanda Roma partem muri, quæ ei obtigerat, primus irrupit: Postea vero præ nimio labore in nimia siti, vinum nimium hauriens, in febrem quartanam incidit: & audito rumore profectionis Hierosolymitanæ, illuc se iturum vouit, si Deus redderet sanitatem; quo emisso voto, mox vires eius penitus refloruerunt. In Antiochena obsidione Turcam quendam singularem, medium in lateribus gladio Lotharingico dissecuit, cuius dextera medietate iam in armis palpitante & cadente, reliquam tulit equus cui insederat: Adeo firme Turca ille insederat equo. Idem Godefridus alterum Turcam in conflictu vibrato in caput ense à vertice vsque ad inguina diffidit, & ex eodem ictu sellam & spinam equi penitus discidit.

In eadem obsidione militem quendam suum pabulatum progressum, à leone inuasum, & clypeo se defendentem, tandem occisum adeo indoluit, vt venabulo feram trãsfoderet: quæ saucia & dolore acriter sæuiens in eum irruit, ita vt ferro, quod pendebat ex vulnere, tibiam eius sauciarit, qui mox gladio bestiam euiscerauit (Hæc Goblinus.) Reliqua gesta Ducis Godefridi vide infra in linea Regum Ieruſalem, sub Anno Domini M C.

Item

Item Anno Ducatus illius Godefridi octauo, apparet zona ignea sanguinei coloris à parte Septentrionali, longissime emittens terribiles radios versus Meridiem à crepusculo noctis vsque ad lucem, quinto Kalend. Octobris. (Hæc ex Chronicis.)

Henricus huius nominis quartus inter Comites Louanienses & Bruxellenses, filius dicti Henrici, huius nominis tertii, cœpit eodem Anno salutis, quo & Godefridus de Bullion, & rexit Comitatum Annis xi. qui cum audisset Euerhardum Tornacensem Castellanum strenuissimos milites secum habere, Tornacum ad audaciam eorum videndam venit. Quadam ergo die cum eis exiens, de fortitudine sua iuueniliter exultans, rogauit vnum nomine Goswinum de Foreſt, vt oppositа acie solus cõtra se solum veniret: Eo vero respondente, se non venturum, quia Dominus suus esset, & metuere, ne forte eum læderet. Comes iterum atque iterum eum prouocans, iamq; eum timidum & ignauum appellans, vt contra se veniret nimio tædio extorsit. Tandem igitur miles crebra eius admonitione prouocatus, lanceam suam leuauit, & equo vehementer calcaribus impulso, aduersus eum incurrit, volensq; eum militari ludo de equo deiicere, lanceam ei in corde fixit, & sine mora extinxit, totamque regionem nimio luctu compleuit: maxime cum inclyti nominis Comes esset, & ita omnes raptores & latrones de terra sua expulisset, vt in nulla regione maior pax & securitas inueniretur, quam in sua. Sepultus est Niuellæ cum patribus suis, vbi septem Principes Brabantiæ simul requiescunt; &, vt dictum est, leuitate & stultitia sua sine prole interfecto, succedit in Comitatu frater eius Godefridus cum Barba, Princeps excellentissimus, qui primogenituram obtinens stirpis Caroli Magni, industria sua meruit restitui in Ducatum Lotharingiæ, quem rexerant antecessores sui, antequam fierent Reges Franciæ hæreditarii. (Hæc ex Chronicis.) *Brabantica.*

Defuncto Theodorico Comite, Florentius filius eius huius nominis secundus, Comes octauus Hollandiæ efficitur: Cœpit autẽ An. Dom. MXCI. Imperii Henrici huius nominis quarti, & Imperatoris tertii, Anno XXXV. & rexit Annis XXX. Duxit vxorem Petronillam, Lotharii Cæsaris sororem, ex qua genuit Theodericum, Florentium & Simonem, & Hadewigam virginem. Iste Florentius dictus Crassus, statura fuit egregius, plurimumq; pacificus, largus eleemosynarius, cunctis commodus, nemini nociuus, qui progenitores suos in diuitiis excessit & virtutibus superauit: qui tandem confrater Ecclesiæ Traiectensis, sexto Nonas Martii migrauit ad cœlestem patriam, postquam Annos triginta cum magna tranquillitate rexisset Hollandiam: qui prope progenitores suos in Egmondensi monasterio tumulatus fuit, vbi sub petra marmoris satis honorifice requiescit. Petronella vero Comitissa post mortem mariti, Monasterium puellarum ordinis S. Benedicti deuote condidit, ad honorem B. Mariæ semper virginis, & S. Laurentii victorioſi martyris in allodio Castri sui, quod Reynsburch appellatur, quæ dehinc x. Kalend. Iunii Mensis in Christo quiescens, sumptuose exequiis in eodem Monasterio sepelitur. (Hæc ex Chronicis.) *Hollandica.*

Defuncto bonæ memoriæ Henrico Leodiensi Episcopo, amatore pacis & religionis, Obertus ex clero eiusdem Ecclesiæ canonice electus succedit, qui Obertus fuerat Prępositus Ecclesię S. Crucis in Leodio, & per Episcopum Henricum eiectus, seruiuit fideliter Imperatori Henrico in parte Guicberti Rauennatis: & ita donatus est ei Episcopatus sub illius temporis statu. Cœpit autem An. Domini MXCII. Pontificatus Vrbani huius nominis secundi Papæ Romani, An. v. præfuit annis XXVIII. Ordinatus est ab Hermanno huius nominis III. Archiepiscopo Colonienſi XXXVI. præsulatus eiusdem quarto. *Leodiensia.*

Anno Præsulatus Domini Oberti quinto, Nobilis Dux Godefridus de Bullion, Dux Lotharingiæ & plures alii, nobiles & ignobiles Cruce signantur. Huic Godefrido erat Castrum fortissimum, nomine Bullion, in Marchia sitũ, ex quo multa mala Episcopatui Leodiensi prouenerunt, à quo dum hæredes desisterent, Episcopus ipsum acquirere cogitauit. Sed Godefridus pro anima sua & suarũ, sanctæ Mariæ & beato Lamberto hac conditione obtulit, vt si infra tempus præfinitum, à se vel à fratribus non redimeretur, in totum tempus possessio Ecclesiæ B. Lamberti assignaretur. Obertus vero Episcopus pro mille & quingentis marchis, argenti purissimi castrũ emit, & sic multa mala redemit; Dux interim & hæredes eius ante diem signa-

tam Ierusalem obierunt,& sic possessio cessit Episcopatui. Acquisiuit Obertus etiam Tuwinum cum pertinentibus, eodem Anno à Balduino Comite Hannonienſe pro quinquaginta marchis auri puri.

Idem Obertus Anno Præsulatus sui octauo, castrum de Mirewalt reformauit, castrum de Claremonte B. Lamberto multo pretio acquisiuit. Nata est hoc anno in Alemannia virgo mirabilis,quæ dicta est S.Hildegardis,de cuius libris & prophetia mirabile quiddam dicitur.

Sanctus Wibertus in cœnobio Gemblacensi à se fundato,ad sepulchrum suum magnis claresc it miraculis.

Anno eiusdem Domini Oberti XIII. incœpit fundari nouum monasterium in suburbio Hoiensi Canonicorum regularium. Nam Cono de monte acuto Comes, & Lambertus eius filius, Comes de Claremonte in Leodiensi diœcesi, cum multis viris nobilibus, dum redirent ab expeditione Ierusalem cum Petro venerabili eremita, & quibusdam Burgensibus Hoyensibus, in mari in maximo discrimine vouerant, construere Ecclesiam, si liberarentur à periculo; statimq; secuta est tranquillitas. Per manus ergo dicti Petri votum impleuerunt,fundantes hoc monasterium in honorem sepulchri Domini, & sancti Ioannis Baptistæ, assumptis eô viris religiosis secundum regulam B. Augustini, & ibi prædictus Petrus sepulturam accepit. Item Obertus Episcopus corpus sanctæ Odæ virginis, quæ illuminata fuit ad sepulchrum sancti Lamberti,de terra eleuauit,& in Ecclesia Rodensi collocauit. Item acquisiuit Frangneis iuxta Leodium : Ædificauit parochialem Ecclesiam sanctæ Fidis iuxta Leodium,anno Præsulatus sui XVIII.

Eodem anno ædificata fuit porticus sancti Leonardi, quæ dicitur Cella sancti Iacobi; quem locum regulares Canonici emerunt à fratribus sancti Iacobi Leodio, circa annum Domini MCCCCLXXXIX. Floruit hoc tempore apud sanctum Iacobum in Leodio Abbas Stephanus, vir magnæ scientiæ & honestatis,in Musica valde peritus; qui cantum nouum de S. Benedicto [Florem mundi.] & de sancto Iacobo maiore, aliaque præclara & multa, quæ in Ecclesia cantantur, musice composuit.

Anno Præsulatus sui XIX. construxit Ecclesiam sancti Huberti Leodii : & ordinauit,vt, si Canonicus decedat sine testamento, de bonis eius soluantur exequiæ, debita soluantur, & eleemosynæ fiant. (Hæc & quædam alia, quæ propter tædium omisi,ex Chronicis.)

Item Anno Domini MCXVIII. mense Ianuario,tertio Nonas ipsius,quarta feria in aliquibus locis, sed non vsquequaque, terræmotus accidit, aliâs clementior,aliâs validior, adeo vt quarundam vrbium partes cum Ecclesiis corruisse dicantur. Mosa etiam fluuius iuxta Abbatiam, quæ dicitur Sustula, quasi pendens in aere,fundum suum visus est deseruisse. Isto tempore & anno eodem Leodium ciuitas multis plagis attrita fuit.Mense enim Maio nocte inuentionis S.Crucis,quæ tunc erat vigilia ascensionis Domini, dum in maiori Ecclesia vesperas celebrant, & illum Psalmi versiculum, [Quis sicut Dominus Deus noster,] cantant, subitum tonitru cum tetræ motu omnes ad terram strauit, & fulmen à læua templi ingressum,nõ modicas crustas de muro hac illacq; deiecit; Deinde turrim ingrediẽs, multas trabium partes diffidit,& subsecutus fœtor intolerabilis est,adeo vt multo aromatum odore vix potuerit obrui. Item Iunio mense,septimo Idus ipsius mensis,circa horam nonam,nubes pluuiæ subito rupta à monte, qui dicitur Roberti, subiectam sibi partem ciuitatis penitus oppressam pessumdedit, adeo vt multas domus dirueret, & immensam annonam perderet, & matrem duos infantes vtrinque in brachiis amplexam necaret, & alios octo homines diuersis in locis opprimeret. Pulsantibus ad vesperas in Sabbatho,quædã fœmina, caput dum lauat,puero manus rubent sanguine fluido. Item Kal. Iulii circa horam sextam turbo nimis vehemens & obscurus ciuitatem operuit, & nubes,eo abrupto, sciſſa,ita omne tectum maioris Ecclesiæ deiecit,vt & imbribus pateret,& totum pauimentum perfunderetur. Illico vero fulmen à parte Aquilonari ingrediens,clerum retro altare SS.Cosmę & Damiani in pulpito legentem,& alterum ante Crucifixum orantem,& tertium de scriptorio Ecclesiæ proximo egredientẽ in ipso Ecclesiæ ingressu extinxit: Ante fores quoq; Ecclesię versus domũ Episcopi laicum

laicum extinxit. Septimo Idus Iulii ab hora tertia vsque ad nonam, quatuor turbines à quatuor plagis cœli vrbem circumdederunt: ventus etiam cum magna vi insonuit, & vrbem multo imbre alluit. Tertio Nonas Augusti primo noctis conticinio cum tonitru audiretur & fulgetra sępius micarent, & iterum atque tertio idem fieret vsque mane, in vrbem Leodium amplius ipse turbo desæuit, ita vt homines à plateis exilientes, templa & Ecclesias tristi cœtu complerent, & tota nocte supplicationi intenderent. Summo vero auroræ diluculo à parte Orientis, ignis cum ingẽti flamma ciuitatem in circulũ obiuit, vt omnes diuinitus se cremandos esse timerent. Deinde magnus turbo erumpens ab Occidente ipsum ignem aliquantulum obscurasse. Iterum autem quasi victor ignis cum flamma recaluit, & iterum turbine reuertẽte paululũ delituit, sed tertio etiam ipse ignis recaluit, & tertio nihilominus turbine victus, cecidit; Istud spectaculum à summo mane vsq; ad horam tertiam, ciuitatẽ vehementer terruit. Tertio Idus Decemb. ad mediam noctem lucentibus stellis cœlo sereno, XIII. Luna, Eclipsin passa, & contracto orbe multis coloribus sed maxime sanguineo pene integra hora suffusa est. Item XVII. Kal. Ianuarii, prima hora noctis igneæ acies à Septentrione in Orientem in cœlo apparuerunt; deinde per totum cœlum sparsæ plurima noctis parte, videntibus miraculo & stupori fuerunt. Item monstrum Namurci natum est, cui par nunquam vel raro visum fuit: videlicet biceps infantulus, (qui hoc vidit, testis est populus) tam sexu duplex, quam cæteris membris, cum simplex esset compage corporis. (Hæc Abbas Anselmus.) Tandem Obertus Episcopus obiit pridie Kalend. Februarii, sepultus in Ecclesia S. Lamberti. (Hæc ex Chronicis.)

Item Anno Domini MXCV. ingens terræmotus tertio Idus Augusti totam Angliam exterruit, horrendo miraculo, ita vt ædificia omnia eminus resilirent, & mox pristino modo residerent. Secuta fuit inopia omnium fructuum, & tarda maturitas frugum, vt vix ad festum sancti Andreæ messes reconderentur. Eo tempore sepulchrum Galwaini, qui fuit nepos Arturi, inuentum est in prouincia Valliarum super oram maris, XIV. pedum longum. Iste regnauit in parte Brabantiæ, quæ adhuc Walia vocatur.

Item Anno Domini MXCVII. fit tumultus fulguris, & motus turbinum. Idus Octobris apud Winteltumbam, vbi ictus de cœlo emissus turris latus tanta vi impellit, vt debilitata materia in confinio tecti, ingens foramen ad humanæ crassitudinis modum efficeret; quo ingressum fulmen trabem maximam in fragmenta per totam Ecclesiam & simul Crucifixi caput cum dextera tibia & imagine S. Mariæ deiecit, secutus est fœtor intolerabilis: Tandem monachi felici cursu interrumpentes, benedictæ aquæ aspergine, inimici præstigias effugarunt. Fuit quoque discordia ventorum inter se dissidentium ab Euro Austro veniens, XVI. Kal. Nouemb. quæ Londini plus quam DC. domos effregit, & cumulabantur Ecclesiæ cum domibus, materiæ cum parietibus: Idem furor ventorum tectum Ecclesiæ B. Mariæ, quæ ad artus dicitur, pariter subleuauit, & duos ibi homines obruit, ferebãturq; ligna cũ trabibus per inane micantibus, qui longe, sed timentibus qui prope stabant; vbi quatuor ligna XXVI. pedes longa tanta vi pariter in terra impacta sunt, vt vix quatuor pedes supereminerent notabili visu, quo duritiem publicæ plateæ perruperunt, & ibi ordine posita, quo in tecto ab artifice fuerant collocata; quæ ob impedimenta transeuntium, ad planitiem terræ præsecta sunt, cum aliter erui nequirent.

Item Anno Domini MXCVIII. violentia fulminis apud Salesberiam, tectum turris Ecclesiæ omnino deiecit, multumq; materiam labefactauit, quinta die postquam eam dedicauerat Osmundus præclaræ memoriæ Episcopus.

Item Anno Domini MXCIX. tantum in Anglia diluuium ex abundantia imbrium fuit, quantum nullus meminerat: Mox accedente hyeme fluuii ita congelarunt, vt essent peruii equis & quadrigis, & plaustris, qua glacie resoluta, ex impetu glacialium crustarum pontes effracti.

Item Anno Domini MCII. apparuit Cometes Calend. Octobris XV. diebus, maiorem crinem emittens ad Orientem versus Austrum; Apparuerunt & aliæ stellæ, quasi iacula inter se emittentes. (Hæc Albericus.)

Item Anno Domini MC. Diabolus visibiliter apparuit hominibus in Anglia in

saltibus & deuiis, transeuntes allocutus. Item in villa Andeste continuis xv. diebus fons sanguine tam vbertim manauit, vt vicinum vadum inficeret, quæ omnia prædicta terrifica prodigia in Anglia acciderunt sub Rege eiusdē Regni dicto (Wilhelmus Rufus,) qui fuit magnus tyrannus, & obiit quarto Non. Augusti, Anno Domini MC. sed pridie, quam periret, vidit per quietem phlebotomi ictu sanguinem se emittere, radiumq; cruoris in cœlum vsque protendi, ita vt lucem obumbraret, & diem impediret: Tunc inclamata S. Maria somno excussus, candelam inferri præcepit, & horis antelucanis cubicularios à se discedere vetuit. Eadem nocte monachus quidā transmarinus vidit per somnium, venire in Ecclesiam eiusdem illum Regem & superbo insolentiq; vt solebat vultu circumstātes aspicere, deinde crucifixū mordicus apprehendere, & brachia illi corradere, cruraq; pene truncauit, quod imago crucifixi diu tolerarit, sed tandē ita Regem propulsauerit, vt supinus caderet, & iacēs ex ore tātam flammā emiserit, vt sidera contingere videretur. Istud somniū quidam à secretis eius non negligendum arbitratus, cū retulisset, ille cachinnos ingeminans, monachus, inquit, est & causa nummorum monachaliter somniat: date ei centum solidos. Sed reuera plurimum commotus, diu cunctatus est, an syluā, sicut contenderat, aditet, suadentibus amicis, nē suo dispendio veritatem somniorum experiretur. Itaque ante cibū venatu abstinuit, seriis negotiis eruditatem indomitæ mentis eructans, quo die largiter epulatū, crebrioribus quam consueuerat poculis frontem serenasse, tradunt. At, post cibum in saltum tendit, paucis comitatus, quorū familiarissimus erat Walterus cognomento Tyrius, qui de Francia, liberalitate Regis adductus venerat. Is cæteris per moram venationis, quocunque casus tulerat, dispersis, solus cum eo remanserat: & Rex Phœbo iam in Oceanum procliui, ceruum ante se transeuntem, extento neruo & emissa sagitta percussit, & adhuc fugitantem, oppositā contra violentiam solariū radiorū manu persecutus est. Tunc Gwalterus Rege in alias res interim intēto, alterū ceruum, qui forte prope transibat, prosternere cupiens, Regium læthali traiecit arundine pectus: Sic saucius Rex nullum verbum emisit, sed ligno sagittæ, quātum ante corpus extabat, effracto, & mox supra vulnus cadens, mortem accelerauit. Accurrit Gwalterus: sed quia nec sensum, nec vocē in Rege sensit, perniciter in equum insiliens, fuga euasit. At corpus Regis in rheda caballaria Wintoniā in Episcopatū deuehitur, & tetræ traditur infra ambitū turris, multorum procerum comitatu, paucorū planctu. Iste Rex Wilhelmus nullū suo tempore conuentū ecclesiasticum fieri permisit, sacros honores sui iuris esse dictitans: vt eo die, quo mortuus est, tres Episcopatus & xii. Abbatias vacātes in manu sua tenuit. (Hæc Albericus Monachus.)

Colonienſia. Venerabilis Fridericus huius nominis primus xxxvii. Pontifex Ecclesiæ Colonienſis, cœpit An. Dom. Mxcix. Pontificatus Vrbani Papæ huius nominis secūdi, anno vlt. præfuit annis xxxiii. & Lotharium huius nominis secundū, vna cū vxore sua Richsa Coloniæ vnxit in Regem; Sed plus Henrici quarti huius nominis Imperatoris factione, quam electione piorum ascendit ad Episcopatum. Nā vsque ad hæc tempora Imperatores inuestiturā annuli & baculi tradere consueuerunt. Alioquin Fridericus ille pulcherrimus erat, & magnę constantiæ, adeo, vt nec Imperatori resistere timeret. Ipse est, qui famosum illum triumphum contra innumerabilem multitudinem Sueuorum & Bauarorum cum parua manu in campis Andernacensibus feliciter peregit; & fundauit cœnobium sanctimonialiū, quod vulgariter dicitur Rolantwerde, & religiosorum fratrum in Remage super montem: sicut etiam monasterium Campense ordinis Cistercienſis instituit, ac sibi conuentum duodecim monachorum cum Abbate à fratre suo Morumendensi Abbate mitti mandauit: quos missos benigne suscipiens, in palatio suo Coloniæ, vt dicitur, tam diu retinuit, donec eis in Episcopatu de loco congruo prouidit. Sepultus est in monasterio Sibergensi. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Traiectēſia. Post interitum Conradi Pontificis, Burchardus xxiii. Traiectensis Ecclesiæ substitutus est Episcopus, vir deuotus, pius & pacificus; cœpit autem eodem anno salutis, quo & Fridericus primus Archiepiscopus Colonienſis xxxvii. & sedit annis xiii. Tandem Burchardus Episcopus xv. Kal. Iunii, requieuit in Domino, & in Ecclesia Traiectensi apud priores Pontifices reconditus, ac eodē anno Rodolphus maior Præ-

ior Præpositus à suis aduersariis interemptus est. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Paschalis huius nominis secundus, qui ante Papatum dictus est Raginerus, natione Tuscus de Bleda, cœpit Anno Dom. MC. (in multis Chronicis dicitur MXCIX.) sedit annis XVIII. mensibus V. diebus VII. vacauit Sedes diebus duobus: qui ad Gallias veniens in castro Dolensi Ecclesiam B. Mariæ virginis dedicauit. (Hæc frater Bernardus.) *Romana.*

Anno Pontificatus Paschalis XII. Henricus quintus Rex Romam vadit propter sedandam discordiam, quę erat inter Regnum & Sacerdotiũ; quæ cœpta à Gregorio septimo huius nominis Papa, qui Hildebrandus nominatus est, & exagitata à successoribus Gregorii, Victore & Vrbano, & prę omnibus à Paschali, magno scandalo erat toti mundo. Rex vti volens auctoritate & consuetudine, & confirmatis priuilegiis Imperatorum, qui à Carolo Magno, qui de Regibus Francorum primus imperauit, Romanis iam per trecentos & amplius annos imperauerant, & sub sexaginta tribus Apostolicis licite Episcopatus & Abbatias per annulum & virgam dederant. Contra hanc maiorum consuetudinem censebat Papa in synodali iudicio, nec posse, nec debere dari, ab Imperatore, per annulum vel per virgam, Episcopatum aut aliquam Ecclesiasticã inuestituram: & qui sic acciperent, esse excommunicandos. Propter hanc præcipue causam Rex Romam tendebat, & si qui Longobardorum quoquo modo ei resistere volebant, potenter eos proterebat. (Hæc Sigibertus.) Multis ergo tam in vlteriore, quam interiore Italia (quæ modo Longobardia & Tuscia vocantur,) fortiter gestis, ad vrbem vsque progreditur, qui à Paschali Papa cum Clero & populo Romano in vrbe Leonina ante fores B. Petri cum crucibus & thuribulis, atq; aliis Ecclesiasticis seu forensibus ornamentis stãte, & aduentum eius præstolante, cũ maximo tripudio suscipitur. (Hæc Episcopus Otto.) Vnde Sigibertus: Quid vel quomodo inter Papam & Regem conuenerit, cum multa à multis dicantur, hoc tantum à nobis dicitur, quod in epistola ab ipso Rege scripta legimus: Instabat (scribit Imperator) omnimodo Papa, vt auerteret Regem à potestate dandi Episcopatus vel Abbatias, siue per annulum, siue per virgam. Regi vero quærenti per internuntios à Papa, his omnibus sibi ablatis, quomodo constaret regnum, quia fere omnia Regalia antecessores sui concessissent & tradidissent Ecclesiis? Respõdit: Sacerdotes Ecclesiæ decimis & oblationibus contentos esse: & posse Regem omnia prædia & regalia, quæ à Regibus collata sunt Ecclesiis, ad se recipere, & sibi successoribusq; suis retinere. Et cum Rex per internuncios, nolle se violentiam & iniustitiam inferre Ecclesiis rursus respondisset, promisit Papa & suis pro eo iurantibus, affirmauit, Dominica instantis quinquagesimæ, omnia se Regalia cum institia & auctoritate Apostolica, ab Episcopis & Ecclesiis auferre, & Regno reddere velle, id est, ciuitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, telonia, aduocatias, omnia iura centurionum vel villicorũ curtes & villas cum omnibus pertinentiis suis, quæ regni erãt, militiam & castra. Quam conuentionem in charta descriptam Regi dedit, hoc addens, Regem & Regnum vlterius se non molestaturum, & priuilegio sub anathemate confirmaturum, ne posteri sui eum molestare præsumant, sed vt Regem benigne & honorifice suscipiant, eumq; Imperatorẽ coronent, & ad tenẽdum Imperium auxilio officii sui adiuuẽt: pro quibus omnibus implendis Papa Regi obsides daturus esset. Internuncii vero Regis, quamuis scirent, nullo modo posse fieri, tamen affirmauerunt, si Papa hoc compleret Regem quoque inuestituras Ecclesiarum, vti quærebat, refutaturũ. Qua spe promissionum Regi Romam tendenti, Paschalis Papa primo per suos, & postea per se, cum Primoribus Romanorum extra vrbem occurrit, nullamq; causam resistendi ostenderũt. Vix vero ciuitatis portas ingressus Rex erat, cum militibus infra ciuitatis mœnia secure vagãtibus, alii vulnerati, alii occisi, omnes vero pene capti aut spoliati fuerunt; Rex tamen quasi leui causa non commotus, tranquilla mente vsque ad ianuas Ecclesiæ B. Petri Apostoli, cum processione peruenit, vbi ostẽsurus, nullam Ecclesiarum Dei disturbationem ex sua voluntate procedere, in oculis & auribus omnium astantiũ hoc decretũ promulgauit: Ego Henricus Imperator Augustus, affirmo Deo & S. Petro, & omnibus Episcopis & Abbatibus, & omnibus Ecclesiis, omnia quæ an-

tecessores mei Reges vel Imperatores concesserunt, vel quoquo modo tradiderunt Deo, nullo modo subtrahere me velle. Quo decreto lecto & subscripto, petiit à Papa, vt adimpleret ei, quod in charta conuentionis scriptum erat. Ipse autem Rex conuentionem suam Papæ confirmauit, iurantibus quatuor Comitibus, proxima quarta vel quinta feria facturum Regem, vt Principes amicitiam iurent, & obsides dent, ea nimirum cõditione, si Papa, proxima Dominicâ die adimpleret Regi omnia, quæ in charta conuentionis eius scripta erant. Cum igitur Rex insisteret, vt Papa cum iustitia & auctoritate promissorum sibi conuentionem de reddendis sibi Regalibus confirmaret, vniuersis tam suis, quam nostris (scilicet Episcopis, Abbatibus, & vniuersis Ecclesiæ filiis in faciem sibi resistentibus, & Decreto suo plenam hæresin 10
inclamantibus voluit Papa, si salua Ecclesiæ pace potuisset, hoc priuilegium proferre: Ne Sacerdotes, Abbates aut Clerici secularibus occupentur, neve ad Comitatum accedant, nisi pro damnatis eruendis, neve militiam exerceant, quæ vix aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis & homicidiis exerceatur: neve ministri altaris fiant ministri curiæ, neve accipiant à Regibus ad regnum pertinentia, Regi autem siue Imperatori censuit esse dimittenda omnia ad Regnum pertinentia, à tempore Caroli Magni & cæterorum Imperatorum, interdicens sub anathemate, ne illi, qui post eum in Apostolica sede sessuri sunt, audeant Regem aut Regnum eius turbare sub hoc negotio. (Hæc Sigibertus.) Dum ergo Papa reclamantibus Episcopis, ea, quæ petebantur ab Imperatore, adimplere non posset, tanquam nocens, 20
cum per omnia esset innocens, custodiæ mancipatur, Rex namque Pontificem consilio quorundam sceleratorum cum magna tamen reuerentia captiuatum, ac Vlrico Aquilegiensium Patriarchæ custodiendum commisit. Sic igitur tumultu orto, ac omnibus preciosis rebus ad decorem & Regale fastigium expositis, immaniter destructis, in luctum versum est gaudium: Populus etiã Romanus cum infinita erumpens multitudine, Tyberim transeunt, ac Regem pene ex improuiso (multis de exercitu in vrbe siue in agro manentibus) ante gradus sancti Petri inuadunt. Rex vero, vt erat armis expertissimus, cum paucis, quos secum habebat, in hostem ruit, diutissimeq; ac acerrime (suis interim aduenientibus) pugnans, occisis multis, cæteros in fu- 30
gam vertit: Romani fuga in ponte iuxta castrum Crescẽtii, coarctati Tyberi se committunt, vbi plures aquis, quam gladiis periisse, narrãtur. Rex, tam crudeli facto perspecto, angustias portarum suspectas habens, muros vrbis rupit, egressusque Papam secum duxit: Igitur per aliquid temporis sacrilego ausu summo detento Pontifice conuentione rursus facta, Rex à ciuibus reuocatur, ac extorto per vim priuilegio de inuestitura Episcoporum, & sic dimisso Papa vrbem ingreditur. Tunc quasi pœnitentia ductus, ciues ac Pontificem muneribus conciliat, ab eoq; coronatus, fauore omnium, Imperatoris & Augusti nomen sortitur Regni eius post resignata à patre Imperialia anno quinto. (Hæc Episcopus Otto.)

Istum locum Sigibertus ita persequitur: In reconciliatione autem, quæ facta est inter Papam & Imperatorem, qui ipsum Papam cum Episcopis & Cardinalibus 40
ceperat, hoc fuit iuramentum Regis: Ego Henricus Rex, quarta vel quinta feria proxima, liberos dimittam, Dominum Papam, & Episcopos, & Cardinales, & omnes captiuos & obsides, & Papæ & fidelibus eius Romanis pacem & securitatem seruabo, tam per me, quam per meos, & in personis & in rebus ei obediam, saluo honore Regni vel Imperii. Istud iuramentum iurauerunt etiam Episcopi & Principes circiter XIV. Iuramentum vero ex parte Papæ hoc fuit: Dominus Paschalis Papa non turbabit Dominum Regem ac Regnum eius de inuestitura Episcopatuum vel Abbatiarum, neque de iniuria sibi & suis illata in personis, & bonis; nec aliquod malum reddet Regi, vel alicui personæ pro hac causa: & penitus in personam Regis Henrici nunquam anathema mittet: nec impediet Dominus Papa, quin coronet eum, & Re- 50
gnum & Imperium auxilio officii sui pro posse suo adiuuet: Et ista implebit Papa sine fraude & malo ingenio. Iuramentum illud Papæ confirmauerunt iureiurando

Parum fidelis narratio.

Episcopi & Cardinales numero XV. Item Henrico Regi in Imperatorem coronato post lectum Euangelium, tradidit Papa ante Altare Apostolorum Petri & Pauli, in oculis omnium Principum, Priuilegium bullatum de inuestitura Episcopatuum &

Abba-

Abbatiarum tam per annulum, quam per virgam; cuius tenorem compendii causa scribere omisi. In fine bullæ habetur confirmatio pacis inter Apostolicum & Imperatorem, quæ dum in celebratione missæ corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi Cæsari Papa porrigeret, facta est in hunc modum: Domine Imperator, hoc corpus natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta & catholica tenet Ecclesia, damus tibi in confirmationem veræ pacis & concordiæ inter me & te. Datum est Idib. Aprilis, Indictione quinta. (Hæc Sigibertus.) De isto Priuilegio sic scribit Episcopus Otto: Istud ergo Priuilegium, quod à Romano Pontifice minis extorsit Imperator, postmodum Synodo congregata Episcoporum auctoritas tanquam impium reprobauit. Item cuidam monacho sancti Laurentii apud Leodium nomine Hildebrando, cogitanti de resurrectione Domini, dictum est hoc anno:

Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro.

Cuius monachi discipulus fuit Prior eiusdem loci, nomine Robertus, qui scripsit librum famosum de officiis Diuinis per annum: & multa alia. (Hæc Albericus.) Istis etiam temporibus post Paschalis liberationem, quidam ex clero Romano peruersi contra ipsum Pontificem surgentes, tres hæresiarchas, videlicet Albertum, Maynulphum, (alias Arnulphum) & Theodericum diuersis temporibus eligere in Papas præsumpserunt; qui licet in principio Domino Papæ multas infestationes fecissent, ab ipso tamen in fine prostrati sunt & confusi. (Hæc Martinus.) Istud fuit Ecclesiæ x v. schisma, secundum collectorem Fasciculi temporis.

Quo tempore Rex Vngariæ monitus à Papa per literas suas scribens Domino Papæ renunciauit inuestituras Episcoporum & aliorum Prælatorum, quas vsque ad illa tempora Reges Vngariæ habere consueuerunt. Paschalis vero Papa post liberationem suam, facta pace cum Imperatore Henrico, & ipso Rege coronato, & in campum extra muros egresso, Pontifex cum Cardinalibus & Episcopis in vrbem regrediens, tanta frequentia populi accurrentis & Deum laudantis excipitur, vt vix ad palatium Lateranense circa vesperas peruenire posset. Demum defunctus est apud Ecclesiam sanctæ Mariæ Transpadanæ, & deinde cum totius populi & cleri frequentia per mediam vrbem vectus, in Ecclesia sancti Saluatoris sepultus est, mense Ianuario, Anno Domini M C X V. (Hæc Martinus in Chronicis suis.) Item in Dolensi monasterio, dum quidam missam celebrat quodam die, puer in loco hostiæ apparet. (Hæc Chronographus.)

Interempto apud Tornacum Henrico, huius nominis quinto, Comiti Louanienſi & Bruxellenſi ſexto, in Comitatu ſucceſſit frater eius Godefridus, dictus cum Barba, inter Comites Louanienſes & Bruxellenſes huius nominis primus, poſtea Dux Lotharingiæ & Brabantiæ. Cœpit autem ſecundum Chronica Anno Domini M C. eodem ſcilicet anno, quo & Godefridus de Bullione principatum Ieroſolymitanum ſuſcepit. Rexit autem Comitatum ante recuperationem Ducatus annis ſeptem; Reliqua geſta huius Godefridi, require infra in linea Ducum Lotharingiæ, ſub Anno Domini M C V I I. &c. *Brabantica.*

Capta ſancta ciuitate Ieruſalem, egregii Principes vna cum Clero & Populo, Godefridum Ducem de Bullion in Regem elegerunt, & electum cum canticis ſepulchro Domini repræſentant. (Sigibertus.) Duce Godefrido electo ad regnandum remanente in Ieruſalem, cæteri Principes domum redeunt. Cœpit autem regnare ſecundum eundem Sigibertum, Anno Domini M C. & regnauit anno vno. (Hæc Sigibertus.) Reuerſis ad propria primoribus, Godefridus Ducatum eorum, qui remanſerant, ſtrenuiſſime rexit: Hæc etiam inter Francos, Romanos & Theutonicos, qui quibuſdam amaris & inuidioſis iocis frequenter rixari ſolent, tanquam in termino vtriuſque gentis nutritus, vtriuſque linguæ peritus medium ſe interpoſuit, & ad commanendum multis modis reformauit. (Hæc Epiſcopus Otto.) Fuit autem idem Dominus Godefridus religioſus vir, & in omni vita ſua commendabilis & Deo placens: virtute vero & exercitio militari, omnium iudicio ſingularis, ab vtroque parente de antiqua Caroli Magni linea trahens originem, & cui in pectore inerat Carolus tam ſanguine, quam mente: Qui antequam peregrinationis iter arriperet, & electus eſſet in Regem, inter cætera, quæ more *Syriaca.*

ſuo geſſit eximie, hoc etiam dignum memoria dicitur feciſſe: In ſingulari certamine, quod inuitus ſubiit, ſed ſalua honoris integritate intermittere non potuit, dum vibrato in aduerſarii clypeum ictu, gladius eius eſſet per medium fractus, impetratam propter hoc ab amicis compoſitionem indignans repulit, & capulo, quem tenebat, aduerſarii caput ſolita magnanimitate & virtute percutiens, ab eo proſtrato gladium tulit, & ad quas voluit conditiones, eum adduxit: Nec inferioris gloriæ fuit fere ſub eodem tempore hoc eius factum alterum, frequenti memoria commendatum: quod ſcilicet contra Imperatorem Henricum rebellantium Saxonum Pſeudoregem Rudolphum, Imperatoris eiuſdem vexillo ad quod geſtandum fuit præ cæteris electus, in medio congreſſu transforatis vitalibus exanimem proiecit in terram. Godefridus vero regnum Ieroſolymorum adeptus, pia & pura liberalitate erga Eccleſias, quæ ſunt Ieroſolymis abundauit, & pro humilitatis intuitu, & pro reuerentia eius, qui ſpineam ibi coronam pro mũdi ſalute portauerat, Regis diademate inſigniri noluit: primus etiam ſecundum Gallicanæ Eccleſiæ morem in Eccleſiis ſepulchri Dominici, & in templo Domini canonicos inſtituit regulares, & monachos in valle Ioſaphat, vbi Eccleſiam Dei genitricis & virginis Mariæ, atq; campanas ibidem fieri iuſſit, cum antea non fuiſſent. Idem Rex Godefridus dum eſſet in expeditione, Turcis quibuſdam deferentibus munera, plus explorandi, quam honorãdi gratia, & mirari ſe dicentibus, quod tam honoratus, celebris & formidatus Princeps, absq; tapetibus vel holoſericis, ſuper ſaccũ plenum ſtramine dignaretur tanquam inglorius ſedere; fertur laudabiliter & Deo amabiliter reſpondiſſe, homini mortali terram ſufficere debere, ſed domicilium perpetuũ ſecuturum poſt mortẽ: Quod illi audientes, redeunt, dicentes, quia vere hic eſt, qui regiones vniuerſas ſubiugare & deuincere debet, & merito populis & nationibus principari. Rex autem Godefridus dum victor de partibus Arabiæ cum ingenti præda gregum & armentorum & mancipiis infinitis reuertitur, quidam Arabiæ Princeps, cupidus eum videndi, impetrata licentia, venit ad eum, & implorata confidentia rogat, vt ad virtutem eius agnoſcendam, & aliis conteſtandam dignetur in maximo cædendo camelo, quos multos habebat, fortitudinis ſuæ ſpecimen dare per gladiũ: quo iocoſe conceſſo, ſed poſt viriliter adimpleto, cũ Arabs acumini gladii aſcriberet, ſubridãs Rex, poſtulato eiuſdem Principis gladio, & accepto camelo ſibi præſentato altero, caput vno ictu & ſine difficultate, cum admiratione Principis amputauit: qui quod de virtute Regis audierat, verum eſſe cognoſcens, & vehementer admirans, datis Regi muneribus pretioſis & eius ſibi conciliata gratia, mox ad propria, Rex vero Ieruſalem eſt reuerſus. (Hæc Guido.) Tandem dilectus Deo & hominibus, Godefridus Rex nobiliſſimus & virgo puriſſimus, qui nunquam carnem ſuam maculauerat, anno ſecundo, poſtquam electus fuerat in Regem Ieroſolymitanum, moritur. (Hæc Chronographus.) Vnde Guido: Eodem anno & menſe, quo regnare cœperat, idem regni Hieroſolymorum egregius moderator poſt tot labores pro Chriſto ſuſceptos & partos triumphales titulos ad cœleſte regnum ſuperna vocatione facit tranſitum de terreno, ſepultus in Eccleſia ſepulchri Dominici, ſub ipſo Caluariæ loco, vbi paſſus eſt Dominus: qui ſucceſſoribus eius vſque in præſentem diem, ſepulturæ deputatus eſt locus. Vnde etiam Wilhelmus Anglicus: Fertur otii diſſuetudine, antiquam febrem quartanam reuocaſſe; vbi interrogatus de ſucceſſore, nullum nominauit, ſed tantum eum, qui dignus eſſet; poſt quem electus eſt in Regem Balduinus frater eius, cuius actus ſcripſit ex parte Fulcerius Carnotenſis, capellanus eiuſdem. (Hæc Albericus monachus.)

Treuirẽſia. Eo anno quo venerabilis Pontifex Treuirẽſis Egelbertus vniuerſæ carnis viam ingreſſus, Henricus Rex quartus, imperio tertius, habita curia, natalem Domini celebrauit Maguntiæ, vbi eum adeuntes Treuerici ciues, petierunt Epiſcopum, quibus mox, petentibus principibus & ciuibus conſentientibus Brunonem, natione Francũ, nobilitate inſignem conſecrari iuſſit Anno Domini M C I. Pontificatus Paſchalis Papæ ſecundi, anno ſecũdo: qui deinde ibidẽ ordinatus fuit Idib. Ian. ab Adelberone Metenſis Eccleſiæ Epiſcopo, oleum ſacræ benedictionis imponente, Ioanne Spirenſi & Richerio Virdunenſi cooperantibus, aſſiſtentibus quoque Archiepiſcopis Rurardo Maguntinenſi, & Friderico Colonienſi, & aliis quamplurimis Epiſcopis. Itaque or-

que ordinatus venit Treuerim die purificationis sanctæ Dei genitricis, & cum magno populi gaudio susceptus est.

Anno igitur sexto ordinationis suæ mense Martio Romam profectus, inuenit Dominum Paschalem vniuersali Synodo præsidentem, Papatus sui iam annum octauum agentem, à quo honorifice susceptus est, vtpote Belgicæ, Galliæ primæ metropolis præsul magnificus; Sed quia Episcopalia (annulum videlicet & baculũ) per manum laicam susceperisset. Item, quia Ecclesias dedicasset & clericos, nec dũ pallium consecutus, promouisset, satis aspere correptus est, vt decernẽte Episcoporũ ibi congregatorũ concilio, Pontificatus officium deponeret, quod tamen ipsis interuenientibus, post triduum non sine admissorum dolore recuperauit, iniuncta ei pœnitẽtia, vt quoties in spatio trium annorum proximorũ missarum solemnia celebraret, Dalmatica non vteretur; quod humiliter impleuit. Demum, accepta tam Apostolici, quam totius Synodi benedictione, pallii honore donatus, atq; de regula fidei obseruanda instructus, atq; de moderatione gregis sibi commissi, diligenter admonitus, in sua cum gaudio remeauit, Pontifex venerabilis, constans in oratione, deuotus in eleemosynarum largitione, pius in viduarum & pupillorum defensione, qui excidia domorum Dei nulla sumptus magnitudine territus, reparabat, & si quis viris in spiritu Deo famulantibus aliquãdo aliquid intulisset iniurię, impune paterne præterire non sinebat. Verũ, vt breuiter concludã, talem se omnibus exhibebat, vt in administrandis quoque regni negotiis, ex omnibus prĩcipibus, consiliis & sapientia & auctoritate nullus eo sublimior haberetur: adeo vt Imperator Patrem eum vocauerit & maiorem cæteris honorem exhibuerit. Tandem hic venerabilis Præsul, appropinquantem vitæ suæ terminum laudabilibus admodum operibus anteuenire studuit; & per nocturnam quietem solitus erat sanctorum memorias silenter circuire, illicque in oratione diutius persistere, & Dei propitiationem eorum intercessionibus profusis lacrymis exorare, sed & loca vbi serui Dei & ancillæ in claustris degebãt, vno tantũ comite contentus, frequentabat, & quęcunq; habuissent necessaria, tam in victu, quam in vestitu, ministrabat, atq; eorum orationibus se deuote commendabat. Nec prętereundũ, quod in Spirensi diœcesi in prædio suo quod Odeheym dicitur, monasteriũ extruxit, vbi Deo famulãtes monasticæ professionis cœnobitas adornauit, tantumq; prędiorum de suo delegauit, quantum posset illic commorantibus ad quotidianũ victum sufficere. Sed nec hoc silendum, quod in Confluentia basilicam S. Florini vetustate consumptam, meliori schemate & ampliori ambitu ex lapidibus sectis & politis, sicut vsq; in hodiernũ diem conspicuum est, cõstruxit vel reparauit. Sedit in Episcopatu annis XXIII. dieb. XIX. Obiit VII. Kal. Maii: & vacauit Episcopatus mensib. II. diebus VIII. cuius exequiis celebrãdis affuerunt Treuericæ diœcesis Episcopi Hẽricus Virdunẽsis, & Cõradus Tullẽsis, qui eũ non lõge ab antecessoris sui Egilberti sepulchro magno cũ honore & toti⁹ cleri ac populi mœrore deposuerũt. (Hęc ex Chr.)

Balduinus huius nominis primus inter Reges Ierusalem, Comes Edessanus, frater Regis Godefridi, Imperatoris defuncti, ad regnum dum properat obtinendũ, potitus triumpho, celebri cum honore & lætitia in Ierusalẽ est receptus. (Hæc Guido.) *Syriacæ.*

Coronatus est apud Bethlehem, Anno Dom. MCI. Imperii Henrici huius nominis quarti Anno XLV. à Daymberto Patriarcha die Natalis Domini. Vix tunc erãt in tota militia Christianorum CCCC. milites, & tot pedites, qui Ierusalem & Ramulam & Cayphã & Ioppen custodirent. Illo anno sanctus ignis in vigilia Paschæ tardauit vsq; in mane resurrectionis Dominicæ: accẽsa autẽ diuinitus vna lãpade sepulchri Christi, mox per omnẽ Ecclesiã cæteræ lampades diuinitus accensæ sunt. Postea Cæsareã Palæstinæ cepit Rex Balduinus, vbi captus est Admiratus vel Admiraldus vrbis & Episcopus eorum, quem Archadium vocant. Ibi Turca in collo, pugno Christiani percussus, bizanteos euomuit: Mares enim inter gingiuas, fœminæ vero inter pudenda bizanteos absconderant. Subiecit idem Rex postea Sydonem, Tyberiadem, & Accaronem, & cunctas vrbes maritimas. (Hæc Wilhelmus Anglicus.)

Rex Hierosolymorum Balduinus Anno regni sui quarto cepit Ptolemaidam, id est, Acram vel Achan, habentem tranquillam infra mœnia pro nauibus stationem & latifundum inter mare & montes optimum; quæ à duobus Ptolomæo & Acone

fratribus & Dominis ſuis fundata, Ptolemais & Acona traditur appellari; Capta fuit Acra auxilio Ianuenſium & Piſanorum: ſed, quam acquiſierunt per induſtriam, perdiderunt per negligentiam.

Anno regni Balduini Regis Ieroſolymitani quinto, Ieroſolymitæ innumerabilem paganorum multitudinem glorioſa victoria conterunt. Baldricus dicit: Hoc factum fuit inter Ioppen & Ramulam, vbi Rex Balduinus cum Hugone de Tyberiade, optimo milite, qui ei in auxilium venerat, multos Sarracenos interfecit. Vnde Epiſcopus Otto: Circa idem tempus Balduinus Rex Aſcalonem obſidione cinctã tributariam fecit: commiſſo autem cum Sarracenis prælio, cũ paucis (id eſt MMMM) diuina magis, quam humana virtute, vno Principe eorum capto, altero occiſo, quinquaginta millia fudit. At Alexius Græcorum Imperator perfidiſſimus iam diu conceptam corde malitiam cælare amplius non valens, cum Turcis, qui iam pene deſperati erant, turpiſſime fœderatur, eiſque Niceam, multo noſtrorum ſanguine acquiſitam impiiſſime tradidit; vnde tempora periculoſa erant, duobus Imperatoribus (Orientis ſcilicet & Occidentis) Deo contrariis.

Anno regni ſui ſeptimo, Balduinus Rex captis ciuitatibus maritimis, Tripoli, Beritho, Sydone, caſtrum ædificat trãs Iordanem, quod montem appellat Regalem, & ad coercendam Tyrum maritimam, antiquiſſimam & munitiſſimam ciuitatem, proximum illi renouat Alexandrium caſtrum, fundatum olim ab Alexandro Macedone, ad Tyri coercendam inſolentiam, & vocatum Alexandrium: nunc autem appellatione vulgari dictum Scandalum, pro eo, quod Scander vocant Arabes Alexandrum.

Anno regni ſuo octauo, Rex Ieroſolymorum Balduinus, Pharanam, antiquam Ægypti ciuitatem expugnat, & exercitui ſuo dat in prædam. (Hæc Guido.)

Anno regni ſui XIV. menſe Auguſto, Balduinus Rex Ieruſalem cum Rogero Antiochiæ Comite contra Turcas pergit, ſed dum Rogerus cum exercitu ſuo iuxta quendam fluuium reſediſſet, Rex cum ſuis præceſſit, vt aduentum Turcarum exploraret: Turcis vero montem quendam tenentibus, in quo inſidias per quatuor loca collocauerant, & in ſingulis inſidiis quatuor millia equitum deputauerant, Rex ex inſperato vndique interceptus, mille quingentis ſuorum interfectis, miſerabili fuga eſt liberatus. Aſcalonitæ igitur cognoſcentes abeſſe Regem Balduinum, cum magna multitudine Ieruſalem aſſiliunt, ſed non prævalentes, aduerſus eam partem Eccleſiæ S. Stephani extra ciuitatem, vbi lapidatus eſt, omnia diruunt, ſegetes incendunt, & ita inefficaces redeunt. Turcæ cœnobium monachorum in monte Thabor ſitum, funditus euertunt, & monachis cum reliquiis omnibus interfectis omnia diripiunt. Rex Ieruſalem Balduinus duxit vxorem Rogeri ducit relictam Ducis Siciliæ. (Hæc Abbas Anſelmus.) Sub eodem Rege Balduino, ordo militiæ Templi de nouo inſtitutus eſt: Alter autem ordo, magnæ Domus eleemoſynariæ, quæ dicitur Hoſpitale, iam inſtitutus erat, hoc modo: Viri quidam Italici de Malfa ciuitate, quæ poſita eſt inter Neapolim Vergilianam & Salernum maritimas ciuitates, cum propter mercimonia, quæ deferebant in Ieroſolymam, apud infideles gratiam inueniſſent, dum adhuc Caliphas Ægyptius in ciuitate dominaretur, de conſtruendo ſibi in ea domicilio Caliphæ prædicti mandatum impetrant, & ſecus Eccleſiam Dominicæ reſurrectionis, erigunt habitationem & monaſterium monachorũ in honorem Dei genitricis & virginis Mariæ, & ſimiliter in honorem B. Mariæ Magdalenæ Monaſterium fœminarum, ſub prædictorum prouidentia Monachorum. Ab his etiam ædificatum eſt Xenodochium propter affluxum ad loca ſancta pauperum peregrinorum, & in eodem Altare ſancti Ioannis Alexandrini Patriarchæ, qui quia miſericordiæ viſceribus affluebat, dicitur ἐλεήμων, id eſt, miſericors. Hoc enim initium eſt magnæ domus Eleemoſynariæ in Ieroſolymis. Dicitur, quod ordo iſte fratrum hoſpitalis Ieroſolymitani circa Annum Domini MCCXL. habuerit Capellas vſque ad MMMD. præter grangias ſine capellis. Ordo vero militiæ templi nouem annis in ſeculari habitu more canonicorum regularium Deo ſeruiuit, ſed poſtea Concilio in Francia apud Trecas inſtituta eſt in eo regula beati Auguſtini, & albus habitus aſſignatus, conſilio Prælatorum & de Domini Papæ mandato, & beati Bernardi conſilio

di consilio. Dicitur quod ordo militiæ Templi circa Annum Dom. MCCXL. habuerit domus vsque ad MMMMMMML. licet multas rursus perdidisse videatur sub Imperatore Friderico de Apulia. Illud autem est mirabile, quod ordo militiæ Templi cœpit de eleemosyna fratrum Hospitalis. Ordo vero fratrum Barbatorum, qui etiam circa hoc tempus cœpit, circa suprascriptum annum habebat domos CLX. (Hæc Albericus.) De isto Balduino sic refert Dominus Iacobus de Vitriaco in historia sua Ierosolymitana: Iste primus Rex Latinorum Hierosolymitanus fuit. Nam frater eius, vbi Dominus spinis coronatus fuerat, Regio diademate coronari recusauit. Balduinus vero Principem militiæ Ægypti Calipham, qui secum vndecim millia equitum, & triginta millia peditum adduxerat, cum ducentis sexaginta equitibus, & nongentis peditibus superauit, ipsumq; Principem cum quinque millibus ex suis interfecit, reliquis partim captis, partim fuga elapsis. In alio etiam bello maximam Ascalonitarum & Ægyptiorum multitudinem cum paucis admodum superauit; In tertio autem bello habens secum equites quingentos, peditum vero duo millia, viginti duo millia Ægyptiorum in prælio subiugauit, cęsis quatuor millibus ex eis cum præside Ascalonitarum, reliquis autem in fugam versis: Regnauit autem Annis decem & octo, & mortuus est. (Hæc qui supra.) Obiit secundum Anselmum Abbatem Anno regni sui XIX. Imperii Henrici huius nominis quinti, Anno XIII.

Godefridus de Bullion quondam Dux Lotharingiæ, aggressus Ierosolymitanum iter, commisit Ducatum in manus Henrici Ducis Lymburgensis, viri vtique minus fidelis, vt postmodum in propatulo claruit, quæ causa fuit, vt restituti sint ipsi Ducatus Brabantiæ & Lotharingiæ ad propriam originem, vnde exciderant, videlicet à posteritate Ducis primi Austriæ sancti Pipini. (Hæc Chronographus.) Vnde Anno Domini Millesimo centesimo primo, Henricus Anno Imperii sui quadragesimo quinto, præfatum Henricum Lymburgensem Comitem, aduersantem sibi debellat, & expugnatis eius castellis ad deditionem cogit: sed Imperator ei multa summa pecuniæ gratiam suam redimenti etiam Ducatum Lotharingiæ donat, quem tenuit annis sex. Is postea ab Henrico Imperatore ad filium eius contra parẽtem rebellantem transiens, eum contra parentem suum consilio armauit, & à filio ad parentem rediens, partes filii debellauit, sed mortuo patre, se vt reum maiestatis filio Regis dedidit, & ab eo captus, custodiæ traditur, de qua ipse per industriam suam euasit. Ducatus autem eius datur Godefrido Comiti Louanensi. (Hæc Sigibertus.) A quo tempore vsque in hodiernum diem Lymburgenses, non Comites, vt prius, sed Duces se nominant: atque itã peruenit inclytus vir Godefridus ad hæreditatem patrum suorum, quæ per successores suos deriuata, ad Principes modernos vsque in diem durat hodiernum. (Hæc Collector.) Item Ducatus Lotharingiæ inferioris, quem Comites Ardennenses per centum & vnum annos tenuerunt, (sex annis annumeratis Ducatus Henrici Lymburgensis) redit ad Comites Louanienses, hæredes Caroli Ducis vnde exciderat, quia filius eius Otto, vt superius declaratum est, sine liberis decesserat.

Lotharingica.

Henrico Imperatori mortuo, successit filius eius Henricus huius nominis quintus inter Reges, quartus vero inter Imperatores, Anno Domini MCVII. Mundi vero MMMMMMMCCCV. & imperauit annis viginti. (Hæc Chronographus.) Item Henricus quintus, patre mortuo libere regnans, Coloniam Agrippinam obsidione cinxit, eamque tandem multæ pecuniæ pactione accepta ad deditionem coegit. (Hæc Episcopus Ottoi)

Henricus V. Imper.

Item Anno Henrici eiusdem quarto in mense Iunio Cometes apparuit, radios dirigẽs ad Austrum, multis coniicientibus, hoc signo portendi futuram Regis Henrici quinti expeditionem Italiam versus. (Hæc Sigibertus.)

Item Anno eiusdem Henrici sexto, Deo peccatis hominum offenso multa eueniunt: In monte Tastrilon Ecclesia sanctæ Waldetrudis cum Ecclesiis duabus aliis minoribus, & cum toto pene oppido arsit: Ecclesia sancti Michaelis de periculo maris fulmine tacta diuinitus arsit cum ædificiis sibi appendentibus; Item feria quinta hebdomadæ Paschalis septimo Kalend. Maii, in Litania maiori in ciuitate Laudunensi, tumultuante impetu confusæ multitudinis, domus Episcopi ipsius ciui-

tatis ſuccenditur; vnde etiam ipſa mater Eccleſia ſanctæ Mariæ in Eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ in Abbatia monialium cum aliis Eccleſiis omnibus è vicino appendentibus concremantur. (Hæc Sigibertus.) Huic tribulationi Laudunenſium quædam perturbatio præceſſerat, quæ futuræ calamitatis ſeminarium & radix fuit, & damni prænuntia. Quidam enim Princeps nobilis & caſtellanus Laudunenſis, nomine Gerardus de Syriſiaco, cum in eadem Dei genitricis Eccleſia genibus flexis ſuppliciter oraret, ab inimicis ſuis, qui eum aggredi alibi non audebant, doloſe circumuentus, ex oratione ſurgens, diuerſis gladiorum plagis ibidem eſt interfectus, cuius ſanguine pauimentum Eccleſiæ reſperſum, cum multoties aqua ſuperfuſa, non poſſet ad plenum ablui, pluresque ſpectatum venientes, non parum de eo mirarentur, Magiſter Anſelmus, tum temporis Laudunenſis Eccleſiæ Decanus, vir ſcientia & eloquentia celeberrimus, quibuſdam ſecrete colloquiis pronunciaſſe fertur: Illam ſanguinis effuſionem non niſi eiuſdem Eccleſiæ concrematione diluendam: cum tantum ſcelus non aqua, ſed potius igne eſſet expiandum: & ita contigit. (Hæc Helinandus.) Ante hos dies natus ibidem fuerat geminus à clune ſuperius, duo ſcilicet habens capita, & duo vſque ad renes cum ſuis brachiis habens corpora, qui baptiſatus triduo vixit. (Hæc Vincentius.)

Item Anno ſeptimo Imperii iſtius Henrici, menſe Maio, ſiligines & arbores ſacro igne aduſtæ, fructus ſui ſpem ſunt mentitæ, & quædam ſyluæ inſuper arefactæ ſecuta hominum graui & diuturna inualetudine, cum profluuio ventris & mortalitate. Finitur hic Chronica Sigiberti, qui venerabilis Monachus Gemblacenſis cœnobii, vir in omni ſcientia literarum, incomparabilis ingenii, deſcriptor temporum, tertio Nonas Octobris obiit: qui etiam librum Illuſtrium virorum, & multa alia vtilia doctrinæ ſuæ & librorum monumenta ſuis reliquit. (Hæc Abbas Anſelmus.) Item Bernardus iuuenis egregius, ſcientia, moribus & genere clarus, vir poſtmodum magnæ virtutis exemplar futurus, Caſtellione caſtro Burgundiæ oriundus, cum germanis fratribus & aliis comitibus Ciſtercii habitu religionis induitur, & miro religioſitatis feruore conuerſatur.

Item anno eiuſdem Henrici Imperatoris octauo, feria octaua, hebdomadæ Paſchalis, ſexto Idus Aprilis, monaſterium Prumiæ arſit cum officinis ſuis, theſauro & bibliotheca Eccleſiæ per Dei prouidentiam durantibus illæſis. In pago Brachatenſi IX. Kalend. Maii circa Tornacum nix tanta cecidit, vt etiam ſyluas frangeret. Apud Rauennam & Parmam ciuitates Italiæ, in agris & infra mœnia ſanguis pluit Iunio menſe. (Hæc Anſelmus.)

Item Anno eiuſdem Henrici Imperatoris nono, fundatum eſt cœnobium Clarcuallis, ſub primo Abbate B. Bernardo, qui vno Anno fuit nouitius, & vno Anno clauſtralis monachus, & Annis XXXVIII. (hoc eſt, vſque ad obitum ſuum) fuit in Abbatis officio, & tam exterioribus, quam interioribus ſanctæ Eccleſiæ negotiis varie occupatus. Erat autem, quando factus eſt Abbas, XXV. Annorum: qui ab Epiſcopo Wilhelmo Cathalanenſi benedictionem ſuam accepit, quia Lingonenſis Epiſcopatus tunc vacabat. (Hæc Chronographus.) Item Henricus Imperator, cum magna optimatum ſuorum & totius regni gloria, Natalem Domini celebrat Maguntiæ, ibique vxorem ducit filiam Henrici Regis Angliæ. (Hæc Anſelmus.)

Anno eiuſdem Henrici decimo, Idibus Nouembris, in ſuburbio Antiochiæ, terra noctu dehiſcens, turres multas, & adiacentes domos cum habitatoribus abſorbuit: vbi quoſdam, qui, vt eſt illud genus hominum, cum vxore & filiis de locis illis migrauerant; in redeundo poſtea terræmotus abſorbuit, in loco quo erant. Item, Henricus Imperator, dum quicquid libet, licere putauit, Regni pene totius inimicitias comparauit. Etenim quia ſuperioribus annis Albertum Cancellarium, & quoſdam alios Regni Principes inſidioſe ceperat, & ſine audientia & iudicio cuſtodiæ mancipauerat, aliis ſimilia timentibus, male ſuſpectus erat: vnde etiam Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus ab eo auerſus, totis viribus eum, & fautores eius perſequitur, oppida & caſtella contra ſe poſita impugnans, & omnia ad eum pertinentia, ferro & igne vaſtans. Interim Henricus Imperator promiſerat ſe Aquis Paſcha celebraturum, ideoq; inter alios regni Principes Dominus Obertus Leodienſis

Epiſcopus

Episcopus ibi præstolatur eius aduentum. Interim dum vnus eorum Arnulphus de Arsloch manus suas confricaret, magno omnium miraculo sine aliquo vulneris aut vlceris læsione sanguis ab eius digitis fluere visus est: quæ res pro magno portento habita significabat, humanam sanguinis effusionem pro indigna regni & principum discordia. (Hæc Anselmus.)

Isto Anno obiit Iuo Carnutensis Episcopus, vir multarum virtutum, (vt dicit Helinandus) & literarum, qui Decreta abbreuiauit, & multa alia vtilia scripsit: Iste Iuo Carnutensis Episcopus abbreuiando compilauit Decreta Apostolica post Isidorum, & post eum Hugo Cathalanensis, post quem Gratianus. (Hæc Wernerus in Fasciculo temporis.)

Item Anno xi. Henrici Imperatoris apud Laudunum, Anselmus nominatissimus magister, literarum scientia clarus vir, morum honestate & consilii maturitate venerabilis obiit, qui inter cætera opera in Psalterio glossas marginales & interlineales ordinauit. Floruit adhuc Hildebertus Cenomanensis Episcopus, qui factus est Turonensis Archiepiscopus, Berengarii Turonensis discipulus, versificator & Doctor egregius, vt apparet ex paucis, quæ fecit: qui Epitaphium quoque Berengarii magnifice scripsit in Versibus LII. sed in eius laude modum excessit; qui etiam Canonem metrice explicauit, & de vrbe Roma distichon composuit:

Vrbs felix si vel dominis vrbs illa careret,
Vel dominis esset, turpe carere fide. (Hæc Chronographus.)

Anno sequenti, mense Ianuario, tertio Nonas ipsius quarta feria, in aliquibus locis, sed non vsquequaque terræmotus accidit, aliâs clementior, aliâs validior, adeo vt quarundam vrbium partes cum Ecclesiis subruisse dicantur.

Item Anno Imperii Henrici xiv. Calixti vero Papæ secundo anno, qui fuit Annus salutis MCXX. Ordo Præmonstratẽsis cœpit per virum venerabilem Dominum Norhbertum natione Teutonicum: & fundata est Ecclesia sub Episcopo Bartholomæo in diœcesi Laudunensi, in præsentia viri nobilis Thomæ de Cocy, & filii eius Ingelranni. (Hæc Albericus.) Vnde etiam Bernardus: Guidonis, Calixto præsulante, cœpit ordo Præmonstratensis in diœcesi Laudunensi, prouinciæ Remensis, sub patre Norhberto (qui fuit ciuis Colonensis) florere, & tanquam vinea fructifera suos circumquaque palmites propagare. De isto Norhberto scribitur in Speculo Vincentii, lib. 27. cap. 29. fuisse genere, diuitiis, & facundia clarum, postposita sæculi pompa, inauditã districtionem arripuisse, & per aliquantulum temporis spacium nudis pedibus brumali rigore incedentem, & verbum Dei spargentem, multos ab errore conuertisse. Item habet hic ordo CCCL. Abbatias. Eodem tempore maior Ecclesia Episcopii Monasterienſis, eò, quod Episcopum repudiasset, ab ipso Episcopo Theodorico & Leudone Duce Saxoniæ cum tota ciuitate exuritur.

Item Anno Imperii Henrici terræmotus in secunda hebdomada aduentus Domini, Sabbatho hora tertia v. Idus Decemb. alias clemẽtior, alias inclemẽtior accidit.

Item Anno Imperii eiusdem Henrici xix. hyems solito acerbior, & aggestu niuis sæpius decidẽtis nimis horrida & importuna, vt multi pauperum infantes & mulieres immoderatione frigoris deficerent: mortalitas quoque animalium maxima fuit: hyemi succesſit intemperies aëris, nunc niue, nunc pluuia, nunc gelu alternatim deterrima vsque in medium Martii: Postea diutino frigore & pluuia aëris hærente inconstantia vix tandem arbores floruerunt Maio mense, & gratia herbarum & graminum reuiguit virore: Imber vero singulis mensibus decidens, fata agrorum vt plurimum absorpsit. Nam siligo & auena prouentum suum satis sunt ementitæ; multi quoque sacro igne aduruntur.

Anno sequenti hyems asperrima sex hebdomadibus continue, & valde noxia fames, vbiq; magna multitudine vtriusq; sexus pereunte. In Hasbania ignobilis muliercula monstrum bis gemini corporis est enixa, auersis vultibus & corporibus sibi cohærens: & ante quidem erat effigies hominis integro corpore membrorumq; ordine distincta, retro vero facies canis similiter corporis & membrorum proprietate integra. Item in Brabanto villa Nerisca, alia mulier enixa est quatuor masculos vno partu. In Gemblacensis parochia, dum paterfamilias Dominica die mixturam sege-

tum prę penúria famis, in vſus familię moleret, ſubito iuſta Dei indignatione arſit farina cũ putoris nigredine ad exemplum poſteris, ne quid præſumant ſimiliter. (Hæc Abbas Anſelmus.) Itẽ Henricus Imperator omnibus pene compoſitis, cõſilio ſoceri ſui Regis Anglorum totum regnum vectigale facere volens, magnum in ſe optimatum odium contraxit: cuius rei gratia, dum inferioris Rheni partes circuire parat, in Traiecto Friſiæ vrbe, morbo corripitur, & anno Regni ſui x i x. diem vltimum clauſit: per Coloniam Agrippinam deportatus, ac in ciuitate Spira iuxta patrem ſuum ac auum, & proauũ Imperatorio cultu ſepultus (Hæc Epiſcopus Otto.) Vnde etiã Anſelmus: Imperator Henricus Leodii Paſcha Domini celebrat: Vnde Aquas contendens, morbo dracunculi, qui ſibi erat nociuus, moleſtari cœpit, propter quod & ibi aliquot dies remoratus, deinde Neumagũ venit, (vel Nouimagium) ſed poſtea quaſi Pentecoſten celebraturus, Vltraiectum vel Traiectum inferius venit, ſed cum per dies languor ingraueſceret, tandem feria quinta in Pentecoſte, vitam cum Regno amiſit: & corpus eius, eiectis inteſtinis, ſale reſperſum, Spiram relatum eſt. (Hæc Anſelmus.) Floruit iſtius Henrici Regis quinti tempore Otto huius nominis ſecundus, Comes Geldriæ & Zutphaniæ, & obiit anno Regni eiuſdem ſexto, decimo quinto Kalendas Aprilis; cui ſucceſſit filius eius Gerardus, huius nominis primus inter Comites Geldriæ & Zutphaniæ, & rexit Comitatum Annis x i x. (Hæc ex Chronicis.)

Brabantica. Godefridus cum Barba Comes Louanienſis, huius nominis primus in recta linea Genealogię, quintus vero eiuſdem nominis inter Duces Lotharingiæ, poſt centum & vnum annos, per quos Ardennenſes Comites Ducatum Lotharingiæ tenuerunt, ſex annis annumeratis Ducatis Henrici Lymburgenſis, primus de ſtirpe Caroli huius nominis quinti, & hæredis Franciæ, Ducatum Lotharingiæ ſuſcepit, Anno Dom. M C V I I. videlicet Regni Henrici huius nominis quinti, anno primo, quem rexit annis x x i i i. Iſte genuit quinque liberos, Godefridum, poſtea Ducem, Henricum, (qui in monaſterio Affligenienſi religionis habitum ſuſcepit, ibiq; cum patre quieſcit.) Aleydem Reginam Anglorum Henrici Regis vxorem, Idam Comitiſſam de Cleuis, & Clariſſam, quæ innupta permanſit. (Hæc ex Chronicis.) Item Anno primo Godefridi Ducis, Henricus Lymburgenſis Exdux, affectans repetere Ducatum occupat oppidum Aquiſgrani contra Godefridum Ducem, ſed hanc inſolentiam non ferens Dux Godefridus, oppidum Aquenſe cum armis irrupit: oppidanos à fauore Henrici violenter exterruit: aliquos Comites & multos potentes & nobiles cepit: ipſe Henricus Lymburgenſis cum filiis ſuis vix fuga euaſit: vxorem enim eius capere Dux indignum duxit, Comites & honoratiores eorum, quos ceperat, per conditionem ſub ſe militandi ſibi conciliatos ad fidelitatem adduxit ſuam. (Hæc Sigibertus.) Iſte Henricus Lymburgenſis, qui Ducatum Lotharingiæ perdidit, & filius fuit antiqui Walerani, ſociũ habuit nomine Paganum, qui ſimiliter pro Ducatu Louanienſi decertauit, vt & filius eiuſdem Pagani Henricus, qui tandem filiam ſuam dedit tertio Godefrido de Louanio, & ita diſcordia temporum quieuit. (Hæc Albericus.)

Anno Ducatus x x i i i. Godefridi cum Barba (Anno ſcil. Domini M C x x i x.) Godefridus cum Barba Dux Lotharienſis habuit ad Duracium prælium cõtra Alexandrum Leodienſem Epiſcopum, in quo tanta ſtrages fuit, vt pedites vtrinq; octingenti & x x i v. perierint, exceptis his, qui fugientes in ſegetibus, vel in ſyluis vulnerati perierunt, & his qui in aquis præfocati ſunt, & item illis, qui ad ſua regreſſi in certis horis & diebus mortui ſunt, quorum ſumma non potuit colligi. Dux tamen obtinuit victoriam. Actum eſt hoc prælium v i i. Idus Auguſti quarta feria. Tandem Godefridus iſte Dux Lotharingiæ, anno Principatus ſui x l. (annumeratis v i i. annis Comitatus ſui) magnum patriæ ſuæ decus, vir ſuo tempore & tempori & honori ſciens ſe decenter conformare, moritur, & Affligenienſis templi ſepultura honoratur. (Hæc Chronographus.)

Anno Dom. M C x x i. in Eccleſia Viceliacenſi in profeſto trãſitus B. Mariæ Magdalenæ (incertũ, quo iuſto Dei iudicio) innumerabiles promiſcui ſexus & ætatis atque ordinis in ipſo crepuſculo noctis atq; diei Eccleſia ſubito cõflagrãte cõbuſti ſunt.

Item.

Item Anno Domini MCXXIX. cœnobium ſancti Huberti in Arduenna, Nonis Iunii primo conticinio noctis, cum omnibus appendiciis combuſtum eſt, ſaluo tamen theſauro & armario. In pago Louanienſi, villa Gerpinas, paupercula mulier, feſtiua nocte S. Michaelis, hordeum moluit; vnde illico panem faciens azymum coxit, quem dum frangeret ad edẽdum, ſanguinem & aquam elicuit, &c. Itẽ Dominica die quarto Kal. Februarii, auditum eſt tonitru circa horam nonam, cum intrante Martio ſerenus aër arrideret, ipſo menſe mediante ſubito in nubem cogitur, & frigore riget; aquæ gelant; rura torpent; & nunc niue, nunc gelu, nunc pluuia elementa ſoluuntur: ſubſequitur magna mortalitas ouium, agnorum, boum, vaccarum: ſed tandem, miſerante Deo, cuncta ad gratiam redeunt in Lithania maiori.

Pridie Idus Maii, feria ſecunda, Coloniæ grandis tempeſtas orta eſt; fulmen quoque ingreſſum maiorem Eccleſiam S. Petri, dexterum brachium Crucifixi diſcidit. Item medio Septembri gelu valde nociuum factum eſt, in quo legumina & vineæ perierunt, & quicquid exprimi potuit, in acredinem verſum eſt. In Flandria multi fluuii ſanguinei facti ſunt, & foſſæ ſimiliter.

Item Anno Domini MCXXX. cum intrante Ianuario menſe, gelu liqueretur, tanta inundatio niuis & pluuiæ, fluuios & viuaria inflauit, vt ſata proxima diluerent & excauarent; domos quoque vicinas ſubuerterent, & quæq; in eis reperta, perderent. Item feria tertia Paſchæ bouem cuiuſdam ruſtici arantem, cereus ſudor, in parochia Gemblacenſi, delibauit. Item peſtilentia maxima boum, vaccarum, porcorũ, aprorum, ceruorum, capreorum. Item XV I. Kal. Nouemb. facta ſunt fulgura & tonitrua primo conticinio noctis, prima Lunæ, quinta feria. Item hoc Anno plaga ignis Diuini Carnutum, Lutetiam, Sueſſionem, Cameracum, Atrebatum, & alia multa loca mirabiliter peruadit, ſed mirabilius per S. Dei genitricem Mariam extinguitur: Iuuenes etenim ſenes cum iunioribus, virgines etiam tenerę, in pedibus, in manibus, in mamillis, & quod grauius eſt, in genis exuruntur & celeriter extinguuntur. (Hæc Anſelmus.) Item in domum vel monaſterium S. Victoris Pariſienſis, quæ erat Prioratus nigrorum monachorum S. Victoris de Maſſilia, exactis prędictis monachis adductus eſt conuentus regularium de S. Rufo de Valentia, per magiſtrum Hugonem qui dictus eſt de S. Victore, & de Regis Francię autoritate, & ita multiplicata religione habet ordo iſte bene XXX. Abbatias, & plus quam octoginta Prioratus. Huc vſq; magiſter Hugo de S. Victore Chronicon ſuum de Romanis Pontificibus & Imperatoribus digeſſit, vnde manifeſtũ eſt, hoc tempore eum floruiſſe: Multa ſcripſit laude digna, quæ in armariis habentur: Dicunt eum natũ eſſe de Saxonia. Item Hugo, qui ſcripſit de auium natura moraliter & allegorice, & de clauſtro animæ, & de medicina animæ, fuit de ordine Præmonſtratenſis, vt dicitur Canonicus. Tertius Hugo qui ſcripſit maiorem Eccleſiaſticam hiſtoriam ad Comitiſſam Campaniæ Adalam, matrẽ Comitis Theobaldi, fuit niger monachus Floriacenſis, id eſt, de S. Benedicto ſuper Ligerim in diœceſi Aureliacenſi (Hæc Albericus.) Item Pyrone Eccleſia S. Furſei, & Eccleſia S. Petri in Louanio crematur cum toto oppido.

Anno ſequenti ciuitas Traiectenſis inferioris pro maxima parte concrematur, ſcilicet palatium & maior Eccleſia ſancti Martini, & altera ſancti Bonifacii, & tertia ſanctæ Mariæ.

Item Anno Domini MCXXXIV. quarto Nonas Auguſti, Luna XXVII. meridie facta eſt eclipſis Solis fere dimidia hora, & ſtella viſæ ſunt in cœlo. Item in villa Namurco, dum vaccam occiſam Mango aperit, fœtus duorum capitum apparuit. (Hæc Albericus.)

Item Anno Domini MCXXXV. lupus venenatus & inſanus, qui inter corpus ſuum tres colubros habebat viuos, conſuetas latebras linquens, rura petiit, & innumeram multitudinem porcorum, ouium, canum & armẽtorum morſu venenato extinxit; poſtea vaſto impetu homines inuadens, plus quã XII. morſu ſuo infecit: quorum quatuor miſera morte defuncti ſunt, qui ante obitum ſuum nullum liquorem videre vel guſtare potuerunt. Sed tandem à quatuor viris fortiſſimis comprehenſus lupus, & euiſceratus fidem malitiæ ſuæ de colubris patefecit. Item Calend. Octobr. intẽpeſto noctis ſilentio motus magnus factus eſt in mari, ita vt littora ſua præteriret,

& tamen in se iterum resideret: Sequente vero nocte primo crepusculo cum omni impetu terminos egrediens, omnia circumcumquaq;, id est, villas, castella, ecclesias ita pessumdedit, vt tres Comitatus, id est, Walecras & Wales & Bebrant cum homine & pecore penitus exterminaret.

Item Anno sequẽti in ciuitate Tornaco natus est agnus vnius corporis, & duorum capitum, quatuor aurium, quatuor oculorum, octo pedum. In villa, quæ dicitur Brauia, mense Apr. natus est infantulus carẽs collo & capite, ocellos habẽs in spatulis.

Item Anno Domini MCXXXVII. Cœnobium S. Wedasti Attrebatensis concrematur cum claustro & officinis & magna oppidi parte; & monasterium S. Dionysii in Beokoroth comburitur cum claustro & omnibus appendiciis & oppido; nec meminit aliquis nostra ætate tot villas, tot ciuitates, tot castra, oppida vel municipia concremata fortuito igne, quot in huius animi spatio combusta esse referũtur. (Huc vsque Anselmus.) Anselmus octauus Abbas Gemblacensis cœnobii hoc Anno obiit, qui adhuc viuẽs, etsi corpore inualidus, tamen erga Dei cultum & scripturarum exercitium erat strenuus, & Chronicum à fine Chronici à Sigiberto venerabili Gemblacensis Ecclesiæ monacho descriptam ad hunc vsque Annum perduxit, & visa, vel à fidelibus relatoribus audita posterorum notitiæ dereliquit.

Trenirẽsia. Traiectẽsia. Defuncto Burchardo Prę̃sule, Godebaldus iste, natione Friso, XXIV. cathedratus est Traiectẽsis Episcopus, vir mansuetus, prudẽs, & religionis amator præcipuus: cœpit autem An. Dom. MCXII. Pontificatus Paschalis Papæ, huius nominis secundi, anno XIII. præfuit annis XV. Iste anno Præsulatus sui decimo (qui fuit annus Salutis MCXXI.) superædificauit in palustri solitudine de Oesbroeth cœnobium monachorum & monialium in honorem beatæ Mariæ perpetuæ virginis, & sancti Laurentii pretiosi martyris; quod monasterium propter arctam religionis obseruãtiam, dicebatur olim carcer Ordinis: ibidem enim congregatio maxima fuit, & rigor monasticæ disciplinæ secundum regulam B. Benedicti, districtissime pullulauit. Iste etiam Episcopus regulares Canonicos habitantes in Middelborch apud Walachriam propter inordinatam eorum conseruationem expulit, & religiosos monachos ordinis Præmonstratensis de cœnobio sancti Michaëlis Antwerpiensis illuc attulit. Item istis etiam temporibus Remis generale Concilium celebratum est, vbi de multis vtilitatibus Ecclesiæ definitũ est. Godebaldus autẽ Episcopus per vicinos Coepiscopos, diebus illis ægrotãs, causam absentiæ suæ Domino Papæ literis scripsit, quin imò sanctitatẽ summi Pontificis humiliter exorauit, vt, pro reuerentia sanctæ Ecclesiæ Traiectensis, sibi suisque successoribus indulgeret vsum Pontificalis Infulæ, quo prędecessores sui caruerant longo tempore. Calixtus autem Apostolicus huius nominis secundus, prædilecti sui Godebaldi Præsulis desideratam epistolam gratanter accepit, & pro mutuæ dilectionis affectu, supplicationem clementer admisit: causa vero sufficienter exprimitur in vita S. Bonifacii, quare Traiectensis Episcopi non fuerint hactenus infulati. Tandem hic venerabilis Godebaldus Episcopus morbo grauatus, in Oesbroeth habitum sacræ religionis accepit, postquam Traiectensem Ecclesiam annis XV. in pace rexisset; qui deinde pridie Idus Nouembris defunctus, ac in eodem monasterio satis honorifice tumulatus est. Iste venerabilis Episcopus præbendam suam in Ecclesia Traiectensi, eiusdem Ecclesiæ Decano cum omni prioratus sui consilio perpetuo locauit, volens laborem, quem pro Episcopo pro tempore habet, temporali consolatione subleuare. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Romana. Gelasius huius nominis secundus, natione Campanus de ciuitate Caieta, cœpit An. Dom. MCXVIII. (in quibusdam vero Chronicis scribitur XIX.) sedit anno vno, diebus V. vacauit Sedes diebus XXIV. prius dictus Ioannes, Romanæ Ecclesiæ Cancellarius. Iste propter Imperatorem Henricum cum Cardinalibus Caietam secessit, & inde cum per mare pergeret in Franciam, veniens Cluniacum in Burgundia, ibi mortuus est & sepultus. (Hæc Bernardus.) Vnde etiam Anselmus Abbas: Paschalis Papa (inquit) moritur, succedit Ioannes Caietanus, qui & Gelasium se nominat: cum vero Henricus Imperator tunc temporis agens in Italia, Romam tenderet ad eligendum Papam, Ioannes præsentiam eius veritus, iam electus & ordinatus, secessit Capuam. At Imperator, quia electioni non interfuerat, ordinationi non consensit,

sed

sed aliquibus Romanorum annuentibus Hispanum quendam Burdinum nomine, satis bonum clericum, superordinari fecit. Ioannes interim transiens ad Gallias, per Burgundiam & Gothiam, quæ prouincia sancti Ægidii dicitur, agit Synodales causas. (Hæc qui supra.) Schisma XVIII. Ecclesiæ fuit hoc tempore, quia Benedictus quidam fauore Imperatoris euexit se contra Gelasium, & etiam contra Calixtum consequenter, sed miserabiliter periit, & qui iuste electi fuerunt, obtinuerunt more solito. (Hæc Collector fasciculi temporum.)

Calixtus secundus natione Burgundus, cœpit Anno Domini MCXIX. (in quibusdam vero Chronicis scribitur XX.) Sedit annis quinque, mensibus decem, diebus tredecim; vacauit sedes diebus quinq;. (Hæc Bernardus.) Vnde etiam Anselmus: Ioannes Caietanus, qui & Gelasius Papa, Cluniaci moritur & sepelitur; & consensu omnium Episcoporum, tam Germaniæ quam Galliæ cum Romanis habito, Dominus Guido Germanus frater Stephani Comitis Burgundiæ, Viennensis Archiepiscopus, in Papā eligitur & Calixtus vocatur, & designatus Cluniaci benedicitur, quia in illa dissensione, in qua Henricus Imperator Paschalē Papam Romæ ceperat, iste fortiter pro Ecclesia stetit, quod iam innotuerat omnibus, & idcirco in eius electionē citius transiuit omniū consensus. Vnde Albericus: Postea mediante Octobri mense, Rhemis Synodum congregans, multos in vtroq; Regno Episcopos consecrat, inter quos etiam Dominus Fredericus Leodiensis Episcopus vngitur. Interim Henricus Imperator Ynosium venit, & dum pro reconciliatione Regni & Sacerdotii legatio nunc à Rege ad Papam vadit, nunc à Papa ad Regem vicissim redit, dissensu quorundam inuidorum, lux pacis turbatur, & Imperator cū sibi fauentibus excommuñicatur. Vnde Episcopus Otto: Sententia Anathematis à Calixto, qui Paschali & Gelasio successit, suadēte Alberto Maguntino, Friderico Colonienſi, Conrado Iuuanienſi in Henricū Imperatorem datur, iterumq; schismate renouato, totum Imperiū perturbatur. Ipse autem Imperator procinctum interea contra vrbem mouens, Burdinum Hispanum Episcopum Romani sedi violenter imposuit: qui Burdinus non multo post apud Sutriū, recedente Imperatore, à Romanis captus apud Clauam custodiæ mancipatur. (Hæc ille.) Iste Calixtus Papa Idib. Iunii, anno Pōtificatus sui primo, celebrauit Concilium Tholosæ, vna cum Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus Prouinciæ Gothiæ, Gasconiæ, Hispaniæ & citerioris Britanniæ, in quo Cōcilio inter cætera, quæ ibi gesta sunt, fuēre damnati hæretici, & depulsi ab Ecclesia omnes qui religionis specimen dissimulantes, Dominici corporis & sanguinis Sacramētum, Baptismum paruulorum, Sacerdotium, & omnes Ecclesiasticos ordines, & legitimarum damnabant fœdera nuptiarum; Primitiæ quoq; & decimæ & oblationes & cœmeteria, domus etiā & bona cætera deficientis Episcopi & clericorum fuerunt Principibus & aliis laicis sub pœna sacrilegii interdicta. Iste Calixtus Papa cum per prouinciam Lombardiam & Tusciam Romam rediret, vbiq; solemniter & cū gaudio est receptus. Burdinus vero, qui per Henricum Imperatorem Papa fuerat factus, audito aduentu Papę in Sutrium se recepit, quem obsessum Papa cum Romanis, cum cepisset, positum in Camelo versa facie ad tergum habens caudam cameli pro freno, ante se ad vrbem ducebat, & post in arcem Furnonis intrusit. (Hæc Bernardus.) Vnde etiam Anselmus: Burdinus Pseudo-Papa Sutrii positus, dum peregrinos Romam euntes & redeuntes turbat & deprædatur, tandem vt vilissimus Apostata capitur, & in monachū tondetur. Dominus vero Calixtus Papa Romā proficiscēs, ab omni Senatu & populari turba glorioſe excipitur, & in sede Apostolica confirmatur. (Hæc ille.)

Item circa hoc tempus, scilicet Anno Domini, MCXX. cœpit Præmonstratensis ordo in Laudunensi diœcesi, sub Patre Norberto qui fuit Colonienſis diœcesis: sicut & Bruno ordinem Carthusiensem incepit, vt patet supra: & anno sequenti fundatum est monasterium Floreffiense, tertium in ordine Præmonstratensi. Apud Niuigellam puella per annum vexata, adducitur coram Norberto, & ipsa super eam Euangelia multiplicat, Dœmon vero cantica canticorum à principio vsque ad finē per os puellæ recitat, & post à verbo ad verbum interpretatur Romana lingua, & deinde in Theutonica totum exprimit. Sed viro Dei acrius instante, vt exeat, petit licentiam intrandi in monachum astantem, & non exiturum se tota die illa dicit, & sic coram

populo cum eo contendit. Sacerdus vero impransus permanet, noctem orationem continuat: mane, præsente puella, Missam celebrat, Dæmon exit.

Anno Pontificatus Calixti quarto, XIX. Kal. Octobr. Henricus Imperator Domino Apostolico recõciliatus est, & libere resignauit electiones & inuestituras Episcoporum, & vt per summum Pontificem deinceps fieret, sponte cõsensit: ita tamen, vt Episcopi Theutoniæ Regni regalia ab Imperatore reciperent, ratione quorũ Regi Theutoniæ debitam reuerentiam exhiberent, & honorem: quam resignationem recepit Episcopus Ostiensis Apostolicæ sedis Legatus Wormatiæ coram Principibus Regni, & Imperatorem, auctoritate sedis eiusdem, à sententia excommunicationis absoluit. (Hæc Gobelinus.) Ex hinc Ecclesia libertati ad plenum restituta, paceque ad integrum reformata, in magnum montem creuisse sub Calixto Papa secundo inuenitur: Vnde de ipso Romæ scriptum est:

Ecce Calixtus honor Patriæ, decus Imperiale,
Burdinum nequam damnat, pacemq; reformat.

(Hæc Episcopus Otto.) Vnde etiã Guido: Per idem (ait) tẽpus, inter Calixtũ Papam & Imperatorẽ Henricum quartũ pax reformata est, & schisma sopitum, quod à tempore Gregorii septimi, vsque ad tempora Domini Vrbani Papæ, Paschalis quoque & Gelasii successorũ eius quasi per triginta annos Ecclesiam incessanter fatigauerat.

Anno quarto Calixti Papæ, Patriarcha Indorum Ioannes Constantinopolim ad suscipiendum Pallium venit, vnius anni spatio in itinere consumpto: illius scilicet Indiæ, quæ vltima finem facit. Papa Calixtus pro concordia Romani & Græci Regis Constantinopolim legatos miserat, quibus Patriarcha Ioannes per interpretem (qui à Græcis Drogemannus dicitur) collocutus, intellexit, totius orbis Romam caput esse, & cum eis Romam venit; qui de patria sua requisitus in præsentia Papæ & Cardinalium per interpretem dixit: Ciuitas, cui Domino dante, præsidemus, Vlna vocatur, &c. vt habetur in gestis Apostoli Thomæ. Postea Calixtus Papa Compostellanum Episcopum, pro reuerentia corporis beati Iacobi, quod ibi quiescit, Archiepiscopum constituit, subiiciens ei totam Emeritanam prouinciam. Idem Calixtus Papa fecit libellum de miraculis S. Iacobi, & statuit historiam sancti Caroli descriptam à beato Turpino Remensi Archiepiscopo esse authenticam. (Hæc ex Chronicis.)

Anno Domini MCXXIV. 15. Kal. Aprilis, præsidente Calixto Papa, celebrata est magna Synodus Romæ diuersarum Prouinciarum, Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum complurium, in qua Synodo inter cætera gesta, decernente Synodo, omnes ordinationes, quæ à Burdino Hæresiarcha, postquam à Romana Ecclesia est damnatus, & quæcunque etiam, quæ à Pseudo-Episcopis per eum postea ordinatis factæ sunt, fuerunt irritæ iudicatæ. Tandem hic Papa Calixtus Romæ obiit, & in Ecclesia Lateranensi tumulatur. (Hæc Bernardus.)

Leodiensia. Defuncto igitur Domino Oberto Leodiensi, magna est orta dissensio de eligendo: Dux vero Godefridus Louanienſis & alii nobiles, Alexandrum Archidiaconum & sacristam seorsum trahunt, aperientes ei, quod cum eo cõsentirent. Sic igitur ille baculum & annulum arripuit, & Henricum Imperatorem cum dictis nobilibus adiit, & ab eo iam excommunicato à Papa, inuestituram accepit: Sed reuersus Leodium, à duabus tantum congregationibus, quarum Præpositus fuit, suscipitur: De hoc prophetauit quidam eremita hispidus, ignotus, qui post inquisitus amplius inueniri non potuit. Venit vero ad Franconem ciuem honestum, qui post monachus factus est, dicens: Audi verbum Domini, Is, qui pro Episcopo se habet, irritus, non coronabitur, neque stabilietur: Elegit sibi Deus alium, qui paruo tempore erit Episcopus, multas tribulationes passurus pro fide & religione Ecclesiastica, sed multa post obitum mira per eum Dominus operabitur, vt appareat coronatus patenter in cœlis: Succedet ei vir summæ nobilitatis & potestatis, qui ab initio prosperabitur & formidabitur, sed sensim deficiet & in fine vilipendetur: Tertius autem ..... perdoctus ordinabitur Episcopus, tamen non morietur. De quibus verbis ne vnum quidem cecidit super terram. Fridericus Colonienſis Archiepiscopus authoritate mandat, ne suscipiatur Alexander sic electus. Postmodum vero Dominus Fridericus maioris Ecclesiæ Præpositus, frater Comitis Namurcensis concorditer à Canonicis

bicis electus, Rhemis in Synodo CCC. & eo amplius Episcoporum à Calixto Papa, Anno Domini MCXX. Anno Pontificatus eiusdem Calixti primo confirmatur, & sic Fridericus nudis pedibus Leodium reuertitur, & cum maximo gaudio recipitur, Alexandro Rhemis reprobato. Sed tamen secuta est in Episcopatu perturbatio, & persecutio in Clericos & Monachos. Vna pars dicebatur Alexandrina: altera Friderici. Et quidem Alexandri partes iuuabant Dux Louanii Godefridus, & pene tota familia Ecclesiæ cum suis viribus, & plurimi nobiles. Friderici vero partes tuebantur frater eius Godefridus Dux Namurcensis, Dux de Lymborch, & Abbates & Clerus quam plurimus. Alexander igitur electus ex castellis & ciuitate, postquam cassit castrum Hoyense occupauit, obsidetur, assultus fit oppido Hoyensi; & licet Godefridus Dux Louanienſis, & Dux Duracensis exercitu eum vellent liberare, tamen turpiter fugerunt. Tandem Alexander resistere non valens, & promissa emendatione absolutus publice Leodii ab Episcopo Friderico, & deinde domi sedens, inuitus siluit. Cum igitur omnia pacata essent in Episcopatu Leodiensi, Anno secundo Episcopatus sui, obiit Fredericus, secundo Kalend. Iulii, sepultus in Ecclesia sancti Lamberti, & multis claruit post mortem miraculis: & vacauit sedes Leodiensis quasi biennio. Vitam istius Episcopi Friderici scripsit luculento sermone Dominus Reinerus Monachus sancti Laurentii Leodiensis, vir magnæ scientiæ, qui & multa alia opuscula composuit. (Hæc ex Chronicis Leodiensibus.)

Defuncto Balduino secundo Rege Ierusalem, fratre Godefridi Ducis Lotharingorum & primi Regis Ierosolymitarum, tertius regnat Balduinus filius Hugonis Comitis de Nitasta, annis vndecim. Cœpit autem regnare Anno Domini MCXX. Imperii Henrici huius nominis quinti, Anno decimo quarto. (Hæc Anselmus.) Matthæus Florentinus ita dicit: Post mortem primi Balduini, apud Ierosolymam regnauit Balduinus secundus, ex nostris Rex tertius, Annis XIII. Cœpit autem Anno Domini MCXVIII. Imperii Henrici huius nominis quinti, anno XI. & concordat Iacobus de Vitriaco, ita dicens: Balduino successit secundus Latinorum Rex Ierosolymorum Balduinus de Burgo consanguineus eius, qui secundo Regni sui anno cum septingentis equitibus congressus est cum Gazi, (Alias Gari,) Principe Turcarum potentissimo; qui Gazi innumeram Turcarum multitudinem secum habens, victus in prælio, cæsis ex suis quatuor millibus, multis autem vinculo mancipatis, cum reliquis fugæ præsidio vix euasit; In secundo autem prælio Regem Damascenum superauit, habens secum mille centum equites, peditum vero duo millia, cum hostes equitum quindecim millia haberent: ex quibus duobus millibus interemptis, multis captis, pluribus autem vulneratis, alii cum Principe suo terga dederunt: de nostris autem viginti quatuor ceciderunt. In tertio bello Rex Ascalonitas cum Ægyptiis, qui ad eorum venerunt subsidium, in bello prostrauit. In quarto conflictu Doldequium Damasci Regem contriuit in bello duobus millibus ex hostibus interemptis, vbi de nostris equitibus viginti quatuor, & de peditibus octoginta ceciderunt: Regnauit autem annis tredecim, & mortuus est. Item Guido: Ierosolymæ die festo, qui dicitur in Ramispalmarum, cum populus vniuersus in vallem Iosaphat cum processione tantæ solemnitati debitæ conuenisset, Balduini Regis corpus, qui rediens ab Ægypto, in via decesserat, multa prosequente militia deducitur, & ab vna parte funus infertur, ab altera cum ingenti comitatu Balduinus de Burgo in Gallia Comes Edessanus ingreditur: qui defuncti Regis consanguineus, Rege iuxta fratrem suum, nobilissimum Ducem ac Regem Ierosolymæ Dominum Godefridum, sepulturæ Regiæ tradito, fit successor eius in Regno. Comes autem Bolonienſis Eustachius, defunctorum Ducis & Regis germanus, ad Regni Ierosolymitani moderamen per quosdam eiusdem Regni nobiles sollicitatus, cum vsque in Apuliam iam venisset, audito, quod in Regno hæreditario iure sibi debito, Comes Edessanus consanguineus suus successisset, cum à duobus germanis transfretare, & quod factum erat, in irritum reuocare suaderetur, digna tanto Principe voce respondit: Nunquam illam terram se bello implicaturum, in qua Christus nos Deo reconciliasset per sanguinem suum. (Hæc qui supra.) *Syriack.*

Balduinus Rex Anno Regni sui quinto à Saracenis capitur, qua de re mente excedentes vndique versum ad sexaginta millia conglomerantur, vt Christianos à finibus suis exterminent, & Ascalonæ impedimenta sua relinquunt, scilicet, vxores, soboles & victualia. Christiani in arcto positi, nihil spei, nisi in Deum habẽtes, exemplo Niniuitarum vtriq; sexui ieiunium indicunt: pueris etiã infantibus lactentibus, & vniuerso quoq; pecori pabula negãtur: dies pugnæ indicitur, procedunt Christiani cũ militibus & peditibus vix ad tria millia æstimati: Principes gradiuntur in fronte, scilicet Patriarcha, pro vexilo gestans crucem Christi, Abbas olim Cluniacensis Pontius præferens lanceam transfixam in latere Christi, Episcopus Bethleemites ferẽs in pixide lac sanctæ Mariæ perpetuæ virginis: Sarraceni quaquauersum ex omni latere in orbẽ circumcingunt Christianos, ne quis possit euadere. Dum igitur ita in procinctu hærent Christiani, vident, Deo sibi auspice, splendorem scisso aëre super paganos subito cecidisse, non prosperum, sed satis nociuũm: quamuis hunc ipsi Sarraceni non viderent. Illico enim omni virium robore eneruati, passim fugientes cæduntur, non solum à viris, sed etiam à pueris & fœminis, vt in eo bello septem millia perirent, & in aquis quinque millia submergerentur. Omnes igitur Christiani incolumes reuersi, summum & dulce Epinicion canũt Deo in Excelsis. (Hæc Anselmus.)

Item Guido dicit: Exercitum innumerabilem Ægyptii Caliphæ mirabili virtute prosternunt Ierosolymitæ, dum Rex Abalac Turcarum potentissimus per insidias captus detinetur.

Anno eiusdem Balduini sexto, Tyrus Hebræa lingua Sor dicta, vrbs maxima Phœnicię & antiqua in corde maris sita, Sydoniorum Colonia, negotiatio maris, emporium totius orbis vaticinio Prophetarum celebrata, & carminibus Poëtarum inclyta, olim quidem insula, sed à Nabugodonosor, vel ab Alexandro, propter expugnationem multis in paruo freto aggeribus comportatis terra continens facta, pridem à Nabugodonosor expugnata, & partim capta, sed postea ab Alexãdro penitus vsque ad solum diruta & destructa, sed iuxta Prophetas post septuaginta annos reædificata & in antiquũ statum restituta, nostris modo tẽporibus in fine mundi à Christianis terra mariq; obsessa capitur, & Christi imperio subiugatur. (Hæc Anselmus.)

Anno sequenti Rex Ierusalem Balduinus data redemptione à Saracenis dimittitur; Vnde Guido: Rex data pecunia solutus à vinculis, Turcarum Satrapam Salsequium multis suorũ prostratis millibus fugat & Damascenũ Principem Doldequiũ.

Anno Regni Balduini octauo in Syria exercitus Dei bis congressus est cum Saracenis. In primo prælio de Paganis ceciderunt duo millia quingenti, sed de Christianis solummodo quindecim: In secundo autem non incruentam victoriam habuerunt Christiani, sed quamuis plurima pars eorum obiret, tamen auxilio Dei reintegrati, absque numero hostes contriuerunt & vicerunt. Tandem Balduinus Rex Ierusalem moritur. (Hæc Anselmus.)

Hollandica. Post obitum Florentii Crassi, Theodericus filius eius, huius nominis sextus, nonus Hollandiæ Comes efficitur. Cœpit autẽ An. Dom. MCXXI. Imperii vero Henrici, huius nominis quinti inter Reges, & quarti inter Imperatores, anno XV. & rexit Comitatũ annis XXXVI. Duxit in vxorem Sophiam filiam Ottonis de Rimegghen, Comitis Palatini, ex qua genuit Florentium succedẽtem Hollandiæ Principem, Ottonem de Benthem Comitem, Balduinum Pontificem, Theodericum Præpositum, Peregrinum Præsidem, Sophiam Abbatissam, Hadewigim sanctimonialem, & Petronillam pulchertimam Domicellam.

Imperialia. Anno Comitatus istius Theoderici sexto, Imperator Henricus huius nominis quintus apud Traiectum ægrotans discessit à valle præsentis miseriæ: cuius intestina recondita sunt in medio chori maioris Ecclesiæ eodem tumulo solennis loci, quo pridẽ inhumata sunt viscera Conradi Cæsaris huius nominis secundi, ataui eius glorioſi Post quem Lotharius Dux Saxoniæ egregius, auunculus Theodorici Comitis Hollandiæ per Principes ibi electus est, qui dehinc in throno Regio laudabiliter exaltatus fuit: Iste Lotharius abstulit Comitatus de Oestergem & Westergẽ ab Ecclesia Traiectensi, quos secundum antiqua priuilegia concorporauit cum Comitatu Hollandiæ.

Anno

Hollandica

Anno Comitatus istius Theodorici octauo, ipse parentem suum in Hammert occisum vlcisci desiderans, Hermanno Comiti de Kuye, & Godefrido Comite de Aernsberch, vbique terrarum hostiles tetendit insidias, ita, vt nullo pacificatore mediante possent obtinere inducias. Andreas autem Episcopus per continuam interpellationem, demum intercepit antiquam altercationis inuidiam, & per hunc modum inter vtramque partem firmam elaborauit amicitiam, vt Hermannus patruus suus pro anima Florentii Comitis monasterium construeret, & etiam per competentes prædiorum possessiones dotaret. Eodem igitur anno fundatum est monasterium in insula B. Mariæ virginis, & allati sunt eô monachi de Lauduno ordinis Præmonstratensis, qui sub monastica disciplina Deo deuote seruirent, & pro anima Florentii Comitis sanctis precibus orarent; Tandem Theodericus Comes anno Comitatus sui XXXVI. Nonis Augusti in pace quieuit, sepultus in Egmunda. Sophia vero veneranda Comitissa, in orationibus, eleemosynis & ieiuniis indefessa veraciter fuit sancta, per quam Deus operatus est miracula etiam in ipsius vita. Nam hæc diua matrona viam peregrinationis ad sanctum Iacobum semel arripuit, & per casum infortunii clam in latrones incidit, qui eandem tota vi occidere & clenodia eius violenter abstrahere conabantur: sed hi prædones, Deo iudicante, meritis beati Iacobi, immobiles steterunt, nihil aduersitatis quomodolibet inferre valentes, ac eandem virtute diuina munitam attingere formidantes; quo viso miraculo, prædicti nequam demum gementes postulauerunt ab ea veniam; pro quorum absolutione prædicta matrona exorauit ob omnipotentis Dei misericordiam. Ista Deo dilecta fœmina iam tertio Ierosolymam profecta est, quæ ibidem sexto Kalend. Octob. in Domino feliciter obdormiens, ad hospitale Theutonicorum in Ierusalem tumulata fuit. (Hæc ex Chronicis Hollandiæ.)

Leodienses.

Venerabilis Albero, huius nominis primus, frater Ducis Godefridi Louanien-sis, ex parte matris, ex clero sancti Stephani Metensis, electus Leodiensium ordinatur Episcopus XXVIII. Tungrensium vero LVII. Anno Domini MCXXIII. Pontificatus Calixti Papę, huius nominis secundi, Anno quinto; præfuit annis sex: Alexander vero prædictus, priuatus & quietus viuebat, contentus prioribus honoribus. Maxima pax Leodiensium hoc tempore fuit, vnde de nocte dicitur orare solitus hic Episcopus pro grege sibi commisso ante fores diuersarum Ecclesiarum, vbi semel audit mulierem flentem mortem mariti sui, & præsertim propter mortuum maritum culcitram suam auferri ab Episcopo. Quapropter episcopus iste anno Pontificatus sui tertio, primus omnium inter prædecessores suos iuri suo vel seruituti (quæ dicitur, mortua manus) quæ adhuc in quibusdã partibus Dominis temporalibus à suis subditis exhibetur, ex superaffluentia misericordiæ sibi innatæ in tota terra Episcopatus Leodiensis renunciauit, & hanc abusionem sustulit: quæ quidem seruitus cõditioni humanæ, quã liberam in exordio Deus condidit, penitus aduersatur. In eo vero consistebat ius, vt quandocunque aliquis paterfamilias, qui hãc debuit seruitutem, moreretur, in signum seruitutis præteritæ optimum pignus, vel iocale quod in ipsius domo reperiri contigerit, à Dominis exigeretur: sin autem nihil esset, vt tum defuncti dextera manus abscissa Dominis offerretur. Iste Albero ædificauit monasterium in castello Cornelii montis, ordinis Præmonstratensis: Ecclesiam etiam construxit in cœmeterio S. Dionysii in honorem S. Aldegundis virginis, & in claustro sancti Petri Ecclesiam sanctorum Clementis & Trudonis: in Ecclesia etiam sancti Ægidii in monte publico Canonicos regulares instituit, & eis multa bona tribuit, quæ Ecclesia incœpta fuit tempore Nothgeri XXVII. Leodiensis Episcopi, per Gundrannum ioculatorem & mimum, qui relictis vanitatibus sæculi, elegit in illo nemore vitam eremiticam, & quia transitus periculosus erat, ibi ideo hospitalitatem exercebat. Habebat vero vrsum, qui attrahebat lapides pro Ecclesiæ ædificio: Leodienses mirantes cum vrso lapides trahi, quidam ex ipsis sæculum relinquentes cum eo ibi regulariter vixerunt. Primus eorum Prior, quondã Decanus S. Petri Leodiensis: post primus Abbas fuit Asso, qui ibidem sunt sepulti: Ad quam Ecclesiã singulis annis veniũt Mimi Episcopatus Leodiensis processionaliter cũ candela & oblationibus feria quarta post natiuitatẽ Ioannis Baptistæ, ob reuerentiã Gundranni quem ad sæculum

reducere voluerunt: qui obiit quinto Kal. Aprilis: fratres autem eius cum cruce obuiant vsque ad porticum Ecclesiæ. Iste Albero solemnitatem beatæ Mariæ Magdalenæ in Synodo Leodiensi, tam à clero, quam à populo celebrari, instituit, quia diebus illis quidam presbyter, Boso nomine, oratorium in nomine ipsius cõstruxerat in monte castri prope Traiectum, vbi miracula multa per eum fiebant. Obiit Albero in circumcisione Christi, sepultus in Ecclesia S. Ægidii publici montis. (Hæc ex Chronicis Leodiensibus.)

Treuirẽsia. Post discessum vero venerabilis Brunonis Archiepiscopi Treuirensis, Godefridus maioris Ecclesiæ Decanus in Episcopatu successit, Anno Dom. MCXXIV. Pontificatus Calixti huius nominis secundi, anno sexto: qui de Leodiensi parochia extitit oriundus. Sed Arnoldum consanguineum suum, & maioris Ecclesiæ, (domus videlicet B. Petri) Præpositum, virum religiosum & morũ honestate præclarũ (qui Ecclesiam in honorem S. Crucis iuxta albam portam sitam constituit.) Treuerim secutus, ab Euerhardo Treuerorũ Archiepiscopo clericus fuit designatus, & sicut & antecessor eius (prædictus inquã Præpositus) morũ dignitate & animi liberalitate insignis, primo à Treuerẽsibus (clero & populo) dilectus, & ab Episcopis eiusdẽ ciuitatis Egilberto & Brunone multis Ecclesiasticis honoribus ditatus, ad vltimum decedẽte Domino Brunone, sicut prædiximus, in Episcopum est sublimatus. Peracto vero anno Episcopatus sui, insurgentibus cõtra eum quibusdam de clericis suis & introitum ipsius calumniantibus (quorũ calumnia, iusta vel iniusta fuerit, Deus scit, ego nescio) tandem ad hoc causa est perducta, vt sentiens suã infirmitatem ad onus nõ sufficere, (iam enim ad decrepitã venerat ætatem) videns etiam, eo nomine in Ecclesia, fraternam scindi charitatem: quibusdam sibi adhærentibus, aliis resistentibus, ne causa esset schismatis, circa finem tertii anni, ab Episcopatu se abdicauit. Obtinuit autem sedem annis duobus, mensibus quinq;, diebus vndecim: superuixit autẽ postea annum vnum, mensem vnum, dies sex, obiitq; XVIII. Kal. Decemb. feria quinta, hora noctis tertia, quem sepeliuit successor eius in Basilica S. Petri maioris Ecclesiæ, sub arcu qui est ad meridialem plagam. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Romanã. Honorius secundus, patria Bononiensis, qui prius Lambertus vocabatur, & erat Episcopus Ostiensis, cœpit An. Dom. MCXXV. sedit annis quinque, mensibus duobus, diebus octo. Papa factus, descẽdit in Apuliam, à Baronibus vocatus, vt eam, quia iuris B. Petri erat, tueretur à Comite Rogerio Siculo: sed cum Papa vidisset infidelitatem Baronum, saniori consilio habito, Rogerium susceptit in gratiã, & facto homagio & fidelitate recepta ac firmitate, ipsum de Ducatu Apuliæ inuestiuit, qui fuit Rex Siciliæ, & magna post pro fide fecit. Papa per Legatum Cardinalem duos Patriarchas, scilicet Aquilegiensem & Venetum, qui & Gradensis nuncupatur, deposuit, quia inuenit ipsos schismaticis fauorabiles extitisse. (Hæc Bernardus.)

Anno Pontificatus Honorii quarto, qui fuit annus salutis MCXXVIII. sub Stephano Patriarcha Ierosolymitano, ordo Militiæ templi incœpit in Ierusalem, & dicti sunt Milites templi, quia in porticu templi sedẽ sibi ordinis statuerunt: Inceptus vero est ordo à principio sub anno Domini MCXIX. sub Balduino Rege Ierusalem huius nominis primo, per Hugonem de Paganis, & Gaufridum de sancto Aldemano, viros venerabiles, & quosdam alios vsque ad nouem, qui fuerunt primi institutores, qui se postea astrinxerunt voto solemni & professione in manu Patriarchæ prædicti, vt peregrinos Christianos ad sepulchrum Domini venientes, defenderent à latronibus, & vias publicas custodirent, more Canonicorum regularium in obedientia & castitate, & sine proprio viuentes; militantes vero æterno ac summo Regi Domino Iesu Christo, datusq; est eis post albus habitus sine cruce, & simul regula quam sanctus Bernardus conscripsit, rogatu illorum militum, qui primi fuerunt & Ludouici Regis Franciæ, & Principum ac Baronum de regno Franciæ; factumque est hoc in Concilio generali apud Trecas. Postea vero, tempore Eugenii Papæ tertii, cruces rubeas vestimentis exterius affixerũt, & vexillum bipartitum ex albo & nigro, quod nominant Banter, assumpserunt: vestes quidam albas in signum innocentiæ deferentes; per cruces autẽ rubeas martyrium designantes; eò quod sanguinẽ proprium, secũdum instituta regulæ, pro defensione terræ sanctæ effundere, & inimicos crucis

Christi

Christi viriliter expugnare & ad mandatum eius, qui præest, non impetuose, neque inordinate, sed prudenter ad bella procedere, & primi in progrediendo, sed in regrediendo postremi esse, nouerunt. Nec enim terga fugiendo dare, vel sine mandato reuerti poterant: vexillum bipartitum ex albo & nigro præuium habentes, eò, quod Christi amicis candidi sint & benigni, nigri autem & terribiles inimicis. (Hæc Iacobus de Vitriaco.)

Anno Pontificatus Honorii secundo, Treueris apud S. Euchariũ reperitur corpus S. Matthæi Apostoli subtus Altare S. Ioannis Baptistæ. Tandem Honorius Papa Romæ moritur, & in Ecclesia Lateranensi sepelitur. (Hæc Martinus.)

Venerabilis Meginherus LXXXIII. Archiepiscopus Treuirensis est ordinatus *Treuirẽsis.* Anno Dom. MCXXVII. Pontificatus Honorii secundi, anno tertio, Regis vero Lotharii Romanorum primo, præfuit annis tribus, & vacuit sedes annis duobus. Eadem ille (qua decessor) parochia ex nobilibus & ipse parẽtibus procreatus, & à pueritia in Treuirensi Ecclesia educatus, morum honestate & personæ maturitate ad præsulatus honorem dignus profecto ascẽdisset, si antedictum Godefridum vel parcius impugnasset, vel suæ rigiditati & indiscretioni modum imposuisset, Mense Iunio electus, sequenti autumno collecta militia Treuirensi castellum nouum, quod dicitur Bumage, primo impetu cepit, & Wilhelmum Comitem ad conditionem pacis venire coëgit, pacemq; patriæ in breui reformauit: & veniente Quadragesima, iter suum Romam direxit, vbi à Papa Honorio ordinatus, & pallii dignitate est decoratus. Inde reuersus, à Clero & Populo Treuirẽsi honorifice est susceptus: deinde dũ nimio zelo rectitudinis, de incõtinentia clericorũ multa disponeret, sine condimento discretionis magnam sibi comparauit inuidiam, &, quam nec dici fas est, obtrectationem.

Bonus auctor agre fert, ad castitatẽ cogi sacerdotes & monachos.

Anno igitur ordinationis suæ secundo, mense Nouembri, cum iam multis, ea, quam dixi, causa, esset odiosus, Romam ire disposuit, vt Apostolici consilio vel auxilio, ea, quæ grauabant, subleuaret: quo tempore Conradus, æmulus Lotharii Regis minus in Teuthonico Regno prosperatus, Regnum Italicum, tanquam & illud sibi deberetur inuadere cupidus, ibidem in Italia morabatur. Ibi Meginherum Archiepiscopum, tanquam suum aduersarium per exploratores cepit, eumq; apud Parmam ciuitatem custodiæ deputauit, vbi sequenti anno, oculorum iam lumine ex afflictione amisso, Kalend. Octobris obiit: cuius corpus Episcopus Parmensis vestibus, quas sibi ipsi morituro parauerat indutum in maiori Ecclesia sepeliuit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Treuerensium.)

Defuncto Godebaldo Pontifice, Dominus Andreas de Kuye natus, Leodiensis Præpositus, XXV. electus est Traiectensis Ecclesiæ Episcopus, Anno Domini eodem, quo & Meginherus Archiepiscopus Treuerensis, vir discretus, honestus, pius & pacificus. *Traiectẽsis.*

Anno Pontificatus sui sexto, Anno scilicet salutis MCXXXII. Andreas Præsul amouit duodecim presbyteros Staurensis Ecclesiæ propter eorum demeritum; adducens eôdem ab Oestbroec vtriusque sexus conuentuale collegium: qui Traiectense Pontificium ad XI. Annos honeste regens, nono Kalend. Iulii requieuit in Christo, sepultus cum Reuerendis Pontificibus in Traiecto. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Defuncto Henrico Imperatore absque hærede, iusto Dei iudicio, vt creditur, quia patrem suum dehonestauerat, Legati Apostolicę sedis & Archiepiscopi cum Episcopis & optimatibus Imperii ex condicto cõuenientes Maguntiæ consultant pro toto Romano Imperio de substituendo Regẽ; Lotharius itaq; Dux Saxonum, vir sapiens, & industrius & Ecclesiastico iuri deuotus, præpotens diuitiis & victoriis, omniũ assensu eligitur, An. Dom. MCXXVII. Mundi vero MMMMMMMCCCXXV. & imperauit annis XI. qui mense Septemb. cum eisdẽ Legatis, & duobus Archiepiscopis, & octo Episcopis, & multis Abbatibus, & cum eminentioribus aulæ Regalis primatibus Aquisgranum veniens, Dominica Die, Idibus Septemb. à Friderico Archipręsule Colonienſi, Anno Pontificatus eius XXIX. in Regem benedicitur & vngitur, omni clero & populo festiuum epinicion acclamantibus. (Hæc ex Chronicis.) Imperator iste Henricus multa bella diuersis in locis contra diuersos exercuit, quę omnia ob fastidium vitandum scribere dissimulaui, &c. *Lotharius II. Imperat.*

Anno Domini MCXXXVII. ficcitas tanta fuit in Francia, vt flumina, lacus, fontes & putei ficcarentur, & Rhenus ficcis pedibus tranſiretur: ignis quoque, qui per rimas terram ſubintrauerat, nec imbribus, nec frigore, nec alia arte biennio extingui poterat. (Hæc Petrus.) Tandem Lotharius Rex poſt diuerſa truculenta prælia, præcipue contra Rogerium Regem Siciliæ ac Dominum Calabriæ & Apuliæ, de omnibus triumphator egregius exiſtens, in reditu apud Tridentum morbo correptus, in ipſis montibus, in viliſſima caſa Imperator potentiſſimus, miſeram humanæ conditionis relinquens memoriam XIII. Regni ſui, Imperii vero VI. anno, ſatis plenus dierum, obiit, futurus, niſi morte prẽuentus eſſet, per huius virtutẽ & induſtriam corona Imperii ad priſtinam dignitatem reduceretur. Regalia Dux Henricus gener eius, in cuius finibus obierat, ſuſcepit & ipſe Auguſtus in Saxoniam ad monaſterium Luter, quod ipſe conſtruxerat, deportatus, honorifice ſepelitur. (Hæc Epiſcopus Otto.)

Anno Regni Lotharii quinto, Gerardus Comes Geldriæ & Zutphaniæ obiit, cui ſucceſſit filius eius Henricus, huius nominis primus, qui rexit Comitatum annis XXXI. (Hæc ex Chronicis.)

Leodienſia. Alexander, huius nominis primus, ſæpe dictus Archidiaconus iam per oſtium in Ouile ingreſſus, (non aliunde, vt prius,) cõmuni aſſenſu omnium XXIX. Epiſcopus Leodienſis & LVIII. Tungrenſis, creatus eſt An. Dom. MCXXIX. Pontificatus Honorii Papæ ſecundi, anno vltimo, præfuit annis octo, qui de ſimonia à ſuis clericis eſt ad Papam accuſatus, à quo correctus, rediit melior. Tunc ſchiſma in Eccleſia fuit graue inter Innocentium & Petrum Leonis Antipapam, qui ſe Anacletum nominare auſus eſt: & inter duos Reges, Lotharium & Conradum; item inter duos Duces, Louanienſem & Lymburgenſem. Alexander Epiſcopus de conſenſu Epiſcopi Stephani Metenſis, Abbatiam & oppidum S. Trudonis, procurante Abbate eiuſdem loci, ſub patrocinium ſuum ſuſcepit, erat tunc temporis Ducatus Lotharingiæ abiudicatus Comiti Louanienſi, & datus Waleramo Comiti Lymburgenſi: ab hoc Waleramo Giſelbertus Comes Duracii tenebat aduocatiam ſancti Trudonis, ſed culpis ſuis exigentibus per Alexandrum Epiſcopum, & per pares abdicatus eſt ab aduocatia, & à Comitatu per Alexandrum. Contulit igitur ſe dictus Giſelbertus ad exducem Louanienſem Godefridum, Regni & Imperatoris inimicũ, propter Ducatum, quem ademptum ſibi iniuſte & datum Waleramo Comiti Lymburgenſi putabat. Veniens igitur cum Duce Louanienſi, inuadit oppidum S. Trudonis non firmatum, ſed Epiſcopus Alexander oppidum ſub patrocinium ſuum ſuſceperat. Hinc Comes & Dux deprædantes prouinciam, excommunicantur. Alexander vero cum ſuis & cum Comite Lymburgenſi, obſedit Duracium, ſed Dux Louanienſis Godefridus, & Comes Flandrenſis Theodericus ad id liberandũ mouerunt exercitum: Vnde pugnatum eſt acriter, ſed victi ſunt Louanienſis Godefridus, & Comes Flandrenſis, & ceciderunt ex eis plus quam quadringenti homines. Leodium libẽter vaſtaſſet Dux Brabantiæ, ſed non valuit, qui ſtatuit Epiſcopo diem & locum belli in campis Villarienſibus in parochia Duracii. Alexander vero indicto triduano ieiunio, impar viribus, Duci ſub mœnibus Duracii occurrit, & victoriam obtinuit, vbi proſtrati ſunt DCCCCXXIV. de parte Ducis Louanienſis, & plurimi vulnerati & ſubmerſi: Vexillum etiam Ducis captum fuit. Tempore huius Alexandri, Comes Barrenſis Raynaldus, corruptis pecunia cuſtodibus caſtrum Bulbonenſe intrauit.

Anno Pontificatus Alexandri tertio, Anno videlicet Domini MCXXXI. Gregorius, qui dictus eſt Innocentius ſecundus Papa, Dominica tertia Quadrageſimæ Leodium venit, & ſequenti Dominica ab Eccleſia S. Martini vſq; ad Eccleſiam S. Lamberti ſolemnem proceſſionem exhibuit & miſſam celebrauit: & tunc Regem Alemanniæ Lotharium & Reginam coronauit: vbi interfuit beatus Bernardus, Abbas Clareuallenſis, fueruntque hoc tempore in Eccleſia Leodienſi Canonici reſidentiam facientes filii Regum numero XXI. Ducum quoq; filii numero XIV. Comitum vero XXIX. militum & Baronum VII. inter quos etiam fuêre plures diuerſarum gentium Doctores & Magiſtri ſolemnes. Alexander Eccleſiam noui Monaſterii in Hoya perfecit & dedicauit XI. Kal. Octobris, & bonis plurimis dotauit.

(Hæc

(Hæc ex chronico Leodiensi.) Item Leodii in Ecclesia Beati Martini magister scholarium decesserat, post cuius decessum Alexander Episcopus iuuenem quendam nomine Theodericum per pecuniam in eodē officio substituerat, sciolum quidem satis de scholari eruditione, sed necdum vel signatum habitu vel tonsura clericalis disciplinæ, & quod prius nunquam in more habuerat vel in illa vel alia in ciuitate Ecclesia, posuit eum sine canonia, hoc est præbenda: de qua re cum reprehenderetur & emendare debuisset, deterius egit, & canonicum eum similiter per pecuniam fecit: quam causam cum obstinate defenderet, & eam ipsam Ecclesiam grauiter inde scandalisasset, inter reprehensores suos in vnum eiusdem Ecclesiæ canonicum nomine Nicolaum vehementius inuectus est, adeò vt Innocentii Papæ audientiam eum appellare compelleret: ad quam per eum ipsum de simonia accusatus, & à Papa semel & secundo vocatus viam arripuit, quasi iturus: sed remorante eum in Francia culpæ suæ conscientia, cum præmissis ad Papam venerabilibus nuntiis liberari ne ad audientiam veniret, nullo modo posset, tertiam vocationem accepit. Verum eam ipsam sicut alias postponens, depositionis suæ sententiam incurrit in concilio Pisæ, Papa Innocentio præsidente Anno Domini MCXXXVI. quo duro nuncio accepto, in tantam amaritudinem animi incidit, vt eam statim sequeretur sine vlla dilatione ægrotatio corporis, atque adeo, vt appetitu cibi perdito ad extrema productus sit: vixque confessione data & communione accepta, & regularium canonicorum vita in monte publico iuxta Leodium promissa, extremum tandem sic spiritum efflauerit, & in eodem loco sepulturam sine episcopalibus exequiis acceperit. (Hæc ex libro 13. chronicorum Domini Rodolphi Abbatis sancti Trudonis collegimus.) Item iste Alexander Episcopus supradictus fuit frater Comitis Iuliacensis, vt in quodam chronico reperitur.

Innocentius secundus natione Romanus, ex patre Ioanne de regione Transtiberina, cæpit anno Domini MCXXX. (quamuis in quadam chronica dicitur XXXII.) sedit annis XIII. mensibus octo, diebus octo. Vacauit sedes diebus duobus: Iste prius dictus Gregorius, diaconus Cardinalis tituli Sancti Vincentii fuit, qui à maiori parte Cardinalium, & Petrus Leonis à minori ad Papatum dispariter eliguntur, Gregoriusque Innocentii & Petrus Leonis Anacleti nomine nuncupatitur, sed apud Sanctum Petrum ob parentelæ fortitudinem Petro commorante ipsam Ecclesiam cum manu armata, & per violentiam occupauit, & aureum crucifixum & pendentes coronas cum toto thesauro auri & argenti & lapidibus preciosis tollens, spoliauit: quod idem ad Sanctam Mariam maiorem magno thesauro ditatam & aliis vrbis Ecclesiis fecit; cum quo thesauro omnes pene Romanos corrupit. Innocentius verò nullum in vrbe habens subsidium, cum Cardinalibus vrbem egreditur, & in duabus triremibus in Galliam proficiscitur, & à Rege Franciæ honorifice est receptus, & Gallicana sibi adhærente Ecclesia primo Rhemis, secundo Pisis conciliis celebratis in Papam confirmatur, & Petrus Leonis ab omnibus Episcopis Germaniæ & Galliæ anathematisatur. In Chronico verò Martini & quodam alio dicitur, quod primò in Claromonte, secundò verò Rhemis concilia celebrarit. (Hæc Bernhardus.) Vnde Anselmus Abbas: Romanæ Ecclesiæ pars interpellatur, altercantibus duobus seditiosis de sede Apostolica, quodam Gregorio & altero Petro Leonis, gente Romano, monacho Cluniacensi. Gregorius priuilegium electionis ab Honorio Papa adhuc viuente, consensu quorundam Cardinalium sibi vsurpat: Petrus de altitudine sanguinis & domo Crescentii glorians cædibus hominum, rapinis, incendiis grassatur. (Collector.) Istud vt factum sit, in secundo libro de vita Beati Bernhardi plenius continetur. Sequitur Anselmus: Gregorius veritus potentiam Petri profugiens à S. Paulo in Spoletum emenso mari, tandem ad Sanctum Ægidium appulit, & postea venit in Burgundiam, & à Cluniaco excipitur, & fauore omnium Francorum celebratur. Episcopus Otto. Honorio (inquit) Papa mortuo, cum schisma grauissimum in Ecclesia Dei esset ortum, Innocentio canonice electo, sed Petro Petri Leonis filio vi amicorum suorum, qui fortissimi in vrbe erant, fauente sibi Rogerio Siculo intruso, Innocentius resistere non valens vrbe cedit, & per mare Tyrrhenum Galliam ingreditur, vbi in regno Gallici Regis in ciuitate Car-

Romani.

nuto cõcilium celebrans, nuntios Lotharii Regis, Conradum Iuuauiensem Archiepiscopum & Eckebertum Monasterienſem Episcopum obuios habuit. Vnde sequitur Anselmus: Lotharius (ait) Rex Almanniæ ab Episcopis suis persuasus legationem à Francis de Gregorio missam benigne honorauit, & in eius electionẽ manus dedit.

Anno Pontificatus sui II. An. scilicet salutis MCXXXI. Gregorius, qui Innocentius multo comitatu Episcoporum & Abbatum à Francia exiens in Lotharingiam transit, & Dominica tertia quadragesimæ, quæ est XI. Calend. Aprilis, Leodium venit: vbi à Lothario Rege Almanniæ, & multis Episcopis & Abbatibus, tam Lotharingicis, quam Transrhenensibus colitur, muneribus honoratur: tota ciuitas in obsequio feruet: salutationib. & epulis vacat: Dominica in medio quadragesimæ Gregorius cum curribus & rhedis ab Ecclesia S. Martini in publico monte, quasi Romæ via triumphali vsq; ad Capitolium S. Lamberti ascendit, missam celebrat, Regem & Reginam coronat, coniugatos presbyteros excõmunicat, vbi æstimatum à quibusdam fuit XXXII. Episcopos affuisse, & Abbates LXXIII. (Hæc Anselmus.) Inter quos fuisse dignoscitur S. Abbas Bernardus Clareuallensis. Vnde etiam Episcopus Otto. Papa (dicit) Innocentius profectus apud Leodium Belgicæ vrbẽ, Synodum Episcoporũ conuocans, Regem Lotharium ad defensionem S. Rom. Ecclesiæ inuitauit, qui nihil cunctatus, (expositio tamẽ prius modeste quantopere regnum amore Ecclesiarum sit attenuatum, & quanto damno earũ inuestituram remiserit) auxilium Rom. Ecclesiæ promittit. Ita rediẽs summus Pontifex Claramuallem diuertit. Vnde etiam Anselmus: Gregorius, qui & Innocentius Papa Rhemis, post festum S. Lucæ Euangelistæ, concilium habuit cum Episcopis & Abbatib. trecentis, mediante Francorũ Rege Ludouico cum filio, qui secundus erat natu. Nam primus antea coronatus tũc forte Parisios venerat, &, vt fertur, à dæmone in specie porci ludificatur, dum hac illac equum gyrat, subitò corruit exanimis, vnde pater mœstus Remos aduenies, secundum natu filium secum adduxit, & à Papa inungi & benedici & coronari in Regem impetrauit. (Albericus.) Idem Papa Innocẽtius monasterium S. Medardi Suessionensis, quod est trans fluuiũ situm, dedicauit. Beatus Bernardus in Episcopũ Cathalaunensem electus, recusauit, & per ipsum Gaufredus Abbas S. Medardi Suessionensis fit Episcopus Catalaunensis. (Hæc ille.) His temporib. erat pulchra & decora facies Ecclesiæ sponsę Christi, cum diuersorũ ordinum ac professionũ varietate circumdata, dum huic Cluniacensis, inde Cistertiensis, Carthusiensis, Grandimontensis & Præmonstratensis, & inde diuersi habitus atq; professionis Sanctæ moniales & mulieres Deo deuote in paupertate & continentia sub obedientiæ iugo regulariter viuentes, religionis feruore inuicem se prouocarent, & noua certatim diuersis in locis monasteria fundarentur, Carthusienses equidem monachi pullulabãt paulatim, qui præ cæteris continentes peste auaritiæ quamplurimos laborare videntes, terminos posuerunt, dum certum numerũ hominum, animalium, possessionumq;, quam eis nullo modo prætergredi liceat, statuunt, & ipsi singuli, singulas cellas habentes perfectius mori mundo & cæteris, tanto diligentius, quanto secretius Deo viuere elegerunt. (Hæc Vincentius.)

Anno Pontificatus Innocentii tertio Rex Lotharius expeditionẽ in Italiam parat, & cum Archiepiscopis & Episcopis Innocentium Papam Romã deducit: Petrũ verò Leonis expugnans, totamq; suam progeniem extirpans, ipsos ab vrbe relegat & Innocentium in propriam restituit sedem. (Hæc Bernardus.) Cum eodem Lothario Romam obiit Bruno electus Archiepiscopus Colonienſis. Bruno ille, qui de electione & promotione sua B. Bernardum per epistolam consulit. (Hæc Episcopus Otto.) Cumq; præfatus Innocentius Papa Romam rediret pacificatis Genuensibus & Pisanis, attendẽs, quæ sibi & Ecclesiæ magna fecissent seruitia, Genuensem Episcopum, qui sub Mediolanensi Archiepiscopo erat, constituit Archiepiscopum, idemq; Pisanum Episcopum, erigit in Archiepiscopum Tusciæ, totiusq; Sardiniæ primatem. Synodus magna apud Pisas celebratur ab Innocentio Papa, & facta sunt ea, quæ de statu huius temporis in vita B. Bernardi continentur. (Hæc Chronographus.)

Item circa Annum Domini MCXXXIII. S. Malachias Archiepiscopus clarebat in Hybernia, virtutis forma & totius perfectionis exemplar, qui inter cætera virtutum

suarum

ſuarum inſignia, mortuum ſuſcitauit, per quem in partibus Hiberniæ reintegrata eſt fides & religio propagata.

Anno Pontificatus Innocentii octauo, Anno ſcilicet ſalutis MCXXXVII. Petrus Leonis deceſſit ex vita, qui ſedem Apoſtolicam retinere conabatur cum violentia, & ſic Eccleſia Dei & Innocentio Papæ pax eſt reddita, & ceſſauerunt ſeditiones & prælia. In morte huius ceſſauit ſchiſma principale nonum in Eccleſia Dei, & minus principale 19. quod per octo annos durauit inter Innocētium ſecundum & Petrum Leonis prædictum propter diſcordiam eligentium. (Hæc Chronographus.)

Anno Dom. MCXXXIX. Synodus maxima circiter mille Epiſcoporum Romæ, præſidente ſummo Pontifice Innocentio, celebratur, Anno Pontificatus ſui decimo, ibique poſt multa ſalutifera decreta promulgata, ſchiſmatici, qui à parte Petri Leonis fuerunt, damnantur.

Anno ſeq. Rogerius de Sicilia, occupato Calabriæ & Apuliæ principatu, Innocentium Papam in Apuliam cum militia Romanorū venire volentem, flagitioſè in Chriſtū Dominum, manum mittens, ex inſidiis cepit, & regii nominis in Sicilia ab eo auctoritatem & abſolutionem anathematis extorſit cum ducatu Apuliæ, Calabriæ, ac principatu Capuæ, & ſic factus eſt primus Rex de genere Nortmannorum.

Item anno Pontificatus Innocentii XII. Anno videlicet Dom. MCXLI. S. Hildegardis, cum eſſet annorum XLII. & ſeptem menſium, librum (Sciuias) per Spiritum Sanctum mirabiliter viſitata incepit & per decem annos cōſummauit in dieb. Henrici Moguntini Archiepiſcopi & Conradi Romanorum Regis. Quæ fuerit iſta Hildegardis & quantæ auctoritatis, inſinuant epiſtolæ magnatū terræ ad eam tranſmiſſæ, nimirum, trium Apoſtolicorum, Eugenii, Anaſtaſii & Adriani, item Imperatorū Conradi & Frederici, Patriarchæ Hieroſolymitani, Archiepiſcoporū, Epiſcoporū, abbatum & præpoſitorum, & vna ſpecialis epiſtola B. Bernardi Clareuallenſis. Venit hoc anno in eam maximæ coruſcationis igneum lumen aperto cælo, quod totū tenebras eius transfudit, & totū cor, totumq; pectus eius velut flamma, non tantum ardens, ſed calens ita inflammauit, vt Sol rem aliquam, in quam radios proiicit, calefacere ſolet, & repente intellectū expoſitionis librorum videlicet Pſalterii & Euangelii, & aliorū canonicorum tam veteris, quàm noui Teſt. voluminum ſapiebat: nō autem interpretationem verborum textus, nec diuiſionē ſyllabarum, nec cognitionem caſuum aut temporum habebat: ſolum pſalterium legere didicerat more nobilium puellarū, à quadam recluſa in monte S. Deſibadi, quod eſt clauſtrum nigrorū monachorum. Viſiones a. quas vidit, nō in ſomniis, neq; dormiens, neq; in phreneſi, nec corporeis oculis aut auribus exterioris hominis, nec in abditis locis percepit, ſed eas vigilans & circumſpecta pura mente, oculis & auribus interioris hominis in apertis locis ſecundum voluntatē Dei accepit: quod quomodo factū ſit carnali homini perquirere, nimis eſſet difficile. Item Rom. Pontifex Innocentius, qui iam per multum temporis Tyburtinos excōmunicauerat, ac aliis modis preſſerat, coanguſtatos ad deditionē, acceptis obſidib. ac iureiurando interpoſito coegit: Populus verò Rom. volens, vt eos per obſides & ſacramentum ad duriſſima præcepta, id eſt, vt muris ruptis omnino ex prouincia cedere cogeret, dum nobiliſſimus ac liberaliſſimus ſacerdos tam irrationabili & inhumanæ petitioni annuere nollet, ſeditionē mouet, ac in ipſo impetu in Capitolium veniens, & antiquā vrbis dignitatem renouare cupiens, ordinem Senatorū, qui iam per multa curricula temporum deperierat, cōſtituunt, & rurſum cū Tyburtinis bellū innouant. Cauſa verò tantæ immanitatis fuit, quod in priori anno, dum cum Pontifice ſuo in obſidione prædictæ ciuitatis moraretur ciuib. egreſſis, & cum ipſis manum conſerentibus, multis amiſſis ſpoliis turpiter in fugā conuerſi ciues eſſent. Idcirco nulla, niſi quam diximus, conuentione vſq; hodie ſe poſſe placari aſſerunt. Verum ſapientiſſimus antiſtes prouidens, ne forte Eccleſia Dei, quę per multos annos ſeculare vrbis honorem à Conſtantino ſibi traditum, potentiſſimo tenuit, hac occaſione, quandoq; perderet, multis modis, tam minis, quam muneribus ne ad effectū res procedat, impedire conatur: ſed inualeſcēte populo, dum proficere non poſſet, lecto decumbens & (iuxta quoſdam) de futuris, viſione ſibi monſtrata, in pace quieuit, eiq; Cæleſtinus, vir religione ac literarū ſcientia præditus, cum magna

vnanimitate electus succeſſit. (Hæc Albericus.) Martinus ita dicit: Iſte Innocentius Papa concilio habito ſolenniter in Laterano, infirmatur & moritur, & in Lateranenſi Eccleſia in concha Porphyretica ſepelitur Anno Dom. MCXLII. &c.

Syriaca. Fulco Comes Andegauenſis fit Rex Iheruſalem, ducta in vxorem Meliſſenda filia Regis Balduini Imperatoris defuncti. Cæpit autem ſecundum Anſelmum anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo primo, Regni verò Lotharii huius nominis tertii Anno quinto, & regnauit annis quatuordecim (Florentinus ponit XI.) Concordat Iacobus de Vitriaco, ita dicens: Balduino ſucceſſit in regno gener eius Fulco Comes Andegauenſium, Cenomanenſium & Turonenſium, cui prædictus Rex filiam ſuam primogenitam Meliſſendem dederat vxorem. Iſte cum infinita Turcorum multitudine, quæ de ſinu Perſico ebulliuerat, circa partes Antiochenas congrediens, tribus millibus interemptis, multis autem captiuitate detentis, cæteris fuga mortem euadentibus glorioſum triumphum de hoſtibus reportauit. Regnauit autem vndecim annis, & dum in territorio Acconenſi leporem agitando, cum equo ſuo præceps corrueret, improuiſo & lamentabili caſu deceſſit, relinquens duos filios, Balduinum primogenitum, qui in regno ſucceſſit, & Amelricum. (Hæc qui ſupra.)

Item Anno regni ſui vndecimo Rex Fulco cum exercitu ſuo, fultus auxilio Chriſtianorum, loca ſancta, vbi pedes Domini ſteterunt viſitantium, Aſcalonitas omni commeatu excluſo, terra mariq; oppugnat: quorundam etiam hoſtium caſtra propinquiora expugnat.

Anno regni eiuſdem XIII. Pagani vicini Hieroſolymitanis Chriſtianis pertæſi malorum & frequentis oppugnationis Chriſtianorum, pactum pacis inierunt cum eis, & terras, quas eis Chriſtiani abſtulerunt, & quæ incultæ erant, ſub tributo colendas ſuſceperunt ab eis. (Hæc Chronographus).

Ioannes Imperator Conſtantinopolitanus Alexii Imperatoris filius, poſteaquam cum infinitis copiis Ciliciam occupauit, vniuerſam Antiochiam obſidet, & principem cogit ad fidelitatem, & dum in Cilicia venationi indulget, toxicata ſagitta ſeipſum lethali vulnere figit: remediũ quærit, & inuenit, ſed mira magnanimitate contemnit. Erat verò remedium, vt priuſquã veneno contingeret infici partẽ reliquam, læſam manum pateretur ſibi præſcindi, ad quod propoſitum conſilium reſpondiſſe fertur, indignũ ſibi videri, vt Rom. Imperium vna manu regatur. Itaq; ſubrogato ſibi in Imperium filio Manuele, à præſente luce ſubtrahitur, cum nimio ſuorũ planctu pariter & mærore. (Hæc Guido.) At Manuel ad regnũ ſublimatus, nuncios ad Regem Conradum cum precioſis munerib. ſicut & prius pater eius fecerat dirigens, fœdus renouauit, & ſicut frequenter inter hos duos Imperatores à translato ad Francos imperio pro diuerſis oportunitatibus mos iſte ſeruatus eſt, ſic & nunc inter Ioannem patrem & Conradum contra Rogerium vtriuſq; imperii partis inuaſorẽ hæc facta eſt fœderatio. (Hæc Epiſc. Otto.) Anno ſequ. Rex Iheruſalem Fulco obiit, anno ſcilicet ſalutis MCXLIV.

Treuirenſia. Poſt obitũ venerabilis patris Dn. Magenheri Archiep. Treuirenſis, Brunonẽ eiuſdem Eccleſiæ canonicũ Brunonis quondam Archiepiſcopi nepotẽ elegerunt 7. Id. Decemb. quod ille omni niſu (maxime cauſa inopiæ) renuebat: re autẽ vera, vt poſtea claruit, maioris Epiſcopatus gloriam affectabat, & hoc cum gratia Apoſtolici Innocentii faciebat, qui eo tempore in Gallia cõmorans diuerſis in locis concilia celebrabat, vbi eum legati Treuirorum adeuntes, vt electionem firmare & perficere nõ differret, poſtulabant: quibus reſpondit, vt alium ad hoc idoneum eligerent, quem vellent. Nec enim Brunonem vel ipſos vel alterius Eccleſiæ filios Epiſcopum habere poſſe. Iſtud reſponſum apud Leodium in quadrageſima acceperunt: ſequenti paſcha, cum Rex Lotharius omneſq; principes Treuirim conueniſſent, pars cleri Primicerium Metenſem Alberonem eligebant: principes tamen & populus acriter repugnabant: qua diſſenſione per continuum annũ protracta, tandẽ iuſſu Apoſtolici & imperio regali ſedata. Altero Paſcha intronizatus eſt Albero An. ſalutis MCXXXII. Pontificatus Innocentii Papæ ſecundi anno III. & præfuit annis XX. Is omnia oppignerata, aut in beneficiũ tradita ab anteceſſoribus ſuis redemit, & violenter detentæ

ad Ec-

ad Eccleſiæ proprietatem reuocauit. Audiens verò caſtrum ſuum dictum Arrem à fratribus Wernhero & Ioanne de Weſterburch expugnatum eſſe, per cortinam capitis ſui iurauit, nunquam barbam ſe raſurum, niſi prius Weſterborch deiecciſſet & Arrem recepiſſet, quod cum ad effectum perduxiſſet, Treuirim cum triumpho glorioſe eſt reuerſus, & ſecum Meginheri anteceſſoris ſui corpus de Parma violenter receptum, in Eccleſia B. Petri iuxta Brunonem reduxit. Tandem ipſe Albero Archiepiſcopus XIV. Calend. Februarii obiit Confluentiæ, qui Treuirim relatus & qualibet die in vnam Eccleſiarum ex æquali planctu deportatus, die XI. in B. Petri Apoſtoli Eccleſia iuxta altare Sanctorum Coſmæ & Damiani, vbi conſueuit orare, tumulatus eſt. (Hæc ex Chronicis.)

Colonienſis.

Venerabilis Bruno huius nominis ſecundus, 38. loco ſucceſſit ad regimen Colonienſis Eccleſiæ An. Domini MCXXXII. Pontificatus Innocentii Papæ ſecundi anno tertio, & præfuit annis ſex; nec ipſe canonice Epiſcopatum adeptus. Nam poſt obitum præfati Frederici maiores & canonici elegerunt vnanimiter Godefridum præpoſitum Xantenſem, virum honeſtum & prudentem: Sed pendente ordinatione, prædictus Bruno tunc præpoſitus Sancti Gereonis Colonienſis, conſilio propinquorum ſuorum reuocatus à Francia, vbi ſtudio doctrinæ vacabat, quibuſdam ſibi fauentibus, ſchiſma in clero & populo pro tali electione fecit. Erat enim miræ facundiæ & ſophiſticæ locutionis, nulli poſtponendus. Itaq; inuidorum & pacis inimicorum perſeuerante diſcordia, ſublata fuit illa canonica electio, & præſente Imperatore Lothario & fauente, idem Bruno eſt introniſatus. Deinde cum Imperator Lotharius expeditionem in Italiam & Calabriam indixiſſet, cum eo idem Epiſcopus proficiſcitur, in diebus Pentecoſtes, apud Barum ciuitatem Apuliæ, præſente Imperatore obiit, ſepultus ibidem. (Hæc ex Chronicis Pontific. Colonienſiũ.)

Leodienſis.

Venerabilis Dominus Albero ſecundus huius nominis ex clero Metenſi aſſumptus datur Leodienſibus Epiſcopus, qui legitur fuiſſe de proſapia Namurcenſi, filium ſororis eius fuiſſe Ducem Louanii: cæpit autem ſecundum chronicum Anno Domini MCXXXVI. Pontificatus Innocentii ſecundi anno ſeptimo, præfuit annis decem, in quodam chronico dicitur annis XV. ſed primum eſt rectius. Iſte partes laceratas Epiſcopatus recolligit, & damna recuperat: Vnde anno Epiſcopatus ſui quinto, ſalutis ſcilicet anno MCXL. exorta diſcordia inter ipſum & Henricum Comitem Namurcenſem, multa hinc inde contigerunt mala, prædæ & incendia, cædes & homicidia. Cauſa huius diſcordiæ erat, quia Comes Namurcenſis ex improuiſo aggreſſus oppidum, (quod Foſſis dicitur, & nomen à ſitu loci habet) multis captis aut occiſis, multa præda abducta, oppidum totum cum monaſterio Beati Foillani combuſſit, & ædificia lapidea quæcunque eminentiora erant, deſtruxit. (Hæc Chronographus.)

Anno Epiſcopatus ſui ſexto Dominus Albero dolens, fraudulenta inuaſione Comitis Barri Raynaldi iam per ſeptem annos violenter retineri caſtrum Bullionum, quod cum omnibus appendiciis ſuis Obertus Epiſcopus multa ſumma argenti acquiſiuerat Epiſcopio Leodienſi: nec ferens tanti honoris & commodi ad præſens ſibi, & in poſterum auferri Eccleſiæ Dei, oportunitatem exſpectabat, qua iuſte repeteret, quod Eccleſia iniuſte amiſerat. Deus autem, qui ei ad hoc dederat affectum bonæ voluntatis, dedit & effectum: inſpecta enim oportunitate caſtrum obſedit cum multa equitum peditumq; multitudine, plus tamen de diuino, quàm humano confidens auxilio: & corpus Sancti Lamberti ad locum obſidionis iuſſit deferri, ſic ſperans, quod inchoauerat, proſperari poſſe & accelerari. Nec fruſtratus eſt ſpe ſua. In paucis enim diebus caſtrum recepit cum Dei & Sancti Lamberti auxilio, quod multo tempore, & labore nimio vix longa reddidiſſet obſidio. Quanta ibi contigerint, & quanta etiam nunc contingant ad corpus Beati Lamberti miraculorum inſignia, quia non eſt huius operis, prudentioribus relinquamus æſtimanda, vel, ſi eis placuerit, deſcribenda. Non eſt tamen ſilentio prætereundum, quod prædictus Comes Barrenſis Raynaldus ita Papam per Haymericum & ſimiliter Imperatorem per domeſticos ſuos ad ſuam partem attraxerat, vt ab omni iure humano, tam ſeculari, quam Eccleſiaſtico cauſa Leodienſis

Ecclesiæ esset destituta. Sed ita miraculosè in aduentu B. Lamberti castrum recepit Episcopus, quia vnus de duobus filiis Ducis, Hugo nomine, qui erat in castro, in insaniam versus, mortuus est: alter verò Raynaldus iunior, Deo permittente euasit incolumis. (Hæc Albericus.) Eiectis ex castro aduersariis feretrum intus missum XI. Calend. Octob. & postea Leodium cum gaudio est relatum. Fuerunt in expeditione illa centum millia peditum, & militum tria millia, qui in die S. Lamberti insultum fortem fecerunt, sed nihil profecerunt. Episcopus igitur quarto Calend. Maii fecit Leodii agi festum triumphi & translationis B. Lamberti, qua de Traiecto Leodium à B. Huberto erat translatus. Iste Albero contulit in Synodo Abbati Sancti Egidii præbendam Sancti Dionysii, quia inter abbates non habebat cappam sericam propter nimiam paupertatem. Istius etiam temporibus in Ecclesia Leodiēsi memoria Beatę Mariæ semel in hebdomada faciēda inoleuit, quæ nunquam antea fiebat. Tunc Coloniæ quidam ex patre Iudæo conuerso communicans in Pascha corpus Christi, in ore deportauit domum, festinans, sed Ecclesiam egressus terretur, & illud in fossa sepelit; cum sacerdos superueniens fossam aperit, infantis formā inueniens, quam ad Ecclesiam deferre vult, sed luce cælitus emissa è manibus elabens infans, cælos petiit. Sub hoc Alberone cæpit ruere disciplina clericalis: per claustrum equi, & mulieres in domibus habitabant: præbendæ venales erant: ciues filias suas sine graduum discretione clericis & laicis dabant vxores: presbyteri bis in die missam cantabant. Vnde præpositus S. Lamberti Henricus de Leye ad Papam missus est, qui Alberonem citauit, & dum reuerteretur à curia, moritur horrida febri. Ortinæ sepultus sexto Calend. Aprilis. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Item anno Domini MCXLVII. in Anglia Wilhelmus puer crucifigitur à Iudæis in die Parasceues in vrbe Norwico, de quo talis visio legitur: Puer quidam, nomine Wilhelmus annorum XV. &c. (vide Vincentium in speculo historiali lib. 28. capitulo 85.) Item hæresis Cunitarum per Britanniam pullulat: cuius princeps erat quidam peruersæ mentis Cunus nomine. Vnde Albericus: Imò, vt verius dicatur, maxima hæresis Popelicanorum Henrici apostatæ, pessimi quondam nigri monachi, in terra Albigentium pullulauit, qui cum esset idiota, & ipsos apices literarum vix cognosceret, tamen polluto ore de libris diuinis tractabat & disputabat: nefario ausu absque sacris ordinibus missas celebrabat indignè, ad errorem & subuersionem perditorū hominum: Episcopos etiam & Archiepiscopos his, qui sibi adhærebant, ordinabat: multa quoque alia faciebat scelerata & legi diuinæ contraria: sed postremum diabolico spiritu completus, in tantam prorupit insaniam, vt diceret & credi cogeret, se esse filium Dei, affirmans se esse eum, per quem sacerdotes in Ecclesia generalem collectam solent terminare, dicendo (per eund. Dominum nostrū.) Quam turpia verò & execrabilia agant in abscondito hæretici isti, bonum est silentio tegere, ne horrorem incutiant, vel etiam errorem generent infirmis auditoribus; Contra tam pestiferam hæresin missi sunt à Deo Papa, Ostiensis Episcopus & legatus vir venerabilis Albericus & Carnutensis Episcopus Gaufridus, vir religiosus, & Abbas Clareuallensis beatus Bernardus: sed tum prædictus hæreticus Henricus diu latuit: tamen tandem à quodam Episcopo captus & Rhemos ad Papam Eugenium dictus fuit.

Hic Henricus Luthero similimus fuit, & pene eadem quæ ille, docuit. Habent igitur Lutheriani ex antiquitate patronū: Gaudeāt omnes.

Anno Domini MCXLIV. facta est in Hybernia mirabilis visio de pœnis inferni & gaudiis Paradisi, quæ Tundali visio appellatur: quam qui plene scire desiderat, in speculo historiali Vincentium consulat, libr. 28. cap. 89. quanquam in S. Bernardo diuersis locis, & in eius vita idem reperiet.

Anno Dom. MCXL. paludes & fontes, qui per aliquot annos tanta defecerant siccitate, vt putarentur non posse denuo refluere, sic rursus inundant, vt solito maiores aquas emitterent. Eodem anno habitaculum Carthusiensium, seruorum Dei in loco qui dicitur ad montem Dei, construitur, ad quos B. Bernardus Clareuallensis Abbas egregiam scribit epistolam, quæ à multis habetur. Tum Ioannes de Temporibus moritur, qui annis CCCLXI. vixerat, à tempore Caroli Magni, cuius armiger fuerat. (Hæc Vincentius.)

Eodem tempore Henricus germanus Ludouici Regis Franciæ apud Claram

vallem

vallem monachus effectus est, qui non multo post ad Episcopatum Beluacensem (aliàs Rhemensem) assumptus est. Eclipsis Solis facta est IV. Nonas Aprilis, adueſperascente iam die, & cælo sereniſſimo existente, Sol quasi tetro velamine videbatur circumfusus ecliptica caligine. (Hæc Helinandus.)

Anno Dom. MCXLII. plaga ignis diuini multos adurit, sed per intercessionem S. Dei genitricis Mariæ aliorumq; Sanctorum multis ista ægritudine laborantibus, misericordia Dei subuenit.

Item Anno Dom. MCXLIII. per industriam Abbatis Petri Cluniacensis liber, qui dicitur Alchoranus cum tota secta impii & pseudoprophetæ Machumet de Arabico in Latinum translatus est, hac ratione, vt sciret catholica ecclesia quàm vilis & quàm friuola, & quam apertis mendaciis plena sit ista seductoris doctrina: quæ à tempore Beati Gregorii paulo post (id est à tempore Imperatoris Heraclii) Sarracenorum populos infecit. Et hic erat annus alhigeræ DXXXVII. Alhigerat autem dicitur sublimatio in Prophetam, id est, annus ille quo primum creditus est, siue ab omnibus eleuatus est Machometus in Prophetam: & ab illo anno Sarraceni computãt annos suos sicut nos ab incarnatione Domini computamus.

Anno Dom. MCXLV. ventus vehementissimus extitit, vt syluas, templa, turres & ædificia, quæ putabantur firmissima, aut funditus subuerteret, aut magna ex parte destrueret. Fames grauissima hoc anno multos afflixit: multos panis penuria confecit. In regno autem Anglorum in tantum dicitur prævaluisse, vt maximam vtriusq; sexus multitudinem contigerit fame mori: nec tantummodo pauperes & mediocres, sed & eorum multi, qui putabantur sibi sufficientes esse, duro famis gladio prourgente coacti sunt in loca alia migrare, vt malum inopiæ, si non ex toto euitare, saltem subleuare possent. Messis triticeæ maturitas & collectio prouenit tardius solito, vt multitudine pluuiæ impediente, messores vix VIII. Calen. Septemb. meterent: quod aliquoties vidimus eos VIII. Calend. Augusti solere. Vineæ & arbores fructiferæ non exhibuerunt consuetam vbertatem, sed in prouentu difficultatem, in fructibus habuerunt raritatem & acerbitatem. Beatus Bernardus abbas Clareuallis in Almannia de mandato Papæ crucem prædicando virtutes multas & magnas fecit, inter quas & mortuum resuscitauit. Cum autem esset in via ad vrbem Spiram, tantus Beato viro venit obuiam confluxus, vt Conradus Imp. deposita chlamyde, cum populus eum opprimeret, in proprias vlnas suscipiens de Basilica eum asportaret: qui Spira per Coloniam venit Leodium: in qua via multi nobiles per manũ ipsius se Domino mancipauerũt. Apud Leodium verò iuxta Ecclesiã B. Lamberti in prato quod dicitur Episcopi, publice prædicauit, & in ipso palatio, in præsentia Episc. Henrici tria miracula fecit, qua occasione Episc. Henricus cõpunctus Abbatiã de Alua fundauit.

Anno Dom. MCXLVII. fames permaxima Franciam grauat, & in Lingonensi Parochia apud Operinandum deprehensus quidam carnes hominum occisorum coctas vendere, à pauperibus suspenditur.

Anno sequ. eclipsis Solis facta est circa tertiam horam diei, VIII. Cal. Nouembr. in prima feria, necdum quoq; ad purum redintegrato solari lumine, sed adhuc circumfusa ecliptica caligine stellam in aere conspicabilem multi suspexerunt. Fuerunt etiam alii, qui dixerũt se in ipso orbe Solis maiestatem Diuinam vidisse, eo modo, quo à pictoribus in libris depingi solet.

Anno Dom. MCXLIX. terrores de cælo & tempestates vltra solitum, aliàs clementius, aliàs inclementius acciderunt. Mense Martio VIII. Calend. April. cum dies iam ad vesperam declinaret grauissima fuere tonitrua cum ingenti coruscatione & procellosa pluuia: non autem euenit tunc quod alio tempore euenire solet, vt sonus ille ad aures hominum paulatim perueniat, ac deinde crescat in maius, sed ita repente & insperate increpuit fragor ex tonitru, vt omnes qui audierunt magno metu & admiratione concuteret. Mense Iulio in diuersis locis magna tonitruum & fulgurum cum tempestatum procella intonuit. Sed in castro Laudunensi plus quam alias vis tempestatis desæuit. Nam in monasterio S. Vincentii cum monachi completorium cantarent, fulmen irrupit basilicam & duos monachos in choro stantes percussit & extinxit. Inde ad maius altare peruolans pallas linteas, quæ altare velabant, exussit:

accidit autem quiddam ibi mirabile, quia maior palla, qua desuper altare totum ambiebat, aliis pallis ardentibus ardere non potuit. Alia multa in eadem basilica ex ictu fulminis acciderunt, sed sufficiunt hæc ad cognoscendum quantus sit terror diuinæ districtionis.

Anno seq. eclipsis Lunæ fuit XI. Calend. Aprilis circa horam nonam noctis Sabbatho ante ramos palmarũ & ventorũ intemperies secuta est per quatuor continuos dies. In quarta feria autem ventus maximus, & nimia fuit pluuiarũ abundantia, qua die in terra Neruiorum iuxta Gandauum sacerdos missa celebrata, fulmine ictus occubuit, & in territorio Remensi quidam clericus tempestate periit. Tonitrua, grandines, tempestates diuersa hoc anno magna hominibus intulerunt incõmoda.

Anno Dom. MCLIV. moritur beatissimus abbas Bernardus XIII. Calen. Septemb. CLX. monachorum pater, cuius vita & doctrina in tantum excellit, vt nihil sit quicquid in eius laudem dictum fuerit. Eodem anno in Burgundia fit terræ motus ter in nocte vna, & multa ædificia corruerunt.

Anno Dom. MCLVI. signum crucis apparuit in Luna. Hæc Vincentius. An. sequenti tres Lunæ visæ sunt, & in media signum crucis. Hæc Albericus.

Anno Dom. MCLX. Non. Septem. tres Soles visi sunt in parte occidẽtali, sed duobus deficientibus, Sol verus, qui medius erat, remansit vsq; ad occasum.

Anno seq. fit eclipsis Lunæ, & moritur Regina Franciæ vxor Regis Ludouici, filia Imperatoris Hispaniæ, fœmina vitæ laudabilis, & artibus clara, moribusq; peror-
nata: & in monasterio B. Dionysii ad sinistram maioris altaris cum maximo honore sepelitur. Hæc Vincentius.

Item An. Dom. MCLXVI. in Ruthenensi pago tempestas graui flagello castigauit populum Dei. Nam lupi feroces ab vberibus matrum paruulos rapiebant, & diris morsibus deuorabant. Hæc pestilentia sedata est, & multa alia miracula per B. Mariam virginem de Rupe amatoris.

Anno Dom. MCLXX. in Sicilia vrbs Cathania ante horam primam terræ motu subuertitur: vniuersus clerus Abbas de Mileto cũ 40. monachis, omnis populus circiter quindecim millia pereunt morte repentina, pluraq; castella per Siciliam hora eadem cum innumerabili populo concussa sunt. (Hæc ex chronicis.)

Anno seq. tertio Cal. Ianuarii, & tertia feria, tonitrua horribilia cum fulminibus audiuntur: horribilis terræ motus in partibus transmarinis, in quo innumerabilis populus Christianorum & Paganorum perit, & vrbes multæ subuertuntur & magna pars Antiochiæ: ciuitas Ierusalem valde contremuit, sed miserante Deo non perit.

Item Anno Dom. MCLXXIII. in diœcesi Suessionensi super Axonam fluuiũ villa, quæ dicitur Bitorici, contigit, vt puella porcum prægnantem in caueam hominibus ignotam secuta, repererit ibi senem ignotum & multos thesauros. Itaque reuersa ad dominam suam, quæ erat eius nouerca, cum ei & aliis ad se venientibus multa ventura prædiceret, cæperunt ad illam vndique concurrere, qui noua audire cupiebant. Quo cognito Episcopus sub excommunicatione interdixit, ne quis vlterius ad illam sciscitandi gratia accederet, quia variæ sunt & multiplices dæmonum illusiones, quibus credere non debemus. Tertio Idus Februarii apparent igneæ acies in cælo de nocte & lux tanta emicat, vt quilibet nummus posset agnosci, cuius monetæ sit.

Anno seq. facta est dedicatio Ecclesiæ Clareuallensis, & canonisatio B. Bernardi & eleuatio eius, vbi affuit Dominus Wychardus Lugdunensis Archiepiscopus: & sequenti anno in Capitulo generali receperunt cantum de Beato Bernhardo, & cantum de Sancta Trinitate. Aquarum tanta fit inundatio mense Nouembri, quantam nemo se asserit vidisse vel audiuisse post generale diluuium. Et anno sequenti vehementissima fames vrget non tantum pauperes, sed etiam potentes.

Item Anno Dom. MCLXXVIII. fit eclipsis Solis in mense Septembri, vigilia Sanctæ crucis, quarta feria, hora sexta, &c.

Colonienſia. Hugo post Brunonem datus est Colonienſibus Archiepiscopus Anno Dom. MCXXXVIII. Pontificatus Innocentii huius nominis secundi An. IX. qui dum Romam adiret

adiret consecrandus, peregre est defunctus, & infra duos menses vita & sacerdotio priuatus in Apulia penes antecessorem suum sepelitur. Item in alio Chronico sic habetur. Hugo prius maioris Ecclesiæ Decanus, qui per Innocentium Papam secundum in Archiepiscopum Colonienſem consecratus paucis superuixit diebus, dictum Imperatorem similiter in Italiam comitatus, & apud Garam ciuitatem defunctus iuxta suum antecessorem ibidem est tumulatus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Eodem Anno salutis, quo & venerabilis Hugo quondam Colonienſis Ecclesiæ Sancti Petri Decanus defunctus est, quadragesimus succedit in pontificatu Colonienſis Ecclesiæ venerabilis Arnoldus huius nominis primus, S. Andreæ Colonienſis prius præpositus. In alio chronico habetur, quod fuerit præpositus ad Apostolos in Colonia: sedit annis XVII. Iste in initio admodum aptus & idoneus visus est: ad extremũ verò deprauatus cunctis vilescere cæpit. Quapropter cum his temporibus per Eugenium Papam tertium apud Rhemos fuisset generale cõcilium habitum, idem Arnoldus à concilio absens, de simonia accusatus vnà cum Archiepiscopo Moguntinenſi similiter absente, sententiam depositionis accepit: dictis verò duobus Archiepiscopis pro sua reconciliatione Romam accedentibus, & dicto Moguntinenſi archiepiscopo gratiam obtinente, Arnoldus Colonienſis Archiepiscopus reconciliationem impetrare non potuit, cum tamen pro reconciliatione obtinenda plurima obtulisset. Sepultus est Coloniæ ad S. Andream. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Post obitum Andreæ Pontificis Hardebertus de Beren natione Friso, vir valde glorioſus, XXVI. Traiectenſis substitutus est Episcopus, vir constans & in Ecclesiastica disciplina multum feruidus. Cæpit autem an. Dom. quo & Hugo Archiepiscopus Colonienſis. Istius tempore Conradus Romanorum rex dedit Ecclesiis Traiectenſibus autoritatẽ eligendi Episcopum Traiectenſem: quod Eugenius tertius cõfirmauit. Iste etiam Episcopus Romanam curiam pro quibusdam causis necessariis adiit, & in reuersione grauem seditionẽ reperit in Trenta: Oppidani namq; Groningiæ inter se tumultuantes munierunt Ecclesiam B. Walburgis in modum castri cum excelsis propugnaculis, decertantes ex ea sagittis, saxis & fundibulis. Episcopus ergo pro tali tumultu Groningiam festinanter adiens, seditioſos viros ab eadem Ecclesia tormentis absterruit, quos omnes sub sacramẽto vouere compulit, ne deinceps domum Dei facerent belli locum, & vt oppidum munimento muri cingerent. Sed idem Episcopus in damnabile grauamen totius Episcopatus germanos fratres suos exaltare desiderans, dedit illis feuda, vni præfecturam Groningiæ, & alteri castellanatum Kouordiæ: cum antea Episcopi aut per se ipsos, vel per suos villicos eadem regerent, ac in eis nemine molestante cuncta libere dispensarent. Eisdem diebus Otto Palatinus Comes de Rymach, Castellanus in Benthem, sororius Theoderici Comitis Hollandiæ huius nominis sexti, Trentam deuastare studuit, nec quispiam ex parte pontificis obstare potuit. Episcopus autem contrà, aggregatis equitibus, quos Dominus Hugo Buter fortissimus Theutonicorũ ducere præsumpsit. Eidem Palatino penes Oiuerschen in fremitu vociferantium & sonitu tubicinantium occurrit, & cum eodem Palatino campestre bellum gessit: sed plurimis ex parte Palatini peremptis, & multis infra latibula siluarum fugatis, Otto de Bicle Comes occisus est, & Otto Palatinus, exhinc in deditionem transiens, Traiectum transmissus in captiuitate iucundissima seruatus est. Theodericus igitur Comes Hollandiæ, audiens clarissimum sororium suum in carcere detentum, & exercitum eius ab Episcopo superatum, robur totius potestatis suæ contraxit: milites stipendiarios duxit, ciuitatem obsidione cinxit: papiliones in gyrum erexit: & imagines ad vrbis introitum terribiliter adoptauit. Cum autem ad assultum ciuitatis præparata omnia & erecta starent instrumenta valde terribilia, quibus idem Comes muros impugnaret, mansiones contereret, flammigerum rogum hinc inde respergeret, Episcopus contra tantum exercitũ non habens sufficientẽ rebellandi copiam, sed potius imminentem necessariorum indigentiam cogitauit, vt pastor bonus, cor-

Traiectenſes.

pus suum & animam pro suis ouibus audacter exponere, & ciuitatem suam à duris insultibus instanter eripere. Quapropter vniuerso clero conuocato simul & populo, dictus præsul sermonem faciens, præcepit per excommunicationem & decollationis sententiam laico populo, ne isto die portas vrbis exire præsumerent, sed magis pro defensione ciuitatis cacumina murorum ascenderent: qui statim cum omni clero spiritualem armaturam induit, valuas vrbis cum vexillis cruce signatis exiit, & tam seipsum, quam suos imminenti martyrio constanter exposuit. Processit vniuersus clerus secundum gradus sui ordinem in albis, quem idem antistes nouissime sequebatur in pontificalibus ornamentis, fulmineum ignem gerens in manibus, vt ipsum Comitem anathematisaret cum suis complicibus: & ecce tumultus ingens oritur in castris Comitis; cum Hollandini visis vexillis & viris candidis, Episcopum machinari bellum cum armatis ciuibus putarent. Nec mora, quin Theodericus Comes contra iuberet tubis horrisonis clangere, rutilantia signa tollere, & Episcopali cuneo certatim occurrere. Hollandiensis autē populus pro cōmittendo prælio proxime accedentes, inspexerūt clerum inermem, pacem potius, quam discordiam exquirentem, vnde admirari cæperunt cōstantem animum eiusdem Pontificis & manus suas vnanimiter ab effusione sanguinis continuerunt. Theodericus itaq; Comes his agnitis, in se reuersus, erubuit, & de proposito malæ voluntatis compunctus ingemuit; qui statim abiiciens pileum fraxineum, galeam splendidā, leoninum clypeum & paramentū aureum, discalciatus flexis genib. expetiuit veniam, orans ne fulminaret in se excōmunicationis sententiam: Episcopus a. pœnitentem Comitem gratāter erexit, quem cum osculo pacis in reconciliationē susceptit: quo modo principes prædicti, inspirante Deo, amici facti, & cunctis diebus vitę suæ perpetuæ dilectionis vinculo connodati sunt. Nam & idē Pontifex extunc Ottonem Palatinū amore Theoderici Comitis à carcere relaxauit, & ipse Palatinus castrum suum de Benthem beato Martino tradens in feudum ab Episcopo recepit. Sed paulo post dictus Palatinus vir miræ venustatis ab Hermanno Comite de Stalick indigna morte peremptus est, & Otto de Hollandia filius sororis suæ comitatum de Benthem susciens, Castellanus effectus est.

Anno præsulatus Hardeberti XI. ciuitas Traiectensis inextinguibili coruscabat incendio, & plures Ecclesiæ, videlicet Beatorum Martini, Petri & Pauli & Ioannis eodem crematæ sunt incendio. Templum autem S. Saluatoris cuentu mirabili permansit saluum, & altare B. Stephani prothomartyris vbiq; seruabatur illæsum. Est autem capella primordialis, contigua templo Sancti Saluatoris, ædificata tempore beati Willibrordi in honorem Sanctæ crucis, quam eadem flamma cum omnibus infra contentis in fauillam exussit, sed imago Sancti Saluatoris prorsus incombusta permansit. Hanc igitur sacrosanctam imaginem clerus & populus deuotionis honorificentia condigne susceperunt, quam ad vicinam Ecclesiam cum hymnis & psalmodiis transportarunt. Tandem Hardebertus Episcopus tertio Idus Nouembris migrauit ad Christum, postquam annis XII. Traiectensem rexisset Ecclesiam, tumulatus in Ecclesia Traiectensi, vbi requiescit, qui dudum Comitatus Oestergouiæ & Westergouiæ de manu Conradi Regis rursus accepit. (Hæc ex chronicis Traiectensib.)

Conradus III. Imp.

Post mortem Regis Lotharii non ferentes principes Theutonici regni à stirpe regia extraneum sibi dominari Regem, constituerūt Conradum tertium virum regii generis, nepotem ex sorore Henrici quinti Regis, quarti Imperatoris huius nominis. Cæpit is An. Dom. MCXXXVIII. Mundi verò MMMMMMCCCXXXVI. & regnauit annis XV. (Hæc ex chronicis.) Episcopus Otto ita refert: Defuncto in autumno sine filiis Imperatore Lothario, conuentus generalis principum Moguntiæ in proxima Pentecoste condicitur. Quidam a. ex principibus timentes, ne forte in generali curia Henricus dux, qui tunc præcipui nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam præualeret, circa mediā quadragesimam cōcilio habito in oppido Galliæ Confluentia, conuentū celebrant, ibiq; Conradū Imperatoris Henrici sororium, de quo supra diximus, præsente Theodwino Episcopo Cardinali ac S. Rom. Ecclesiæ legato summi Pontificis ac totius Rom. populi vrbiumq; Italiæ assensu permittente, Regem creant, qui mox ad palatium Aquas veniens a prædicto Cardinali, (quia Colonien-

sis

nienſis Hugo, qui id facere iure debuerat, nouiter intronisatus pallio carebat) cooperantibus Colonienſi & Treuirenſi Archiepiſcopis cum cæteris Epiſcopis in Regem vngitur. At Saxones & Dux Henricus, aliiq;, qui electioni nõ interfuerant Regem non legitime, ſed per ſubreptionem electum calumniabantur, quibus omnibus in proxima Pentecoſte generalis curia in Bauenbergh indicitur. Itaq; Conradus Rex in Pentecoſte curiam in prædicta ciuitate, vt condictum erat, cum maximo regni faſtigio maximoq; conuentu principum habuit, vbi omnes Saxones ſimul cum viduata Imperatrice Richſa venientes, vltrò ſe ſuæ ditioni ſubdidere, ſolus ex principibus Henricus Dux regalia ſeruans aberat, ad quæ reddenda in feſtiuitate Apoſtolorum Petri & Pauli dies ei Ratisbonæ præfigitur: quo veniens regalia quidem reddidit, ſed tamen ante conſpectum Regis non admiſſus, infecto pacis negocio, ſine gratia receſſit, cumque multis modis homo prius animoſus & elatus, ſed nutu Dei humiliatus, poſtmodum miſericordiam peteret nec impetraret, tandẽ iudicio principum apud Herbipolim proſcribitur, ac proxima natiuitate Domini in palatio Goſlarienſi ducatus ei abiudicatur: &, mirum dictu, princeps antea potentiſſimus, & cuius auctoritas, vt ipſa gloriatur, à mari vſq; ad mare, id eſt, à Dania vſq; in Siciliam extendebatur, in tantam, in breui, humilitatem venit, vt pene omnibus fidelibus & amicis ſuis in Bauaria à ſe deficientibus, clam inde egreſſus, quatuor tantum comitatus ſociis, in Saxoniam veniret. (Hæc qui ſupra.)

Anno eiuſdem Conradi II. Henricus dux Baioariorũ adhuc contrarius exiſtens Conrado Regi, nec attendens illud dictum, (mundanæ ſapientiæ leuius fit patientia quicquid nefas eſt corrigere) irremediabili morbo triſtitiæ peruenit ad extrema vitæ: & Conradus Rex Baioariam ingreſſus ducatum Leopoldo Iuniori, Leopoldi maioris filio fratri ſuo ex parte matris tradidit, & exhinc prouincia illa multis malis ſubiacere cæpit. (Hæc Epiſcopus Otto.)

Anno IV. regni Conradi, Conradus Rex quoſdam regni ſui optimates ſibi reſiſtentes, cogit ſuo parere imperio, munitiones eorum oppugnando aut expugnando. Item vſq; ad annum IX. iſtius Conradi regis pertingit narratio Epiſcopi Ottonis, qui fuit vir nobilis, & monachus monaſterii Morimundenſis, & vna die electus in abbatem eiuſdem loci, ſequenti die factus in Bauaria Epiſcopus Friſingenſis, cum eſſet frater Imperatoris Conradi ex matre, filius videlicet Lupoldi Ducis Auſtriæ. (Hæc Albericus.)

Anno Conradi Imp. decimo ad prædicationem B. Bernardi ipſe Imperator Conradus & Ludouicus Rex Franciæ cruce ſignati iter arripiunt, & facta eſt maxima in Turcas expeditio, quæ tertia dicitur, quia primam fecit Carolus, & ſecunda dicitur Antiochena. Item anno regni iſtius Conradi XIV. moritur apud Vindunum Oſtienſis Epiſcopus Cardinalis, dominus Albericus, ad cuius tumulum B. Bernardus miſſam pro eo celebrans, cum veniſſet ad collectam poſt concionem pro mortuo, dimiſit & collectam de confeſſore dixit. In quodã chronico habetur, quod Rex Conradus de tranſmarinis partibus reuerſus apud Bauenbergh infirmitate decumbens vita deceſſerit XI. Calend. Martii, & ſepultus ſit in eadem ciuitate. Iſte licet benedictionem imperialem non habuerit, erat tamen vir virtute militari, ſtrenuus, &, quod Regem decuit, valde animoſus & præclarus.

Godefridus huius nominis ſecundus dux Lotharingiæ, Comes & Marchio patri Godefrido ſuccedens, adeo ab Imperatore Conrado huius nominis tertio diligitur, vt eum paterni honoris ſucceſſorem faceret, & Luytgarden ſororem coniugis ſuæ in vxorem traderet, quæ erat filia Ducis de Saltzenbach, ex qua genuit Godefridum Ducem tertium & Marchionem. Cæpit autem An. Dom. MCXL. regni Conradi Regis huius nominis tertii an. III. Rexit annis quatuor: quibus graues habuit altercationes cum Comite Lymburgenſi, & per terrorem abſtulit ab eo, oppidum S. Trudonis & ciuitatem Aquenſem, quam cum multa potentia ingreſſus per biduum in ſede iudiciaria reſedit; exactiones, quas Ducem Lotharingiæ exigere decebat, exegit: oppidanos ſuæ fidelitati aſtrinxit, & ne Henrici Comitis Lymburgenſis fautores eſſent, oſtentatione potentiæ ſuæ deterruit. *Lotharingi-ca.*

Anno ducatus Godefridi tertio in vicinia Louanienſi mel ſtillauit de cælo in

medium roris, quod verum mel fuisse probauerunt multi visu, gustu & contrectatione. Tandem Godefridus iunior, Dux Lotharingiæ, quarto sui Ducatus anno, immatura morte præripitur, hepatica passione consumptus & Louanii in templo tumulatus, in parte Australi chori. Item in parochia Gemblacensi natus est puer monstruosus, qui miraculo & horrori se aspicientibus fuit, sed postmodū obiit. (Hæc ex chronicis.)

Romana. Cælestinus secundus, natione Frisius, de castro Fælicitatis, cæpit Anno Domini MCXLIV. (in quodam chronico dicitur XLIII.) sedit mensibus quinque, diebus 13. prius dictus Guido Castellanus: sepultus in Laterano. (Hæc Bernhardus.) Vnde etiam Albericus: Innocentio Cælestinus vir religione & literarum scientia præditus, cum magna vnanimitate electus successit. Vnde scribitur: Gregorius Papa, qui & Innocentius obiit, Guido, qui & Cælestinus dicitur, succedit. De isto Guidone in epistolis Beati Bernhardi memoratur, quod fuerit magistri Petri Abaclardi discipulus: sed non est magistrum in errore secutus.

Lotharingica. Defuncto Godefrido Mediano filius eius tertius dux Lotharingiæ, æquiuocus ei succedit, primum adhuc agens ætatis annum, cui Conradus Rex Romanorū sicut antegenitari fecerat, cōcessit adhuc puerulo, quicquid beneficii & honoris antecessores habuerunt de manu Imperatoris. Cæpit autem An. Dom. MCXLIV. regni Conradi huius nominis tertii anno septimo, & rexit annis XLI. Quo in cunabulis adhuc reposito, optimates terræ nobili viro Waltero Bertholt, qui contra Ducem eo tempore rebellabat, se fortiter opposuerunt: & in obsidione cuiusdam inuincibilis castri barones & alii fideles ac subditi puerum de Bruxella in castra adductum cum cunis suspenderunt ad arborem, vexillum eius prope ipsum figentes: quæ res inimicis terrorem & fidelibus magnam præbebat audaciam, ita vt dicto castro, quod summa virtute vix capi poterat, per vim capto, combusto, & vsque ad solum diruto aduersarium cum suis ad deditionem tandem coegerint.

Anno ducatus eiusdem Godefridi nono, anno videlicet Dom. MCLII. in Ecclesia Sancti Nicolai, quæ constructa est in oppido Bruxellensi, Sancta Maria mater Ihesu Christi operata est tanta miracula, quanta à temporibus Apostolorum adeo magna & frequentia in tam breui tempore nusquam sunt audita.

Anno eiusdem Godefridi XII. (in multis autem chronicis habetur XVII.) Godefridus ipse Dux Margretam filiam Henrici Comitis Lymburgensis in coniugē sortitus est, per quod tandem rebus omnibus pace compositis, contentio longo tempore pertracta, ea conditione finita fuit. (Hæc Chronographus Affliginensis.) Iste Godefridus genuit ex præfata Margaretha de Lymborch Henricum huius nominis primum Ducem, & Albertum Episcopum Leodiensem, qui iuxta ciuitatē Remensem martyrisatus in Ecclesia S. Mariæ eiusdem ciuitatis quiescit: qua defuncta secundam duxit vxorem Ymaniam filiam Comitis Lossensis, de qua genuit Wilhelmum de Paerwys. Tandem Godefridus Dux anno ducatus sui XLII. obiit XI. Calen. Septemb. sepultus in Ecclesia S. Petri Louanensi ad partem Aquilonarem, vbi Margaretha prima eius vxor iacet sepulta: sed prius anno ducatus sui XXXVII. An. scilicet gratiæ MCLXXX. Hierosolymam profectus erat. (Hæc ex chronicis eorund. Ducum.)

Romana. Lucius secundus natione Bononiensis ex patre Alberto, cæpit an. Dom. MCXLIV. sedit mensibus XI. diebus quatuor, qui ante presbyter Cardinalis sanctæ crucis totam illam Ecclesiam & claustrum à fundo renouauit, sepultus in Ecclesia Lateranensi. (Hæc Martinus.) Vnde Albericus: Iste pro mansuetudine & humilitate sua, officio sacerdotali dignus, grauem à ciuibus persecutionē passus, humiles ad Regem Conradum literas mittit, tam suam oppressionem continentes quam de incolumitate & prosperitate eius Deo gratias agentes, ipsumq; ad patrocinium Rom. Ecclesiæ inuitantes in hunc modum: Lucius Episcopus seruus seruorum Dei charissimo filio Conrado Rom. Regi illustri salutem & Apostolicam benedictionē: Omne datum optimum & omne donū perfectum desursum est descendens à Patre luminum. Populus verò Rom. nullas vesaniæ suæ moras ponere volens senatoribus, quos ante instituerant, patricium adiiciunt, atq; ad hanc dignitatē Iordanem Petri Leonis filiū eligentes, omnia ei tanquam principi summittunt. Deinde Pontificem suum adeunt, & omnia

mnia regalia eius tam in vrbe, quam extra posita ad ius patricii sui reposcunt, eumq; more antiquorũ sacerdotum de decimis tantum & oblationib. sustentari oportere dicentes, de die in diem animam iusti affligere non timuerunt. Tandem Lucius Papa quotidianis crucibus ac tædio vitæ propter Romanorum insolentiam affectus, infra anni spatium pontificatus sui, diem obiit. (Hæc Albericus Monachus.) Mesopotamiæ populi ad fidẽ Christi maiori suorũ numero conuertuntur. (Hæc Matthæus.)

Eugenius tertius huius nominis, natione Pisanus à Cardinalibus eligitur ad papatum apud Ecclesiam S. Cæsarii in vrbe in cathedra S. Petri An. Dom. MCXLV. Sedit annis octo, mensib. VII, diebus XX. Vacauit sedes diebus duob. Iste dictus est Bernardus, monachus Clareuallis ordinis Cistertiensis, B. Bernardi discipulus, ac in sancta conuersatione filius: & fuit primus abbas S. Anastasii Romæ. Cum verò Cardinales primam eius electionẽ vellent irritam haberi, dixit coram omnib. Ego excommunico omnes illos, qui tractaturi sunt de electione Papæ, me viuẽte. (Hæc Albericus.) Vnde Episcopus Otto. Eugenius vir sanctitate ac religione perspicuus, cõmuni voto cleri & populi electus est: qui in principio dignitatis susceptæ, eõ quod totus populus ad tradẽda vrbi regalia ipsum sicut antecessorem suum sollicitare vellet, cum Episcopis & Cardinalibus vrbe cedit, ac proxima dominica in monasterio Parphensi consecratione pontificali ob persecutionis immanitatem morem mutans, sublimatur: Inde furorem populi Rom. declinans ad munita loca se transtulit, & Viterbium venies, ibi per aliquod tempus moram fecit. At populus Rom. cum patricio suo Iordane in furorem versus, præfecturæ dignitatem abolentes, omnes principes ac nobiles ex ciuibus ad subiectionem patricii compellunt, & non solum quorundam illustrium laicorum turres, sed & Cardinalium & clericorum domos subruentes, prædam immensam diripiunt: Ecclesiam etiam B. Petri omnium Ecclesiarum caput in castelli formã redigere sacrilege ac prophanissime nõ metuunt: peregrinos causa orationis aduenientes ad oblationẽ, quæstus gratia, plagis & verberib. cogunt: ac quosdam ex ipsis offerre nolentes in ipsa porticu & vestibulo templi, nepharia ausa occidere, non verentur: quos venerabilis pontifex (percussõ prius cum fautorib. quibusdam suis anathematis gladio Iordane) adiuncta Tiburtinis Romanorũ antiquis hostibus militia coercuit, tandemq; pacem petere coegit. (Hæc qui supra.) Ea tempestate Armeniorũ Episcopus, eorumq; mietropolitani, quem ipsi Catholicon (id est vniuersalem propter infinitũ, sub eo Episcoporum numerũ) vocant; legati ab vltimo pene oriente summum pontificem Eugenium Viterbii; laboriosum iter per annũ & sex menses complentes, adeunt; eiq; ex parte illius Ecclesiæ subiectionem omnimodam consalutando offerentes, causas viæ, nobis cum aliis multis præsentibus, apud veterem aulam aperiunt, quæ tales erant: Inter ipsos & Græcos quædam de ritu sacrificii similitudo est in quibusdam, in aliis verò discrepantia. Ponunt n. fermentatum panem, sicut illi & aquam cum vino admiscent, sicut nos & illi. Præterea natiuitatem Domini & Epiphaniam continuantes duas illas festiuitates vnam faciunt. Pro his & aliis dum inter se dissentirent, Romanam Ecclesiam iudicem eligentes, consultũ veniunt, formamq; sacrificii iuxta consuetudinẽ eius sibi tradi deposcunt: quos Romanus antistes grataner susciperis, missarũ solennibus ac sacrificii secretis adhibuit, diligenterq; ea, quæ fiebant, ibidem eos animaduertere monuit: quod dum facerent, intentiq; sacro altari starẽt, vnus ex eis pontificali dignitate præditus, sicuti post modum in plana curia retulit, in B. Martini octaua, quando dedicatio Ecclesiæ B. Petri celebrari solet, summo Pontifice Eugenio diuina ministeria agente, splẽdido fulgore radium Solis super caput eius coruscantẽ, & in ipso duas columbas ascendentes & descendentes vidit; cumq; diligẽtius hac illacq; oculos circumferret, nullumq; aditum, per quem lux illa transfunderetur, inueniret, diuinũ hoc esse cognoscens, ac ad obedientiam Rom. sedis amplius accensus, cunctis, quæ viderat, aperuit. Venerabilis patet non suis id meritis attribuens, sed ipsius potius fide cælitus hoc sibi monstratũ affirmabat, vt videlicet Ecclesia, à qua ipse missus erat, Sacramentorũ virtutem veritatis luce perfusa cognosceret, ac deinceps, qua reuerẽtia & forma tractare illa deberet, addisceret.

Eugenius Papa cum Romanis pacem fecit vt patriciatus dignitatẽ extirparent &

præfectum in priſtinam dignitatẽ reciperent: Senatores verò ex eius autoritate tẽnerent: ſicq; in vrbem rediens natiuitatẽ Domini celebrauit ibidem, incipiente anno Dom. MCXLIV. vbi rurſum à populo Rom. pro excidio tantum Tiburtinorũ de die in diem ſollicitatur, vt à Lateranenſi palatio (improbitatẽ eorum non ſuſtinens) ad Tranſtyberinam regionem migrans animam ſuam vitæ tædere confiteretur. (Hæc idem Otto.) Eodem tempore Petrus Tarentaſienſis Epiſcopus, vir integerrimæ religionis, magna miraculorum gratia claruit. Idem Papa Eugenius collecta generali Synodo Rhemis multa ſuper ſtatu Eccleſiæ tractauit & confirmauit: inter alia verò ſtatuit, vt decreta Innocentii Papæ prædeceſſoris ſui rata & inconuulſa permanerẽt: quicquid autem Petrus Leonis (alter Pſeudopropheta) ſtatuerat vel ordinauerat, irritum haberetur: promulgans in ſequentem modum ſententiam, ordinationes factas à filio Petri Leonis & ab aliis ſchiſmaticis & hæreticis euacuamus, & irritas eſſe cenſemus. In hanc Synodum adductus eſt Henricus Ille, quem diximus, hæreticus & præſentatus Papæ: qui in audientia omnium de ſua peruerſa hæreſi diſcuſſus & conuictus vitam quidẽ & membra Epiſcopo, qui eum adduxerat, expoſtulante, retinuit. Sed cum præcepto Papæ in cuſtodiam relegatus, & ibi nõ poſt multũ temporis mortuus eſt. In hac Synodo Rhemenſi Archiepiſcopi, Epiſcopi & abbates vſq; ad MC. reſediſſe dicuntur. In eodem concilio B. Bernardus contra Pictauienſem magiſtrum Gilbertum Porrectam de fide S. Trinitatis duobus diebus diſputauit. Meminit ipſe huius loci in ſermone 80. ſupra cantica canticorum. Iſtorum duorum verò (id eſt, Petri Abeelardi & Magiſtri Gilberti) quidam diſcipuli pro magiſtris nimium zelantes Beato Bernardo detrahere cæperunt, quorum vnus magiſter Stephanus de Aluierna dixit, ſe ipſum interfuiſſe Rhemenſi concilio, & Bernardũ noſtrũ nihil aduerſus Gilbertum ſuum prævaluiſſe. In magiſtro tamen Gilberto cõmendatur, q; Romæ correctus eſt, & quod fecit minorẽ gloſſaturam continuã in Pſalteriũ & in epiſtolas Pauli, ſecutus dicta B. Auguſtini, & quædã alia quę recipiũtur. (Hæc Alberic.)

Anno Eugenii VI. (vt refert Hugucio) Gratianus monachus de Cluſa ciuitate Tuſciæ natus, decretũ compoſuit. Tandem Eugenius Papa moritur, qui fuit Clareuallis monachus, à quo facta fuiſſe miracula certiſſimum eſt. Huius Epitaphium tale reperitur:

Hic habet Eugenius defunctus carne ſepulchrum,
Cui pia cum Chriſto viuere vita fuit.
Piſa virum genuit, quem Clareuallis alumnum
Exhibuit ſacræ religionis opus.
Hic ad Anaſtaſii translatus martyris ædem,
Ex abbate pater ſummus in vrbe fuit.
Eripuit ſollemne iubar mundiq; decorem
Iulius octauum Sole ferente diem.

Sepultus in Baſilica B. Petri.

Moritur ſtatim etiam Beatus Bernardus eodem Anno. (Hæc Bernardus.)

Balduinus huius nominis tertius inter reges Iheruſalẽ annorum XIII. Fulconi patri ſuccedens, regnauit annis XVII. Cæpit autem anno Dom. MCXLV. primo videlicet An. Eugenii Papæ huius nominis tertii. (Matthæus tamen Palmerii dicit Ann. Dom. MCXLII.) & regnauit Annis XXIV. qui in virilem euadens ætatem, ſicut elegantia formæ cæteris antecibat, ſic & viuacitate mentis & eloquentiæ flore reliquos animabat: cuius mater Regina Meliſſendis in Bethania monaſterium ædificat puellarũ prædiis & diuitiis regulariter ampliatũ. (Hæc Guido.) Anno incipiente ſcil. MCXLV. in ipſa ſacroſanctæ natiuitatis Chriſti ſolemnitate lugubre & miſerabile ex peccato Chriſtiani populi accidit in Oriente piaculũ. Sanguinus enim Halapenſis Syriæ & Meſopotamiæ, excepta Antiochia & Damaſco, princeps, Perſarum verò & Medorũ regis ſeu Soldani vaſallus Ediſſam, quæ nunc Ioachin dicitur, vnicũ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ pro magnitudine & abundantia ſua refugium, cum infinita Sarracenorũ multitudine circumdedit, ac in ipſa, vt dixi, natiuitate Domini irrupit, cunctis ibidẽ cum Epiſcopo vrbis Chriſtianis in ore gladii occiſis vel miſerabili captiuitate in ſeruitutem redactis, Eccleſias Chriſti, & præcipue Beatæ Mariæ ſemper virginis baſilicam: & eam, in qua corpus Sancti Thomæ Apoſtoli reconditum fuit, ad Saluatoris noſtri ignominiam ingrediens, ea, quæ non licebat, fœde polluit, noſtriſq; penitus exterminatis

Syrikcã.

minatis vel tributo subactis Sarracenos ibi ad habitandũ locauit. (Hæc Episc. Otto.)

Anno sequ. Sanguinus filius Auxungar, sceleratissimus Halapiæ princeps, capta Edissa ciuitate dum in obsidione cuiusdam ciuitatis super Euphraten sitæ, & dictæ Calogombar, perseueraret, suorum gladiis confossus interiit, vino tamen prius sepultus & oppressus nocturna crapula, quam occisus: quo nunciato, quidam satis eleganter exclamat ex nostris:

Quam bonus euentus sit vino sanguinolentus
Rex homicida reus nomine sanguineus.

In partibus transmarinis nobilis quidam ex Damascenis de Bostro quadam ciuitate tradenda cum rege paciscitur Balduino: Rex cum exercitu Bostrũ properat: Eyuardus Damascenorũ procurator cum multis Turcarum millibus obsistit: Procedẽs, exercitus Christianus infinita sustinet pericula sitis, ardoris & incursionis hostilis: ciuitatem reperit ab hostibus occupatam: rediens infecto negotio supra modum arctatur tam hostium periculis, quam locorũ: mittitur ad hostes pro pace legatus, qui vt se reddat minus suspectũ, si male cogitat super hoc, imprecatur se nõ rediturũ: quod dum ab his, ad quos mittitur, interficitur, deinde impletur: Quodam hostium nobili prostrato, hostes occurrunt, & plangendo moram faciunt, vnde liberius proficiscitur exercitus Christianus: hostes locis herbosis, per quæ transibant fideles, ignẽ immittunt: inuoluuntur obuiante vento tetra fuligine fideles, quam cõtra, victorioso crucis eleuato vexillo retorquet ventus in aduersarios: & ignorantib. viã fidelibus fit ductor præuius, albi quidã equi sessor, ignotus & rubri vexilli baiulus. Edissam ciuitatẽ per quosdã ciues Christianos recipiunt Christiani: Noradinus, Sanguini filius, Halapiæ princeps, obsidet eos, & capta vrbe miserabiliter obtruncat eiectos fideles: Occidentales excitantur ad subueniendũ Orientalib. Eugenii Papæ & viri venerabilis Bernardi Clareuallis monachi hortatu. (Hęc Alberic.) Occidentales ergo Christiani dolentes de subuersione ciuitatis Edissæ, quam Pagani superiori anno vastantes, cultũ Christianitatis omni spurcitiarũ genere contaminauerũt, in tantum, vt etiam quidam eorũ in maiori basilica super sanctũ altare cubile suum extruxerit, & ibi ad iniuriam & contemptum summi Dei cum meretrice cubuerit: Pro his (inquã) omnibus, iusto dolore cõmoti, vno animo, pari consensu ad debellandos eos proficisci deliberant; vbi sic erant omnes prompti & alacres ad profectionem, vt etiam Conradus Rex Theutoniæ, & Lodowicus Rex Franciæ religiosorum virorum monitis animati, & ipsi prompto animo ad hanc expeditionem sese accingerent.

Anno regni istius Balduini Regis Iherusalem tertio Conradus Rex recessurus, Henricum filium suum Aquisgrani in Regem sublimat, ne post discessum ipsius regnum absq; principe remaneret, & aliqua rerũ perturbatio moueretur. Multi Christiani per mare Anglicum profecti ad debellandos Sarracenos, tandem emenso mari in Galliam ad S. Iacobum applicuerunt, & inde mouentes exercitum, peruenerũt ad vrbem Sarracenorum potentissimam, quæ ex nomine conditoris Vlissibona dicitur; vbi vario belli euentu cum Sarracenis dimicantes, adiuuante Deo potiti sunt victoria, & occisis vel exterminatis Sarracenis, vrbem ipsam & omnem in circuitu viciniam quiete possederunt. (Hæc Chronographus.) In quodam Chronico sic scribitur: Anno gratiæ MCXLVII. Christianorum XIII. millia capiunt Vlissibonam, potentissimam vrbem, in qua erant ducenta millia & quingenti homines. Ad corpora occisorum Christianorum tres muti loquuntur.

Conradus Rex Rom. cum innumerabili exercitu transito Bosphoro, prospere ad expugnandum Iconium diuertit, sed cõsumptis graminibus & deficientibus victualibus redit, & prosequentibus Turcis, multa millia suorum amittit. Rex Lodouicus Francorum tertio Cal. Iunii in Pentecoste peregrinationem aggreditur, & per Vngariam pergit. Transito Bosphoro, occursu Conradi excipitur, qui multis suorũ domum reuersis, à Francis benigne suscipitur, paucis eum comitantibus: & cum eis aliquãdiu proficiscitur, sed ab Imperatore Græcorum à Theatira reuocatus, nauibus eius Hierosolymam est reuectus. In natali Domini fulmen irrupit templum Hierosolymis, & de columna ex lapidib. facta, quæ sepulchro Domini proxima erat, duos lapides grandes excussit. Inde ad locum baptisterii procurrens, lapidem marmoris

concauum, qui aquam baptiſmi continebat, minutatim cõfregit, indeq; in montem Sion prouolans, turrim Baſileæ pulcherrimam ex magna parte confregit. Anno ſequenti Franci per Aſiæ deſerta aſtu Græcorum & crebro aſſultu Turcorũ detrimenta maxima patiuntur, & fame attriti equorum & aſinorum carnibus veſcuntur, multoq; labore & damno vix tandẽ Seleuciam veniunt, & inde Antiochiã & Paleſtinam nauibus petunt. Alibi ſic dicitur: Conradus & Lodouicus Reges, qui ſuperiori anno cum infinito exercitu profecti trans mare fuerũt, vt Paganos debellarent, nihil proſpere fecerunt; ſed tantis exercitus eorũ attritus eſt infortuniis, tum fame, tum mortalitate, tum ferro hoſtiũ, vt de tot millibus tam copioſæ multitudinis vix pauci domũ redierint, & quamuis occulto (quod neſcitur) Dei iudicio hæc acciderint, cõſtat tamen in hoſtico illo multa ſcelera illicita & flagitioſa patrata ab eis fuiſſe, & ob hoc iram Dei ſuper eos aſcẽdiſſe, vt omnis conatus eorũ in vacuum abierit, nec facile inueniatur in hiſtoriis ſiue in annalibus ab exordio Chriſtianitatis vſq; ad tempus iſtud tantã populi Dei multitudinẽ tam ſubitò & tam miſerabiliter periiſſe, vt nunc factũ eſt. Obſeſſa Damaſco à Francis, Germanis & Hieroſolymitanis, dum iam capienda putatur, dolo principũ Paleſtinorum obſidio remouetur. Rex Francorum & Imperator condicto die ad obſidendam Aſcalonem cum ſuis Ioppæ cõueniunt: Sed Hieroſolymitanis maxime iuxta condictum occurrentibus, Imperator Conſtantinopolim, Rex ſuis in patriam redeuntibus Hieroſolymam contendit, ibiq; cum paucis per annum moratur.

Anno eiuſdem Balduini v. Ludouicus Rex à Paleſtina nauigans, vt in patriam redeat, in Græcorũ naues incurrit, & cum præſentandus Imperatori Curſoliũ obſidenti ducitur, Gregorius dux nauium Regis Siciliæ eos aggreditur. Is n. vaſtatis exſpoliatiſq; Græcorũ prouinciis vſq; ad Conſtantinopolim accedẽs, ſagittas aureas in palatium Imperatoris iecerat, & incenſis ſuburbanis, de fructu hortorũ regis tulerat violenter: vnde rediens, & in naues Græcorũ incidens, captum Ludouicũ eripit, & captos Regis obtentu dimittit. Interim Manuel recepto in deditionẽ Curſolio Siculorũ naues inſequitur, & captis nonnullis nauibus Rex fuga liberatur, & à Rege Rogerio Siciliæ & à Papa Eugenio honoratur. Raymundus princeps Antiochiæ Cal. Auguſti contra Turcas egreſſus, multis ſuorũ captis & occiſis in eorum inſidiis ipſe perimitur: Turci eius caput circũferentes, omnia caſtra vel ciuitates, quæ iuris Raymundi erant, in deditionẽ recipiunt præter Antiochiam, qui cum & illã nimis infeſtant, Rex Hieroſolymi Balduinus cõtra eos egreditur in Syriam, eiſq; perturbatis in redeundo Sarracenorum munitionẽ circa Damaſcum capit, & Damaſcenos in triennium tributarios facit: Milites templi Gazam antiquam Paleſtinæ vrbem reædificant, & turribus munientes, Aſcalonitas inde grauiter infeſtant.

Anno eiuſd. Balduini Regis VIII, regina Hieroſolymorum iuſto familiarius cum inimicis Dei agente, filius eius Balduinus Rex inſurgit in eam, & captis eius munitionibus, prohibitus ab ipſa ſecundò intrare in vrbem ſanctam, tandem violenter ingreditur, & eam in arce obſidet, factaq; pace Neapolim dimittit, reliquam partem ſibi retinens. Maſſomuthi, quos Moabitas vocant, poſt vſurpatũ Mauritaniæ regnum, Regemq; patibulo affixum, occidunt Regem Bulgiæ, regnum eius inuadentes, & Siciliam, Apuliam, Romamq; ſe inuaſuros minantur.

Anno ſeq. circa finem menſis Auguſti Rex Hieroſolymorũ Balduinus cum diu obſediſſet Aſcalonẽ, poſt varios & periculoſos obſidionis euentus de illa triumphauit, Aſcalonitis ad deditionẽ inclinatis: quod inter maxime miranda miracula miraculum eſſe ſummũ videtur, vt vrbs centum quinquaginta turrib. prætualidis munita & tenaculis domuũ in plateis ſuis quaſi crypta laquearijs ſupertecta, tandẽ aliquando vinceretur: quod in hiſtoriis veterum nunquam legitur.

Item anno eiuſd. Balduini XIII. Theodericus Comes Flandriæ ſextus decimus, anno comitatus ſui XXX. iam tertiò profectus eſt cum quibuſdã principib. terræ ſuæ, ducta ſecum vxore zelo piæ deuotionis accenſa vnà cum quadringentis militibus & copioſo belli apparatu Hieroſolymam. Philippus filius eius comitatũ ſuſcepit, quem iuſtitia, fortitudo, liberalitas omnibus bonis laudabilem & amabilem fecerunt. Pater verò Syriam in ea tempeſtate & in tanta perturbatione & deſperatione inuenit,

vt iam

vt iam se de finibus suis repelli & sancta gentibus prophananda, totamq; terram possidendam relinquere debere putarent. Noradinus Sanguini filius, rupto pacis fœdere primo improuisus superueniens, & cum eis congressus superauit: secundò verò in vigilia Pentecostes congrediens fere sexcentos in exercitu probatos quosdam templi, quosdam Regis milites cepit, & occidit, Regemq; vix fuga elapsum cæteroſq; in castrum Belinas impulit, & terram vsque ad maritima nullo resistente progrediens, multa cæde vastauit. In tanto igitur timore positos Dominus adiutor in oportunitatibus in tribulatione, per Comitē Flandriæ supradictum hoc modo consolatus fuit. Is enim Dei confisus adiutorio & sanctæ crucis, quæ in exercitu ferebatur, munitus signaculo, adiuncto sibi Rege, audacter congressus Noradinum cum suis superauit, superatos humiliauit, humiliatos ad pacem poscendam compulit, & castrum (quod Cauea dicitur) nostris valdè infestum, quippe qui per illud infra septem annos fere quindecim millia de suis amiserant, magna instantia & fortitudine superatū, positis in eo militibus obtinuit. Inde circa natalem Domini Antiochiam veniens, duo castella (Harene & Fenne) acquisiuit, & tertium destruxit; & quæcunq; princeps eius Raymundus incuria & insolenti temeritate amiserat, Turcis irruentibus cum maxima parte exercitus sui occisis, ipse viriliter agens recuperauit. Deinde progressus in vlteriora, Cæsaream Cappadociæ obsedit: obsessam quarto die cepit, & quia retinere non potuit, vtpote à nostris longe positam destruxit, & sic omnia prospere agens, ad suos Hierosolymam cum magna gloria & gaudio Christianorū reuersus, ibidē biennio cōmoratus est. Vxor eius Bethanię religionis habitū suscepit. (Hæc Chronog.)

Item anno eiusdem Balduini XVII. & vltimo in partibus transmarinis tumultus excitatus grauissimus in Ægypto, interfecto Calipha à procuratore suo Soldano, qui dum fugeret, à Christianis superuenientibus interficitur, & filius eius Nosteradinus cum multis hominibus & thesauris captus cum inter victores fratres militiæ templi venisset in sortem, data eis magna summa pecuniæ, suis inimicis ad puniendum traditus est ab eisdem. Cum autem Rex Hierosolymorum Balduinus prædictus, huius nominis tertius, migrasse à seculo, & irremediabiliter ab vniuerso populo fidelium plangeretur, Noradinus Turcorum princeps egregius, nonnullis suadētibus, vt iam quia Christiani exequiis Regalibus essent intenti, fines eorū depopularetur, respondisse fertur moderatissimi principis & perpetua memoria dignū responsum: Compatiendum est (dixit) & humanitus indulgendū iusto eorum dolori, quia principem amiserunt, qualem totus hodie non habet mundus. Succedit ei frater eius Amalricus in regno. (Hæc Guido.) De isto Balduino Rege magister Iacobus de Vitriaco sic refert: Iste Balduinus nono regni sui anno quosdam nobiles Turcorū satrapas cum vniuerso exercitu suo circa partem Hierichuntis in prælio superauit, interfectis ex eis quinq; millibus, reliquis verò cum ignominia & confessione fugientib. Quinto decimo autem regni sui anno, cum principe Damasci Noradino congrediens fugiente Noradino cum parte exercitus sui, reliquis autem interemptis, Rex victor campū obtinuit, regnauit autem XXIV. annis, & mortuus est sine liberis. (Hæc ille.)

Venerabilis Henricus de Lays nobilis genere & moribus, huius nominis secundus sumptus ex clero S. Lamberti eiusdē Ecclesiæ præpositus, & canonice electus in XXXI. Episcopum Leodiensem, & LX. cum B. Materno, consecratus ab Arnoldo huius nominis primo Colon. Archiepiscopo, cæpit Anno Dom. MCXLVI. Pontificatus Eugenii Papæ huius nominis tertii, anno II. Arnoldi verò prædicti anno IX. præfuit annis XIX. Tūnc S. Bernardus secundò Leodium venit, qui missam in Ecclesia S. Lamberti solemniter cantauit, & pòst coram Episcopo prædicauit in prato Episcopi & multa miracula fecit: quo viso Episcopus Henricus de cōsilio eius Alnam fundauit, quæ fuerat prius Abbatia canonicorū secularium, (in alia Chronica dicitur Regularium) vna de duodecim, quorum præbendas maiori Ecclesiæ S. Lamberti conferre consueuerunt. Iste Episcopus redditus Episcopatus longe auxit, domos & castra plurima exstruxit, quæ sigillis Imperatoris & Papæ cōfirmari fecit, & in literis Papalibus omnes suas possessiones nominauit, per quas & pacem, quam Henricus prædecessor suus instituit, cōfirmauit. Episcopus ille Papa fieri recusauit, cui Imp. Fredericus dedit corpora trium Magorū, cum esset cum eo in expeditione Italica, sed defunctus est.

Leodienſes.

apud Papiam Henricus Episc. antequam mancipasset rem effectui: & sic Colonien-
sis Ecclesia ea Coloniam detulit. Obiit prid. Non. Octobr. postquam suæ Ecclesiæ &
Episcopii reditus valde ampliasset, & palatium Episcopi apud Leodium feciſſet. Se-
pulta sunt ossa eius in Ecclesia S. Lamberti. (Hæc ex Chronicis pontif. Leodiensiũ.)

Traiectẽſia. Defuncto venerabili Haerdeberto Episcopo grauis discordia suborta fuit in ca-
pitulo cum principales vasalli Traiectensis Ecclesiæ, videlicet Theodericus Hollan-
diæ, Henricus Gelriæ & Theodericus Cliuiæ, magnifici Comites, Harmannum de
Hoern, præpositum S. Gereonis Colonien sis in Episcopum promouerit: ciues autem
Traiectenses & Dauantrienses cum agricolanis Fredericum de Huenel in pontifi-
cem exaltari vellent, anno Dom. MCL. Pontificatus Eugenii Papæ tertii anno VI. sed
violenta pars nobilium partem suppressit ciuium, & Theodericus Hollandiæ Co-
mes armata manu Hermannum duxit in possessionem Episcopii, subiiciens ei pote-
statem in aduersantem populum. Demum transacto biennio, Cardinalis quidam à
latere Dn. Papæ delegatus, citauit vtrosque discordantes electos Leodium: vbi Her-
mannus dictus per eundem Cardinalem & Regem Conradum adeptus fuit pontifi-
cium. Iste Hermannus fuit homo leuis animi, in cuius præsentia contingebat sæpe
strages homicidii. Nec enim Burgenses potuit ab intestinis bellis prohibere, nec mi-
nisteriales à consueta rebellione refrænare.

Anno Dom. MCLII. XI. Cal. April. circulus magnus late plenam Lunam ambiens
& coruscans, vt iris apparuit circa mediam noctem, & à Luna quatuor radii splen-
doris eiusdem, in modum crucis extendebantur ad circulum, sed stellæ nihilominus
tam in miraculis, quam in radiis illuxerunt. Terræmotus ingens ad XV. annos fuit, qui
Tripolim, Damascum, & Antiochiam omnino destruxit. Porrò ciuitas Cathanen-
sis penitus est euersa, in qua multitudo maxima promiscui sexus hominum ad vigin-
ti millia suffocata est.

Anno Domini MCLV. Fredericus primus Imperator Romanorum reparauit ca-
strum in Nouimagio, quod desolatum iacebat post obitum Caroli Magni, & Iulius
Cæsar primitus ibidem ædificari iussit.

Anno sequenti præsul Hermannus obiit in Domino, postquam sex annis Traie-
ctensi præfuisset Episcopio: qui sexto Cal. Aprilis defunctus est, & in Ecclesia Traie-
ctensi similiter inhumatus. (Hæc ex chronicis eorundem Pontificum.)

Romana. Anastasius tertius, natione Romanus, ex patre Benedicto, cepit secundum chro-
nicum Matthæi Palmerii Florentini Anno Dom. MCLIV. (Albericus & Bernardus
ponunt LIII.) sedit anno vno, mensib. quatuor, dieb. XXIV. vacauit sedes dieb. XX. Iste
fecit apud S. Mariam rotundam nouum palatium, & dedit Lateranensi Ecclesiæ ca-
licem pulchri operis cõstantem viginti marchis, & pluta alia. Inter magistros Fran-
ciæ opinatissimi & clari habentur Petrus Lombardus, Odo Suassionensis, Iuo Car-
notensis, quondam discipulus Gilberti. Isto anno scil. Dom. MCLIV. princeps virilis
& strenuus, & actibus clarus Rogerius rex Siciliæ post insignes de Sarracenis victo-
rias & terras eorũ occupatas obiit, nec inferiorẽ se filium Wilhelmum regni victo-
riarumq; successorem reliquit. Tandem Anastasius Papa moritur, & in Ecclesia La-
teranensi in tumba porphyretica tumulatur. (Hæc Bernardus.) Iste Anastasius, vt
Wernerus Chronographus refert, fuit prius Abbas S. Rufi Valentinensis diœcesis,
& deinde in Cardinalem & post in Papam assumitur.

Treuirenſis. Hillinus Decanus LXXXV. Treuerorum, Archiepiscopus concorditer electus est
anno Dom. MCLII. Pontificatus Eugenii Papæ huius nominis tertii anno octauo: &
sedit annis XVIII. obiit anno Dom. MCLXIX. Calend. Nouemb. (Hæc ex Chronicis.)

Syriaca. Defuncto Balduino Hierosolymorum rege succedit frater eius, Almaricus anno
Dn. MCLXII. Imperii Friderici primi anno X. Pontificatus verò Alexandri Papæ ter-
tii, huius nominis, anno tertio, regnauit annis XII. Concordat Florentinus in annis
regni, sed in inchoatione discordat, quia ponit eum cæpisse anno Dn. MCLXVI. Impe-
rii Friderici anno XIV. Pontificatus Alexandri Papæ anno VII. Non solum autem in
hac supputatione annorũ, sed & in aliis pluribus Chronica Matthæi Palmerii ab a-
liorũ Chronicis videntur dissonare. (Hæc Collector.) Iste primo regni sui anno in
partib. Ægypti cum Dargan principe militiæ Ægyptiorũ congrediens, facta magna

strage

strage hostium, diuinitus victoriam obtinuit. In secundo autē prælio habens secum trecētos septuaginta milites, pugnam iniit, cum principe Soldani Damasci Syracuino circa solitudines Ægypti, qui Syracuinus (aliàs Syracusanus) habebat in comitatu suo duodecim millia Turcorum, & Arabum vndecim millia. Eodem die nocte appropinquante à se inuicem discesserunt, centum ex nostris interemptis: de hostibus autē asserunt mille cecidisse. Regnauit autem Almaricus annis duodecim, & viam vniuersæ carnis ingressus est. (Hæc Iacobus de Vitriaco.)

Item Anno Almarici Regis IV. Comes Flandriæ Philippus huius nominis primus, Comitis Theodorici filius, cum per Constantinopolim reuerteretur à transmarinis partibus, habuit cum eo colloquium Imperator Manuel nobilissimus, & pertractauit cum eo matrimonium, vt filio suo iuueni nomine Alexio transmitteretur vna filiarum Regis Francorum Ludouici per ipsius Comitis industriam & colloquium seu consilium. Habebat enim Rex Franciæ ex filia Comitis Theobaldi, quam nouissime duxerat (regina scil. Adila) filiam iuuenculam nondum nubilē: & firmatæ sunt ad inuicem pactiones & factum est simulac fieri potuit, vt dicta puella Constantinopolim transmitteretur. Imperator verò Manuel proxime mortuus, filium suum Alexium cuidam principi, eius cognato cōmisit, (cui nomen Andronicus) cum cura totius imperii. Sed Andronicus nefandissimus proditor mortuo Imperatore, imperiū ad se traxit, & iuuenem suæ fidei commissum interfecit, & alia multa commisit. De qua detestabili proditione habetur infra ante titulum Philippi Archiepiscopi Colonienſis.

Anno Almarici nono horribilis terræmotus in partibus transmarinis, & innumerabilis populus Christianorum & Paganorū perit, & vrbes multæ subuertuntur, vt & magna pars Antiochiæ. Ciuitas Ieruſalem valde contremuit, sed Deo miserante non perit. Tandem Almaricus Rex Ieruſalem obit, succedit filius eius Balduinus, factus postea leprosus. (Hæc Albericus.)

Defuncto Almarico Rege, Hierosolymitano regno præfectus est filius eius Balduinus huius nominis quartus. Cæpit autem anno Domini MCLXXIV. Imperii Friderici primi Anno XXII. Pontificatus Alexandri tertii Anno XV. Regnauit autem annis XI. (Hæc ex Chronicis.) Iste diuino iudicio lepra percussus, regnum nihilominus strenue rexit. Anno siquidem regni eius tertio cum trecentis septuaginta quinque militibus circa partes Ascalonæ occurrit Salaadino (vel Salahadino,) quem cum viginti sex millibus equitum superauit. Salaadino autem cum parte exercitus fugiente, aliis partim trucidatis, partim in vincula inclusis, quatuor aut quinque tantum de nostris occubuisse dicuntur. In alio prælio circa Tiberiaden cum septingentis equitibus occurrens Salaadino, qui viginti millia equitum secum habere dicebatur, factus superior, mille ex hostibus interemit, cum de nostris rursus pauciſſimi cecidissent. Rex Balduinus propter morbum lepræ vxorem non ducens, duas sorores, quas habebat, Sibyllam videlicet primogenitam, & Isabellam iuniorem duobus viris & nobili genere vxores dedit: & Sibyllam quidem Wilhelmo de Longa Sparta Marchioni Montis Ferrati: Isabellam autem Enfrido de Torono. Mortuo autem Wilhelmo, & relicto ex eo paruulo filio, cui nomen Balduinus, Rex prædictam sororem Sibyllam tradidit adolescenti de Pictauiensi comitatu, Guidoni scilicet de Lusigniaco: Cui etiam, infirmitate nimium grauatus, totius regni administrationem commisit: qui tamen Regis indignationem incurrens, procurationem & administrationem regni rursus amisit: Rege conuocatis regni maioribus, nepotem suum paruulum Balduinum iubente, in Regem inungi, & tam ipsum, quam regni negotia Comitis Tripolitani prouidentiam ac tutelam commendante. (Hæc Iacob. de Vitriaco.)

Anno Regis Balduini primo, moritur Noradinus Rex Turcorum. Salaadinus igitur humilis & extremæ conditionis homo, sed consilio prouidus, manu strenuus, à Noradino dux exercitus constituitur: regnum mox occupat, Noradini filios exhæredat, Ægyptum aggreditur & Babyloniam regni caput.

Balduinus Rex anno regni sui III. Damascenorū regnum & vallē Bachar depopulatur: cum Salaadino cōmittit pugnā, & eum cum summo periculo & ignominia

vertit in fugam, quo tandem mortuo, nepos Balduinus adhuc puerulus in Regē substituitur. (Hæc ex chronicis.)

Balduino leproso Rege Hierosolymorū viam vniuersæ carnis ingresso, Balduinus iunior nepos eius, huius nominis quintus, regnum obtinuit, filius Sibillæ sororis præfati Balduini regis leprosi, quem genuerat ex priori marito Wilhelmo de Longa Sparta Marchione Montis Ferrati. Cæpit autem regnare Anno Dom. MCLXXXVII. Imperatoris Friderici huius nominis primi anno XXIII. & regnauit anno vno, &c.

Defuncto Balduino iuniore Rege Hierosolymitano, Sibylla eius mater, quæ ad secundas transierat nuptias, Guidonem virum suum ad regnum extulit, anno Dom. MCLXXXVI. Pontificatus Vrbani Papæ tertii anno primo, Imperii verò Friderici primi anno XXXIV. qui regnauit annis quatuor. (Hæc ex Chronicis.) Guidone igitur regnum adepto inter eum Tripolitanumq; Comitem, qui totius regni tunc procurator erat, pernicioſa oritur diſſenſio: in qua Comes Salaadino adhærens inducias cum eo iniit maximumq; detrimentū noſtris comparauit: Vnde Iacobus de Vitriaco, vt maiorem in regno & contra ipſum Regem defenſionē haberet & nocendi materiam, cum Domina Tyberiadis & totius Galilææ matrimonium cōtraxit, vnde facta eſt in regno periculoſa valde & pernicioſa diſſenſio, quibuſdam Comiti fauentibus, aliis autem Regi adhærentibus. Attendens igitur Salahadinus, tanquam vir aſtutus, & in rei militaris exercitio & experientia ſufficienter inſtructus ſciens, quia regnum in ſe diuiſum facile deſolatur, & per immenſum diſcordiæ foramē facile patet ingreſſus: Ex eo etiam occaſionē ſumens, quod princeps Montis Regalis & totius tertæ trans Iordanem inducias, quas cum Sarracenis vicinis habebamus, maximam eorū prædam auferens, violauerat, ex omnibus ſubiectis regionibus multitudinē Paganorum congregauit ex Ægypto, Arabia, Damaſceno, Alapia & Meſopotamia tam equites, q̄ pedites contra nos conuocando. Dicitur autē quinquaginta millia equitū, exceptis peditibus, in comitatu ſuo ſecū traxiſſe. (Hæc Iacobus de Vitriaco.) Vnde etiam Bernardus. Lamentabilis perturbatio in partibus tranſmarinis exoritur: Salaadinus enim cum innumerabili gentium multitudine cōgregata Galilæā ingreditur: Tyberiadem obſidet: obſidionis fama circumuolat: Guido Rex Iheruſalem, templarii & hoſpitalarii, Epiſcopi quoq; nōnulli, ac totius regni proceres, & populus in vnū conueniunt, hoſtibuſq; occurrunt: hoſtes obſidionē deſerunt, & ad fontes quatuor miliaribus citra Tiberiadem caſtra ponunt. Sexto igitur Id. Iunii noſtri progrediuntur, acerrimeq; concurritur: deniq; pugnatur, prælium nox dirimit inchoatū, noſtriq; ſe geſſere fortius, niſi quod aquam occupatam ab hoſtibus perdiderunt. Diurno igitur conflictu, æſtuque ac ſiti, quia aquam non habent, laborant: mane hoſtes ſe præparant, necdū noſtri ſe armauerant, cum eos viderent irrumpere ad cōgrediendum iam paratos. Noſtri ad arma concurrunt: principes & primi exercitus ad Regē conuolant, & quid facto opus ſit, in cōmune decernunt. Rex a quendam de numero equitū, Ioannē nomine, qui cum Turcis ſæpius militauerat & nouerat vniuerſa præcepit accerſiri, & ab eo requiri, quid inſtanti negotio ſit agendū. Ioannes conſulit, vt in cuneum, vbi Salaadini vexillū altius eminebat, totis viribus irrumpatur: Si enim cuneus ille conſertiſſimus poſſet deuinci, facile profecto & cæteros obtinerēt. Placuit conſilium vniuerſis: Comes autē Tripolitanus improuiſus aduenit, qui militia & viribus potens, allegat contraria, & quod Ioannes ſuaſerat, diſſuadet & non eſſe ei credendū, qui quandoq; noſtros abiurauſſet, & fidelitatem Turcis iurauſſet, noſtrumq; rupiſſet iuramentū. Præoccupanda ergo ſuggerit eſſe montana, vt inde ſecurius noſtri pugnent, & hoſtes validius impetant. Conſilio igitur vtili diſſipato acquieſcitur proditori: Noſtriq; in hoſtes mox irruunt: ſed (proh dolor) tam æſtu, quam ſplendore Solis oppoſito viſum eorū reuerberante, grauati pilorū hoſtium imbrib. obruuntur. Tripolitanus Comes factionis a ſe tractatæ ſignum dat euidens, nam ſtatim cum ſuis arma proiecit: fugit è prælio, & ad caſtrum, quod dicitur Saphetum, ſecedit: fitq; noſtrorum interim miſerabilis ſtrages: qui vſq; ad internecionē cæduntur. Acconenſis præſul, dum crucem Domini ferret, lætaliter vulneratur: itaq; tradit eam alteri & ille Regi: bello autē vndiq; vehementius perurgente capitur Rex, cruxq; Domini aſportatur: Rarò vnquam noſtris temporibus vllo in prælio tantū ſanguinis fuſum eſt

sum est, totiusq; terræ vires tunc temporis concidere; Templarii quippe & hospitalarii, proceres, & viri deniq; fortiores aut trucidati sunt aut retenti: & sic meritis exigentibus, in manus gentium traditi sunt nostri & gentibus subiugati: Nimis enim & clerus & populus in varios luxus effluxerat, totaq; terra illa flagitiis & facinorib. sordescebat, sed & qui religionis habitum prætendebant, modi fines turpiter excesserant: Regularis rarus erat in monasterio, rariorq; in seculo, quem non morbus vel luxuriæ, vel auaritiæ infecisset. Porrò Salaadinus celeri de nostris obtento triumpho, ad pontem Tyberiadis redit, ibiq; manubias diuidi iubet & meliora Damascum deferri. Quotquot autem de templariis vel hospitalariis reperti sunt viui, præsentiæ victoris oblati, eo iubente omnes pariter decollantur: Guido Rex in monumentum victoriæ reseruatur, solo magistro suo ad suam petitionẽ ipsi cõcesso. Tunc princeps Raymundus ante Salaadinum adducitur. Erat autem vir consilii patriæq; & honestatis amator, Turcorum impugnator acerrimus & nostrorum fidelissimus propugnator, florens quidem in seculo, sed seculi suiq; contemptor. Id tamen in eo à pluribus desiderabatur, quod cum induciæ statuerentur inter Christianos & Turcas, ipse nunquã eas seruaret. Proinde hunc præ cæteris oderat Salaadinus, à quo nimirum frequentes graueſq; acceperat læsiones. Quanta itaq; ab eo sustinuisset, recordans, cum aliquantulũ cum eo disceptasset, cum suo mucrone decollat. Is enim Raymundus princeps, alia vice à Turcis captus erat, & per xvi. annos retentus & redemptus multa pecunia. Tenebat verò nunc Ebron & eam, quæ est trans mare mortuum, regionẽ, vbi est Mons Regalis, & vrbs Petracensis, quæ nunc Crach dicitur. Quibus ita gestis Acchon, quæ & Ptolomays dicitur, adiit & obsidet Salaadinus: obsessam post biduũ in deditionẽ recipit, manentibus & recedentib. ciuibus datur cõductio: quia Salaadinus nullũ grauari permittit volentem degere sub tributo, nunquã infringit proprium iuramentum, vix negat alicui, quod petisset. Accone recepta, Turci ad alias vrbes & oppida capienda contendunt, & pauca quidem, imò fere nulla per vim capiunt: pleraq; in deditionẽ recipiunt: tota quippe regio tremebat exterrita, vtpote priuata fortib. & suis tutoribus destituta. Comiti Tripolis mandat Salaadinus, vt pacta, quæ iurauerat etiam à suis iurari faciat: Comes ciuib. imperat vt iurent, sed ciues non acquiescunt, nisi formam audiant iuramenti. Instante igitur Comite, ciues petunt inducias in alterũ diem: mane Comitem extinctũ diuinitus inuenientes, vident stigma circumcisionis nuper susceptisse Comitem: siquidem Turci & Sarraceni ex paterna traditione suos circumcidunt, quod idem quorundam clientum eius confessione detectũ fuit, & quod Turcis vrbẽ tradere decreuisset, habens vexillum Salaadini, quod statim fatetur propalam & satis viliter sepelitur. Iostius Tyrensis Archiepiscopus transfretat, vt orientalium cladem defectumq; Christianitatis principibus & populis nunciet occidentis. (Hæc Bernardus.)

Ab isto autem anno Dom. MCLXXXVII. quo crux Domini capta est, infantes, qui postea nati sunt, non nisi XX. vel XXII. dentes habent, cum antea XXX. vel XXXII. habere soleant. (Hæc Vincentius in Speculo.) Interea Hierosolymitæ, & qui de vicinis locis vndiq; hostium metu illuc confluxerant, omni se supplicandi genere affligebant: Agebãtur ab omnibus celebrimæ Lætaniæ, confessiones, ieiunia: & quod admirandum est, ipsa quoq; paruula ætas his spiritualibus exercitiis insistebat, cum vehemẽs Dei ira & flagellum inundans in oculis esset, & Dominus populo suo dura ostẽderet & partem sortis suæ, quam de manu tulerat Amorrei, rursus traderet Amorreo.

Ascalone in deditionem recepta atque munita Salaadinus Iherusalem properat vt eam obsideat, arbitrans facile cessuros, qui videbant & alios iam cessisse, sibique adesse pauciſſimos, qui descenderent, & innumeros, qui defendere non valerent. Venientes itaque Turci, vrbem ex parte occidentali oppugnant, decemq; diebus continuis acerrimos & continuos dant insultus, sed ciuibus multipliciter obsistentibus, cum nec sic proficerent, ab Aquilonari parte statuunt assilire. Illic igitur machinis & tormentis ad saxa iaculanda cõpositis instantissime oppugnare vrbẽ, & obsessos cæperunt, & ex tormentis lapides indesinenter vibrare & cõcutere muros, adeo vt vim sustinere lapidum excussorũ non possent. Considerantes igitur obsessi, obsessorib. non posse resisti, quid acturi sint, in cõmune pertractant. Placuit demũ vt

instanti cederent, seq; redderent Saluadino: Rex ad Saluadinum perfertur: placet ei quod petunt, hac tamen conditione præfixa, vt certam redemptionem accipiat de capitibus singulorum, hoc est, ab his, qui decem annos & supra excesserant, decem bizantios: quinq; verò à mulieribus & ab his, qui infra decennium tenebantur. Secundo igitur die Octobris, qui erat ab obsidione 14. feria sexta dedita Turcis vrbs patet, statimq; Saluadini imperio basilicarum campanæ malleis conteruntur: in ipsis verò basilicis iumenta habuerunt stabula: proiectis simul in eas omnis generis sordibus. Cæterum Ecclesiam Sancti sepulchri multo auro redimunt Suriani, ne pateat gentibus & ne sordibus subiaceat immundorum. Templo autem Salomonis miram Turcæ venerationem exhibere contenderunt, quod etiam iuxta ritus suos antiquitus consueuerant venerari: Patriarcha Heraclius cleruſq; vniuersus, & de monasteriis diuersorum professores ordinum turbaq; cuiuslibet ætatis & sexus innumera de Ierusalem recesserunt. Qui supra muros in cellis recluſi abstinentiæ & orationi vacabant, iussi sunt abire, & vniuersis pene Latinis vrbem relinquentibus, Suriani & sectarum homines diuersarum, vtpote Georgiani, Iacobitæ, Græci, Armeni, remanserunt ibidem sub Turcorum dominio constituti. Audita autem deditione, multa loca, quæ vix ab homine capi possent si defensores haberent, in deditionem recipiuntur. (Hæc Bernardus.) Fuerunt autem quidam ante septem istos annos astrologi tam in Francia, quam in Hispania qui audacissime prophetare præsumerẽt ventum vehementissimum mense Septembri huius anni ab Aquilone venturum, & omnia ædificia deleturum cum immensa hominum clade & animalium, quod ad literam falsum fuit: mystice autem potuit intelligi de euentu huius persecutionis Saluadini, & de motu Christianitatis. Eo enim tempore instante, quo ventus dicebatur venturus, Saluadinus, vt præmissum est, fere omnes Christianos in Orientali Ecclesia deleuit, crucem Dominicam asportauit, ciuitatem sanctam Iherusalem infra Octauas Apostolorum Petri & Pauli cepit, vt & omnes alias ciuitates terræ promissionis præter Tyrum & Tripolim & Antiochiam & pauca castra munitissima, quæ nunquam habere potuerunt. (Hæc Albericus.) Item post captam Iherusalem Saluadinus antequam intraret templum Salomonis, lauari parietes aqua rosacea iussit. Item pauperum multa millia Saluadinus liberat à dicto precio, & infirmis de fisco proprio per aliquantum temporis iubet necessaria ministrari. Capta igitur est Iherusalem post annos LXXXVIII. ex quo ex manibus Turcarum eruta fuit & per tantundem fere temporis est possessa à nostris quantum prius à Turcis, tunc Vrbano, & nunc rursus Vrbano præsulante. (Hæc ex Chronicis.)

Item anno eiusdem Guidonis Regis Hierosolymorum tertio crescebat vbiq; lamentabilis rumor de partibus transmarinis & ingemiscebat mundus, plurimiq; de correctione vitæ attentius cogitantes, signo crucis assumpto ire Iherosolymam proponebant. Philippus itaq; Rex Franciæ & Rex Angliæ Henricus dum pro sedando inter se dissidio ad colloquium veniunt, Tyrensi Archiepiscopo exhortante, animum adiiciunt, vt Christi opprobrium vindicent, gentilesque debellent. Ad exemplum Regum permoti idem faciunt & Barones, adiunguntur q; eis multa militum millia, turbaque conditionis cuiuslibet infinita. Fredericus quoque Imperator huius nominis primus eodem se voto peregrinationis astringit, & per totum imperium ac fere vbique per orbem terrarum eadem vota & studia efferuescunt. Post hoc consilio Regum & procerum agitur, vt ad auxiliandum peregre profecturis bona mobilia hominum ad Ecclesias pertinentium detinerentur, quod quidem in grandem perniciem versum est: cum plures, qui decimationes huiusmodi exigebant, Ecclesias violentius prægrauarent: Templarii autem & hospitalarii virique fortes plurimi cum maximo armorum, equorum ac victualium apparatu transfretant, vt statim auxilium dent oppressis. Wilhelmus Rex Siciliæ per Margaritum classis suæ ducem iter marinum liberum à pyratis & Turcis reddebat, & tam subuentionibus nauium, quam quarumlibet copia rerum nostris trans mare exeuntibus satis munifice succurrebat.

Item anno sequ. qui fuit annus salutis MCLXXXIX. ingens fit commotio, & de diuersis locis per mare & per terras partes adeunt transmarinas. Rauennacensis & Pisanus

sanus Archipræsules cum magno de Italia agmine transfretantes, appulsi Tyrũ, fiunt Tyrensibus non modicum adiumentum. Fridericus quoque Imperator cum vno de filiis suis, duce scilicet Sueuiæ in festo Sancti Georgii, peregrinationis iter arripiens, imperii fines egreditur, comitatus ab infinita multitudine, rerum omnium apparatibus affluenter instructa. De Frisia & Dacia quinquaginta naues pariter fœderatæ eandem peregrinationem arripiunt: de Flandria quoque triginta septem rates cum grandi apparatu sunt secutæ, vt & de Francia & Campania plurimi viri illustres militiæ titulis glorioſi. Per hos igitur dies nostri, qui congregati fuerant apud Tyrum, Achon vrbem petunt & obsident: & Ecce Saladinus cum multis occurrit millibus, vt obsessis succurrat & impetat obsessores: cumque hostium assultus assiduos & acerrimos ferre non possent, aggeres & valla in gyro extruunt circa castra, sicque tutiores effecti, pugnam acerrimam cum hostibus conserunt, multique nostrorum occumbunt: & multis diebus in hac obsidione morantes, multas per incursus hostium, aeris inclementiam & victualium indigentiam, calamitates & miserias patiuntur. Sic enim & à facie & à tergo hostilis imminebat obsidio, & tanta fuit aeris intemperies ac inundatio pluuiarum, vt propter humectationem nimiam corrupta victualia deperirent & obirent innumeri ex morbo dysenterico. Miranda proinde ac perpetuo memoranda virorum illorum constantia, quæ tot malis pressa non defecit, sed permansit infracta. (Hæc Bernardus.) Istis autem diebus, scilicet anno Domini MCLXXXIX. Sibilla prædicti Guidonis Regis vxor, quæ cum viro in obsidione Achonensi erat, viam vniuersæ carnis ingressa est, vnde regnum ad sororem eius Isabellam vxorem viri nobilis Herfrandi de Torono iure hæreditario deuolutum est: quod attendens Conradus Montis Ferrati marchio, princeps Tyri, regnandi ambitione & regni cupiditate permotus, prædictam Isabellam viro suo auferens cum ea de facto matrimonium contraxit, & regnum tribus annis obtinuit. Licet autem peregrinis tantum scelus valde displiceret, tamen prædicto viro nobili Herfrando conquerenti satisfacere distulerunt eô, quod non nisi per manus marchionis à Tyro victualia venalia haberent: & quidam etiam muneribus corrupti, Marchioni fauorem præstarent. Quo defuncto eandem Reginam Henricus Comes Campaniæ accepit vxorem, & quinque annis regnauit: cui defuncto successit in comitatu Campaniæ frater eius Theobaldus. In regno autẽ Ierusalem nullus ei successit: & licet post mortẽ eius aliqui titulo huius legantur insigniti, vt Ioannes de Brenna, habens filiam Conradi Marchionis Montis Ferrati & Carolus filius Lodouici Regis Franciæ Rex Siciliæ & Ierusalem. Regnum tamen Ierusalem relinquitur filiæ Marchionis Montis Ferrati, quæ nupsit Almerico Regi Cypri, per quam regnum Ierusalem obtinuit, regnauitque vndecim annis. Iste Almericus Rex Ierusalem & Cypri moritur Anno Domini MCCIX. cui successit Ioannes de Brenna habens filiam Almarici & Isabellæ vxoris eius. (Hæc ex chronicis.) Abhinc regnum Ierusalem per lineam ascribere supersedeo, quia historias maiorum, quas sequor, non habeo.

Fridericus Imp.

Fridericus huius nominis primus Imperator cognomento Magnus, filius Frederici Ducis Almanniæ fratris Conradi Regis, huius nominis tertii, summo fauore cunctorum principum apud Franckenwert in Regem eligitur, & in medio quadragesimæ ab Arnoldo Colonienſi Archiepiscopo vnctus est Aquisgrani in Regem. Cæpit autem Anno Domini MCLIII. Mundi verò MMMMMMCCCLI, imperauitque annis XXXVII. Iste Fredericus Imperator, sicut dicitur in Chronico Sycardi, habuit quinque filios, scilicet, Henricum primogenitum, quem Cæsarem fecit, Fredericum Sueuorum Ducem, Ottonem Comitem, Conradum & Philippum Duces. (Hæc ille.) Imperator Fredericus præterito anno profectus. Sed hoc anno scilicet, tertio regni sui Romam peruenit, multis in itinere laboribus attritus & diuersis hostiliter obsistẽtibus, quos omnes tam sagaciter quam virtute superauit, & ad deditionẽ subiectionemq; compulit. Romanis principibus mandauit, vt se in pace susciperent, & debitam subiectionem non negarent: quod, illi pecuniæ inhiantes cõtumaciter renuerunt, dicentes, nisi ad quas vellent, conditiones acquiescerent, ipsos non subiectos, sed hostes futuros. Imperator verò eorum inexpletam semper auaritiam respuens, Romam armata manu ingreditur: & Papam Adrianum amicum

sibi & apertum inueniens, in Ecclesia Sancti Petri benedictione confirmatur & coronatur: sed interim exercitus eius, hostium non ignorans insidias, totũ procinctum Ecclesiæ S. Petri armatus circumdederat, donec omnibus expletis, cum Imperatore egrederetur. Romani igitur tam pudore, quam dolore, animo concitato quibusdam residuis, quos incautos occupauerant, interfectis, cum Imperatore congrediuntur, sed mox in fugam versi ad Tyberim aluum coguntur: vbi quot in congressione ceciderint, & quot in flumina submersi sint, scriptis committere non audeo. Imperator victor regreditur, floret imperium & dominus rerũ gloria sublimis attollitur. (Hæc Chronographus.)

Eodem tempore Fridericus Comes de Altena quartus genuit Adulphum, qui fuit quintus Comes de Altena, & primus Comes de Marcha. (Hæc Goblinus.) Hic est notandũ, duos comitatus illos de Marcha & de Monte sub Henrico quinto Romanorum Imp. anno imperii sui xvi, anno verò Dom. MCXXII. de quorundã sententia in hunc, qui sequitur, incæpisse modum. Duo namq; fratres germani Adulphus & Euerhardus, nobiles Romani de genere Vrsinorũ per dictũ Imp. ad partes Westphaliæ producuntur, cuius freti auxilio & fauore loca tuta pro construenda habitatione inquirunt & inueniunt. Primus ex illis Adulphus fundat castrũ in Volnesheggeab incolis dicto, in terminis Comitis de Arnsberge sito: qui Comes percipiẽs castrum in præfato monte ædificari, hortatus est, vt ab incæpto opere desisteret, dicẽs, nimis prope esse terminis suis, & ob hoc ipsum castrũ ab ædificantibus dictũ est, Altena, (id est, nimis vicine:) cum verò Comes de Arnsberge niteretur etiam eos obsidione à loco repellere, præ loci fortitudine destitit; deinde fratres isti alia bona ad idem castrum comparantes, victoriis diuitiisq; aucti Comites de Altena, nunc verò Marcha dicti sunt. Alter verò frater Euerhardus ædificauit castrũ dictũ Aldeberge in terra Montẽsi, & sic ab istis duob. fratribus duo prædicti spectabiles comitatus Marchensis & Montensis originem cæperunt. (Hæc frater Henricus de Herfordia ordinis prædicatorum.)

Anno secundo, postquã Imperator recessit ab Italia, orta est discordia inter Papam Adrianũ & Imperatorẽ ex leui causa. Nam Innocentius Papa secundus quondam fecerat imaginem suam quasi in sede pontificali sedentem, & imaginẽ Lotharii Imperatoris, flexis genibus ante se coronam imperii suscipientem in muro depingi, quæ pictura Friderico Imp. omnino displicuit. Cum ergo anno regni sui quinto Adrianus Papa misisset ad eum in Galliam duos Cardinales legatos cum literis suis, in quibus inter cætera continebatur: (Beneficium coronæ tibi cõtulimus,) verbum (Beneficium) quidam de consiliariis Imperatoris ex cõmuni vsu exponendo in contumeliam Imperatoris cedere asseruerunt, qua de causa Cardinalibus Imperator respondit: Quod à solo Deo habemus, non Romano Pontifici, sed soli Deo attribuimus. Primam vocẽ regiæ electionis ab Archiepiscopo Moguntino recognoscimus, regalem consecrationem Archiepiscopo Colonienſi permittimus, imperialẽ consecrationẽ Romano Pontifici assignamus; Coronam verò imperii soli Deo attribuimus: picturæ deleantur & scripta corrigantur, alioquin inter regnũ & sacerdotium concordia & pax stare non poterunt. Sic igitur Cardinales cum indignatione reiecti sunt. (Hæc Gobelinus.) Item fames grauissima in tantum prævaluit, vt modius tritici venderetur xxx. & eo amplius solidis Louanienſis monetæ, multaq; millia hominum fame periissent, nisi Dominus pauperis populi afflictionem respexisset. Ipse enim qui percutit & medetur, infundens spiritum bonum in cordibus fidelium suorum, cuius instinctu largam manum ad pauperes extenderunt, eorumque inopiam sua abundantia suppleuerunt & largius, quam aliquando temporibus nostris vidimus, sua eos liberalitate sustentauerunt. (Hæc Chronographus Affliginiensis.)

Item anno istius Friderici XIII. ciuitas Paderbornensis à parte occidentali vltrà forum cum Ecclesia forensi & etiam Sanctorum Petri & Pauli miserabiliter igne consumpta est.

Anno dehinc sequ. in Dominica Exurge, mare terminos suos egressum per tres continuos dies excrescendo, duodecim pene milliaribus multa millia hominũ submersit, & specialiter id in Sicilia factum est, sed & alia flumina excreuerunt vltra solitum

litum modum, & multa damna in iumentis & ædificiis hominibus intulerunt. Eodem anno Reynaldus Archiepiscopus Colonienſis, Padebornenſis, Mindenſis & Monaſterienſis Epiſcopi, & Henricus Dux Saxoniæ vrbem Arnesberch obſident, ex eo, quia Henricus Comes de Arnesbergh Henricum fratrem ſuum iuuenem in vincula coniecerat, vnde mortuus erat. Itaque Arnesbergh capitur & deſtruitur, & Henricus Comes exulare cogitur. Sed poſtea ipſo dedente ſe & omnia ſua Colonienſi Eccleſiæ, per Archiepiſcopum patriæ & ſuis eſt reſtitutus. Fredericus verò Imperator oſſa Caroli Magni Aquiſgrani quarto Calend. Ianuarii cum frequentia pontificum ac principum magnoq; tripudio cleri & populi extulit de ſarcophago. (Hæc Goblinus.)

Item Anno Friderici xx. mulier quædam apud Xanctum peperiſſe dicebatur infantem cum duobus capitibus & tribus brachiis & tribus pedibus.

Item Anno Domini MCLXXIV. apud Andernacum quidam fodientes terram, inuenerunt corpus Valentiniani Imp. ſicut in ſuperſcriptione denarii, qui vna repertus eſt, continebatur. Inuenta ſunt ſimul ad caput eius corona, ad pedes vrna, ad latus eius gladius, aureum habens capulum & lapidem victoriæ. (Collector.) Quis fuerit iſte Valentinianus an primus, medius, an vltimus, Chronographus non exprimit, eôq; ſtudioſo lectori non ſatisfacit. (Hæc ille.)

Item anno Domini MCLXXXVII. Ieruſalem capta eſt à Sarracenis, quare Henricus Albanenſis Epiſcopus à latere Papæ Vrbani miſſus, expeditionem vltra mare prædicauit. Eodem anno eclipſis Solis facta eſt, & dein anno ſequenti Imperator & Fredericus Dux Sueuiæ, filius eius cum multis nobilibus in Moguntia curiam celebrantes, ab Herbipolenſi Epiſcopo cruce ſignati ſunt. Tandem Fredericus Imperator Anno Imperii ſui vltimo (Anno videlicet ſalutis MCLXXXIX.) cum multis principibus Romani Imperii verſus terram ſanctam ſe contulit, & cum maximo exercitu regnum Vngariæ pertranſiens, à Rege & Regina multis donariis honoratus eſt. Deinde partes Bulgariæ pertranſiens venit in Græciam, & miſit Hermannum Epiſcopum Monaſterienſem, Robertum Comitem de Naſſowe, & alios pene ducentos ad Imperatorem Conſtantinopolitanum pro pacifico tranſitu & conuenienti rerum venalium foro per terram ſuam: quos omnes ille cum Sarracenis conſpirans detinuit, & quendam de magnatibus ſuis ad Imperatorem Fredericum miſit, qui legationem detulit in hæc verba: Sacratiſſimus Imperator Conſtantinopolitanus, mandat tibi aduocato Romanæ vrbis gratiam ſuam, ſi dignaris: Eam ſi dedigneris, ſcire tamen te oportet, Monarchiam Romanæ vrbis penes eum eſſe, eum ſuperiorem tibi imperitare debere, quod nunc vt concedas, oportet, quia te & exercitum tuum terminis ſuæ ditionis tanquam retibus concluſit. Ad hoc Imperator commotus reſpondit: Sciat ille tuus, quem ſacratiſſimum Imperatorem vocas, me electione principum & conſecratione vniuerſalis Papæ vrbis Romæ, nomen Imperatoris & Romani Imperii dignitatem ſuſcepiſſe, ab Imperatoribus (auis ſcilicet meis & proauis) ſanguine ducem, ſanctitatis nomen (ſicut ille arrogans canis) mihi non aſcribere, qui me peccatorem agnoſco. Pro peccatis verò meis ob defenſionē Chriſtianæ gentis iter hoc aggredior, & nulla prorſus apud eum, ſed penes nos, auctore Deo, hic & in omnibus terris Romani maieſtas imperii conſiſtit. Retia, quibus nos concluſos applaudit, ac ſi tela aranearum eſſent, facile rumpemus, eôq; vilipendimus. Id cani tuo refer, è conſpectu noſtro celerrime recedens: quia ſi Romani offuſcaretur gloria imperii, ſignum forſitan tu referres, qualia vanitas Domini tui exigit. Sed poſtea per legatos hinc inde miſſos Imperatores reconciliati ſunt & captiui relaxati. Tum Imperator mouens exercitum, à filio Regis Turcorum plurimas inſidias expertus eſt. A legatis enim ſuis intellexit, ſi per terram eius pacificum habere tranſitum vellet, neceſſe futurum, vt magna pondera auri & argenti ſolueret: quamuis Rex Turcorum (videlicet Soldanus de Yconio) per legatos ſuos Imperatori, dum adhuc erat in Theutonia, nuntiauerat auxilia contra Sarracenos & rerum venalium copiam ſe exhibere velle: Vnde Imperator indignum valde & Imperatoriæ Maieſtati contumelioſum iudicans, auro à Turcis ſe redimere, Turcorum legatis ita reſpondit: Ego forum rerum venalium, quod promiſit, ante portas Iconio-

rum, requiram: & sic mouet exercitum contra Iconium, vnde Turci manu armata Imperatori fortiter occurrunt: Sed cum bellum instauratur, Turci fugiunt, & dum se in ciuitatem recipere festinant, Imperator cum Turcis intermixtus, per vim ciuitatem ingreditur, & exercitus eius spoliis ciuitatis ditatur. Deinde facta pace inter Imperatorem & Regem Turcorum, Imperator vltra mouet exercitum & statim occurrunt ei legati Saladini Regis Sarracenorum excusantes dominum suum pro detentione terræ Hierosolymitanæ, asserēteſq; eum minime meruisse indignationem Romani Imperatoris, & velle stare sententiæ Principum, an iuste vel iniuste terram ipsam detineret. Cum igitur ex his verbis totus lætificaretur exercitus, statim lamentabile factum subsecutum est. Nam Imperator volens in equo flumen transire, submersus est, & inde luctus fit maximus, & corpus eius recuperatum à Frederico filio, Duce Sueuiæ Antiochiam delatum est, & ibidem tumulatum. (Hæc Gobelinus in suo Cosmidromio.) In quodam chronico sic habetur. Igitur Imperator curiam celebrem Ratisbonæ habuit, occurrentibus illic omnibus cruce signatis, qui cum eo per terras ire disposuerant: ibiq; ad peregrinandum Deo lumbos suos accinxit, relicta rerum summa filio suo Henrico Regi. Erat autem exercitus eius triginta millia hominum, inter quos erant quindecim electorum militum millia. A prædicta ergo vrbe per decursum Danubii iter suum mouentes transierunt per Vngariam & Bulgariam & Græciam vsque ad mare, quod dicitur brachium Sancti Georgii. Erat autem Fredericus Dux Sueuiæ, filius Imperatoris semper in fronte exercitus, currus verò & alia vehicula retrò agebantur cum custodiis. Cum autem mare, quod brachium S. Georgii dicitur, transituri essent, Fredericus Dux Sueuiæ in Cœna Domini per septem continuos dies cum omni multitudine transiuit primus: sed octauo die Imperator transiturus procedere noluit, nisi prius omnes pauperes peregrinos transuectos cognouisset: & tandem ipse in naui regia transmittens, cum ad suos traductus esset, gauisus in Christo, & confortans exercitum, ait: Fratres, cōfortamini & confidite: omnis terra in manu nostra est. Transito ergo mari cum in Armeniam per magnos labores & penurias ad ripam cuiusdam fluminis deuenissent, Imperator die Dominica pene contra voluntatem omnium, cum diutino labore æstuaret in fluuium descendit refrigerandi gratia: Nec mora: iubente Deo, dum in eo lauaretur, clausis vitæ meatibus suffocatur: quod eo magis est mirandum, quia idem fluuius non admodum altus erat, vt plerique testati sunt, vado transiri potuisse: cuius corpus eius filius Fredericus secum detulit vsque ad Tyrum, ibique sepulturæ tradidit. Erat eius in iudicando tanta seueritas, vt nullius preces in iudicio admitteret, personam aliquam respiceret, sciens nocere bonis, qui malis parcit, & facilitate veniæ occasionem dare delinquendi.

Mortuo autem Frederico Imperatore exercitus filium eius Fridericum præfatum, virum miræ strenuitatis & prudentiæ sibi præfecit, quo duce vsque ad Accoron processum est: cumque cum Accoranitis triduo bello conflixissent, diem clausit extremum. Quanta in huius viri corde fuerit deuotio ex hoc constare potest omnibus, quod decumbenti cum à medicis eum posse curari, si rebus Veneriis vti vellet, significaretur, malle se mori, respondit, quam in peregrinatione diuina corpus suum per libidinem maculare. (Hæc ille.)

Geldrica. Anno Imperii Frederici decimo obiit Illustris Henricus Comes Gelriæ & Zutphaniæ, cui succedit filius eius Gerhardus huius nominis secundus, qui tenuit principatum annis XXIII. (in quadam chronica dicitur Annis XVIII.) Iste magnanimus Comes in feudum accepit ab Henrico Duce Brabantiæ huius nominis primo Veluam, quam idem Dux ab Episcopo Traiectensi in feudum tenuit. Quare idem Comes contra Balduinum XXIX. Episcopum Traiectensem de Hollandia natum dissensit, quia statuto tempore Dux Brabantiæ Veluam ab Episcopo in feudum acceptare neglexit. Iste potenter Dauentriam obsedit & Episcopatui Traiectensi multa damna intulit, sed tandem obiit & Zutphaniæ sepultus est, cui successit Otto tertius frater eius, qui tenuit comitatum annis XXXVII. & dedit locum fundandi monasterium regularium prope Dortekun.

Dum Fredericus Imperator in Italia existit ciuitates & vrbes eius dominio subiicium-

subiiciuntur: Duces & Comites, & principes terræ ad eum partim timore, partim amore cõueniunt, debitam ei subiectionẽ & reuerentiam exhibentes: exceptis Mediolanensibus, qui sicut prædecessoribus eius, ita quoq; ipsi rebelles extiterũt. Imperator igitur absq; vlla dilatione, sua vsus constantia, ciuitatẽ obsedit, & quamuis interius haberent, vt dicitur, sexaginta millia armatorũ, primo tamen & secundo cõgressu multa strage humiliatos ad deditionẽ compulit, vt ducentos de nobilioribus ciuitatis pacis obsides darent, & quamcunq; conditionem ab eo impositam susciperent: quibus acceptis, & conditionibus sacramento confirmatis, quasi securus exercitus quosdam in propria, quosdam in hyberna dimisit: Ipse in Italia commoratus, pius & iustus ab omnibus appellatus, & secundus post Carolum magnum iustitia & pietate est habitus: interim tamen sua otia piis Reipublicæ negotiis perornans. Landam ciuitatem, quam Mediolanenses destruxerant, in tutiori loco translatam reparauit: Cumam quoq; ciuitatem, quam iidem Dei & sui hostes pene destruxerant, renouauit & muniuit. (Hæc Chronographus.) In obsidione Mediolani Dux Bohemiæ primum per Imperatorem fuit, sicut dicitur sublimatus in Regem, & ducatus eius erectus in regnũ. Fridericus Imperator diuisit Marchiam Austriæ à ducatu Bauariæ, & fecit eam ducatum ob amorem patrui sui Henrici Marchionis eiusdem.

Anno eiusdem Friderici septimo Mediolanenses violatis sacramentis castrum, in quo Imperator thesauros suos reposuerat, inuadunt milites eius, custodes castelli capiunt: thesauros diripiunt, vberiusq; progredientes, amicos eius confœderatos, impugnant; quo audito vltra, quàm credi potest admirans & exhorrens Imperator, eorũ perfidiam decreuit Dei suamq; iniuriam & crimen infidelitatis debita talione vindicandam. Obsedit itaq; Criminum castrum satis munitum, in quo erat maxima fiducia eorum & fortitudo: obsessum cepit, captum destruxit: milites, qui in ea inuenti sunt, vita donatos abire permisit: sed & quæcunque Mediolanensium erant, circumquaque vastari præcepit. Idem Imperator cum videret, propter paucitatem exercitus Mediolanenses contra se insolentius agere, misit per omnes fines regni sui, vt venirent in auxilium, & iurauit non se recessurum de ciuitate, donec eam caperet. Vt autem hoc iuramentum ratum maneret, designauit, si forte è vita decederet, duos Imperatores, filium Conradi prædecessoris sui, & post eum Henricum Ducem Saxoniæ.

Anno eiusdem Frederici nono conuenerat exercitus magnus ex omnibus partibus regni præterito anno ab Imperatore conuocatus, quorũ aduentu oppidò lætatus, consilio principum statim obsedit ex omni parte Mediolanum, & ita coarctauit, vt non haberent potestatem libere exeundi vel intrandi, emendi vel vendendi. Timuit enim propter reuerentiam Ecclesiarum armata manu congredi, & vt parceret militibus, qui in congressione, vt assolet fieri, occidi possent, maluit fame cruciatos ad deditionem compelli, cum ipse interim quotidie eleemosynis pauperum insisteret, & decimam partem omnium redituum suorũ pauperib. erogaret: æstimans melius se eleemosynis pauperum, quam armis militum posse vincere. Vnde ita pius & dilectus ab omnibus habitus est, vt Duces & Comites Wilhelmi Regis Siciliæ Dominum suum desererent, & ad ipsum se conferrent.

Anno sequenti, qui fuit annus salutis MCLXII. Mediolanenses obsidione, fame, inopia, & quod est grauius, seditione coarctati, per internuncios petunt ab Imperatore misericordiam; tantum vt vita salua sit: in reliquis conditionẽ ab ipso propositam promittunt libenter se subituros. Calendis igitur Martii omnes per turmas suas exeunt, & primò principes, post eos, nobiles & milites manibus gladios tenẽtes quasi rei Maiestatis & proditores: deinde promiscuum vulgus funibus colla innexi, in ciliciis, cinere capitibus aspersо ad pedes Imperatoris in modum crucis se prosternunt. At Imperator vt pius & misericors, lacrymis perfusus, qui proposuerat eos ad terrorem aliorum diuersis suppliciis interimere, vita donatos, rebusq; necessariis, quantum secum ferre poterant, concessis, per regiones dispersit, vt non haberent licentiam in ciuitatem amplius reuertendi. Deinde iussit suos ciuitatem ingredi, & muros, turres, alta & superba fastigia & ædificia destrui: tribus tamẽ pepercit Ecclesiis S. Mariæ, Sancti Mauritii, & Sancti Ambrosii cum officinis clericorum officiali-

bus, ipsorum domibus & indemnitate rerum concessa, ærarium publicum sibi reseruat. Placentini, Bononienses, Brixenses Mediolanensibus contra Imperatorem confœderati exemplo eorum territi, eandem humilitatem & subiectionem quasi rei Maiestatis substrati Imperatoris pedibus exhibuerunt, ipsiusq; indulgentia veniam obtinuerunt.

Romana. Adrianus Papa huius nominis quartus, natione Anglicus, cæpit anno MCLV. (In quodam chronico dicitur LIV.) sedit annis quinque (alibi dicitur annis quatuor) mensibus IX. diebus XIV. prius dictus Nicolaus, fuitq; primo, vt fertur, clericus siue clericulus pauperculus in Ecclesia Sancti Iacobi in Molgorio Magolonensis diœcesis, vbi est nutritus; sed deinde fit frater, post Abbas canonicorum Regularium 1
Sancti Rufi apud Valentiam, inde de Abbate factus est Cardinalis Episcopus Albanensis: & missus legatus in Norwegiam pro prædicatione verbi Dei, gentem illam barbaram in lege diuina diligenter instruxit; post reditum verò à legatione sua defuncto Anastasio in Papam est electus: qui propter vulnerationem vnius Cardinalis totam vrbem vsque ad condignam satisfactionem posuit sub interdicto: & Wilhelmum Regem Siciliæ tanquam rebellem excommunicauit: qui postmodum absolutus, hominiũ Domino Papæ faciens, terram ab ipso recepit. Primus ille Papa dicitur fuisse, qui in vrbe veteri cum sua curia habitarit. Iste castrum & multas possessiones circa locum Sanctæ Christinæ à Comitibus comparauit, & Fredericum primum Romæ in Ecclesia S. Petri Imperiali diademate coronauit. Tandem Adria- 2
nus Papa obiit pridie Calend. Septembris, & in Vaticano Sancti Petri iuxta sepulchrum Eugenii Papæ tumulatur Anno Dom. MCLIX. quo mortuo facta est in Ecclesia magna tribulatio: cum Cardinales inter se diuisi duos Pontifices eligerent Rolandum cancellarium, qui Papa Alexander dictus est, & Octauianum, graui schismate Dei Ecclesiam disrumpentes: vnde proceres regionum turbati, quidam vni, quidam verò alteri adhæserunt: Imperator verò Romanorum Fredericus cum suis Episcopis Octauiano, qui à sibi fauentibus Papa victor acclamatus est, adhæsit, cum Reges Franciæ Lodouicus & Angliæ Henricus cum suis Alexandrum in Papam & dominum susciperent. (Hæc ex catalogo Pontificum.) Istud fuit schisma prin- 3
cipale decimum in Ecclesia militanti & vicesimum minus principale, quod per annos fere nouemdecim, durauit & innumera hominum millia ad inferos transmisit. (Hæc collector.)

Item circa annum Domini MCLV. claruit Thomas Archidiaconus Canthuariensis, qui per industriam Archiepiscopi Theobaldi factus est Regis Anglorum Henrici cancellarius, ad quem Ioannes Salesbergensis scripsit librum famosum Policraticon intitulatum, de nugis vel contra nugas Curialium. Item circa ista tempora S. Thomas Canthuariensis claruit, & martyrisatur in Ecclesia sua quarto Calend. Ian. tempore vespertinali hora XI. à quatuor militibus quinq; plagis occisus pro tuenda Ecclesiæ libertate anno Dom. MCLXXI. &c.

Colonienſia. Item venerabilis Arnoldus de Weda huius nominis secundus, prius præpositus 4
S. Petri & Frederici huius nominis primi Imperatoris cancellarius, vir probitate cõspicuus, & Colonienſi Ecclesiæ satis vtilis & idoneus sumpsit pontificatum Colon. Ecclesiæ, Pontificatus Adriani Papæ quinti Anno primo, secundum præsentẽ supputationem: in quo sedit annis tribus, (alibi habetur annis quinq;.) Iste cum Frederico Imp. Romam profectus cõsilio & prudentia plus quàm armis est operatus: violentis resistebat: Ecclesiastica iura defendebat. Sepultus tandem est in Ecclesia S. Clementis in Rindorp in territorio Bonnensi, quam ipse constructit & multis decentibus ornamentis decorauit. (Hæc ex chronicis Pontificum Colonienſium.)

Item anno Domini MCLVIII. beata virgo appatuit cuidam Sanctimoniali Elisabet nomine in cænobio Sconangiensi, & quærenti, an Apostoli adfuissent sepulturæ 5
eius, respondit, Ita, & cum magna quidẽ veneratione corpus meum terræ cõmendauerunt. Item cum festum annuntiationis eadem Elisabet celebraret, ostendit se B. virgo Maria iterum, & ea quæsita, cuius ætatis fuisset, quando verbũ Dei in sua virginali aula concepit, quindecim (respondit) annos habebam, & insuper tantũ temporis, quantum est à natiuitate mea vsq; ad annunciationem ipsius verbi: quæ Sanctimonialis ista vidit, vt & alia multa relatu digna.

Item

Item post obitum Hermanni præsulis Fredericus Imperator Traiectum descendit, & discordem electionem capituli sapienter intercepit, ob cuius instantiam Godefridus de Renen, maior præpositus, XXVIII. Traiectensis electus est Episcopus, vir multum glorioſus & magnanimus. Cæpit autem anno Dom. MCLVI. Pontificatus Adriani Papæ huius nominis quarti Anno secundo, comitatus verò Theoderici Comitis Hollandiæ huius nominis sexti anno vltimo: præfuit annis XXII. *Traiectenſia.*

Anno Pontificatus sui quinto, Trentones tumultuari cæperunt aduersus eum prò præfectura Groningiæ, consociantes sibi ciues Traiectenses cum plerisque vasallis Ecclesiæ. Asseruit autem Episcopus, eandem præfecturam sibi libere vacare, quia Liffridus præfectus nuper defunctus filium superstitem non haberet. Nepotes tamen eiusdem Liffridi de filio suo primogenito præfecturam ipsam ambientes, feudales effecti sunt Henrici Comitis Gelriæ, vt eo suffragante melius obstare possent insultibus Episcopi Traiectensis: cuius demum auxilio prædicti iuuenes ministeriales & ciues Episcopum cum suis militibus circumuallatum in quadam turri, proculdubio cepissent, nisi consilio Theoderici de Cluis maturius euasisset. Comes autem Gelriæ cum ciuibus & ministerialibus castellanarios adeò multis incursionibus lacessiuit, vt tam hyemalem, quam æstiualem domum exureret, & machinas ad turris euersionem erigeret. Episcopus itaque plurimum anxiatus, & à cunctis auxiliatoribus pene destitutus supplici prece constanter admonuit hominium Florentii Comitis Hollandiæ, vt oportunus auxiliator fieret in necessitate talis angustiæ. Nec mora, quin idem Comes collectis hinc inde bellatoribus plus quàm oportuit Episcopo magnificus auxiliator esset. Ciuitatem verò tam Episcopus, quàm Comes exterius crebris infestauerunt assultibus, quàm Comes Gelriæ simul & Henricus de Batenborch interius defensarunt cum electis equitibus. Inualuit autem hæc discordia fere per annum, quæ tandem iussu Frederici Cæsaris per Reynaldum quadragesimum tertium Archiepiscopum Colonienſem finita fuit, & Episcopus acceptis trecentis marchis præfecturam Groningiæ nepotibus Liffridi cum nouis priuilegiis reddidit.

Anno præsulatus Godefridi decimo, contentio grauis exorta fuit inter Episcopum & Florentium Hollandiæ comitem huius nominis tertium. Quidam enim Imperatorum & Regum vtpote Carolus & Lotharius tradiderunt orientalem Frisiam vsq; ad riuulum Lauice principibus Hollandiæ: quidam verò Regum & Imperatorum videlicet Henricus & Conradus contulerũt eandem partem pontificibus Traiectensis Ecclesiæ. Quapropter idem Florentius ipsam terram ex integro possidere volens, Godefridum Episcopum profugare decreuit, quem nuper ab inimicis suis potentissime liberauerat. Episcopus itaq; nunc à cunctis auxiliatoribus destitutus, implorauit opẽ Frederici Cæsaris, vt se eriperet de persecutione magnipotentis Comitis. Imperator autem magnam necessitatem Godefridi pontificis attendens, Traiectum extemplò descendit, vt per amicam compositionẽ inter discordes principes rediuiuam amicitiam reformaret, in hunc modum, vt Episcopus Traiectensis & Comes Hollandiæ prò tempore æque participarent de commodo & fructu Orientalis Frisiæ in causis ciuilibus & secularibus.

Item anno præsulatus Godefridi XV. validissima ventorum intemperies in autumno truculenter inhorruit, ita vt inundatio maris vsq; ad muros vrbis Traiectensis impetuosè defluere, & marinus piscis, qui vulgo Bollic dicitur, prope mœnia ciuitatis sagenis caperetur.

Anno verò sequenti frondes & germina præ solito veris tempore germinauerũt & volatilia circa purificationem virginis Mariæ oua cubantia in his partibus pullos produxerunt.

Anno eiusdem Godefridi XVII. viuificum corpus Domini de duabus Ecclesiis in Traiecto videlicet B. Mariæ Minoris, & S. Iacobi Maioris furto sublatum fuerat, nec reus post multos labores repertus. Quinto dehinc Idus Maii orta repente grauissima fuit plaga diluuii, quæ totam superficiem terræ vehementer operiens, domos cum arboribus violenter secum abduxit in torrente profluuii, vt plerique prudentes nouum cataclysmum imminere putarent ad vniuersum mundum aquis in-

undantibus secundò perdendum: & certe si tam diuturnum, quam impetuosum diluuium fuisset, proculdubio ciuitas Traiectensis non substitisset ad tempus modicum. Post triduum verò misericordia Dei diminuit aquas, quæ paulatim refluentes ad alueum suum reuersæ sunt, & omnes circumiacentes villæ de tam diræ calamitatis periculo liberatæ sunt. Hildebrandus autem venerabilis abbas S. Pauli Traiectensis in ascensione Domini proxima sermonem faciens ad populum instanter admonuit, vt tota ciuitas orationibus, eleemosynis & ieiuniis suscitatam ex negligentia Dominici corporis diuinam indignationem placaret; alioquin paulo post ciuitati plagam grauiorem secuturam. Nec prophetia tanti patris veritate caruit: Nam eodem die circa vesperas horrendum incendium accidit, quod B. Mariæ prædictã absumpsit Ecclesiam, & simul partem ciuitatis maximam. Quamobrem Godefridus Episcopus iram Dei pertimescens, conuocata generali Synodo, cunctis fidelib. suæ diœcesis ieiunium indixit: quinimò feria quinta post Pentecostes, nudis incedens pedibus diuersa Sanctorũ loca cum Letaniis deuotissime visitauit. Iste insuper Episcopus pro sempiterna laude vel memoria ædificauit amplius B. Martino quatuor castra, videlic. Horst contra comitatũ Gelriæ, Follenho contra ducatum Hollandiæ & Woerden aduersus rebellionẽ ciuitatis, vt ex eis impetũ inimicorũ ab omni parte restringeret, & diuersis raptorib. facilẽ accessum Episcopatus interdiceret; qui post hoc cum XXII. annis Traiectensem digne rexisset Ecclesiam, VI. Calen. Iunii creatori reddidit animã. Episcopus ille penes antecessores suos in Ecclesia maiori decenter inhumatus est. Contulit etiam Ecclesiæ Traiectensi oppidũ de Renen & reliqua patrimonia sua, quæ vsque in hodiernum diem quiete possidet. (Hæc ex Chronicis Traiectensibus.)

Syriana

Item Anno comitatus Florentii Hollandiæ XXXII. decreto Alexandri Rom. pontificis, & edicto Frederici glorioſi Cæsaris inæstimabilis exercitus Christianæ professionis cruce signatus est apud Maguntiam ab Henrico Cardinale siue legato sedis Apostolicæ pro recuperatione Sanctæ ciuitatis Iherusalem, quæ traditione Comitis Hugonis de Tripoli per Soldanum Babyloniæ expugnata, & pro restauratione benedictæ crucis, quæ per Agarenos ad barbaras regiones abducta erat, cuius innumerabilis exercitus capitanei principes erant Fredericus Romanus Imperator, Philippus Rex Franciæ, Richardus Rex Angliæ, Fredericus Sueuiæ & Conradus Austriæ Duces, Florentius Hollandiæ & Philippus Flandriæ Comites cum aliis magnatibus multis & proceribus infinitis. Imperator autem consilium expetiit à quodam incluso, quo pacto exercitum Christianum dirigeret: cui incluſus prophetando respondit, Imperatorem aquis suffocari debere, antequam de transmarinis partibus in patriam rediret. Quamobrem idem Augustus transitum mediterranei maris euitans, & trans Bulgariam viam obliquans, brachium Sancti Georgii transcendens iter ad Sanctam ciuitatem arripuit, sicut supra dictum est in titulo de Frederico Imp. primo.

Hollandia

Eodem etiam anno non multo post dilapso tempore, Florentius Comes Hollandiæ Calendis Augusti mensis obiit in Antiochia, sepultus ibidem apud tumbam Imperatoris in eadem Ecclesia. Wilhelmus autem de Hollandia filius eius iunior natu, Frederico Duci Saxoniæ sociatus ad annos quinq; post obitum patris in terra Sancta permansit, qui in diuersis bellis campestribus contra Paganos victoriæ palmam multis vicibus acquisiuit, per cuius industriam, & præcipue Harlemensium Christiani obtinuerunt Damiatam vrbem Ægypti prorsus inexpugnabilem, cæsis in ea cunctis Turcis cum cæteris infidelibus Agarenis: cuius muri erant indelebiles, more antiquorum ex quadratis lapidibus bene politis cum firmissimis portis congirati, & ante porticum ciuitatis catena magna erat, quæ ingressum omnibus nauibus, quantumcunq; etiam firmis & magnis prohibuit. Sed Harlemenses cum cæteris Hollandiæ populis nauem magnam & fortem in inferiori parte ab extra ferratam coaptantes, extensis velis per prosperum ventum, cum eadem naui eandem catenam successiue confregerunt, & sic nocturno tempore intrantes ciuitatem, vnam portarum vi ceperunt, occisis in ea excubias seruantibus: quibus agnitis à

Chri-

Christianis forensibus, per eandem portam omnes intromissi ciuitatem expugnauerunt; quibus patratis Harlemenses encæniati obtinuerunt ab Imperatore in gratiarum actionem sua noua arma, nimirum in sanguineo siue rubeo campo euaginatum gladium: quo legatus Apostolicæ sedis crucem, patriarchæ quatuor, stellas duas ab vna parte crucis & reliquas duas ab altera parte eiusdem crucis contulerunt: & sic regaliter remunerati cum trophæo laudis in patriam reuerterunt, &c.

Quadragesimo secundo loco successit in regimine Pontificali Colonienſis Ecclesiæ Anno Dom. MCLVIII. Pontificatus Adriani Papæ huius nominis quarti anno quarto, venerabilis pater Fredericus huius nominis secundus, filius fratris Brunonis, de quo supra dictum est, natus de Dassele, prius Ecclesiæ Sancti Georgii Colonienſis præpositus, qui non canonica electione, sed propinquorum factione, & iuuenum clericorum electione & fauore Archiepiscopatum est adeptus. Addunt quidam, quod per Simoniam constitutus sit ab Imperatore: cum omnium piorum electio in Gerhardum Bunnensem præpositum conspiraret. Itaq; vtræque partes ad audientiam Imperialem apud Nurenborch conueniunt, ibique infecto negotio rursus Ratisponæ Imperatorem adeunt: vbi cassata priori canonica electione, fauore principum Fredericus ab Imperatore Archiepiscopatum suscepit, moxque cum suis fautoribus Romam veniens, ab Adriano Papa quarto consecratur: & demum cum Imperatore in expeditionem Mediolanensem profectus, apud Ticinum, quæ & Papia dicitur, obiit: vix duobus annis pontifica lidignitate potitus, cuius ossa inde translata in monasterium Beatæ Mariæ Veteris Montis, quod patruus eius fundauerat, Colonienſis diœcesis sunt sepulta. Iste castrum Randenradt propter rebellionem destruxit, & solo coæquauit. (Hæc ex chronicis Pontificum Colonienſium.)

Quadragesimo tertio loco ascendit ad dignitatem cathedræ Colonienſis Ecclesiæ similiter natione de Dassele, venerabilis memoriæ Reynaldus, nulli omnium Episcoporum Colonienſium Ecclesiæ probitate postponendus anno Dom. MCLIX. Pontificatus Adriani quarti anno vltimo, in qua sedit annis octo. Erat ante Episcopatum præpositus Hildesimenſis, vbi satis vtilis esse reputabatur. Nam ibi pontem laude dignum & valde necessarium in palustri transitu construxit, & præterea hospitale pro sustentatione pauperum ibidem instituit. Iste igitur Reynaldus vir omni probitate conspicuus, & ipsius Frederici Imperatoris cancellarius eundem in Italiam comitatus est. Cum verò vna cum præfato Imperatore Romani imperii Rempublicam per multas solicitudines, & infatigatis laboribus vtiliter in Italia administraret, accidit vt frater ipsius Imperatoris Conradus, videlicet, Palatinus, Lodowicus Thuringiæ Landtgrauius, & Fredericus Dux Alemanniæ Conradi olim tertii filius Archiepiscopatum Colonienſem Archiepiscopo absente, hostiliter inuaderent, & concepto inter se occultè consilio, vt terras Archiepiscopi pro libitu percurrere & prædari possent, montem illum, vbi nunc est castrum Reyneck positum, præoccupare & munitionem in eo facere conarentur: quod cum industriam Reynaldi Archiepiscopi in Italia cum Imperatore existentis non lateret, conceptum & factum huiusmodi Philippo maiori Decano Colonienſi, qui ei in Episcopatu successit, & fidelibus Ecclesiæ per nuncios intimauit, & montem prædictum per ipsos occupari mandauit; quod cum ita factum esset, & dicti principes in suo proposito se præuentos sentirent, ipsi Colonienses ad feriam secundam in Rogationibus in campis Andernacensibus bellum indixerunt: quo facto ex industria dicti Philippi Decani & prælatorum Colonienſium tantus equestris pariter & pedestris exercitus occurrit, qualem ex tot præclaris nobilibus & fortibus Theutonicis in acie congregatis nunquam constitisse, repertum est. Nam computati fuerunt plusquam centum & viginti quinque millia bellatorum, vt nullus dictorum principum venire auderet, cum tamen fuissent per Colonienses diebus duodecim exspectati. Dictus igitur Philippus Decanus cum ministerialib. & fidelibus Colonienſibus in dicto monte castrum posuit ad munimen Ecclesiæ Colon. Allodium Reyneck appellatum. Interea Dominus Reynaldus Archiep. Colonienſis cum Impera-

tore in Italia degens super omnes qui aderant principes, fidelius ac deuotius seruiuit, auditoq; huius lætitiæ ac victoriæ nuntio, impetrata ab Imperatore licentia cum integritate gratiæ eius rediit, acceptis ab ipso in donum precioſiſſimis muneribus, trium scilicet Magorum corporibus, qui infantiam Domini Saluatoris mysticis muneribus venerati sunt, nec non duorum martyrum videlicet Felicis & Naboris, qui in eadem ciuitate passi fuerant pro Christo: quæ quidem Sanctorum reliquiæ in ciuitate Mediolanensi per Imperatorem tunc capta atque destructa fuerant inuentæ, illuc reconditæ, cum quibus venerandis reliquiis in vigilia B. Iacobi Apostoli sub anno Dn. MCLXIV. Pontificatus sui anno VI. Imperii verò Frederici XII. cũ gaudio & exultatione omnium glorioſe Coloniam aduenit, dictas ibidem reliquias ad honorem & exaltationem ipsius ciuitatis Colonienſis vsq; in hodiernum diem ibidem relinquendo. Ab illo tempore cæpit Colonia magis proficere in fama & gloria, ita vt vsq; hodie Sanctorum Regum odore attracti & illecti ex insulis maris & diuersis regionibus fideles illuc confluere non desinant. Si quis autem voluerit scire quomodo de partibus suis translata sint Constantinopolim, & de Constantinopoli Mediolanum, in Ecclesia S. Petri Colonienſi inueniet.

Itaq; Reynaldus Episcopus tertia iam expeditione in Italiam profectus, prona manu militum maximas Romanorum copias apud Tusculanum proſtrauit, cepit, fugauit: vbi de Romanis passim per agros fugientibus nouem millia ceciderunt, quinque millia capti fuerunt, nulli de parte Archiepiscopi prædicti, præda tota cessit seruientib. militibus: tantum triumphi gloria seruabatur. Computatũ igitur fuit postea per Romanos, quod de XLII. millibus vix duo millia in vrbem sint reuersa; cuius quidem Reynaldi Imperator exhilaratus victoria, eidem Archiepiscopo & Ecclesiæ Colonienſi largam fecit possessionem & priuilegiorum donationes, inter alia conferens eidem Archiepiscopo & Ecclesiæ Colonienſi curtes Imperiales in Andernaco & Eckenhouen cum nonnullis aliis, quibus ipsa Colonienſis Ecclesia gaudens abundat vsq; in præsens.

Anno Dom. MCLXVI. Reynaldus Archiepiscopus & Gerhardus præpositus Bonnenſis ex ipsorum propria annunciatione beatiſſimos martyres Cassium & Florentium & Malusium cum eorum sociis VI. Non. Maii, cum inenarrabili cleri deuotione ac multitudine populi transtulerũt inuento sicco, sed euidenti sanguine ipsorum: cum antea DCCCCLXXIV. anni fluxissent à passione ipsorũ. Obiit autem eodem anno ipse Reynaldus in Italia in vigilia Assumptionis B. Mariæ virginis, scientia & probitate mirabili: lingua disertus, animo & vultu imperterritus, imperio fidelis, Colonienſis Ecclesiæ prouector, nam & palatium Coloniæ magnis sumptibus cõstruxit, duas turres in templo B. Petri erexit, decem marchas ad agendum Epiphaniæ festum instituit, totidemq; in Cœna Domini ad solatium paupertũ addidit: octauam Assumptionis Beatæ Mariæ celebrari indixit. Ossa eius ab Italia Coloniam translata sunt, & in domo B. Petri reuerentia condigna tanto viro recondita. (Hæc ex Chronicis Pontificum Colonienſium compendioſe satis collegimus.)

Romana. Alexander tertius, natione Tuscus, patria Senensis ex patre Ramuncio, cæpit anno Dom. MCLX. sedit annis XXII. (Hæc Florentius.) In quodã chronico dicitur LIX. (Martinus) sedit annis XXI. mense vno, dieb. XIX. Iste vicit quatuor schismaticos, scil. Octauianum, Guidonem Cremonensem, Ioannem Fermensem & Landonem Antipapas, primus fecit se Victorem, secundus verò Paschalem, tertius Calixtũ, quartus Innocentium: quorum tres fuerunt presbyteri Cardinales, qui omnes vicissim schisma fecerunt, & per Papam excommunicati fuerunt, & omnes vicissim mala morte perierunt. (Hæc Martinus Albericus.) Ita Romæ Papa mortuo Adriano, eligitur à seniori parte Cardinalium Rolandus cancellarius, natione Senensis, & vocatur Alexander tertius, qui cum se proteſtaretur indignum causa humilitatis, prosiliit in medium Octauianus vir ambitioſus, & quibusdam sibi fauentibus Cardinalibus, ait, illum non esse cogendum: & mox se eligendum à suis fautoribus curauit, Victoremque se nominare, quamuis victoria careret, præsumpsit: & veniens ad Imperatorem Fredericum, qui Mediolanum in Lombardia obsidebat, se cum illo cõiunxit, & generale schisma in Sancta Ecclesia fabricauit, quod per annos fere XIX. innumera hominum

minum millia ad inferos transmisit. Papa verò Alexander immobilis fide stetit, qui habuit in partem suam Regem Franciæ & Regẽ Angliæ, & multos alios. (Hæc ille.)

Anno Dom. MCLX. prodiit in Almannia occasione supradicti schismatis hæresis retro inaudita seculis, & creditum est fuisse dæmones vel animas malorum hominum inter dæmones conuersantium. Apparebat enim visibiliter quidam exercitus quasi multorum millium habentium papiliones & castra, & vbiq; prædicatores suos dirigentium, qui nemini volebant loqui, nisi prius gustasset de conuiuio eorum. Episcopi verò catholici permittebant nuncios qui cauere omnes iuberent. Princeps in cuius terra resederant, consilium ab Episcopo loci requisiuit, qui dedit ei partem ligni Dominicæ crucis, vt ferret secum, & ait: Cum te ad prandium isti inuitauerint, caue ex omnibus, quæ tibi apponuntur, nequid contingas donec videris anteposita: & postea extracto ligno Dominico, dices: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, faciens signaculum crucis, & quicquid postea inueneris, securus comedere poteris. Fecit quod audiuit. Inferebantur verò diuersa fercula carnium & volatilium & piscium & pastillorum, & huiusmodi, sed cum ille fecisset signaculum crucis, inuenta sunt omnia fuisse stercora diuersa, hominum, porcorum, asinorum, & aliarum immundiciarum: & preciosa vina versa sunt in fœtentes vrinas: & sic fuit detecta prædicta dæmonum fraudulentia. Cum ergo princeps iste catholicus cum suis omnes detruncasset, ita attriti sunt, vt deinde latuerint. Sed ex eorum reliquiis creditur excreuisse noua hæresis, quæ nostris temporib. Alemanniam grauiter infecit: Omisi autem dicere, quæ faciebant quasi miracula, & videbantur quidam ex eis ambulare super aquam, tanquam supra aridam, & multa alia, sed inuenta sunt omnia mendacia, & à patre mendacii procedentia: Qui autem semel deceptus gustasset de eorum conuiuio vix postea vel nunquam reuerti poterat ad mentis integritatem & fidem. (Hæc idem Albericus.)

Anno Dom. MCLXIII. Alexander Papa in Gallias venit, & in octaua Pentecostes Turonis concilium celebrauit, illoq; anno in festo B. Hieronymi cum multa caterua Episcoporum & Cardinalium Senonas venit, vbi recipitur honorifice ab Hugone Archiepiscopo, & per annum & dimidium in sede Archiepiscopali ibi moratus, in Ecclesia S. Stephani altare Sanctorum Petri & Pauli consecrauit, & Ecclesiam S. Columbæ tunc à fundamentis extructam dedicauit.

Eodem anno Fredericus Imperator exercitum congregat, habens secum duos Reges, scil. Bohemiæ & Daciæ, venienq; in Burgundiam contra Regem Franciæ, conabatur ipsum premere vel delere, quia Alexandro Papæ fauebat, sed non præualuit, imò confusus recessit.

Anno Dom. MCLXV. Alexander Papa in Italiam reuertitur, & per mare applicat in Siciliam apud Messanam, vbi eidem occurrit Rex Wilhelmus, & regnum ab eo recognoscit, iuramẽto fidelitatis renouato: Dein Romam veniens cum magna processione suscipitur à Romanis. (Hæc Bernardus.)

Item Alexander Papa anno Pontificatus sui XIII. in capite ieiunii Sanctum Thomam Cantuariensem canonisauit. Item Petrus Comestor celebris habetur in Francia, vir facundissimus, & in Scripturis diuinis excellenter instructus: hic historias vtriusq; Testamenti vno compingens volumine, opus vtile & gratum edidit ex diuersis historiis compilatum. Florebat etiam eo tempore Mauritius Parisiensis Episcopus, qui ob industriam & literaturam de infimo statu magnæ paupertatis ad Pontificalem demum ascendit dignitatem: qui cum puerulus esset, noluit eleemosynam accipere tali pacto, ne scil. Parisiensis fieret Episcopus. Iste etiam inter præclara opera sua Ecclesiam beatæ Mariæ Parisiensis, cui præerat, à fundamentis construxit. (Hæc Bernardus.)

Item anno Dom. MCLXXVII. Idibus Septembr. fetia quarta, hora sex Luna 88. Sol passus est eclipsin fere per mediam horam.

Item anno Dom. MCLXXIX. idem Papa Alexander cõcilium celebrauit magnum Romæ in basilica Lateranensi, quæ appellatur Constantiniana, CCCXCVI. Episcoporum, exceptis Cardinalib. & Abbatibus, quorũ præ multitudine titulos vel numerũ colligere non potuimus, pontificatus sui An. XX. mense Martio, indict. 12. quinto die

menſis. Ibi de ſtatu Eccleſiæ ſanctæ multa tractata ſunt & contra hæreticos & contra Coterellos ſiue Ruptarios quædam facta capitula. In eodem concilio mitram paſtoralem quidam nigri abbates acquiſierunt, ex quibus fuerunt duo Pariſienſes, abbas Wilhelmus de Sancto Dionyſio in Francia, & abbas de Sancto Vincentio, id eſt de Sancto Germano de Pratis, &c. (Hæc Albericus.) Item fuit eo tempore in territorio Senonenſi villa Cudo virgo celebri opinione vulgata nomine Alpais, cui collatum eſt diuinitus degere in corpore & corporalis cibi ſubſidio non egere: quæ genere infima, officio bubulca, licet in corpore eſſet marcida & exilis, inteſtinis præ longa introrſus inedia vacuatis, ita tamen venuſta & corpulenta in vultu cernebatur, ac ſi deliciarum copiis perfrueretur. Frequenter autem rapitur in excelſa & Angelo duce freta, nunc pœnarum percurrit loca, nunc verò gaudia beatorum, & ad ſe rediens, quid & cui perferat, cautè perpẽdit, gubernante nimirum interius ſpiritu & docente, quid ſilere debeat, quid proferre. Tanta denique inerat puellæ ſapientia in conſiliis, circumſpectio in verbis, tamque prudenter eloquebatur, tam diſcrete conſulebat, tam ſalubriter hortabatur, vt luce clarius pateret, ipſum, qui docet hominem ſcientiam in ea elegiſſe ſedem & manſionem feciſſe. (Hæc Bernardus.)

Item Anno ſequenti ſummus Pontifex Alexander obiit, qui cum aliquando à quodam appellaretur bonus Papa, reſpondit: Ego bonus Papa eſſem, ſi ſcirem prædicare, iudicare, & pœnitentiam dare. (Hæc Helinandus.) Epitaphium eius fuit:

Hunc feſtis auxere ſuis Felix & Adauctus,
Cum quibus eſt felix factus adauctus eis.

In die enim Sanctorum Felicis & Adaucti moritur diſcretus & multa literatura præditus, & ſuccedit Humbaldus Oſtienſis Epiſcopus, vir grandæuus & mitiſſimus.

Eodem anno apud Aurelianos die Dominica circa feſtum Laurentii presbyter celebrans duas hoſtias præparauerat ad ſumendũ & ad reponendum, & proceſſerat vſq; ad orationẽ Dominicam. Tum verò repente ipſam, quam tenebat in manibus hoſtiam, rubeo colore ſuffuſam vidit & ebullientẽ ex ea ſanguinẽ, iamq; ſibi per digitos perfluentem; quam ſuper corporale deponẽs per tria loca tranſponit, & in ſingulis, quantum loci occupauit, tantundẽ ſanguine purpurauit. Sacerdote tardante, miniſter propius accedit, qui videns rem mirabilem populum conuocat; omnes mirantur: Sacerdos alteram ſumit, quam præparauerat reponendam: confluit plebs tota: & ipſe Rex Philippus, qui nõ longe aberat, feſtinus accurrit; videtur hoſtia in forma carnis liuidæ & ſupra corporale ipſæ ſanguinis notæ cum tranſponeretur hoſtia ad modũ hoſtiæ circulatæ videntur. Poſt modicum apud caſtrũ Carolum eadẽ hoſtia partim carnis, partim panis ſpeciem repræſentat, & in feſto omnium Sanctorum Priore celebrante, & volente eam in tres diuidere partes, frangi non poteſt, ſed manens integra ſolummodo eſt per medium replicata, & mox cruentæ carnis ſpeciem vna pars induit, pars reliqua in priſtina forma manet. Simile accidit apud Brenã oppidum in Vindocinenſi territorio prodigium ſuper eadẽ re. Apud Atrebatum quoque contigit res ſimilis. Hæc autem acciderunt propter hæreſin in Albegeſio & Vaſcouia pullulantes. (Hæc Vincentius.)

Item anno Dom. MCLXVIII. apud Conſtantinopolim Manuele nobiliſſimo Græcorũ Imperatore moriente, commiſit filium ſuum Alexium cognato ſuo, qui erat comes Pallacii cum imperio, proditor autẽ ille nefandiſſimus mortuo Imperatore imperium ad ſe traxit, & iuuenem ſuæ fidei commiſſum interfecit, occupatoq; palatio cum theſauris, (proh ſcelus exitiale) ſolium Imperiale conſcendit, ſed cum metueret, nec propter hæc flagitia odioſus & abominabilis haberetur, & quaſi digito notaretur à cunctis, ideo vt per extraneos atrocius vindicaretur in ſuos, paganorũ copiis in Regiam vrbem repente traiectis, efferatus in ciues alios capit, alios iugulat, alios exitio tradit: illos exilio tradit, iſtos excidio: iacit ſortes, reperitur in ſortib. quod quidam Iſaacus ipſum de Imperio amoturus, & perditioni traditurus eſſet. Quæritur in circuitu ciuitatis & per totam Græciam, quis vocetur Iſaacus; & inueniuntur tantum duo: Rex qui tunc erat in Cypro, & vnus miles iuuenis, qui tunc erat ſcriba cancellarii vel Seneſcalli in curia Imperatoris. De neutro tamen iſtorum habetur ſuſpicio.

spicio. Sic iterum sortes iecit: inuenit sicut prius inuenerat: Ad consilium cancellarius mandat, vt adducatur Isaacus ille Notarius, vt eius effodiantur oculi: cum Isaacus venire tardaret, & iam præmunitus sederet in hospitio matris suæ, armatus sub veste, & gladium iuxta se haberet, indignatus cancellarius ille, cuius consilio cuncta agebat Andronicus, ad hospitium Isaaci accessit, & ipsum per capillos arripuit, & cur ad eius imperium non celeriter venisset, cum indignatione & impetu requisiuit. Isaacus cum esset iuuenis probissimus, gladium arripuit, & caput eiusdem Cancellarii celeriter amputatum ense suspendit, & per ciuitatem clamando circumiuit: Venite ad me, dicens, venite ad me, ego diabolum interfeci: crediderũt omnes audientes hoc, interfectum esse Andronicum: & illico Isaacum rapuerunt, & ad Sanctam Sophiam perduxerunt, & in Imperatorem cum acclamatione solemni coronauerũt. Andronicus eo audito in palatium munitum se recepit: sed totius populi consilio fultus & auxilio, adest Isaacus, & palatium armatus irrumpit: Andronicus arcum semel, secundo & tertio tetendit, semper tamen cordam, non sine admiratione, ruptam inuenit: eoq; victum se fatetur, & per naues aufugit. Mittuntur illico post eum, qui inuitum reducunt, quem Isaacus per publicum trahi iubet, qui dedecorose tractatus & tractus, ictibus maceratus & dilaceratus, ex plenis odiis tot & tantis, quamuis in multas partes sectus, insufficiens fuit, nec sitim sanguinis sui, licet totus effunderetur, extinxit.

Item Alexander huius nominis secundus, præpositus S. Lamberti XXXII. Episcopus Leodiensis & LXI. Tungrensis canonice electus est, & consecratur anno Dom. MCLXV. Pontificatus Alexandri Papæ tertii anno sexto: Præfuit annis tribus. Leodiensis

Præsulatus huius anno secundo, scil. anno Dom. MCLXVI. de voluntate & mandato Alexandri Papæ & omnium Cardinalium IV. Cal. Ianuarii, præsente Frederico Imp. & multis prælatis Aquisgrani, ossa Caroli Magni Imp. à loco, vbi quieuerat annis CCCLII. cum magna reuerentia sunt eleuata & honorifice collocata in feretro argenteo per Reynaldum Archiepiscopũ Colonienſem & Alexandrum Leodiensem Episcopum in multis oblationibus, quas Imperator & Imperatrix & alii obtulerunt: vbi & canonisatus Carolus, & S. Confessor dictus est: Tandem hic venerabilis Alexander Episcopus in tertia expeditione Italica sub Frederico Imp. primo in vigilia Sancti Laurentii, morte repentina interiit: cuius corpus relatum Leodium in Ecclesia Sancti Lamberti honorifice est sepultum. (Hæc ex Chronicis Pontificum Leodiensium.) Ordinis Regularium reparatio per vniuersam Latinitatem se dilatarat, quemadmodum supra tempore Gregorii septimi huius nominis Papæ habetur, incæpit anno salutis MLXXIV. Seculares verò canonici maiori pro parte ad regularis vitæ tramitem, vnde exciderunt, non sunt reuersi, ex quibus canonici maioris Ecclesiæ Colonienſis, (Domini videlicet in summo) extiterũt: Nam antea sub abbate Deo regulariter militauerunt, prout etiam Carolus Magnus Rex & Imperator in Aquisgrano & in Hoyo, & aliis diuersis locis instituit. In recompensam tamen, memorati Domini in summo monasterium canonicorũ regularium sub præposito secundum regulam B. Augustini Deo militans in suburbio ciuitatis Nussienſis in Grangia ipsorum fundauerunt anno Dom. MCLXXXI. indictione XIV. sub Alexãdro Papa, regnante Frederico primo huius nominis Imp. sub Archiepiscopo Colonienſi Philippo de Hynsberch. Fundator verò fuit Sigiswinus. Isti ergo monasterio maioris Ecclesiæ Colonienſis canonici non exiguam partem reddituum suorum partiti sunt; præsertim cum nonnulli eorum, conuersionis gratia ipsum monasterium intrarent, quorũ Deus tetigerat corda. Nam nobile illud domicilium in Eltzen iuxta Greuenbroech ipsis regularib. tradiderunt, & vineam magnã prope Reyns, insuper & octo plaustra vini, prout exaratũ habetur in lapide summi altaris eiusdẽ monasterii vsq; in hodiernũ diẽ: Tradiderunt etiã eidẽ memorato monasterio allodia diuersarũ decimarũ & curtiũ, ac eorũ pro quotidiana sustentatione de multis affluenter prouiderũt victualib. quẽadmodũ adhuc in antiquis registris eorund. dominorũ in summo reperitur. Insuper etiã in signũ vnionis statuerũt, vt aliquoties præpositus monasterii regulariũ prope Nussiam visitaret chorũ in summo in Colonia, & reciperet canonicã portionẽ seu præsentiam, quemadmodum vnus ex ipsis canonicis. Adolphus etiã Archiep.

Colonienſis ſucceſſor Philippi dedit monaſterio memorato regularium iuxta Nuſſiam Anno Domini MCXCV. piſcariam in arnapha vel erpia riuo, qui monaſterium prædictum præterfluit, incipiens iuxta villam Grimlichhuſen ſupra Nuſſiam, & terminatur in Rhenum fluuium infra Nuſſiam, prout literæ teſtantur, quæ adhuc cum ſigillis in eodem monaſterio habentur: & in tantum inclitum regularium iſtud factum eſt monaſterium, vt caput omnium eſſet monaſteriorum eiuſdem ordinis circa clima noſtrum illo in tempore exiſtentium: in quo eodem generale ſeruabatur capitulum, vnde adhuc nomen retinuit & vocatur, Superius monaſterium, apud populares, vnde etiam inſignior porta Nuſſienſis & platea eiuſdem traxerunt nomen vſq; in hodiernum diem.

Colonienſis. Item defuncto in Italia, ſicut ſupra dictum eſt, Reynaldo Archiepiſcopo Colonienſi Fredericus Imp. Philippum Decanum S. Petri de caſtro Hemesberus oriundum, ſuum tũc Cancellarium ad dignitatem Colonienſis Pontificii promouere deſiderans, ſcripſit epiſtolas Imperiales fauorabiles ad miniſteriales ac vaſallos Colonienſis Eccleſiæ pro prædicto Philippo ſuo cancellario in Colonienſem Archiepiſc. promouendo. Votis igitur Imperatoris in hac parte ad effectũ productis, dictus Philippus, licet abſens, in Colonienſem Archiepiſcopum electus eſt An. Dom. MCLXVII. pontificatus Alexandri Papæ tertii, anno octauo, præfuit annis XXIV. Electus deinde in vigilia Aſſumptionis anni ſequentis acceſſit Coloniam, & tandẽ anno rurſus elapſo (ſcilicet MCLXIX.) in vigilia Aſſumptionis Henricum Sextũ filium Friderici primi de voluntate patris Aquiſgrani vnxit in Regem Rom. Erat vir prudens & diſcretus, corpore pulcherrimus, magnanimus & affabilis, & ſupra modum liberalis, & ideò Reynaldo anteceſſori ſuo nõ impar fama, prudentia & probitate. Cui ob probitatis & virtutũ merita, & poſt eum ſucceſſoribus Colonienſibus Archiepiſcopis omnib. Imperator Henricus memoratus cõtulit ducatum Weſtphaliæ & Angariæ, & in ſolemni principum atq; optimatũ imperii curia apud *Seymhuſen celebrata de dictis ducalibus vexillo Imperiali & Banno ſolemniter inueſtiuit. Cum enim tum Henricus Dux Saxoniæ vir multis diuitiis & potentia pollens contra Fredericum Imp. & contra Remp. ceruicoſa tyrannide multa ageret inſolenter, Imperator de conſenſu principum & optimatũ imperii per ſententiam eorundem Henricum illum depoſuit & priuauit honore & nomine ducatus: Ducatum verò, quem illi abſtulit, ſecans per medium, vnam partem contulit Bernardo Duci Saxoniæ nepoti ſuo, alteram verò partẽ conceſſit Philippo Archiepiſcopo Colon. ſupradicto, & ita, ſicut ſupra dictum eſt, ſolemniter inueſtiuit; vnde Philippus Colonienſis Archiepiſc. vt erat vir audax & ſtrenuus, conceſſionis iſtius Imperialis ſibi aſſumens executionem, cum exercitu trium millium militum electorum, exceptis armigeris, equitibus & pedeſtri exercitu, quorum non fuit numerus, intrans Saxoniam, Henricum Ducem ab Imperatore iam depoſitum tribus continuis annis inceſſanter impugnans expulit, & ad extremum exterminauit: ſimulatq; potenti manu obtinuit, & ſibi atq; Colonienſi Eccleſiæ acquiſiuit poſſeſſionẽ ducatus Weſtphaliæ & Angariæ & ſucceſſoribus ſuis vſq; in præſens dereliquit. Poſt hæc Imp. Fredericus, ſicut plures opinati ſunt, gloriæ Archiepiſcopi occulte inuidens, & potentiam pertimeſcens, adeptus occaſionem, grauiter ei aduerſari cæpit, propter quod Archiepiſcopus, cum eſſet animo impertritus, ciuitatẽ Colonienſem nouo vallo ampliari, & portis fortiſſimis muniri fecit ad reſiſtendũ ſe præparans. Tertio a. anno Moguntiæ in curia ſolemni interuentu principum Imperatoris gratiam recuperauit. Idem quoq; Philippus vir memoria dignus 40. millia & 700. marcas argenti expoſuit in emptionem poſſeſſionum Eccleſiæ Colonienſis & prædiorum: inſtituit monaſterium ad Machabæos & reliquias eorundẽ ſanctorũ de vltramarinis partibus addictas eò honorifice collocauit. Tandem poſt mortẽ Frederici Imp. cum Henrico filio eius Imperatore huius nominis ſexto in Apuliã profectus, cum pene totã prouinciam ſua prudẽtia ac magnanimitate Romano ſubdidiſſet Imperio, in obſidione Neapolitana obiit Idib. Aug. cuius oſſa Coloniam ſunt relata, & cũ magno honore in Eccleſia S. Petri iuxta ſepulchrũ Archiep. Reynaldi, cui in probitate diſſimilis nõ erat, tumulata. Item iſtius præſulatus anno primo in Egmondenſi villa natus eſt agnus vnũ caput habens & duas partes poſteriores, ſex

Seymhuſen, forte, Gelhuſen.

pedes

pedes & duas caudas, qui visus à multis, cunctis intuentibus spectaculum fuit. (Hæc ex chronicis Pontificum Colonienſium.)

Item apud Leodium electus est in XXXIII. Episcopum anno Dn. MCLXVIII. Pontificatus Alexandri Papæ tertii anno IX. Radulphus frater Bertoldi Zaringiæ Ducis & Conradi & Alberti, mediante auunculo suo Comite Namureensi Henrico, qui Radulphus Maguntiæ post Henricum & Arnulphum erat Archiepiscopus, sed quia Bennonem, id est quandam statuam auream in Ecclesia Maguntina sic appellatam cõfregit, (quam Imperator fieri fecerat per Iudæos, qui pinceruã suum occiderant) & aurum expendit & consanguineis suis diuisit, idcirco ab Archiepiscopatu cedere debuit, præfuit autem Episcopatui annis XXIII. Radulphus ille præbendas & beneficia per Vdelinum carnificem vendebat, ad quem propter hæc multi confluebant, contra quod homo quidam publice prædicauit, & quidem sine malicia. Prælati verò indignati, per Episcopũ capi illum faciunt, & ducentes per Ecclesiam, vnguibus impingũt: ipse verò prophetando dixit: heu, heu, dies venient cum subtus altare B. Mariæ porci terram effodiẽt, quod pòst accidit. Vocabatur ille Lambertus Begghe, à cuius nomine adhuc Beghinæ vocantur, quia primus inuenit ordinem Beghinarum, & eis primũ castitatis normam verbo & exemplo prædicauit: post quem multi se à suis erroribus retrahebant. Iste vir bonus plures libros edidit & fabulam, quæ S. Lamberti intitulatur: & in carcere positus vitas Sanctorum & actus Apostolorum in Gallicum vertit; qui persuadentibus clericis per Episcopũ Radulphum Romam mittitur, & dementiam suam compulsus recognoscere cogitur. Papa verò intentionem eius piam videns, & in carcerem coniectum esse per inuidiam, eum in pace dimisit, data licentia prædicandi: qui reuersus, Ecclesiam S. Christophori cõstruxit, vbi & sepulturã accepit, anno præsulatus Radulphi VII. anno scil. salutis MCLXXVII. *Leodienſia.*

Anno præsulatus eiusdem Radulphi sexto XVII. Cal. Iulii, precibus canonicorum Hoyensium corpus S. Domitiani Episc. & cõfessoris honorabiliter à dicto Domino Radulpho Episcopo Leodiensi, præsentibus quam plurimis personis Ecclesiasticis, secularibus & religiosis transfertur atq; in feretro argenteo deaurato decenter collocatur.

Item anno pontificatus eiusdem X. Gerardus Comes de Los manu armata Tungrim ingressus, domum Episcopi & Ecclesiam incendit, & homines spoliauit, cuius terram Episcopus post pene deleuit, & castrũ cepit, & Ecclesiam canonicorũ incendit, Ecclesiamq; sanctimonialium in Bilisia, & quasi totum comitatum vastauit.

Item Anno præsulatus sui XIV. Radulphus Episcopus aulam rotundam in castro Hoyensi construxit.

Item Anno præsulatus eiusdem XVIII. Ecclesia S. Lamberti in die translationis S. Lamberti, annis elapsis à passione eiusdem Sancti quingentis quindecim minus cõflagrauit, ab igne prosiliente à domo cuiusdam, & comburente totum claustrum & omnes officinas eius: Principale tamen altare, quod erat S. Mariæ mansit intactum: Sed & palatium cum Ecclesia XI millium virginum, ignis consumpsit, & Ecclesiam S. Petri cum claustro & officinis cum parochiali Ecclesia, quæ omnia ignis vorax miserabiliter perdidit, vnde versus

Annis transactis à Christo mille ducentis
Subtractis ter quinq; ruit locus ipse per ignem;
Festo Vitalis Domini fuit vltio talis.

Item Anno pontificatus eiusdem XXI. Henricus Albanensis Episcopus legatus Apostolicus venit Leodium prædicans contra Symoniam: Canonici verò conterriti, beneficia sua resignauerunt, quibus alibi prouidit. Episcopus verò Radulphus pœnitens & cruce signatus cum Frederico Imperatore transfretauit, qui reuertens de Antiochia obiit anno Dom. MCLXXXIX. sepultus in Viseto, &c.

Item post dormitionem venerabilis patris Hillini Arnoldus huius nominis primus, Ecclesiæ Sancti Andreæ præpositus, Frederici Imperatoris suggestione à clero & populo Archiepiscopus Treuerensis LXXXVI est electus anno Dom. MCLXIX, Pontificatus Alexandri tertii decimo, Frederici verò Imperatoris huius nominis primi XVII. & præfuit annis XIV. Fuit ditissimus, & maluit insolentiam tyrannorum *Treuirenſia.*

pacare, & populum de sanguine redemptum liberare pecunia, quàm armis: quia potuisset prædonibus prædandi dare occasionem. Sub isto Henricus de Vlmona vrbe capta Constantinopolitana reliquias (scilicet magnam partem crucis Dominicæ) deportauit, & partem vnam ad Sanctum Matthiam, aliam in monasterium ad Stupam, & tertiam in Coloniam cum capite Sancti Panthaleonis donauit. Venerabilis iste Archiepiscopus quando adiit Cardinales legatos pro aliquibus negotiis à Papa missos, extra suam diœcesim ipsis obuiam venit & denariis oneratos aliô proficisci procurauit: & pro his ab Ecclesiis nihil exegit. Tandem infirmitate grauatus octauo Calendarum Iunii ad Christum migrauit. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Item anno Pontificatus eiusdem Arnoldi sexto in terra Regis Portugalensi in Hispania facta est per menses duos nimia procellarum sæuitia & magna sono terribili tonitrua, ita, vt dæmon iuxta vrbem in aere discurrens, visibiliter appareret, domos euertens & villas. Duas quoque non modicas naues in proximo littore Oceani partis aduersæ sublimius à terra leuauit, & suspensas in aere diutius inter se pugnare fecit, ita vt in frusta ambæ comminuerentur, & tabulæ huc illucque à vento dispergerentur. Desierant agricolæ præ timore arare & seminare, & secuta est maxima fames, ita vt per itinera aues & feræ comederent insepulta cadauera, quorum carnibus lupi assueti, cæperunt deinde multo tempore viuentes homines inuadere, pecora fastidientes & pastores deuorantes. (Hæc Albericus.)

Traiectēsia. Post obitum Godefridi præsulis, Balduinus huius nominis secundus ad Sanctam Mariam Traiecti in Oldenzell præpositus vigesimus nonus Traiectensis inthronisatus est Episcopus Anno Domini MCLXXVIII. Pontificatus Alexandri Papæ tertii XIX. Comitatus verò Florentii Comitis Hollandiæ huius nominis tertii Anno XXII. præfuit annis XVIII. Venerabilis ille Balduinus Episcopus vir fuit mansuetus & adeò castus, vt in fine vitæ suæ virgo credatur esse mortuus, cuius fratres erant Comes Hollandiæ Florentius, Theodericus maior in Traiecto præpositus, ac Otto Comes de Benthem siue Castellanus; per quorum auxilium prædones ab Episcopatu fugauit, & totam terram aliquot annis gratiosè rexit. Omnes itaque Burgenses susceperunt ab eo iura ciuilia & similiter ministeriales bona. Solus autem Dux Brabantiæ Henricus statuto tempore Veluam acceptare neglexit, quam Comes Gelriæ ab eodem Duce sub feudo tenebat. Quapropter Episcopus Veluam occupauit cum inuictis bellatoribus, effugato Gerhardo Comite cum omnibus suis complicibus. Comes verò Gelrensis Gerhardus tantæ ditionis amissionem ægrè ferens, congregauit armigerorum magnam copiam, & per quatuor dies circumuallauit econtrà Dauentriam. Sed Fredericus Imperator illuc aduenies omnem belli tumultum suppressit, & longas inducias vtrobique seruari mandauit: quibus durantibus Gerhardus Comes absque liberis migrauit à seculo; & Episcopus iteratò Veluam intrauit, armato satellitio, & de comitatu Zutphaniæ plures villas incendit, & abinde variarum rerum magnam prædam abegit. Theodericus verò Comes de Cliuis sororius Episcopi congregauit ingentes copias electæ militiæ, deuastans ex magna parte comitatum Gelriæ: vt & Florentius Comes Hollandiæ comitatui grauia damna fecit. Nam omnia pecora totius Veluæ potenter in Dauentriam abduxit. Otto igitur de Gelria, frater succedens in comitatu, perpendens impetum suorum inimicorum violenter inualescere, nec vires sui solius contra tot magnates posse sufficere, de potestate pontificum Colonienſis & Monasterienſis, Ducis Brabantiæ & Comitis de Monte militum circa tria millia stipendiis conduxit, cum quibus octingentos equites, Episcopi tribus septimanis in Dauentria obsedit: Balduinus autem anxiam necessitatem suæ ciuitatis audiens, auxilio fratris sui Florentii & Theoderici fororii sui prædictorum Comitum contraxit robur: tam Hollandiæ, quàm Cliuiæ, vt Ottonem Comitem procul ab obsidione ciuitatis Dauentriæ pelleret. Sed ecce Fredericus Imp. iteratò partes inferiores adiens, intercepit prælium, statuens inter vtramq; partem amicum pacis interloquium, videlicet, vt Comes Otto dominationem Veluæ secundum ius ante habitum quiete possideret, quoadusq; super eo de principum suorum consilio iudicium vel arbitrium promulgaret.

Anno

Anno Dn. MCXCVI cum Balduinus Episcopus anno Pontificatus sui vltimo Trentam cum Tuenta cum imperio regeret, nec quispiam eum in aliquo molestaret vel molestare præsumeret, Otto Comes de Benthem per Florentium Castellanum Couordensem in curtibus suis quamplurimum exactionibus vexatus, Episcopo fratri continuam fecit querimoniam, ita vt pontifex demum contra Castellanum procederet ad excommunicationis sententiam. Indurato verò Florentio Dominus Episcopus cum expeditis bellatoribus præsidium Couordense vallauit, & cum terribilibus machinis adeo frequenter impetuit, vt Florentius cum priuigno suo Fulkero deditionem expeteret ac castrum cum suis attinentiis Episcopo libere traderet. Episcopus igitur expugnatum castrum commisit militi de Hollandia Ghiselberto Postekin, ad tuendum, qui totum Trentoniæ dominium duxit prudentissime gubernandum. Sed Episcopus in perniciem suam eodem amoto milite fratrem suum Ottonem militem cõstituit esse Castellanum, & simul Trentonicæ plebis iustitiarium, qui diu desideratum Kouordiæ castrum in potestatẽ susceptit, in quo cum vniuersa clientela sua manere decreuit. Interea Fulkerus de Kouordia captus adhuc in castro Horst nobilem puellam duxit in coniugem, per cuius amicos obtinuit apud pontificem, patrimonii sui partem, vt tamen nunquam aduersus Episcopum rebellare præsumeret. Sed irrita ventosæ rapuerunt verba procellæ. Is Fulkerus enim à carcere relaxatus, agnitos & notos sibi clam adiunxit, totamque Trentam aduersus Comitem de Benthem citò ad rebellionem commouit, ita vt Groningenses primò iudicem suum interficientes contra iusiurandum ipsum oppidum cingerent muro, & Trentones Episcopales redditus per Tuentam rapientes villam Kouordiæ cum suburbio penitus exurerent. Episcopus igitur ex tali præsumptione plurimum indignatus, cum forti exercitu, per Kouordiam Trentãm ingrediens condignam vltionem de hostibus suis accepit: sed Otto Comes Gelriæ huius nominis tertius, cuius occulto consilio Trentones animari dicebantur, Episcopo venit in auxilium, suggerens tandem Episcopo per amicum pacis interloquium, vt quatuor obsides de Groningia, & duodecim de Trentonia, Dauentriæ perseueranter residerent, donec Episcopo super excessibus plenariè satisfactum esset, ac omne malum litis ad bonum pacis reconciliatum foret. Istis itaque gestis Comes Gelriæ cum eisdem obsidibus Dauentriam intrans placitare cæpit aduersus Episcopum, & Episcopus ipsos obsides extemplò vinculari iussit in ipsius offendiculum, qua de causa iam dictus Comes aliquantulum confusus fuit, & abinde cum indignatione maxima retrocessit. Interea Fulkerus de Kouordia perpendens Ottonem Comitem de Benthem Episcopalibus causis esse præpeditum, ac ipsum castrum minus proinde præmunitum, contractis armigeris sæpe dictum castrum impetuose cepit, & Comitissam cum omni sua supellectili in vincula coniecit. Episcopus autem amissionem castri molestè ferens, captiuam Comitissam per dictos redemit obsides, recollegitque pro nouo bello recentes equites, cum quibus Trentam ex magna parte succendit, & castrum Kouordiæ quotidianis assultibus infestauit. Dum verò hæc agerentur, Colonienses & Moguntinenses Archiepiscopi, metuentes de conspiratione Comitis Gelriæ & Castellani Kouordiæ deuenerunt in Dauentriam, ordinaueruntque per hunc modum inter vtramq; partem indurabilẽ amicitiam, vt Rodulphus verus Castellanus Kouordiam cum Trenta secundum tenorem antiqui priuilegii in potestatem suam reciperet ab Episcopo & mille marchas pro illatis damnis in promptu persolueret, sed Comes de Benthem abscedentibus reuerendis Pontificibus hoc arbitrium obseruare renuens, recollegit ex parte fratris sui roboratum exercitum, vt alterna die dimicaret aduersus Kouordensem populum. Locatis itaque castris, quidam temerarii iuuenes, adueſperante iam die, eiaculari balistas cæperunt cum aduersis Trentonibus: quos Trentones è contra sauciauerunt vltra modum cum clauatis missilibus, vt tandem prædicti iuuenes cum dedecore diffugerent, & totum Episcopalem exercitum relictis papilionibus in repentinam fugam secum attraherent. Episcopus autem, vt vir imperterritus, profugientem exercitum virili voce reuocans, paruum coadunauit cuneum, & cum ipsis Trentonibus formidolosum

iniuit prælium, sed Trentonicis incolis indesinenter accrescentibus suisque bellatoribus paulatim deficientibus, idem Illustris Pontifex demum à bello quieuit & ex locis paludtribus cum cæteris fugientibus vix euasit. Ceciderunt autem in conflictu triginta pugiles: capti verò fuerunt circa centum milites cum multis armigeris laude dignis & scutariis approbatis. Denique dictus Episcopus ad partes Italinas deueniens, recollecto militari robore, damnum illatum in Comitem Gelriæ, tanquam in fautorem feruenter vlcisci decreuit. Nam & Veluam cum finitimis villis eiusdem comitatus, acceptis spoliis omnino succendit. Econtra verò Comes cum Trentonibus Homerschem & quasdam curtes Episcopalis Cameræ destruxit & Dauentriam ad quadraginta dies machinis terribilibus infestauit. Sed Dux Brabantiæ Henricus, cuius negligentia principalis causa fuit huius litis, culpam suam recognoscens venit in auxilium Episcopo cum quibusdam equitibus, paciscens inducias modici temporis ab vtrisq; partibus, quoadusque Cæsar Henricus sextus ad partes inferiores descenderet, qui inter Episcopum & Comitem de Dominio Veluæ per auream bullam finem liti imposuit. Acta fuerunt hæc in Gelenhusen Anno præscripto, secundo Nonas Martii. Trentones autem discedente glorioso Cæsare, inducias violarunt, & omnes Episcopales reditus in Trentonia Comiti Gelriæ pro stipendiis assignarunt. Quapropter Episcopus de prælatorum suorum consensu secessit ad Moguntiam, vt glorioso Cæsari manifestaret nouam illam violentiam. Cum autem idem Augustus ex tali audacia valde commotus, Episcopo Balduino tanquam cognato suo præsens auxilium promisisset: ecce præsul illustris die dehinc quinta, quæ est XI. Calend. Maii, migrauit ad cælestem patriam, postquam annis XVIII. Traiectēsem bellicose rexisset Ecclesiam: qui deinde nauigio Traiectum ductus est, ac ibidem in Ecclesia maiori cum exequiis congruentibus inhumatus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Gallica & Syriaca. Item Philippus Rex Franciæ, qui regnauit Anno Domini MCLXXX. cum à coæquæuis & consodalibus suis, dum sæpe cum eis in Palatio luderet, audiuisset à Iudæis singulis annis iugulari Christianum, ex cuius corde inter se communicarent, concepto inde rancore contra eos, proposuit omnes eiicere de regno suo.

In diebus illis Sanctus Richardus à Iudæis crucifixus fuit, & martyrium passus, cuius corpus requiescit in Ecclesia Sancti Innocentii Parisiis in loco, qui Campellus dicitur: & fiunt ibi per orationes eius miracula vsque in hodiernum diem.

Isto tempore floruit magister Ioannes Belech in Ecclesia Ambianensi, qui scripsit librum de Diuinis officiis per annum. Item Philippus prædictus Rex Franciæ cognominatus Magnanimus Deo & Christo in primitiuis vxoribus suis placere quærens, prohibuit, ne quis ludendo vel alio modo, per caput, ventrem, vel aliud membrum Dei iurare præsumeret blasphemando, & quia Iudæos odio habebat, & multas de eis in nomine Iheſu Christi blasphemias audiebat, omnes debitores eorum à debitis absoluit quinta parte summæ fisco retenta, eoque modo omnes Iudæos de regno eiecit, datis prius induciis eisdem Iudæis vendendi supellectiles suas, & parandi ea, quæ necessaria erant egressui, antequam eos omnino eiiceret. Domos autem & vineas & alias possessiones retinuit fisco, & Ecclesias in nomine Iheſu Christi & Sanctorum eius extrui inde vbique per ciuitates & castella in terra sua, iussit, in locis, in quibus erant Synagogæ Iudæorum.

Item Anno Dn. MCLXXXVI. Philippus Rex Franciæ pia & regali indignatione super intolerantia luti vicorum Parisiensis ciuitatis motus, fecit omnes vicos eius quadratis lapidibus pauimentari, & tunc rectè primò amisit ciuitas proprietatem antiqui vocabuli quo Lutetia vocabatur, ad cuius exemplum aliæ ciuitates & castella, vicos & plateas, pontes, introitus & exitus vniuersos & plateas publicas strauerunt lapidibus diuersis & quadratis. Item Hector filius Priami genuit Francionem, Troylus frater eius genuit Turcum. Iste in Scythiam inferiorem versus Septentrionem descendit, & ab eo Turci, nec non & Gothi, Ostrogothi, Visogothi, Wandali & Nortmanni descenderunt. Francio autem Sycambriam

venit,

venit post CCXXX annos, vbi recessit ab eis Dux Ibor & cum eo viginti tria millia, qui venientes in Gallias fundauerunt & ædificauerunt Parisios ante incarnationem Christi Anno DCCCXXV. quam vocabant Lutetiam à lutositate loci, & se vocabant Parisios à Paride filio Priami, & erant ibi antequam Franci venirent mille ducentis septuaginta annis sine Rege, ad modum Romanorum se habentes. Francio autem & eius posteri fuerunt in Sycambria annis mille quingentis & septem vsque ad mortem Regis Austriæ Priami, cuius filius fuit Dux Marchamyrus, pater Regis Pharamundi. (Hæc ex historia Francorum.) *Bona phantasia.*

Item Regis Franciæ Philippi anno septimo plures vident formam ignis in modum domus per cælum discurrere.

Item anno nono eiusdem Regis in mense Ianuario, octaua Epiphaniæ celebratum est colloquium apud Gysorium inter Philippum Magnanimum, Regem Franciæ & Henricum Regem Angliæ, in quo colloquio vterque eorum (Domino inspirante) crucem assumpsit, & fere omnes proceres & Prælati Ecclesiarum cruce signati sunt: & paulo post celebratum est concilium generale Parisiis à Rege Philippo prædicto, in quo infinita hominum multitudo cruce signata fuit. Albanensis Episcopus Henricus à Papa Gregorio legatus constitutus, cum omnimoda diligentia officium sibi iniunctum peragebat, & primò quidem secundum mandatum sibi datum instituit, vt à præsenti anno in quinquennium per omnes sextas ferias esset fidelium populus in cibo quadragesimali, & vt quarta feria & sabbatho abstinerent à carnibus omnes illi, qui essent incolumes. Dominus verò Papa sibi & fratribus suis Cardinalibus & famulis etiam secunda feria per eosdem annos vsum carnis interdixit. Venit autem idem legatus cum Archiepiscopo de Tyro, id est de Sur apud Yuadium ad colloquium Regis & Imperatoris, qui Imperator contra Colonienſem Archiepiscopum Philippum habebat discordiam, quibus apud Moguntiam, mediante legato, pacificatis cruce signatus est idem Imperator cum LXVIII. magnis Principibus. (Hæc Albericus.)

Item Anno Domini MCLXXXIX. eclipsis Lunæ fuit vniuersalis quarto Nonas Februarii, feria quinta, hora noctis quarta, & durauit per tres horas. (Hæc Albericus.)

Item Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo Philippus Rex Francorum & Richardus Rex Anglorum trans mare profecturi, iter arripiunt. Rex Francorum portum Ianuensis ciuitatis expetiit, & Rex Anglorum Marsiliam perrexit. Cum verò rex Francorum ventum exspectaret ad transfretandum aptum, quadam die fulgur de cælo decidit quinquies in eadem ciuitate, quod Regem valde perterruit. Tandem omnibus necessariis præparatis, relicto portu, in altum vela dedit: cumque multa maris spatia transuolasset, repente ventus surgens contrarius, Regem retrocedere coegit, multis nauibus confractis, equis amissis, instrumentis ligneis ad capiendas munitiones perditis, militibus etiam multis submersis: sicque Rex Francorum suo frustratus conatu in Messana Siciliæ ciuitate cum Rege Anglorum transitum sequentis anni exspectans resedit. Item Philippus Comes Flandriæ mense Augusto profectus est, & in Italia hyemauit; deinde Philippus Rex submonuit proceres per iuramentum, & illis assentientibus intrauit mare, & cum prosperitate venit Acram, vbi applicuit in vigilia Paschæ. Rex autem Richardus postea nauigans venit Cyprum, quam cum eius Rege, qui se Imperatorem vocabat, obtinuit, & filiam ipsius Imperatoris & vniuersos eius thesauros asportauit. Tandem Richardus venit Acram, & inuenit muros ciuitatis iam fractos & viriliter à Philippo Rege & Francis expugnatos. Cum Rege Richardo fuit Rex de Hybernia, & Rex de Wallia, & cum eis Comes Hollandiæ Florentius, qui ibi obiit. Cum Archiepiscopo Thessalonico, fuit regulus de Græcia Lanfagius: & in summa fuerunt ibi XI. Reges, & quinquaginta quatuor Comites & Episcopi cum Archiepiscopis viginti octo. Item totus exercitus æstimatus est CCC millium hominum, & soli milites triginta millia, vnde vix reuersi sunt sex millia. Est autem apud Acram cæmiterium Sancti Nicolai, in quo sepeliuntur absque numero homines & mulieres, parui & magni: & post nouem dies nihil nisi terra & puluis inuenitur.

Istis diebus fuit eclipsis Solis vniuersalis in vigilia Sancti Ioannis Baptistæ, Dominica die, septimo gradu Cancri, Luna existente in sexto gradu Signi & causa Draconis in duodecimo circa meridiem, & durauit per quatuor horas, antequam ciuitas Acra caperetur. Interim virtus Francorum indefessa ciuitatem Acram cepit, quarto Idus Iulii, illis, qui ibidem erant, Sarracenis vita sola concessa, sed eo pacto, vt omnes Christianos, qui in vinculis Salaadini erant, & simul sanctum lignum viuificæ crucis restituerent Christianis, quod quia postea Salaadinus aut noluit aut non potuit facere, prædicti Sarraceni & omnes alii, qui tenebantur capti, exceptis paucis magnis viris, interfecti sunt extra portas ciuitatis Aconensis ad septem millia & eo amplius. Interea Richardus Rex Angliæ frequenter mittebat 10
nuncios ad Salaadinum & mutua dona recipiebat ab eo: vt Philippus Rex eundem Richardum Regem suspectum haberet. Præterea idem Rex Philippus morbo grauissimo detinebatur, & incautè, vt quidam dicunt, à proditoribus hausto veneno, vnde & tanta infirmitate grauatus fuit, vt & vngues manuum & pedum, capillos & fere omnem cutis superficiem amitteret: vnde de consilio suorum fidelium commissa captiuorum cura & totius rei summa Duci Burgundiæ Hugoni, & aliis, quos ad hoc sufficere putabat, quingentis militibus cum sufficienti sumptu trium annorum de fisco eis ministrato ad defensionem terræ sanctæ dimissis, in patriam redire disponens Romam venit. Mortuus fuit ante Acram Balduinus Archiepiscopus Canthuariensis & plures alii Episcopi & Archiepiscopi. Mortuus fuit & 20
Philippus nobilis Comes Flandriæ, cuius ossa ad Clareuallē relata sunt. Nobilis etiam Dux Burgundiæ Hugo ex parte Regis ibi dimissus non multo post mortuus est & apud Templarios sepultus. Rex Philippus visitatis Romæ Apostolorū liminibus à Clemente Papa cognato suo benedictione recepta paucis diebus ante natiuitatem Domini in Franciam est reuersus, sanitati aliquantulum restitutus. Item anno seq. in Martio Iudæi Christianum quendam, permittente Comitissa Campaniæ apud castrum, quod Brayam super Sequanam vocant, spinis coronatum & fustigatum per vicos crucifixerunt: quo audito Philippus Rex Franciæ Christianitati compatiens in propria persona ad prænominatum castrum accedēs, LXXX Iudæos & amplius fecit comburi. Postmodum crescente iniquitate & malitia hominum, intimatum est 30
Regi Philippo, quod ad suggestionem Richardi Regis Angliæ missi erant de populo Hassatinorum quidam, qui eum occiderent, eodem modo, quo Conradum marchionem Montis Ferrati apud Acram illis diebus occiderant: propter quod idem rex Philippus sui corporis apposuit custodes fidelissimos, & ipse fere semper clauam æream vel ferream in manu gestauit, quam consuetudinem etiam custodes secuti, clauas in manibus gestant vsq; in hodiernum diem, &c.

Item Anno Dom. MCXCIV. in pago Beluacensi inter Clarum Montem & Compendium tantæ pluuiæ cum tonitribus & fulminibus & tempestatibus factæ sunt, quantas nulla memorat hominum antiquitas. Lapides enim ad quantitatē ouorum quadrāguli mixtim cum pluuia de cælo cadentes, arbores & fructiferas vineas & segetes penitus destruxerunt; villæ quoq; in pluribus locis à fulminibus destructæ & combustæ sunt. Corui etiam quam plurimi, cum huiusmodi tempestate visi sunt in aere de loco ad locū volantes, & rostris suis viuos carbones portantes ac domos incendentes: sed & vtriusque sexus homines ictu fulminum interierunt, & alia multa horrenda facta sunt. Ipsa die in Episcopatu Laudunensi castrum quoddam scilicet Caluum Montem audiuimus à fulminibus destructum. (Hæc Vincentius.) 40

Item Anno Dom. MCXCV. intolerabilis aeris intemperies ingruit pluuiæ & tempestatis: messis in folliculis germinat: fames valida inde exoritur: Sed Rex Franciæ Philippus eleemosynas facit largiores, & Prælatos, principes & omnes diuites ad hoc ipsum & ad sustentationem pauperum excitat & inducit, vt in anno præcedenti 50
fecerat. Item facta est subita aquarum & fluminum inundatio, & pontes in multis locis diruti, & villæ complures depressæ, sed clero & populo ad Deum clamantibus, & frequentes processiones celebrantibus, ipso Rege Philippo inter primos nudis plantis humiliter incedente, cessauit illa illuuies. Item obiit Episcopus Parisiensis magister Mauritius in Septemb. vir sanctæ recordationis plenus operibus bonis & eleemosynis in senectute bona, & sepultus est in cænobio Sancti Victoris, qui in-

ter cætera opera sancta & laude digna quatuor abbatias fundauit, dotauit & ditauit. (Hæc Albericus.) Et quia de resurrectione corporis multi tempore suo dubitabant, quàm firmissime credidit, moriens rotulam scribi mandauit, huiusmodi scripturam continentem: Credo quòd redemptor meus viuit, &c. Istam igitur in extremis agens super pectus suum præcepit extensam poni, vt ab omnibus ad eius sepulturam conuenientibus posset legi. (Hæc Vincentius.)

Item Anno Dn. MCXCVII. miles quidam in territorio Viromanduo mortuus reuixit, & per multos dies vita fruens nec manducans, nec bibens, multa futura dicebat, incredibilia tamen. Apud Rosetum Briæ vicum, dum sacerdos conficeret, vinum visibiliter in sanguinẽ, & panis in carnem visibilem in ipso calice versa sunt. In territorio Carnoteno hostia in manibus sacerdotis versa est in carnem. In villa, quæ Bailloillum dicitur, in territorio Parisiensi in castro, quod dicitur Marliacum, spiritus quidam hominibus in pauperis hominis specie apparet, dicens se esse animã cuiusdam hominis de Sicilia nomine Roberti. In multis locis ros mellitus pluit è cælo, fames tamen adhuc durabat. (Hæc ex gestis Regum Franciæ.) Item anno Dom. MCC. Guido Abbas Cistertiensis cum quibusdam coabbatibus suis Romam proficiscitur, & non multo post Papa Innocent. fecit eum Episcopum, Cardinalẽ Prænestinum, & misit in partes Almanniæ legatum, qui Cardinalis, vt frater Cæsarius refert, veniens Coloniam, inuenit in partibus illis clerum nomine Thare Dæmoniacum, qui cum clericus erat religiosus, & in singulis Dominicis communicabat. Bene verò poterat discerni, quando idem clericus ex proprio motu loqueretur, & quando dæmon per os eius loquebatur. Dicebat autem idem dæmon clerico: Thare fuisti ad confessionem? Etiam: & quare non dixisti illud & illud peccatum, reuertere & melius cõfitere; & adhuc adiiciebat: Ego parco tibi, Thare, quia bene est mihi propter te. Cum ergo venisset clericus ad Cardinalẽ die Dominica volens de manu eius cõmunicare, dubitabat Cardinalis, vtrum deberet eum cõmunicare: & respondit dæmon per os illius: Secure eum potes cõmunicare, domine Cardinalis, quia tua communio cibus est animæ, non cibus corporis; At ego animam eius nõ habeo, sed tantummodo corpus: & cum adiurasset eum Cardinalis, vt recederet, dixit: propter te non recedo, quia potestas hæc non est tibi concessa. Tandem clericũ communicauit, vbi dæmon per os eiusdem clerici sermonẽ faciebat optimum ad populum, & Theutonicè & Latinè. Et cum Episcopus in præsentia eius sermonẽ alium fecisset, permittebat, vt totũ absolueret. Tunc verò dicebat dæmon Episcopo: Nõ bene persecutus es, ego melius persequar, & ita faciebat sermonẽ multo meliorẽ quàm Episcopus fecisset. Cum verò quæreretur, cur in clericum illum intrasset? Causa prædicandi se intrasse, respondit, ad confusionẽ populi, ne habere excusationẽ possit in die iudicii. Interrogatus, quod nomen est tibi? Belial, dixit, nuncupor, & semper vsq; in finẽ seculi corpus possidere debeo. Rursus quæsitus quid sentiret de monachis, qui habent proprietatẽ? Respondit: Monachus qui habet obulũ, non valet obulũ, &c. Item apud ciuitatẽ Trecas Popelitani hæretici hoc anno inuenti, traditi sunt igni & cremati vsq; ad octo, videl. quinq; viri & tres fœminæ. Inter quas duæ turpissimæ erant vetulæ, quarũ vnam (prô dolor) vocabant S. Ecclesiam, & alteram S. Mariam, & ita decipiebant, quos decipere poterant, sophisticè dicentes: Ego credo quicquid credit S. Ecclesia & S. Maria. Ab istis Popelitanis captis multi alii nominati fuerunt, sed quidam eorũ per confessionem iudicium euaserunt. Item in vrbem Metensem, pullulante secta, quæ dicitur Waldensium, directi sunt ad prædicandũ nonnulli Abbates, qui quosdam libros de Latino in Romanum versos combusserunt, & prædictam sectam extirpauerunt. (Hæc Alberic.) Tempore Frederici Imp. hæresis Waldensium siue pauperum de Lugduno incæpit, cuius inuentor fuit ciuis Lugdunensis, qui cum diues esset, relictis omnibus paupertatem Euangelicam seruare voluit, & scribi fecit aliquos Bibliorum libros in vulgari, cum nonnullis auctoribus Sanctorum, quas minus sanè intelligens, suo inflatus sensu, Apostolorum officium sibi vsurpauit prædicando vbique & suos ad prædicandum mittendo, vt errores plures seminaret: Moniti autem responderunt, Deo obediendum esse magis, quàm hominibus, Prælatos & Clerum spernendo. Tandem contumaces excom-

municati, & expulsi à patria; post in concilio hæretici denunciati sunt, & factum est grande malum & laqueus magnus simplicibus, & immensum deuotis personis scandalum: & vtinam hodie esset finis: fuerunt nihilominus quidã subtilissimi hæretici, qui istam hæresim Waldensium defendere conabantur, & plura regna & populos deceperunt, cum quibus tandem miserabiliter exterminati, perierunt. (Hæc Wernerus collector fasciculi temporis.)

Item anno Domini MCII. apud Cistertium mortuus est hoc anno magister Alanus de Insulis, doctor ille famosus, scriptor Anteclaudiani, qui in Theologia fecit artem quandam prædicandi & contra Albigenses, Waldenses, Iudæos & Sarracenos libellum edidit succinctum, ad Wilhelmum Montispessulani dominum, & alia quædam habentur ipsius opuscula.

Item Anno Domini MCCIII. Guido cantor Sancti Stephani Catalaunensis scripsit librum vnum Apologeticum, & vsque ad mortem Regis Angliæ Richardi librum Historiarum à mundi principio breuiter transcurrendo vsq; ad tempus suum; cuius dicta suis in locis in hoc opere annotauimus: scripsit præterea de mundi regionibus libellum in eodem volumine coarctatum; & præter hoc volumen aliud satis rhetoricum epistolarum diuersarum; vnde, quia ista scripsit, & quia hoc anno decessit, hæc de eo diximus, vt sciatur quis fuerit. Item per Abbatem Arnoldum Cistertiensem, & per fratrem Petrum de Castro Nouo ex regulari canonico factum monachum cæpit contra hæreticos Albinenses feruens prædicatio, & hoc de summi Pontificis mandato.

Item Anno Dom. MCCIV. Rex Francorum Philippus in pignus Charitatis Ecclesiæ Beati Dionysii multas reliquias preciosissimas, quas Imperator Balduinus de Sancta Capella, quæ dicitur Os leonis acceperat, easq; Henrico Abbati manu propria tradidit, quas conuentus cum processione & laudibus nudis pedibus suscepit. (Hæc Vincentius.)

Hæresis Albigensium.

Item Anno Domini MCCVIII. fit prædicatio valida prælatorũ Ecclesiasticorum & pugna acerrima militarium & nobilium armatorum contra hæresim Albigensium, cuius vires tam validæ erant, vt omne triticum fidei gentis illius versum videretur in lolium erroris. Missi sunt abbates ordinis Cistertiensis cum quibusdam Episcopis; qui zizania rostro catholiæ prædicationis eradicarent: cuius origo à quodam hæresiarcha eorum pullulauit, qui quædam ex dogmate Manichæi, quædam ex erroribus, quas in περὶ ἀρχῶν scripsisse fertur Origenes, plurima etiam, quæ de suo corde finxerat. Adiecerunt alii alia: communiter duo credunt cum Manichæis principia: Deum bonum, & Deum malum, id est Diabolum, quem dicunt omnia corpora, sicut Deum bonũ omnes animas creasse: corporum resurrectionẽ negant, & quicquid beneficii mortuis à viuis impenditur, irrident: ire ad Ecclesias vel in eis orare nihil prodesse dicunt: vt deteriores sint Iudæis & Paganis, qui illa credunt. Baptismum abiecerunt: sacramentum corporis & sanguinis Christi blasphemant. In expeditione prædicantium contra istam hæresin contigit monachum cuiusdam abbatis alloqui militem in terra Albigensium in equo sedentem, ac cum aratore agrorum suorum loquentem: Monachus igitur hæreticum illum æstimans, sicut fuit, & propius accedens, ait: Dicito mihi, probe vir, cuius est ager iste? Respondente illo, meus est: subiecit monachus: & quid de fructu eius facitis? Ego, inquit, & familia mea de eo viuimus, aliquid etiam erogo pauperibus. Quærenti verò monacho, quid boni de eleemosyna illa speraret, respondit miles, vt spiritus meus gloriose pergat post mortem. Tunc monachus. Quo perget? ait miles: secundum meritum suum: Si etiam bene vixit, & hoc apud Deum meruit, exiens de corpore meo, intrabit corpus alicuius futuri principis, aut Regis, siue alterius cuiuslibet illustris personæ, in quo delicatè viuet. Sin autem male, corpus intrabit miseri, pauperisque corpus, in quo tribuletur. Credidit enim stultus, sicut & cæteri Albigenses, animas secundum merita per diuersa transire corpora etiam animalium atq; serpentium. Sic autẽ Albigensium error inualuit, vt breui interuallo temporis infecerit vsq; ad mille ciuitates: & si non fuisset gladiis fidelium repressus, puto quod totam Europam corrupisset. (Hæc Cæsarius.)

Item

Item Anno Domini MCCVI. in vigilia Sancti Nicolai audiuntur tonitrua: fulminibus ædificia plurima incenduntur: sequitur aquarum inundatio damnosa, de qua sic loquitur Albericus: Sequenti mense Decembri nimia aquarum inundatio ex insperato erupit, quæ molendinorum, pontium & domorum vicinarũ stragem fecit: plurimos etiam viros præoccupatos necauit, & segetes circa ripas fluminũ perdidit: sed facta oratione & processione à clero & populo paulatim recesserunt aquæ.

Anno sequenti pridie Calend. Martii fuit eclipsis Solis particularis in 16. gradu Piscium, hora diei quinta.

Item Anno Dom. MCCIX. Remis moritur Sancti Dionysii canonicus regularis, magister Petrus de Riga cognominatus Bibliotheca, versificator, apud scholares & studiosos opinione celeberrimus.

Istis temporibus in terra Beluacensi fuit Helinandus Frigidi Montis monachus, vir religiosus & facundia disertus, qui inter cætera chronicum diligenter ab initio mundi vsque ad tempus suum in maximo quodam volumine digessit, & hoc quidem opus ita dispersum est, vt nusquam totum reperiatur: cum idem Helinandus cuidam familiari suo, scilicet bonæ memoriæ Domino Guarino Syluanectensi Episcopo quosdam eius operis quaterniones accommodasse, sicq; siue per obliuionem siue per negligentiam, siue alia de causa penitus amisisset. (Hæc Vincentius.)

Item Anno Domini MCCXII. facta est inuentio corporis Beatæ Mariæ Salome, id est, filiæ Salome, quæ fuit mater Beati Iacobi de Hispania, & Beati Ioannis Euangelistæ (& fuit soror Dominæ nostræ.) In ciuitate Verulana prope Abbatiam de Casamarii vltra Romam. Quære nouam historiam inde factam miraculis eximiam, & in ipsa nouitate præclaram.

Lucius tertius natione Tuscus de ciuitate Luca genitus cæpit Anno Domini MCLXXXII. sedit Annis quatuor, mensibus duobus, diebus octodecim; prius dictus Herembardus, fuitque Episcopus Ostiensis. Iste Lucius Papa ex vrbe perturbatur, & frequentibus iniuriis lacessitur: multi ex parte eius excæcantur, & super asinos auersis vultibus ponuntur, & quia iurauerunt isto se modo Papæ repræsentant in Ecclesiæ dedecus & iacturam. Papa venit Veronam, sperans ab Imperatore auxilium, & obiit Veronæ, in cuius sepulchro tale esse Epitaphium fertur; *Romanæ*

Luca dedit lucem tibi Luci, Pontificatum
Ostia, papatum Roma, Verona mori.

Deinde ponuntur versus contrarii contrariæ sententiæ quasi quoddam Apologeticum: *Vna Verona dedit Christum tibi, viuere Roma,*
Exilii cur às Ostia Luca mori.

Item defuncto Arnoldo Treuirensi Archiepiscopo à capitulo Domini, Folmarus Archidiaconus & Radulphus præpositus in Archiepiscopos erant nominati: ad quod schisma sopiendum, hora nona fuerat assignata: Sed Folmarus dictam horam præueniens, ab vna parte electus fuit inthronisatus. Radulphus igitur præfixa hora nona veniens cum sua parte electionẽ illam cassandam acclamauit, vnde à Frederico Imp. partibus Treuerorũ Confluentiam vocatis, per Barones fuit definitum, partibus sic dissentientib. posse Imperatorẽ personam idoneã subrogare. Ventum igitur est ad electionẽ, vbi Folmarus se ostẽtauit, & Radulphus à paucis electus, ab Imp. inuestitus, reuersus est in S. Petro, quanquã in S. Symeone fuerat installatus. Istis Papa Lucius auditis, nihil determinauit: cui Vrbanus tertius Mediolanẽsis successit, cuius progeniẽ Imp. Fredericus, qui Mediolanũ oppugnauit, vniuersam oppressit; qui licet Imperator Folmarũ se non admissurum iurasset, tamen eum Papa approbauit & consecrauit, Radulphũ reprobando. Quid moror? Folmarus reuersus excommunicauit Radulphũ & suos: ecõtrà Henricus rex iussu patris fautores Folmari spoliauit, & domos corũ publicauit. Folmarus impetrato legationis officio apud Mosanũ Carram, vt Papæ legatus, cõuocato cõcilio & celebrato, Episcopũ Tullensem deposuit, Petrũ Virdunẽsem excõmunicauit. Tandẽ Clemẽs tertius misso Sygfrido Cardinale (titulo S. Mariæ in via lata) ad regẽ mittit, vt secundũ canones cõpositione facta inter eos negotiũ Treuiricũ terminaret. Veniẽs verò prædictus legatus omnes ab obediẽtia Folmari absoluit, & Episcopũ de administratione, nõ de ordine deposuit, & ab eõ dejectos restituit, & excõmunicatos absoluit, & amborũ scil. Radulphi & Folmari *Treuirenſes.*

electionem sustulit Ecclesiæ, vt prius, eligendi Episcopum liberam tradens facultatem : & sic discordia septennio iam protracta fuit terminata. (Hæc ex chronicis Pontificum.)

Brabantica. Item Henricus cognomento senior de progenie Caroli Magni Imperatoris Lotharingiæ & Brabantiæ Dux huius nominis primus, filius præfati Godefridi Ducis huius nominis tertii, cæpit anno Dn. MCLXXXV. Imperii Frederici huius nominis primi anno XXXIII. qui Henricus anno suorũ ducatuum I. duxit in vxorem Mechtildẽ filiam Matthæi Comitis Bolonienſis, ex qua successiue genuit tres filios, scil. Henricum, qui in ducatibus succeſſit, Godefridũ de Louanio, & Henricum de Harstollio, & quatuor filias, quarũ vnam Mariam Otto Imp. huius nominis quartus duxit in vxorem : secundam videl. Sophiam duxit Comes Gelriæ : tertiam verò filiam nomine Aleydam duxit Comes Aluerniæ, (qui ex ea genuit Robertum Comitem Aluerniæ & Boloniæ, & Guidonem Archiepiscopum Viennenſem ac Wilhelmũ Episcopum Leodienſem, necnon Delphinam Comitissam Aluerniæ superioris, & Mariam vxorem Walteri Bertholt Dn. Mechlinienſis, de quibus descendit Dux Gelriæ modernus Arnoldus, atq; anteceſſores sui Wilhelmus & Reynaldus Duces Gelriæ & Iuliacenſis, prout infra suo loco luculentius patebit.) Quarta verò filia nomine Mechtildis nupsit primo Comiti Palatino Rheni & Duci Bauariæ, quo sine sobole defuncto nupsit Florentio Comiti Hollandiæ, qui ex ea genuit Wilhelmum Comitem Holandiæ, postea Regem Romanorum, quem Frisones occiderũt : genuit etiam ex eodem Comite filiam, quæ maritum habuit Comitem Hannoniæ, nomine Wilhelmum, in cuius hæredibus, comitatus Hannoniæ, Holandiæ & Zelandiæ sunt coniuncti. Mortua verò Mechtilde Ducissa, vxore prima Henrici Ducis prænotati, duxit Mariam filiam Philippi Francorum Regis, de qua genuit vnam filiam, quam duxit Theodericus primogenitus Comitis Cliuenſis.

Ab isto Henrico Anno Dn. ducatus sui primo oppidũ de Buscoducis fundatum & inchoatum fuit, & portis ac muris validissimis cinctum, quod oppidum Dux in summa veneratione habuit & clauem sui ducatus Brabantiæ esse designauit & diuersis magnis priuilegiis atq; theloniis in Rheno & alibi præmuniuit, & absolui fecit, perpetuoq; ob signũ excellentiæ illud Buscum, Buscum ducis appellari præcepit & nomen perpetuo imposuit.

Anno ducatus sui secundo habuit bellum contra Gerhardum Comitem Losſenſem, castrum Duracium demolitus, & totam terram Losſenſem incendio & rapina deuastans. Oppugnauit etiam & expugnauit oppidum S. Trudonis propter aduocatiam eiusdem villæ.

Anno ducatus sui XIII. Henricus Dux & Archiepiscopus Conradus Moguntiæ cum multis aliis principibus profecti fuerunt trans mare, vt paganos debellarent. Ibi fuit electus capitaneus totius exercitus & sua industria & virtute ceperunt ciuitatem Baruch, quam spoliauerunt & igne combusserunt, ac totam illam circumquaq; regionem incendio & rapina vastauerunt.

Anno ducatus sui XVIII. Comitem Holandiæ aggreditur in Bathua, vbi Florentius Comes Holandiæ, & Comes Gelriæ capiuntur, inter quos tandem pax eo tenore firmatur, vt quilibet eorum vnam de filiabus Henrici Ducis ducat vxorem.

Anno ducatus sui XXVIII. Anno verò Dn. MCCXII. in Ascensione Domini Henricus Dux in multitudine graui, hora diei fere tertia, Leodium expugnat & infinitam tam in auro, quàm argento & quicquid pretiosum est, aufert supellectilem; clerici & sacerdotes nudantur & illuduntur : Ecclesiastica quæq; diripiuntur : Altare Sancti Lamberti sanguine contaminatur : & in Ecclesia S. Petri tres viri interfiuntur : inter mulieres & parvulos captiuorum & submersorum fuit non modica multitudo : quibus ita patratis Hugo Leodienſis Episcopus Hoiæ, celebrata Synodo, Ducem excommunicauit.

Sequenti Anno Dux Walemam & cæteras Episcopatus villas concremat : Tungrum etiam incendit, illæsa Ecclesia Beatæ Mariæ. Hugo verò Episcopus Leodienſis & Lodouicus Comes Losſenſis Ducẽ insequuntur, manu forti, vbi inita pugna, die Dominica secundo Idus Octobr. apud Steps prope Montenaken, pauci de parte Episco-

Episcopi & Comitis, plures de exercitu Ducis corruerunt, vt interfectorum numerus circa duo millia sit æstimatus : vulneratorum verò, captiuorum & fuga elapsorum non modica multitudo, Landen & Leenwis incendio subuertuntur. De isto bello luculentius habetur infra in linea pontificum Leodiensium sub Hugone Episcopo.

Eodem Anno Ferdinandus Comes Flandriæ, & frater Regis Angliæ & Comes Bolonienſis & Comes Holandiæ obsedetũt oppidum Bruxellense, hac ocasione, vt ipsum ducem Henricum restinguerẽt, ne amplius succurreret Philippo Regi Franciæ contra comitem Flandriæ, sicuti hactenus fecerat, quia ipse Rex auxilio ducis Henrici totam terram Flandriæ deuastauerat. Tandem pace inter ipsos reformata, Dux se fœdere cum Comite Flandriæ & aliis prædictis coniunxit, & sic ab obsidione recesserunt : & nihilominus Dux dedit Comiti duos filios suos obsides, vt sibi contra prædictum Regem assisteret.

Anno ducatus eiusdem Henrici xxx. Anno videlic. Domini MCCXIIII. Otto Imperator quartus duxit in vxorem Mariam filiam eiusdẽ ducis Henrici; qui quidem Henricus dux cum eodem Imperatore Ottone iuit in auxilium prælibati Fernandi Comitis Flandriæ contra memoratum Philippum Regem Franciæ. Tandem maximum & crudelissimum bellum inter ipsos exarsit prope pontem Bouinum in terra Tornacensi, in quo Rex Franciæ cepit quatuor Comites prædictos scilicet, Comitem Flandriæ, Comitem Boloniæ, Comitem Holandiæ, ac fratrem Regis Angliæ. Otto verò Imperator & Dux Henricus in vnũ sic conglobati fuerunt, vt acies Francorum separare eos non possent : & sic euaserunt.

Anno eiusdem XXXIV. Hugo Episcopus Leodiensis & ipse dux Henricus Leodii in amicitiam redeunt : & tandem Henricus Dux Anno ducatus sui quinquagesimo in Colonia ciuitate obiit, cuius corpus reportatum Lotianium in ecclesia Sancti Petri sepelitur, vt & Mechtildis vxor eius, & Maria Imperatrix filia eorundem tumulatæ sunt : Maria verò secunda vxor eius Affliginii quiescit. (Hæc ex chronicis & gestis eorundem Ducum.) Præfatus Henricus senior Coloniæ fundauit in Ecclesia maiori altare Sanctorum trium Regum ob reuerentiam & honorem eorundem, nec non & memoriam in dicta Ecclesia perpetuo facienda, illudque dotauit XII. marcharum reditibus annis singulis ob suæ suorumque prædecessorum & successorum animarum salutem, cuius collationem spectare voluit vacationis tempore ad Decanum prædictæ Ecclesiæ, prout in literis desuper confectis plenius continetur. (Hæc Magister Emundus.)

Vrbanus tertius, natione Mediolanensis cæpit anno Dom. MCLXXXVI. sedit annis duobus. (Martinus dicit vno) mensibus decem, diebus XXV. Ille prius nominatus Humbertus & ex Cardinali in Medionanſem præsulem nuper assumptus, in Papam eligitur, & Vrbanus vocatur. Interea curia Romana venerat de Verona Ferrariam, quæ est ciuitas ad introitum Venetiarum ſuper Adriaticum mare & super litus maximi fluminis Padi, vbi in festo Sancti Lucæ mortuus est Papa Vrbanus auditis rumoribus de captione Iherusalem, tactus dolore cordis intrinsecus. (Hæc Albericus.) Quo ibidem defuncto, sanior pars Cardinalium voluit Henricum Albanensem quondam Clareuallis Abbatem in Papam eligere : quia timens & præcauens dissensionis periculum prosiliit in medium, dicens, se crucis Christi seruum ad prædicandũ crucem per gentes & regna paratum, nõ posse esse Papam. Electus est itaq; in Papam Magister Albertus cancellarius, & vocatus est Gregorius Octauus, à quo dictus Henricus Albanensis per Franciam & Alemanniam constitutus est legatus, &c. Romana.

Gregorius octauus, natione Bolneuentanus cæpit Anno Dom. MCLXXXVII. sedit mense vno, diebus XXVI. Vacauit sedes dieb. XX. Dictus prius Albertus cancellarius, vir literarum facundiæq; laude clarus, sed & puritate vitæ animæq; integritate præclarior, suiq; vehemens castigator. In primis igitur ad subuentionẽ Iherusalem totis inhiat animis, & ad concitandos principes & populos per Occidẽtis prouincias, tam legatos, q̃ literas destinat, qui & cladem Orientalẽ exponãt & pœnitentiarũ relaxationẽ Ierusalẽ profecturis promittant. Sed, proh dolor, mox in suo ortu flos decorus

exaruit: Post duos siquidem menses, cum Pisas venisset, & inter Pisanos & Ianuenses furiose antea dissidentes, sopisset discordiam, & pacem firmasset, in instanti natiuitate Domini rebus humanis eximitur, & in eadē vrbe honorifice sepelitur. (Hæc Bernardus.)

Clemens tertius, natione Romanus ex patre Ioanne Scholari cæpit anno Dom. MCLXXXVIII. secundum Matthæum Palmerii, sedit annis tribus, mensib. decem, diebus XVI. prius dictus Paulus, fuitq; Episcopus Prænestinus: claustrum apud S. Laurentium extra muros ordinauit, & palatium Lateranense fecit altius, & ante portam equum æreum erexit. Istius tempore factum est passagium magnum, contradicente abbate Ioachimo, quia nondum venisset tempus.

Anno huius primo in profesto S. Magdalenæ vrbs Antisiodonensis, & in crastino eiusdem festi vrbs Trecensis miserabiliter conflagrant. Isto etiam anno Pruninum, Beluacus, Carnotum conflagrant. (Hæc ex chronicis.)

Trenirensis. Item post septem annorum schisma Venerabilis Ioannes Henrici, Regis Almanniæ cancellarius, consilio eiusdem Regis in octogesimum septimum Treuerorū Archiepiscopum concorditer fuit electus anno Dom. MCXC. Pontificatus Clementis Papæ huius nominis tertii anno tertio. Iste cum pallium à Clemēte tertio susciperet, Harmannus abbas S. Maximini exclamat, Benedictus Deus, nunc deletum est chirographum maledictionis nostræ. Papa sciscitante, quid hoc esset? Respondit, quod B. Hildegardis prædixisset, Coronam Treueriæ dignitatis septennio esse deprimendam, & iam vltimū diem prophetiæ istius se æstimare, Deumq; per istum Ioannem, qui gratia Dei interpretatur, gratiam redditurum. Sub isto ordo Prædicatorū & fratrum Minorum incæpit. Iste Ioannes Treuerorū Archiep. à Philippo Rege Aquisgranum vocatus, vbi vxor sua coronāda fuerat, in itinere de equo cadens vel casum simulans apud monasterium sanguinē excreans, intraneè confractus: quem casum Innocentius Apostolicus audiens dixisse fertur: Felix ille casus. Tandem vero Ioannes Treuerorum Archiepiscopus Pontificatus sui anno XXIII. obiit.

Imperialia. Henricus huius nominis sextus inter Reges, & quintus inter Imperatores, filius Friderici primi, successit Patri: cæpit anno Dom. MCXC. Mundi verò MMMMMMMCCCLXXXVIII. & imperauit annis VIII. secundū chronicum Martini. (Vincentius dicit VII. Matth. Florentius ponit XI.) Iste accepit Constantiam filiam Rogerii Regis Siciliæ in vxorem, secundū chronicum Martini, sed in chronico Richardi habetur, quod hæc Constantia fuerit filia Wilhelmi Regis Siciliæ. Henricum illum Cælestinus Papa tertius vnxit in Imperatorē in crastino Paschæ An. Dn. MCXCI. eodemq; anno Henricus cum Augusta Constantia in Apuliam descendit, vt regnū, quod Constantiæ vxori suæ iure successionis debebatur, & quidem Regulus nomine Tancredus inuaserat, obtineret; sed Augustam quidam pyrata nomine Margaritus apud Salernum capiens, ad vrbem regalem Panormorum deduxit, & Imperator Neapolim obsedit. (Hæc ex chronicis.)

Item Anno Dn. MCXCIV. Henricus Imperator Calabriam, Apuliam & Siciliam sibi bello subiugauit. Item mirabile quiddam contigit in Vngaria hoc anno, quia in Autumno quodam die fuit inter Drauum & Sauum pluuia locustarum densissima.

Item istis diebus in Liuonia, quæ est inter Sueciam, Prussiam & Poloniam, quidam Abbas venerabilis Bertholdus nomine, Cistertiensis ordinis, Christum prædicabat Paganis cum omni instantia, qui etiam secundus factus Episcopus post Maynhardum (qui fuit ex regularibus & primus prædicauerat in illa prouincia) diu perseuerauit, & postmodum interfectus martyrium promeruit. Interea Imperator Henricus Romanorum cum Apuliam, Calabriam atque Siciliam prouinciam ad vxorem suam Regis Siciliæ Rogeri filiam, Wilhelmi sororem iure pertinentes hæreditario, subiugasset, subiugatur & ipse mortis imperio, relinquens filium Fredericum nomine, cui regnum Siciliæ, sed non imperiū, reliquit: quia post mortem ipsius statim dissensione varia imperium fuit ex bifaria discissione diuisum in, Philippum, qui erat Henrici Imperatoris frater & Sueuorum Dux, & in Ottonem, qui Ducem Saxoniæ & Pictauorum Comitem ex sorore nepotem Richardi Regis

Anglo-

Anglorum. (Hæc Guido.) Sed cum quosdam Episcopos & Archiepiscopos Henricus Imperator trucidasset, & Ecclesiam Romanã, sicut & antecessores eius oppressisset, summus Pontifex electioni Philippi fratris eius obstitit, & Comiti Pictauiæ Ottoni filio Ducis Saxoniæ fauit. Item Albericus: Itaque hoc anno quarto videlicet Cal. Octob. moritur in Sicilia Imperator Henricus, ab vxore sua Constantia, vt dicitur, toxicatus; tamen duos perpetuos sacerdotes in Ecclesia B. Lamberti apud Leodium, & duo noua Altaria instituit pro remedio illius peccati, quod procurasset mortem Episcopi Alberti Louanienſis. (Hæc ille.) Iste Imperator Henricus videns, Regnum Almanniæ, & Imperium Romanorum, propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala perpessum, priusquam vota Principum in persona Imperatoris possent conuenire, ordinauit, vt amplius electio non fieret, sed per solam sanguinis successionem Imperium conferretur, ita, vt qui propinquior Imperatori esset, hæreditarie fieret Imperator. Vt autem Henricus à filio suo Frederico, quem de Constantia vxore sua habuit, sumeret exordium, Regnum Siciliæ & Calabriæ, & Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, quæ filius eius ab auis hæres acceperat, Romano Imperio vniuit, vt perpetuo terrarum istarum vnus Dominus esset. Ordinauit etiam, vt mulieres, masculis deficientibus succederẽt in hæreditatem, & ne Imperator mortuas manus Ecclesiasticarum personarum vltra expostularet. Constitutioni igitur huic profuturæ consentit curia Romana, & Principes LII. qui Imperatorem eligere consueuerunt, quorum sigilla literis super hoc confectis sunt appensa. (Hæc Ioannes Monachus.)

Colonienſia.

Bruno huius nominis tertius inter Archiepiscopos Colonienses, maior Præpositus Ecclesiæ Colonienſis, pene eodem modo, quo & Fredericus secundus, cuius & frater erat, secundum carnem Episcopatum adeptus est, Anno Domini MCXCI. Pontificatus Clementis tertii, anno quarto. Nam cum Lotharius Bonnenſis Præpositus canonice fuisset electus, prodito consilio sic propinquorum Brunonis virorum potentum minis territus est, vt electioni in se factæ in Capitulo renuntiaret: statimque Bruno eligitur, sub quo Albertus Leodienſis Episcopus apud Remos occisus est; propter quod iam dictus Lotharius, qui authoritate Henrici Imperatoris Episcopatum Leodienſem occupauerat, omnibus beneficiis Ecclesiasticis priuatus, cum Romam peteret, obiit in via. Bruno veto cum propter senectutem & tam corporis, quam sensus imbecillitatem ad tantæ Ecclesię regimen minus sufficeret, vix vno anno potitus Episcopio, qui conuocatis omnibus Ecclesiæ suæ primoribus atque nobilibus, virga pastorali super Altare beati Petri posita Episcopatum resignauit, sicque ad domum Veteris Montis se transferens in habitu monastico defunctus est, iuxta fratrem suum Fridericum Episcopum sepultus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Leodienſia.

Anno prænotato apud Leodium electus est in Episcopum Albertus Archidiaconus, frater Henrici Ducis Louanienſis, contra quem Comes Balduinus cum suis nominauit Albertum Præpositum, consobrinum suum, fratrem Comitis Manasseri Reitestenſis; sed Albertus Præpositus, cũ esset illiteratus, cessit Alberto Louanienſi, & venerũt ambo ad Henricũ Imperatorẽ. Imperator vero noluit Louanienſi Regalia dare, dicens: electionem deueniſſe ad manum suam, quia habuissent in electione discordiam: & cum esset ibi Comes Theodoricus de Horstal coram Imperatore, rogauit pro Præpositio Bonnenſi Lothario fratre suo; cui statim Imperator annuit, & donum concessit, mediante pecunia trium millium marcharum. Interea Colonienſis Archiepiscopus Philippus mortuus fuit in Apulia, & electus est in Archiepiscopum frater Frederici secundi Archiepiscopi & Comitis Engelberti de Monte veteri, Bruno, qui erat consanguineus Alberti Louanienſis, à quo tanquam à Metropolitano confirmationem suam idem Albertus contra votum Imperatoris obtinuit, Lotharius vero Leodium venit, & se inthronisari fecit, & ea, quæ spectabant ad Regalia, continuo quæsiuit: & Albertus timore Imperatoris, facta appellatione, cum suis domum reuertit.

Anno sequenti Imperator Henricus Leodium venit, & domos illorum, qui repugnabant Lothario, quem præfecerat, iussit euerti; in cuius etiam præsentia Dux

Louanii, Henricum fratrem ſuum Albertum Leodienſem electum coactus abiurauit. Interim Albertus Romam in habitu peregrini latenter ingreſſus, & à Cœleſtino Romano Pontifice auditus, & in cauſa ſua confirmatus in reditu, cum non poſſet adire Coloniam, Archiepiſcopo Remenſi Wilhelmo tranſmittitur conſecrandus; qui eum conſecrauit in Vigilia ſancti Matthæi Dominica die; quod cum diuulgatum eſſet in curia Imperatoris, miſſi ſunt proditores, qui eum interfecerunt extra ciuitatem Remenſem, in profeſto beatæ Catharinæ virginis, ferè tertia hora veſperarum. Attulerat Roma mitram Abbati Bolonienſi, annulum ab antiquo iam habenti. Sepultus eſt ergo magno cum honore in medio principalis Eccleſiæ eiuſdem ciuitatis ſub crucifixo, decoratus tali Epitaphio:

Legia me legit, electum Roma probauit,
Remis ſacrauit, ſacratum martyriſauit.

Miraculis manifeſtis claruit poſt mortem. (Hæc ex geſtis eorundem Pontificum.) In hiſtoria Regum Franciæ ita dicitur: Remis Metropoli Francorum occiditur ſanctiſſimus Leodienſis Epiſcopus Albertus, miſſis apparitoribus ab Imperatore fingentibus ſe electos ab Imperatore, qui eundem ſanctum Epiſcopum, cum ab eo fuiſſent amanter recepti, & apud eum diu, tanquam amici fideles conuerſati, nacti ſpatiandi occaſionem, extra muros ciuitatis eductum occiderunt, octauo Calend. Decemb. Lotharius autem Bonnæ Præpoſitus, cuius occaſione hæc facta ſunt, nũquam poſtea Leodium intrauit, ſed paulo poſt iudicio diuino mortuus interiit. (Hæc ibi.)

Item defuncto penes Antiochiam Florentio Comite, Theodericus filius eius, huius nominis ſeptimus, vndecimus Comes effectus eſt Anno Domini MCXCI. Præſulatus Balduini ſecundi Epiſcopi Traiectenſis anno XIV. Iſte duxit in vxorem Adelheydam filiam illuſtris viri Theoderici Comitis de Cliuis, de qua duas excellentis formæ ſuſcepit filias, videlicet Adelheydim & Adan. Adelheydis autem Henrico Domicello Geldriæ deſponſata fuit: Adan verò Ludouicus Comes Loſſenſis contra voluntatem totius Hollandiæ populi coniugem ſibi deſponſauit.

Hollandica. Anno eiuſdem Theodorici quinto, Wilhelmus de Hollandia de expeditione Ieroſolymitana reuerſus eſt ad Hollandiam, quem frater ſuus Theodericus Comes primo gratioſe ſuſcepit ſecundũ debitam honorificẽtiam; denique vero ſuſurronum exoſa ſuggeſtio ſeminauit inuidiæ zelum inter fratres, vt Wilhelmus ad Drechterenſes Friſones extemplò tranſiret, & cum eis Hollandiæ forenſes villas diurnatim impugnaret. Eodem fere tempore Balduinus Flandriæ Comes ſubintrauit armata manu Zelandiam vt expugnaret vicinam terræ ſuæ Walacriam. Quapropter Theodericus Comes vtrobique perplexus, tum contra Friſones, tum contra Flandros populoſum eduxit exercitum, quem de primatum ſuorum conſilio ſubdiuiſit in bipartitum cuneum, quorum vnum verſus Flandriam ſecum aſſumpſit, & alterum Adelheydi Comitiſſæ pro Friſonibus expugnandis in Egmunda reliquit: quibus ita geſtis, idem Comes ad Zelandiam remigans, aduerſus Balduinum Comitem grande bellum commiſit, quem potenter à Zelandiæ finibus cum victoria profugauit. Adelheydis autem Comitiſſa tanquam mulier imperterrita, cum vexillis fulgidis & tubis ſtridulis ab Egmunda deuenit in Alcmariam, vt iuxta præſcriptum Domini ſui rebellantem expugnaret Friſiam. Econtra Wilhelmus miles egregius Frigingenſem eduxit exercitum, non formidans aduerſus Hollandienſem decertare populum: & ecce commiſſo prælio Friſones de Winckel & Nyendorp pro pacta pecunia diffugerunt, delinquentes Wilhelmum cum cæteris Friſonibus in mortis anguſtia; qui per Kinemaros in vado propulſus, & fere circumuentus fuit, ſed poſt aliquantulam reluctationem cum ſuis Friſonibus vix aufugit. Iſtud autem infortunium Friſones non ipſi Wilhelmo, ſed ignauiæ ſuæ reputarunt, cui de cætero ſine ſuſpicione qualibet fideliter adhæſerunt. Itaque cum Theodericus Comes de Flandris victor rediſſet ad Hollandiam, Balduinus Traiectenſis Epiſcopus, Theodericus maior Præpoſitus, & Otto Caſtellanus fratres & patrui, tam Theodorici quam Wilhelmi deuenerunt ad Kinemariam, vt aliquam compoſitionem pacis inuenirent, per quam diſcordes fratres in amicitiam coire poſſent: quorum arbitrio denique diffinitum eſt, vt Theodericus tanquam maior natu quiete maneret Comes Hollandiæ, & Wilhelmus de

mus de manu fratris ſuſciperet in feudum Comitatum Orientalis Friſiæ: Inſuper idem Wilhelmus ex thelonio de Geervleyt trecentas libras reciperet annuatim, & amplius fratrem ſuũ non grauaret. Terminata itaq; fuit fraternalis diſcordia, & ipſe Wilhelmus benigne ſuſceptus eſt Comes in Orientali Friſia, qui penes Oeſterzee caſtrum conſtruxit, & cũ illis de Cuyure ſæpe conflixit; ex quibus plus quam quingentos viros occidit, & exinde totam patriam ditioni ſuæ potentiſſime ſubiugauit. Tandem Theodericus Comes apud Dordracum laborans circiter agonem ſuę mortis quam plurimũ conqueri cœpit propter abſentiam Wilhelmi Comitis Oeſtfriſiæ ſui fratris, preſertim quia de prouiſione Comitatus cum ipſo nihil ante mortem egiſſet, aut certe quia vnicam filiam ſuam Adan nomine, puellam preclaram, & nubilem tutelæ ſuæ minime commendaſſet. Comitiſſa quidem Adelheydis è cõtra perperam intendens, propoſuit ipſam puellam Ludouico Comiti Loſſenſi deſpondere, & ſic cum extraneo Principe Comitatum Hollandiæ pro ſuo beneplacito gubernare. Theodericus vero Comes interim pridie Nonas Nouemb. requieuit in pace, Creatori reddens animam, poſtquam annis tredecim bellicoſe rexiſſet Hollandiam. Defuncto Theoderico Comite, Ludowicus de † Loen ab Hoſtena, Dordracum feſtinanter aduenit, & ſecundum Adelheydis Comitiſſæ ordinationem Adan puellam, de Regali ſtirpe progenitam, in feſtiuo gaudio ſponſam accepit: & erat miſerabile ſpectaculum intueri, tam cito magnifici Comitis diſparuiſſe reuerentiam, vt Adelheydis Comitiſſa ſepoſitis funeralibus exequiis (prô pudor,) ſponſalem auderet celebrare lætitiam. Sed quid plura? Comitis exanime corpus Egmundam deuectum eſt, quod ibidem apud anteriores Comites in capella ſancti Prothomartyris Stephani, honorifice tumulatum eſt. (Hæc ex Chronicis eorundem Comitum.) *Loſſ.*

Cœleſtinus huius nominis tertius, natione Romanus, ex patre Petro, cœpit Anno Domini, ſecundum Matthæum MCXCIII. ſedit annis ſex, menſibus IX. (In quodam Chronico habetur Anno Dom. MCXCII. Sedit annis ſex, menſibus octo, diebus XI.) Iſte antea dictus eſt Hyacintus ſenex & emeritus, gratioſus & generoſus, venerabilis Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedium, ipſo die Dominicæ reſurrectionis conſecratus fuit, & in craſtino Henricum Friderici Imperatoris filium Imperiali diademate inſigniuit: Iſte fecit Palatium apud ſanctum Petrum, anno Pontificatus eiuſdem Cœleſtini tertio. Tancredus Rex Siciliæ, eiuſq; filius Rogerius iam in Regem promotus, inter paucos dies regni ac vitæ exitum ſimul ſortiuntur, Imperatorque Henricus, qui ad peruadendum Apuliam Siciliamque ſæpius aſpirauerat, audita morte eorum, terra mariq; exercitum dirigens copioſum à Principibus Regni ſuſcipitur, regnumque totum ſuæ ditioni ſubiicit. (Hæc ex Chronicis.) *Romana.*

Venerabilis Adolphus huius nominis primus, filius fratris Brunonis anteceſſoris ſui, prius Præpoſitus maioris Eccleſiæ Colonienſis, aſſumptus eſt in Pontificem Colonienſis Eccleſiæ, Anno ſalutis MCXCII. qui fuit annus Pontificatus Cœleſtini Papæ tertii, primus, & ſedit annis XII. cum poſt obitum Henrici ſexti Romanorum Regis, ille ipſe Adolphus Colonienſis & Theodericus Treuerenſis Archiepiſcopi, in electione diſcordi, Ottonem quartum elegiſſent, aliis quidem Principibus eligentibus Philippum ſecundum in Regem, de qua quidem electione facit mẽtionem Decretalis [c. vener. extra, de electione.] Idem Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis, dictum Ottonem electum ſuum, Aquiſgrani coronauit. Fuit autem Otto quartus, filius illius Henrici Ducis Saxoniæ, cui Fredericus Imperator primus Ducatũ Weſtphaliæ abſtulerat, & contulerat Eccleſiæ Colonienſi: fuit quoq; Comes Pictauienſis. Orta igitur longa & dira inter dictos Dominos, ſcilicet Ottonem & Philippum ad Regnum electos, bellorum diſcordia, dum Philippus potentia & auxiliis maioribus, multo ſtipatus milite, alteri, ſcilicet Ottoni præualeret, & propter Archiepiſcopum Adolfum, qui Ottonem elegerat, Epiſcopatum Colonienſem inuadens, abſque reſiſtentia longo tempore deuaſtaſſet, fama Archiepiſcopi Colonienſis cœpit apud Ottonem ſuum electum vacillare: quaſi Archiepiſcopus contra Philippum manum validam non apponeret, cum tamen ſecundum veritatem, ipſe ſolus & auxiliis Ottonis ſui electi deſtitutus, potentiæ dicti Philippi reſiſtere non valeret. Vnde Adolphus Archiepiſcopus neceſſitate bellorum compulſus, vel ſicut quidam coniiciunt, *Colonienſia.*

promissis & muneribus Philippi allectus, receptis ab ipso Philippo iureiurando & obsidibus, coniungens se cum Philippo in vigilia Epiphaniæ Aquisgrani similiter eũ in Regem coronauit. Suborta igitur propter hoc inter Ottonem Regem, & Adolphum Archiepiscopum suspicionis & rancoris causa, Adolphus de hac re per Ottonem Regem apud Innocentium tertium Papam accusatus, & per Papam propterea ad curiam Romanam personaliter citatus, sed non comparens, per dictum Papam Innocentium primo fuit excommunicatus, & cum sententiam excommunicationis ille paruipenderet, idem Innocentius Papa sententiam depositionis in ipsum tulit, quem quidem depositionis sententiam Siffridus Archiepiscopus Moguntinensis & Episcopus Cameracensis recepto legationis Apostolicæ officio in Colonia præsente dicto Ottone Rege contra Adolphum executioni mandauerunt. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Leodiensia. Item apud Leodium Simon filius Ducis Henrici de Limborch, frater Walrami, consobrinus Episcopi Alberti nuper defuncti eligitur in Episcopum, cõtra quem ex alia parte, fauente Balduino Comite, eligitur apud Namurcum quidam Archidiaconus Albertus de Cuck, qui per quosdam sibi adhærentes castrum de Hoyo obtinuit, sed Leodium non intrauit fere per biennium appellantibus partibus ad Papam & causas ventilantibus, qua de causa ambo Romam profecti sunt: Et Simon quidem Cardinalis efficitur, sed cito post à quibusdam perfidis veneno accepto, Romæ moritur Calend. Augusti, & in Ecclesia beati Laurentii sepelitur, mortuis etiam cum eo multis suæ Ecclesiæ canonicis, quo audito, pars Canonicorum in Ecclesia beati Lamberti residentium voluit alium substituere electum per commune Capitulum, & deliberato consilio nominabant & eligebant Archidiaconum Ottonem virum religiosum, fratrem Goswini de monte Falconis, primo in Præpositum & post in Episcopum; cui præcipue aduersatur Archidiaconus Hugo nepos Præpositi defuncti, frater Roberti de Petraponte Domini: qui Otto venerabilis non multo post mortuus est. Albertus autẽ diu Romæ perseuerauit, pecuniam multã mutuo à Romanis accepit, & cum nõ esset, qui ei resisteret, consecrationem suam, antequam reuerteretur, obtinuit. Fuit enim in secularibus satis prævalens & astutus. Iste Albertus secundus cognomento de Cuck à Roma regressus Epiphaniæ Domini in Ecclesia Colonienſi ab Adolpho eiusdem ciuitatis Episcopo, in Episcopum Leodiensem solemniter consecratur; quo facto, intrauit Leodium, Anno Domini MCXCVI. Pontificatus Cœlestini Papæ huius nominis tertii, anno quinto; & licet illius prima electio non fuerit canonica, tamen (vellent, nollent) qui ei contradicebant, modo eum receperunt febribus quartanis & aliis languoribus conquassatum; & ita qualicunque modo præfuit abhinc quadriennio. Impetrauit Romæ à Cœlestino Papa tertio de carne recenti corporis beati Laurentii, quæ post decessum eius est translata ad Ecclesiam beati Laurentii ad preces Ottonis duodecimi Abbatis sancti Laurentii, & in maiori altari assumpta.

Anno Domini Millesimo ducentesimo primo, præsulatus eiusdem Alberti secundo, Hullæ circa Leodium primo inueniuntur in termino publici montis hoc modo: Quidam senex venerandus alba veste indutus fertur transiisse, per vicum, qui dicitur de Koko, & dixisse fabro conquerenti, quod nimis expendebat de carbonibus arborum, & sic parum acquirebat. Amice (dixit) perge ad vicinum montem monachorum, & inuenies nigras venas terræ patentes, quæ est terra vtilissima ad hoc: Quo dicto disparuit.

Anno sequenti maior Ecclesia Leodiensis rursus ædificatur: quo eodem tempore fuerunt ordinatæ tres processiones post festum sancti Ioannis Baptistæ, propter sterilitatem & magnam famem, quæ huc vsque in ciuitate Leodiensi magna cum reuerentia celebrantur. Die natalis Domini, dum Episcopus curiam teneret Leodii, quidam ebrius surgens è mensa, imagini Christi sculptæ obtulit in palatio carnes cum veru, percutiens faciem eius cum cachinno dicens: aliis epulantibus quid hic tas ieiunus? Et statim veru retro versum, oculum illudentis eruit.

Anno quarto consecrationis Alberti orta est seditio magna Leodii inter Clericos &

cos & laicos: Laici enim ciuitatem muris & aggere firmantes, à clericis & familia eorum exactiones & tributa exigebant, nobilitatem Clericorum infringere cupientes. Clerici silentium à Diuinis ciuitati imposuerunt, & quosdam ciues à nundinis Franciæ reuertentes, spoliauerunt; Ciues vero quendam Canonicum ceperunt, & alios verberauerunt: Episcopo laicis consentiente, qui iurauerant, nunquam se agere velle contra libertatem Ecclesiæ. Post reformata est pax ciuibus iurantibus coram Alberto Episcopo, se nunquam de cætero facturos contra libertatem Ecclesiæ, & de iniuriis satisfacturos. Sepultus est Episcopus in Ecclesia sancti Lamberti ante chorum cum hoc Epitaphio:

Hoc in sarcophago cunctorum dira vorago
Clauditur Albertus Giezi dum vixit apertus.

(Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Postquam sepultus esset Balduinus Episcopus Traiectensis, Theodericus Hollandiæ huius nominis septimus, ac Otto Geldriæ Comites armipotēter venientes in Traiectū, seminauerūt exosum inuidiæ malū in electione noui pastoris, ita vt admodum disturbarent vasallos & canonicos Ecclesię Traiectensis. Quidā enim concapitularium elegerunt Theodericum de Hollandia, fratrem Balduini Pontificis iam defuncti, maiorem Præpositum, cui fideliter adhæsit Theodericus Hollandiæ Comes, & tota terra Traiectensis. Cæteri vero Canonicorum elegerunt Arnoldum de Isenborch, Præpositum Dauentriensem, cuius partem assumpsit Otto Geldriæ Comes & tota terra Transyselensis: & Hēricus Imperator Theoderico cognato suo per annulum & pastoralē baculum inuestiturā Episcopatus dedit; quinimo temporalem iurisdictionem Theoderico Comiti Hollandiæ gubernādam commisit, donec in Romana curia definitum esset, quis eorum dictante iustitia Pontificium obtineret. Itaque Theodericus Comes propugnator siue tutor Episcopatus existens, ac in castro, quod dicitur Horst, cū tota sua curia manere disponens, Episcopales redditus ex imperiali præcepto curiose collegit, sed obstante consilio Comitis Geldriæ de partibus Transyselinis nihilomnino recepit. Quapropter idem Theodericus Comes adiunctis sibi robustis bellatoribus tam ex Hollandia, quā ex Zelandia vniuersum pagum Veluæ potenter incendit, magnamque prędam multimodæ facultatis secum gloriosius asportauit: nec mora, quin & Geldriæ Comes contractis pugilum immensis copiis Hollandiæ Comitem vsque in montem Haymonis festinanter insecutus est, vt raptam prædam potenter excuteret, & pro illata sibi contumelia crudele bellum gereret: & ecce concurrentibus inuicem vtriusque partibus cruentum bellum inhorruit, ex quo demum post vtriusque partis horrendum excidiū, Otto Comes Geldriæ suis paulatim diffugientibus, in equo cursorio retrocessit & Hollandiæ Comes fugitiuos hostes cursu celeri subsecutus, copiosum numerum plebis & militiæ cepit. Istis ita gestis Wilhelmus Orientalis Frisiæ Comes hac audita victoria, gauisus peruenit ad Hollandiam: deinde secessit in Horst vt fratris sui visitaret præsentiam, quem Theodericus Comes iussit extemplò apprehendi, ac in carcere districtissime illigari cathenis: modico tamen dehinc elapso tempore, iam dictus Wilhelmus Comes disruptis claustris à captiuitate clam exiens, spe protectionis deuenit ad Ottonem Comitem Geldriæ, à quo per dies detentus fuit in contubernio magnæ lætitiæ. Nouit enim idem Comes Otto, eundē Comitem Wilhelmum in terra sua virum strenuum & illustrem fuisse. Quapropter dedit ei Adelheydem filiam suam in vxorem, ex qua genuit Florentium Comitem Hollandię, Ottonem Traiectensem Pontificem, Wilhelmum Præsidem, Adan Abbatissam Ryuensburgensem, & Richardam deuotissimam monialem. Nuptiis vero magnifice in Stauria celebratis, sæpedictus Wilhelmus gloriose receptus est in Orientali Frisia. Eodem anno Theodericus Hollandiæ, & Otto Geldriæ Comites, ab omni controuersiæ discordia reconciliati sunt in hunc modum: vt Henricus filius Ottonis Comitis Geldriæ, duceret in vxorem Adelheydem filiam Theoderici Comitis Hollandiæ, sed ambo post modicum tempus defuncti sunt, ac in Rynesburgensi monasterio luctuosis funeralibus inhumati. (Hęc ex Chronicis eorundem Pontificum Traiectensium.)

Traiectēsia

Sancta Hollandica.

Philippus huius nominis secundus, Dux Sueuiæ successit fratri suo Henrico

Imperialia.

Imperatori huius nominis sexto in regno (in discordia tamen.) Nam post mortem prædicti Henrici Imperatoris duo electi sunt, videlicet Philippus prædictus, & Otto Comes, filius Henrici Ducis Saxoniæ. Veruntamen in Germania Philippus regnum obtinuit: Cœpit autē An. Dom. MCXCVIII. Mundi vero MMMMMCCCXCVI. & regnauit annis X I. (Hæc ex Chronicis.) Philippus ille Moguntiæ coronatus est in Regem Alemanniæ, & Philippus rursus coronauit Moguntiæ Odoacrum in Regem Bohemiæ: qui Odoacrus fuit tertius Rex Bohemiæ: Primus namq; dictus est Primislaus, secūdus Wratislaus, tertius frater eius iste Odoacrus, siue Ottogarus, & habuit fratrem virum potentissimū Episcopum de Praga Henricum. (Hæc Albericus.) (Item Vincentius, &c.) Philippus autem Dux Sueuiæ, frater Henrici quondam Imperatoris, maximam partem Imperii obtinuit, contra quem Otto Dux Saxoniæ stetit, habens coadiutorem Regem Angliæ Richardum auunculum suum, comitemq; Flandriæ, & Archiepiscopum Colonienſem. Rex autem Francorum Philippus Regi Philippo Almanniæ, Duciq; Sueuiæ confœderatus est, sperans per eum Comitem Flandriæ sibi subiicere ac Regi Angliæ facilius posse resistere. (Hæc ille.) Istorum vterque coronatur in regem Germaniæ contentiose, qui multa inter se deinde prælia commiserunt. Otto Cæsar, Dux Saxoniæ, qui & Comes Pictauorum, Leodium venit in Quadrageſima huius anni, manentibus adhuc reliquiis sterilitatis & famis; In die vero Pentecostes sublimatur & coronatur in Regem Aquisgrani, fauentibus ei Archiepiscopo Colonienſi Adolpho, Duci Louanii Henrico, & auunculo eius Duce de Limborch sene, Henrico & filio eius Walramo, & quibusdam aliis Principibus.

Item anno Regni Philippi quarto, obiit in Italia versus Romam, Ioachim scriptor nouus, Abbas quondam de Miracio Cistertienſis ordinis, qui super Apocalypsin Ioannis, & supra dicta Prophetarum concordias edidit, de temporibus præteritis, ad coniicienda tempora futura, qui multo aliter sentire videtur de aduentu Antichristi, quam quidā nostri temporis, qui de die in diem simplicium corda sollicitare temere præsumpserunt, quod nos loco competenti declarare proponimus. Scripsit idem Ioachim libellum de Trinitate, in quo Magistrum Petrum Lombardum in sententiis redarguere præsumpsit, pro qua præsumptione Papa Innocentius in magno Concilio postmodum Romæ celebrato eundem libellum damnauit & sententiam Magistri Petri, quæ obscurior videbatur, explanauit. Tamen cætera Ioachim opuscula, & vitam eius religiosam & morum institutionem & eruditionem, quam in Florentino monasterio idem Ioachim reliquerat, Papa Innocentius tertius non improbauit, sed approbando commendauit.

Item anno sequēti, qui fuit annus salutis MCCII. Tartari cum vxoribus & filiis ab Indis montibus egressi, per vicinas prouincias prædas agunt; quibus assueti Parthos deinde petunt, & pari terrore mediam Assyriam, Persiam, Armeniamq; & Sarmathas nō longo tempore peruadentes circa Meotidis paludis littora sedes demum firmant. (Hæc Florentius.) Istud Regnum Tartarorum, quod circa hæc tempora incœpit, creuit valde & vsque hodie est maximum in orbe, cuius incolæ fecerunt in mundo plagam maximam: de quorum conditionibus & consuetudinibus ac bellis, si quis plene scire voluerit, videat libellum fratris Francisci Pipini de Bononia, ordinis fratrum Prædicatorum, in quo prædicta luculento sermone depinxit. (Hæc Collector.) Item ciuitas magna Constantinopolis acquisita est à Francis, & Comes Balduinus Flandrensis factus est Imperator, vnde versus:

NB.

Quatuor exemptis sex annis mille ducentis,
Idibus Aprilis Roma secunda ruit.

Alibi sic: *Bis sexcentenis erat annus bis quoque binus,*
Quo Constantini dominantur in orbe Latini.

Item anno eiusdem Philippi octauo, Rex Russiæ Romanus nomine, à finibus suis egressus & per Poloniam transire volens in Saxoniam & Ecclesias destruere sicut falsus Christianus, à duobus fratribus, Poloniæ Ducibus Lester & Conrado super Wiselam fluuium, Dei iudicio, percutitur & occiditur; & omnes quos secum aggregauerat, aut disperguntur aut interficiuntur. In partibus Asiæ maioris versus Mesopotamiam & Armeniam, quidam Ionas vir venerabilis erat Patriarcha in ciuitate

Susis;

Susis; in cuius Ionæ manibus, dum Missam celebraret more suæ gentis, (hoc est, secundum consuetudinem Surianorum) tale fertur accidisse miraculum, vt panis ille magnus fermentatus, vnde fiebat sacrificium, in paruam & pulchrā hostiam, ad morem sacrificii Latinorum conuerteretur, & Calix ligneus destrueretur cum cochlearibus, reperto vero sanguine in argenteo calice; & hoc accidit in festo B. Ioannis Baptistæ huius anni; vnde plures Surianorum Ecclesiæ, Armenii, Georgiani, & Iacobitæ ad consuetudinem sanctæ Catholicæ & Romanæ Ecclesiæ de die in diem per hoc miraculum cœperunt conuerti: Et iste Ionas Patriarcha magno Concilio Romano interfuit, & postmodum in Patriarcham Alexandrinum promotus est.

Item anno sequenti bellum fuit super Rhenum inter Ottonem & Philippum iuxta Coloniam, & captus est Archiepiscopus Bruno de Sena, & Otto deuictus. (Hęc Albericus.)

In quodam Chronico sic habetur: Otto Imperatorē se facturus, contendit cum Philippo Duce Sueuiæ, & deficientibus à se partibus inter Coloniam constitit, quia ei Colonia sola fauit. Philippus igitur obsidet Coloniam & ciues egrediuntur, sed repelluntur, & Ottone fugato Colonia capitur à Philippo.

Item anno sequenti, Rex Almanniæ Philippus, qui contra Ottonem inualuerat, legatis Apostolicæ Sedis honorifice susceptis Natale Domini Metis celebrauit. (Hæc Albericus.) Iste Philippus licet ætate iuuenis, potentia tamen clarus & pietate præcellens, militia optimus, largitate serenus & omnium virtutum insignibus præcipuus à † Bertholpho Palatino de Wittelesbach crudeliter, & (prô dolor) nimium miserabiliter occiditur; vnde Rex Bohemiæ, cæterique amici & cognati eius, de morte talis & tanti Principis quamplurimum condolentes, tanquam inauditum facinus, impunitum esse non patientes, vrbes, castella & omnia, quæ prædicti Palatini esse poterant diripiendo, & concremando deuastare cœperunt, ipsumque vnanimi conspiratione insequentes, de loco ad locum profugum ire compulerunt; quem Henricus de Kalatin tandem pro morte eiusdem occidit. (Hæc ex Chronicis.) De morte istius Albericus ita scribit: In illa parte Almanniæ, quæ Franconia dicitur, quæ est inter Rhenum & Danubium, ciuitas habetur Bambergensis, in qua Rex Philippus Imperator, vt credebatur, futurus in aula sua residens, interficitur à Comite Ottone de Wichelebac Palatino Ducis Bauariæ, prima die suæ inunctionis, in vigilia sancti Ioannis Baptistæ: ante cuius mortem stella Cometa visa esse ab aliquibus memoratur. Istud autem in eodem Philippo reprehenditur, quia ipsum Herbipolensem venerabilem Conradum, vel iusserat vel dissimulando permiserat interfici. Episcopus autem Bambergensis Engelbertus huius Regis mortem tractasse dicebatur, vnde & Romam abiit, & à Papa Innocentio tertio fuit depositus, eò, quod omnes accusarent eum: & tamen non multo post per eundem Papam fuit restitutus. Post mortem vero Regis, Regina vxor eius dolore nimio afflicta defungitur, mense Septembri. (Hæc qui supra.) Istam Reginam, scribit Vincentius, fuisse filiam Tursach Imperatoris Græcorum, &c.

ab Ottone.

Innocentius tertius, natione Campanus de Castro Samam ex patre Transmundo, consecratur in cathedra sancti Petri, cœpit Anno Domini MCXCIX. (in multis Chronicis habetur XCVIII.) sedit annis XVIII. mensibus IV. diebus XXIV. Vacauit Sedes die vno; Hic prius dicebatur Lotharius Diaconus, Cardinalis ad titulum sanctorum Sergii & Bacchi: vir valde literatus, & in omnibus, quæ facere voluit, potens & rigidus, sicut eius opera testimoniū perhibent veritati: fecit enim inter cætera hospitale S. Spiritus, & renouauit Ecclesiam sancti Sixti; composuit Decretales, sermonesq; & librum de misera conditione humani generis, seu de miseria hominis, & quædam alia glorioſa. Dedit vniuersis Ecclesiis Romæ vnam libram argenti pro singulis Calicibus earum non habentium, Calices argenteos, tali pacto, vt vendere eos non possent. Coronauit Ottonem quartum Ducem Saxoniæ, in Imperatorem in Basilica sancti Petri, quem postea deposuit, quia fidelitatem non seruauit, sed accepta Corona, statim pugnam habuit cum Romanis, & contra voluntatem Papæ intrauit Regnum Apuliæ, auferens illud Friderico Regi Siciliæ: vnde Papa excommunicauit eundem.

Romana.

Istius Anno primo, surrexit nouus ordo fratrum domus sanctæ Trinitatis, per quendam magistrum Ioannem de Francia, cooperante sibi Papa: & iste Magister apud Cerfroy iuxta Wādelum in possessionem cuiusdam militis Rogerii miraculose de Halapia liberati, primā domum suā instituit. Isti itaq; sub obediētia prælati domus suæ, qui Minister vocatur, in castitate & sine proprio debēt viuere: & omnes Ecclesiæ huius ordinis intitulantur nomine sanctæ Trinitatis, in quarum vnaquaque tres erant. Primo clerici, & tres laici, præter dispensatorem, qui, vt præmissimus, Minister est appellatus. Paruas congregationes habent in Francia, Lombardia & Hispania, & etiam vltra mare fere ad D C. & sunt aliquæ personis iam multis abundantes: generale Capitulum suum habēt apud Cerfroy diœcesis Meldensis in octauo Pentecostes; Omnes res suas vndecunque licite væniant, debent in tres partes æquales diuidere, de quarum duabus ipsi viuunt, & superuenientibus pauperibus distribuunt: tertiam vero partem ad redemptionem captiuorum, qui sunt incarcerati pro fide Christi, reseruant. Redimunt autem non solum Christianum à Sarracenis, sed & Sarracenum à Christianis, nec tamen pro Christiano captiuo possunt Sarracenum commutare. Ordo quidem commendationis est, sed multam habet materiam euagandi, quia asinos & mulas equitāt: quod primo fuit institutum causa humilitatis & causa paupertatis. (Hæc Albericus.) Innocentius hic Papa, libellum Abbatis Ioachim, quem contra Magistrum Petrum Lombardum composuit, damnauit, sicut habetur in Decretali (Damnamus.) Damnauit etiam Amelricum quendam Carnotensem cū sua doctrina, sicut habetur in eodē Decretali. (Damnamus.) Istius tēpore capta est à Francis & Venetis Constantinopolis ciuitas, vbi Balduinum Comitem Flandriæ Imperatorem constituunt; cuius captionem etiam post plures dies ciuitatis incolę non credebant, tum propter ciuitatis fortitudinem, tum etiam propter antiquam, quam habebant, prophetiam. Prophetatum quippe erat, debere capi per Angelum; & ita capi eam posse per hominem non credebant, sed hostibus per murum, vbi Angelus pictus erat, ciuitatem intrantibus, deceptos se incolæ per æquiuocationem Angeli esse cognouerunt. (Hæc Bernardus.) Item habebat illo tempore ciuitas Constantinopolis quatuor milliaria in longum, & tria circiter in latum, & erant infra muros quingentæ circiter Abbatiæ, vel Ecclesiæ conuentuales. (Hæc Albericus.)

Istius etiam Innocentii tempore, scilicet An. Dom. M C C V I I. occasione prædicationis, quam fecerunt Abbates Cistertiensis ordinis, contra sectam Albigensium, cœpit nouus ordo fratrum Prædicatorum per duos honestos viros, fratrem Dominicum Hispanū, & fratrem Raynaldum Aurelianensem S. Auiani cantorem; qui primo apud Tholosam domum habuerunt, sed de illa pulsi, apud ciuitatem Bononiam in Italia coadunari cœperūt, & in quadam noua Ecclesia S. Nicolai, quæ data est eis, congregationem fecerunt. Similiter Parisiis datum est eis hospitium S. Iacobi, à quo denominantur Iacobitæ: vbi fecerunt Ecclesiam & claustrum; Exinde autē Romam abierunt, & per Regnum & Imperium dispersi sunt. Isti legunt regulam B. Augustini, & habent superiorem, qui vocatur Prior generalis. Vixit ab hinc frater Dominicus annis X I V. Itē cœpit insuper hoc eodem tēpore alius ordo nouus in Tuscia, apud Assissium, per virum religiosum nomine Franciscum, & isti fratres Minores, ob humilitatem & abiectionem corporis, appellantur: & habent propriā regulam approbatam à Papa Innocentio tertio, quam B. Franciscus cooperantibus viris religiosis & peritis edidit. Sed & morem legendi & psallendi secundum ritum Ecclesiæ Romanæ eis instituit: superiorē habent, quē Ministrum generalē appellant. (Hæc idē.) Item eodem anno, multæ mulieres, tam senes quam iuuenes, contempto sęculo cum suis delectationibus, sponso Christo, qui est in cœlis, seruire desiderantes, fecerunt sibi congregationes, simul habitantes, & vocantur Beginæ: quantas vero tribulationes & contrarietates sint perpessæ in principio, & quantæ extiterint sanctitatis, in prologo vitæ Mariæ de Oegines plenius declaratur. (Hæc Petrus.)

Item Anno Domini M C C X I I. nouus ordo vallis Scholarium cœpit in diœcesi Lingonensi, per Wilhelmum Anglicum, & per fratrem Richardum de Marcio, cooperante illis & totum disponente Domino Wilhelmo Lingonensi Episcopo, Pontificatus sui anno quarto, qui infra annos viginti Prioratus fecerunt decem & sex.

Legunt

Leguntilli regulam beati Augustini. Item alius ordo eiusdem Regale, cœpit in diœcesi Spirensi, & vocatur Mons Dei in Alboiz, habens priorias XXVI. Cœpit autem Anno Domini MCCIII. per quendam sanctum Alexandrum quondam Archiepiscopum de Maydeburg, postea eremitam: & ordo quidem confirmatus est à Papa Innocentio tertio; sanctus vero canonisatus à Papa Honorio. Item alius ordo nouus in eadem diœcesi, fratrũ de Valle Cauliũ circa hæc tempora cœpit innotescere, ante XV. annos prius fundatus, sed est vitæ districtioris, vnde & habẽt personas pauciores.

Item Anno Pontificatus eiusdem Innocentii XVII. Anno scil. Salutis MCCXV. mense Nouemb. celebrata est sancta & vniuersalis Synodus Romæ in Ecclesia sancti Saluatoris, quæ Constantiana vocatur, præsidente eodem Domino Innocentio huius nominis tertio Papa, in qua Synodo fuerunt Episcopi CCCCXII. Primates autem & Metropolitani fuerunt LXXI. cæterum Abbates & Priores cuiuslibet ordinis affuerunt vltra DCCCC. Vnde cum Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis Ecclesiarum Prælatis fuit numerus Prælatorum MCCXV. & cum Legatis Imperatoris, & multorum diuersorum Regum, Prouinciarum & ciuitatum ingens fuit multitudo. (Hæc Albericus.) Istius magni Concilii statuta & decreta in quinque libris Decretalium sub distinctis titulis continentur. Demum Innocentius Papa tertius, cum propter subuentionem terræ sanctæ inter Pysanos & Ianuenses & Lombardos pacem facere intenderet, in itinere constitutus adhuc apud Perusium est defunctus, ibique in Ecclesia S. Laurentii tumulatus, Mense Iulii, Anno Domini MCCXVI. vacauitque Sedes per vnũ tantummodo diem, causa electionis Perusinis ad Papæ electionẽ strictissime arctãtibus Cardinales. (Hæc Bernhardus Guidonis.)

Item circa hoc tempora ordo Cruciferorum renouatus est per Innocentium tertium, Anno Pontificatus sui XVIII. iam deuicta hæresi Albigensium per cruce signatos. Aiunt beatum Quiriacum Ierosolymorum Episcopum olim huius ordinis primum authorẽ extitisse, ltatim posteaquã S. Helena crucem Dominicam inuenit, sed Iulianum Apostatam eundẽ Quiriacum cum fratribus occidisse: & sic longo tẽpore, rursus abolitũ fuisse ordinem. Tempore autem Innocentii quarti apud Lugdunũ creuit, & priuilegiis dotatus est ab eodem. (Hæc collector Fasciculi temporum.)

Ordo mendicantium Augustinensium instituitur.

Item circa Annos salutis MCXCIX. tempore Innocentii tertii Papæ, Wilhelmus Parisiensis instituit ordinem mendicantium Augustinensium: sed est dubium, an reformauerit fratres de Eremo, quos in principio conuersionis suæ Augustinus instituit, vel an idem Wilhelmus nouum ordinem fecerit.

Ordo Carmelitarum instituitur.

Item Anno Domini MCCIV. Albertus Patriarcha Ierosolymitanus, ordinem Carmelitarum instituit in monte Carmeli, sub regula B. Augustini. De habitu istorum fratrum Carmelitarum require infra. (Ex Fasciculo temporum.)

Item post schisma trium annorum, hoc Anno scilicet MCXCIX. Theodericus & Arnoldus electi Traiectenses Episcopi per diffinitiuam Innocentii tertii sententiam finẽ litis habuerunt. Arnoldus etenim primo Pontificium obtinens, tricesimus Episcopus cõsecratus est, qui post exiguũ tempus VIII. Idus Aprilis in vrbe Romana mortuus est & sepultus. Deinde dictus Apostolicus Theodericum XXXI. Traiectensem consecrauit Episcopum, monens, vt continuo rediret ad commissum sibi populum. Iste ergo Theodericus Traiectum venire disponens Papiæ defunctus est, & ibidem Catholicis exequiis honorifice tumulatus. (Hæc ex Chronicis.) *Traiectenses.*

Item post obitum duorum Pontificum Traiectensium prædictorũ, scil. Arnoldi & Theodorici huius nominis primi, Theodericus de Are Præpositi Traiecti superioris, tricesimus secundus electus est Episcopus, vir illustris, & prudens consiliarius; Cœpit autem An. Dom. quo & Hugo de Petriponte Episcopus Leodiensis, & præfuit annis XII. Iste è Sicilia à negotiis Imperialibus ab Ecclesia vocatus, Traiectum festinanter aduenit, totumq; Pontificium expensis innumeris aggrauatũ inuenit. Quapropter & ipse de Prælatorum suorũ consilio primò secessit ad Orientalem Frisiam, vt tam de Prætoria, quam de Iustitia Frisonicæ plebis aliquantulum possit colligere pecuniã. Sed Wilhelmus de Hollãdia existens illis diebus ibidẽ Comes, exactionem

suæ gentis indigne ferens, ipsum Episcopum in monasterio Stauriæ post celebrationem Missarum armata manu cepit, quem etiam captum ad præsidium suum penes Oesterzee festinanter abducere decreuit: Quidam autem Monachorum & Frisonum viri timorati, metuentes, ne pro temeritate Comes æternæ maledictionis innodaretur sententia, Dominum Episcopum à captiuitate Comitis violenter eruerunt, cum quo Traiectum repentino nauigio aduolarunt: quibus ita gestis Theodericus Hollandiæ, & Otto Geldriæ Comites inierunt aduersus eundem Episcopum validam conspirationem, quia nimirum Pontifex ille contra Wilhelmum Orientalis Comitem pridem mouisset hostilem contentionem. Nam & Comes Hollandiæ fuit eiusdem Wilhelmi frater, & Comes Geldriæ socer: vbi Otto quidem Geldriæ Comes totam terram Transyselinam propulsis Officialibus Episcopi, ditioni suæ subiiciens, Dauentriam suo satellitio communiuit. Theodericus autem Hollandiæ Comes totam terram Cysyselinam depopulans, fixis papilionibus Traiectum in gyrum vallauit: & ecce, præfatus Comes Geldrię eo tempore dolose captus est à Duce Brabantiæ sub Regis Ottonis conductu & Adolphi Archiepiscopi Colonienſis. Quamobrem Theodericus Comes Hollandiæ, volens Ottonem Geldriæ suum cõplicem eruere ex Ducis Brabãtiæ custodia, dissoluit obsidionẽ ab vrbe Traiectensi ac oppidũ Ducis, quod Buscumducis dicitur, circũsedit in manu forti: quod tandẽ die VII. mensis Sept. armipotenter intrauit, & ibi Wilhelmum fratrem Ducis, ac Henricum de Kuck cum plerisq; militibus cœpit, & cum præda omnis supellectilis ad Hollandiam nauigare decreuit: Dux vero Brabantiæ præcellentes principes interim ad auxilium suum inuitauerat, vtpote Colonienſem Archiepiscopum, Leodienſem Episcopum, Ducem Lymburgiæ & Comitem Flandriæ, quorum auxilio Theoderico Comiti viam redeundi festinanter præclusit. Theodericus igitur Comes ex magnanimitate sua in castro siue in villa, (quod Huesden dicitur,) eisdem Principibus occurſare præsumpsit, sed deuictis extemplò Hollandinis idem Comes ibidem captus fuit: interea Theodericus Episcopus attendens tam Hollandiam, quam Geldriam absq; defensore desolatam, coadunauit blãdimentis & donis electam militiam, cum qua festinanter ingressus est Hollandiam; vbi prædã copiosam extemplò contraxit, quam instante noctis vmbra secum infra muros vrbis Traiectensis potẽter abduxit. Hollandienses autem milites cum vulgo pro rapina reducenda perniciter insecuti, quosdam equites in itinere retardatos comprehenderunt, ac in reuersione plures villas Episcopatus ad fauillam inflammauerunt. Crastina dehinc exorta luce idem Episcopus de procerum suorum consilio, pagum Veluę cum expedita militia potenter excussit; Zutphaniam obsidione cingens, cepit; & exinde Dauentriam intrans à fautoribus capti Comitis maximum thesaurum acquisiuit.

Eodem anno Theodericus Comes Hollandiæ liberè relaxatus est à captiuitate Ducis Brabantiæ, cum Comes Duci duo millia marcharum pro illato damno soluisset, cum quibus Dux suum oppidum reparauit. Eodem vero tempore Theodericus Traiectensis Episcopus, & Theodericus Hollandiæ Comes inter se ad vnionem pacis sunt perducti, qui deinde cunctis diebus vitæ suæ semper amici fidelissimi fuerũt. Tandem Nonis Decembris Theodericus Episcopus apud Dauentriam requieuit in Domino, postquam annis duodecim Traiectensi præfuit Episcopio, qui de partibus Transyselinis Traiectum aductus, & in Ecclesia maiori penes antecessores Pontifices honorifice tumulatus est. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectensium.)

Leodienſia. Venerabilis Hugo, huius nominis secundus, de Petroponte nobilis & literatus, Præpositus maior & Archidiaconus Leodienſis, fit Episcopus Leodienſis XXXVI. & LXV. cum B. Materno, Anno Domini MCC. Pontificatus Innocentii tertii Papæ, anno secundo, & præfuit annis XXIX. qui receptus ab omnibus, à Rege Ottone Regalia recipit, & à Guidone Cardinali Legato confirmatur & consecratur. (Hæc ex Chronicis.) Et fuit filius Hugonis de Wasnadio, frater Roberti de Petroponte & Gwalteri de Wasnadio, quorum mater dicta est Clementia, filia Comitis Gnithæi (vel Ginthæi) Reitestensis de prosapia Namurcensi: & licet iste Hugo primo fuerit dissolutus, tamen vitam suam correxit, & postea multa facta sunt per eum in Episcopatu laude digna, & tandem consummatus est fine laudabili. (Hæc Albericus.)

Item

Item anno secundo Pontificatus sui, reliquiæ S. Laurentii, scilicet de carne eius assata, & de sanguine recenter respersо, transferuntur in monasterium S. Laurentii, prope & extra muros ciuitatis Leodiensis. Item anno eiusdem tertio, cœnobium vallis sancti Lamberti fundatur ab eo vna cum Comite Clarimontis, quô multa bona contulit. Primus Abbas ibi fuit Gerhardus monachus Siginacensis. Tunc etiam à Constantinopoli in ciuitatem Ambianensem facies S. Ioannis Baptistæ, & Laudunum brachiũ S. Laurentii, & Hoyam portio satis grossa coronæ spineæ Domini nostri Iesu Christi, & Traiectum in S. Mariam, de S. Cruce ad longitudinem vnius cubiti, & Namurcum in S. Albanum quatuor tabulæ aureæ cũ signo Crucis, & ibidem in Ecclesiam S. Petri castri, dens S. Petri, & caput S. Pauli Confessoris Christi, & Floreffcam magna pars S. Crucis transferuntur. Item tunc Guido quondam Abbas Cisterciensis, nunc Episcopus Legatus à Papa, Leodii nouum hospitale benedicit in conuersione S. Pauli, & in eo Capellam S. Matthæo consecrauit, & eundem locum visitantibus singulis annis infra Octauam Dedicationis, septimam partem pœnitentiæ indulsit. Quod hospitale situm super Mosam, fundauit maior Decanus Walterus de Cauentin, in quo personas vtriusq; sexus, pauperes & impotentes cõgregauit, & eis priorem instituit, qui præesset in spiritualibus & temporalibus sub regula beati Augustini, & ibi sepultus est. Item Legatus sciens Clericos & Canonicos dormire cum suis focariis, præcepit, vt in dormitorio dormirent, & Ecclesias nocte & die frequentarent, & vt Decani & Prępositi, qui curam eorum gerunt, delinquentes grauiter punirent. Ordinauit, & maxime in maiori Ecclesia, vt residentes simul in refectorio comedant, & in dormitorio iaceant, & nunquam extra, nisi de licentia Decani: Rebelles vero, vt suo stipendio priuẽtur: & vt Clerici comam nutrientes careant stipendiis, donec tonsuram congruam fecerint. Ista & multa alia pro Clericorũ reformatione idem Legatus ordinauit, quæ propter prolixitatem omisi scribere.

Item eodem anno monasterium Vallis Dei fundatur & construitur: & simul monasterium Vallis S. Mariæ per Comitem de * Muha fundatur: & Maria de Oegignes claruit in diœcesi Leodiensi, & multæ aliæ virgines & viduę & maritatæ sanctę fuerunt ibidem, quarum cõuersationem & vitam Magister Iacobus de Vitriaco, qui illis temporibus floruit, luculento sermone descripsit. Item anno istius Hugonis septimo, monasterium Agniacense fundatur: Item Ecclesia B. Mariæ de Iunctis in oppido Traiectensi, vbi habitãt milites Theutonici ordinis, consecratur. Itẽ anno eiusdem Hugonis xxv. cum siccitas nimia esset, in festo S. Christophori ventus validus aristas concussit, pro quo tãta caritas secuta est, vt modius siliginis vẽderetur xxvii. solidis Leodiensibus: & lupi circa Rhenum irruerent in homines & infantes asportarent præ fame nimia. Item post vincula Petri Aquisgrani ignis vehemens combussit ciuitatem, Ecclesiam & triginta homines, & palatium. Item eodem anno in festo Pentecostes, vniuersitas Hoyensium, tam senes quam iuuenes masculini sexus, antiquos ludos vestibus mulierum induti, barbis rasis reducunt ad memoriam: habebant enim præcellentes personas secundum diuersitates locorum, Imperatorem videlicet, Regem, Ducem, Comitem, & Abbatem: Quidam eorum erant armati loricis & gladiis fulgentibus, gladiosque nudos portantes in manibus suis: pellifices habebant pellicea grisea & vulpina deforis pilos habentia: & omnes alii prout poterant ad modum mulierum erant adornati, qui quolibet die festi Pentecostes nullo domi remanente, ibant processionaliter bini & bini ad plateas cantando, & ad diuersa loca extra oppidum choreas ducendo. Quibus etiam diebus Ecclesiæ sancti Mengaldi & sancti Martini in foro renouabantur, & offerebantur primo die, videlicet sancto Maniguldo viginti marchas, & sancto Martino quindecim. Item ventus validus extitit vltra modum noxius in inuentione sancti Stephani, in diuersis terrarum partibus segetes ad medium excutiens. Item Dominus Cardinalis Conradus Romã regressus, & per Imperium Almanniæ constitutus Legatus Leodium venit, ibique Vallem Benedictam, Ordinis Cisterciensis de nouo fundatam, circa Pentecosten, consecrauit, prius ab Ottone Decano sancti Pauli Leodiensi fundatam, in qua erant Canonici regulares, cuius Prior primus fuit Balinus de nouo hospitali, &c. Item mortalitas

Muhr vel Moha.

maxima animalium veniens à partibus Orientis per Græciam eodem anno, transiuit per Vngariam, & anno sequenti fuit in Almannia, & consequenter anno sequenti in Francia. Item Archiepiscopus Colonienſis Engelbertus vir & genere & mente nobilis, & maxima Ecclesiæ columna, septimo Idus Nouembris, interficitur à quodam cognato suo Frederico Comite de Isenberg, eò, quod eum amouisset ab Aduocatia nobilis Abbatiæ quorundam monialium; quam cum defendere debuisset, destruebat. Fridericus igitur fugiens, excommunicabatur vbique, authoritate Cardinalis Domini Conradi: Quærebatur etiam authoritate Regis, & propositũ est maximum præmium ei, qui sciret & indicaret, quomodo capi posset. Itaque circa annum fere completum reuersus Roma, sub habitu mercatoris, & à quibusdam Leodii cognitus, & quia Hoyum tenderet, illico demandatum est Balduino militi de Genesia, qui sine mora veniens, eum in valle Ammanienſi cepit, & Colonienſibus pro magno precio apud Visiacum tradidit: vnde Coloniam ductus, & per vicos & plateas, vt canis vilissimè tractus, tandem in rota eminentissima rotatus est, supplicium suum recipiens cum omni contritione & deuotione: & cum exspirasset, & Domini Colonienſes alta voce [Te Deum laudamus,] decantassent, eò quod vindicta de nece Archiepiscopi esset consummata: extunc abhinc Archiepiscopus, qui huc vsque miracula faciebat, ea facere omisit. Item anno sequenti in crastino Purificationis Domini, & Legatus apud Leodium habuit Concilium, quô Monasterienſem Episcopum & Isenburgenſem electum (qui erant fratres Frederici interfectoris Archiepiscopi,) vocauit; vbi probatum est contra eos, quod fratrem iam vbique excommunicatum de substantia sua & de militibus iuuissent contra Ecclesiam & contra Imperium, & quod alter eorum fratri Frederico verbum dixerit, vnde magis eum in necem Archiepiscopi animauerit. Quid multa? suspensi sunt ab officiis; Episcopus etiam à beneficiis, & Romam ire compulsi, depositi sunt, & alii in locum eorum instituti. Item Cardinalis Dominus Conradus & sublegatus eius ab eo institutus, Dominus Conradus Abbas de Benbinhusen, multa millia hominum nobilium & ignobilium pro via Ierosolymitana Cruce signauerunt. Iste Abbas Conradus multa tunc turpia fecit in Almannia, &c.

Tandem venerabilis Hugo Leodienſis Episcopus præfatus, cum per Quadragesimam magna detineretur infirmitate, in castro Hoyensi præsentibus quamplurimis personis Ecclesiasticis, & omnibus aliis rebus suis, tam exterioribus, quam interioribus ad se & Episcopatũ pertinẽtibus, satis laudabiliter & honestè dispositis, magistro Iacobo quondam Aconensi Episcopo in Ecclesia noui monasterii oleum consecrante, tempore sacrificii pridie Idus Aprilis, qui illo Anno, scilicet MCCXXIX. in cœna Domini euenit, moritur: Corpus eius processionaliter hora cœnæ, cum luctu omnium in Ecclesia beatæ Mariæ & in crastino, hoc est, in die Parasceues delatum est Leodium, & in Ecclesia beati Lamberti collocatum, ibique conuenientibus Abbatibus, nobilibus & cæteris personis, tam ecclesiasticis, quam secularibus, honestissime feria secunda in Pascha, in eodem loco, vbi beatus Lambertus occubuit, traditur sepulturæ, tam paruis quam magnis lugentibus, constructaque est super eum lamina ænea, hos versus continens:

Francia me genuit, cathedrauit Legia morum,
Me decorauit apex, sensus, gena, sanguis auorum,
Hugo fui Petroponte satus, locus iste relictum
Corpus habet, capiunt vermes è corpore victum:
Sic perit omnis honor, sic desinit omne decorum,
Posce Deum lector vt me locet arce Polorum.

Iste siquidem Episcopus LXXII. marcas, vt dicunt, in diuersas eleemosynas diuidendas assignauit. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.) Item Anno Domini MCCXCVI. consecrata est Ecclesia beatæ Mariæ de Iunctis, vbi habitãt milites Teutonici ordinis, sed modo habitant in ciuitate Traiectensi. Anno eodem Papa Innocentius tertius celebrat Concilium, vbi fuerunt CCCCXII. Episcopi & Nuntii quinque Regum, & alii quamplurimi Nuntii: ibi quatuor ordines sunt constituti, scilicet Prædicatorum, Minorum, Trinitatis & Scholarium: vbi etiam fuerunt tres dies

Synodi,

Synodi, & prima die Synodi Hugo Leodiensis Episcopus fertur sedisse inter Prælatos in habitu laicali, quasi Comes in mantello, & tunica de scarlaco, capellum viride habens in capite: secunda vero die tanquam Dux in cappa manicata viridi: & tertia tandem die sicut Episcopus: & hoc fecit, quia Papa conuocauerat omnes Principes seculares & personas Ecclesiasticas tribus annis ante. Papa tum de hoc themate prædicauit: [Desiderio desideraui, &c.] Papa contulit Hugoni Episcopo lacunam Saluatoris, & iuncturam beati Pauli. Ita circa annum Domini MCCXXXIV. fundatur Ecclesia, quæ dicitur Vallis benedicta, in qua erant Canonici regulares. Tunc defuncta sine liberis Comitissa de Moha, Hugo Episcopus fidelitatem & homagium terra accepit: & castra de Moha & de Walene ingreditur quemadmodum Comes: & castrum de Moha obtulit sancto Lamberto, pro quo Henricus Dux Brabantiæ citat Episcopum ad Regem Theutoniæ, sed non prævalet.

Anno Domini MCCXIV. in Iulio, in Nyuella sanctæ Gertrudis congregati tyranni, scilicet Otto Rex, Dux Brabantiæ, Henricus Dux Ardennæ, Comites Flandriæ & Boloniæ, condicunt, reuersos se de Francia, contra quam dimicare statuerant, clericos à Leodio expulsuros, & eorum bonis confiscatis, ibi thronum suæ gloriæ Regem Ottonem defixurum. Otto etiam Rex castrum de Moha & Hoyum dedit Duci Brabantiæ, Dyonantum Comiti Boloniæ: aliis alia distribuens, & sibi Leodium retinens, sed super his Episcopus præcauit: Cum vero Rex Franciæ fluuium cum suis transisset, & eos Boirnæ vinceret, fugit Otto sex millibus captis, & aliis occisis: victoriam vero Rex ascripsit Patrono Legiæ, scilicet sancto Lamberto: & in breui Dux Brabantiæ misit nuncios Regi Franciæ cõgratulari se simulans pro victoria; cui Rex Franciæ misit duas schedulas clausas sigillo Regis: quarum primã Dux aperiens, nihil in ea scriptum reperit. in secunda autem legit hæc verba: sicut prior schedula, scriptura fuit vacua, ita & Dux vacuus fide & iustitia. (Hæc ex nostris Chronicis Pontificum Leodiensium.)

Item quadragesimo septimo loco (depositõ, sicut præmissum est, per sedem Apostolicam Adolpho Colonienſi) succeſſit in Episcopatu venerabilis Præsul Bruno quartus. Iste Bonnensis Præpositus, post depositionem supradicti Adolphi, ad Episcopatum Colonienſem electus, per Dominum Siffridum Archiepiscopũ Moguntinensem, & duos alios Episcopos de Anglia, per Innocentium Papam tertium ad legationis officium destinatos, fuit in Colonienſem Archiepiscopum consecratus, Anno Domini MCCIV. (alias MCCVI.) Pontificatus eiusdem Innocentii Papæ anno sexto. Sedit annis tribus, mensibus septem. Istis igitur ita gestis, dictus Adolphus depositus, in conuentu Regio per Philippum Regem Spiræ cum optimatibus Regni celebrato, comparens coram Rege, suæ depositionis miserias patefecit; cui idem Rex Philippus compatiens, Archiepiscopatum Colonienſem hostiliter ingressus, & omnia depopulans, inter multas munitiones captas cepit etiam oppidum Nussiense, quod dicto Adolpho depositõ pro suæ depositionis solatio assignauit. In hac siquidem armorum expeditione occurrerũt cum exercitu Philippo Regi, præfatus Otto aduersarius in regno, & cum ipso dictus Bruno: Commisso autem inter eos bello iuxta Wassenberch, dictus Rex Otto & Bruno Archiepiscopus terga vertentes, castra dimittunt, & Bruno Archiepiscopus per Regem capitur & tentus per annum vnum in vinculis, tandem per duos Cardinales missos in legatione in Almanniam, pro pace inter dictos Reges tractanda, Domino Papæ Romano restituitur: & postea Philippo Rege per suos interfecto, dictus Bruno reuersus ad Ecclesiam suam Colonienſem cum magna gloria, post paucos dies est defunctus, scilicet quarto Nonas Nouembris: & sepultus ibidem in Ecclesia sancti Petri. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Item quadragesimo octauo loco assumptus est ad Pontificatum Colonienſis Ecclesiæ Theodericus huius nominis primus, sanctorum Apostolorum Præpositus, Anno Domini MCCVIII. Pontificatus Innocentii Papæ tertii, Anno decimo, & sedit annis octo. Iste Theodericus Colonienſis Archiepiscopus, cum Dominus Papa Ottonem Imperatorem huius nominis quartum, ob subortam inter ipsos turbationem excommunicasset, & per Prælatos Almanniæ sententiam huiusmodi executio-

ni mandari præcepiſſet, mandato Apoſtolico non parens, ſententiam illam executioni mandare non curauit. Imo dicto Ottoni excommunicato excommunicans, in omnibus bona Eccleſiarum, quarum Prælati & Rectores ſententiæ parebant, vndique deprædatus fuit, ſuis ea conſanguineis & familiaribus largiendo; propter quod idem Theodericus per Siffridum Archiepiſcopum Moguntinenſem commiſſo per Papã legationis officio, vna cũ dicto Ottone Imperatore, excommunicatus publice nuntiatur. Fertur autem ipſum Theodericum ante ſuam promotionem ad Archiepiſcopatum Colonienſem, Deo & beatæ Mariæ virgini plurimum deuotum fuiſſe; ſed poſtea malorum conſilio deprauatum, adeo vt modicam haberet inter perſonas Eccleſiaſticas & laicas differentiam, ruſticas & religioſas, & monachas æque pertractans, & ab his, ſicuti ab illis telonia & pedagia nec non indebitas exactiones per vim extorquens; Vnde contigit, vt pro his & aliis ſuis tyrannidis exceſſibus accuſatus, per Siffridum Archiepiſcopum Moguntinenſem ſupradictum, autoritate Domini Papæ (ſicut Adolphus eius anteceſſor, de quo in ſuperioribus præmiſſis agitur,) dignitate & officio Pontificali priuaretur: quibus tamen depoſitis vtrique eorum ex redditibus Epiſcopalibus quadringentæ marcæ pro ſuſtentatione fuerunt aſſignatæ, remiſſa ad Eccleſiam libera electione ſecundum Canonum inſtituta. Porro Dominus Theodericus Colonienſis Archiepiſcopus ante ſuam depoſitionem conſtruxit caſtrum Godesberch in monte, vbi prius erat conſtructa Eccleſia in honorem beati Michaelis Archangeli, & vbi nullus ante ipſum munitionem erigere præſumpſerat, quod quidem caſtrum ipſum fertur ædificaſſe de ſumptu vſurarii cuiuſdam Iudæi per eundem captiuati. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Imperialia. Apud Franckfordiam igitur curia celebris habita eſt quinquaginta Principum, à quibus omnibus, Philippo Rege occiſo, Rex iſte Otto, huius nominis quartus, votiua concordia & vnanimi inſpiratione in Regem eſt declaratus, & in Regno feliciter ſublimatus: ſicque Diuina ſibi fauente clementia totius Regni monarchiam ſolus obtinuit: Ibi etiam Philippi Regis occiſi filiam ſibi deſponſatam duxit vxorem; qui mox collectis vndique copiis, atque totius Germaniæ electis ſtipatus militibus mille quingentis, in menſe Auguſto in Italiam proficiſcitur, vbi ſimili modo congregato non modico exercitu, cum innumera multitudine bellatorum Romam vſque contendit, & à Papa Innocentio tertio cum immenſæ exultationis tripudio glorioſiſſime ſuſceptus, pridie Calend. Octobris apud ſanctum Petrum cum diadematis & Auguſti nominis dignitate, in Imperatorem feliciter eſt coronatus, Anno Domini MCCIX. Anno vero Regni ſui XII. Mundi MMMMMMCCCCVII. & imperauit annis tribus. (Hæc ex Chronicis.) Item Albericus ita ſcribit: Otto in Imperatorem coronatur à Papa contra voluntatem Regis Francorum Philippi, & contradicentibus pro maxima parte Romanis, imo & multis de magnatibus Imperii non aſſentientibus. Exegit tamen Papa ab eo in ipſa coronatione iuſiurandum, de patrimonio & iure beati Petri ſine damno, pro ſe & Eccleſia Romana in pace dimittendo, & contra quoslibet defendendo. Recepto igitur iureiurando & inſtrumentis publicis ſuper hoc confectis, & Imperiali charactere confirmatis, eodem die, quo coronam ſuſcepit, contra iuramentum temere veniens ſignificat Papæ, ſe non poſſe ei dimittere caſtra, quæ ab anteceſſoribus ſuis aliquibus temporibus fuiſſent poſſeſſa. Hac igitur de cauſa, & propter quaſdam expenſas, quas Romani ab Imperatore ex debito petebant, & propter quaſdam iniurias, quas Romanis Teutonici irrogabant, orta fuit inter eos diſcordia & conflixerunt Romani cum eis, & multi de Teutonicis occiſi ſunt, & plurimi damnis affecti: vbi dictum eſt poſtea, in illo bello mille & centum equos amiſiſſe Imperatorem, præter homines occiſos, & alia damna; Imperator vero occupauit caſtra & munitiones, quæ erant iuris beati Petri, ſcilicet Radicofonium, ſanctum Quiriacum, Montem Flaſconis & circa partes illas inde tranſiens in Apuliam, oppugnauit terram Frederici Regis Apuliæ, & cepit ciuitates & caſtella in regno Apuliæ, quod totum eſt de patrimonio & de feudo beati Petri. Papa igitur communicato cum fratribus conſilio, excommunicauit eum, & poſtea omnes ſubditos ab ipſius fidelitate ſub excommunicatione prohibuit: & ita receſſerunt ab eo Landgrauius Turingiæ, Moguntinus & Treuirenſis

Archie-

Archiepiſcopi, Dux Zeringiæ, & Dux Bauariæ, & Rex Bohemiæ, & multi alii, tam ſeculares, quam Eccleſiaſticæ perſonæ. (Hæc qui ſupra.) Item propter diſſenſionem deligendi Imperatoris Itali neque præcedentem Philippum, neque proximum Ottonem ad Imperium admittunt, præter id tantum temporis, quod inter coronationem & depoſitionem Ottonis interfuit: per reliquum vero eorundem Imperatorum tempus, vacaſſe Imperium ſcribunt. (Hæc Matthæus Florentinus. Item de fine huius Ottonis, vide infra ſub Frederico ſecundo, anno regni eius ſeptimo.)

Defuncto Theoderico Pontifice venerando, Dominus Adolphus Colonienſis, Otto Monaſterienſis, & Gerhardus Oſſenburgenſis fratres & Pontifices, Wilhelmus Hollandiæ, & Otto Geldriæ Comites conuenerunt in Traiectum, vt ſupplicarent Eccleſiæ pro paſtore nouo; quorum denique precibus Otto Xantenſis Præpoſitus triceſimus tertius electus eſt Epiſcopus, iuuenis & ingenio clarus, aſpectu venuſtus & egregius, frater eiuſdem Comitis Geldriæ & ſororius dicti Comitis Hollandiæ. Iſte Otto iuuenis XVIII. annorum pro maioris ætatis diſpenſatione, Romanam curiam Anno Domini MCCXV. viſitare propoſuit, qui ſtatim apud Noerthuſen febre pulſatus, ſeptimo Calendarum Aprilis occubuit. Rexit autem Epiſcopatum in abundantia pacis tribus annis cum dimidio, ſepultus infra Traiectenſem Eccleſiam ſub tecto Borealis partis, honore congruo. Cœpit autem idem venerabilis Otto, Anno ſalutis MCCXII. Pōtificatus Innocentii tertii anno XIV. & erat idem iuuenis in cauſis iudicialibus multum diſcretus & cunctis negotiis Reip. valde cautus. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectenſium.) *Traiectēſia.*

Fredericus huius nominis ſecundus Imperator, Henrici quondam Imperatoris filius, & Rex Siciliæ, Ottone præfato ab Imperio iam depoſito, à Principibus Almanniæ ex conſilio Philippi Regis Francorum, Imperator eſt electus, Anno Domini MCCXII. Mundi vero MMMMMMMCCCCX. Ottone adhuc poſt annos aliquot Imperium in ſchiſmate detinente: Imperauit autem annis XXXIII. (Hæc ex Chronicis.) Fridericus igitur de conſilio Regis Franciæ vocatus à Baronibus, venerat Romam nauigio, & honorifice receptus eſt à ſummo Pontifice & à Romanis. Inde deſcendens per mare, venit Genuam, & ibidem cum maximo gaudio & honore receptus eſt, adiuuantibus Bonifacio Marchione Montisferrati & ciuibus Papienſibus, & Cremonenſibus, & præcipue Aſtenſi Marchione. Inde per Cumas tranſiit alpes, & intrans Alemanniam venit Conſtantiam. Digna res memoria, quia omnis qui intendit Eccleſiam deprimere, in breui deiicitur. Ea die venturus erat Otto in eandem ciuitatem, & iam præmiſerat famulos ſuos & coquos, qui cibum præparauerant; nec diſtabat à ciuitate per tres leucas, quando Fredericus cum LX. militibus intrauerat, quem Otto cum ducentis militibus, eius aduentum ſciens ſequebatur; ſed Frederico recepto, clauſa eſt Ottoni porta, & ipſe cum ſuis viriliter eſt repulſus: & dicunt, ſi Fredericus moram feciſſet per tres horas, nunquam ingreſſurum fuiſſe Almanniam. Otto itaq; à Conſtantienſibus cum vituperio ſic expulſus, acceſſit Briſac, à quo etiam, quia milites ciues illius oppidi contumeliis afficiebant, & eorum filias & vxores conſtuprabant, non minori dedecore, quam à Conſtantia fuit reiectus: Fredericus tam ab ipſis, quam ab aliis Imperii Baronibus cum gaudio & honorificentia receptus. *Imperialia.*

Eodem Anno, ſcilicet MCCXII. expeditio infantum ſatis miraculoſe, vndique conuenientium facta eſt: qui primo venerunt à partibus caſtri Vindocini Pariſios, & cum eſſent circiter triginta millia, Maſſiliam, quaſi mare tranſituri peruenerunt: Ribaldi vero ipſis aſſociati, & mali homines ita totum exercitum infantum cruce ſignatorum infecerunt, vt quibuſdam pereuntibus in mari, quibuſdam venundatis, pauci de tanta multitudine ſint reuerſi. De illis tamen, quicunque inde euaſerunt, dedit Papa præceptum, vt cum ad ætatem peruenerint, tanquam cruce ſemel ſignati, mare tranſirent. Itaque traditores infantum iſtorum dicuntur fuiſſe Hugo Ferreus, & Wilhelmus Porcus mercatores Maſſilienſes, qui cum eſſent nauium Rectores, debebant ſicuti promiſerant cauſa Dei absque precio eos conducere vltra mare. Verum cum impleuiſſent ex eis ſeptem naues magnas, & veniſſent ad duas diætas in mari, ad inſulam ſancti Petri ad rupem, quæ dicitur Recluſi, orta tempeſtate, duæ na-

ues perierunt, & omnes infantes de illis duabus nauibus submersi sunt, &, vt dicitur, post aliquot annos, Papa Gregorius nonus Ecclesiam nouorum infantum in eadem insula fecit, & duodecim præbendarios instituit, in qua sunt corpora infantum, quæ mare ibi proiecit, & adhuc integra ostenduntur peregrinis, traditores autem reliquas quinque naues vsque Burgiam in Alexandriam perduxerunt, & ibi omnes infantes illos Principibus Sarracenorum & mercatoribus vendiderunt; de quibus Caliphas CCCC. in partem suam emit omnes clericos, quia ita eos ab aliis segregari voluit, inter quos erant LXXX. Presbyteri: & honeste omnes more suo tractauit. Iste Caliphas in habitu clerici Parisiis studuit, & ea, quæ nostra sunt, ad plenum didicit. Eodem itaque anno quo infantes venundati sunt, congregati Principes Sarracenorum apud Baldach, XVIII. infantes in eorum prouincia diuerso martyrii genere interfecerunt, eo, quod fidem Christianitatis relinquere nullo modo vellet, sed in seruitutem diligenter incumberent. Qui vidit & fuit vnus de prædictis clericis, quos Caliphas in suam partem emit, fideliter retulit, quod nullum omnino de prædictis infantibus audiuerit à Christianitate apostatare: Duo quoque supradicti traditores, Hugo Ferreus & Wilhelmus Porcus postea venerunt ad Principem Sarracenorum Siciliæ Mirabellum, & cum eo traditionem Imperatoris Friderici facere voluerunt, sed Imperator de eis, Deo dante, triumphauit, & Mirabellum cũ duobus filiis, & istos duos traditores in vno patibulo suspendit. Addit annos XVIII. huius expeditionis qui id retulit, quod Mastemuth de Alexandria adhuc bene DC. non iam infantes, sed fortioris ætatis homines de illis haberet. (Hæc Albericus.) Item anno eodem expeditionis infantum, Rex Sarracenorum in Hispania, qui dicebatur Mammelinus (quod lingua eorũ sonat Rex Regum) collecto infinito exercitu Paganorum aggressus est fines Hispaniensium Christianorum, & locutus est in magna superbia contra Christicolas, & obtulit eis bellum; qui contra eum pugnauerunt in fide & in nomine Iesu Christi, & vicerunt eum, & ferè omnes, qui cum eo erant, occiderunt; ipse autem victus & confusus, & ferè solus ad propria rediit. Huic bello interfuerunt multi boni & fortes viri de Regno Francorum ad petitionem Regis Alphonsi, qui in signũ victoriæ, lanceam & vexillum ipsius Mammelini Romam misit, quæ adhuc in Ecclesia B. Petri, in loco eminenti posita, fauorem & misericordiam Christi, quæ sola licet paucos respectu hostium in prædicto bello victores fecit, in perpetuũ repræsentat. (Hæc ex Chronicis.) Item contigit apud Papiam in Abbatia sancti Augustini, vt pro nigris monachis, qui Abbatem suum interfecerant, positi sint per Legatum Apostolicę sedis regulares Canonici, ita, vt Abbas illius Ecclesiæ deberet esse Præpositus Canonicorum de Mortaria. (Hæc Albericus.) Item eodem Anno in Pascha ciues Colonienses pacti sunt pecuniam Ottoni reprobato, vt recederet ab eis; & absoluerunt eum ab omni debito, quod eis debebat: & dederunt ei insuper DC. marchas argenti: quo receptò, post Pascha clã recessit, & post eius recessum Maria vxor eius, filia Ducis Brabantiæ, sub specie viri peregrini similiter Colonia abiit, secuta virum suũ. Interea Fredericus Rex obsedit castrum munitissimum Werdun, in quo propter loci munitionẽ Otto posuerat captiuos suos, videlicet duodecim obsides, quos habebat à ciuibus Aquisgrani & Episcopum Monasterienſem, quem ante biennium ceperat in quadã Ecclesia, & duos Comites, & alios multos, quos omnes Rex Fridericus oppugnato per septem hebdomadas oppido, & demum capto liberauit, & liberatos ad propria remisit. Inde obsedit Estunellam & cepit: & inde Aquisgranum accedens, honorifice est receptus, & diademate totius Teutoniæ in festo B. Mariæ Magdalenæ coronatus, Anno Domini MCCXV. & consumptis ibidem aliquot diebus cum gaudio tanti solemnitati debito, equitauit Coloniam, & imposuit sibi ibidem iterum coronam, propter loci & ciuium reuerentiam & amorem. Item à tempore quo Franci vel Teutonici obtinuerunt Dynastiam Imperii, hæc semper apud eos consuetudo, quasi lex inuiolabiliter obseruatur, vt electus Imperator nunquã coronetur vel consecretur à Papa Romano, nisi prius fuerit Rex coronatus Aquisgrani, & postquam semel ibidem tulerit coronam, nihil restat, nisi vt in Imperatorem Romanum à summo Pontifice coronetur & consecretur: & hoc fit propter reuerentiam & maiestatem Caroli Magni, cuius corpus requiescit ibidem. Eodẽ vero die siue sequenti, quo

Rex

Rex Fredericus coronatus fuit, ibidem ſtatim cum multis nobilibus Almanniæ, crucem aſſumpſit, terram Ieroſolymitanam aditurus. Interea Magiſter Robertus de Terceto, Apoſtolicæ ſedis Legatus, & multi cum eo ſub eo adhuc prædicabant publice per vniuerſum Regnum Galliæ: & multos cruce ſignabant indifferenter, paruulos, ſenes, mulieres, claudos, ſurdos, cæcos, leproſos; propter quod multi diuites & potentes, crucem ſuſcipere horrebant, quia huiuſmodi confuſio præſumebatur potius impedire negotium crucis, quã poſſe ſuccurrere terræ ſanctæ. (Hæc Albericus.) Item congregatus eſt exercitus Domini in Acon cum Regibus Ieruſalem, Cypri, Vngariæ, & Ducibus Auſtriæ & Bauariæ, Germanisque pluribus & Francis. Redeuntibus vero Vngaris aliqui Ægyptum applicant; Damiatam capiunt, pereuntque tam fame, quam ferro octo millia Sarracenorum; denique tandem captis Cardinale & Templariis, & Hoſpitalariis, totoque exercitu cum Rege, qui à Cardinale diſcordans receſſerat Damiata, quæ per annum à Chriſtianis poſſeſſa fuit, pro redemptione eorum fuit reddita Paganis. Item anno ſequenti obiit Otto quondam Imperator in caſtro ſuo Bruynſwick, reſtitutis prius omnibus, quæ occupauerat de Eccleſiæ & Imperii rebus, & abſolutione nihilominus excommunicationis poſtulata cum contentione, qua per multos annos fuerat innodatus. (Hæc Albericus.) Sequitur ex Chronicis, obiit XIV. Calend. Iunii fluxu ſanguinis, poſtquam regnauerat cum Philippo annis XI. ſolus autem X. Fredericus itaque Rex Coronam & Lanceam, cæteraque Regalium ornatuum inſignia recepit ab Henrico Duce Saxoniæ, fratre Ottonis quondam Imperatoris, datis eidem Duci vndecim marcharum millibus: qui Dux omnia, quæ fratris erant, vel quæ Otto poſt amiſſum Imperium vndecunque congregauerat, poſt mortem fratris ſui, ſibi vſurpauit. Deinde Rex Fredericus curiam apud Franckfordiam XIV. diebus habuit, vbi pluribus adunatis Principibus, multa de ſtatu & vtilitate Regni tractata ſunt: iniuſta telonea, iniuſtæ monetæ, bella ciuilia, niſi de conſenſu & conſilio Regis & Principum, & omnes iniuſtitiæ ſub iudicio & pœna vitæ, à Regibus & Principibus interdictæ ſunt. Ibique congregato exercitu Italiam intrare Imperator diſpoſuit, vt benedictioni Imperiali ſublimaretur. (Hæc vbi ſupra.) Item anno ſequenti, ſcilicet Domini MCCXX. (vel ſecundum quoſdam XXI.) Honorius Papa tertius in Baſilica ſancti Petri menſe Octobri, coronauit in Imperatorem Fredericum ſecundum, Henrici quondam Imperatoris filium, Regemque Siciliæ, qui fuit ab Auguſto primo XCV. Imperator, ſecundum Chronicum Martini Poloni. Iſte Fredericus à principio viſus eſt bonus, fuitque ab infantia per Eccleſiam, tanquam per matrem educatus, & Ottone quarto damnato, ad Imperium promotus: ſed poſtmodum auerſus, ex bono factus eſt Eccleſiæ aduerſarius & tyrannus, Eccleſiamque Dei non fouit vt matrem, ſed tanquam nouercam, quantum potuit, laniauit: propter quod Honorius Papa, qui ipſum coronauerat, rebellem ſibi & Eccleſiæ aduerſarium comperiens, anathematiſauit, & omnes Barones ab eius fidelitate abſoluit, illo non per fas, ſed per nefas, non iure, ſed iniuria tyranniſante annis XXXIII. (Hæc Bernardus.) Eodem tempore obiit quædam religioſa & ſancta puella Machtildis de Lapion Regis Scotiæ filia, quę fugiens nuptias, occulte venit in Franciam, & admirabilem egit vitam in diœceſi Laudunenſi: Sepulta eſt apud ſanctum Vincentium Laudunenſem.

In Vngaria Magiſter Robertus Veſprimienſis, vir bonus & religioſus in Leodienſi diœceſi natus, factus fuerat Archiepiſcopus Strigonienſis: cui cruce ſignato & in procinctu itineris conſtituto, occurrit filius principis de Comania, & ait: Domine, baptiſa me cũ duodecim iſtis, & pater meus veniet ad te vltra ſyluas in tali loco cum duobus millibus virorũ, qui omnes deſiderant de manu tua baptiſari: quo facto, abiit Archiepiſcopus vltra ſyluas in occurſum patris illius; & ibi baptiſati ſunt, Deo dãte, quindecim millia hominum. Item eodem tempore cuidam monacho Iacobo nomine ſancti Galgani, viro religioſo & ſimplici, cum quodam die Miſſam celebraret, apparuit nebula, ſcilicet inter crucem & calicem; & cum ſubleuaſſet caput ab oratione, quæ dicitur: [Supplices te rogamus,] proſpiciens & admirans, vidit lumen ardens in nebula in modum lucis candelæ ardentis: & cum hoc intueretur, exiuit manus de nebula & lumine, & extendens ſe ſuper Corporale, quod poſitũ erat ſuper

Altare, scripsit multa ad correptionem generis humani deprauati, & in quatuor apparuit Missis, diuersam in qualibet Prophetiam scribens. Item apud Dinantum Leodiensis diœcesis oppidum, heu nostris temporibus dissipatum, super Ecclesiam, quæ in valle sita erat, rupes maxima, quæ de monte diu dependerat in crastino sancti Thomæ Apostoli cecidit, & xxxvi. viros Missam pro præsenti defuncto auscultantes oppressit, & plures alios debilitauit. Presbyter tamen Missam celebrans, illæsus permansit.

Item Anno Regni Friderici xvii. ipse Imperator Fridericus literas misit Archiepiscopo Treuirensi, & aliis Principibus Imperii, per quas vltra modum de summo Pontifice conqueritur: & è contrario Papa literas suas ad omnes dirigit, per quas præcepit Imperatorem vbique excommunicari, siquidem hoc eodem anno Cardinalis Romanus à Roma regressus pro facto Albigẽsium, & pro discordia Principum Franciæ misit generali Capitulo Cistertiensi duo paria literarũ, quas ei miserat summus Pontifex: in quibus dicitur, Papam omnes, qui iuramento fidelitatis Frederico Imperatori erant astricti, & specialiter homines Regni à Sacramẽto absoluisse, & absolutos denuntiasse, secundo Calend. Augusti; vbi multa mala publicata sunt contra eum, quod sit hostis Ecclesiæ, & discipulus Machometi. Item in ascensione Domini in Bituricensi & Lemouicensi diœcesi inaudita cecidit tẽpestas, & apud Bunnentum maxima massa de seuo subnigro, maior quolibet magno boue; vnde factæ candelæ sunt, quæ lumen croceum reddebant cum maximo fœtore: quarum vna ardens & allata coram Episcopo Lemouicensi, cum contra eam signum crucis feciſſet, extincta est, &c.

Item tempore, quo Græci & Armenii Syriam tenuerunt, fuit quædam religiosa, & à seculo remota, Deo seruiens ad sex leucas Damasci apud locum, qui dicitur Sardenay; cui sanctimoniali monachus quidam dedit in tabula depicta imaginem beatæ Virginis pulcherrimam, quæ primo cœpit oleum ex facie sudare, postea ex toto corpore; ad quod oleum veniunt infirmi & sanantur: Monialis maiorem Ecclesiam statuit, & vicinum presbyterum & honestum aduocauit ad sustentationem dictæ imaginis, sed de parua Ecclesia imago remoueri non potuit, & die tertia presbyter obiit; & imago præterea postmodum crescente fidelium deuotione cœpit inspissari, & quasi in carnem commutari. Dicitur etiam, quidam Admiraldus Damasci oculum perditum ibi recuperasse: qua de causa ipse & eius successores quolibet anno eidem Ecclesiæ dabant ad luminaria & ad alias vtilitates lx. mensuras olei, vsque ad tempora Salaadini; qui terras inuasit. De oleo eodem virginis dicitur, quãtumcunque diuidatur, nunquam minui: Sarracenos eô conuenire in Assumptione & in Septembri, & inuocare B. Mariam secundum legem suam. Item tres sunt Ecclesiæ in partibus vltramarinis, quæ se miraculose defendunt: Ista de Sardena: Secunda de Bethlehem: Tertia sanctæ Catharinæ in monte Synai. Item An. Dom. mccxxxv. vltra syluas iuxta Kerce in Vngaria apparuit quædam, vt dicitur, Dæmonum ludificatio, per quam apparuerunt rubri homines, qui de monte quodam exierũt in equis rubris, minoris tamen staturæ, quam sunt nostri homines, ferè ducenti; qui discursus varios, spectante populo, faciebant, & irruentibus contra eos illis de oppido, caueam suam intrauerunt, nec postea comparuerunt: vnus tamen aliquantulum ab vno de oppido retentus, manum eius fecit omnino rubeam, & sic effugit. Manus vero quamdiu ille vixit, rubea permansit: & fere omnes qui eos viderunt, aliquod infortunium eodem anno incurrerunt. (Hæc Albericus.) Item in partibus Austriæ pluit sanguine, in vigilia sancti Ioannis, videlicet in Carentana, & in diœcesi Patauiensi. Item anno eiusdem Frederici xxvii. scilicet Domini mccxxxviii. Aquisgrani declaratæ sunt quædam pretiosissimæ reliquiæ per Decanum loci positum, in extremis, videlicet panniculi, quibus inuolutus fuit puer Iesus in præsepio, & illud linteamen, quo succinctus fuit in cruce, respersum eius sanguine: & camisia beatæ Mariæ: quæ omnia idem Decanus anno præterito in chartulis suis inuenerat in exportatione supellectilis Ecclesiæ; quæ facta fuit occasione ignis tunc grassantis in villa & excrescentis. Item in transmarinis partibus, Tartaris terras depopulantibus, occurrerunt eis quidam nigri monachi Syriani vel Græci cum cruce & cæreis, &

aqua

aqua benedicta, volentes eos sibi facere propitios. Sed cum Rex ab eis de vita & moribus & de Deo, & de substantia eorum, quæsiuisset, tandem cum omni substantia inclusos, fecit comburi dicens: Ego facio eis magnam gratiam, qui cum omni substantia transmitto eos ad Deum suum. Item anno sequenti, decem & septem sunt casus contra Imperatorem annotati, inter quos est quædam illius contra Christianam legem blasphemia; quam Dominus Papa commemorat in literis ad Archiepiscopum Senonensem. Tres, inquit, baratores siue circulatores fuerunt in mundo: Moyses, Christus, Machometus: & ita tamen honorem tribuit Machometo, vt eum consocier Moysi & Christo: & cum nunquam Machometus Moysen vel Christum baratores appellarit, patet in hoc deteriorem Machometo esse Imperatorem. Item die quadam fertur, dixisse vni de suis, cum vidisset sacerdotem corpus Dominicum ad infirmum deferentem: Heu me (inquit) quam diu durabit fraus ista? Propter has igitur blasphemias, & propter alios casus enormes, Dominus Papa fecit eum per totum mundum excommunicari, & excommunicatum denunciari. (Hæc Albericus.)

Item gens Tartarorum occupatis Orientalibus partibus, & crudeliter subactis, in duo se diuidentes agmina, Vngariam & Poloniam intrauerunt, vbi campestri bello cum ipsis habito, frater Regis Vngariæ Colimannus in Pannonia: & in Polonia nobilis Dux Silesiæ Henricus occiditur: reliquum vero vulgus tam in viris, quam in mulieribus, quos inuenire potuerant in ore gladii exterminantes, sic terras illas (maxime Vngariam) redegerunt in solitudinem, vt fame præualida matres puerorum suorum carnibus vescerentur. (Hæc Martinus.) Item anno sequenti, scilicet Domini MCCXL. Fredericus Imperator contra Dominum Papam innumera mala, tanquam desperatus fecit, & cepit Viterbium & quasdam alias ciuitates & munitiones, ita vt in breui totam Marchiam & totam Vallem Spoleti Papæ auferret. Item supra Rhenum apud Nussiam sub Colonia fuit torneamentum post Pentecosten; vbi miraculose, cum ad prædicationem cuiusdam viri boni, nollent torneamentum dimittere, inter milites & armigeros bene LX. mortui sunt, & præ nimio impetu pulueris suffocati: & auditi sunt Dæmones & visi in similitudinem vulturum & coruorum crocitantes, qui eos terruerunt. Item Eclipsis Solis fuit in Dominica post festum sancti Remigii, & in sequenti quinta feria visus esse dicitur volatus Draconis. (Huc vsque Chronicum Alberici Monachi trium fontium protenditur & finitur.) In Burgundia per terram solutam à montibus circiter quinque millia hominum suffocantur; vbi maximus mons se diuidens ab aliis montibus, & per plura milliaria cuiusdam vallis transiens ad alios montes accessit, & in valle omnes villas terra & lapidibus oppressit. Item eodem etiam tempore in Toleto Hispaniæ quidam Iudæus cõminuens rupem pro vinea amplianda in medio lapidis inuenit concauitatẽ, quæ nullã penitus diuisionẽ, neque scissuram habebat: in qua concauitate reperit librum folia quasi lignea habẽtem, & tribus linguis scriptum, videlicet Hebraice, Græce & Latine: vt tamen de littera haberet, quantum vnum Psalterium. Tractabat liber de triplici mundo, ab Adam vsque ad Antichristum, proprietates hominum cuiuslibet mundi exprimendo: principium vero tertii mundi posuit in Christo sic. In tertio mundo filius Dei nascetur ex virgine Maria, & pro salute hominum patietur; quod audiens Iudæus, statim cum omni domo sua baptisatus est. Erat etiam in libro scriptum, tempore Ferdinandi Regis Castellæ inueniri librum debere qui tunc regnabat. (Hæc Martinus.) Imperatoris Friderici temporibus, obiit Otto Comes Geldriæ, huius nominis tertius, & in monasterio Campensi penes patrem suum sepultus: sed contoralis ipsius Richarda (quæ cum filio Gerhardo monasterium monialium ordinis Cistercienſis in Ruremunda fundauit.) in eodem sepulta iacet. Iste Otto Episcopos Colonienſem, Monasterienſem, & Ducem Brabantiæ in auxilium habens, denuo potenter Dauentriam obsedit, quousque Henricus sextus Imperator inter Episcopum & Comitem per Auream Bullam finem litis imposuit, conditione tali, vt scilicet Comes Geldriæ perpetuo possideret Veluam.

Ottoni prædicto succeſſit Gerhardus filius eius, huius nominis tertius, Anno Domini MCCXXV. & tenuit Geldriæ Principatum annis XXVII. Iste Comes Ger- *Geldria.*

hardus obtinuit à Frederico Imperatore, vt teloneũ quod ipſe apud Arnhem in feudum tenebat, poſſet transferre in Lobeth, quod Henricus & Wilhelmus Reges Almanniæ poſtea confirmauerunt. (Hæc ex Chronicis.) Tandem Fredericus Imperator, cum diu Pontifices perſecutus eſſet, & maximis calamitatibus Romanam ſedem affeciſſet, ab Innocentio Papa quarto, anno Pontificatus ſui ſecundo, in Lugdunenſi Concilio damnatus eſt, & Imperatoria ac Regia poteſtate exutus, Anno Domini MCCXLIV. Regni vero ſui anno XXXIII. Imperii XXV. (Hæc Florentinus.) In prædicto Concilio fuit Rex Conſtantinopolitanus, & Patriarcha Ieroſolymitanus, cum centũ Epiſcopis. Imperatore vero depoſito, Innocentius Papa procurauit per Principes Almanniæ Electores, plures eligi in Imperium, videlicet Landtgrauium Turingiæ & Comitem Hollandiæ, qui antequam ad Imperialem benedictionem peruenirent, vitæ terminum expleuerunt. Item poſt depoſitionem Frederici vacauit Imperium annis XXVIII. Item Anno Domini MCCL. anno vacationis Imperii ſexto, in feſto ſanctæ Luciæ obiit Fredericus dudum depoſitus Imperator in Apulia, apud oppidum Serentinum, anno ætatis ſuæ LVII. qui poſt ſuam ab Imperio depoſitionem, cum inter cæteras ciuitatem Lombardiæ Parmam, tanquam magis exoſam, forti manu obſideret, à Legato Domini Papę, & à Parmenſibus turpiter eſt deuictus, & amiſſis theſauris & aliis rebus in Apuliam rediens, graui infirmitate corripitur, quem Manfredus filius eius naturalis, non legitimus, Regni Siciliæ ambiens dominium & theſauros, vno Frederici Imperatoris ſecretario conſcio, timens ne conualeſceret infirmus, puluino ſuper faciem eius poſito, ſuffocauit, qui Fredericus proprium filium Henricum nomine, Regem tunc in Almannia accuſat de rebellione, & captum, in Apuliam deducens, ſqualore carceris ſuffocarat, ſicque Fredericus ſine Sacramentis & pœnitentia in anathematis vinculo & ſchiſmate eſt extinctus.

Treuirẽſis. Item Theodericus huius nominis ſecundus inter Archiepiſcopos Treuirorum, frater Comitis de Weyde, poſt deceſſum venerabilis patris Domini Ioannis, cõcorditer electus eſt in Archiepiſcopum Treuirenſem, Anno Domini MCCXIII. Pontificatus Innocentii tertii, anno decimo quinto, quem laudabiliter rexit annis triginta. Iſte caſtrum trans Rhenum contra inſolentiam Tyrannorum ædificauit, & montem Thabor appellauit: quo tempore Dominus Erneſtus Canonicus Treuirenſis, domum ſuam Prædicatoribus inhabitandam donauit. Theodericus ille apud Imperatorem Fredericum magnus habitus eſt, & in omnibus curiis ſolemnibus locum ſeſſionis ſuæ inter Pontifices poſt Imperatorem propter primatum Treuiricæ dignitatis obtinuit. Tandem venerabilis Theodericus, quinto Calendarum Aprilis migrauit ad Dominum, in Eccleſia Treuirenſi ante Altare beati Martini ſepultus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Traiectẽſis. Item ſepulto iuuenilis ætatis Ottone Pontifice Traiectenſi, prælibati Comites, ſcilicet Hollandiæ & Geldriæ præſentes in eiuſdem exequiis, obtinuerunt à Capitulo ſupplicationibus aſſiduis, vt Otto ſecundus, natus de Lippia, maior Præpoſitus triceſimus quartus eligeretur Epiſcopus, qui de conſenſu Metropolitani ſui ſuſcepit Epiſcopalem benedictionem apud Franckfordiam, vbi conſimiliter à Frederico Cæſare temporalem acceptauit iuriſdictionem. Cœpit autem Anno Domini Milleſimo ducenteſimo decimo quinto, Pontificatus Innocentii tertii, anno decimo ſeptimo, & ſedit annis duodecim. Iſte venerabilis Otto, diſpoſitis Epiſcopatus ſui cunctis vtilitatibus, cum Imperatore cruce ſignatus mare tranſiuit, totamque terram Hermanno fratri ſuo gubernandam fideliſſime commendauit. Poſt hæc Otto Epiſcopus de Ieroſolymitana peregrinatione reuerſus, terram ſuam bene pacatam inuenit, quæ maximis deinde ſe diſcordiis inuoluit. Otto namq; Comes Geldriæ, plures quondam vaſallos habuit in terra Zelandię, qui per villicos Epiſcopi grauiter exactionibus exhauſti ſunt, adeo, vt in bonis temporalibus admodum redderẽtur pauperes. Quapropter Comes Geldrię homines Epiſcopatus apud teloneũ Lobeth areſtari fecit, & cũ incolis Zelandiæ contra dictũ iam Pontificem conſpirat. Epiſcopus autẽ auxilio Theoderici Monaſterienſis Epiſcopi & Hermanni fratris ſui, copioſam congregauit militiã & exercitum magnũ, vt vicinas villas Comitatus Geldriæ potẽter incẽderet, & rebelle vulgus de terra Zelãdiæ victorioſe cõpeſceret. Econtra vero

iam

iam dictus populus, auxiliante Comite, penes Arkelo congregatus in aggere, decreuit omnibus modis Episcopo resistere: Sed Episcopus hostes viriliter aggressus, quosdam occidit, plures cepit, ac omnes alios cum victoria fugauit. Nec mora, quin & idem Episcopus duo fortia castra, quæ Vorst dicebantur, omnino destrueret, & tertium, quod Buchorst appellatur, excepta maiori turri in fauillam combureret: quia eorundem castrorum præfecti primitiuam suscitauerunt rebellionem & vniuersum Zelandiæ populum animabant ad illicitam cõspirationem. Comes quidem Geldriæ pro victoria Pontificis indignatus, Walramũ Ducem Limburgensem ac Henricum Comitem Seynensem cum duobus millibus militum in ipsius auxilium inuitauit, & Florentium iuuenem Hollandiæ Comitem, nepotem suum sibi complicem acquisiuit, qui cõtinuo Leckam ascendit cũ infinito quasi nauigio, & Episcopalem domum cum villa Gheyn, hostili cremauit incendio. Econtra vero dictus Episcopus auxilio Gerhardi Bremensis Archiepiscopi, fratris sui, Theoderici Monasterienſis Episcopi, propinqui sui, ac Hermanni de Lippia germani sui, mille equites aggregauit, & aduersus antedictos Principes intrepide bellum instaurare decreuit. Sed ecce Dominus Conradus Parmensis Episcopus, & Apostolicæ sedis Legatus, inexsperato superuenit ad locum certaminis, suspendens iam inchoatum prælium, & de consensu partis vtriusq; tale promens arbitrium, vt Comes Geldriæ Aduocatiam de terra Zelandiæ beato Martino traderet, & Episcopus eidem allodium Eliſtense montisq; sanctæ Odiliæ (Præposituris & vasallis exceptis) in feudũ restitueret: Comes insuper Hollandiæ pro ministerialibus suis illic habitantibus octingentas libras haberet, ac eosdem Ecclesiæ Traiectensi, manumissione facta, libere resignaret. Item Anno Domini MCCXVI. commissum est ciuile prælium inter Egbertum Præfectum Groningiæ, & Rodolphum Castellanum Kouordiæ: Quapropter dictus Episcopus in manu forti Groningiam iuit, & pacificas inducias, sub iudicio mortis ab vtraque parte seruari mandauit. Sed Rodolphus abscedente Pontifice castrum Egberti penes Homme destruens, potenter intrauit Groningiam, & violatis induciis, Egbertus effugauit ad Frisiam. Econtra quidam Egbertus de Frisia copiosum duxit exercitum, ac oppidum Groningiæ graui vallauit obsidione per circuitum, qui tandem per diuersos assultus ipsum oppidum in parte succendit, & Rodolphum ex periculo mortis vix elapsum, ad Kouordiam profugauit. Rodolphus autem illatam contumeliam modis omnibus vlcisci statuens, confestim aggregauit expeditos armigeros, oppidum hostiliter infestauit per assultus creberrimos, sed ecce Dominus Episcopus necessitatem oppidi sui, festina relatione percipiens, aggregatis electis bellatoribus proposuit Rodolphum ab obsidione propellere, vel castrum Kouordiæ cum tormentis potenter euertere, in cuius adiutorium Gerhardus Comes Geldriæ cum multis præliatoribus personaliter aduenit, cui consimiliter Florentius Comes Hollandiæ, robustam militiam destinauit: cui Theodericus Cliuensis, & Balduinus de Bẽthem Comites præstiterunt manuale subsidium, vt & Episcopi Colonienſis & Monasterienſis ei transmiserũt adoptatum auxilium; ex quibus omnibus perpulcher exercitus apud Auen congregatus est, vbi Dominus Episcopus fixis castris per diem cum antedictis Principibus plerunq; gauisus est, qui dictante Principum sententia Rodolphum à bonis suis ibidem proscripsit, ac omnibus adiutoribus plenã indulgentiam prędicauit. Rodolphus vero perpendens Episcopi magnipotentiam, dissoluit obsidionẽ ab oppido Groningiæ, qui continuo castra sua fixit prope villam Kouordiæ, præmeditans latissimam in medio interiectam esse paludem, quæ difficilem cunctis hostibus exhiberet aditum. Altera vero die cum eminentibus radiis auroræ iubar accresceret, Dominus de Ghore, beati Martini vexillifer, cum electis antecessit armigeris, quem totus exercitus subsecutus est cum diuersis armaturis bellicis, & ecce pugiles Episcopalis exercitus, primam gubernantes aciem, armorum sarcina prægrauati, paulatim in ipsis paludinosis locis (prô dolor) viui submersi, & non solum à Trentonibus, verum etiam à mulieribus misero mortis genere crudeliter interempti, alii vero propter æstuantis solis ardorem intolerabili siti suffocati, cæteri plerunque sauciati per repentinam fugam ab hostibus vix elapsi sunt. Rodolphus autem cum quibusdam equitibus tota nocte fugitiuos insecutus hostes, victualium

magnam copiam obtinuit, & cum multis captiuis glorioſe reuerſus eſt ad Kouordiam, inter quos principales erant Gerhardus Comes Geldriæ, Giſelbertus Dominus Aemſtelrelandiæ, & Theodericus frater Epiſcopi, Præpoſitus: Dominus etenim Epiſcopus in paluſtri loco captus, & ibidem per diuerſa tormentorum genera dire martyriſatus eſt. Nam crudeles carnifices coronam eius cum cruenta carne gladiis acutiſſimis abraſerunt, & demum poſt multa opprobria ſub ipſo die Calend. Auguſti menſis, in locis immundiſſimis conculcarunt. Ceciderunt autem in ipſo conflictu cum Epiſcopo ſuffocati, ſubmerſi & trucidati nihilominus & occiſi c c c c. milites & armigeri, bellatores egregii. Otto quidem à locis paluſtribus clam abſtractus, cum ingenti fletu, tam cleri quam populi tumulatus eſt in Eccleſia Traiectenſi, quam duodecim annis, menſibus ſeptem, egregie rexit, & contra rapaces hoſtes vſque ad mortem ſtrenuiſſime defenſauit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectenſium.)

Colonienſia. Depoſito, prout ſuperius dictum eſt, Theoderico primo, electus fuit ad Pontificalem Cathedram Colonienſis Eccleſiæ, venerabilis Engelbertus huius nominis primus, Eccleſiæ ſancti Petri Præpoſitus, & filius Engelberti Comitis de Monte ex matre, filia Comitis Geldriæ, qui habuit patruos nobiles anteceſſores ſuos Colonienſes Archiepiſcopos, videlicet Fredericum ſecundum, & Brunonem quartum: vt & Adolphus depoſitus Colonienſis Archiepiſcopus, patrui ipſius filius fuit. Cœpit autem Anno Domini MCCXVI. Pontificatus Innocentii Papæ tertii, anno vltimo; & præfuit annis decem. Erat autem aſpectu decorus, ſtatura corporis procerus, robuſtus viribus, & tantæ pulchritudinis vt in clero & populo non inueniretur ſimilis. Erat etiam vir prudens & diſcretus, & magnanimus, magis animi ſui virtutem factis, quam verbis manifeſtans. Nam inſolentias Comitum, Nobilium, Miniſterialium, atque Burgenſium diœceſis ſuæ ita repreſſit, vt nullus auderet reſiſtere: qui & induſtria ſua nobile caſtrum Turim Eccleſiæ Colonienſi obtinuit: & Eccleſiæ bona diu diſtracta, & ab anteceſſoribus ſuis neglecta recuperauit, & alia plura, quæ prius non habebat, conquiſiuit. Vnde Fredericus Imperator ſecundus in Regnum ſublimatus, audita Domini Engelberti Archiepiſcopi probitate & fama, negotia Regni circa Alpes ei commiſit, & filii Henrici tutorem conſtituens, totius Regni per vniuerſam Germaniam deputauit adminiſtratorem. Engelbertus igitur conuocatis Regni Principibus, eundem Henricum Imperatoris filium, quamuis adhuc puerum, de voluntate Imperatoris Aquiſgrani vnxit in Regem Almanniæ, quem quidem nutriuit vt filium, ſed tanquam Dominum honorauit. Tanta autem fuit per vniuerſum Regnum pax in diebus eius, vt antiqua Auguſti tempora crederentur. Fredericus Comes de Yſenborch, dicti Domini Engelberti Archiepiſcopi conſanguineus, aduocatus tum erat Regalis Eccleſiæ Aſſendenſis, quo officio dum tyrannica abuteretur crudelitate, Dominus Engelbertus, receptis ea de re mandatis Apoſtolicis Domini Honorii Papæ, & Frederici Imperatoris, monuit Comitem, vt à ſua deſiſtens tyrannide, præfata Aduocatia legitime vteretur: quibus monitionibus Comes exacerbatus, quodam tempore, dum Archiepiſcopus, in via per villam dictam Swelme, ſequenti die ibidem Eccleſiam conſecraturus, incederet, Comes inſtinctu Diabolico, eundem Archiepiſcopum nihil tale ſuſpicantem, XXVIII. confoſſum vulneribus crudeliſſime interfecit: Poſt quod execrandum facinus dictus Comes, velut alter Cain, vndique vagus & profugus diffugiens, nuſquam potuit eſſe tutus: caſtro quidem eiuſdem dicto Yſenborch, quod tum inexpugnabile videbatur, per ſucceſſorem Engelberti interfecti, expugnato, & ſolotenus diruto ac confracto, nec vnquam poſtmodum reparato: quod quidem vſque hodie ruinę atteſtantur in vltionem ſanguinis venerandi Pontificis ſupradicti. Deus autem (cuius vtique eſt vindicta, & ipſe retribuit,) aliter ordinauit, vt prædictus ſacrilegus, pii Pontificis interfector, eodem ferè die poſt annum elapſum, quo idem Pontifex mortuus, cum luctu omnium Coloniam inuehebatur, dictus Comes iam captus cum gaudio multorum per portam alteram ciuitatis vinctus introduceretur, & poſt triduum ſententia mortis in eum lata, per portam ciuitatis, quæ dicitur ſancti Seuerini, in rus eductus, confractis tormentaliter cruribus & brachiis ſuis

& omni-

& omnibus membris miserabiliter distractis, super rotam positus in monticulo iuxta viam Regiam ad miserum transeuntium spectaculum est in altum eleuatus. Plurimi quoque ex eiusdem satellitio postea, in breui, morte pessima perierunt, & quod dignum relatu duximus, totam eiusdem sacrilegi Comitis posteritas, post dicti venerandi Pontificis interfectionem defecit in statu & honore, nec vnquam postea resurrexit. Sepultus est autem venerabilis Præsul Engelbertus in Ecclesia sancti Petri iuxta Archiepiscopum Philippum contra portam Meridionalem. (Hæc ex Chronicis.)

Honorius tertius, natione Romanus, cœpit Anno Domini MCCXVII. secundum Matthæum, (in multis Chronicis dicitur XVI.) Sedit annis x. mensibus duobus. (Magister dicit annis x. mensibus VIII. dieb. XXVIII.) Dictus prius Euthicius, presbyter Cardinalis sanctorum Ioannis & Pauli, apud Perusium in Ecclesia S. Petri consecratur. Renouauit Ecclesiam S. Laurentii extra muros, & Basilicam quæ dicitur sancta Sanctorum. Item composuit Decretales, & apud sanctum Laurentium extra murum, Petrum Comitem Antisiodorensem in Imperatorem Constantinopolitanum coronauit. Confirmauit anno Pontificatus sui primo, ordinem fratrum Prædicatorum, beato Dominico Hispano institutore eiusdem ordinis, procurante Romæ, apud sanctum Petrum, in crastino S. Thomæ Apostoli vndecimo Calendar. Ianuarii; vt & confirmauit ordinem fratrum Minorum à beato Francisco inchoatum, Pontificatus sui anno octauo, septimo vero secundum præsentem supputationem. Item anno Pontificatus sui secundo confirmauit duos ordines, videlicet ordinem Vallis scholarium Parisiis & ordinem Carmelitarum. Item anno Pontificatus Honorii quinto, anno scilicet salutis, MCCXXI. Octauo Idus Augusti beatus Dominicus ordinis Prædicatorum primus, vita & scientia per omnia clarus, compleuit dies suos in bono, annos suos in gloria, plenus miraculis, plus quam annis. Item anno Pontificatus Honorii octauo, Iesus Christus Dei filius dilecto Francisco suo viro beato, apparens in memoriam Passionis sanctissimi sui corporis stigmata in similibus membris in beati Francisci corpus impressit: Item anno eiusdem Honorii decimo, Anno scilicet salutis Millesimo ducentesimo vigesimo sexto, Franciscus ordinis Minorum Princeps, Christi stigmatibus signatus, & miraculis clarus, moritur quarto Nonas Octobris; cuius corpusculum in Lombardia ciuitate Assisii honorifice traditur sepulturæ, & biennio post in Sanctorum numerum à Gregorio refertur. (Hæc Matthæus Florentinus.) Item anno sequenti, quintodecimo Calend. Aprilis, Dominus Papa Honorius decessit, in Ecclesia beatæ Mariæ Maioris sepultus: & factus est summus Pontifex Hugo Hostiensis Episcopus, Cardinalis, cognomine Hagelinus. (Hæc ex Chronicis.) *Romana.*

Henricus Rex, Frederici secundi filius, viuente patre & in gratia Ecclesiæ existente, fuit electus in Regem Romanorum, & coronatus Aquisgrani ab Engelberto huius nominis primo, Archiepiscopo Colonienſi, Anno Domini Millesimo ducentesimo vigesimo secundo; Regni Frederici patris sui vndecimo, Imperii vero tertio anno, & regnauit annis vndecim; quem quidem Engelbertus prædictus nutriebat vt filium, & tanquam Dominum honorabat. Prædictus tamen Henricus Imperatoris Frederici secundi filius inter Reges non computatur, quia ad Regni administrationem non peruenit, sed adhuc adolescens, accusatus apud patrem de rebellione, captus per patrem, & in Apuliam ductus, ibidem decessit squalore carceris suffocatus. (Hæc ex Chronicis.) *Imperiales.*

Post obitum Wilhelmi Principis, filius eius Florentius huius nominis quartus, Comes decimus tertius Hollandiæ efficitur: Cœpit autem An. Dom. MCCXXIII. eodem scilicet anno, quo Ludouicus octauus regnare cœpit in Francia, & rexit Comitatum annis XII. Duxit in vxorem Mechtildim filiam Henrici Ducis Brabantiæ, quæ erat matertera sanctæ Elisabeth viduæ, filiæ Andreæ Regis Vngariæ, de qua genuit Wilhelmum Romanorum Regem succedentem Comitem Hollandiæ, Florentium Præsidem, Adelheydem Hannoniæ, & Mechtildem Hennenbergiæ Comitissas. Item legitur in Chronico, Mechtildim hanc Comitissam, filiam Florentii, cum quodam tempore pauperem & inopem mulierem, cuius maritus nuper defun- *Hollandicæ.*

ctus erat, ostiatim mendicantem, atque in vlnis suis duas proles, quas vno partu ediderat, ratione quæstus baiulantem vidisset, inuectam grauiter in illam fuisse, tãquam si non esset possibile, mulierem ex viro, coitu vno, plures quam vnam concipere prolem: Pauperculam vero se excusando de inhonestate, dixisse Comitissæ: Domina Illustrissima, non dubites à Deo posse fieri. Sed illa non credens, ignominiose à conspectu suo pauperculam reiecit. Quare pauperculà deuota, oculos suos eleuans ad cœlum, lacrymando petiit à Domino, cui omnia possibilia sunt, vt ipsa conciperet à Comite marito suo tot proles, quot sunt dies in anno, quod & factum est. Comitissa igitur grauida descendit in Hollandiam, quæ in tantum adueniente partus tempore, intumescebat, vt nemo similem vnquam viderit, vel audiuerit: & quia filia Comitis Hollandiæ fuit, Otto Episcopus Traiectensis, eius patruus, misit ad eam Suffraganeum suum, vt dum pareret, statim cum honore prolem baptisaret. Peperit Comitissa tot proles iuxta imprecationem pauperculæ mulieris, quot sunt in anno dies; quas omnes viuas, & in omnibus lineamentis corporum distincte & perfecte expressas baptisauit Episcopus, cum admiratione omnium in villa Losson̄ensi, quæ statim post partum omnes defunctæ sunt. Quapropter Comitissa mutato castro illo de Losson̄en in Abbatiam, consensu Comitis Hollandiæ fratris sui, ibidem prædictas proles sub sarcophago vno, in perpetuam rei memoriam recondi iussit: & in se reuersa, gemens, humiliauit se coram omnipotente Deo, deprecans die ac nocte veniam de perpetrato scelere in pauperem mulierem; quam postea cum prolibus diuauit benignè. Mechtildis vero Comitissa abhinc diu superuiuens, obiit Anno Domini MCCLXXVII. sepulta in Boreali parte eiusdem Abbatiæ penes prædictas proles suas, &c.

Florentius Comes Hollandiæ anno Comitatus sui XII. Anno scilicet salutis MCCXXXIV. cum Henrico Duce Brabantiæ, & Theoderico Comite Cliuiæ, iussu Domini Gregorii Papæ Romani, terram Stadingiæ Bremensis diœcesis, cum viris & mulieribus ac paruulis omnino depopulatus est, pro eo, quod idem populus expulsis sacerdotibus & clericis, ad prophanam sectam Idololatriæ reuersus esset.

Eodem anno Florentius Comes imperterritus, multa tyrocinia per diuersas prouincias edidit, ex quibus præconium laudis glorioſius acquisiuit: Comitissa vero Claremontensis, celebrem probitatem eiusdem Principis frequenter audiens, infra secreta cordis sui assidue meditari cœpit, quo pacto talem Comitem coràm aspiceret, de quo tot militares probitates frequenter audiret: quæ tandem arcanum hoc consilium adinuenit, vt maritum suum blandis suggestionibus instigaret, quò solemnem curiam in Almannia euulgaret, in qua ipse tanquam veteranus, militiç cederet, sciens pro certo, Hollandiæ illuc venturum Comitem cum proceribus Germaniæ, pro conquirenda laude militaris gloriæ. Sic igitur Comes Florentius, associato sibi Comite de Cliuio, magnificis expensis illic affuit, atque titulum sui nominis dilatauit, qui & magister militum ibidem ab Almannis electus, & è contra Dominus de Nigello Gallicanæ militiæ Princeps institutus est: Nec mora, quin ordinatis aciebus ab histrionibus electi milites vtriusque partis, concrepantibus buccinis, prostrepentibus tympanis, coruscantibus vexillis, ac emicantibus gladiis, promiscue conglobati pro inanis gloriæ laude contenderent: Sed Hollandiæ Comes exercitatus in huiusmodi ludo præ cæteris pro palma triumphalis victoriæ laborauit, & plures Gallicanos milites deiecit, aduersas cohortes disiunxit, ac Almannis hinc inde grauatis oportunum auxilium attulit. Comitissa vero Claremontensis, probitatẽ præcipuam Florentii Comitis ab altitudine turris procul intuens, & gloriam suæ laudis vbique prædicari percipiẽs, ex magno dilectionis affectu sæpius à viro suo expetiuit, vt Hollandiæ Comitem inter equestres Cuneos sibi ostenderet; quod tandem Comes ingratum habuit, & vxori suæ nobili toruis aspectibus sic respondit: Scio, ex abundantia cordis os loqui, & Hollandiæ à te amari Comitem. Ecce tuus amasius hic Princeps est egregius, qui vexillum fert aureum, leonem habens rubeum, quem ardenti desiderio toties optasti videre viuum: Sed viuit Dominus, quoniam & hunc in vespere videbis extinctum. Quanquam igitur amabilis Comitissa mariti sui iratum agnoscens animum, Hollandiæ Comitem per secretum nuntium moneret: tamen

maritus

maritus, Claremontensis Comes, quamquam decrepitus, arma protinus induens, Gallicanos sibi milites adiunxit, & cum Domino de Nigello, Florentium Comitem fulmineis ictibus ex omni parte circumcinxit: quorum omnium Florentius inscius, aduersus Gallicanam multitudinem solus, quantum potuit, egregie restitit, & plurimos eum hostiliter impugnantes, virili probitate repulit, donec tandem Claremontēsis Comes in Florentium violenter irrueret & eundem in Corbrata XIV. Calend. Augusti, crudeliter interimeret. Comes vero Cliuensis cum Teutonicis perniciter aduolans, Comitem Claremontensem in vindictam cognati sui recenter occisi, rursus occidit, & Dominum de Nigello ab eodem tyrocinio profugauit: vt iocosum tyrocinium exiret in exosum prælium. Comitissa vero Claremontensis reminiscens, Florentium Comitem innocenter occubuisse, & se principalem causam necis esse, præ nimia cordis amaritudine, mentis alienationē subiuit, & seipsam de cacumine turris præcipitare voluit; quæ dehinc in incurabilem morbum, quem medici vocant hæmorrhoides, incurrit, & post modicum interuallum temporis ab hoc seculo transmigrauit. Porro electissimi Comitis corpus, per Almanniæ proceres ad Rynesburgense cœnobium deuectum est, ibidemque lugubribus exequiis inhumatum. Iste Florentius floridæ fuit ætatis, excellenter gratiosus inter omnes primates Almanniæ, qui XII. annis strenua probitate Comitatum rexerat Hollandiæ; post cuius obitum Otto Traiectensis Episcopus suscepit Wilhelmum Domicellum Hollandiæ in tutelam suam, & Comitatum eiusdem in gubernationem; sicque per eius potentiam Trentones deuicit: Kouordenses subegit, & terram eorum, nemine resistente, quando voluit, introiuit, & ad suum arbitrium gubernauit. Dominus autem de Nigello per amicabiles intercessores, eidem Episcopo postmodum reconciliatus est, vt Collegiatam Ecclesiam ædificaret eodem in campo, vbi frater eius dudum interemptus erat. Anno dehinc Domini MCCXLVII. IO. Calend. Ianuarii, Mechtildis Comitissa decessit à peregrinatione præsentis sæculi, quę tumulata fuit apud puellas Cistertiensis ordinis, Loesdunensis monasterii, quod pro remedio peccatorum suorum & filiæ suæ construxit, & adiectis prædiis honorifice consummauit. (Hæc ex gestis Comitum Hollandiæ.) LXVII

Henricus huius nominis primus, quinquagesimo loco successit in regimine Pontificalis cathedræ Colonienſis Ecclesiæ, Anno Domini MCCXXVI. Pontificatus Honorii vltimo, & sedit Annis XII. Natus in domo Nobilium de Muluerken: qui de morte Engelberti sui prædecessoris condignam sumpsit vltionem, & primo castrum dicti Comitis sacrilegi homicidæ potenter obsedit, quod captum à fundamentis diruit, & solo coæquauit. Demum apud sedem Apostolicam obtinuit, vt Cardinalem legatum in Coloniam Papa pro anathemate reorum mortis antecessoris celebrius exequendo mitteret. Et accedens Imperatorem apud Nurenborch in curia solemni Principum ibi congregata, adductis secum & ostensis in publico spectaculo vestibus antecessoris interfecti sanguinolētis, omnes in morte eiusdem reos, banno Imperiali damnari & subiici fecit. Tum vero Henricus Archiepiscopus duos fratres dicti Comitis homicidæ, videlicet Theodericum Monasterienſis, & Engelbertum Osenburgenſis Ecclesiarum Episcopos, tanquam de fauore fratris suspectos, ab Episcopali dignitate & officio Pontificali abdicandos curauit. Ad vltimum autem dicto Comiti profugo insidias vndique struens, ipsum in Leodio captum à quodam milite, pro duabus millibus marcharum redimens, Coloniam adduci atque rotali supplicio plecti demandauit, prout hæc supra in gestis dicti Domini Engelberti Archiepiscopi plenius continentur. Hæc & alia multa, sæpedicto Archiepiscopo præsidente, relatu digna fiebant, quæ tamen ob nimiam eius simplicitatem probitati illius minime attribuuntur. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum Colonienſium.) *Colonienſia.*

Occiso, sicut supradictum est, Ottone Pontifice, Florentius Hollandiæ Comes huius nominis quartus, cum cæteris principalibus Ecclesiæ vasallis Traiectum aduenit, pro suo sanguineo Domino Wilibrando Paderbornensi Pontifice, filio Comitis de Oldenborch interceſſurus. Cum autem vniuersale Capitulum super his deliberaret, an deuotas instantias eiusdem Comitis admitteret, ecce Comes Geldriæ *Traiectēsia.*

Gerhardus simul & Dominus Aemesterlandiæ læthaliter vulnerati per breues in-
ducias ex carcere dimissi, recumbentes in culcitris delati sunt in Capitulum, qui
plangendo ab Ecclesia suæ redemptionis auxilium petebant: quibus visis vniuer-
sus clerus amare lacrymatus & dolor totius populi de nece Pontificis non immerito
renouatus est. Quamobrem idem Dominus Willibrandus, Paderbornensis Epi-
scopus, tanquam idoneus vindex, tricesimus quintus Traiectensis postulatus est
Episcopus, anno primo Henrici Archiepiscopi Colonienſis, vir constans, audax &
ingenuus, sed quia Willibrandus in Italiæ partibus, tum occupatus assidue nego-
tiis Imperialibus fuit, missi sunt viri discreti trans Alpes festinanter, vt Episcopo
de nouo Pontificio nuntium deferrent, & postulationem Ecclesiæ Traiectensis in 10
Curia Romana præsentarent, quod & ita factum est, & Dominus Papa Gregorius
huius nominis nonus, de consilio fratrum suorum notum & dilectum suum Willi-
brandum de Paderborno Traiectum destinauit, & Apostolica benedictione versus
patriam honeste remisit: Idem vero nouus Pontifex in Traiecto pro tribunali se-
dens, dictante sententia Principalium Vasallorum, Comitem Geldriæ cum cæteris
captiuis ex carcere Castellani Kouordensis absolutum esse iudicauit, quoniam idem
Castellanus tanquam proscriptus grassator & exlex, suum verum Dominum indi-
gna morte pridem occidisset. Itaque continuo tam de potestate propria, quam de
Frisia per Papales indulgentias copiosum eduxit exercitum, quem aduersus Kouor-
densis & Trentones in sex turmas diuisim ordinauit ad prælium. Econtra vero præ- 20
dicti populi sex cuneos statuerunt in gyrum ad resistendum Episcopo, ita, vt terram
eorum nullus introire absque graui dispendio posset. Sed Episcopus, vt vir imper-
territus aduersos hostes ex omni parte circumuenit: plures resistentes contriuit,
quasdam villas incendit, & vsque ad opacam noctis vmbram diffugientes aduersa-
rios profugauit. Mane dehinc facto cum garritus volatilium enunciasset adesse di-
luculum, Kouordenses cum Trentonibus metuentes magnam Episcopi potentiam,
datis obsidibus, obtulerunt semetipsos ad gratiam; quos idem Episcopus in deditio-
nem benigne suscepit, & per sequentes conditiones à sententia maledictionis absol-
uit, videlicet, vt Rodolphus castella Kouordiæ & Lare libere sibi traderet: Iurisdi-
ctionem Trentoniæ beato Martino propitiatoriè redderet: tria millia marcharum 30
pro diuersis damnis exsolueret: centum armigeros Liuoniam mitteret, atque mo-
nasterium puellarum ordinis sancti Benedicti in Zwarte Water de x x v. præbendis
dotando construeret. Istis ita peractis Episcopus castrum Lare funditus destruens,
& castrum Kouordiæ fideli custodia muniens, postquam coadiutoribus suis cum
gratiarum actione valedixisset, ad festiuitatem beati Martini Traiectum honorifice
properauit. Sed rursus Rodolphus amarè dolens, castrum se Episcopo resignasse,
& à villicatione Trentonicæ terræ omnino esse destitutum, corrupit vnum de ca-
strensibus pro summa pecuniæ, vt castrum sibi traderet oportuno tempore. Nec
mora: cunctis quasi castrensibus cum traditore villam ingredientibus, Rodolphus
infra suburbium latens, pontem extemplò præoccupauit; partem vlteriorem intro- 40
iuit, castrum dolosè cepit: & custodes intrantes occidit, & exinde totam munitio-
nem suo satellicio communiuit. Episcopus autem ex amissione castri nimium con-
turbatus, castellum Hardenberghe præcepit è contra fulciri, & generalem expedi-
tionem aduersus Kouordenses & Trentones proclamari. Anno igitur Domini
MCCXXVIII. cum iam tota palus ex gelido rigore vbique esset peruia, Dominus
Episcopus validum eduxit exercitum in Trentoniam, sperans altera die turres se &
mœnia castri Kouordensis diuersis ingeniis contriturum, & omnes inimicos suos
simul in eo comprehensurum: sed spes omnino cum frustrata fuit, quoniam eadem
nocte ventus validus cum imbre maximo de cœlo repente cadens in tantum atte-
nuauit niuem & glaciem, vt totus exercitus dimissis ibidem ingeniis, ad partes Isseli- 50
nas necessario retrocederet, & Episcopus iterum prædicando Papales indulgentias
ad Frisiam pro subsidio tenderet. Superueniente demum æstate Rodolphus obten-
tis saltem quindecim dierum induciis promisit trium Abbatum de Frisia se statu-
rum iudicio de omni controuersia quæ hactenus inter ipsum & Episcopum fuisset.
Durantibus itaque induciis, Rodolphus castellum Hardenberch adiit, & de com-

positione

positione pacis cum Episcopo tractare cœpit, de cuius aduentu Dominus Episcopus plurimum stupans, cum admiratione inquisiuit, cur ad tot capitales inimicos, vno tanto seruo suo comite, solus esset ausus accedere? Sed interim Castrenses, obstante Pontifice Willibrando, sæpedictum Rodolphum tanquam exlegem de conclaui violenter abstraxerunt, & cum Henrico de Grauesdorp dire rotatum in stipibus exaltarunt. Tum vero populus in terra Traiectensi inter se tumultuari cœpit, vt de die in diem bellum vel incendium metueretur: pro quo Dominus Episcopus Traiectum profectus, excusationem de nece Rodolphi coram omnibus fecit, & per auxilium Florentii Comitis Hollandiæ, inter ministeriales discordes pacis amicitiam reformauit.

Anno Domini M C C X X X I. profana gens Trentonica recollectis iterum innumeris bellatoribus, obsedit Groningiam: & Egbertus Præses econtra portas armata manu aperiens, occidit aduersariorum magnam copiam, qui currus & victualia cum sexcentis equis ibidem inuenit, & alterna die plures villas in Trentonia combussit. Episcopus autem super his gauisus plurimum, secessit ad Frisiam, & ibidem per Papales indulgentias eduxit iam tertio gentem maximam, cum qua Trentoniam potenter introiuit, & villam Kouordiæ cum suburbio castri prorsus incendit, in quibus armigeri, equos, arma, vestes & victualia ceperunt, quinimo paruulos & mulieres apprehensos crudelissime trucidarunt. Adueseraseente denique die, totus Episcopalis exercitus trans paludem ad munitionem versus Auen reuersus, ibidem cum magna gloria cum obtenta præda mirifice fuit hilaris. Matutina dehinc exorta luce, Pontificalis exercitus paludem rursus transiens, properauit ad obsidionem castri Kouordiæ, minimè diffidens de trophæo futuræ victoriæ. Sed ecce Trentonum innumerabiles copiæ præterita nocte clam intrauerant eiusdem castri præsidium, & ab altera parte Frisones Monasterienſis diœcesis, cum Trentonicis cum magno compendio parati stabant ad prælium, Frisonibus etiam Traiectensis diœcesis Episcopi auxiliatoribus consimiliter hesterna die deuictis. Vnde Trentones viriliter animati, in manu forti audacter Kouordiam accedunt, & aduersus Episcopalem exercitum sine mora pugnant: sed Episcopus attenuatus expensis, versus castellum Hardenberch retrocessit; stipendia soluit: coadiutoribus suis valedixit, & castra deseruit.

Anno Domini M C C X X X I I I. Calend. Augusti, Willibrandus Episcopus in Zwoll adimpleuit vitæ terminum, postquam annis octo Traiectense rexit Episcopium; qui translatus in monasterium sancti Seruatii Traiectensis, vbi ad Ecclesiæ fundamentum primum posuerat lapidem, honorifice sepelitur. Is cum adhuc Paderbornensis esset Episcopus, bis ad terram sanctam profectus est, ob imperiale negotium, vbi diebus illis frequenter spirituale prodigium sensit. A ciuitate enim Tarsensi ad duas diætas prope Tyalam mons amœnus situs est, qui ab incolis illius terræ mons Fatorum dicitur: quia quicunque sex septimanis ieiunauerit, & exinde pure confessus, sacram Communionem acceperit, si postea solus prædictum montem ascenderit, proculdubio fatum prosperum inuenit. Prælibatus ergo Willibrandus Episcopus in verbo veritatis asseruit, vidisse se militem Antiochiæ, qui prædictum montem ad inueniendam bonam gratiam ascendens, in cacumine montis, mensam diuersis cibariis adimpletam inueniſlet, vnde sibi suæque familiæ sine defectu diurnatim larga victualia suppeterent. (Hæc ex gestis eorundem Pontificum Traiectensium.)

Gregorius nonus, natione Campanus de Anagnia natus, electus est Romæ apud Septifolium nona die post festum sancti Gregorii, in profesto sancti Benedicti, decimotertio Calend. Aprilis, Anno Domini Millesimo ducentesimo vigesimo septimo: sedit annis X I V. mensibus tribus, (in plerisque vero Chronicis dicitur annis X I I I. mensibus sex, diebus tribus.) Dictus prius Gregorius Hugelinus, fuit Cardinalis Episcopus Hostiensis: qui per fratrem Raymundum de Pennaforti, ordinis fratrum Prædicatorum Pœnitentiarium & Capellanum suum ex pluribus voluminibus Decretalium, volumen vnum compilauit, mandans vbique Doctoribus & Iudicibus Ecclesiasticis, vt illo vterentur. Iste Gregorius Papa sententiam, quam *Romana.*

Honorius prædeceſſor ſuus contra Fredericum Imperatorem tulerat, innouauit & amplius aggregauit. (Hæc Bernardus.) Cumque Fredericus Imperator excommunicationis ſententiam in eum latam non curaret, Gregorius Papa Concilium in vrbe celebrare ſtatuit, & poſtquam multi Prælati de Regno Franciæ & multis mundi partibus, ad ciuitatem Ianuenſem conueniſſent, Ianuenſes viginti quinque triremes armauerunt, quas iidem Prælati cum Legatis Papę conſcendentes mari, ſe commiſerunt verſus Romam nauigando. Piſani vero fideles Imperatoris, & alii de Regno Siciliæ, cum multis triremibus occurrentes, claſſicum bellum contra eos hoſtiliter inſtaurãt, & ſubmerſis tribus triremibus, cum hominibus ipſorum Ianuenſium, cæteræ captæ ſunt, quarum Piſani ſex obtinuerant, & alias regnicolæ Siciliæ abduxerunt; & capti ſunt tres Legati ſedis Apoſtolicæ, cum multis Archiepiſcopis & Epiſcopis & aliis Prælatis, & Ianuenſium ciuium quatuor millibus cum eiſdem.

Eodem tempore Fredericus, ſubacta Fauentia, ad obſidendam Bononiam ſe præparat, ſed audita ſuorum victoria, obſidionis illius laborem tunc quidem intermiſit: Et Papienſes, Imperatoris fideles contra Mediolanenſes procedentes ad bellum, CCCL. ex eis captis, multos occiderunt. Item Rex Franciæ prædicta Prælatorum Regni ſui captiuitate cognita, Imperatori pro reſtitutione Prælatorum, direxit epiſtolam, tali fine concluſam: [Ne velitis à potentia vel voluntate locum trahere: nam Regnum Franciæ non eſt adeo debilitatum, vt ſe permittat veſtris calcaribus perurgeri.] Sed Imperator Prælatos reſtituere renuens, Regi Franciæ reſcripſit, tali ſua verba fine concludens: [Cum alia ſingula Leonis veſtigia pertimeſcant, non miretur Regia Celſitudo, quod Prælatos Franciæ in anguſtia tenet anguſtus, qui ad Cæſareas anguſtias conabantur.] (Hæc Gobelinus.) Iſte quoque Gregorius cum à Frederico Imperatore, qui tunc ex magna parte patrimonium Eccleſiæ occupauerat, in vrbe obſideretur, videns etiam omnes pene Romanos per pecuniam corruptos eſſe, excipiens capita Apoſtolorum, & proceſſionem à Laterano vſque ad ſanctum Petrum faciens, animos Romanorum ſic reuocauit, vt pene omnes contra Imperatorem Cruce ſignarentur; quod Imperator, qui iam credebat ſe vrbem intraturum, audiens, tremuit, & longe ab vrbe receſſit. (Hæc Martinus.)

Anno Domini MCCXXVIII. in Tuſcia apud Aſſiſium Peruſiæ proximum, facta eſt canoniſatio beati Franciſci Confeſſoris, Patris fratrum Minorum. Item Anno Domini MCCXXX. maxima fuit tempore hyemis, aquarum inundatio, ita vt Romæ ex inundatione Tyberis, vltra ſeptem millia hominum dicantur fuiſſe ſubmerſa. Item Anno ſequenti, ſcilicet Domini MCCXXXI. in ciuitate Padua, tertio Idus Iulii, obiit ſanctus Antonius de ordine fratrum Minorum, quem Papa in anno ſequenti canoniſauit, propter miracula, quæ per eum maxima fiebant. Item Anno Pontificatus Gregorii ſexto, ſcilicet Domini MCCXXXII. decimo tertio Calend. Decembris, obiit in Almannia Eliſabeth, Domina ſancta, quondam Lodowici Thuringię Landgrauii, qui in Brunduſco deceſſerat, relicta, Regis autem Andreæ de Vngaria filia, de Regina quæ fuerat occiſa: Iſta Eliſabeth tanta & talis fuiſſe dicitur, quia per eam Dominus multa facit miracula, &, vt dicitur, duodecim iam mortuos ſuſcitauit: ſepulta cum magna reuerentia apud hoſpitale de Marborch, quod ipſa conſtruxit. Item frater Dominicus leuatur, & in ſequentis anni Pentecoſte canoniſatur. (Hæc Albericus.) Vnde Bernhardus: Anno Domini MCCXXXIV. octauo Idus Iulii, Dominus Gregorius Papa nonus, Pontificatus ſui anno octauo, Reatæ Tuſciæ ciuitate canoniſauit beatum Dominicum, primum inſtitutorem & patrem ordinis Prædicatorum. Item anno ſequenti, in die Pentecoſtes canoniſata eſt à Domino Papa ſolemniter ſancta Eliſabet, vidua Ludowici Thuringiæ, vt prædictum eſt. Anno ſequenti, tertio Calend. Maii, eleuauit de terra propriis manibus Fridericus Imperator, caput ſanctæ Eliſabet viduæ, & coronam auream gemmis pretioſiſſimis adornatam, ſanctiſſimo capiti impoſuit, in præſentia Archiepiſcoporũ, Epiſcoporum, & Principum Almanniæ, & fit eô tanta peregrinatio prouinciarum omnium per circuitum, quanta fere ad ſanctum Iacobum. (Hæc Albericus.)

Item Anno Domini MCCXXXVI. Idibus Februarii, Magiſter Iordanus, totius ordinis Prædicatorum Paſtor & Rector, obiit in mari, dum in terram ſanctam ad viſitan-

visitandum loca & fratres iret, inundante maris sæuitia, suoque impetu triremem in qua cum duobus fratribus & aliis xc. personis erat ad littus propellente, vbi cum illis ab hoc sæculo perit neque beneficio mortis ereptus est. (Hæc Vincentius.) Tandem Gregorius Nonus, Papa Romanus, multis tribulationibus vndique pressus propter tyrannidem Frederici Imperatoris & aliorum motiens, migrauit ad Dominum.

Item Anno Dom. MCCXXXIII. in nocte Circumcisionis Domini inhorruit tam valida hyems tamquam continua, vt pro maiori parte fata radicitus congelauerint, vnde & fames magna secuta est, & in Francia maxime.

Item per Almanniam facta est tanta maleficorum combustio, vt non posset numerus comprehendi, & dictum est de quodam, qui non potuit comburi, donec allatum est ante ignem Corpus Dominicum: Vltra etiam Coloniam fuit tum synagoga hæreticorum, vbi responsa dabat imago Luciferi, sed vbi catholicus Clericus aduenit, & pixidem cum Corpore Domini de sinu suo protulit, pestifera imago corruit. Item specialis quædam Luciferi amasia ad ignem deducta, sublata est à Dæmonibus & non comparuit, in quem modum multa dicta & facta, multique nobiles accusati sunt, & multi, vt dicebatur, iniuste dedecorati, & hac de causa congregatum est Concilium Moguntinum pro fide in præsentia Regis, Archiepiscoporum Regni, & Episcoporum & Principum. Quæ vero sit narratio de tam subita inundatione huius hæresis, breuiter attende: Est villa, quæ dicta est Traiectum inter Brabantiam & Coloniam, quo adueniens quidam Magister Toletanus nigromanticus, totus Diabolo deditus, dū sederet ad mensam inter clericos, quos voluit, permisit comedere, & quos voluit, fecit dormire, vt statim adhærerent ei octo vani clerici, postulantes ab eo, vt iuuaret eos in explendis desideriis suis; qui respondit: sine circulo talia non posse adimpleri. Fecit igitur maximum circulum cum characteribus & omnes octo posuit in circulo: tres autem sedes præparauit in vna parte circuli, & dixit clericis sessuros ibi tres Magos de Euangelio. Extra circulum vero præparauit & ornauit maximum sedile, & floribus ornauit, seu decorauit satis accurate, & incipiens de media nocte operari, excoriauit cattum vnum, & duas columbas scidit per medium: Deinde tres illos dæmones aduocauit, quos habebat pro Regibus, & nouissime magnum illum Principem, quem Epanamon nominauit, dicens ad paruulam cœnam se eos inuitasse, vt clericos illos iuuarent in petitionibus suis: & cattum quidem excoriatum tribus illis dæmonibus apposuit, quem totum in momento deuorauerunt; duas vero colūbas magno Dæmoni apposuit, & statim deuoratæ fuerunt. Tum igitur habens vasculum vitreum, coniurauit magnum Dæmonem, vt se in tantum exinaniret, & in illud intraret; quo facto vas cera signauit, A & Ω superscripsit: iussitque deinde, vt clerici peterent, quicquid vellent. Petiuit vnus, vt posset habere consensum certæ nobilis mulieris, & concessum est. Alter petiuit familiaritatem Ducis Brabantiæ, & obtinuit: & omnes alii, quicquid petierunt, habuerunt & obtinuerunt, præter vnum, qui petiit consensum masculi cuiusdam nobilis adolescentis: quod Diabolus in potestate sua esse negauit, nec sibi esse licitum, in tam illicito desiderio ei præbere auxilium, & ita ad aliud se conuertit. Postea audientibus clericis, cœpit ille Magister multa contraria loqui de Christo cum Dæmonibus suis & de omnibus Christianis, & ipsos Clericos in magnam peruersitatem adduxit, nec ex circulo exire, vsque ad Solis ortum, permisit. In egressu vero iussit, vt quilibet diceret: [Deus homo factus est, in hoc honore viuo.] Alioquin rapuissent eum Dæmones. Ita qui eos compellebat ad negandum mysterium Incarnationis, non potuit sanos educere de circulo sine confessione eius Incarnationis. Qui hæc retulit, dixit, à duobus vel tribus ex illis clericis se accepisse. Per istos ergo accreuit & dilatata est infidelitas illa de cultu Luciferi: sed tantæ peruersitatis Magister, volens transire in Angliam, submersus est in mari, & adiunctus est tali Domino, quali seruiuit. (Hæc Albericus.) Eodem tempore fuit fames magna in Francia, maximeque in Aquitania, vnde homines herbas sicut bruta animalia comedebant; fuitque tanta mortalitas subsecuta, vt centum pauperes aliquando in vna die in eadem fossa conderentur. Eodem Anno tertio Nonarum Augusti, eclipsis Solis facta est hora

diei quasi sexta Dominico die. Item Anno sequenti in die natiuitatis Domini, obiit Cancellarius Parisiensis Philippus, approbatus Theologus & Philosophus optimus, & apud fratres Minores est sepultus, titulo istiusmodi suppositio:

Sensus, diuitiæ viuenti quid valuere,
Si careamrequie, nil possunt illa valere,
Me nunc terra tegit, teget & te, te precor, ora,
Vt mihi sit requies, sit & hæc tibi mortis in hora.
Qui me nouisti, nunc hic scis membra recondi,
Dicere quique potes, sic transit gloria mundi.

Istius sermones, & homeliæ, & cætera quæ fecit habentur à pluribus.

Item Anno Domini MCCXXXIX tertio Nonas Iunii, feria sexta, facta est eclipsis Solis, & adeo obscuratus est Sol, vt stellæ viderentur in cœlo. Item eodem anno in festo sancti Iacobi facta est eclipsis iterato, & obscuratus est Sol, sed non sicut in alia præcedenti. (Hæc Bernardus.) Item anno sequenti pro spinea Domini corona, quæ ex parte Ioannis Imperatoris Constantinopolitani seruabatur Venetiis, dedit Rex Francorum Lodowicus decem millia librarum: & illi, qui requisierunt & detulerunt, bene duo millia expenderunt, & quasdam difficultates passi sunt, sed semper, Christo triumphante, euaserunt: Quæ corona recepta est Parisiis infra Octauam Assumptionis: Cui venerunt obuiam processiones omnium ordinum & congregationum de ciuitate ad locum, qui Specula dicitur, iuxta Abbatiam sancti Antonii monialium, præsente Archiepiscopo Senonensi & Suffraganeis, vbi dictum est in pleno sermone, quod post omnia illa priuilegia, quibus Regnum Franciæ à Domino IESV CHRISTO hucusq; decoratur, & sublimatur, nouissime hunc tantum talemque thesaurum eidem pius Dominus habere concesserit. Spinæ vero de eadem Corona, quæ sunt ab antiquo in Senonensi ciuitate, & quædam etiam particula eiusdem Coronæ quæ est apud sanctum Dionysium, à Carolo Magno eô delatæ sunt & honorifice repositæ. Item in exaltatione sanctæ Crucis honorifice & solemniter recepit Rex Franciæ magnam portionem Dominicæ Crucis à Constantinopoli sibi transmissam. (Hæc Albericus.) Matthæus Florentinus ita dicit: Veneti à Ioanne Constantinopolitano Imperatore, pecunia partem maximam Dominicæ Crucis pignoris loco acceperunt, quam Lodowicus Francorum Rex redimens Parisios transtulit.

Leodiensia. Venerabilis Ioannes de Eppa, huius nominis secundus post beatum Maternum, primus vero post beatum Hubertum, primum Episcopum Leodiensem, maioris Ecclesiæ Præpositus, filius sororis Hugonis Episcopi prædicti, & frater germanus Hugonis Domini de Florines, electus est in Episcopum Leodiensem de communi omnium assensu, & consecratus à Remensi Archiepiscopo, Anno Domini MCCXXIX. Pontificatus Gregorii Papæ noni, anno tertio; sedit annis nouem, & in Valle sancti Lamberti primam suam Missam celebrauit. Istius tempore quasi per totum orbem fuerunt prælia, inter magnates, mediocres & paruos. (Hæc ex Chronicis.) Intrante Maio facta est eleuatio sanctorum Quintini, Victorici atque Cassiani, quondam Aduensis Episcopi apud Veromanduam. Item apud Coloniam ineunte Augusto, sunt XXIV. corpora inuenta de societate vndecim millium virginum; Vbicunque autem corpora istarum virginum debent inueniri, candelæ videntur ardentes super tumbas apparere, quas candelas non possunt nisi virgines videre, pueri vel puellæ. Item apud Fusniacum mortuus est quidam conuersus frater Alexander, de quo inuentum est, filium fuisse Regis Scotiæ, & fratrem Mechtildis, quæ requiescit in villa de Lapion.

Item Anno Domini MCC XXX. fundatum est Claustrum, quod dicitur Grande Pratum, à Margareta vel Maria Comitissa de Vienna, de bonis Philippi Comitis Namurcensis, fratris sui, sicut ipse instituit, cuius primus Abbas fuit Ioannes, qui primo laicus, die, quo miles factus est, cum multis expensis fit monachus in Villari: Tunc moniales de Soliers prope Hoyum ordinis sancti Augustini, assumpserunt ordinem Cistertiensem: & simul moniales Roberti Montis translatæ sunt ad locum, qui dicitur Vallis Benedicta. Istis diebus fundatum est Claustrum, quod dicitur

Vinea

Vinea noſtræ Dominæ à Raynero Priore Belli Faceti, ordinis ſancti Auguſtini, qui de conſilio Ioannis Epiſcopi vnam partem bonorum ſuorum Clero dedit, & alteram monialibus, quæ poſt ordinem Ciſtertienſem ſuſceperunt. (Hæc ex Chronicis.)

Item Anno Domini MCCXXXIII. die Martis poſt Dominicam Trinitatis, quædam mala per fulmen & tonitru facta ſunt: & ſequenti die, hoc eſt, feria quarta Calend. Iunii, apud Leodium, Ioanne eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, generalem Synodum in Eccleſia ſancti Lamberti celebrante, præſentibus vniuerſis totius Epiſcopatus Eccleſiarum Prælatis, ceciderunt lapides glaciei, miræ magnitudinis, & maximæ ſupra prædictam Eccleſiam vbi fuerunt: qui dicerent, groſſitudinem iſtorum lapidum ad modum ouorum columbarum fuiſſe. (Hæc Albericus.) Eodem anno, vel ſecundum aliquos, ſequenti, Epiſcopus Ioannes ædificauit in Hoyo monaſterium Cruciferorum, quod eſt primum & initiale totius ordinis illius: De cuius ordinis renouatione & inſtitutione, require ſupra in geſtis Tertii Innocentii Papæ. Eodem tempore in loco, qui dicitur Granaria, fundata eſt Eccleſia beatæ Mariæ, quæ Inſula beatæ Mariæ dicitur, vbi primo Canonici Regulares fuerunt, ſed poſt fratres de ordine Scholarium.

Item Anno ſequenti, Ioannes Epiſcopus monaſterium Bellireditus in inſula Leodienſi incœpit; in quo poſuit fratres Minores in honorem duodecim Apoſtolorum: ſed poſtmodum fuerunt translati in locum, qui dicitur Richerfons. Monaſterium etiam Prædicatorum in eadem inſula, eodem tempore incœpit, monaſteria, inquam, cenſu & rebus egena, ſed virtutibus & ſenſu tunc locupletiſſima.

Item Anno ſequenti ædificantur monaſteria Prædicatorum & Minorum in Aquiſgrano, Traiecto, Hoyo, Louanio, ſancto Trudone, Nyuella, Namurco, Dyonanto & Mechlinia; & tunc Epiſcopus Ioannes villam de Sittert pro duobus millibus marcharum acquiſiuit, quam Waleramo ſuo Marſchalco in feudum dedit. Item circa Pentecoſten Aquiſgrani palatium miſerabili incendio, & fere totum oppidum concremantur.

Item Anno Domini, MCCXXXVIII. Ioannes Leodienſis Epiſcopus, ſecundo Calendarum Maii, in caſtro Dyonanto moritur, & mors eius propter obſidionem caſtri cuiuſdam, omnes, præter fideles quoſdam cælatur: & corpus per duos fideles ſeruientes in vallem ſancti Lamberti tranſmittitur, vbi Abbas eiuſdem loci à prædictis miniſtris ſub forma confeſſionis ſuſcipiens, honorifice de nocte ſepulturæ tradidit, præſentibus tamen duobus monachis & duobus conuerſis. (Hæc Albericus.) Item Anno prænotato contra pluralitatem beneficiorum facta eſt ſolemnis illa diſputatio Pariſiis, in qua determinatum eſt per ſanctos Doctores, vt nemo ſine periculo peccati mortalis tenere poſſit dua beneficia, quorum alterum ſufficeret ad eius ſuſtentationem. Sed quidam aliter opinati, fecerunt contrarium, quos Diuina Iuſtitia horribiliter damnauit, de quo ſunt plura ſcripta in diuerſis locis. (Hæc Collector Faſciculi temporum.)

Nota Lector, quod Conradus Rex, qui ſequitur, vt & frater eius Henricus prænotatus, cum reliquis ſequentibus vſque ad Rodolphum excluſiue ab antiquis & modernis Chronographis cum ſuis geſtis inter Imperatores non ponuntur, & ideo in præſenti Chronographia nouum numerum non conſtituunt, ſed eos tamen hac de cauſa poſuimus, vt debita Imperatorum ac Regum Romanorum ſucceſſio ſeruaretur. *Imperialia.*

Conradus igitur filius Frederici ſecundi, viuente patre & in gratia Eccleſiæ Dei exiſtente, hæres Regni Ieruſalem, poſt obitum fratris ſui Henrici, fuit electus in Regem Romanorum, ſed non coronatus, neque per Papam confirmatus. Cœpit autem Anno Domini Milleſimo ducenteſimo trigeſimo tertio, Regni Frederici patris ſui vigeſimo ſecundo, Imperii vero decimo quarto, & tenuit Regnum annis tredecim. Iſte poſt mortem patris è Germania profectus, vt Regnum Siciliæ ſuſciperet, per mare in Apuliam peruenit, & capta Neapoli ciuitate, muros illius funditus deſtruxit: Sed cum anno ſequenti introitus ſui in Apuliam infirmari cœpiſſet, ex cliſtere, qui à medicis ordinabatur ad ſalutem, veneno mixto,

incidit in morbum, & obiit Anno Domini MCCLII. (Hæc ex Chronicis.) Quo mortuo Manfredus Friderici quondam Imperatoris ex concubina matre filius, Siciliæ Regnum obtinuit; qui ædificauit ciuitatem in Apulia non longe à Siponte, quam à nomine suo Manfredoniam nominauit: vnde ciues Sipontini propter incommoditatem loci, & propter multitudinem serpentium à monte Gargano venientium, Siponte relicta Manfredoniam incoluerunt; Sedes tamen Archiepiscopalis à priore ciuitate adhuc Sepontina vocatur, &c.

Traiectẽsia. Cum Traiectensis Ecclesia post obitum Willibrandi Præsulis pastorali regimine viduata, & generale Capitulum ad electionem noui Pontificis conuocatum esset, Otto de Hollandia, huius nominis tertius, per inuocationem sancti Spiritus XXXVI. Traiectensis Ecclesiæ concorditer Episcopus est electus, Anno Domini MCCXXXIV. Pontificatus Gregorii Papæ noni, Anno octauo, Comitatus vero Florentii huius nominis quarti, anno vltimo: & sedit annis XVI. Iste Otto vir illustris, de Regali stirpe progenitus, post obitum patris sui Wilhelmi Comitis Hollandiæ, ascriptus fuit ad titulum militiæ, susceptique de manu fratris sui Dominationem Orientalis Frisiæ: militiæ cedens, & Pontificium acceptans, pauperrimum inuenit Episcopatum, infinitis quasi debitis inuolutum, tum propter assiduam Teutonicæ gentis rebellionem, tum propter fluctuosam aggerum irruptiouem: sed Diuina disponente misericordia iam dictus Episcopus, ex patrimonii sui possessionibus, quas in Hollandia vendidit, debita soluit; castra repetiit, totumque Pontificium, sicuti Dux temporalis longo tempore gubernauit, ad cuius etiam deuotam supplicationem Florentius Comes Hollandiæ frater eius, fortissimum aggerem ab Ameronghen vsque Schoenhouiam sumptuose construxit, & ad perennem laudis suæ memoriam Episcopatui multa commoda sæpe fecit. Tandem hic venerabilis pater Dominus Otto Traiectensis Episcopus obdormiuit in Domino, tumulatus apud Ecclesiam maiorem honore congruo: Iste Otto, vt prædictum est, XVI. annis egregie rexit Episcopatum, quem in introitu suo pauperrimum inuenit, sed superabundãtem in multis diuitiis suis posteris dereliquit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectensium.)

Brabantica. Mortuo Henrico seniori, huius nominis primo, succedit in Ducatu Brabantiæ atque Lotharingiæ, & Marchionatu sacri Imperii, filius eius Henricus huius nominis secundus, cognomento Magnanimus. Cœpit autem Anno Domini Millesimo ducentesimo trigesimo sexto, Regni Friderici Imperatoris, huius nominis secundi, anno vigesimo quinto, & rexit Ducatum annis duodecim. (Hæ ex Chronicis.) Erat ille vir illustrissimus, & Magnanimus, ferus atque intolerabilis hostibus suis, sed placabilis amicis & seruantibus, quæ iusta sunt & recta; qui suo viuente patre ad militiæ honores fuerat promotus, Statingos populos prostrauit, & quamplurimos actus bellicosos atque militares strenue exercuit: duxit autem coniugem nomine Mariam, filiam Serenissimi Domini Philippi Romanorum Regis, huius nominis secũdi, quam habuit ex filia Imperatoris Constantinopolitani. Henricus ille Dux maximum gessit bellum inter Mosam & Rhenum contra Dominum de Randenrade, cuius castrum & oppidum cepit, & vsque ad solum destruxit: Bellum etiam habuit contra Archiepiscopum & ciuitatem Colonienſem, quam obsedit & oppugnauit, sed non vicit neque expugnauit, sed inde profectus cum exercitu ante oppidum Bonnense, circumcirca vineas euelli & exstirpari fecit, & totam illam terram incendio, homicidio & rapina deuastauit: & nõ erat, qui ei resistere poterat vel auderet. Idem Dux Henricus victoria, vt præmittitur, vndiq; potitus, in regressu suo versus Brabantiam, posuit obsidionẽ ante castrum & oppidũ de Daelhem, ea scilicet de causa, quia filii Comitis de Daelhẽ, ipso Duce in obsidione ante Coloniam existẽte, spoliauerant mercatores in via publica, qui pisces & alia victualia versus exercitum suum deferebant: prout querulose à prędictis mercatoribus vicibus diuersis intellexerat: quod quidem castrum & oppidum expugnauit, nec non cum terra, villis & aliis pertinentiis occupauit, quæ eius successores Brabantiæ Duces ab illo tẽpore citra tenuerunt & possederunt, & vsq; ad tẽpus præsens tenent & possident. Item post depositionem Imperatoris Frederici secundi, & obitum Landtgrauii Thuringiæ Innocẽtius Papa quartus, misit ad prælibatũ Henricum Ducẽ, pollicitus, si acceptare vellet Re-

let Regnum Romanorum, facturum se, vt in Regem eligeretur. Quod cum ille renueret, obtinuit nepos eius, filius sororis suæ, scilicet Wilhelmus Comes Hollandiæ, qui in Regem Romanorum electus, & in Aquisgrano coronatus fuit, prout infra habetur. (Hæc Magister Emundus.) Tandem Henricus inuictissimus Dux, in ciuitate Louanensi moritur, & in Villari sepelitur, cuius Epitaphium est:

Mundi terrorem marmor tegit hoc, & honorem,
Quando Brabantinus Dux fuit & Dominus,
Quem Deus huc misit, sub quo Brabantia risit:
Quo vixit tuta sua gens, plebs altera muta,
Submisit magnum quemcunque, velut lupus agnum,
Hoc probat Angensis, Daelensis, Iuliacensis.
Corde Deum rogemus, eum cito glorificari,
Vt per eum caput æthereum valeat sociari.
Summa potentia cœlica gaudia donet eidem,
Cui Brabantia, totaque patria subdita pridem.

(Hæc ex noua historia, vbi supra.)

Occiso Florentio, sereniſſimo Principe, filius eius Wilhelmus, huius nominis secundus, Hollandiæ Comes decimusquartus hæreditarie sublimatus est, ducens in vxorem Elisabetham, filiam Ducis de Bruynswich præclaram virginem, ex qua genuit Florentium succedentem Hollandiæ Comitem. Cœpit autem Anno Domini MCCXXXV. Frederici Imperatoris huius nominis secundi, Anno XXIV. & rexit Comitatum annis XXI. Iste Wilhelmus à primæuo iuuentutis suæ tempore magis adamauit rigorem ferri, quam nitorem auri. (Hæc ex Chronicis.) Reliqua gesta huius Wilhelmi, require infra in linea vacationis Imperii, sub Anno Domini Millesimo ducentesimo quadragesimo septimo. *Hollandiæ.*

Quinquagesimus primus ascendit ad Pontificatum Coloniensis Ecclesiæ Conradus, natione de Hoenstaden, maior Præpositus, vir tanto honore & nomine dignissimus, sedens in cathedra Episcopali XXXIII. annis atque dimidio. Hic suo tempore Colonienſem Ecclesiam amplis possessionibus & nobilibus prædiis plurimum sublimauit: fuit autem iurium ac libertatum Ecclesiæ pugil strenuus & propugnator, prospera simul & aduersa secundum varietatem temporum æquo animo ferre doctus: vnde per Wilhelmum Comitem Iuliacensem Ecclesiæ Colonienſis illo tempore infestissimum persecutorem, in conflictu bellico captus, in castro ipsius Comitis, scilicet Nydecke per nouem menses iacuit in vinculis. Erat vero in aggrediendis arduis intrepidus Conradus, & cum Fredericus secundus Imperator per Innocentium quartum Papam ab Imperio fuisset depositus, tanquam filius obediens & fidelissimus, de mandato ipsius Domini Papæ ad excludendam ab Imperiali successione præfati Friderici istius Imperatoris posteritatem, sua industria, sagacitate atque potentia tres succeſſiue Principes ad Regnum Romanorum elegit, associatis sibi & allectis aliis suis conprincipibus Electoribus, prout tanti & ardui facti oportunitas exigebat. Elegit namque primum Henricum septimum Landtgrauium Hassiæ atque Thuringiæ, (qui cognomine † Toraspe vocabatur,) & eundem electum sine mora in locum præfati Frederici ab Imperio depositi subrogauit, quod tamen absque difficultate fieri non potuit. Nam cum Conradus dicti Frederici Imperatoris filius, Regnum iam inuasisset, Conradus Archiepiscopus commisso cum dicto Conrado Frederici Imperatoris filio apud Franckfordiam prælio, eundem victum fugauit, & sic tandem electionem huiusmodi de dicto Henrico fieri procurauit: Eodem autem Henrico non multo tempore postea defuncto, Dominus Conradus Colonienſis Archiepiscopus Wilhelmum Comitem Hollandiæ in Regem Romanorum constituit, cuius ipse electionem iuxta Wurinch Colonienſis territorii fieri procurauit: habens tunc secum in comitatu pro tanti solemnitate negotii, præter Principes & nobiles sæculares, Archiepiscopos & Episcopos, numero XIV. in quorũ congregatione ipse tunc temporis Ecclesiam nouam S. Cuniberti in Colonia solemniter dedicauit, sed eodem Wilhelmo ad Regnum electo, & in breui postea per Frisonum gentem in bello interfecto dictus Conradus Archiepiscopus tertium in Regnum *Coloniensis.* *Raspe.*

ſubſtituit Richardum, videlicet Cornubiæ Ducem, fratrem Regis Anglorum. Veruntamen illi ſic electi ad Imperium, propter temporis breuitatem, nil dignum memoriæ facere potuerunt, & benedictione Imperiali caruerunt. Iſte venerabilis Præſul Conradus, vir in omnibus prudens atque ſtrenuus, pro Domo Dei, iuxta Prophetam, contra aduerſarios Eccleſiæ murum ex aduerſo aſcendens, & intrepidus ſe opponens, pro iuribus ac libertatibus Eccleſiæ, cum ciuibus ac ciuitate Colonienſi, qui ſuis ſuperioribus ſemper æmuli & ceruicoſi erant, multa & quaſi continua ſuo tempore bella geſſit, diſceptans ſorte varia, iuxta varietatem temporum ſedulo cum eiſdem. Ad extremum autem ſua prudentia & ſtrenuitate, & iuſto Dei iudicio diſponente, contra dictos ciues & ciuitatem, diu diuturnis bellorum fatigationibus laceſſitos, votis potitus, totam ciuitatem & regimen eiuſdem Dominus Conradus in ſuam redegit omnino poteſtatem, ita vt cum ſuo ſatellitio haberet omnem cuſtodiam portarum & murorum, pro ſuo libitu faciens liberum introitum & exitum ciuitatis. Multos inſuper ex Scabinis & Rectoribus ciuitatis, propter iniuſta iudicia & peruerſam iuſtitiam, alios quidem exilio & banno perpetuò condemnauit, alios vero extra ciuitatem ad fortalitia & caſtra Eccleſiæ captiuos ducens, vinculis & carceribus perpetuo mancipauit. Idem quoque Conradus Comitatum de † Hoyſtaden cum omni iure ſuo & attinentiis, nec non nobile caſtrum Are cum ſuo diſtrictu, vna cum caſtro de Nurberch, cum pluribus allodiis ad ipſum ex ſucceſſione paterna pertinentibus, Eccleſiæ Colonienſi contulit. Item caſtrum Waldenberch, & caſtrum Wede cum miniſterialibus & villis atque poſſeſſionibus, ſuis pecuniis comparauit, & Eccleſiæ Colonienſi vſque in hodiernum diem nobiliter applicauit. Porro circa finem vitæ ſuæ fundamenta nouæ ſtructuræ Eccleſiæ ſancti Petri in Colonia idem Conradus nobiliſſime inchoauit, & primum propriis manibus ſuppoſuit lapidem fundamento. Cum auxiliante Domino, rebellionem Colonienſium perdomuiſſet, obiit in pace in ipſa ciuitate Colonienſi, ſepultus ibidem in Eccleſia ſancti Petri veteri, poſtmodum ad nouam translatus vna cum aliis ſuis anteceſſoribus, qui in antiqua Eccleſia ſepulturam habuerunt, &c.

Hoenſtaden.

Iuliacenſia.

Wilhelmus Comes Iuliacenſis, de quo refertur in principio huius hiſtoriæ de Conrado Archiepiſcopo, quem iniuſte cepit, pro reproba ſua vita quale præmium ſuſceperit, patet ex ſequenti exemplo. In villa Entenich, quæ in territorio Bonnenſi ſita eſt, miles quidam nobilis, Walterus nomine, habitabat: qui cum tempore quodam grauiter infirmaretur, ſolusque iaceret, Diabolus illi ad pedes lectuli viſibiliter apparuit. Erat autem, ſicut ipſe retulit, facies eius inſtar ſimiæ diſpoſita, cornua habens caprina: ex cuius aſpectu cum primum terreretur, poſtea confortatus, ait: Quis vel quid es? vnde venis? vel quid quæris? Reſpondit monſtrum, Diabolus ſum, & veni vt animam tuam tollam. Cum vero miles diceret: Recede tentator, certe animam meam non tolles, Chriſto me commendo; Ille ſubiunxit: Waltere, ſi mihi conſenſeris, hominiumque feceris, non ſolum te incolumitati reſtituam, ſed etiam ſuper omnem progeniem tuam te ditabo. Sed contra miles: Non ego de diuitiis tuis fallacibus ſollicitus ſum. Et vnde tibi theſauri? Infra terminos (ait Dæmon) curiæ tuæ infiniti occultantur: Tum vero miles iam delectatus, inquit: Dic mihi, vbi eſt anima Domini mei Wilhelmi Comitis Iuliacenſis nuper defuncti? Reſpondit Diabolus: Noſti caſtra vicina Wolckenburch & Drachenfels? Noui, inquit. Et ille, per fidem meam tibi dico, ſi ferrea eſſent tam caſtra, quam eorum montana, & in illum locum mitterentur, vbi anima Wilhelmi eſt, antequam ſupercilium ſuperius inferiori iungi poſſet, liquefierent: quo dicto, mox cachinnando ſubiunxit: Ardor iſte balneum iam lacteum ei eſt, ſed in futuro cum corpus animam ſuam reſumet, tunc primùm pœnam recipiet debitam, &c. Memoratus ille Wilhelmus Comes Iuliacenſis, infirmatus in caſtro ſuo Nydeken, pro quadam contumelia ſibi illata venit Coloniam: vnde cum rediret, in via defectum cordis incurrit, & ait: Ah, nunquam de cætero videbo Coloniam: Sic in terram depoſitus, cũ Medicus diceret, mortem eſſe in ianuis, ſubiecit, conſulo tibi, vt vxorem tuã recipias. Reſpondẽte vero illo, ſe non facturũ, & ſupplicãte pro quodam

milite,

milite, quem diu in carcere tenuerat, negauit Comes, se viuente, exiturum ex carcere, sed Medicus: ergo (inquit) ante diem crastinum egredietur; quod & ita factum est. Moriturus vero cum in sinu cuiusdam matronæ, quam viro proprio ademerat, iaceret, & illa quid post Comitis mortem factura esset, quæreret: respondit nubere debere iuueni militi. Hæc ei verba vltima fuere. Eadem nocte sanctimonialis quædam sancti Mauritii in Colonia in locum pœnarū transposita est, in quibus puteum magni horroris, igneo tectum operculo inter flammas vidit sulphureas, de quo cum ductorem suum interrogasset, respondit ille: duæ tantæ animæ in illo sunt. Anima videlicet Maxentii Imperatoris, & anima Wilhelmi Comitis Iuliacensis. Experrecta illa mane, visum recitat: & cum eadem die rumor Coloniam de morte eiusdem Comitis, afferretur, visionem fuisse veram intellexit. Ideo vero duo illi, pares erant in pœna, quia conformes fuerunt in culpa; vterque tyrannus; vterque supra modum luxuriosus. Nam sicut legitur in Chronicis, nulla fuit in vrbe Roma, siue extra vrbem matrona, tam nobilis, tam pudica, dummodo placeret oculis Maxentii, quin de domo mariti sublatam corrumperet; quæ eadem faciebat cum virginibus & viduis. Viderunt ista viri & ingemuerunt, prætereuntes & tacuerunt; Tanta porro erat calliditas Maxentii, vt cum nimio cordis dolore afficeretur, tristitiam tamen dissimularet. Tanta eius erat tyrannis, vt passim senatores, ciues, milites occideret, de quibus aliqua haberetur suspicio: Nec Wilhelmus aliter solebat, etsi non pari potestate, non tamen impari voluntate. Sicut enim audiui, ita deditus erat luxuriæ & incestui, vt vix haberet ministerialem, cuius vxorem & filiam nō attentaret violare; nullam habens differentiam inter matrem & filiam, inter ligatam & solutam. Quantæ vero fuerit circa subiectos siue comprouinciales crudelitatis, totus nouit Episcopatus Colonienſis. Maxentius vxorem propriam occidit: Hic inclusit. Ille persecutus est Ecclesiam multos pro fide occidendo: Hic tempore schismatis Imperii Romani persecutus est sedis Apostolicæ obedientes, sacerdotes de suis sedibus eiiciendo; quosdam mutilando, & bona Ecclesiis diripiendo. Retulit etiam Canonicus quidam Aquensis visionem satis terribilem: post mortem (inquiens) cuidam inclusæ, cui benefecerat visibiliter apparens Comes, vultu lurido ac macilento, ait: En ego sum miser ille Wilhelmus, quandoque Comes Iuliacensis, quem dum illa interrogasset de statu suo, respondit: totus ardeo, & cum leuasset vestem vilissimam, qua indutus videbatur, mox flamma erupit, sicque in ciulatu disparuit, &c.

Leodienſia.

Post obitum venerabilis patris Domini Ioannis de Eppa, successit in Episcopatu Leodiensi Wilhelmus, frater Thomæ Comitis Flandriæ & Hannoniæ, electus Valentiæ, vir bonus, Anno Domini Millesimo ducentesimo trigesimo octauo, Pontificatus Gregorii Papæ noni, anno duodecimo, Conradi vero electi Colonienſis, anno primo, à prædicto summo Pontifice confirmatus & consecratus, sed obstitit ei Præpositus Traiectensis, quem Conradus filius Frederici Leodium veniens inthronisauit, iubens, vt ei fidelitatem (sicuti Episcopo) ciues iurarent. Sed hi respondent, illi se fidelitatem iurare, quem Ecclesia in Episcopum susciperet. Quamuis autem ille ab aliquibus electus fuerit, tamen Papa Gregorius cassando electionem, eum repudiauit, & prædictum Wilhelmum, vt dictum est, confirmauit. Sed Wilhelmus in reditu à Curia eodem anno obiit, & in Zelandia sepultus est in monasterio Cathacumbe Cistertiensis ordinis, in solo scilicet suæ natiuitatis, iuxta suos parentes, qui prædictum fundauerunt monasterium; vacauitque sedes Leodiensis quasi per annum. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Isto tempore claruerunt Albertus Magnus Episcopus Ratisbonensis, & Doctor excellentissimus; Thomas de Aquino Doctor sanctus; Eustachius, qui & Bonauentura, Doctor deuotus; Alexander de Hales Doctor irrefragabilis: Alexander de villa Dei, ordinis Minorum, qui Doctrinale compilauit, vir sanctus, Theologiæ sanctæ Professor: Vincentius Speculator, qui omnem materiam scibilem collegit: Magister Vlricus discipulus Alberti; Petrus de Tharentasia, postea Papa & plures alii viri sancti & litterati hoc tempore floruerunt in diuersis mundi partibus, quos Diuina bonitas misit pro fidei defensione; sine quibus tota pene fides periisset

propter hæreticorum multiplicitatem, ſubtilitatem ſimul & potentiam (Hæc Collector Faſciculi temporum.) Legatus Iacobus, Prænestinus Epiſcopus, quondam Abbas trium Fontium, qui erat in Francia, inhibuit Leodienſes ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, ne Epiſcopum eligerent, niſi de ſuo conſilio, & de ſua autoritate, & in hoc valde fatigauit Electores, qui ire in Franciam cogebantur: Tandem tamen coram ipſo conſenſerunt in tres perſonas, id eſt in Epiſcopum Lingonenſem Robertum, in vnum de fratribus, electi Valentiæ nuper defuncti & in electum Cathalaunenſem Ganfredum, tali pacto, vt ſi primus recuſaret, ſecundus reciperet, & ſi ille nollet, tandem tertius haberet. Conſilio ergo Legati Rodolphus ſede Lingonenſi reſignata fit Epiſcopus Leodienſis XXXIX. ab initio vero LXVIII. vir nobilis, cuius fratres erant Rodolphus Virdunenſis Epiſcopus, & Ioannes Baliùus Campaniæ. Iſte erat Præpoſitus Leodienſis, Doctor ſacræ Theologiæ, & filius Comitis de Pontii; qui veniens curialiter receptus eſt ab Hoyenſibus, & poſtridie admiſſus in vigilia Natalis Domini; quo & altero die magnã egit feſtiuitatem, vbi præſentes fuerunt Thomas Comes Flandriæ, Comes S. Pauli, & quidam alii Comites & Nobiles, tam clerici, quam laici, nec non & Militum & Burgenſium multitudo: & in die S. Stephani, anno ſcilicet Salutis MCCXL. Pontificatus Gregorii noni, vltimo, proceſſionaliter, ſicut mos eſt, à Leodienſibus recipitur, & in Cathedra decenter locatur, præſentibus omnibus ſupradictis Comitibus, nobilibus & ignobilibus; qui rexit Epiſcopatum annis ſeptem in magna pace & trãquillitate, vt erat ſagax, bene moratus, & in ornamentis Eccleſiæ curioſus; ſed fertur fuiſſe ſimul ambitioſus. Cum enim in electione Remenſis Eccleſiæ vnus è pluribus eſſet nominatus, vt haberet, vnde abundantius partis ſuæ cauſam foueret, ſedi propriæ multa fertur diſtraxiſſe, malorum conſilio. Item Anno prænotato Magiſter Iacobus de Vitriaco quondam Epiſcopus Acconenſis, tunc Cardinalis Tuſculanenſis, Calend. Maii Romæ obiit, cuius oſſa poſt aliquantum temporis translata apud Ognies Leodienſis diœceſis, & ibi honorifice tumulata ſunt. (Hæc Albericus.) Eodem tempore facta eſt apud Cremonam tempeſtas magna, ceciditque lapis grandinis, in quo erat Crux & imago Saluatoris impreſſa, & deſuper literis aureis ſcriptum [Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.] Cecidit quoque in monaſterio ſancti Gabrielis, & de aqua, in quam liquefactus eſt, inũxerat monachi cuiuſdam fratris oculos cæcutientis, ſtatimque clare vidit. (Hæc Vincentius.) Iſte Robertus Epiſcopus Eccleſiam fratrum Prædicatorum Leodii in honorem Beatæ Catharinæ cum Guidone Cameracenſi & Balduino quondam Epiſcopis, Idibus Auguſti dedicauit, Anno Domini MCCXLII.

Item Anno Domini MCCXLIV. Hoyę fratres Minores à Capella ſancti Iacobi, ad locum, vbi nunc morantur, tranſferuntur: fratres etiam Minores Leodii reliquerunt Eccleſiam, quam fere per decem annos inhabitauerant & ædificauerunt in loco, qui dicitur Richerifons ſuper riuum nominatũ Mendacii: de qua Eccleſia multo tempore ante fuerat dictum à puero Sebaſtiano nomine, poſtea facto Eremita; qui, dum in domo Patris ſui ſederet ad ignem, ſæpe proferebat. (Certe adhuc cantabuntur in iſto loco multæ Miſſæ deuote.) Mutauerunt etiam iidem fratres fere per omnes ciuitates Almanniæ & Franciæ domos ſuas, qui etiam in Colonia emerunt Palatium Roberti Epiſcopi Leodienſis, & ibi ædificauerunt.

Item Anno Domini MCCXLVI. Eccleſia ſancti Leonardi in Vicaria prope Hoyum conſtruitur: & tunc etiam reædificatum eſt clauſtrum Roberti Montis à Lamberto Canonico Leodienſi & cuſtode ſancti Dionyſii ordinis Ciſtertienſis. Item Robertus Epiſcopus inſtinctu Ioannis Decani S. Lamberti, obtinuit à Capitulo generali Ciſtertienſi, vt per ordinem vniuerſum, ſingulis annis ſolemniter S. Lamberti feſtum celebraretur, de quo ante tamen fiebat memoria. Iſtius temporibus præ nimia ſiccitate indicitur triduanum ieiunium, & triplex fit proceſſio ab omni Clero & populo, nudis pedibus, & in laneis, feria ſecunda, quarta & ſexta. Prima die in Eccleſia Apoſtolorum Miſſa celebrata, vidit ſacerdos quidam Deo dignus, chorum Apoſtolorum, cum beato Theodardo, cuius corpus eô portatum erat, Deo pro congregatione illa preces fundentem, ſed beatam Mariam contradicentem; eò, quod in proceſſione de ipſa nõ fuerat facta memoria; ſed in ſecunda proceſſione ad ſanctum

Leonardum

Leonardum fit de ipſa memoria deuote per Antiphonam [Salue Regina,] & cum ſerenum tempus ante fuiſſet, tanta inundatio pluuię facta eſt, vt fere omnes, qui in proceſſione aderant, hac illacque diſpergerentur. Tandem Robertus Epiſcopus apud caſtrum Foſſenſe in contritione magna & deuotione laudabili, bono fine quieuit XVII. Calend. Nouembris, & apud Aluam monaſterium Ciſtertienſis ordinis eſt ſepultus: ſed poſtea Abbas Clareuallenſis Stephanus, ad Clareuallē corpus eius tranſtulit, vbi prius elegerat ſepulturam, dum eſſet Lingonenſis Epiſcopus. (Hæc ex Leodienſibus.) Item Pontificatus huius anno vltimo, obiit pia Chriſti virgo Lutgardis de Tungris, Leodienſis diœceſis, cuius corpus iacet in cœnobio de Aquiria moniale Ciſtertienſis ordinis, prope Bruxellam in Brabantia Cameracenſis diœceſis.

Cœleſtinus, natione Mediolanenſis, cœpit Anno Domini MCCXLI. vacauitque ſedes propter ambitiones & diſcordias menſibus XXII. diebus XIV. (Matthæus dicit, anno vno, menſibus nouem.) Iſte prius vocabatur Ganfredus, Cardinalis, Epiſcopus Sabinenſis, vita & ſcientia laudabilis, ſenex & infirmus electus, citò moritur, & in Eccleſia ſancti Petri ſepelitur. (Hæc Bernardus, vbi ſupra.) *Romana.*

Venerabilis Arnoldus, huius nominis ſecundus, Præpoſitus Treuirenſis, ex ſorore Domini Theodorici bonæ memoriæ, in Iſenborch genitus, Archiepiſcopus LXXXIX. à ſaniore parte Capituli eſt electus, Anno Domini MCCXLII. vacationis Romanæ ſedis, anno ſecundo; cui Rodolphus de Ponte natus, ſancti Paulini Præpoſitus reſtitit, Ducis Lotharingiæ ſuperioris, & de Lutzenborch & Seyne Comitum potentia & auxiliis: ſed facta pacificatione, Rodolphus in caſtro Larborch ad Dominum migrauit, & Innocentius Papa quartus, electionem prædicti Domini Arnoldi de Iſenborch approbauit, & Pallium, ſimulque vt omnia beneficia ſua, quæ habebat, retineret, ſub Bulla remiſit. Tandem hic venerabilis Arnoldus poſt multa virtutum inſignia, Eccleſia plurimum locupletata, Pontificatus ſui anno XXI. mortuus, in Monteberch ductus, & ad extrema Treuerim eſt relatus & ante altare ſanctæ Trinitatis glorioſe tumulatus. (Hæc ex geſtis eorundem Pontificum.) *Treuirenſis.*

Innocentius huius nominis quartus, natione Ianuenſis, de Comitibus Lauaniæ, qui prius Senebaldus dicebatur, Cardinalis, poſt biennem fere Romanæ ſedis vacationem, eligitur in Papam Anagniæ in craſtino ſancti Ioannis Baptiſtæ, Anno Domini MCCXLIII. Sedit annis vndecim, menſibus ſex, (in aliquibus Chronicis dicitur annis XII.) & ſedes Cardinalium à multo tempore vacuas, de perſonis ex diuerſis mundi partibus electis reſtaurauit, inter quos fuerunt Odo de Caſtro Rodolphi, Cancellarius Pariſienſis, & frater Hugo de ſancto Theodero, Prior Prouincialis fratrum Prædicatorum in Francia, Magiſter in Theologia. *Romana.*

Innocentius igitur Papa, poſt magnum tractatum de pace cum Imperatore Frederico, dum ipſius aduerſus Eccleſiam contumaciam perpendiſſet, clam de Italia fugiens, Ianuenſium auxilio deuenit in Gallias Lugdunum, quô intrauit feria ſexta, in hebdomada prima Aduentus Domini, Anno Salutis MCCXLIV. fuitque ibi continue per ſex annos & amplius, quantum eſt à prima hebdomada Aduentus vſque ad quartam feriam infra Octauas Paſchæ; quæ receſſit poſtmodum de Lugduno. (Hæc Bernardus.) Item vſque in hunc annum Salutis producit Vincentius Burgundus de ordine Prædicatorum Speculum ſuum hiſtoriale, vt ipſe declarat in XXXII. libro & vltimo eiuſdem ſpeculi, capite centeſimo quinto, qui eſt Annus Pontificatus Innocentii quarti, ſecundus, Imperii Frederici XXXIII. Chriſtianiſſimi Regis Francorum Lodowici XVIII. à creatione autem Mundi, ſecundum minorem numerum, quem in toto ſpeculo idem Vincentius ſequitur MMMMCCVI. ſecundum maiorem vero numerum annorum mundi, ex antiqua translatione mundi ſumptum, quem nos ſequimur in præſenti Chronographia, fuit annus à creatione mundi MMMMMMCCCCXLIV. (Hæc Collector.) Iſte Vincentius natione Burgundus, ſcripſit quatuor Specula, ſcilicet: Speculum Naturale, Speculum Doctrinale, Speculum Morale, & Speculum Hiſtoriale; Item de laudibus beatæ Virginis, & librum gratiæ, librum conſolatorium de morte amici, quem ſcripſit ad Regem Franciæ Lodowicum, librum de puerorum nobilium conditione, quem ſcripſit ad Reginam Franciæ. (Hæc ex libro de Illuſtribus viris ordinum Prædicatorum.)

Anno sequenti, scilicet Salutis MCCXLV. in festo sancti Ioannis Baptistæ Innocentius Papa celebrauit Concilium Lugduni cum Cardinalibus suis & Prælatis Cisalpinis & cæteris Regni Franciæ & Hispaniæ: & tandem ab Imperio deposuit Fredericum per diffinitiuam sententiam XVI. Calend. Augusti; cui interfuerunt Balduinus Imperator Constantinopolitanus, & Tholosanus ac Prouinciæ Comites. Innocentius Papa, postquam deposuerat ab Imperio Fredericum, procurauit per Electores Regem Almanniæ & Romanorum, eligi Landtgrauium Thuringiæ contra depositum Fredericum, qui infra annum moritur. Dehinc eligitur Wilhelmus Comes Hollandiæ, qui anno nono in bello post à Frisonibus est occisus: Præfati igitur duo, antequam ad Benedictionem Imperialem peruenissent, vitæ terminum exegerunt. Item anno Pontificatus sui nono, anno scilicet Salutis MCCLI. feria quarta infra Octauam Paschæ, Innocentius de Lugduno recedens, regreditur in Italiam, post annos sex cum dimidio fere, quibus hæserat Lugduni. Eodem anno institutus est ordo fratrum de pœnitentia Domini nostri Iesu Christi apud Massiliam de speciali mandato Innocentii Papæ. Item anno sequenti, octauo Idus Aprilis, Sabbatho in Albis, Pater Petrus de Verona, ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ prauitatis per sedem Apostolicam deputatus, propter inquisitionis infatigabilem solicitudinem & prædicationis feruorem ab impiis hæreticorum sociis pro fide in Mediolanensi Territorio est occisus, Symbolum fidei in ipsa occisionis hora voce libera confitendo: virgo, doctor, & martyr, corona triplici laureatus: cuius crebra miracula & insignia noua, signa sequentia sanctitatis ipsius odorem vbique diffuderunt & gloriam declararunt: Fuit autem canonisatus & sanctorum Martyrum ascriptus Catalogo infra annum per Innocentium Papam quartum Parisiis in Quadragesima sequenti, nono Calend. Aprilis, Pontificatus sui anno decimo. Canonisauit etiam Innocentius Papa apud Assisium, sanctum Stanislaum, Cracouiensem Episcopum in Polonia, ab iniquo Principe interemptum. Tandem Innocentius Papa obiit in Neapoli, in festo sanctæ Luciæ ibique sepultus fuit in Ecclesia maiori. (Hæc Bernardus.)

Imperialia. Romanorum Imperium, siue post mortem, siue post depositionem Frederici Imperatoris secundi ab Imperio, vacare cœpit, & vacauit secundum Matthæum Palmerii, annis XXVIII. cuius vacationis tempore, diuersi Principes per Imperii Electores ad Imperium electi fuerunt, scilicet Landtgrauius Thuringiæ & Comes Hollandiæ, qui, antequam ad Imperialem Benedictionem peruenissent, vitæ terminum peregerunt. Post mortem vero Frederici Electores se in duo diuidẽtes, quidam Regem Castellæ Alfonsum, quidam Richardum Comitem Cornubiæ, fratrem Regis Angliæ ad Imperium elegerunt, & hoc schisma per annos XVII. perdurauit, ita vt neuter eorum à Papa coronaretur. Post depositionem Frederici secundi, in Concilio Lugdunensi per Innocentium Papam quartum, vt præmittitur factam, Henricus Landtgrauius Thuringiæ in odium Frederici, Anno Domini Millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, vacationis Imperii secundo, per Electores Imperii in Regem Romanorum fuit electus: qui Conradum dicti Frederici filium in Regem Romanorum electum, cum suo exercitu apud Franckfordiam ignominiose fugauit. Sed Henricus Landtgrauius de fluxu ventris infra annum obiit, & in Isenaco fuit sepultus; duxerat vxorem, antequam in Regem Romanorum eligeretur, Beatricem, filiam Henrici huius nominis secundi, Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, quæ postea nupsit Wilhelmo Comiti Flandriæ. (Hæc Magister Emundus.)

Leodiensis. Henricus huius nominis tertius, ætate adolescens, forma egregius, genere nobilissimus & nimis corde elatus, frater Ottonis Comitis Geldriẽsis, prius Præpositus Xantensis, & noui electi Almanniæ consobrinus, fit quadragesimus Episcopus Leodiensis, & sexagesimus nonus à beato Materno, per Petrum Caputii Cardinalem, Sedis Apostolicæ Legatum, anno Domini MCCXLVII. Pontificatus Innocentii Papæ quarti, anno quinto: & duodecim annis tenuit Episcopatum, antequam consecratus vel in sacerdotem esset promotus: Sed Wilhelmo Rege Almanniæ, eius consanguineo defuncto, monitione Capituli in sacerdotem promouetur, & in Episcopum ac Abbatem Stabulensem consecratur. Item Anno Domini MCCXLVIII. confir-

confirmatus est ordo Cruciferorum, quorum domus superior est in Hoyo, ab Innocentio Papa quarto, Pontificatus sui anno octauo. Item Anno Domini MCCL. Calend. Maii, maius Altare sancti Lamberti consecratur à Domino Petro Caputii, Rhotomagensi Archiepiscopo, Legato sedis Apostolicæ, in honorem sanctæ Mariæ & sancti Lamberti, præsentibus Wilhelmo Rege Almanniæ, Moguntinensi, Treuirensi, & Colonensi Archiepiscopis, Metẽsi & Cathalaunensi Episcopis, & nostro Electo, & plurimis Prælatis. Item Anno Domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, Leodii primò Magistri ciuium creati fuerunt. Item Anno Domini MCCLVI. reliquiæ sancti Bartholomæi, Leodium à Roma adductæ, in sua Ecclesia per Præpositum eiusdem Ecclesiæ reponuntur. Item in die sanctæ Crucis Inuentionis, pars sanctæ Crucis existens in Ecclesia Floreffiensi, de Constantinopoli allata, stillauit non modicum sanguinis in præsentia totius Conuentus & Parochiæ ibidem. Item dum recluſæ, cuidam degenti in quodam recluſorio, contiguo Ecclesiæ sancti Martini Leodiensis, in contemplatione quiescenti, mysterium corporis Christi. Sacramenti reuelatum fuisset, & affectus Henrici Episcopi precibus tantæ religiosæ prorsus inclinatus esset, idem Episcopus instinctu eiusdem sanctæ Euæ, & Iulianæ Beghutæ montis Cornelii, (cui etiam antea reuelatum fuerat.) Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, impetrauit ab Vrbano quarto, Apostolicæ sedis Pontifice, vt festum Sacramenti in Leodiensi diœcesi institueretur & celebraretur. Item anno sequenti Hoyæ magnum hospitale sub castro fundatur. Item Anno Domini MCCLXXXIV. cum Gregorius decimus Papa Romanus, anno Pontificatus sui tertio, generalem Synodum Ieroſolymæ recuperandæ gratia, contra Sarracenos Lugduni celebraret, fuissetque noster Episcopus Henricus ad eam personaliter euocatus, ciues Leodienses, Dyonantenses, Hoyenses, & Tungrenses coram Papa antedicto. Prædictum Episcopum super defloratione virginum ac aliis factis enormibus clam accusauerunt; super quibus ipse Apostolicus admirans, ad ius priuationem processit, prout eius requirebat, eumque Episcopio priuauit, in dicto Concilio anno Domini prænotato. Præfuit autem Henricus Ecclesiæ à prima institutione vsque ad eius priuationem XXVII. annis, & post depositionem suam eousq; vixit, vt successu temporis videret tres Episcopos præfici sedi Leodiensi, quibus singulis semper bella & controuersias indixit. Tandem Anno Domini N. Theodericus de Prato miles eum interfecit cum suis iuxta Frãchimont, qui reductus est in Ruremundam, & in maiori Ecclesia, sepultus in sepulchro patrum suorum. Habebat vero eo tempore quo obiit, LXV. filios naturales. (Hæc ex Chronicis Leodiensibus.) Item in alio quodam Chronico Leodiensi reperi, Henricum illum contra Principes secus Episcopatum, Ius patriæ, tanquam potentem, bene defendisse: sed intra patriam suam aggrauasse, & potissimum Clerum, cuius libertates tempore eiusdem Episcopi, intendentis magis militiæ, quàm Ecclesiæ, pro magna parte perierunt, quæ temporibus prædecessorum suorum bene seruatæ erãt. Item à Gregorio decimo ad informationem patriæ in Concilium Lugdunense euocatus, Episcopium per traditionem annuli sui in manus Papæ resignauit, sperans inde Papæ gratiam, sed quia tempore, quo dictus Papa Canonicus & Archidiaconus Ecclesiæ Leodiensis fuerat, Henricus Episcopus pedem leuauerat in Capitulo Leodiensi, vt eum percuteret, vel forte percusserat inde (vel potius culpis aliis exigentibus,) nullam gratiam Papæ reperiens, depositus fuit, & absque beneficio in æuum permansit, vt supra, &c.

Mortuo Landtgrauio, quia propter potentiam Imperatoris Frederici, qui adhuc viuebat, vix aliquis Principum Regnum assumere volebat, dictus Papa Innocentius misit ad Henricum Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ, vt Regnum Romanorum quo promouere volebat, acceptaret, sed Dux se excusans, recommendauit Papæ nepotem suum, sororis filium, Wilhelmum Comitem Hollandiæ. Quare Papa ad Electores Imperii Legatum à Latere, scilicet Petrum Caputium sancti Georgii, ad Velum aureum Diaconum, Cardinalem misit: quo Cardinale procurante, & dicto Duce assistente & ad hoc operam dante, prædictus Wilhelmus Comes Hollandiæ fuit per supradictos Electores in Regem Romanorum concorditer elec- *Imperialia.*

ctus Anno Domini MCCXLVII. vacationis Imperii, anno tertio. (Hæc Magister Emundus.) Sequitur ex Chronicis Hollandiæ: Et ecce, simulac publicata fuit electio, tota militia solemniter exultabat. Electus enim vicesimum agens annum, adhuc fuit imberbis, robore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, statura procerus ac in dispositione corporis collaudandus: Sed quoniam idem adolescens electionis suæ tempore fuit armiger, cum festinatione præparata sunt omnia, quæcunque fuerunt necessaria, vt secundum ritum Christicolarum Imperatorum miles fieret, antequam Aquisgrani diadema Regni susciperet. Verum quia plerique milites moderni temporis, patrimoniis intendentes, omissis sumptuosis solemnitatibus, saltem per infractum colaphum militarem consequuntur dignitatem, ideoque multi regulam eiusdem ordinis ignorantes, debite militare nesciunt, visum nobis fuit in præsenti Chronographia paulo fusius annotare, quem in modum hic Wilhelmus, secundum Christianam institutionem miles effectus, & regulam militaris ordinis cum summa festiuitate professus sit, vt ex eo discant moderni milites, cuiusmodi iugum, in ordine suo susceperint, aut certe quale votum in processione suæ regulæ emiserint. Itaque præparatis in Ecclesia Colonensi omnibus, post Euangelium solemnis Missæ, prædictus Wilhelmus armiger coram Cardinale productus est per Regem Bohemiæ, dicentem in hunc modum: Vestræ Reuerentiæ, pater almiflue, præsentamus hunc electum armigerum, deuotissime supplicantes, vt vestra paternitas votiuam eius professionem suscipiat, quò militari nostro collegio digne asscribi possit: Dominus autem Cardinalis in Pontificalibus assistens ornamentis, eidem armigero dixit, secundum etymologiam eiusdem nominis, quod est Miles: oportet, (ait) vnumquemque militare volentem, esse magnanimum, ingenuum, largifluum, egregium & strenuum: magnanimum quidem in aduersitate, ingenuum in consanguinitate, largifluum in honestate, egregium in curialitate, & strenuum in virili probitate: Sed antequam votum tuæ professionis facias, cum matura deliberatione iugum regulæ prius audias. Ista itaque regula est militaris ordinis, inprimis cum deuota recordatione Dominicæ passionis, Missam quotidie audire: pro fide catholica corpus audacter exponere; sanctam Ecclesiam cum ministris eius à quibuscunque grassatoribus liberare; viduas, pupillos ac orphanos in eorum necessitate protegere: iniusta bella vitare: iniqua stipendia renuere: pro liberatione cuiuslibet innocentis duellum inire: tyrocinia non nisi causa militaris exercitii frequentare; Imperatori Romanorum, seu eius patricio reuerenter in temporalibus obedire: Rempublicam illibatam in vigore suo permittere: bona feudalia Regni vel Imperii nequaquam alienare: ac irreprehensibiliter apud Deum & homines in hoc mundo viuere: Hæc statuta militaris regulæ, si deuote custodieris, & pro virili diligenter adimpleueris, scias, temporalem te honorem in terris, & post hanc vitam requiem æternam in cœlis mereri. Quibus expletis, Dominus Cardinalis coniunctas manus eiusdem tyronis clausit in Missali, supra lectum Euangelium, ita dicens: Vis ergo militarem ordinem in nomine Domini deuote suscipere, & regulam tibi verbotenus explicatam, quantum potes, perficere. Cui respondit armiger: Volo. Et tum Dominus Cardinalis subsequentem professionem armigero dedit, quam idem armiger palam omnibus in hunc modum legit: Ego Wilhelmus Comes Hollandiæ, militiæ Princeps, sacrique Imperii vasallus liber, iurando profiteor regulæ militaris obseruantiam, in præsentia Domini mei Petri ad Velum Aureum Diaconi Cardinalis, & Apostolicæ Sedis Legati, per hoc sacrosanctum Euangelium, quod manu tango. Cui Cardinalis: Hæc deuota professio peccatorum tuorum sit vera remissio, Amen. Istis itaque dictis Rex Bohemiæ ictum impegit in collum tyronis, ita dicens: Ad honorem Dei omnipotentis te militem ordino, ac in nostrum collegium gratanter accipio: sed memento, quoniam Saluator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphisatus & illusus coram Pilato præside, & flagellis cæsus, ac spinis coronatus: coram Herode Rege chlamide vestitus & derisus: & coram omni populo nudus & vulneratus in cruce suspensus est, cuius opprobria meminisse te suadeo; cuius crucem acceptare te consulo; cuius etiam mortem vlcisci te moneo. Quibus ita solemniter adimpletis, nouus tyro post dictam Missam cum stridentibus buccinis, pro-

nis, proſtrepentibus tympanis & tinnientibus cymbalis cõtra filium Regis Bohemiæ tribus vicibus concurrit in haſtiludio, & exinde cum gladiis enitentibus dimicationis tyrocinium fecit: celebrauitque magnificis expenſis triduanam curiam ac donis largifluis, cunctis magnatibus ſuam manifeſtauit honorificentiam. Erant autem in eadem ſua electione & curia, Petrus Caputii Cardinalis Legatusque ſedis Apoſtolicæ, Rex Bohemiæ cum filiis ſuis, Arnoldus de Iſenborch Archiepiſcopus Treuirenſis, Conradus de Hoyſtaden Archiepiſcopus Colonienſis, Gerhardus Archiepiſcopus Moguntinenſis, Henricus de Geldria electus Leodienſis, Otto de Hollandia Epiſcopus Traiectenſis, cum nouem aliis Archiepiſcopis & Epiſcopis, Marchio Brandenburgenſis cum pluribus Ducibus & Marchionibus & vaſallis Imperii. Interea cum adhuc electus Rex in exultatione reſideret apud Woringiam, atque triduanam iam expleuiſſet curiam, quarta dehinc exorta luce, quum pruinale gelu germinoſam terræ ſuperficiem in aurora cõſtringeret, tubarum ſono ſignum datum eſt ad caſtra tollenda, & ad ciuitatem Aquenſem obſidione cingendam. Ciues autem Aquenſes econtrà feſtinauerunt extemplò portas claudere & valuas obſtruere. Nec mora, quin & idem Electus, cum inuictis bellatoribus papiliones in gyrum erigeret, & cum Principibus arcana conſilia tractaret, ecquid machinamenti excogitari ad Regiam ciuitatem absque tormentis obtinendam poſſet: vbi per quoſdam ingenioſos opifices decretum fuit, vt populare vulgus vallum procerę celſitudinis extrueret, ac vrbem in modum aggeris vndique cingeret. Inde igitur, quia ciuitas in conuallibus montium ſita, plurimis aquis ſulphureis irrigatur, multisque fontibus limpidiſſimis abunde fluens, ſemper inundat aqua, nullibi habens exitum, breuiter ſic incœpit exuberare, vt nullus ciuium abſque nauigio ex proprio domicilio commode exiret. Quo graui diſpendio Burgenſes afflicti promiſerunt electo Regi portas vrbis abſque rebellione ſe aperturos, & pro vero Domino cum iuramento eum ſuſcepturos: tantum vt dirui circumſeptum vallum iuberet, & exundantem aquam conſueto meatu defluere permitteret. Diſiecto igitur vallo, Rex vltimo die menſis Octobris vrbem ingreſſus, & ab vniuerſis ciuibus glorioſe receptus eſt; poſtera vero die, quæ eſt omnium Sanctorum feſtiua ſolemnitate, vniuerſa multitudo Prælatorum & Principum deduxit electum Regem ad Baſilicam perpetuæ virginis Mariæ, vt ſolemnem Benedictionem reciperet, ſecundum ritum antiquæ conſuetudinis; quem Monaſterienſis & Mindenſis Epiſcopi ſimul ornauerunt infra ſacrarium: ſed eundem Leodienſis & Traiectenſis Epiſcopi veſtitum ornamentis Leuiticis in modum Diaconi produxerunt ante Regale ſolium: quem tunc Colonienſis Archiepiſcopus Cancellarius Italiæ collocauit in ſede Maieſtatis, ita dicens: Conſecrare te dignetur omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui Dauid per manum Samuelis Prophetæ, Regem inungi iuſſit ſuper populum Hebræorum. Archiepiſcopus vero Treuirenſis Cancellarius Galliæ manus illi ſuperimpoſuit, ita dicens: Deſcẽdat in te Spiritus ſapientiæ, intelligentiæ, ſcientiæ, pietatis, fortitudinis & conſilii, repleatisque ſpiritu timoris Domini: Tum Marchio Brandenburgenſis Regis Camerarius annulum ei tradidit, ita Dicens: Accipe ſignaculum Monarchiæ & Romanum Regnum in ſuo vigore conſerua, & ab incurſione barbarorum inuicta virtute defende: Dux ſimiliter Saxoniæ Regis Iuſtitiarius, donauit ei gladium, ita dicens: Accipe Sceptrum Regni, & rebelles ſeuera correctione afflige, omnesque beneuolos in tranquilla pace guberna. Tum Bauariæ Dux Palatii Comes ſeu Dapifer globum ei aureum dedit, ita dicens: Accipe globum ſphæricum, & omnes terræ nationes Romano Regno ſubiice, vt glorioſus Auguſtus appellari valeas. Tandem Rex Bohemiæ Regis Pincerna, de aſſenſu Colonienſis Archiepiſcopi coronam argenteam capiti ſuo impreſſit, ita dicens: Accipe diadema ſplendidum, vt ſis in virtuoſis actibus adeo coruſcus in terris, vt coronam æternæ felicitatis habere merearis in cœlis. Poſt quæ omnia circumſtantes Principes, adorantes Maieſtatem Regiam acclamauerunt ipſi ſalutem, laudem & gloriam, accedentesque ſingulatim Primates ad Regale ſolium, præſtiterunt eidem debitæ fidelitatis homagium. Tunc iſtis mira ſolemnitate peractis, Rex per plenam hebdomadam feſtiuam expleuit curiam, cunctiſ-

que Principibus suæ ditionis patefecit excellentiam. Demum octaua die conuenientes Officiales Imperii, statuerunt arcanum colloquium, & de commoditate Regis tractarunt speciale consilium, vt magnifici viri, scilicet Otto Traiectensis, eius patruus, & Henricus Brabantiæ Dux, ipsius auunculus, eiusdem Regis consiliarii, seu auxiliatores essent, & iuuenilem animum eius à belli strepitu temperarent. Dominus vero Lubbertus Regalis Abbas Egmundensis, vir maturus & egregius, constitutus est eius Vicecancellarius; quibus ita gestis, Rex in magna gratitudine cunctis Principibus valedixit. (Hæc vbi supra.) Itē refert Bonifacius Episcopus Lausanensis, qui sepultus est apud Cameram beatæ Mariæ prope Bruxellam, quod tempore, quo dictus Rex Wilhelmus obsidebat vrbem Aquensem, cum in oratione Episcopus esset, viderit in spiritu militem armatum, albis armis indutum, sedentem super equum album, habentem lanceam in manu sua, quem alii milites sequebantur, similibus induti armis: Tunc cogitauit Episcopus in corde suo: Bone Deus, quis est iste, & quo est iturus? Venit igitur Angelus Domini, & respondit cogitationibus suis. Iste est sanctus Georgius, quem Deus misit in adiutorium Regis Wilhelmi, qui hodie obtinebit victoriam, & ipse introducet Regem in vrbem, & ita factum est. (Hæc Magister Emundus.)

Anno sequenti appropinquante Epiphania Domini, Rex migrauit Coloniam, vt ibidem in honorem trium Regum solemnem & Regalem immolaret hostiam. Fuit enim illis diebus regens & legens apud Coloniam, Dominus Albertus Ratisponensis Episcopus, de ordine Prædicatorum, magnus in Magia, maior in Philosophia, maximus in Theologia; qui Regem humilime precabatur, vt in die solemni secum discumbere dignaretur, Rex autem sperans prodigiale aliquid se visurum, noluit Reuerendo patri supplices preces denegare. Celebratis itaque Epiphaniæ solemnibus, Episcopus à Musæo suo progrediens, Regem cum familia gratiose suscepit: quem extra cœnaculum in viridarium secum adduxit, vbi ministri miræ pulchritudinis affuerunt, qui ad conuiualem lætitiam quæuis necessaria præparauerunt: sed cum hyems asperrima, totaque superficies terrę maxima niue cooperta esset, vniuersa multitudo procerum murmurare cœpit aduersus Episcopum, qui in tam horrido frigore conuiuas suos absque foco prandere infra pomerium iussisset. Nihilominus postquam Dominus Episcopus futurorum omnium præscius, vna cum Rege resideret ad mensam, & quisque conuiua secundum statum dignitatis suæ locatus exspectaret escam, ecce glaciei & niuis immensa moles in momento disparuit, ac æstiualis calor emicantibus Solis radiis feruenter inualuit: terra viride germen & vernantes flores in mira venustate protulit: quæque arbor frondes extēplò virides & maturos fructus ad vescendum cunctis exhibuit; vinea florens odorem suauitatis reddidit, & recentes vuas in vbertate magna præbuit; garritus volatilium, applaudentibus aliis illic insonuit, quorum grata modulatio cunctis accumbentibus magnam exultationem intulit. Quid ergo longius moror? algor frigiditatis hyemalis prorsus euanuit, & feruor æstiualis caliditatis in tantum efferbuit, vt quidam discumbentium propter aëris intemperiem exutis duplicibus indumentis seminudos se facerent, & plerique sub frondosis arboris frondibus hinc inde refrigerium appeterent. Ministri vero detulerunt vbique copiosam epularum plenitudinem, ita vt superabunde satiarent copiosam conuiuarum multitudinem, & Rex cum simul discumbentibus in eadem curia, tot & tanta inaudita mirabilia cernens, effuse lætaretur. Expleto demum conuiuio turba ministerialium, quasi fantasma, disparuit; garritus auium omnino siluit, germen arborum confestim euanuit: florida tellus marcescens exaruit; copia niuis iterato rediit: & repentinum gelu truculenter inhorruit, vt omnes, qui pridem exutis vestibus desudauerant infra conuiuiū, nunc trepidantes ad ignem infra cœnaculum properarent. Istis autem mira iucunditate peractis, Albertus Episcopus instanter exorauit Regem, vt fratribus suis Prædicatoribus clauſtralem aream in ciuitate Traiectensi concederet, & eisdem pro stabilitate Regni sui munificas eleemosynas largiretur. Quas supplicatorias preces eiusdem Reuerendi Patris clementer Rex exaudiens, promisit simulac Traiectum veniret facturum omnia.

Dispo-

Dispositis ergo vtilitatibus Imperii, valedictisq; Archiepiscopis cæterisque Principibus, Traiectum descendit, quem Otto Pontifex eius patruus, cum Prælatis & ciuibus amantissime suscepit, qui de fidelium suorũ consilio, Burgensis effectus est, & ita spacioſam soli planiciem infra ciuitatem, nemine contradicente, mercatus est, quam ad structuram clausstri donauit prædicatoribus fratribus in eleemosynam, addita auri fului satis magna copia: Denique confirmatis ab eo libertatibus Ciuitatis & Ecclesiæ, idem Rex glorioſe receptus est in ea Comitatum Hollandiæ, qui & in Hagha Regale palatium construxit: vbi de causis arduis Regni, tribunale Consistorium frequentauit: Ciuitatenses autem & Castrenses Imperialis Cameræ reddiderunt eidem benevole censum Regium, ita vt indeficiente thesauro, exuberaret eius gazophylacium. (Hæc ex Chronicis Hollandiæ.)

Item Anno Domini MCCL. Henricus Rex Danorum inclytus, in Dacia ab Abel fratre suo minore, vt pro eo regnaret, in mari suffocatur: qui Abel parum honoris & commodi inde fuit assecutus. Sequenti enim anno Regni sui, cum Frisones subiugare voluisset, à Frisonibus est interemptus (Hæc Martinus.)

Item Anno Dom. MCCLIV. cum Wilhelmus Rex apparatum & prouisionem ad mandatum & requisitionem supradicti Innocentii Papę quarti adornaret, vt cum valido Regalis expeditionis exercitu versus Italiam ad resistendum insolẽtiis aduersariorum Ecclesiæ & Imperii, & ad eos in pacem & obedientiam coercendos, simulque ad Regalem Italiæ Regni Coronã in Mediolano, & deinde in vrbe Romana Insulam Imperialem adipiscendam, proficisceretur, intellexit, Frisones secũdum consuetam rebellionẽ se absente tumultuari, cõtrahentes assidue deprędationes ab Hollandia. Rex vero nolens contentionis materiam æmulis post se relinquere, proposuit rebellantem Frisiam prius subiicere, & hinc statim pro Imperiali benedictione versus Italiam tendere. Confestim igitur in manu robusta Traiectum descendit, & Prælatos Ecclesiæ simul in atrio S. Matiæ congregauit, vt ibidem locum aptũ exquireret, vbi Capellam in honore S. Georgii martyris deuote construeret. Dum autem Rex cum Prælatis resideret in iucundo contubernio, & de curialibus causis optato frueretur alloquio: Ecce turbator aliquis sanctæ pacis, ac inflammator nouæ litis, è longinquo volatile saxum secretò proiecerat, & Regis honorãdum caput fere contriuerat; vnde circumstantes Prælati nimium scandalisati, & ex tanta præsumptione plerunque stupefacti sunt. Rex autem eundem lapidem librans, suscepit in manus, huiuscemodi verba proferens corã astantibus: Reuerendi patres, attendite, quã gratitudinem Traiectenses nobis impendant, qui nos iactu tam grandis silicis nihil tale meritos neci dare quærunt, quorum fidelis Burgensis hactenus fuimus, & quorũ hostes externos, expensis propriis laborioſe subegimus: Sed viuit Dominus & martyr eius Georgius, quoniam & hoc maleficium nequaquam transibit inultũ, si Deus nos incolumes ad annum seruabit. Sic igitur Rex cursorem equũ ascendens, ciuibus bellum indici iussit, & ad expugnandam ciuitatem modis omnibus se præparauit. Traiectenses autem pro causa talis infortunii disturbati, destinauerũt magistros ciuium ad Hollandiam tentantes cum eodem Rege reformare pacis amicitiam. Sed quid plura? Rex immobilem sententiam edidit, nisi ciuitas grassatorem illum traderet, vrbem se prorsus desolaturum; Itaque Traiectenses, obtenta pace modici temporis, redierunt ad iudiciale Capitolium, instituentes pro malefactore sciendo admodum arcanum scrutinium, vt Regis indignationem aliquo modo placarent, & Burgenses innocui tanti sceleris in pace quietissima permanerent.

Anno sequenti Rex Frisiam potenter introiuit: rebellantes sibi Frisones egregie vicit, & castrum Thorenburch apud Alcmair ad eorum sempiternum offendiculum fabricauit. Demum cum iam tota terra propter glaciẽ esset peruia, Rex iterum venit quinto Cal. Februarii, cum duobus exercitibus & armata manu ingressus Frisiam, sperauit eandem sicut prius, victoriam, sed non eodem cursu respondent vltima primis. Nam Wilhelmus de Brederaed miles, capitaneus vnius exercitus ordinatus fuit, qui contra Drechtenses Frisones trophæum laudis adeptus est. Rex autem in dextrario residens, secundum gubernauit exercitum, qui ad villam Hoichtwonde

concremandam trans paludes securum quærens aditum, cum pedestrem exercitum, Rex solus in magna distantia præcessisset, viamque meabilem ad captandos aduersarios explorasset: ecce dextrarius eius in paludoso vado, circumfracta glacie paulatim emersus, & ibidem sine cuiusquam familiaris auxilio fere suffocatus est. Frisones vero de latibulis insidiarum ex arundinetis vbique consurgentes, (prô dolor) ipsum Regem, antequam eius exercitus appropinquaret, occiderunt: quem propter pulchritudinem armorum timore superuenientis exercitus ad proximam villam festinanter asportarunt. Morabantur tum fugitiui nonnulli per diuersas villas in Frisia: qui paulo ante propter eorum scelera proscripti erant ab Hollandia. Isti Regis arma cognoscentes ex auro fuluo splendido, in quibus atricolor coruscabat aquila, dixerunt occultè Frisonibus, suum se Dominum, Regem & Comitem occidisse, ignorantes. Quapropter totius Frisiæ Principales siue Capitanei timentes læsæ Maiestatis iniuriam, sepelierunt occulte Regium corpus in domo cuiusdam Frisonis vt per succedentia tempora, tam vindicta, quam memoria nominis Regis periret.

Item eodem Anno, Domicella Richardis, ob remedium animæ fratris sui prædicti Regis, monasterium puellarum ordinis Præmonstratensis in allodio patrimonii sui, quod campus Regalis dicitur, ædificare cœpit, quod etiam ad felicis recordationis suiæ memoriam deuotissime consummauit. Item anno dehinc LXVI. obiit venerabilis matrona Elisabeth Romanorum Regina, in Nidelborch monasterio honorifice tumulata. (Hæc ex Chronicis Comitum Hollandiæ.)

Brabantica. Henrico Duci Brabantiæ & Lotharingiæ huius nominis secundo, successit in Ducatu filius eius Henricus, huius nominis tertius, cognomento Pacificus, qui cœpit anno Domini Millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, vacationis Imperii anno quarto: & rexit annos XIII. (Hæc ex Chronicis.) Iste pacifice gubernabat, velut alter Salomon: erat enim miro modo mansuetus, & facetus in moribus, & auorum & proauorum nobilissimus: qui post interfectionem matruelis sui Wilhelmi Comitis Hollandiæ, & Regis Alemanniæ, in Hollandiam se contulit ob tutelam Florentii nepotis sui, filii dicti Wilhelmi qui postea Frisones interfectores patris sui potenter deuicit. Cum ergo esset ibidem, contigit quendam de suis rixari cum alio de indigenis terræ illius: ortaque est ab hoc seditio tam periculosa ex vtraque parte Brabantinorum videlicet & Hollandinorum vt singuli quique ad arma concurrerent. Aduocatus verò Henricus Dux pacificus, eos tanto facilius, quanto modestius pacificauit. Primum ille se in suis literis scripsit Ducem Brabantiæ, cum ipse & prædecessores eius descenderint à sancto Pipino primo Duce Brabantiæ, non autem Lotharingiæ: quia terra nondum Lotharingiæ nomen acceperat. Patres vero huius Henrici à tritauo, videlicet Godefrido cum barba, & deorsum tantum se Duces Lotharingiæ nominabant. Sic igitur ille & successores eius vtriusq; Ducatus possessores, digne & debite se Ducem Brabantiæ nominant, cum constet, eos in Brabantia ab initio Dominationis potius frequentasse habitationem quam in Lotharingia. Nam Carolus Dux primus Lotharingiæ, habitationem suam constituit Bruxellæ inter duo brachia Sennæ apud sanctum Gangericum, cuius Ecclesiam ipse pro sua Capella constitui fecit, ad quam etiam corpus B. Gudulæ Virginis de Morsella transtulit. Duxit Henricus ille tertius vxorem nobilem Aleydem Ducis Burgundiæ Hugonis filiam, bonis moribus adornatam, quæ priusquam cõuenirent, per Physicum patris Ducis Burgundiæ præcognouit filium primo conceptu vix natum & baptizatum protinus moriturum: secundum vero debilem mansurum: sed reliquos postmodum futuros viuaciores, quod quidem euidentissime contigit. Nam præter primogenitum, qui statim post partum emigrauit, tres genuit filios & vnam filiam, videlicet Henricum, Ioannem, Godefridum & Mariam: quorum Henricus impotens tam sensu quam viribus, Ioanni fratri suo Ducatum resignauit, & ipse vitam suam in quodam monasterio Burgundiæ transegit. Nec impossibile videatur, præsciuisse ista Physicum, quia hoc forte potuit præuidere, cognita qualitate & debilitate matricis. (Hæc ex noua Historia, vbi supra.) Item Mariam filiam dicti Henrici

Ducis

Ducis, Philippus Rex Franciæ cognomento Cor Leonis, qui in Arragonia deceſſit, poſt obitum primæ vxoris ſuæ duxit in coniugem, de qua genuit vnum filium, nomine Ludouicum, qui fuit Comes Ebroicenſis, qui ex vxore ſua legitima, genuit vnam filiam, etiam Mariam nomine, quam duxit in coniugem Ioannes huius nominis Dux tertius Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ. Iſte Henricus Dux, vnâ cum Aleyde vxore, fundauit monaſterium fratrum Prædicatorum in Louanio, & ſororum eiuſdem ordinis Ondergheem iuxta Bruxellam. Tandem hic Henricus Dux tertius huius nominis, cum tredecim annis Ducatum digne, & laudabiliter potitus fuiſſet, migrauit ad Dominum, Anno Domini, Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, ſepultusque eſt cum vxore, (quæ tamen diu ſuperuixit, videlicet vſque ad annum Domini, Milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum tertium incluſiue) apud fratres prædicatores in Louanio. Sub hoc tempore viguit diſcretiſſimus ille prædicator & feruentiſſimus animarum zelotes Frater Thomas de Cantiprato ordinis Prædicatorum, Brabantinus natione, qui vitam piæ Luitgardis luculento ſermone deſcripſit, & vitam mirabilis Chriſtinæ de S. Trudone: Præterea collegit vtiliſſimum librum de naturis rerum ex diuerſis auctoribus per annos quindecim elaboratum: Sed & librum de prælatis & ſubditis, quem appellauit bonum vniuerſale, de apibus, in quo multa inſeruit, quæ ſuis temporibus in Brabantia contigerunt, memoria digna & de perſonis illuſtribus quos vidit, & ſcimus verum eſſe teſtimonium eius. (Hæc Collector.)

Poſt obitum Reuerendi Patris Ottonis, Goeſwinus ſancti Ioannis in Traiecto Præpoſitus, trigeſimus ſeptimus Epiſcopus eſt electus, Anno Domini, Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo. Pontificatus Innocentii Papæ quarti, anno octauo. Iſte Goeſwinus ab Aemſtel oriundus, ſaltem ad annum, vel paulo plus regens Epiſcopatum, vir erat ſimplicitati deditus, & de rebus Eccleſiæ minus bene ſollicitus: Vnde totus Epiſcopatus in breui tempore tantundem pene diſtractus fuit, quantum paulo pridem per Dominum Ottonem glorioſe ſublimatus erat. Prouiſores autem Eccleſiæ totius Epiſcopatus vtilitati fideliter intendentes, congregarunt generale Capitulum, vt de bono ſtatu terræ tractarent vniuerſale colloquium. Conuenerunt enim ad hanc Synodum Wilhelmus Romanorum Rex egregius, Dominus Cardinalis Petrus Capucius, & Conradus Colonienſis Archiepiſcopus; in quorum præſentia Goeſwinus electus aſtans, honori ceſſit & oneri, ac in manus Regis & Cardinalis renuntiauit Epiſcopatui, Dominus autem Cardinalis propter Archiepiſcopi Colonienſis poſtulationem, Henricum de † Vigena in Epiſcopum promouit: cui ſimiliter Rex per paſtoralem baculum & annulum, temporalem iuriſdictionem dedit: fuit enim Henricus eiuſdem Archiepiſcopi conſanguineus, vir illuſtris, conſtans, & magnanimus & Eccleſiæ Colonienſis Archidiaconus, pro quo totus Epiſcopatus Traiectenſis admodum exultauit, & cum gratiarum actione: Deo Cœli deuotiſſime benedixit. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Traiectenſis.

Vigena Vienna.

Poſt depoſitionem Goeſwini Henricus, vt dictum eſt trigeſimus octauus Traiectenſis ordinatur Epiſcopus, anno ſcilicet Salutis, Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, Pontificatus Innocentii quarti, anno nono, & præfuit annis viginti ſex. Iſte ergo Henricus ordinatus Epiſcopus, quæuis Eccleſiaſtica miniſteria pia ſollicitudine ſublimare ſtuduit, nihilominus temporalia iura ſtrenua probitate gubernans: ſed liuor & indignatio Dominorum de Aemſtel, & de Woerden vehementer exarſit aduerſus eundem Epiſcopum pro eo, quod Goeſwinus propinquus eorum deſtitutus fuiſſet per generale Capitulum: qui Comiti Geldriæ per conſpirationem fœderati, totum Epiſcopatum aſſiduis perturbarunt incurſionibus, quibus Henricus viriliter ſe oppoſuit cum quibuſdam miniſterialibus. Denique poſt multas incurſiones, definitum eſt, vt vtraque pars in planitie pratorum virentium, ad bellum campeſtre conuenirent, & ibidem ſub determinata die pro corona victoriæ decertarent. Sic igitur illi de Aemſtel & de Woerden contractis vndecunque multis prælatoribus in magna ſuperbia deuenerunt ad locum certaminis: Econtra vero iam dictus Epiſcopus, Vaſallos ſuos cum Burgenſibus fideliter admonuit, & arrogantiam illorum Domino-

rum potenter edomare disposuit. Itaque cum præliandi dies iam instaret, vt idem Episcopus cum suo exercitu locum certaminis adiret, Colonienſis Archiepiscopus diebus illis existens Traiecti, pretiosum annulum dedit Henrico Pontifici, dicens hæc verba coram innumerabili turba circumstantis populi: Fili, animosus & securus esto: hodierno die per interceſſionem beati Martini Confessoris, & per virtutem præsentis annuli omnem rebellionem aduersariorum egregie coercebis, & victorialem laudem de cunctis inimicis tuis sine dubio reportabis. Ego namque ciuitatem hanc cum matronis & canonicis fidelissime tibi custodiam, & solennem orationem interim Domino Deo exercituum pro labore tuo deuote faciam. Henricus igitur Episcopus, his auditis, in Domino confortatus, cum sonitu tubarum concrepantium & exercitu bellatorum decentium, vrbem egrediens, campum belli decenter adiuit, ac acies suas ad præliandum sagaciter ordinauit. Interea dum hæc agerentur apud Traiectum, Wilhelmus Romanorum Rex festino referente nuntio, percepit Episcopum & præfatos Dominos contraxisse populosum exercitum, vt in pratis virentibus committerent exosum bellum. Quapropter & ipse Rex festinanter collegit expeditos equites & elegantes pedites, viam celerem versus Traiectum instituens, vt huiusmodi belli tumultum interciperet, & pacis amicitiam vtrobique reformaret. Et ecce, regalis exercitus per Borealem portam vix intrauerat, cum Episcopalis exercitus per Occidentalem portam ciuitatem iam exierat. Archiepiscopus vero Colonienſis cum Canonicis & matronis circa ciuitatem curam agens, & angulos ciuitatis in gyrum vndecunque perlustrans clauicularijs indixit, vt valuas vrbis firmiter obseruarent, & sibi claues portarum absque dilatione deferrent: ignorans, quod regalis exercitus vrbem recenter esset ingressus, ac infra muros sub arcta clausura circumseptus. Rex ergo festinanter Episcopalem volens insequi exercitum, nullibi patentem adinuenit exitum, & cum Rex aliquantulam moram traheret, nemoque valuas vrbis cito patefaceret, ex animi sui vehementia cœpit extemplò seras portarum euellere, & vectes ferreos atterere, vt subito Episcopalem posset insequi exercitum, & inchoatum dirimere prælium. Archiepiscopus vero Colonienſis hæc intelligens, vehementer angebatur credens ciuitatem à Rege captam, & exercitum per clauigerorum ignauiam intromissum esse. Quamobrem & ipse cum Matronis & Canonicis excubias vrbis obseruans, Regis præsentiam confestim aggressus, ac eundem facto silentio sic allocutus est: Audiat vestra Maiestas quædam sermonis mei breuiloquia: Regiæ Maiestatis interest, subiectum sibi populum in tranquilla pace regere, æquitatem, iudicium & iustitiam in terra facere. Nunc ergo (salua vestra reuerentia) si fas est dicere vereor, an forte hac de causa cum armatis bellatoribus ciuitatem occupastis, serasque portarum infringi præcepistis, vt ciues à propria ciuitate excluderetis, ac eandem intromissis nouis inquilinis vestræ potestati subiiceretis. Si autem hoc, quod absit, contra iustitiam tentare præsumpseritis, me vestrum Cancellarium confunditis, & honorem Maiestatis vestræ vehementer diminuitis. Quapropter vestram benignitatem admoneo, vt hanc vrbem mihi dignemini restituere, & ciues à violenta molestatione liberare. Rex autem expletis sermonibus eiusdem Episcopi tale responsum in audientia circumstantis populi dedit: Venerande Pastor & Episcope, sicut tua nouit industria, decet Regem vbique bella supprimere, & grassatores austera correctione potenter affligere. Discernas ergo, quantum nobis dedecus esset, & opprobrium, si in confinio Maiestatis nostræ populare committeretur prælium, ideoque militibus nobis adiunctis, & armigeris ciuitatem hanc potenter introiuimus, & Episcopum cum suis ministerialibus reconciliare decreuimus. Postquam autem intelleximus Episcopum esse foris cum ciuibus ad committendum campestre prælium, maturauimus iter, vt festinanter eius insequeremur exercitum. Nobis igitur aliquantisper exspectantibus, cum nemo compareret, qui nostratibus vrbis patefaceret exitum, & sic hactenus nostrum bonæ voluntatis propositum impediretur, coacti sumus, securibus & malleis vectes & valuas infringere, & vestigia præcedentis exercitus insequi, vt edictum bellum interciperemus authoritate Regia, & vtraque pars sine conflictu

cum

cum pace rediret ad propria. Nõ enim existimare debes, quod aduersus Henricum Pontificem aliquo modo iratum geramus animum, quem paulo pridem ex bono fauore, te rogante, postulauimus in Episcopum, quinimo ciuitatem hanc sub nostram protectionem benigne suscepimus, cuius iam diu promissa fidelitate Burgensis effecti sumus. Vt autem scias, nos sine dolo tibi loqui, & Episcopo siue ciuitati non irasci, ecce, vrbem, quam inopinate cepimus, & exclusis ciuibus possidere possemus, tibi benigne restituimus, & voce tubæ proclamari præcipimus, vt commilitones nostri ad hospitia tẽdant, arma deponant, & residuũ diem in lætitia deducant. Interea Dominus Episcopus aduersus inimicos suos crudele bellum agens, pluri-
10 mos fugauit, multos occidit, & Dominos de Aemstel & de Waerden captiuos comprehendit, quos extemplò funibus alligari præcepit, atque circa dextrarium suum currentes, infra Traiectum deduxit, & quamprimum Vespertinum intonare cœpit cymbalum, vrbem victoriose ingressus, & tam à Rege quam ab Archiepiscopo gratiose susceptus est, ad quorum deuotam supplicationem idem Episcopus præfatos captiuos suscepit ad gratiam: eorum relaxata captiuitate. Altera vero die, cum auroræ iubar rutilantes cœpisset exaltare radios, Rex Episcopo valedixit, & pro quibusdam regni causis expediendis ad Hollandiam properauit. Sed quia Comes Geldriæ iam pridem cum præfatis Dominis de Aemstel & Waerden aduersus Henricum Pontificem fœdus conspirationis percussérat, totamque terram Traiecten-
20 sem assiduis perturbationibus infestauerat, ideo dictus Episcopus cum copiosa turba plebis & militiæ potenter intrauit Veluam, concrematisque villis plurimis prædam contraxit maximam. Milites autem & incolæ de terra Geldrienſi in vnum conglobati, econtra raptam prædam violenter eripere, & aduersus Episcopalem exercitum crudele bellum gerere festinant. Sed Dominus Episcopus, vt vir imperterritus, cohortes horribiliter aggressus, & ipsis profugatis cum captiuis & spoliis Traiectum reuersus est: Ex quibus idem Episcopus adeo ditari cœpit, vt castrum Vredelant aduersus incursionem Domini de Aemstel expensis magnificis ædificaret, & ita circum manentes rusticos à consueta rebellione consimiliter absterreret. Tan-
30 dem hic venerabilis Episcopus Anno Domini MCCLXXVI. pridie Nonas Iunii requieuit in Domino. Iste reuerendus Pater Collegium duodecim Canonicorum in Steenwiic primus instituit, & ad fundamentum nouæ fabricæ Traiectensis Ecclesiæ lapidem primitiuum imposuit, qui ad eandem Ecclesiam tam à clero quam à populo deuectus est, vbi penes anteriores Pontifices honorifice tumulatus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Item Anno Domini MCCLI. obiit Gerardus tertius Comes Geldriæ, cui succedit Otto quartus filius eius, qui tenuit Comitatum annis XXV. cuius frater erat Henricus tertius, quadragesimus Episcopus Leodiensis, qui Monfort castrum iuxta Ruremundam ædificauit. (Hæc ex Chronicis.) Item post mortẽ Innocentii quarti, Pontificalis sedes vacauit annis duobus, vt vult Matthæus Florentinus, Martinus vero hanc vacationem non exprimit. *Geldria.*

Alexander huius nominis quartus, natione Campanus, de Anagnia ciuitate, cœpit Anno Domini MCCLVI. sedit annis sex, mensibus sex. Hæc Matthæus. (Martinus ponit Anno Domini MCCLIV. sedit annis septem.) vacauit Sedes mensibus tribus, diebus quatuor. Item anno Pontificatus Alexandri secundo, scilicet Salutis MCCLVII. Albertus Magnus Parisiis insignis doctor habetur. Item eodem anno, mirabilis peregrinatio populorum à Perusinis incipiens, non solum Italiæ populos, verum etiam exteros adeo commouit, vt longis agminibus crucem sequentes, ad conuicinas ciuitates misericordiam conclamantes & pacem, supplices commearẽt. Iste Alexander reprobauit & damnauit duos pestiferos libellos, quorum vnus dice-
50 bat, Religiosos, verbum Dei prædicantes, saluari non posse, viuendo de eleemosynis, quę & alia multa impia & erronea contra statum paupertatis dogmatisabat, cuius author erat Wilhelmus de S. Amore, qui fuit pariter cũ suo opere & falso dogmate cõdemnatus. Alter vero asseruit inter cætera erronea, quod Euangelium Christi & doctrinam noui Testamenti ad perfectionem perduxerit, & euacuari illa post mille ducentos sexaginta annos, & in Anno MCCLX. inchoari doctrina Ioachimi debeat, *Romana.*

quam conditor illius libri Euangelium æternum nominauit, totam perfectionem hominum saluandorum illi attribuendo. Dicebatur etiam ibi, quod Sacramenta nouæ legis in illo anno euacuarentur: quæ omnia & authoritas Apostolica & prædicti temporis experientia penitus exsufflauit. Istius libri confictor fuisse dicitur quidam Ioannes de Peruia nomine & origine, fuitque combustus liber publice, Anno Domini MCCLX. Item iste Alexander Papa obiit in Viterbio, & in Ecclesia S. Laurentii honorifice tumulatur. (Hæc Martinus.)

Imperialia. Alphonsus Rex Castellæ & Legionis, & Richardus Comes Cornubiæ, frater Henrici Regis Angliæ fuerunt post mortem Friderici & Wilhelmi Regis Comitis Hollandiæ in discordia per Electores Imperii in Reges Romanorum electi, Anno Domini MCCLVI. vacationis Imperii Anno duodecimo; quod schisma durauit per XVII. annos: nec aliquis eorum benedictionem Imperialem obtinuit. Et tandem filia dicti Friderici obtinuit apud illos duos electos de Imperio contendentes, vt renunciarent iuri ipsis acquisito in fauorem filii sui, scilicet Rudolphi Comitis de Ansburg siue Hambspurg, vt ille eligeretur. (Hæc Emundus.) Tandem mortuo Richardo Alphonsus coram Gregorio decimo, intuitu pacis voluntarie cessit omni iuri, si quod haberet. Erat enim vir prudens & maximus Astronomus, cuius tabulæ famosæ sunt, quas fecit, quia compendiosæ: Æra autem Alphonsi famosissima apud Astronomos est annus Christi MCCLI. quod nota diligenter, quia ad multa deseruit in Astronomia. (Hæc Collector Fasciculi temporum.)

Hollandica. Occiso glorioso Regi Wilhelmo, Florentius filius eius, huius nominis quintus, anni dimidii, tener infantulus, quintusdecimus Hollandiæ Comes, successit Anno Dom. MCCLVI. vacationis Imperii, anno duodecimo quem Florentius præses patruus eius in tutelam accipiens, Comitatum ad tres annos in pace rexit: qui læsus deinde in tyrocinio, defunctus est in Antuerpia: Sed inde translatus requiescit in Walacria. Dux vero Brabantię postea curam eiusdem infantis accipiens Hollandiam ad tempns regere cœpit, qui pro malitia suorum ministerialium indigne expulsus fuit. Deinde primates Hollandiæ constanter elegerunt in tutorem eiusdem pueri Ottonem Comitem Geldriæ, & è contra principaliores Zelandiæ constituerunt tutricem ipsius Infantis Aleydim Comitissam Hannoniæ: Ex qua controuersia demum in Varnot se magnum excreuit prælium, vbi plurimis ab vtraque parte interemptis magnæ depopulationis inualescebat homicidium: Sed Hollandiæ populus victorioſe prævaluit, & Comes Geldriæ præfecturam terræ tãquam auunculus pueri potenter obtinuit. Item Anno Domini MCCLXXVII. Florentius Domicellus Hollandiæ, validam expeditionem duxit versus Frisiam, vt ossa Patris sui deportaret ad Hollandiam: sed Frisones econtra cum acie sua fortissime occurrerunt & quingentos pugnantes bellatores cruentissime necauerunt. Occisis itaque tot electis bellatoribus, Hollandiensis exercitus vsque ad planitiem agrorum in Heylo fugam arripuit: vbi secundariò per recentes armigeros crudele bellum inhorruit, in quo perempti sunt plus quam octingenti Frisones, ita vt eodem die sufficiens vltio sumpta sit de prædictis militibus. Item Anno Domini MCCLXXXII. construxit Florentius Comes castellum Widenes, & insuper ædificauit in Hagha in palatio pulcherrimam, altam & latam aulam cum Capella. Itemque ædificauit in Keuemaria in cantu auium & in nemore de Haerlem pulchras mansiones: & fuit miles ordinatus feria tertia post festum Epiphaniæ à Duce Brabantiæ. Ædificato igitur castro de Widenes, Frisingensem exercitum in Hoegwond audacter aggressus, occisisq; sexcentis Frisonibus inopinatam victoriam ibidem adeptus est: in quo bello quidam vetulus ad vitam reseruatus, sepulchrum Regis prodidit, & Florentius Comes cum paternis ossibus Traiectum adiit: vbi celebratis regalibus exequiis ad Walacriam in expensis magnificis descendit, & regale corpus in Middelburgensi monasterio tumulandum magnifice & honorifice collocauit. Item Anno Dom. MCCLXXXVII. die nona mensis Decembris, ex magna ventorum intemperie factum est vndosum diluuium, quod submersis hominibus & iumentis lacrymosum fecit excidiũ. Theodericus ergo Dominus de Breedraed, iubente Florentio Comite, classem aptans, remigauit in Frisiam, & acceptis singulatim obsidibus totam illam sine bello subegit

patriam.

patriam. Comes vero refluentibus aquis, quatuor fortia castra scilicet Medenblieck, Emgeburg, Middelburg & Nieburg ædificari iussit, cum quibus effrænatæ plebis innatam rebellionem edomare posset. Item Anno Domini MCCLXXXVIII. quidam Nigromanticus in Nussia comparuit, qui se Fridericum Imperatorem fuisse constanter asseruit, & plerisque ministris quondam Friderici Cæsaris multa patefecit arcana, vt quamplures Regni Principes per varia seduceret indicia. Frisones vero accedentes ad præsentiam eiusdem ficti Cæsaris conquesti sunt de violenta molestatione Florentii Comitis; Et ecce, seductor ille pro tribunali sedens in ornamentis Imperialibus, Comitem Hollandiæ per Episcopum Traiectensem citari fecit, cui per quosdam legatos citatorium quoddam destinauit. Florentius itaque Comes, eidem nigromantico rescripsit hos versiculos, non ignorans, Fridericum Imperatorem pridem fuisse suffocatum per suos domesticos:

Non es magnificus quondam Cæsar Fridericus,
Non es Monarcha, sed Nussiæ Patriarcha.

Iste misellus demum ab Archiepiscopo Colonienſi captus, omnem nequitiam nigromanticæ falsitatis in aperto confessus, ac in villa Witteflor palàm coram omnibus non immerito concrematus est. Istis ita gestis, Florentius Comes vocatus ad concilium Capituli Traiectensis cum cæteris nobilibus ciuitatem adiit, quia Ioannes electus, sed nondum adhuc confirmatus, ab Episcopatu deponendus fuit. Nam & idem Ioannes, Domino Aemstel castrum Vredelant, & Domino de Waerden castrum Montforde pro quadam pecuniæ summa dedit in vadimonium, ex quo totum non immerito conqueri cœpit Episcopium. Florentius igitur Comes requisitus ab Ecclesia, præmissa belli denunciatione duo præfata castra, bellica manu recuperauit, & suis propriis adimpleuit militibus. Processu vero temporis pax inter eosdem Principes in hunc modum initur: vt Ghiselbertus de Aemstel, & Hartmannus de Waerden, sub omnium bonorum suorum, stipulata cautione fideliter promittant, aduersus Episcopum Traiectensem, & Comitem Hollandiæ, nunquam se futuros rebelles; & vt Comes pro sumptuosis laboribus ab eisdem complicibus fidelitatis accipiat homagia, & deinde Episcopus sua castra iterum habeat in potestate propria. Quod arbitrium patentibus instrumentis ab vtraque parte ratum habitum: & sic terminata est inter eosdem Magnates hostilis discordia. Comes equidem ex mera nobilitate prorsus omnem animi rancorem ex corde remisit: & Ghiselbertum & Hartmannum Consilii sui præcipuos secretarios ordinauit, minime attendens ad dictum Sapientis, qui ait, inimico reconciliato non habendam fidem. Sed Hartmannus (prô nefas) inuidiæ zelum obliuiſci nescіens, circumuenit Ghiselbertum virum simplicem, quem secum attraxit in conspirationem aduersus Comitem: cuius etiam instinctu Dominus Gerhardus de Velsen, miles internuntius recollegit in Cameraco Duramensem Episcopum ex parte Regis Angliæ, & Dominum de Kuyck ex parte Ducis Brabantiæ, & duos Consiliarios Comitis Flandriæ, vbi definito Concilio decretum est, vt Florentius Comes viuus captus, ad perpetuam captiuitatem Regis Angliæ transmittatur, & Ioannes eius filius gener Regis in Hollandia dominetur. Interea Florentius illustris Comes, harum traditionum inscius, Traiectum tendens ad sedandam discordiam inter milites de Zulen, & prædictos suos Consiliarios, intrauit Ecclesiam, assumens secum quosdam milites: & ecce muliercula diuinitus inspirata, chartam illi occulte porrexit, quam & idem Comes per Secretarium suum in hunc modum legi fecit: Regia proles, inclyte Princeps, animaduerte, quod Psalmista prophetauit: Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Florentius tamen Comes, ex magnanimitate sua paruipendens hunc versiculum, celebrauit cum prælatis & ciuibus solemne prandium, qui circa meridiem decreuit, aliquantisper obdormire, & residuum tempus diei in iucundo contubernio consummare: quem dormientem, Ghiselbertus de Aemstel à somno suscitans indesinenter admonuit, vt cum Falconibus vrbem exiret, quia inaudita copia auium in campestribus resideret. Comes igitur aucupalis ludi cupidissimus, pulcherrimum Nisum ad manum sumens, cum paucis militaribus vrbem egressus, & per latentes insidias ad distantiam medii milliaris fere perductus

est: vbi Harmannus de Waerden cum infinitis armatis de latibulis insidiarum erumpẽs, Comitem ab omni parte circumdare studuit, & Gerhardus de Velsen haud piger, primus in Comitem irruit. Econtrà vero Comes, vt vir imperterritus, abiecto Niso, gladium educens, seipsum nitebatur defendere, malens moti, quam tantis traditoribus se tradere: quod tamen minime profecit quia prædicti grassatores (prô pudor) adhuc eiusdem Comitis vestimentis amicti, ac eodem die suis alimentis in Traiecto pasti, tãtum Principem traditorie ceperunt, & ad Mudense præsidium ipsa nocte secretissime adduxerunt. Interea rumor tam odiosæ famæ plurimorum corda perterruit, & vulgus Keuemerlandiæ, Waterlandiæ, simul & Frisiæ pro liberando Comite festinum iter arripuit, quod grassatores sentientes, fugerunt extemplò cum captiuo Comite per paludes & deuia, è contra ciues Nardenses Comitem liberare meditantes, occurserunt in magna copia. Fugitiui igitur nimis angebantur, tum ex populosa multitudine Keuemarorum subsequentium, tum ex formidolosa sollicitudine villanorum contraeuntium. Interim Comitis equus exiguus, fossarum latitudinem transilire nequiens, in vadũ cecidit, quem Gerhardus de Velsen, cum ex timore superuenientis exercitus extrahere non posset, Comitem ex iracundia cum mucrone suo XXI. vulneribus occidit, & ad castrum Cronenburg in equo pernici citissime retro cessit. At Keuemari semiuiuum Comitem inuenientes, & adhuc respirantem, &, vt quidam dicunt, pauca loquentem, apprehenderunt quosdam de prædictorum latronum clientibus, quos in conspectu moribundi Comitis diuersis interfecere cruciatibus. Sed & ipse Comes erectis in cœlum oculis, quinto Calend. Iulii, quieuit in Domino, coronatus, vt speramus, in cœlo, pro tam crudeli martyrio, cuius exanime corpus ad Reysburgense monasterium deuectum est, quod ibidem penes Beatricem contoralem suam luctuosis exequiis honorifice tumulatum fuit. Ista enim Comitissa venerabilis eodem anno febricitare cœpit, & decimo Calend. Augusti mensis, in Domino similiter obdormiuit. Quibus ita flebiliter actis, Comes Cliuensis consanguineus Florentii Comitis iam sepulti, validam expeditionem eduxit ab Hollandia, circumuallauitque castellum Cronenburg obsidione grauissima, quod idem Comes cum tormentis indesinenter concussit: quoadusque Gerhardus cum suis complicibus, vrgente penuria victualium, se captiuum dedit, qui totam traditionem Comitis (vt præscribitur) seriatim in aperto confessus est. Atque idem Gerhardus inter acerba supplicia positus, in magno dolio pleno longissimis clauis volutabatur, à cacumine montis in vallem: in qua dum respiraret adhuc aliquantisper, in valle dire & miserabiliter extractus, rotatus est, & deinceps quotquot erant de eius progenie, siue viri, siue fœminæ, virgines vel infantes, aut occidebantur, aut eliminabantur ab Hollandia perpetuis temporibus. (Hæc ex Chronicis Hollandiæ.)

Romana. Vrbanus quartus, natione Gallus, ex ciuitate Trecensi, cœpit Anno Domini MCCLXII. seditque annis tribus, mense vno, diebus XIV. Vacauit Sedes mense vno (Bernardus dicit: Cœpit Anno Domini MCCLXI. seditque annis tribus, mense vno, dies quatuor, vacauit Sedes mensibus quatuor, diebus quinque.) Vocabatur antea Iacobus de Trecis, & fuit primò Archidiaconus Leodiensis, postea Episcopus Virdunensis, dehinc assumptus est in Patriarcham Ierosolymitanum, demum in summum Pontificem, & duas ordinationes Cardinalium fecit. Isto tempore Bonauentura insignis Theologus & ordinis Minorum, ingeniique gratia, authoritate magna præditus, clarus habetur.

Item Anno Domini MCCLXIV. Cometes tam notabilis apparuit, qualem nullus tunc viuens, ante vidit. Ab Oriente enim cum magno fulgore surgens vsque ad medium Hemisphærii versus Occidentem comam perlucidam protrahebat: in mense Iulio cœpit, fuitque cursus eius vsque in finem mensis Septembris. In quodam vero Chronico sic descriptum leges: Erat similitudo illius quasi stellæ obscuræ & egrediebatur ab eo quasi flamma dispansa: cuius magnitudo & forma erat quasi velum nauis: singulis vero noctibus paulo serius exurgebat & flamma decrescens in latitudine, crescebat in longum: ita vt decimo Calend. Octobris ante auroram in Meridionali parte versaretur, & flamma videretur cubitalis latitudinis: longitudo vero protendebatur fere in Occasum, & ita paulatim attenuata stella euanuit.

Quamuis

Quamuis autem forsitan in diuersis partibus mundi multa significauerit, hoc tamen vnum compertum fuit, dicto Cometa primo apparente, Vrbanum Papam infirmari cœpisse, & eadem nocte, qua Papa obiit, Cometam disparuisse, vltima die Septembris in festo B. Hieronymi apud Perusium, prænotato anno. Vnde de Cometa & anno quo apparuit, sunt versus sequentes:

M, *bis* C, L & X, I *quater iam Christus adest Rex*, MCCLXIV.
Nouiter est nata, quæ fertur stella Cometa,
Per cuius signa monstrantur multa maligna,
Nam morbi, pestis, belli, famis, est ea testis.

Anno Domini prænotato, festum Sacramenti instituitur per Vrbanum quartum, cum suis indulgentiis cuius institutionis causam frater Petrus sub hac prosequitur forma: Anno Domini MCCLXIV. Anno Vrbani Papæ tertio, reuelatio diuina de festo Sacramenti facta fuit cuidam reclusæ celebrando, quam significauit Domino Papæ, supplicans, vt festum autoritate Apostolica institueret celebrandum: quam supplicationem benigne audiuit, ac dictæ reclusæ Epistolam affectuosam rescripsit, quam propter prolixitatem apponere dissimulaui. Ista reclusa fuit Leodii apud S. Martinum, vt supra.

Clemens quartus, natione Prouincialis, de villa S. Egidii Cardinalis, Episcopus Sabinensis, electus est in Papam Perusii in festo S. Agathæ, Anno Domini MCCLXV. (in quodam Chronico dicitur LXVI.) sedit annis tribus, mensibus nouem, diebus XXI. Iste prius vocabatur Guido Fulcorii, miles, qui vxorem habens & liberos, primo fuit famosus Aduocatus, & S. Regis Ludouici Franciæ Consiliarius: deinde mortua vxore, propter vitam bonam & scientiam laudabilem, primo Podiensis Episcopus, postea Narbonensis Archiepiscopus, tandem efficitur Cardinalis Sabinensis Episcopus. Sed cum postea in Angliam propter pacis reformationem ab Vrbano Papa quarto missus fuisset, interim Vrbano Papa quarto defuncto, absens à Cardinalibus in Papam est electus. Sic vero vigiliis, ieiuniis & orationibus ac aliis bonis intentus fuit operibus, vt multas, quas tunc Ecclesia sustinebat, tribulationes, Deus ipsius meritis crederetur extinxisse. Tandem Clemens Papa vir totius prudentiæ caput, obiit Viterbii, sepultus ibidem in Ecclesia Prædicatorum, & vacauit Sedes duobus annis, mensibus nouem. (Hæc Bernhardus.) Iste Clemens Papa ob petitionem S. Ludouici Regis Franciæ concessit omnibus legentibus toties quoties hanc orationem: [Benedictum sit dulce nomen Domini nostri Iesu Christi, & gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris eius in æternum & vltra, Amen. Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria, Amen.] tres annos indulgentiarum. (Hæc Collector Fasciculi temporum.)

Defuncto egregiæ memoriæ Duce Brabantiæ Henrico tertio, succedit Anno Domini MCCLXI. vacationis Imperii anno XVII. filius eius Henricus, huius nominis quartus, qui non multo post Ioanni fratri suo Ducatum resignauit de consilio Aleydis Ducissæ, & optimatum suorum: eo quod esset inualidus corpore, & animo insufficiens ad Ducatum gubernandum. Iste non multo post habitum religionis in Diuionensi monasterio suscepit, & terrenæ dignitatis honorem in cœlestem commutauit, ideoque nouum numerum inter Duces non facit. *Brabantica.*

Henricus huius nominis secundus, de Vnistraga, Decanus Metensis, Anno Domini MCCLXIII. Pontificatus Vrbani quarti, anno secundo, Treuirorum Archiepiscopus nonagesimus est electus & à Papa Vrbano quarto, (sublatis electionibus à Capitulo in Dominum Arnoldum de Aleyda & Henricum de Nolanda factis) in curia Romana à Cardinalibus sublimatus, & Treuirim veniens, in possessionem immissus: qui ab obsidione Spirensis ciuitatis per auunculum suum ibidem Episcopum facta, reuersus, cum eius exercitus in villa † Tricenacho S. Matthiæ damna intulisset, Episcopus Abbatem cum aliquibus monachis se infestantem cepit, pro quo palliū obtinere longo tempore nō potuit. Tandem per Papā reconciliatis partibus, Episcopus cum pallio reuersus est. Istius tempore sepulchrum Machometi ignoto igne fuit concrematum. Venerabilis interim Henricus omnia totius diœcesis castra, aut de nouo fecit, aut emendauit aut renouauit: Duas etiam Canonicorum Ecclesias *Treuirēsia.* *Crucenache.*

Culburch & monasterium Metensis diœcesis à fundo construxit, & eas largiter ditauit, & plurima homagia, vt in gestis maioribus continetur, comparauit: Post hæc Paralysi & Podagra laborans in carruca ex corio facta, S. Iodoci visitauit limina: Deinde Boloniam ad B. Virginem tendens, viam vniuersæ carnis est ingressus, & Treuirim relatus, in Ecclesia B. Petri ante Altare B. Erasmi, quod ipse construxit, & largissime ditauit, tumulatus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Brabantica. Anno Domini MCCLXI. Mortui Henrici tertii huius nominis inter Duces Brabantiæ, &c. filii, scilicet Henricus, Ioannes & Godefridus adhuc impuberes, & tam parui erant, vt arma ferre nequirent: Vnde Henricus Episcopus Leodiensis, & frater eius Otto Comes Geldriæ, ac Henricus Landtgrauius Thuringiæ, tutelam siue manburniam eorum affectabant. Cum quibus Domina Aleydis Ducissa mater trium puerorum prædictorum ita conuenit, vt à petitis & inceptis destiterint: ipsaque Domina Ducissa cum consensu & consilio communis Patriæ Brabantiæ prædictis tribus filiis suis sub eius cura & tutela permanentibus, per septem annos vel circiter cum Henrico filio suo, qui maior natu erat, eandem patriam Brabantiæ feliciter & laudabiliter gubernarit. Deinde vero Henricus maior natu filius, de consilio matris suæ, & aui materni Hugonis Ducis Burgundiæ, & de consensu maioris partis Ducatus Brabantiæ, renunciauit omni iuri quod ad Ducatum habuit, & donauit cum donatione inter viuos prædicto Ioanni fratri suo secundo genito, qui in eodem fuit institutus per Richardum tanquam Regem Romanorum, facto sibi prius de eodem homagio & fidelitatis debito præstito iuramento: qua ratione Ioannes Dux fuit, & pro Duce in Louanio & aliis oppidis Brabantiæ, in Ducem inthronisatus & receptus cum fidelitate, & obedientia debita & consueta, An. Salutis MCCLXVIII. vacationis Imperii, ann. XXIV. memorato Henrico fratre suo Diuionem in Burgundiam misso, vbi in quodam monasterio monachus, & deinde Abbas factus. Ioannes vero Dux, quantæ probitatis, quamque eximiæ strenuitatis in suo tempore fuerit, testantur eius gesta pro sui magnitudine per vniuersa mundi Climata latissime diuulgata, & in diuersis voluminibus ab Historiographis perpetuæ legentium memoriæ commendata. Item mortuo Walramo (alias Henrico) Duce Lymburgensi, Ioannes ille Dux, primus nominis, emit legitime cõtra Adolphum Comitem Montensem, qui ipsius Lymburgiæ Ducis hæres proximior fuit, omne ius, quod ad Comitem in & ad eundem Ducatum Lymburgicum spectare & pertinere poterat, quoquo modo: sed dum Ioannes Dux ad Ducatus possessionem adipiscendam proficisceretur, Reinaldus Comes Geldriæ se opposuit, allegans, non obstante emptione Ducis, vsumfructum, siue vitæductum dicti Ducatus ad se spectare & pertinere, quam diu vitam duceret in humanis: ea scilicet de causa, quia prædicti quondam Walrami Ducis filiam vnicam Ermengardem nomine habuerat in vxorem: quæ licet frustra diceret & illa ante patrem mortua diu fuisset, nihilominus castra & oppida ipsius Ducatus, quæ iam occupata tenebat, Comes, licet sufficienter submonitus & requisitus Duci restituere recusauit, quod ipse Dux ægre ferens ipsum Comitem, bello postulauit, anno Ducatus sui XXVI. Anno vero Salutis MCCLXXXVI. Orto igitur bello inter dictos Dominos, Reinaldus in auxilium & subsidium acquisiuit Sigfridum Archiepiscopum Colonien sem, Henricum Comitem Lutzelburgensem, & Dominum Walramum de Rupe, & Dominum Walramum de Valckenburg: quod Dux sentiens incunctanter terras ipsorum hostiliter inuadens, incendiis, cædibus & rapinis cuncta depopulando deuastauit. Comes vero Geldriæ viceuersa cum suis confœderatis confinia Ducis cum consimilibus damnis inuadere non formidauit, cumprimisque cepit oppidum Ducis Thiele vocatum & destruxit. Dux autem cepit ad manum suam duas insulas Comitis, scilicet Boemelrewerde, & Thielrewerd: & in insula Boemelrewerde castrum construxit apud Thiele, ex quo Comiti bellum faciebat, quod diu durauit: donec consilio amicorum partis vtriusque datis hinc inde induciis, sub spe ineundæ pacis constitutum tandem fuit, vt de præmissis tractaturi, ad certum diem conuenirent in oppidum Traiectense supra Mosam: quô Dux satisfaciendo tractatui, die condicta venit, sed dum ibi partis aduersæ aduentum exspectat, venerunt certa, vera, & indubitata noua, Comitem Geldriæ &

driæ & confœderatos hærere in Valckenburg, nec vllum inituros tractatum: & suasu Archiepiscopi, Comitem ius suum vendidisse Comiti Lutzenburgensi prædicto. Quod Dux ægre ferens, & sperans Archiepiscopum se in oppido Valckenburg inuenturum, illuc die sequenti cum nobilibus Baronibus, militibus militaribus & aliis fidelibus quos in suo Comitatu habebat, iter direxit, vt Archiepiscopum in Valckenburg obsideret. Sed Archiepiscopus id per exploratores percipiens, fuga dilapsus ad propria rediit, & similiter alii sine mora recesserunt. Archiepiscopum tamen Dux prædictus intrepide insequitur, & per terras inimicorum vsque ad Rheni flumen, vbi propria in persona equum suum lauit, & vltra progrediens, terram ipsius Archiepiscopi per complures dies cædibus, incendiis & rapinis deuastat, & fructiferas arbores, ante oppidum Bonnense quod obsidione premebat, excidi & vites radicitus exstirpari, canesque suos venaticos de Bontfoirt ex Brabantia adduci, causa venandi in syluis dicti Archiepiscopi iubet, ac si illuc non animo bellandi, sed solatii & lætitiæ causa venisset. Quibus sic peractis, Ioannes Dux castrum Valckenburg obsidione cinxit. Et postquam illam tenuerat per nouem septimanas vel circa continuauit, nec tamen expugnauit, Guido Comes Flandriæ, cuius filiam dictus Dux habuit in vxorem, tractauit hoc modo, vt Dominus Walramus Domino de Valckenburg inter cætera promitteret, amplius se contra Ducem, sub pœna quatuor millium marcharum argenti, insurgere non velle, pro quo Dominus Guido Comes Flandriæ fideiussor apud Ducem fuit. Insuper idem Walramus iuxta tenorem tractatus huius sine mora dicto Duci tradidit omnes claues, quas habuit ad Lymburg pertinentes, & sic dicto castro inexpugnato Dux obsidionem soluit: vbi coci ex negligentia ollam æneam in campis dimiserunt, quæ in dictum castrum portata fuit: quam nepos eius Ioannes Dux tertius postmodum recuperauit, dum dictum castrum destruxit, quæ quidem olla siue lebes in castro trium Fontium esse dicitur. Quia vero dictus Walramus Dominus de Valckenburg Duci fidem & pactum non seruauit, sed contra eum ante castrum Worgne insurrexit, ideo prædictam pœnam quatuor millium marcharum commisit: quam dictus Dux postea à Comite Flandrensi tanquam eius fideiussore, & qui dictũ Walramum de dicta pœna indemnem facere promiserat, recuperauit. Cum itaque Dux totam illam terram ferro & igne, vt præmittitur, peruagatus esset, & nemo compareret, qui eius potentiæ atque violentiæ resisteret, eaque de causa cum sua expeditione versus terram Lymburgensem ad eam suo dominatui subiugandam proficisci Dux constituisset, Comites Montensis & Iuliacensis, atque ciues vrbis Colonienſis Ducem deprecabantur, vt castrum Woronch Archiepiscopi Colonienſis, in terra ipsius situm, (in quo nonnulli raptores latitarunt, & ex eo exilientes, repentinis incursibus mercatores, peregrinos & alios viatores in via publica spoliare & deprædari solebant,) obsideret, & viam tutam redderet: Asserentes, securum conductum per eandem viam (das Geleydt) ad eum tanquam Ducem Lymburgensem spectare, Dux iustæ ipsorum petitioni annuens, incunctanter castris in circuitu positis castrum Woronch obsidione cinxit: qua durante obsidione, Sigfridus Archiepiscopus Colonienſis collectis vndique armatorum copiis, Rainaldus Comes Geldriæ cum totis suis viribus, Henricus Comes Lutzenburgensis, & Walramus eius frater cum aliis duobus fratribus & multitudine armatorum copiosa, Adolphus Comes de Nassaw, postea Rex Romanorum, cum valido Teutonicorum exercitu, Walramus de Valckenburg, Dominus & Comes de Moerse cum potestate magna in viciniã prope Woring, animo dictum Ducem Ioannem debellandi venerunt: certi eum cum suis vel occidere vel ad minimum capere: cum decem viros contra vnum habere viderentur. Ioannes vero intrepidus ex castris egrediens in campum, commilitones & fideles suos animose exhortatur, dicens, se iustam causam bellandi habere, eoque nihil de victoria dubitantem, cum hostibus fortunæ vires velle experiri: cum non in multitudine, sed potius à Deo veniat salus & victoria. Huiuscemodi exhortationibus factis, & tribus ordinatis cohortibus, omnes vnâ cum illo vnanimi voluntate, tanquam si leones famelici, quos fames stimulat ad stabula armentorum cursitant, ita in hostes irruunt: clamor in cœlum attollitur: pugna summa virtute conseritur. Maxi-

ma multitudo Teutonicorum ab insolentiis non desistentium, & plus prædæ, quam pugnæ intendentium ad spoliandum castra Ducis se conuertunt. Dux cum suis non curans de castris, confertissimam hostium aciem irrumpunt: & velut vberrimæ segetes procella tempestatis desæuiente prosternuntur, ita ferro cædit, sternitque aciem suprædictam: vt nunquam vel raro ante illa tempora in regno Germaniæ in vllo prælio tantum sanguinis nobilium virorum sit effusum. In eo enim bello interierunt Henricus Comes Lutzelburgensis, Dominus Walramus eius frater, & duo alii fratres, & plus quam mille, tam milites quam militares, excepta innumerabili equitum turma, qui bellicosos Brabigenarum insultus ferre non valentes, dum latibulum fugæ quærunt, lutosam paludem loco conflictus contiguam intrant, & dum terram firmam esse paludem putant, cum equis & armis suffocantur. De parte verò Ducis vltra quadraginta homines non ceciderunt, & inter eos Dominus Walterus Berthout, & Dominus Arnoldus de Zeelem. Archiepiscopus interim, & Comites Geldriæ, de Nassaw & Moerse, & Dominus de Valckenburg cum multis aliis nobilibus capti fuerunt, & Dux potitus victoria, triumphum reportauit. Durauit bellum, quod equestre fuit, ab hora tertia vsque post horam nonam. Et fuit commissum die Bonifacii, Mensis Iunii die quinta, Anno Domini MCCLXXXVIII. Anno Ducatus Ioannis Ducis XXVIII. inclusis simul annis, quibus mater vna cum fratre Henrico gubernauerat Ducatum. Finito bello Dux castrum Woronch dirui, & captos in eodem decollari iussit.

Anno quarto post bellum de Woronch, videlicet Anno Domini MCCXCII. Anno Ducatus eiusdem Ioannis XXXII. inter Henricum Lutzelburgensem Comitem, filium Henrici in bello Woronch occisi, & Ducem Ioannem pax reformatur, Henricus enim Margaretam filiam Ioannis Ducis ducit vxorem, dispensante cum eis Nicolao Papa quarto, super matrimonio contrahendo: eò quod tertio consanguinitatis gradu sibi inuicem iungerentur. (Hæc ex gestis eorundem Ducum.) Iste nobilis Ioannes Dux erat vir fortis & prudens, largus, benignus & audax, qui omnes, quotquot se ei applicabant, diuites faciebat: & audiens de imminenti bello aliquo, cui eum interesse decebat, lætabatur toto corde, & erat magnanimus tanquam Leo, vnde in vniuerso mundo propter suam probitatem nominatus erat, & ab omnibus timebatur. Erat namque ferus aspectu cum irascebatur: sed in eius animo non habebat locum diuturna turbatio: nec promisit vnquam quicquam, quod non seruaret: summatim, gestus & opera eius ac mores prodebant, esse Caroli Magni inclytam prolem. Inter cætera ita liberam reddidit patriam, vt mercatores de longe venientes, eam libere intrarent, ac vice versa sui sine alicuius contradictione alienas terras perambularent: qui quocumque locorum veniebant, ob reuerentiam Ducis sui honorem magnum recipiebant. Addidit ad titulum patrum suorum Lymburgensis Ducatus titulum: Captus enim in bello Woronchico, Raynaldus Geldrensium Comes, non prius à vinculis captiuitatis liberari potuit, quam in manus Ducis id iuris, quod eatenus in Lymburgensem Ducatum sibi vendicauerat, absque quacunque repetitione in posterum facienda, promissoque super hoc iuramento firmissimaque stipulatione præhabita resignauit: qua sic concluſa pace libertati, Comes restituitur.

Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, Ducatus Ioannis anno vigesimo septimo, vel connumeratis annis fratris sui Henrici XXXIV. Comes Burri filiam primogenitam Eduardi Regis Anglorum accepit in coniugio sibi matrimonialiter copulatã: vbi cũ pro iucundo tam nobilis Comitissæ aduentu in curia Comitis festum celeberrimum ageretur, Ioannes Dux Brabantiæ à præfato Comite rogatus, cum magno militum comitatu ibidem adfuit, qui totum festum speciali prærogatiua suæ probitatis & innouauit & corporali sui præsentia, mirifice cohonestauit. Sed nobilissimus Princeps, cum eo die, quæ fuit dies inuentionis sanctæ Crucis, ab omnibus optaretur, vt suæ militiæ probitatem armorum exercitio præsentibus ostentaret, annuit votis optantium & circa horam vesperarum armis accinctus, vnum ex præsentibus præcipuæ probitatis militem ad singularem concursum elegit, cui scilicet eques occurreret, & ambo sese lanceārum incursionibus per

bus per deputatas ad hoc vices exercerent: qui armorum non lusus, sed abusus, quam pernicios us sit, quamque noxius ibi fuerit, rei exitus comprobauit. Nam cum fortissimi ambo milites, tertio cum hastis acuminatis concurrerent, ad terram vterque prosternitur, & Dux in brachio læthali vulnere sauciatur: vnde cum suorum omniq́ue tum astantium mœrore maximo, ad hospitium deportatur qui paulo ante flos militiæ, decus orbis, & mundi lætitia dicebatur. Adueſperante vero die cum ægritudinis languor inualescceret, in confessione veræ fidei sanctæq́ue & indiuiduæ Trinitatis vere pœnitens & confessus, circumstantes alloquens, eisq́ue virtute quanta potuit, valedicens, in latus alterum super vulneratum brachium se reclinauit sicq́ue mortem subiit & spiritum Domino commendauit: cuius corpus fuit transportatum Bruxellam, & Ecclesiasticæ sepulturæ traditum in Ecclesia fratrum Minorum ibidem. Iste Dux Ioannes fuerat in LXX. torneamentis in remotis partibus, puta in Francia, in Anglia, in Germania, &c. (Hæc ex historia noua.)

Item Clemente Papa Viterbii defuncto, propter discordiam Patrum, qui de successore non conueniebant, biennio vacauit Sedes. (Hæc Florentinus.) Bernhardus dicit annis duobus, mensibus nouem.

Gregorius huius nominis decimus, natione Lombardus, de Placentia ciuitate, fuit electus in Papam post vacationem Sedis duorum annorum, & nouem mensium, prima die Septembris, Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, (alii dicunt septuagesimo tertio) sed primum tenendum proculdubio tanquam verum: sedit autem à die qua Papatum accepit, annis quatuor, diebus decem: à die vero creationis suæ vsque in diem sui transitus de hoc mundo fuerunt anni quatuor: vacauit Sedes diebus vndecim. Vocabatur prius Theobaldus, eratq́ue Archidiaconus Leodiensis, qui causa deuotionis vltra mare cum Domino Eduardo Regis Angliæ primogenito profectus, cum ibi esset, à Cardinalibus in Papam est electus in Palatio Viterbii prima die Septembris, in festo sancti Egidii, missisq́ue ad eum nuntiis vltra mare recedens, inde mense Nouembri & Ianuario nauigando applicuit Brundusium, veniensq́ue per Regnum Siciliæ, Rege Carolo comitante, per Capuam peruenit Viterbium: vbi quarto Idus Februarii accepto Papatu, Gregorius decimus est appellatus, & inde Romam vadens sexto Calendas Aprilis est coronatus, de quo sequentes versus composuit Dominus Ioannes Parmensis Episcopus: Romana.

Papatus munus tulit Archidiaconus vnus,
Quem patrem patrum fecit discordia fratrum.

Iste Dominus Ioannes Cardinalis, tempore quo Cardinales inclusi pro Electione summi Pontificis tenebantur, dicebat ludendo cæteris Cardinalibus, (discooperiamus hanc domum, quia Spiritus sanctus non potest ad nos per tot opercula pertransire.) Fecit ordinationem quinque Episcoporum Cardinalium plurimum laudabilem, quia honestas & valentes tantum personas assumpsit, inter quas fuit frater Petrus Tarantasia, de ordine Prædicatorum, Magister in Theologia, tunc Archiepiscopus Lugdunensis: Alter vero frater Bonauentura, minister generalis fratrum Minorum in Theologia.

Anno Domini MCCLXXIV. in mẽse Maio, Gregorius, Papatus sui anno tertio, apud Lugdnunum generale Concilium conuocauit, in quo multa bona constituit in subsidium terræ sanctæ, quam ipse intendebat personaliter visitare, & pro electione summi Pontificis, & pro totius Ecclesiæ vniuersalis statu: In quo Concilio Græcorum & Tartarorum solennes nuntii interfuerunt, & Græci ad vnionem Ecclesiæ redire promiserunt, in cuius signum Spiritum sanctum confessi sunt à Patre & Filio procedere, Symbolumq́ue fidei in Concilio Græca lingua solemniter decantarunt. Nuntii vero Tartarorum in Concilio baptisati, ad propria redierunt. Numerus Prælatorum qui interfuerunt Concilio, erat, D Episcopi, mitrati Abbates LXX. & Prælati alii circiter mille. Interfuit & Iacobus Rex Arragonũ. Ad prædictum Conciliũ vocatus fuerat Fr. Thomas de Aquino ordinis Prædicatorũ, Doctor insignis & famosus, qui cũ veniſſet de Neapoli, apud Ortauum in Cãpania ægrotare cœpit, declinauitq́; in Fossam nouã Cistercienſis Monasterii ordinis, vbi cõsanguinei sui erant Patroni:

ibique cum multa deuotione migrauit ad Dominum, Nonis Martii, Anno Domini MCCLXXIII. ætatis suæ quinquagesimo tunc currente anno: qui cum morti appropinquaret, primo Symbolum fidei est confessus, dehinc doctrinam suam exposuit in manum Ecclesiæ. Et in his verbis, susceptis post susceptа prius deuote Ecclesiastica Sacramenta, transiit ex hac luce: & fertur ibidem miraculis claruisse. Idem Gregorius Papa à Lugduno perrexit Belicadrum, vbi ad eum venit Alphonsus Rex Hispaniæ, qui sicut cum Richardo Comite Cornubiæ dum vixit, contenderat, sic & cum Rudolpho Habspurgico de Imperio contendebat, sed ad instantiam Gregorii Papæ omni iuri, si quod sibi competebat in Imperio, per literas suas cessit. Gregorius vero Papa Viennam rediens, magnam consecrationem Prælatorum fecit, inde profectus Lusannam, vbi dictus Rex Rudolphus cum Regina vxore sua filiisque & filiabus suis veniens, iuramentum solitum eidem Papæ fecit, & Romaniolam cum Exarchatu Rauēnæ, Ecclesiæ Romanæ restituit. Tempore huius Gregorii Papæ, Rex Allemanniæ & Romanorum Rudolphus & Rex Franciæ Philippus, cum multis Baronibus cum cruce signati sunt pro subsidio terræ sanctæ, petēte Papa, qui cum eisdem inuisere terram sanctam, & ibi vitam finire decreuerat. Erat Papa ille vir magnæ experientiæ, nec intendebat pecuniarum lucris, sed pauperum eleemosynis. Cum vero in Italiam rediens, ad Aretium ciuitatem Tusciæ peruenisset, infirmatus, ibidem obiit quarto Idus Ianuarii: vbi multis fertur miraculis claruisse. (Hæc Bernhardus.) Volebat Gregorius noster, multitudines ordinum refrenare & constituere, ne plures essent quam duo ordines, non mendicantium videlicet nigrorum monachorum & Cisterciensem: tamen ex Templariis & Hospitalariis tertium ordinem additurus. Instituit, vt quoties pronuntiaretur nomen Domini nostri Iesu Christi & beatæ Mariæ matris eius, omnes fideles flecterent genua corpore & mente. (Hæc ex Chronicis.)

Colonienſia. Venerabilis Engelbertus maioris Ecclesiæ Præpositus, de Domo nobilium de Valckenburg oriundus, in quinquagesimum secundum Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopum est electus, anno eodem, quo Gregorius decimus ad Pontificium Romanum fuit assumptus: vacationis vero Imperii anno vltimo, præfuit annis nouem: qui post longam Imperii vacationem Rudolphum ad Imperium per Principes electum Aquisgrani vnxit in Regem & coronauit, anno Pontificatus sui secundo. Erat vir bonus, sed in actibus suis, vt contingere solet, minus prosperatus: cum ad reprimendas Ecclesiæ iniurias contra aduersarios sæpius copiosas exercituum acies produxisset, sed semper fortuna sibi contraria, inferior abiret. Nam per Wilhelmum Comitem Iuliacensem in loco, qui ad syluam S. Mariæ dicitur, inter Tulpetū & Lechenich, commisso bello, cum multis de suis capitur, & in castro Nydecke per tres annos cum dimidio in custodia detinetur, quod idem de Domino Conrado antecessore suo in præmissis notatum fuit. Restitutus ex captiuitate Comitis, quodā tempore cum in aula Episcopali sua Coloniæ, cum ministris & vasallis suis ad iura reddenda ex more pro tribunali sedisset, & ciues Colonienſes suscitato tumultu in eum irruerent, rursus capitur, & in quodam domo occultatus per aliquot dies tenetur: propter quam in pium Pontificem iniuriam ciuitas Colonienſis per sex annos & vltra, Ecclesiastico per Papam fuit suppositа interdicto. Calamitas autem Episcopo inde contigit, quia contra consiliū supradicti Domini Conradi antecessoris sui egerat inconsulte. Dū enim adhuc superuiueret idē Conradus Archiepiscopus, & propter frequentes ciuium Colonienſium rebelliones, postquam eos ad deditionem coegerat, complures ex ipsis ciuibus meliores & potentiores receperat obsides, & in castris suis extra ciuitatem in obstagio personali tenebat: tandem circa finem vitæ cum mortem sentiret, vocauit ad se dictum Dominum Engelbertum tunc Præpositum Colonienſem, & prænuntians futurum eum post se Archiepiscopum, mandauit, vt omnino caueret, ne propter aliqua pacta vel pecunias dictos obsides dimitteret. Verum Engelbertus consilio illo sano vsus non fuit. Post mortem enim Domini Conradi, dictos obsides restituit, & inde miseriā eiusmodi merito passus fuit. Domino vero Engelberto à captiuitate Colonienſi liberato, consanguinei eius, propter iniuriā ciuium exacerbati, videlicet frater Archiepiscopi Dominus de

Valcken-

Valckenburg, Dux quoq; Lymburgicus, Comes de Cliuis, & nobilis de Hynsberch, Anno Domini MCCLXVIII. forti armatorum manu contracta, ciuitatem Coloniensem per quandam domum muro ciuitatis adhærentem, amplo aditu per murum ciuitatis per aliquos ciues corruptos fraude siue pecuniis patefacto, in cuiusdam noctis intempestæ silentio subintrarunt: Sed ciues eo prægnito, ad arma conclamantes, dictos nobiles armata vi repulerunt: vbi dictus Dominus de Valckenburg frater Archiepiscopi primo congressu occiditur: Dux Lymburgensis capitur: plurimi alii occiduntur: alii fuga dilabuntur. Tandem igitur per multas clades perpessas Dominus Engelbertus obdormiuit in Domino, sepultus in Ecclesia Bonnensi, quia ciuitas Coloniensis propter causas supradictas Ecclesiastico subiacebat interdicto, &c.

Hispania.

Item Anno Dom. MCCXCV. surrexerunt in Regno Hispaniæ duo Iudæi, qui Prophetæ dicebantur, quorum vnus erat in ciuitate Ambulensi, & alter in villa quæ dicitur Ayllon: qui quidem duo tanta magnalia loquebantur & quoq; futura prædicebant, & occulta reuelabant, & secundum morem eorum honeste viuebant, vt ab omnibus Iudæis illius regionis reputarentur sancti Prophetæ; eorumq; fama in regna circumuicina perferretur. Dederunt vero securitatem omnibus Iudæis, & assignauerunt terminum eorũ redemptionis in diem certam, quæ fuit vltima dies quarti mensis supradicti anni, in qua die prædixerunt Iudęos habituros miraculosum signũ à Deo suæ redemptionis: propter quam magnam fàmam, magnus timor Iudæos inuasit, quia maior pars eorum credebat hæc sine dubitatione: & ideo sanctificauerunt se & præparauerunt, fecerunt q; pœnitentiam in ieiuniis multis cum satisfactionibus & eleemosynis quasi ad Deum reuersi, & orantes, vt prædictum signum suæ salutis ostenderet. Cum autem venisset annus ille, mensis & dies assignata, valde mane surrexerunt, venientes ad synagogas suas ad orandum, induti sindone alba linea seu serica; prout moris est apud eos fieri in die expiationis, seu in die decima Mensis septimi: & tunc altissimo Deo cooperante, qui nullum tempus sine bonitatis suæ testimonio relinquit, in sindonibus supradictis apparuerunt signa crucis in omnibus, & vbicunque erant: etiam in illis sindonibus quæ seruabantur in eorum arcis. Quo signo viso, multi eorum erant turbati, quorum quidam dicebant factum esse diabolica arte: alii vero dubitabant, non audentes loqui, nec aliquid indicare. Alii vero crediderunt hoc signum fuisse veri Christi crucifixi. Sed hi fuerunt pauci. (Hæc Alphonsus libro tertio Fortalitii fidei.

Imperialia.

Rudolphus Comes de Habspurg probus, in armis strenuus & prudens post lõgam Imperii vacationẽ circa partes Basileæ fuit electus in Regẽ Allemanniæ & Romanorum, An. Dom. MCCLXXIII. (in multis Chronicis habetur LXXIV.) Mundi vero MMMMMMCCCCLXXI. quam electionem Gregorius Papa decimus approbauit in fauorẽ terræ sanctæ, ad quam plurimũ anhelabat & intendebat illuc personaliter proficisci: vt & ad petitionem dicti Papæ Rudolphus crucem suscepit transmarinam. Regnauit apud Teutones annis XVIII. (alibi habetur XIX.) benedictionẽ tamen ac coronationem non habuit. (Hæc ex Chronicis.) Item anno regni sui quinto Rudolphus Imperator, Bohemiæ Regem atroci prælio superatum capit: sed in regnum restituit, & filiam suam filio in vxorem dedit. Tandem Rudolphus Imperator Romanorum obiit, & apud Spiram ciuitatem est sepultus: quo defuncto vacauit Imperium anno vno, propter Electorum discordiam, quia quatuor Electores elegerunt Adolphum Comitem de Nassaw. Sed Sigfridus Coloniensis & Gerhardus Moguntinensis procurauerunt vt haberet aduersarium: quô elegerunt Albertum Ducem Austriæ, filium dicti Rudolphi Regis Romanorum. Sed Adolphus obtinuit. (Hoc magister Emundus.)

Leodiensia.

Post priuationem Henrici Geldrienſis, Ioannes de Angyns vel Anginiis, huius nominis secundus inter Episcopos Leodienses, tertius vero ab initio, XLI. Episcopus Leodiensis subrogatur in Concilio Lugdunensi, per Gregorium Papam decimum, Anno Domini MCCLXXIV. Pontificatus Gregorii, anno III. præfuit annis VIII. Erat vero nepos Regis Franciæ, Doctor sacræ Theologiæ, & olim Abbas Stabulensis in Ardenna. Item eodem anno Grisellus cantor S. Lamberti, in curte sua de Matta in Avroto ædificauit prioratum Wilhelmitarum.

Item anno sequenti renouata & confirmata fuit à Rudolpho Rege Allemanniæ libertas Cleri & Ecclesiarum Leodiensium, quæ prius eidem Clero ab Henrico Romanorum Imperatore quinto concessa erat.

Item anno sequenti, scilicet MCCLXXVI. tres fratres castri Belli fortis, multa mala Episcopatui Leodiensi pro sola vacca, per Balliuum Condrosii spoliata intulerunt: quorum primi duo Dominium suum à Comite Namurcensi, & tertius à Duce Brabantiæ releuauerunt. Quapropter Comes Namurci & Flandriæ, cum Duce Brabantiæ terram Episcopi Leodiensis intrauit, & multas villas igne & ferro deleuit. Similiter & Dux Lutzenburgensis ex alia parte intrans, † Rennatum cepit, & oppidanos, qui in Ecclesiam B. Mariæ fugerant, simul cum Ecclesia & toto oppido igne cõbussit: quo eodem modo combusta atque vastata est Meffia à Brabantinis, qui in auxilium dicti Comitis Flandriæ venerant. Sed tres illi filii diffidentiæ, iura B. Lamberti vsurpare intendentes, omnino non euaserunt impuniti. Nam Dux Lutzenburgensis postea in curia Regis Allemanniæ decollatus: Dux Brabantiæ ictu lanceæ interfectus: Et Comes Flandriæ in captiuitate Regis Franciæ detentus est.

Cennatum vel Cennarum.

Anno Domini MCCLXXX. pons lapideus Traiecti extrui cœpit & quarto anno post Hoy. Cum vero Henricus Geldrienſis pridem Episcopus Leodiensis, nunc depositus per Legatos à Ioanne prædicto Episcopo Leodiensi magnam summam pecuniæ pro quibusdam damnis, quæ vt dicebat, pro patria sustinuerat, repetisset & dies assignata fuisset ad tractandum apud Huardiam de præmissis, venit eô Episcopus Ioannes, tanquam vir humilis & mansuetus ac pius sine felle, nil mali suspicatus, inermis & cum exiguo Comitatu: Verum dormiens, à prædicto Henrico & Arnoldo Comite Lossensi capitur, & à quatuor militibus vinctus deducitur: qui cum male tractaretur & pinguis esset, quasi mortuus & suffocatus in semitam proiicitur secus abbatiam de † Heylasmo, vbi diluculo sequentis die à quadã muliere dictus Episcopus adhuc palpitans, parua tunica stricta, & breui reperitur indutus, in cuius gremio expirauit ibidem. Corpus igitur Leodium translatum, in Capella B. Mariæ primitus sepelitur: sed postmodum cum Adolpho Episcopo de Waldechen in Ecclesiam Leodiensem deportatur: qui sedit in Episcopatu septem annis. Proh dolor, vir innocens, iustus & pius sine causa occisus: nec tale nefas non ei, sed verius Ecclesiæ & patriæ Leodiensi vnquam fuit vindicatum, & adhuc remansit inultum. (Hæc ex Chronicis.) Item in quodam alio Chronico sic scribitur: Tandem istum venerabilem Ioannem Episcopum ad partes suas tendentem anteceſſor suus Episcopatu priuatus, vt fertur, cepit, qui cum pugnis esset cæsus & duriter duceretur, ante portam Monasterii è Helechines de equo cecidit & ibi spiritum exhalauit. Sepultus ante Altare maioris Ecclesiæ Leodiensis.

Heylasins, vel Heylechines.

Romana.

Innocentius quintus, natione Burgundus, de Tharantasia Sabaudiæ, fuit electus in Papam apud Aretium Tusciæ ciuitatem in festo S. Agnetis, Anno Domini MCCLXXVI. seditque in Papatu mensibus quinque, diebus duobus, vacauitque Sedes diebus XVIII. Iste prius vocabatur frater Petrus de Tharantasia, qui à pueritia sua in ordine fratrum Prædicatorum optime conuersatus, Doctor & Magister Parisiis in sacra Theologia efficitur, & inde prior Prouincialis fratrum Prædicatorum Franciæ: Deinde in Archiepiscopum Lugdunensem assumitur, & de Archiepiscopatu eodem anno in Cardinalem Episcopum Hostiensem: Tandem in summum Pontificem est leuatus in Aretio ciuitate. Veniens autem inde Romam, coronam recepit in S. Petro, & inde recessit in Lateranum. Præfecit Episcopum Ecclesiæ Albiensi, venerabilem virum, Dominum Bernhardum de Castanneto, de monte Pessulano, tunc sacri Palatii auditorem, Nonis Martii, Pontificatus sui anno primo: Iste licet multa facere proposuisset, tamen morte præuentus non potuit adimplere, & (prô dolor) mox in suo ortu exaruit flos decorus: cito namque Deus sustulit eum. Obiit autem Romæ, sepultus in Ecclesia Lateranensi XXII. die Mensis Iunii. (Hæc Bernhardus Guidonis, vbi supra.)

Adrianus quintus, natione Ianuensis, fuit electus in Papam Romæ in palatio Lateranensi, in mense Iunio, Anno Domini MCCLXXVI. Seditque à die creationis suæ, vsque ad diem obitus, mense vno, diebus nouem: vacauitque sedes diebus viginti

ginti octo. Iste primo dictus est Otto bonus, nepos Innocentii Papæ quarti, à quo fuerat promotus in Diaconum Cardinalem S. Adriani. Fuit à Domino Clemente Papa quarto, missus Legatus in Angliam pro sedando bello quod inter Regem & Barones fuerat exortum. Deinde Papa factus, constitutionem, quam Gregorius decimus in Concilio Lugdunensi de restrictione Cardinalium propter Electionem summi Pontificis accelerandam ediderat, mox suspendit, proponens eam aliter ordinare: Sed morte præuentus sic suspensam reliquit. Tandem Roma Viterbium veniens, quadraginta diebus à sua creatione nondum expletis, nondumque promotus in Sacerdotem, nec coronatus, nec consecratus, Viterbii moritur XVIII. die Augusti mensis, & in Ecclesia fratrum Minorum sepelitur. (Hæc Bernardus, vbi supra.)

Ioannes XXI. natione Hispanus, Portugalensis, electus fuit in Papam, decima die introitus mensis Septembris, in Viterbio, Anno Domini MCCLXXVI. Seditque mensibus octo, diebus octo. (In quodam Chronico scribitur mensibus nouem,) vacauitque Sedes mensibus circiter sex: Vocabatur prius Magister Iulianus, fuitque Cardinalis Episcopus Tusculanus. Misit Papa factus, legatos ad Michaelem Palæologũ Græcorum Imperatorem, quæsitum, an obedire mandatis Ecclesiæ Romanæ cum gente sua velit: fueruntque missi duo Episcopi, & cum eis frater Saluus de Barga, qui optime sunt recepti, & obtulit se Imperator ad omnia paratum, quæ nũtii eius in Concilio Lugdunensi promiserunt obseruanda. Ioannes ille Papa in diuersis scientiis famosus, primo Tusculanus Episcopus, deinde Romanus Pontifex, scientiarum florem, & Pontificalem dignitatem morum quadam stoliditate deformabat, adeo vt carere naturali industria videretur: sed tamẽ in eo plurimum laudabilis fuit, quod se tam pauperibus quam diuitibus comem exhibens, multos egẽtes literarum studium & scientiam amplectentes, fouit & beneficiis Ecclesiasticis promouit. Sed cum sibi spatium in plures annos extendi crederet, & hoc etiam coram aliis assereret, subitò cum Camera noua, quam pro se Viterbii fieri fecerat, solus corruit, & inter ligna & lapides collisus, sexto die post occasum Sacramentis omnibus Ecclesiasticis perceptis, exspirauit, mense Maio, sepultus est Viterbii in Ecclesia cathedrali S. Laurentii. (Hæc Bernardus.) Hucusque Chronicon Martini Poloni de Romanis Pontificibus & Imperatoribus protenditur & finitur: qui Martinus Polonus, Episcopus & Pœnitentiarius Papæ scripsit Chronicum de summis Pontificibus & Imperatoribus. Item fecit summam de iure. (Hæc ex tractatu de illustribus viris ordinis Prædicatorum.)

Nicolaus tertius, natione Romanus, de domo Vrsinorum, electus fuit in Papam Viterbii, in festo S. Catharinæ, fuitque Romæ in Basilica S. Petri coronatus in die Dominica, Anno Domini MCCLXXVII. Sedit annis duobus, mensibus nouem. Vacauit Sedes mensibus sex. (Hæc Bernardus.) Martinus dicit cœpisse anno Salutis, MCCLXXIIX. sedisse annis tribus, mensibus IX. diebus XV. Et deinde vacasse Sedem mensibus quinque. Iste prius vocabatur Ioannes Gaytanus, eratque Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano. Fecit primo anno Pontificatus sui vnam ordinationem nouem Cardinalium: inter quos fuerunt frater Robertus Anglus, ordinis Prædicatorũ, Magister in Theologia, Archiepiscopus Cantuarienſis, quem esse voluit Episcopum Portuensem: & frater Latinus eiusdẽ ordinis, quem fecit Episcopum Hostiensem: sed de ordine fratrum Minorum fuerunt frater Hieronymus minister generalis, & frater Betenenga, quia mortuus erat frater Bonauentura. Iste Papa ex prudenti sollicitudine nouit obtinere potentes literas Rudolphi Regis Romanorum, ac omnium Principum Almanniæ super restitutione & confirmatione factas Ecclesiæ Romanæ de Romaniola, & de Exarchatu Rauennæ. Regulam quoque fratrum Minorum declarauit. (Hæc Bernardus.) Sequitur Gobelinus: Iste de ordine fratrũ Minorum, statuit, vt fratres Minores in bonis mobilibus & immobilibus, quibuscunque ipsis collatis, seu per ipsos acquisitis haberent tantum vsumfructum, sed vt dominium rerum illarũ ad ecclesiam Romanam spectaret, sub quo fuco voluit ditare fratres ipsos, non obstante ordinatione regulæ eorũ, qua de causa voluit, vt procuratores fratrum hæc bona acquirentes, vendentes, commutantes, defendentes, seu de eis quomodolibet de licentia ministrorum prouincialium dispensantes, hæc

omnia ageret nomine Romanæ Eccleſiæ: vt tamen nullus inde fructus Romanæ Eccleſiæ, ſed ſolum ipſis fratribus quoquo modo accreſceret, & Eccleſia Romana in ipſis bonis nomen ſine re haberet. Sed Ioannes Papa x x. hæc omnia reuocauit. (Hæc Gobelinus.)

Item Anno gratiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti MCCLXXIX. menſe Decembri, Carolus Princeps filius Caroli Regis Siciliæ, Comes prouinciæ, poſtea vero Rex Siciliæ, corpus S. Mariæ Magdalenæ perquiſiuit tam ſollicite quam deuote in ſancto illo oratorio, in quo S. Maximinus vnus ex ſeptuaginta diſcipulis Domini Ieſu Chriſti, venerandus Protopræſul Aquenſis, olim tradiderat ſepulturæ, ſicut in antiquis & authenticis geſtis vtriusque latius continetur, in villa, quæ ab ipſo denominata Pontifice, nunc ſanctus dicitur Maximinus, apertisque omnibus tumulis qui erant in vtroque latere hinc & inde, nec non effoſſa humo, quæ erat in medio ſolo in oratorio memorato, inuentum eſt corpus ſanctiſſimæ Magdalenæ, non quidem in tumulo de Alabaſtro, in quo primo conditum fuerat, qui adhuc ibi cernitur cum hiſtoriis & ſculpturis, ſed in alio tumulo marmoreo, ibidem è regione ad dextram introeuntibus collocato, cum ingenti odoris fragrantia, tanquam ſi aperta fuiſſet ſuauium aromatum apotheca, ſequentibus ſignis & multis miraculis glorioſis. In eodem quoque tumulo iuxta corpus ſacrum, ad aſſertionem & teſtimonium perſpicuæ veritatis, cartellus quidam vetuſtiſſimus concluſus in ligno quodam pro conſeruatione à putrefactione repertus fuit, continens hanc ſcripturam: [Anno natiuitatis Domini DCCCXCVI. menſe Decembri, in nocte ſecretiſſima, regnante Ottone piiſſimo Rege Francorum, tempore infeſtationis gentis perfidæ Sarracenorum, translatum fuit hoc corpus cariſſimæ ac venerandæ Mariæ Magdalenæ de ſepulchro ſuo Alabaſtrino, in hoc marmoreum ex metu dictæ gentis perfidæ, & quia ſecurius eſt hoc, amoto corpore Sedemii.] Iſtum cartellum vetuſtiſſimum legi ego qui hæc ſcribo, & vidi ibidem in ſacrario reſeruari in teſtimonium veritatis. Memoratus autem Princeps & Comes Carolus, poſtmodum Rex Siciliæ, præmiſſis omnibus, perſcrutatis diligentius & inuentis, conuocatisque poſtmodum & præſentibus Narbonenſi, Arelatenſi & Aquenſi Archiepiſcopis, & pluribus aliis Epiſcopis & Abbatibus religioſis ac nobilibus ſuis, cum clero ac populo congregatis, die ad hæc ſtatuta, videlicet tertio nonas Maii, anno Domini MCCLXXX. leuauit inde ſacrum corpus B. Mariæ Magdalenæ & in capſa pretioſa, & auro & argento, & lapidibus pretioſis, primitus præparata digno cum honore locauit. Caput vero ipſius poſtmodum in concha pretioſiſſima ex auro puro & lapidibus pretioſis, miro ac decoro artificio fabrefactam incluſit: vbi deuote corpus & caput reſeruatur, & miraculis euidentibus declaratur. Tunc & reperta fuit per eundem Carolum cum prælatis in tumulo memorato, ſcriptura alia vetuſtiſſima in quodam cartello, cera exterius vndique cooperta, quæ præ vetuſtate vix legi potuit, quæ talis erat: [Hic requieſcit corpus Mariæ Magdalenæ.] Liquet igitur ex præmiſſis, ſine contentione & æmulatione ac inuidia iudicãdo, quod id, quod ſcribitur in multis locis & Chronicis, corpus nimirum ſacrum B. Mariæ Magdalenæ, à Gerhardo Comite Burgundiæ apud Vizeliacum à ſe conſtructum, fuiſſe translatum temporibus Conſtantini quinti Imperatoris filii, Leonis tertii ac Zachariæ Papæ ſub anno Domini DCCXLV. (ſi fides debita debeat præſcriptis adhiberi,) non poſſit veraciter accipi de corpore Magdalenæ, ſed de aliquo alio corpore, vel de aliqua forſitan eius parte. Celebrata vero fuit prædicta reuelatio, repertio & translatio ſacroſancti corporis Mariæ Magdalenæ in villa ſancti Maximini Aquenſis diœceſis, tertio Nonas Maii, anno prætaxato MCCLXXX. Pontificatus Nicolai Papæ tertii, tertio & vltimo anno: Eodemque die ibidem ſtatuto futuris temporibus celebranda: quo in loco poſtmodum, tempore ſuccedente, memoratus Carolus Rex Siciliæ iam effectus, conuentum fratrum prædicatorum poni & inſtitui procurauit, translatis inde moncchis S. Victoris Maſſilienſis per Bonifacium Papam octauum, anno Domini MCCXCV. vbi Eccleſiam Mariæ Magdalenæ & multorum aliorum Sanctorum in dicto oratorio requieſcentium, ſcilicet S. Maximini & Sedemii cæci nati & à Chriſto illuminati, & Marcellæ ancillæ S. Marthæ, quæ dixit Chriſto Domino: [Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.]

idem

idem Rex pulchram & magnam fieri iussit sumptibus regiis, locumque dotauit, tam in libris, quam in iocalibus ac pretiosissimis ornamentis ad Dei cultum celebrãdum, iuxta magnificentiã regalem. Item An. Dom. MCCLXXX. infra Octauas S. Martini, frater Albertus de ordine Prædicatorum Teutonicus de Sueuia oriundus, magnus Philosophus, in cõuentu Colonienſi in Camera sua in cathedra residens, corã positis fratribus & orantibus, in Domino obdormiuit. Item eodem anno Nicolaus Papa tertius in castro Suriano prope Viterbium existens, subito factus apoplecticus, sine loquela moritur, in Octaua assumptionis B. Mariæ virginis, cum tamen secundum habitudinem bonæ & temperatæ complexionis ac modum viuendi, quem habebat, diutius viuere potuisse, merito crederetur. Fuit autem sepultus in capella sancti Nicolai, in Basilica S. Petri, die Dominica tunc sequenti. (Hæc Bernardus vbi supra.)

Item anno Pontificatus Nicolai tertii, primo, Rudolphi vero Regis Romanorum quinto, quarta die Ianuarii, obiit Otto huius nominis quartus Comes Geldriæ, & primus Dominus Nouiomagensis inter Geldriæ Principes, sepultus in Monasterio Vallis Comitis per eum fundata, prope Goch, Anno Domini MCCLXX. cui fuerant successiue duæ contorales, scilicet Margaretha filia Theodorici Comitis Cliuensis, & Philippa sancti Pauli Comitis filia in eodem monasterio sepultæ. Iste Otto Comes accepit in feudum à Wilhelmo Hollandiæ Romanorum Rege suo consanguineo, castrum & oppidum Nouiomagense cum omni dominio & attinentiis suis, pro XXI. millibus marcharum puri & legalis argenti: quod postmodum etiam Rudolphus Romanorum Rex confirmauit. Isti Ottoni successit Reynaldus filius eius huius nominis primus, qui tenuit principatum annis XLIX. (Hæc ex Chronicis.) *Geldrica.*

Postquam mortuus & sepultus esset Henricus Episcopus Traiectensis Ecclesia, Ioannem de Asslouwen elegit Antistitem, virum quasi secularem & simplicem: Cœpit Anno Domini MCCLXXVII. Pontificatus Nicolai tertii, anno primo. Iste Ioannes huius nominis primus, Episcopalia castra referta cunctis necessariis inuenit, quæ prouidentia prædecessoris sui contra circumiacẽtes hostes sagacissime præmuniuit. Circa hæc tempora visum est quoddam prodigiale signum in aëre: Pugiles enim apparuerunt dimicantes inuicem, veluti bellatores in acie: quod prodigium subsecuta fuit immensa calamitas: Nam aduersus nobiles insurrexit vbique seuera communitas. Tandem postquam idem Ioannes electus tanquam laicus annis XX. Traiectensi præfuisset Episcopio, ac in magnis debitis, diuersis fœneratoribus obligatus esset, tota simul Ecclesia miserabilem statum terræ Domino Papæ scripsit, & pro quodam Ioanne nato de Zier, supplicationem deuote fecit: vt auctoritate sedis Apostolicæ Ioannes de Asslouwen à Pontificio fuerit degradatus, & idem Ioannes de Ziert quadragesimus Traiectensis Episcopus factus. (Hæc ex Chronicis Traiectensium.) *Traiectẽsia.*

Martinus quartus natione Gallus de Bria Campaniæ, Turonis præbendatus, electus fuit in Viterbio ad Pontificalem cathedram, in die cathedræ S. Petri, Anno Domini MCCLXXXVI. (Matthæus dicit LXXII.) sedit annis IV. diebus XXXIV. (Matthæus dicit, annis tribus, mensibus duobus.) Vacauit Sedes diebus quatuor. Vocabatur ille prius Simon, tituli S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis, fuitque per Dominum Vrbanum quartum promotus ad Cardinalatum: & per eundem primo, sed secundo per Dominum Gregorium Papam decimum in Franciam missus: vbi per plures annos legatus extitit: qui paulo post suam promotionem à Viterbio discedẽs, noluit ibidem coronari, sed se ad vrbem veterem recepit, vbi coronatus fuit, decimo Calendas Aprilis, & ibidem in proxima vigilia resurrectionis Dominicæ post suam coronationem fecit ordinationem quinque Cardinalium, instituens quatuor Presbyteros Cardinales, videlicet tituli S. Laurentii in Luceria, tituli S. Martini in monte, tituli S. Susannæ, tituli S. Cæciliæ, & vnum diaconum Cardinalem, S. Nicolai in carcere Tulliano, qui fuit postmodum Bonifacius Papa octauus. Eodem etiam anno, Domino Papa in vrbe veteri residente, piscis marinus in effigie leonis captus fuit & portatus ad vrbem veterem, quô multitudo curialium ad videndum huiusmodi monstrum accedebat: qui in sua captione planctus horribiles emittebat sic, vt multi prognostica futurorum exinde coniicerent. Item Martinus Papa obiit in Perusio, *Romana.*

sepultus ibidem in Ecclesia cathedrali, feruntque à quibusdam, post mortem miraculis claruisse. (Hæc frater Bernardus.)

Colonienſia. Quinquagesimo tertio loco fuit ordinatus in Archiepiscopum Colonienſem, Sigfridus, qui sub Martino quarto Papa, & Rudolpho & Adolpho Romanorum Regibus, annis XVII. mensibus quinque sedit, natus ex domo nobilium de Westerburg, prius Ecclesiæ Moguntinensis Præpositus, vir honoris & famæ præconio non indignus: contra quem statim post suã ad Ecclesiam promotionem multi potentes & nobiles, tam Episcopi Ecclesiarum quam laici Domini temporales, vehementer insurgentes, totum Episcopatum igne & ferro vndique inuaserunt: quibus idem Archiepiscopus à sua iuuentute in armis exercitatus, nec non asperitatem algoris & inediæ atque vigiliarum expertus, nunc his, nunc illis vicem viriliter rependebat: ita vt eos tandem ad suam gratiam redire compelleret. Istius quoque venerabilis Præsulis tẽpore (scilicet Anno Domini MCCLXXXV.) circa festum sanctorum Viti & Modesti martyrum, inuentum est corpus S. Ottiliæ virginis Coloniæ per reuelationem, quæ fuit vna de decem elegantissimis virginibus B. Vrsulæ in solatium datis, vna cum duabus sororibus suis, scilicet Ema & Iutta, & quodam Episcopo: quod in monasterium fratrum S. Crucis in Hoyo Leodiensis diœcesis (quod clarus locus dicitur, & caput eiusdem ordinis existit,) eodem anno, tertia die Iulii est translatum, sicut publicum instrumentum ostendit: vbi infinitis coruscat miraculis, vt in eius legenda clarius eluceſcit. Item postquam Rudolphus Romanorum Rex, cõuocata solenni apud Herbipolim Principũ & Prælatorum curia cũ Domino Papa Martino quarto concordasset, vt ab omnibus terris cultus totius regni Germaniæ, certam ipsi simul exigere pecuniæ quantitatem posset, præfatus Dominus Sigfridus, sicut vir constantis fuit animi, huic inauditæ exactioni primus inter Prælatos Ecclesiasticos mira constantia contradixit: ex qua Archiepiscopi probitate res ipsa remansit infecta, & patria fuit ab huiusmodi graui exactione vsque hodie liberata. Iste etiam venerabilis Sigfridus Archiepiscopus inter cæteros quorum malitiæ vicem rependebat, nobilem Godefridum Comitem Ahrnsberg, & filiũ eius bello pulsos ad gratiam suam fugere compulit, præsidio illorũ, quod Neyhem dicitur, per bellum capto & destructo. Idem autem Sigfridus contra Comitem Iuliacensem, sicut eius antecessores, frequenter bella gerens, pro iuribus Ecclesiæ conseruandis, cum Comes cum filiis suis & multis nobilibus atq; militibus in ciuitate Aquensi tunc temporis Archiepiscopo confœderata fuisset interfectus, oportunum tempus ratus, & ex casu inimicorum sumens audaciam, Comitatũ Iuliacensem hostiliter inuadens & cuncta deuastans, oppidum Iuliacense valida cinxit obsidione: quo facto nobiles plurimi de Comitis occisi familia superstites, in vnum collecti, in dictum oppidum se quodam die obsidionis receperunt, & portas erumpentes, hostili acie Archiepiscopũ bello petunt. Facta igitur cõgressione cruenta, Archiepiscopus potitus victoria cœpit munitionẽ & forte infra septa oppidi positum castrum funditus destruxit: quod quidem eiusdem ruinæ vsque in præsens attestatur. Cepit insuper oppidum Duren, & quasi omnia fortalitia & munitiones Comitatus Iuliacensis (paucis exceptis, vtpote Nydeboi atq; Haẽbach) & sic in dicto comitatu sibi subiugato, omnia pro libitu suo disponẽs, cepit castrum Bedber, & in circuitu circiter XXIV. fortalitia, quorum alia comminuit, alia sibi subiugauit, in quo quidem processu bellorũ ciues Colonienses pro parte Archiepiscopi feruntur fortiter conflixisse. Eadem tempestate Archiepiscopus oppidũ Tulpetense fortiter communiuit, & ibidem castrũ forte constituxit. Tandem Dux Limburgensis cum aliis nobilibus de cõsanguinitate Comitis Iuliacensis defuncti, terras Archiepiscopatus hostiliter inuadentes, dictum oppidum Tulpetum obsederũt: sed propter resistentiã dicti Domini Sigfridi, qui semper aduersariis viriliter se opposuit, ab obsidione dictæ munitionis in nocte recesserũt. Post longam itaq; bellorum fatigationẽ, mediantibus amicis, pax inter dictas partes interuenit: munitionibus per Archiepiscopum captis, ad Comitatum Iuliacensem, quæ confractæ nondum fuerant, restitutis. Tandẽ dictus Sigfridus Archiepiscopus in cunctis pro iuribus Ecclesię gerens animũ indefessum, obsedit castrũ Kerpene potenter octo septimanis, & obtentũ incendio deuastauit, in contemptũ videlicet Ioannis Ducis Brabãtię qui sibi illud

comparaue-

comparauerat ab hæredibus de Gymmenich: quod tamen castrum per dictum Ducem postmodum fortius reparatum, & seminarium fuit odii atque litis inter dictum Archiepiscopum Colonienſem & Ducem Brabantiæ, vnde inter eos surrexit postea dira belli materia, prout inferius apparebit. Idem quoque Sigfridus Archiepiscopus continuo bellis vicinorum Ecclesiæ pulsatus, duabus vicibus ducens exercitum aduersus Adolphum Comitem de Monte, tandem veniens cum ipso ad concordiam, compulit Comitem demoliri duas turres quas ad fortalitia contra Ecclesiam fortiter munierat, scil. in Moelenheym & in Munheym, cum pacto ne tursus ædificarentur vnquam, sed ad perpetui rei memoriam ita maneant. Istis autem temporibus lamentabilis discordia inter Ioannem Ducem Brabantiæ & Raynaldum Comitē Geldriæ suscitata fuit, propter Ducatum Lymburgenſem, in quo dictus Comes ratione vxoris suę vsumfructum sibi vendicabat, Duce Lymburgenſi absque liberis tunc defuncto. Sed Dux Brabantię ius succeſſionis in Ducatu ab Adolpho Comite de Monte, proximo quidem de consanguinitate Ducis defuncti, sibi pecuniis præparauerat: Dux igitur Brabātiæ memoratus, prædictū Comitem de Monte, Walramum Comitem Iuliacenſem, cū fratre suo Gerhardo Domino de Castore, Eberhardū Comitem de Marcka, Henricum de Windecke fratrem dicti Comitis de Monte, & ciuitatem Colonienſem, cum multis potentibus atq; nobilibus sibi fœdere iunxit. Ex aduerso vero dictus Comes Geldriæ, Dominum Sigfridum Archiepiscopum Colonienſem, Henricum Comitem de Lutzellenburg, & Walramum fratrem eiusdem, & Walramum Dominum de Valkenburg, Ioannem Dom. de Lymburg, & Henricum Dom. de Westerburg, cum multis aliis potentibus atque nobilibus in auxilium suū asciuit. Dum autem varios bellorum euentus experirentur hinc inde, nūc istis, nunc illis superioribus existentibus, ad vltimum Dux Brabantiæ cū suis confœderatis Episcopatum Colonienſem potenter ingressus, cuncta in circuitu deuastans, castrū Wornick, quod dictus Archiepiscopus ibidē ad munimen Ecclesiæ Colonienſis, præsertim cōtra ciues Colonienſes sibi continue aduersantes cōstruxerat, valida obsidione sepsit. Dictus igitur Archiepiscopus & sibi confœderati eisdē Duci Brabantię & suis prompte cum valido exercitu occurrentes in die B. Bonifacii Episcopi sub Anno Domini MCCLXXXVIII. bellum inter se cruentissimū commiserunt: in quo Dux Brabantiæ victoriæ est potitus, mortuis ibidē Comite de Lutzenburg & fratre suo. Itē Henrico de Westerburg egregio milite fratre dicti Archiepiscopi, & aliis multis notabilibus, pluribus quam mille viris nobilibus interfectis ex parte Archiepiscopi, & totidem captis. Comes quoq; Geldriæ per Ducem Brabantiæ captus abducitur, & ipse Sigfridus per Comitē de Monte similiter captus carceri mancipatur: ex quo quidem lamētabili casu Colonienſis Ecclesia nimium fuit humiliata. Nā eodem turbine Comes Iuliacenſis castrum Tulpethenſe munitissimum cepit & destruxit: Comes vero de Marcka in Ducatu Westphaliæ munitiones & castra Ecclesiæ plurimas vastauit. Tandem Dominus Sigfridus Archiepiscopus à sua captiuitate restitutus, sicut fortis Athleta, & pugil Ecclesiæ inuictus, licet prostratus, post casum tamē fortior resurgēs, castrū illud nobile, in Brule videlicet, ad Ecclesiæ præsidium contra ciuitatem Colonienſem, & ad ipsorum superbiam reprimendā, maximo sumptu, præsertim propter Colonienſem siue vicinā impotentiam cū non modico militaris potentiæ apparatu, de nouo cōstruxit, & forti munimine roborauit. Idem etiā in oppido †Berckenſi extra portam super ripam Rheni fluminis turrim munitissimam ad custodiam Rheni construxit: sed morte præuentus, imperfectam reliquit: quam tamen succeſſor eius Wickboldus Archiepiscopus nobiliter consummauit. Tandem igitur Sigfridus Archiepiscopus boni certaminis cursu laudabiliter consummato, fortis Athleta quasi seruus fidelis, in gaudium sui Domini introiturus, vocatus à Domino, moritur, & in Ecclesia Bonnēsi sepelitur, Colonienſi tum ciuitate propter aduersitates supradictas Ecclesiastico subiecta interdicto. Sciendum præterea, quod Henricus Imperator octauus, septimus fuit filius Comitis Lutzenburgenſis in dicto bello de Wornick interfecti. Cuius Imperatoris Henrici filius egregius Ioannes ille Rex Bohemiæ fuit, cuius quidem Regis Bohemiæ fuit filius Carolus quartus Roman. Imperator, &c.

†Orckenſi.

Honorius quartus, natione Romanus, dictus prius Iacobus de Sabello, Diaco- *Romana.*

nus Cardinalis, electus fuit in Papam in Perusio, quinto die à transitu prædecessoris sui, qui statim inde Romam veniens, coronatus & consecratus fuit Romæ, Anno Domini MCCLXXXV. (Matthæus dicit LXXXVI.) sedit annis duobus, mense vno: Et cessauit mensibus x. diebus XI. (Matthæus dicit, sedit anno vno, diebus duobus, & vacauit deinde Sedes mensibus decem.) Honorius iste Papa nullam ordinationem Cardinalium fecit. Cuius Papæ tempore fratres Carmelitæ mantellos variatos ex albo & nigro, seu griseo, quos antea portauerant, in cappas albas commutauerunt. Honorius vero Papa obiit Romæ in Cœna Domini, fuitque sepultus in die Parasceues sancta, iuxta Nicolaum Papam tertium prædictum in Ecclesia S. Petri, Anno Domini MCCLXXXVII. (Hæc ex Chronicis.)

De venerabili Sacramento nobile Exemplum.

Item Anno Domini MCCCVI. in festo Mariæ Magdalenę fuerunt capti omnes Iudæi in regno Franciæ de mandato & ordinatione Regis Franciæ Philippi, pariter vna die, & confiscata sunt bona ipsorum omnia quæcunque potuerunt inueniri, fueruntq; à regno expulsi, vlterius minime reuersuri, secundum quod refert frater Bernhardus Guidonis in suo Chronicorũ florario. Causam tamen huius expulsionis non ponit, quæ talis esse dignoscitur secundum Magistrũ Alphonsum de Spina: Eo quippe tempore quo sordidus Iudæorũ populus in opprobrium sempiternũ cunctis gentibus à Deo datus, sua contagione Christianissimum Franciæ regnum fœdabat, quidam ipsorum vt solent, publice vsuram exercebat. Mulier igitur quædam Parisiensis necessitate compulsa, vnam quam solã tenuerat, pretiosam vestẽ Iudæo isti fœneratori in piguus dedit. Die vero sanctæ resurrectionis appropinquante, mulier non habens vnde vestem suã redimere posset, multis blanditiis circumuenire fœneratorem tentauit, iurans illi & promittens, vt si suam illi in die Paschatis sancto vsui præstaret vestem in crastinũ eam superaddito fœnore restitueret: vnde proditor afflictionem mulieris considerans, lucri quanquam cupidus foret, mente tamen concipiens facinus, renuit assentiri pollicitationi mulieris, sed decipere illam cupiens, in hæc verba prorupit: Scio te tua in legę mulierem honestam & abundantem à tuis circumuicinis reputari, scio te multas habere æmulas, quæ si in die festo te tua veste adornatam non viderint, excipient te risu, & cachinnationibus omnibus patebis. Si vero consiliis meis acquiescas, vestem tuam reddam & pecunias duplicatas dabo. Tunc illa ore inflammato, Quid vis, (inquit) tibi vt faciam, nam summo opere tunicam meam reportare cupio: At ille, si mihi iures (ait) illum quem adores pro Deo tuo, & quem in Paschate per manum sacerdotis recipies, allaturum ad me, tuã tibi restituam vestem, & pecunias duplicabo. Exhorruit hoc audito verbo Christiana mulier. Auertat (inquit) Deus à me: Sed per illũ ipsum Deum iuro, si vestem mihi in die illo accommodabis, in crastinum restituam. Abi (inquit Iudæus) importuna mulier, nunquam id faciam, sed acquiese consilio meo, & tibi prouidebis. Nunquam (ait mulier) scis Iudæe, illud mihi deglutiendum necessario fore. Caue (inquit ille) ne deglutias, sed in ore conserua, & mihi apporta. Fœmina tãdem acquieuit tam nefando crimini, & veste recepta, reuertit domum. Die vero sanctissimo resurrectionis adueniente, vana & fatua mulier Iudæo placitura ex pecuniarum amore, vbi nefario animo sacrũ Domini nostri Iesu Christi corpus susceperit, festina ad Iudæi domum perrexit. Ecce, ecce (inquit) Iudæe, quod tã importuno affectu instãter à me requisisti, Ecce Deũ meum, quem hodie per manus sacerdotis accepi. Ecce eum, quem adorant Christiani. Tu pollicitam mihi pecuniam trade. Heu, heu, ad turpia ducit paupertas, quam auarissimum genus mulieris. Fœnerator itaq; lætus & gaudens, bene, (inquit) veni mulier, & pone eum super telonarium, & pecunias recipe tuas. Tunc Iudæus ille insano animo & furibundo totus proteruia debacchatus & ira, ingentem flammam in camino domus accendit, vrnam magnam aqua & oleo plenam superponens. Itaque Domini nostri Iesu Christi corpus manibus nefariis inuasit, dicens: Es ne tu ille Christianorum Deus? Es ne ille Iesus Christus, quem de Virgine natum Christianorum vesana crudelitas opinatur? & credit esse Deum? Si tu ille es, quem colaphis cæciderunt patres mei, ego te bullientibus vndis committam: si te cruci affixerũt, ego te assandum dabo. Si vis loquere: si Deus es, qualis est potentia tua, ostende: & ne igne consumaris, te-

ris,teipſum defende. Hæc & alia ſcelerato ore euomens, corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in mediũ bullientis aquę iactauit: vbi confeſtim ſpecioſus forma prę filiis hominũ puer apparuit,perambulans ſuper aquas bullientes. Quem videns Iudæus non tanti ſigni & miraculi nouitate conuerſus ad Dominũ, ſed Iudaico more vt populus ille,teſtificante S.Moyſe,indurato animo ſemper extitit,dura cum ceruice puerũ inſtar Solis rutilãtem,cũ eo inſtrumento ferreo,quod in manibus habebat iteratis vicibus in vrnã bullientem demergere tentauit. Sed nec illũ quouis modo tangere valebat. Diuina enim ſapientia puer Ieſus ſic ducebatur,vt dũ Iudæus ille in medio aquæ bullientis illum eſſe arbitrabatur,in dextera parte eum eſſe cerneret. Sicque dum in dextera parte ferire volebat,in ſiniſtra bullientis aquæ cernebatur puer. Colluctabatur igitur Iudæus cũ puerulo, nec in eũ prævalere poterat. Interim pueri Iudæi illius aſſiſtẽtes, prodigii nouitate pertetriti,ad matrẽ concurrunt,dicẽtes: En mater,pater noſter puerulũ in aquã bullientem demergere nititur. Mater illa ad Camerã viri ſui pergit. At pueri alta voce eiulantes ad publicũ percurrunt vicum,dicentes & proclamãtes,venite,venite, Vere pater noſter puerũ vnum præditũ mirabili forma in aquã bullientem demergere cupit. Fit concurſus populi: Iudæi paſſim & Chriſtiani occurrerunt,multiq; ex illis viderunt puerum D.N.Ieſum Chriſtum & Iudæũ in profundũ vrnę demergere nitentem. Denuntiatũ eſt Epiſcopo Pariſienſi inauditũ miraculum: Qui cũ toto clero acceſſit ad Iudæi domum, & in medio bullientis aquæ & olei vidit hoſtiã mundiſſimã ſanam & integrã: quam aſſumpſit propriis manibus & omni cernenti populo in Eccleſiam S. Ioannis de Grauia Pariſiis, vbi in eodem die conſecrata fuerat,proceſſionaliter portauit. In qua Eccleſia in memoriale tanti miraculi vſq; in hodiernũ diem ſeruatur, & ibi qualibet die in honorẽ ſanctiſſimi Sacramenti Altaris Miſſa celebratur. Feria vero quinta,in qua Dñs noſter Ieſus Chriſtus iſtud Sacramẽtum ſtatuere dignatus eſt, cõuenit populus, & Miſſa ſolemniſſima peracta, captus & incarceratus fuit Iudæus: & vxor Iudæi & pueri confeſſi ſunt quæ viderunt: vt & Iudæus ipſe omnia quæ per ipſum facta fuerant & dicta confeſſus eſt. Mulier ad fidem conuerſa eſt,pueri baptizati ſunt,ipſi etiam Chriſtiani qui meruerunt videre ſignum magnum,cõfeſſi ſunt rei veritatẽ. Iudæus vero à Deo reprobatus & derelictus in ſua obſtinatione permanẽs,ad iudiciũ per præpoſitũ Pariſienſem ductus eſt. Dumq; iter ageret Iudæus Præpoſito Pariſienſi voce perturbata dixit: Si librum quem poſſideo, Talmuth intitulatum, hic vna mecũ haberem, non eſſet in tua poteſtate vt morti me traderes. Quin liber ille(vt à parẽtibus meis accepi)talẽ virtutem à Deo recepit,vt hi qui frequenter illũ legunt & poſſidẽt,à Deo immortales reddãtur: Vbi(inquit Præpoſitus Pariſienſis) liber ille tantæ virtutis eſt? vt homines immortales reddat? deſigna locum & ad illum deſtina pediſſequum: Quo facto vbi pediſſequus librum Talmuth Iudæo in quadriga ligato tradidit, ignis qui ad tractum baliſtæ præparatus in combuſtionem Iudæi per lictorem erat,ad Iudæum vſque volauit,eumque vna cum libro ſuo Talmuth in fauillam & cinerem in momento & in ictu oculi redegit. Iſta fuit vrgens cauſa eiectionis gentis Iudaicæ à Chriſtianiſſimo regno Franciæ. Hæc qui ſupra Fortalitii libro tertio,qui tractat de bello Iudæorum contra fidem catholicam eorumque crudelitatibus & malitia.

De Templariis condemnatis.

Anno ſequenti,tertio Idus Octob.fuerunt capti Templarii in toto regno Franciæ,& inopinato ſane,mirãtibus omnibus audientibus & cauſam captionis ignorantibus, quæ poſtmodum extitit publice diuulgata. (Hæc Bernardus.) Sic extirpatus fuit ordo Templariorum, quia in ſua profeſſione abnegabant Chriſtum, & expuebant ſuper crucem in opprobrium Crucifixi. Et adorabant Diabolum ſub ſpecie catti: quod plures de maioribus eorum confeſſi fuerunt. (Hæc Alphonſus.)

Leodienſia.

Venerabilis Ioannes huius nominis tertius inter Epiſcopos Leodienſes, filius Guidonis Comitis Flandriæ & Namurcenſis, vir humilis & modeſtus, magiſter in Decretis,electus eſt in Epiſcopũ Leodienſem XLII. Anno Domini MCCLXXXII, Pontificatus Martini Papæ quarti,anno ſecundo: ſedit vero annis XI. Electus cum eo fuerat Bernhardus Canonicus S.Lamberti, frater Comitis Hannoniæ. Quidam tamen ex electoribus obſtiterunt eius electioni inſtinctu Comitis Flandriæ. Interim

Comes Flandriæ pro filio ſuo Ioanne Epiſcopatum Leodienſem à Papa impetrauit. Cum igitur acceſſiſſent Romam Ioannes & Bernhardus, Ioannes Epiſcopatum Metenſem in manu Papæ Martini quarti reſignauit, quem Papa ſtatim cõtulit Bernhardo, porrigens altera manu Ioanni Leodienſem Epiſcopatum. Item anno ſequenti diſcordia inter clericos & laicos ſuſcitata eſt Leodii, pro eo, quod communitas irretita maximis debitis ex culpis gubernatorũ leuabant in præiudiciũ Canonicorum, in vrbe exactionem ſeu aſſiſiam rerũ venalium, propter quod Epiſcopo conſentiente ceſſatũ eſt à diuinis, totaq; ciuitas excommunicationi ſubiacuit, corporaq; mortuorum Eccleſiaſtica caruerunt ſepultura. Exieruntq; Canonici & Presbyteri de ciuitate extraque remanſerunt menſibus XXII. videlicet quouſq; dicta exactio leuabatur. Item Anno Domini MCCLXXXVIII. aula quadrata in caſtro Hoyenſi à prædicto Epiſcopo conſtruitur. Turris baſis ibidem ampliatur, in cuius fundo moneta Antonini Pii Imperatoris reperitur. Item eodem anno, Epiſcopus in ſylua Bullonii in venatione ſolus inuentus, familia ſua ignorante captus, ſed tãdem liberatus rediit Leodium: A quibus vero perſonis captus eſſet, non dixit niſi forte priuatis perſonis, reuelaturum eſſe iuraſſet. Sed dicebatur à multis, inſtinctu nouercæ dicti Ioannis, feciſſe Comitem Lutzelburgenſem. Tunc etiam Abbatia ſita in Cornelii monte ordinis Præmonſtratenſis, translata eſt in Inſulam Leodienſem, in eodem loco, vbi prius fratres Minores degebant, dicto Bellireditus: & ſimul in Cornelii monte factum eſt caſtrum, vbi nunc habitant Carthuſienſes. Tandem hic Ioannes Epiſcopus obiit ſecundo Idus Octobr. apud Anzaus caſtrum. Et ſepultus eſt in Flandria in Abbatia de Felines cum patribus ſuis. (Hæc ex Chronicis Leodienſibus.) Iſte Dominus incorporauit primitus Decanatui & Cantoriæ Eccleſiæ S. Lamberti XL. modios ſiliginis de Eccleſia Sureth. (Hæc vbi ſupra.)

Romana. Nicolaus huius nominis quartus, natione Lombardus, ciuitate Eſculo de Marchia Antoniana, electus ad Pontificalem cathedrã, eandem aſcendit in feſto Cathedræ S. Petri, An. Dom. MCCLXXXVIII. ſedit annis IV. menſe I. diebus VIII. Vacauit Sedes annis duobus, menſibus III. diebus XVIII. Iſte prius vocabatur Hieronymus de ordine fratrum Minorum, quorum Miniſter fuerat generalis, & exinde Presbyter Cardinalis. Item Pontificatus anno Nicolai ſecundo, circa finem menſis Aprilis, dũ Litaniæ fierent S. Marci, Tripolis ciuitas capitur à Soldano & Sarracenis, fueruntque capti ibidem & occiſi plures Chriſtiani, & Chriſtianitatis nomen & cultus deleta eſt ex eadem. Itẽ anno Pontificatus Nicolai IV. ſcilicet Domini MCCXCI. in feſto S. Potentianę Virginis, XIV. Cal. Iun. à captione ciuitatis Tripolitanæ fere biennio iã elapſo, Achon ciuitas capitur à Sarracenis, captis & occiſis ibidẽ plus quam triginta millibus perſonarum vtriuſq; ſexus. Cauſa autem perditionis eiuſdem fuiſſe fertur multitudo Dominorum & diuerſitas nationum, qui ibidem inter ſe diſſentiebãt, vnde prouocatus Melechſayth, Soldanus venit cũ magno exercitu, & cepit violenter, & deſtruxit ciuitatem, & extirpauit omnes Chriſtianos de terra. Tandem hic Nicolaus Papa obiit Romæ in Paraſceue ſancta, ſepultusque fuit in Eccleſia S. Marię maioris. (Hæc Bernhardus.) Item legitur in quodam Chronico, ſtatuiſſe Nicolaum illum, vt quoties ſedes Apoſtolica vacaret, Papa de ordine fratrum Minorum eligeretur. Vnde poſtea quidam ſchiſmatici fuerunt, & adhuc eſſe præſumuntur, qui dixerunt, nullum verum fuiſſe Papam à tempore eiuſdem Nicolai, cum nullus de ordine Minorum poſtea electus in Papam eſſet. (Hæc ibi.)

Treuirẽſis. Venerabilis Boamundus, huius nominis primus, in Treuirorum Archiepiſcopum nonageſimum primum eſt electus, Anno Domini MCCLXXXVI. Quem confirmauit Nicolaus Papa quartus, anno Pontificatus ſui primo, Anno ſcilicet Salutis MCCLXXXVIII. & Treuirenſibus deſtinauit. Qui tandem anno Pontificatus ſui XXIV. diem clauſit extremum in Gymnereth ſepultus. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Traiectẽſis. Ioanne de Aſſauwe nà Pontificio Traiectenſi deſtituto, Ioannes de Zierę quadrageſimus Traiectenſis Epiſcopus, electus eſt Anno Dom. MCCLXXXVIII. Pontificatus Nicolai quarti, anno primo. Cum igitur Ioannes huius nominis ſecundus

Nemſtel. Traiectenſis Epiſcopus effectus eſſet, Ghiſelbertus de † Aemſtel, habens caſtrum

Vrede-

Vredelant in Vadimonium, incepit per quoddam nouum telonium Traiectenſem aggrauare populum. Quapropter Epiſcopus de conſilio ciuitatis & Eccleſiæ Ghiſelberto pecuniam exhibens, caſtrum repetiit. Sed cum Ghiſelbertus diuerſas conditiones in contrarium adduceret, & pecuniam recuſaret, congregatis expeditis armigeris, Epiſcopus decreuit Dominum Aemſterlandiæ potenter ingredi, ac ipſum caſtrum à Ghiſelberto minis & terroribus extorquere. Econtra vero Ghiſelbertus Hartmanno de † Worden auxiliante, contraxit ab Hollandia roboratum exercitum, deuenitq; in Soſenrenghe, præliaturus aduerſus Epiſcopum. Et ecce concurrentibus inuicem vtriſque partibus, Epiſcopalis exercitus primo præualuerat, & Ghiſelbertum cum ſuis repulit. Nec mora quin & Harmannus Hollandienſis eduxit exercitum, & Epiſcopum cum ſuis infra munitionem Amersfordiæ fugauit. Igitur Florentius Comes Hollandiæ requiſitus ab Eccleſia, &c. (Vide ſupra in linea Comitum Hollandiæ, ſub Anno Domini MCCLVI. Tandem hic venerabilis Ioannes Epiſcopus Apoſtolica authoritate translatus, Tullenſis Epiſcopus effectus eſt, poſtquam octo annis rexiſſet Epiſcopium. (Hæc ex Chronicis.)

Wardus vel Wordus.

Item defuncto Ioanne de Flandria Epiſcopo Leodienſi, vacauit Sedes annis tribus, gubernante tamen Guidone dicto fratre Comitis Hannoniæ, quem tamen poſtea Bonifacius Papa octauus repudiauit, & Hugonem de Cabilone, conſanguineum Ducis Burgundiæ ad eundem Epiſcopatum promouit.

Leodienſia.

Adolphus primus Comes de Naſſaw, cœpit Anno Domini MCCXCIII. Mundi vero MMMMMMMCCCCXCI: regnauitq; annis ſex. (Hæc Florentinus.) Iſte Adolphus Rex fuit homo magnanimus & magni conſilii, iuuenis quidem ætate, ſed ſenex moribus: Cum vero negligentius ſe ad Principes, qui eum in culmen tanti honoris euexerant, gereret conſilia eorum poſtponens, & militaris ordinis homines eis præponens, in odium eorum incurrit. Vnde Gerardus Moguntinus, & cæteri nobiles ſuperiorum partium indignatione commoti, Illuſtrem Ducem Auſtriæ, nomine Albertum, filium quondam Regis Rudolphi euocauerunt, vt Regnum obtineret. Qui exercitu copioſo adunato, cum ipſis munitionem quandam ad regnum attinentem, obſidione circumdedit. Sed Adolphus Rex his euentibus minime perterritus, cum multo armatorum comitatu eos inuadit. Pugna vero inita, Adolphus Rex ibi cecidit, & multi captiui abducuntur. Iſte Adolphus Rex benedictionem Imperialem non habuit nec coronam Imperii. (Hæc ex Chronicis.) Item anno Regni Adolphi ſecundo, Florentini Eccleſiam maximam ædificare cœperunt, quam ex quadrato marmore eximie & magnificentiſſime conſtruxerunt.

Imperialia.

Item Dinus Mugellanus vtriuſque Iuris peritiſſimus claret. Floruerunt circa hæc tempora Alanus Doctor vniuerſalis, Ioannes Scotus Doctor ſubtilis. Et Ioannes Andreæ Iuriſta maximus claret Bononiæ, qui plura ſcripſit ſolemniter. (Hæc Collector Faſciculi temporum.)

Cœleſtinus huius nominis quintus, conuerſatione Eremita ex terra Laboris oriundus prope Fumonem, inopinato ſane eligitur ad Papatum, ſeptimo die menſis Iulii, Anno Domini MCCXCIV. in Peruſio ciuitate quò Cardinales de Roma poſt mortem Nicolai Papæ IV. ſeceſſerunt: ſeditq; menſibus quinq;: Vacauit Sedes diebus XI. Iſte Cœleſtinus Papa prius vocabatur frater Petrus de Marone, exiſtens de ordine qui à pleriſque dicitur S. Damiani, ſub regula B. Benedicti Abbatis, qui quaſi Eremita degebat in magna auſteritate victus, & vitæ, multos habens diſcipulos in illis circumuicinis partibus, quibus ipſe præerat tanquam Pater. Iſtius electio fuit tam miranda quam inopinata: cum Cardinales duobus annis & amplius ſic fixi atq; diuiſi in voluntatibus & votis perſiſterent, vt in vnum non conuenire poſſent. Tandem in hunc fratrem Petrũ de Marone, cuius famam ſanctitatis, & odorẽ bonæ opinionis aliqui ex ipſis audiuerant, tanquam in lapidem Angularem ſuos oculos dirigentes, ex improuiſo in ipſum pariter conuenerunt, & communiter elegerunt in Peruſio. Miſeruntq; ad ipſum electionis ſuæ decretum, qui tunc erat in partibus Apuliæ ſeu Abruſii in ſuo habitaculo, colens Deum: poſtmodumq; venerunt ad ipſum, fuitq; in ciuitate Aquilegia conſecratus. Deinde venit Neapolim vbi cũ Cardinalibus ſuis ſedit, fecitq; ibidem ordinationem Cardinalium ſatis magnam, inter quos

Romana.

de suo ordine fratres duos elegit & constituit Cardinales. Iste homo Dei in rebus secularibus minus expertus, contemplationi & orationi deditus magis fuit. Elegitque ipse abiectus esse in domo Dei, & habitare secum. Vnde edita prius Constitutione, vt Papa Romanus Papatum resignare possit, ipse in conspectu fratrum Cardinalium Neapoli cessit oneri & honori, deponēs ibidē Papatus insignia & se exuēs Papalibus ornamentis: Humilitatis & abiectionis voluntariæ relinquens exemplum posteris, à nonnullis (vt reor) aut pauciſſimis imitandum. Iste post cessionem suam fugere voluit & latere, ac redire ad Eremum sicut prius, sed per missos à Bonifacio successore suo comprehensus in fuga, reducitur, & in custodiam ponitur & tenetur, ne in scandalum Ecclesię postmodum forsan ab aliquibus Bonifacii prædicti æmulis pro Papa haberetur. Superuixit autem in custodia anno vno, mensibus IV. diebus XXXVIII. Iste itaque Cœlestinus frater Petrus de Marone prius & posterius nominatus detentus in custodia, non quidem libera, Fumonis moritur IV. Calend. Iunii, & in quodam monasterio sui ordinis, quod dicitur S. Antonii, iuxta Altare maius in Ecclesia sepelitur, An. Dom. MCCXCVI. Iste vir sanctus fertur & creditur in vita sua & post mortē miraculis claruisse. De cuius canonisatione facienda postmodum apud magnos viros in curia fuit sermo habitus & tractatus, fuitq; propositum aliquoties in consistorio coram Papa publice & priuatim, tempore Clementis Papæ quinti. Fueruntque conscripta miracula & oblata examini ad hoc ipsum, vnde postmodum canonisatus, & sub nomine S. Petri Confessoris Catalogo sanctorum Confessorum inscriptus fuit per Clementem Papam V. apud † Auionem, III. Nonas Maii, An. Dom. MCCCXIII. à transitu suo anno XVII. fuitque instituta eius festiuitas celebranda XIV. Cal. Iunii, qua die transiuerat de hoc mundo. (Hæc Bernhardus, vbi supra.) Item ordo Cœlestinorum inchoatur per sanctum virum Cœlestinum Papam, qui nunquam cecidit à proposito sancto vsque hodie. Isti Cœlestini habent regulam sancti Benedicti.

Auenionem.

Brabantica. Mortuo Ioanni, trifario Duci, primo suprascripto, successit in Ducatu Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ, sacriq; Imperii Marchionatu, Ioannes filius huius nominis secundus, Dux secundus. Cœpit autem Anno Dom. MCCXCIV. Pontificatus Cœlestini Papæ V. primo, regni vero Adolphi Regis Romanorum anno secūdo, Rexit annis XVIII. (Hæc ex Chronicis.) Erat ille vir pulcher, gratiosus, & facundus, dulcis & mitis, qui terram Wassenburgēsem præliando obtinuit, & licet pater famosus esset, filius tamē famosior fuit. Nam ad remotiora perrexit, & montē S. Gertrudis debellauit & obtinuit. Iste inuitus perrexit ad certamina, sed in ipso congressu, audacia sua, & præstanti virtute omnes intuentes, in eum efficaciter animauit. Obsedit cum exercitu Brabantiæ Mechliniam rebellantem, & tādem subiugauit. Item istius tempore ex diuersis partibus regnis & ciuitatibus moti sunt aliqui nobiles & ignobiles in magno numero proprio motu, sine Rege aut Duce ad peregrinandū in terram sanctam, & recuperandum sanctum sepulchrum & ciuitatem Ierusalem, zelum quidem Dei habentes, sed non secundum scientiam. Omnes Iudæos, quos in via inuenerunt, occiderunt quamuis nihil læsi ab ipsis, sic vt aliqui Iudæi in Brabantia præsidio Ioannis Ducis se in Genepia castro defenderent. Venientes ergo peregrini illi, prædictum castrum obsederūt. Quos cum instantia rogari fecit Ioannes Dux vt abscederent, sed illis recusantibus, venit & personaliter eos rogauit. Quos denuo non acquiescentes, debellauit, & pluribus eorum occisis, reliquos effugauit. Isti inuento Papa apud Auionem mandatum ab eo accipiunt, vt ab ista temeritate resipiscant, & ad domos suas quantocius redeant. Et sic pecuniis sine fructu expensis ad propria confusi redierunt. Duxerat hic nobilis Ioannes filiam Eduardi Regis Angliæ, Margaretam nomine, ex qua genuit nominis & Principatus sui hæredem. Iste ædificari fecit Aulam in Fura, & ex calculo vitam syncopans, ac mortem anticipans, diē clausit extremū in Aula sua apud Furā post XVIII. annos Ducatus sui, sepultusq; est Bruxellæ in medio choro Ecclesiæ B. Gudulæ virginis. (Hæc ex noua hist. Brabantica.)

Anagnia. Romana. Bonifacius octauus, natione Campanus de † Angina ciuitate fuit electus in Papam in ciuitate Neapoli, in vigilia Natalis Domini, Anno Domini MCCXCIV. viuente prædecessore, seditque annis octo, mensibus nouem: Vacauitq; Sedes diebus decem. Iste prius nominatus est Benedictus Gaytani qui fuerat primus titulo S. Nicolai

colai in † Carcere Tullono Diaconus, Cardinalis per Martinum Papam quartum assumptus, & denique per Nicolaum quartum in Presbyterum Cardinalem S. Martini in montibus promotus. Fuitque Bonifacii nomine appellatus Papa. Incepit vero singulari via suam potentiam & Papalem magnificentiam dilatare: Cuius prædecessor Cœlestinus miracula operatus est in vita sua & post mortē. Ipse vero Bonifacius fecit mirabilia multa in vita sua, sed eius mirabilia in fine mirabiliter defecerūt. Anno primo Pōtificatus, anno videl. Domini MCCXCV. statuit, vt festa Apostolorū, & quatuor Euangelistarum, & quatuor Doctorum, scilicet Gregorii, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, sub honore festi duplicis ab omnibus vniuersaliter celebrarētur. Item Anno sequenti, scilicet MCCXCVI. circa principium Maii, dum Papa duodecim equos auro & argento oneratos, de Anagnia ad vrbem deduci iuberet, prope vrbem ad duo milliaria, Stephanus de Columna dictos summarios cepit, & secum ad ciuitatem Prænestinam perduxit, ob quam causam Papa nimium perturbatus fuit. Et eodem die post comestionem consistorium conuocauit, ad quod Iacobus & Petrus de Columna Cardinales non venerunt. Dieq; Sabbati & Dominico miserunt excusationes suas. Die Lunæ ipsi ambo venerunt ad consistorium, bene associati, & in ipso consistorio mandatum fuit per Papam, vt statim de vrbe recederent, nec domos suas intrarent, & vsque ad diem Iouis per totum diem thesaurum ablatum sine diminutione remitterent. Qui dum de vrbe recessissent, Papa domum Petri de Columna dirui iussit, vbi multi mortui in domo qui respicientes domum nō credebant ita cito collapsuram. Feria vero quarta, summarii redierunt cum cophinis, sed quid intus fuerit, ignoratur. Sequenti die fuit consistorium publicum, & ibidem Bonifacius Papa, Iacobum & Petrum de Columna Cardinales deposuit, & tam ipsos quam omnes de Columna, à Ioanne patre Petri prædicti vsque ad tertiam generationem, omnibus beneficiis habitis priuauit, & ad habendum inhabiles & indignos declarauit, & bona ipsorum confiscauit. Habebat vero thema tale Pontifex: Exurgat Deus & dissipentur inimici eius. Dum igitur dicti Iacobus & Petrus reuerterentur ad vrbem, & se à Papa depositos intelligerent, redierunt Prænestam, & fecerunt libellos diffamatorios, quos in portis vrbis affixerūt, & in Ecclesiis parochialibus super Altaria fecerunt apponi. Vnde Bonifacius constitutionem super hoc fecit de schismaticis & hæreticis, quæ incipit: [Ad succidendos] libro sexto. Et idem Iacobus & Petrus toto tempore dicti Bonifacii à facie ipsius fugerunt, & ipse persecutus fuit eos vbique terrarum.

Carcerem Tullonō.

Item Anno Domini MCCXCVII. tertio Idus Augusti in Dominica die, in vrbe veteri, idem Bonifacius Papa Pontificatus sui anno tertio, canonisauit sanctum Ludouicum Regem Francorum, & sanctorum Confessorum Catalogo annumerauit. Item anno sequenti, quinto Nonas Martii, idem Bonifacius fecit publicari sextum librum Decretalium, quem per tres magnos & solemnes viros fecerat compilari, multis in eo nouis constitutis, qui postea omnes fuerunt Cardinales. Eodem anno Anno, scilicet Domini MCCXCVIII. Bonifacio Papa cum curia sua residente, Dominica prima aduentus Domini, in festo B. Andreæ Apostoli incepit Reatæ & in vicinis partibus vehemens terræmotus, qualem & quātum nullus tunc viuens viderat prius, diruitq; multa ædificia in plerisq; locis, multosq; peremit, multisq; diebus & noctibus durauit, non quidem continuo, sed per plures vices in die pariter & nocte, qui timorem non modicū incussit Papæ & Cardinalibus & toti curiæ. Papa confugit ad claustrum fratrum Prædicatorum Reatæ, qui in altiori & solidiori loco positi erant, vbi in prato claustri facto tentorio, festinanter de subtilibus afferibus conquieuit. Homines vero de nocte ibant & fugiebant ad campos sub dio manentes, ne ædificia super se corruerent formidantes, & in timore magno expectantes. Cadebantq; passim homines & iumēta cum terra tremeret & motibus nutaret insolitis.

Item Anno Domini MCCC. Bonifacius Papa concessit plenam indulgentiam omnium peccatorum omnibus visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli, & facientibus ibi quindenam infra annum ipsum, statuitque eandem indulgentiam in posterum in omni centenario, ab omnibus visitantibus eadem sacra limina repeti. Factusque fuit concursus maximus populorum Romam de toto orbe de omni con-

ditione ſexu & ordine ad indulgentiam ſupra dictam. Item anno ſequenti in Autumno, apparuit Cometa in Occidentali parte in ſigno Scorpionis, qui aliquando ad Orientem, aliquando vero ad Meridiem ſuos radios emittebat, per menſem durans. Eodem anno in profeſto natiuitatis Mariæ Virginis dum Bonifacius Papa Anagniæ in patrimonio ſuo ac ciuitate propriæ originis, cum ſua curia reſideret, ibiq́ue tutior futurus merito crederetur, in gente ſua & populo & natione ibidem conſciis aliquibus domeſticis ſuis proditus, captusq́ue & detentus fuit, direpto ſuo & Eccleſiæ & non ſine ignominia Eccleſiæ & magno dedecore auecto theſauro. Cardinales vero ſibi timentes, relicto eo, fugerunt, duobus exceptis, ſcilicet Domino Petro Hiſpano Sabinenſi, & Domino Nicolao Hoſtienſi Epiſcopis. Cuius captionis & ſceleris vexillifer fuit Wilhelmus de Rogareto de ſancto Felice, diœceſis Toloſanæ, complicibus & conſentaneis Columnenſibus, ex quibus olim duos priuauerat Cardinalatu. Super ipſum itaque Bonifacium qui Reges & Pontifices & religioſos, clerumq́ue ac populum horrende tremere & pauere fecerat, repente timor & tremor ac dolor vna die pariter irruit, & ipſe aurum nimis ſitiens, aurum & theſaurum perdidit, vt eius exemplo diſcant ſuperiores Prælati, non ſuperbe dominari in clero & populo, ſed forma facti gregis ex animo curam gerere ſubditorum, plusq́ue amari appetant quam timeri. De Anagnia vero Romam perductus xxxv. die à captione ſua in loco doloris & amaritudinis poſitus inter anguſtias ſpiritus, cum eſſet magnanimus, obiit Romæ, quinto Idus Octobris. Sequenti vero die fuit in tumulo, quem ipſe viuens præparari fecerat, tumulatus in Eccleſia ſancti Petri. (Hæc ex geſtis Pontificalibus.) De captione huius Bonifacii ſic refert Martinus Florentinus: Philippo Francorum Rege procurante, & pecunias conferente, † Scierra Columnenſis, præparato ſatis magno armatorum numero, Bonifacium Pontificem Anagniæ, conſentiente populo, capit, & cuſtodiri iubet. Quam Pontificis iniuriam tertia die Anagnienſis populus ad conſcientiam conuerſus, non tulit, ſed illum per tumultum liberauit. Qui Romam profectus, & nimio dolore grauatus, paulo poſt in morbum incidens, interiit. (Hæc ille.) Iſte Bonifacius, Benedictus vocatus, & Cardinalis exiſtens, Cœleſtinum ad reſignandum Papatum inſidioſe induxiſſe dicitur, facta fiſtula, quam de nocte per parietem vſque ad lectum Papæ porrexit. Et per illam in noctis ſilentio loquens ſub ſpecie boni Angeli, Papæ ſuggeſſit vt Papatum reſignaret, quia ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ non ſufficeret. Vnde Cœleſtinus motus, Papatum reſignauit, & factus eſt ſolitarius, Bonifacio ſuccedente, regnauit vt Leo. Admodum enim rigidus extitit, vt patet ex multis conſtitutionibus quas fecit, quæ in ſexto libro Decretalium continẽtur. Tandem Bonifacius perſecutionem domus de Columna perferens ab eis, qui tunc Romæ potentes erant preſſura colliſus decubuit, & paulò poſt defunctus eſt. Cum viueret conceſſit in quatuor feſtiuitatibus tempore interdicti apertis ianuis celebrari. Et poſt completionẽ ſexti libri Decretaliũ plures conſtitutiones fecit. Statuit etiam pro debito pecuniario interdictum nõ ferri, & ſi ſecus fieret, irritum decreuit & inane. Item volens ſedare diſcordiam inter rectores Eccleſiarum & fratres mendicantes ſuper ſepultura confeſſionibus audiendis, prædicatione verbi Dei, & eorum acceſſoriis fecit conſtitutionem ſuper cathedram. Quæ ſolum fratres prædicatores & fratres minores inter religioſos comprehendit. Quare ipſe poſtea eam ad fratres ordinis Eremitarum extendit. (Hæc Goblinus.)

Sciarra.

Leodienſia.

Hugo tertius, cognomento de Cabilone, conſanguineus Ducis Burgundiæ factus eſt de manu Bonifacii Papæ octaui, XLIII. Epiſcopus Leodienſis, & LXXII. à B. Materno, Guidone fratre Comitis Hannoniæ, electo Leodienſi per præfatum Bonifacium repudiato. Cœpit autem An. Dom. MCCXCVI. Pontificatus eiuſdem Bonifacii octaui, ſecundo. Sedit annis ſex. In illo tempore ingens fuit ſiccitas, & tantus defectus frumenti, vt à tempore Paſchali vſq; ad Auguſtũ ſequentẽ, modius ſiliginis xxv. ſolidis groſſorũ, & ſpeltæ modius XIV. ſolidis venderetur. Circa hæc tẽpora inter Epiſcopũ Leodienſem & Ducẽ Brabantiæ controuerſia orta eſt de dominio villæ ſiue oppidi Traiectenſis, vnde per arbitros ſic dominiũ fuit iudicatũ. (ſicut Scholaſticus Leodienſis Magiſter Ioannes de Hoxem ſcribit in Chronicis ſuis.) vt locus antiquæ villę iurisdictionis eſſet Epiſcopi, hoc excepto, vt omnes incolæ loci cenſum capitalem

pitalem Beato Petro Louanienſi ſoluerent cum ſua familia. Et cæteta vltra villam veterem ampliata, ad Ducis dominium pertinerent, vnde Eccleſia Leodienſis multum doluit. Anno præſulatus eiuſdem Hugonis tertio, Domini ſcil. MCCXCIIX. incepit origo bellorum inter progenioſos patriæ Leodienſis, videlicet de Awans & † Waicons, in quo quidem bello plurima ſunt hominum millia hincinde diuerſis temporibus occiſa, multaque caſtra ſolotenus euerſa. Tandem contra Hugonem Epiſcopum defertur in curia coram Papa Bonifacio querimonia per clerum & ciuitatem Leodienſem, de interfectione hominum Eccleſiæ, de falſa moneta, & de ſpoliatione patriæ, propter quod translatus eſt ad Archiepiſcopatum Biſuntinum in curia per Papam qui eum diligebat. (Hæc ex Chronicis Leodienſibus.) Item in aliis Chronicis ſic habetur: Qui tandē falſo accuſatus coram Bonifacio ſupra dicto à Leodienſibus, cum eorum improbitatibus vi reſiſteret, perſonaliter citatus, priuatur ac deponitur anno prædicto, Pontificatus ſui anno ſexto. Sed cum dictus Papa poſtea intellexiſſet, quod præfatus Hugo non ſua culpa, imo obſtare volens mori tyrannico patriæ Leodienſis ſic erraſſet. Cum eſſet vir ſatis nobilis, boniſque teſtimonii, & in curia Romana quamplurimis amicis fultus, contulit ei Epiſcopatū Biſuntinenſem, &c. *Waron.*

Translato, Apoſtolica authoritate, vt ſupra dictum eſt, Ioanne Epiſcopo ad Epiſcopatum Tullenſem, Wilhelmus de Mechlinia natus, auditor cauſarum in Romana curia, quadrageſimus primus Traiectenſis Epiſcopus, ordinatus eſt eodem anno ſalutis quo & Hugo de Cabilone Leodienſis Epiſcopus. Iſte Wilhelmus Traiectum aduenies, totum Epiſcopatum diuerſis inuolutum tumultibus reperit, quem ad bonum reparare ſtatum intente ſtuduit. Nam & idem Epiſcopus in primis caſtrum Mudenſe cum electis obſedit armigeris, quod adeo conquaſſauit cum diuerſis tormentorum ingeniis, vt Theodericus de Haerlem, impetrata deditione demum in captiuitatem tranſiret, & ſalua vita caſtellum Epiſcopo libere reſignaret. Ex hac ergo proſperitate Wilhelmus Epiſcopus magnanimus effectus, ſeceſſit ad Weſtfriſiam & ibidem aduerſus Hollandienſem populum Epiſcopalem prædicauit Indulgētiam. Friſones vero ſecundum conſuetum morem ad rebellionem proni, ſuadente Wilhelmo Pontifice, oppugnarunt caſtrum Widenes per circuitum acriter infeſtantes, per aſſultum creberrimū ita vt Balduinus de † Naeldewick tandem exhauſtis neceſſariis, idem caſtellum Friſonibus hac cōditione traderet, vt ipſe ſaluis rebus ad Hollandiam cum bona pace diſcederet. Nec mora, quin Friſones hoc caſtro deſtructo * Engheburch confringerent, Medenbliech obſidione cingerēt, ac ipſum oppidum in fauillam comburerent. Florentius autem de Egmunda, cæterique caſtrenſes cum Friſonibus ſæpe ſtrenue confligentes, adeo grauiter obſeſſi ſunt, vt conſumptis victualibus, equinas carnes demū manducare cogerentur. Verum Ioannes Hannoniæ Comes hæc audiens, cū expeditione magna remigrauit ad Friſiam, occiſiſq; XXXV. ſaltem Friſonibus, apportauit obſeſſis caſtrenſibus magnam ciborum opulentiam. Dominum vero de Arckel & † Pucee comburentes Enchuſen, prædam maximam abſtulerunt, qui ſalua claſſe propriis littoribus laudabiliter applicuerunt. Anno Domini MCCC. Wilhelmus Traiectenſis Epiſcopus, aduerſantibus ſibi Swedero de Montforde, Huberto de Vyanen & Ioanne de Bunſcotē, militibus à Iacobo de Lichtenberg magiſtro ciuium apprehenſus Epiſcopus, infra ciuitatem propriam in domo ſua quæ Lichtenberg dicitur, circiter annū in captiuitate detentus eſt. Demum idem Epiſcopus ex cuſtodia laxatus, ſedem adiuit Apoſtolicā, vt Traiectenſe Pontificium Domino Papæ reſignaret, & exinde ſopitis cunctis aduerſitatibus in tranquilla pace maneret. Sed ecce Dominus Apoſtolicus Epiſcopatum acceptare nolens, mandauit Epiſcopo Monaſterienſi, vt ipſi Wilhelmo confratri ſuo contra quoſcunque graſſatores qui impugnarent Traiectenſe Pontificium, ferret paratum auxilium. Sic Wilhelmus domū rediturus XVII. die mēſis Auguſti prodigioſum ſignū apud Anagniam vidit, quod mortis ipſius inſtantis indicium fuit. Intuebatur enim Solem bicornem ad modū Lunæ mediæ, de quo fulgurātes radii coruſcabāt ad inſtar lucis ſanguineæ. Domum igitur reuerſus, mox de partibus Trāſyſelinis elegantē aggregauit exercitū, tētās, ſi ciuitatis ſuæ patētē inueniret introitū: Sed ipſe Epiſcopus vrbē intrare nequiens, declinauit ad loca cāpeſtria & ibidē ad quietē capiēdā, exaltare tētoria decreuit.

Traiectēſis.

Naeldewyck.

Enigheburg.

Putte.

Limsroby

Interim dum hæc agerentur, quidam Hollandiæ nobiles cum multis armigeris odientes Episcopum propter antiquam discordiam, & diligentes Iacobum de Lichtenberg propter confinem amicitiam, comprehensis armis deuenerunt in campestrem planitiē quæ Hoghewoert dicitur, vt Episcopium à ciuitate depellerēt, & præfatum Iacobum ab imminenti periculo potenter eriperent. Econtra vero Dominus Episcopus, cuius exercitus in duplo maior erat, acies suas ad bellum direxit, & aduersis hostibus audacter occurrit, vt in prima congressione quosdam villanos ab exercitu segregatos expelleret, & Hollandiensi populo cum virtute magna resisteret. Interea Swederus de Montforde cum indefessis aduenit armigeris pro Hollandiæ populis: Et ecce bellum crudele cœpit ingruere vt præliantes se mutuo sternerent, & pro corona victoriæ seuerius contenderent. Episcopus vero leuitate dextrarii sui semel & iterum Hollandiensem transuolauit exercitum, quem cunctus populus primo trucidare pertimuit, tanquam spiritualem patrem & Dominum. Sed idem Antistes hostiles turmas iam tertio transilire præsumens, ab equo prostratus, & ibi (proh dolor) à prophanis filiis occisus est. Corruerunt autem ab vtraque parte multi valentes armigeri. Maior vero pars ab exercitu morientis Episcopi. Cuius exanime corpus ab hospitalaribus delatum est ad Ecclesiam B. Catharinæ, donec exequiis congruentibus in Ecclesia Cathedrali traderetur Ecclesiasticæ sepulturæ. (Hæc ex Chronicis.)

Hollandica. Anno prænotato Salutis, interempto satis commendabiliter Florentio Comite, vt supra suo in loco relatum est. Dominus Florentius Abbas regalis Monasterii Egmundensis, Theodericus Dominus de Brederode, Henricus Castellanus Leydensis, ac Wilhelmus de Egmunda milites, profunda Pelagi transfretantes, exorauerunt Regem Angliæ, vt cum eis transire Ioannem Domicellum Hollandiæ, Florentii Comitis iam occisi filium sineret. Eduardus vero Rex, eosdem legatos gratiose suscipiens, nauim inæstimabilis ornamēti instrui iussit, cum qua Ioannem Domicellum, & filiam suam Elisabeth eius vxorem ad Hollandiam destinauit. Sed hic Domicellus vento carens prospero, Zelandiæ finibus applicuit quem extunc Wolfardus de Vere, destitutis cunctis Hollandinis in tutelam obtinuit.

Anno sequenti, scilicet MCCXCVII. idem Hollandiæ Domicellus volens sibi rebellantem subiugare Frisiam, deuenit armipotenter in Alcmariam. Econtra vero Frisones in manu forti viriliter occurrerunt, qui robur totius Frisiæ pro cōmittendo graui prælio contraxerūt. Et ecce concurrentibus vtrisq; partibus fit magna strages occisorum. Nam Hollandiæ & Zelandiæ populi bipartitas inimicorum acies disiunctim impugnantes, quatuor millia Frisonum occiderunt, quinimo maximā multitudinem diffugientium ad interiora terræ latibula fugarunt. Contigit autem hæc cruenta strages sexto Calendas Aprilis, in spatioso agro villæ Vronensis. Wilhelmus autem Episcopus Traiectensis, attendens succubuisse Westfrisones, transfretauit ad Orientalem Frisiam, & ibidem aduersus Hollandiæ populum iam secundo prædicare cœpit Papalem indulgentiam. Frisones igitur Episcopo manuale promittentes auxilium deuenerunt in Manikendam per festinum nauigium. Oppidani vero Haerlemenses, vna cum Waterlandiis econtra copiosum eduxerunt exercitum, & animose Frisensem sunt aggressi populum. Sed ecce Frisiæ vulgus confestim à bello declinans, festinauit introire nauigium, & repentino remorum impulsu maturare fugam, quos extemplò Waterlandii viriliter insecuti, occisis infinitis Frisonibus trophæum laudis potenter adepti sunt. Wilhelmus Episcopus hoc amisso iam prælio modicam scapham ingressus, ad partes Iselinas festino remigio declinauit: Ioannes vero Domicellus Hollandiæ perpendens, quod Wilhelmus Episcopus duabus vicibus dura prælia suscitasset, & adhuc ad partes Iselinas nouo pro subsidio trāsmisisset, mandauit Gyselberto de Iselsteyn, vt ad tempus castro suo cederet & ad impugnandum Episcopum Hollandienses armigeros intromitteret. Verum cum Gyselbertus facere recusaret, præsertim cum & ipse iustitiarius in terra Traiectensi constitutus esset, iussit eum Hollandiæ Domicellus apprehendi à suis hostibus, & eius castrum impugnari quotidianis assultibus. Ecōtra vero Domicella Bertrarda ipsum castrum circiter annum egregie defensauit, quousque deficientibus necessariis, sub hac forma conditionis, in deditionē transiuit, vt ipsa per casum sortis, medietatē castrensium

salua

salua vita retineret, & Domicellus Hollandiæ de residua parte pro arbitrio suo disponeret: quanquam interim Domicellus Hollandiæ iam adeptum castrũ cum tota deditione de Worden dedit Wolfardo de Vere, dehinc in homagium, vt in contumaciam Episcopi Traiectensis dissiparet pontificium. Sed idem Wolfardus totam Hollandiam per nouam monetam aggrauans abhinc in Delft occisus est. Post cuius mortem à vulgari populo tumultus ingens exortus est. (Hæc ex Chronicis Hollandiæ.)

Item Anno Dom. MCCXCVIII. Otto de Buren & Alardus eius filius castrũ suum apud Buren propter excessus factos contra Illustrem Principem Reynaldum Comitem Gelriæ pro eius gratia obtinenda resignauit in manus prædicti Comitis Reynaldi. Sed idem Comes propter dicti Ottonis amicorum preces reddidit ei castrum præfatum in feudum ab ipso & suis hæredibus tenendum, tali conditione, vt Otto & sui hæredes contra Dominum Gelriæ & suos successores de dicto castro nihil vnquam tentent, sed sibi & suis successoribus fideliter seruirent. (Hæc ex chronicis Gelrensium.)

Anno sequenti Ioannes Domicellus Hollandiæ quarto Cal. Nouemb. apud Haerlem requieuit in Domino postquã Hollandiam rexisset annis trib. cum dimidio. Iste Ioannes solus inter omnes principes Hollandiæ sine liberis & absq; militari nomine defunctus, & in Reynsburgensi monasterio penes patrem honorifice tumulatus est. Domicella quidem Elisabeth post mortem sui coniugis transiuit ad regnũ Angliæ, quam exinde duxit in vxorem Comes Erfordiæ. Post eiusdem Domicelli mortem Gyselbertus de Aemstel oppidum suum ligneis pontibus & turritis propugnaculis vndecunq; muniuit. Sed vulgus Waterlandiæ cum oppidanis de Haerlem profugato Gyselberto pontes & munitiones ad fauillam combussit. (Hæc ex chronicis Hollandiæ.)

Colonienſia.

Venerabilis Wickboldus primus, maioris Ecclesiæ Decanus & præpositus Aquensis, de natione nobilium de Holte in Westphalia oriundus, plus factione nobilium, quàm electione canonica gradum Episcopalem ascendens, in Nussia ad regimen pontificatus Ecclesiæ Colonienſis fuit electus anno Domini MCCXCVIII. Pontificatus Bonifacii Papæ octaui anno quarto, & præfuit annis septem, vir tam humana quàm diuina scientia sufficienter eruditus. Iste Albertum Aquisgrani vnxit in Regem Romanorum, & tandem in solenni curia Principum atque nobilium per dictum Regem apud Nurenhorch conuocata vxor dicti Regis per eundem Dominum Wickboldum fuit in Reginam Romanorum solenniter coronata. Porrò ipse Dominus Wickboldus, vtpote vix senex atque grandæus, plus quidem consilio aptus quàm armis exercitatus, prudentia atq; consilio Ecclesiam regere satagebat. Vnde in suo principio ciues Colonienses ab interdicto Ecclesiastico, quod diu sustinuerant interuentu ipsius fuerunt absoluti. Præterea nobiles & potentes patriæ sibi vicinos donatiuis & amicitiis sibi conciliauit. Sed quantomagis donauit, tanto plus sibi & Ecclesiæ sensit infestos. Ipse verò vbi hoc aduertit se ad resistendum velocius disposuit. Comitem enim de Marca inimicum Ecclesiæ tunc temporis infestissimum bellis petit, & propter hoc cum armatorum militia in Susatum personaliter se recepit. Quo comperto, dictus Comes exercitum congregans copiosum, Archiepiscopum ad conflictum sæpius prouocauit. Archiepiscopo verò cautè vtpote in rebus periculosis & fortunæ casibus expositis locum pugnæ nõ dante, sed potius dissimulante, dum ipse Comes propter expensarum penuriam exercitum, quem iam sæpius adunauerat, diutius sustinere non posset, & auxiliarii, qui ad ipsum confluxerunt, necessariis copiis exhausti ab ipso Comite ad propria defexissent, tum demum Archiepiscopus iam tempus aptum nactus, terram comitis cum suo exercitu potenter inuadens, igne & ferro cuncta per circuitum depopulat atque vastat, ipso Comite sibi resistere non valente. Et sicut fertur si ipse Archiepiscopus morte præuentus non fuisset, dictum Comitem ad deditionem vltimam cõpulisset. Tandem sicut Deo placuit in expeditione huiusmodi bellica, languore correptus, cõpulsus est reuerti in Susatum, vbi decumbens, dum in infirmitate communionem sæpius reciperet & confessore non opus esse, sacram communionem

toties accipere, diceret, respondisse venerabilis præsul dicitur, Anima mea (inquit) optat & plurimum affectat hoc Sacramentum, quia bonum est viaticum. Post hæc obdormiens in pace sepultus est in Ecclesia S. Patrocli in Susato. Iste etiam venerabilis præsul notabilia edidit statuta Synodalia. (Hæc ex chronicis Colonienſib.)

Item ex alio quodam chronico: Siquidem ante præfati venerabilis Pontificis obitum Albertus Romanorum Rex memoratus aduersus eundem Archiepiscopum, sinistro deprauatus odio, occasiones sibi sumens, præsertim ad instigationẽ ciuium (vt fertur) Colonienſium, qui cum suo Archiepiscopo alere quietem non consueuerunt, cum valido exercitu terrã Episcopi Colon. ingressus, cõsedit super littora Rheni in terminis Burdewys & Rodenkirchen, in territorio Eccl. Colonienſis fines terrarum Ecclesiæ miserabiliter depopulando. Archiepiscopus verò cum dicti Regis potentię resistere non valeret, cuius quidem exercitus absq; numero videbatur: tandem necessitate compulsus per tractatum pacis venit in cõcordiam cum dicto Dn. Rege, quamuis non sine paruo Ecclesiæ detrimento. Nam in cõpositione dictæ pacis Archiepiscopus resignauit dicto regi castrum regium Werde cum telonio & oppidum Sintlich super fluuium Aræ, quæ quidem allodia regia olim fuerunt per antecessores dicti Regis Colonienſi Ecclesiæ pro triginta sex millibus marcarum denariorum sterlingorum obligata, & tandem per eundem Albertum regem ipsi Domino Wickboldo cõfirmata. Alia quoq; nonnulla pacta idem rex ante suum recessum à præfato Archiepiscopo extorsit, Ecclesiæ Colonienſi nõ minus damnosa, &c.

Imperialia. Albertus Dux Austriæ filius quondã Rodolphi Regis, cæpit anno Dn. MCCXCIX. Mundi verò MMMMMMCCCCXCVII. & regnauit annis decem. (Hæc Florentinus.) Iste misit solennes nuntios ad Bonifacium octauum in vrbe Romana tunc existentẽ, pro confirmatione electionis suæ obtinenda, quam Bonifacius multis iuribus & factionibus ablegatis repulit prima vice, & ipsam dixit penitus esse nullã, eô quòd Albertus in legem maiestatis deliquit, interficiendo Dominum suum, scilicet Dn. Adolphum Rom. Regem. Tamen Bonifacius Papa videns dissensionem suam cum Philippo Rege Franciæ, eô quod regi mandauerat, vt regnũ Franciæ à se in feudum reciperet, & vt nemo per Franciam ad curiam venire posset, in præiudicium Regis Franci electionẽ Dom. Alberti quam ante repulerat anno Dom. MCCCIII. die assumptionis B. Mariæ confirmauit, qua die idem Bonifacius Papa Anagniæ residens Regẽ Franciæ excõmunicatum nuntiari & publicari mandauit, eidemq; Alberto, verbo, non opere, regnum Franciæ subiecit, sicut & alia regna. Iste Albertus strenuus & potens fuit, & omnes timebant eum. Benedictionem tamen imperialem non habuit, nec coronam. (Hæc Egmundus.) Item Bonifacius Papa hæresin eorum, qui se fratricellos appellabant, damnauit & vbiq; persecutus est. Item anno eiusdem Regis sexto, Franciscus Patriarcha egregius poeta futurus nascitur. Iste Albertus Rex tandem à quodã nepote suo Ioanne Duce Sueuorum interficitur. Cuius causa talis fertur. Albertus enim Rex Ioannem istum, filium fratris sui propter iuuenilem eius ætatem apud se honeste detinuit, & quoad adolesceret, prouinciam illam prudentioribus gubernandam commisit. Quare Ioannes irretitus & malis consiliatoribus vsus, regem Albertum patruum suum nil mali suspicantem, (proh dolor) interfecit. Qui profugus & exul in Italia degens, tandem ibidem captus per Henricum Imperatorem successorem Alberti in ciuitate Pisana carceri mancipatus, vitam finiuit, cuius & omnes cõplices à filiis Alberti regis mala morte interempti sunt, & omnia eis attinentia funditus euersa. (Hæc ex Chronicis.)

Hollandica. Defuncto Ioanne Domicello Ioannes Comes Hannonienſis filius Adelheydis sororis Wilhelmi Regis Hollandiæ Comes effectus est anno Dn. MCCXCIX. Alberti regis Rom. Anno primo. Qui statim dominia de Aemstel & de Woerden Guidoni fratri suo largitus est, habẽs in vxorẽ Philippam filiam Comitis Lucenburgici Henrici, Imperatoris Rom. Istis diebus contigit in Hollandia quoddam speciale prodigium, quod venturæ calamitatis singulare fuit præsagium. Quidam enim eques apparuit, admonens vniuersam plebem arma capere, & pro repellendis hostibus litus maris festinanter ascendere. Igitur omnis populus ad mare tendens pro debellandis hostibus aspexit aquam impletam infinitis quasi nauibus, sed ipsa classis in

momen-

momento diſparuit, & prælibatus eques quaſi phantaſma confeſtim euanuit. Quam viſionẽ interpretabatur quidam Sanctus vir, ſicut mare repletum viſum fuit nauibus quæ citò euanuerunt, ita Flamingos venturos cum infinito exercitu & triumphando ſubiugaturos Hollandiam, Zelandiam & Traiectum, ſed ſtatim inſtar fumi ante ventum expulſum iri. Et ita factum eſt. Prædixit autem hoc diu antequam eueniret, &c.

Venerabilis Dytherus Adolphi Regis germanus de Naſſow nonageſimus ſecundus Treuirorum Archiepiſcopus in odium Alberti Regis Romanorum, nõ electus, non poſtulatus, à Papa Bonifacio octauo eſt electus & conſecratus, & ad Treuitos deſtinatus anno Dn. MCCC. Pontificatus eiuſdem anno VI. qui præfuit annis VII. Iſte Dytherus Confluentinos ſibi rebellãtes circumuallans obedire per omnia cõpulit, pro quo omnes Eccleſiæ reditus fere obligauit. Tandem totum clerũ contra ſe prouocauit, vnde concors caterua Clericalis ipſum ad præſentiam Clementis Papæ V. in propria perſona vocari procurauit. Qui citationis imminentis termino, infirmitatis detentus ergaſtulo, migrauit ad Dominum. Et quia Eccleſia contra eum appellauerat, ideo ſibi nullum ſepulturæ obſequium miniſtrauit. Sed prædicatores de quorum ordine erat, ſumpto corpore iuxta ſuum ſummum altare occulte humarunt. (Hæc ex Chronicis Treuirorum.) *Treuirenſia.*

Venerabilis Adolphus filius Comitis de Waldech ex Helena filia Marchionis de Brandenburg, tunc præſens in curia, circa feſtum Ioannis Baptiſtæ, Hugone Epiſcopo priuato canonicus Leodienſis à præfato Bonifacio octauo XLIV Epiſcopus inſtituitur anno Dn. MCCCI. Pontificatus eiuſdem Bonifacii VII. anno: Qui breui tempore poſtquam donum Epiſcopatus acceperat, circa natiuitatem Domini cum ingenti nobilitate Leodiũ intrauit, vbi à clero & ciuibus honorabiliter eſt receptus. Iſte patriam in magna diſcordia inuentam pacificauit, & caſtrũ Myrwar, anno Dn. MCCCII. tempore Paſchali cum magno exercitu obſedit, & ſolo æquauit, totamq; terram dicto caſtro ſubiectam ſuo dominio ſubiugauit. Idem etiam Epiſcopus Lombardos in ſuo Epiſcopatu fœnerare prohibuit; quos cum Leodienſes in ſua ciuitate ſuſtinere contra Epiſcopum vellent, Epiſcopus armatus armis Pontificalibus cum familia ſua à palatio exiens in oculis Leodienſium domos dictorũ Lombardorum fregit, ac eos ab vrbe expulit, nec fuit qui huic facto contradiceret. Tandem hic Venerabilis Adolphus Epiſc. dicitur veneno infectus à Lombardis, qui eum oderant propter prædicta: Erat enim vir ſatis iuſtus, ſed admodum iracundus & ſatis ſe ingurgitans eſcis. Decidit tandem in lacum ad S. Paulum Leodii, in domo Scholaſtici, & cum in extremis eſſet, clamauit, Domine ſuſcipe me vt cum fratrib. meis ſim, &c. Quam antiphonam cum ad finem duxiſſet, mox exſpirauit, menſe Decembri, ſepultus ante altare maioris Eccleſiæ Leodienſis: Poſt cuius mortem Wilhelmus de Atrebato eligitur Epiſcopus, ſed tempore deliberandi recepto ſuæ renuntiauit electioni. (Hæc ex Chronicis Leodienſibus.) *Leodienſia.*

Poſt occiſionem Wilhelmi Pontificis Ioannes Comes de Zelandia citò veniens ſupplicauit Eccleſiæ Traiectenſi pro Guidone fratre ſuo theſaurario Leodienſi. Canonicorum ergo quidam elegerunt Guidonem eundem theſaurarium. Quidam verò Rodolphum de Waldech maioris Eccleſiæ præpoſitum. Porro quamprimum Guido gubernationẽ Epiſcopatus accepit, Rodolphus ad partes Tranſyſelinas ſeceſſit. Fuerunt ergo hi eiuſdem Guidonis fratres Cardinales, Bofardus Epiſc. Metenſis, Ioannes Epiſc. Cameracenſis, Ioannes Comes Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ, & Florentius princeps Morauenſis, quorum auxiliante potentia dictus Guido Pontifex aduerſantes hoſtes ſubegit, totumq; Pontificium tranquilla pace gubernauit. Cæpit autem ſecundum Chronica, eodem An. ſalutis, quo & Adolphus Epiſc. Leod. *Traiectenſia.*

Item Anno Dn. MCCCXI. ad generale conſiliũ Viennenſe Epiſcopus Guido vocatus Viennam iuit, quem Apoſtolicus Clemẽs quintus cum omni veneratione ſuſcepit, & mediante Rege Francorum Cardinalatum ei per rubeum pileum obtulit, ſed Guido Epiſcopus Domino Papæ dignas grates agens oblatum honorẽ tantæ dignitatis abnuit, & Traiectenſis Epiſc. ad vitæ ſuæ terminum permanere maluit. Philippus ergo Rex tanti patris humilitatem inuens, dedit eidem reuerendo Pontifici

quingentas libras annuatim de censu regalis Cameræ, vt sibi de cætero foret astrictus in vinculo perennis amicitiæ. Tandem Guido præclarus Episcopus quarto Calend. Iunii mensis ægritudine subitanea debilitari cæpit, & astantibus de suis familiaribus, vitæ spiritum exhalauit. Corpus autem reuerendi patris & pontificis confestim infra ciuitatem Traiectensem deuectum, & ibidem apud maiorē Ecclesiam lacrymosis exequiis tumulatū est. Iste electus pater decem & sex annis cōdigne regens Episcopatum S. Martino tria castra, scilicet Gorten, Dullenborch & Sautenborch ad perennem suæ laudis honorem obtulit, & pro debitis antecessoris sui Romanæ curiæ mille quingentas libras exsoluit. Totum Episcopatum sine debitis successori suo dimisit, quem eo viuente contra circummanentes principes potenter & pacifice gubernauit. Fuit etenim idem Episcopus aspectu decorus, statura venustus, sermone facundus, ingenio clarus, consilio cautus ac in multis gratiosis virtutibus colendus. Wilhelmus autem Hollandiæ Comes defuncto patruo suo Dominia de Aemstel & de Woerden ditioni suæ subegit, in quibus ex parte sua Baliuum siue villicum deputauit. Asserens, eadem dominia sæpe dicto Pontifici pro patrimonio assignata, sed propter transgressionem arbitrii ad comitatum Hollandiæ deuoluta fuisse. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectensium.)

Romana. Benedictus vndecimus, natione Lombardus de Taruisio ciuitate, fuit electus in Papam Romæ XI. Calen. Nouemb. & coronatus, ex more, die Dominica sequenti, quæ fuit in vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ, anno Dn. MCCCIII. Sedit mensibus VIII. diebus XVII. vacauit sedes mensibus X. diebus XXIX. Florentinus dicit cæpisse anno Domini MCCCIV. sedisse mensibus IX. vacasse sedem mensibus XI. Iste prius vocabatur frater Nicolaus de ordine fratrum prædicatorum, in quo a primario iuuentutis suæ anno XIV. suæ ætatis religiose enutritus & conuersatus, lector extitit annis multis & prior prouincialis postmodum Lombardiæ, & inde magister eiusdem ordinis effectus est, ac de magisterio ad cardinalatum assumptus, existensq; Cardinalis Episcopus Hostiensis assumitur ad Papatum. Iste Benedictus Papa denuntiauit excommunicatos publice & in scriptis auctores scelerum & captionis prædecessoris sui Bonifacii sui Papæ octaui nominatim & expresse, videlicet Wilhelmum de *Rogareto.* * Nogareto, Sciarram de Columna, & quosdam alios nominatim, & generaliter omnes alios complices captionis eiusdem quam ipse Benedictus viderat fide oculata. Iste Papa reconciliauit ad Ecclesiasticam vnitatem, non tamen ad cardinalatum restituit, Iacobum & Petrum de Columba, restituens eis illa, quæ ipsorum fuerant & Ecclesia tunc tenebat.

Anno Domini MCCCIV. post Pascha Benedictus Papa recedit de Roma & vadit Perusium cum curia sua. Iste quoque Benedictus Papa simultatem & dissidium, quæ suborta fuerant inter Regem Franciæ Philippum & Bonifacium Papam sedauit, & priuilegia & libertates, quibus Regem priuauerat Bonifacius prædecessor suus, eidem Regi restituit & concessit, sicut antiquitus in hebdomada Pentecostes, præsentibus Regis nuntiis Perusii in consistorio Anno Domini prætaxato. Idem ibidem edidit quandam constitutionem, quæ incipit (Quod olim) in qua restrinxit pœnam constitutionis Bonifacii prædecessoris sui, quæ incipit (Clericus Laicus) libro sexto, discernens vt in soluentibus, aut recipientibus, aut sponte soluentibus pœna dictæ constitutionis Bonifacii non vendicet sibi locum. Iste Benedictus obiit in Perusio, Nonas Iulii, Pontificatus sui anno primo, sepultus fuit in Ecclesia fratrum prædicatorum Perusii ante summum altare Anno Domini MCCCIV. vbi diuina virtus & bonitas eiusdem Benedicti merita cæpit euidentibus miraculis declarare maximè in dæmonibus expellendis de corporibus obsessorum, & in multis curandis languoribus & infirmitatibus. Vacauit autem sedes à prædicto die per illum annum sequentem vsque ad quintum diem mensis Iunii, Cardinalibus, qui in conclaui inclusi erant, non valentibus illo tempore concordare, quamuis à Perusinis sæpius restricti fuerint & arctati. (Hæc Bernhardus.)

Leodiensia. Venerabilis Theobaldus Canonicus Leodiensis, frater Comitis Barrensis, prudentissimus, rhetoricus & audax, cum esset in curia Romana consecratus est à Papa Bene-

Benedicto vndecimo in XLV. Leodiensem Episcopum & LXXIX. ab initio: sedit annis decem. Electus quippe fuerat, vt supra relatum est, Wilhelmus Atrebatensis canonicus & Archidiaconus Leodiensis, vir ignobilis & senex, sed resignauit electionem suam, eoque modo deinde concorditer electus est hic Theobaldus. Sed quia magnis in curia Romana debitis obligatus recedere non poterat, nisi prius se à creditoribus liberasset, Dominum Ioannem de Barro strenuum militem & Petrum fratres suos præmisit Leodium, & tunc idem Ioannes præficitur in Manburnum.

Anno Dn. MCCCIV. Theobaldus Episcopus circa festum omnium Sanctorum à curia Romana reuertens, venit Leodium, magno stipatus nobilium comitatu.

Item Anno Dom. MCCCXII. nobiles Leodienses in turri S. Martini Leodii per populum communem coarctati ibidem comburuntur. Istis temporibus Bonifacius Papa octauus prædecessor Benedicti, nimis animosus, omnia facta sua expediebat pro libitu, nec fratrum suorum consilio vtebatur. Et quia videbat quod propter potentiam regni Franciæ suam non poterat exequi voluntatem, ad regis & regni humiliationem pro viribus nitebatur, sed non poterat, consiliariis regis ei resistentib. Item Episcopus Theobaldus cum Henrico Imperatore Romam veniens, vt Imperiali diademate coronaretur, Romanis & aliis tyrannis hoc impedientibus, post multos conflictus Episcopus, multis confossus vulneribus reddidit se captiuum, & intra triduum diem clausit extremum Anno Domini MCCCXII. quem frater regis in portu Ecclesiæ S. Petri capellæ Papæ fecit solenniter sepeliri, &c. Item in quadam historia Episcopum hunc Theobaldum fuisse à Bonifacio octauo prædecessore istius Benedicti Papæ confirmatum.

Wilhelmus post obitum patris sui XVIII. Comes Hollandiæ factus est anno salutis MCCCIV. regni Alberti Regis Romanorum sexto anno, & tenuit principatum annis XXXIII. Iste adeò apud omnes terrarum principes magnificatus est, vt vbique diceretur esse magister militum, & præfectus Principum, ducens in vxorem Ioannam Caroli Comitis Valesii filiam, Philippi Regis Franciæ sororem, de qua genuit Wilhelmum succedentem Hollandiæ Comitem, Ludouicum infantem, Margaretam Romanorum Imperatricem, Philippam Angliæ reginam Eduardi tertii vxorem, Ioannam Wilhelmo Comiti Iuliacensi nuptam, & Elisabeth Domicellam, quam Robertus de Namurco duxit vxorem. (Hæc ex Chronicis.) Iste Wilhelmus primo dominationis suæ tempore conuocauit in Haerlem glorioſam curiam, quam decem Comites, centum Barones & mille milites cum infinitis proceribus per integram hebdomadam frequentarunt. Iste Comes inclytus per officiales imperii vicarius regni deputatus in diebus suis multum glorioſus fuit, qui duo famosa castra, videlicet Bruyl & Volmensteyn in Episcopatu Colonienſi potenter oppugnauit: diuini numinis cultum ampliare volens, coadunauit in Middelborch nouam canonicorum Ecclesiam, quam anno Dom. MCCCXI. satis liberaliter ditauit ad perennem suæ laudis memoriam. (Hæc ex chronicis Hollandiæ.)

Hollandiæ.

Item eodem Anno salutis prænotato in oppido Aernemmensi concordatū inter Guidonem Episcopum Traiectensem, & Reynaldum Comitem Gelriæ, & declaratum fuit, Gelriæ Comitem terram Velue & omnia bona, quæ à Duce Brabantiæ in secundarium feudum obtinere consueuit, de cætero ab Ecclesia Traiectensi immediatè in feudum tenere & recipere, eò quod infra terminum competentem præfatus Dux Ecclesiæ Traiectensi homagium fidelitatis non præstiterit, nec requisiuerit. Et propter bella & alia mala quæ quondam inde deuenerunt. (Hæc ex Chronicis.)

Item anno Dom. MCCCXV. radioſus cometes apparuit, mortifera pestis inhorruit, & valida fames inualuit, adeò vt pleriq; pauperes cadauera pecudum, sicuti canes crudè, vt & gramina pratorum, sicuti boues incocta comederent. Fuit enim hæc fames seu pestilentia tam aspera, vt mendicantes absq; numero morerentur in campis, syluis seu nemoribus, & eorum corpora sine catholicis exequiis sepulturæ traderentur in locis agrestibus. Quapropter hæc miseranda calamitas à Threnis Ieremiæ Prophetæ in hoc solum discrepare videtur quod hic manus matrum proprios filios non decoxerunt, & eorum carnes, vrgente fame, non manducauerunt. Post

biennium verò diuina misericordia compatiens humanæ miseriæ, largitatem munificentiæ suæ clementer ostendit, & incrementa frugum vbique terrarum in tantum adauxit, vt modius siliginis pro quinque grossis Turonensibus emeretur, qui paulo pridem pro quinque solidis Turonensibus emebatur.

Anno Domini MCCCXIX Wilhelmus Comes cognomento Bonus misit Wilhelmum filium cum electa militia versus Prussiam contra infideles in adiutorium ordinis Teutonicorum, vbi per longa tempora manens sæpenumerò bellum contra gentiles habuit.

1320. Anno sequenti in festo Sanctorum Ioannis & Pauli martyrum positus primus lapis fundamentalis fuit turris Sancti Martini Traiectensis. Et postea anno Domini 10
1332. MCCCII. in ieiunio crux cum ventilabro deaurato superlocata.

Item Anno Domini MCCCXXVI. septimo Idus Octobris obiit Reynaldus filius Ottonis, vltimus Comes Gelriæ & Zutphaniæ, sepultus in monasterio vallis Comitis, iuxta patrem suum. Iste duas habuit vxores successiue Ermgardim Walrami Ducis Limburgiæ, & Margaretam Guidonis Comitis Flandriæ filiam in eodem monasterio sepultas. Fundauit autem ipsa Margareta conuentum ordinis fratrum prædicatorum in Zutphania. Iste Reynaldus Comes combussit & deuastauit Amersfordiam, & fundauit monasterium Fratrum minorum in Ruremunda. Isti successit Reynaldus huius nominis secundus filius suus primogenitus Dux Gelriæ & Comes Zutphaniæ. Iste Reynaldus dictus est Comes cum nigro capite, & duxit in 20
vxorem Sophiam de Mechlinia, ex qua genuit Margaretam promogenitam, Mechtildim, Isabellam & Mariam. Margareta primogenita obiit Anno Domini MCCCXLIV. ipso die Sancti Francisci. Mechtildis primo fuit Comitissa Lossensis, secundò Comitissa Cliuensis, & tertiò Comitissa Blesensis. Quæ postea adhuc vidua & Ducissa Gelriæ modico tempore obiit Anno Domini MCCCLXXIV. ipso die Matthæi Apostoli. Isabella fuit Abbatissa in valle Comitis prope Goch, quæ obiit Anno Domini MCCCLXXVI. Maria verò fuit vxor Wilhelmi Ducis Iuliacensis, ex qua genuit Wilhelmum & Reyaldum, qui postea ambo successiue fuerunt Duces Gelriæ, & Mariam vxorem Domini Ioannis de Arckel, qui ex ea genuit filium Wilhelmum nomine, qui postea in bello Gorinchensi cum multis nobilibus & armigeris appro- 30
batis interfectus est, & Mariam vxorem Domini Ioannis, Domini de Egmunda, & Iselsteyn, ex qua genuit duos filios, scilicet Arnoldum, qui nunc est Dux Gelriæ, sed à filio Adolpho in castro de Buren captiuitate strictissima detinetur, & Dominum Wilhelmum Dominum de Egmunda, Iselsteyn & Mechlinia. Sophia verò de Mechlinia prima vxor Reynaldi obiit anno Domini MCCCXXIX. secundo Nonas Maii. Post cuius mortem Alienoram filiam Regis Angliæ, sororem Eduardi Regis, ex qua genuit Reynaldum huius nominis tertium inter Comites, secundum verò inter duces qui natus fuit Anno Domini MCCCXXXIV. in die Sancti Seruatii, & Eduardum, qui ambo postea successiue fuerunt Duces Gelriæ, vt patebit. Ista Alienora fundauit conuentum Fratrum minorum in Dauantria & in Haerde- 40
wick, sepulta in choro conuentus Dauantriensis. (Hæc ex chronicis.)

Item Anno Domini MCCCXXVIII. ipso die Seruatii Episcopi Reynaldus Comes Gelriæ venit in adiutorium Adolphi de Marcha Episcopi Leodiensis, & vna cum ipso habuit victoriam apud Hasselt prope Tungrum, & occisi fuerunt de Leodiensibus & Tungrensibus fere 9000 exceptis captis. Itaq; Anno Dom. MCCCXLIII. idem Reynaldus vltimus Comes & primus Dux Gelriæ fundauit claustrum Carthusiensium dictum Monichusen apud Aernhem, quod dotauit & valde large bonis temporalibus prouidit ad remedium animæ suæ & ad expiandam horribilem stragem, quam dudum commisit in Leodiensibus.

Item Anno Dom. MCCCXXXVI. Reynaldus Comes Gelriæ bellum indixit Frisonibus. Venit cum exercitu magno plebis & militiæ coniunctus cum Traiectensibus apud Vollenho (vbi Traiectenses primò venientes posuerunt tentoria sua animose in pratis virentibus expectantes Comitem cum exercitu suo.) Intrantes verò Frisiam multa damna Frisonibus intulerunt, villas eorũ comburendo, homines occidendo & capiendo: vbi Frisones inuicem conglomerati duriter occurrunt eidem Comiti:

& tan-

& tandem præliantes à Comite Geldriæ in Barlesile victi sunt, vbi multi (videlicet plus quàm duo millia Frisonum) corruerunt, multiq; capti sunt, cum quibus idem Comes cum magno triumpho rediit ad comitatum suum. (Hæc ex chronicis.)

Item Anno sequenti perlucidus quidam cometes apparuit, & eodem anno Wilhelmus Hollandiæ Comes arthritico morbo debilitatus, septimo Idus Iunii feliciter occubuit. Iste Wilhelmus dictus propter probitatẽ suam Pius Comes, annis XXXIII. honorifice rexit Hollandiam, Princeps valde victoriosus in præliis, approbatus in Tyrociniis, illustris in hastiludiis, & valde socialis in contuberniis. Qui penes oppidum Valescenarum requieuit in Domino, sepultus ibidem honore congruo. Ioanna verò sua conthoralis exinde regnum mundi & omnem ornatum contemnens, in monasterio Fontanellis Cistertiensis ordinis cum ancillis Christi Sanctimonialis effecta est, quæ dehinc Anno Domini MCCCXLII. obiit, sepulta in eodem monasterio. (Hæc ex chronicis Hollandiæ.)

Clemens quintus natione Vasco, Burdegalensis diœcesis, oriundus ex patre Bernardo milite, fuit electus in Papam in Perusio in vigilia Pentecostes, quæ fuit Nonas Iunii Anno Dom. MCCCXV. Iste prius vocabatur Bertrandus de Gotho, seditque annis octo, mensibus decem, diebus quindecim. Fuit primo Episcopus Conuenarum per prouisionem Bonifacii Papæ octaui Anno Dom. MCXCV, fuitque Episcopus Conuenarum annis quinque, & exinde transtulit ipsum idem Bonifacius Papa in Burdegalensem Archiepiscopatum paulo ante natale Domini MCCXCIX. vbi iam sederat Archiepiscopus annis quasi VI. & tunc temporis suam prouinciam visitabat in Pictauia. Cumque Cardinales pro electione summi Pontificis in Perusio inclusi mansissent mensibus XI. & arctati, diuisi inter partes æquales, non est inuentus in eis lapis aliquis angularis qui vtrumq; parietem cõiungeret vnumq; faceret ex eisdem, donec tandem quidam versus occidentem dirigentes animum in istum Burdegalensem Archiepiscopum oculos conuerterunt, & summum Pontificem elegerunt. Rediit autem de Pictauia Burdegalam, vbi decretum Cardinalium de electione sua in Papam accepit, & venit Lugdunum, vbi Cardinalibus eôdem venientibus coronatus est in Papam XVIII. Calend. Decembr. præsente Rege Franciæ Philippo cum nobili comitatu. Cumque de loco coronationis, vt Pontifex procederet, coronatus, cum comitatu Papali pariter & regali, concurrentibus & comprimentibus se turbis vt viderent tanquam Regem Salomonem in suo diademate coronatum maceria nõ parua muris corruit prope Papam, ceciditq; corona de capite eius, & in casu auulsus fuit carbunculus precios us, qui ad valorem sex millium florenorum æstimabatur. Et ipse Papa depositus de equo, tamen non læsus fuit. De circumstantibus verò vsq; ad duodecim sic collisi sunt, vt intra paucos dies obierint, inter quos vnus maiorum fuit & præcipuus Dux Britanniæ Ioannes, qui sic collisus paucis diebus superuiuens diem clausit extremum. Frater verò Regis Franciæ Dom. Carolus fuit grauiter, sed nõ letaliter quassatus: Quod factum mirati sunt omnes & more vulgi plurima præsagiebant. Iste anno Pontificatus sui primo, XVIII. Cal. Ianuarii in Lugduno fecit XII. Cardinales, inter quos Iacobum & Petrum de Columna (qui aliàs fuerunt Cardinales dispositi per Bonifacium octauum) non restituit, sed de nouo creauit. *Romana.*

Eodem Anno, III. Calend. Febr. reuocauit duas constitutiones Bonifacii quondam Papæ, vnam in qua scribebat, Regem Franciæ esse subiectum Ecclesiæ Rom. in temporalibus & spiritualibus: Aliam verò, quæ in sexto libro decretalium est inserta, quæ incipit (Clericus laicus.) Reuocauit etiam omnia, quæ ex ipsis fuerant consecuta.

Item Anno Don. MCCCVI. Hospitalarii cum exercitu Christianorum oppugnare cæperũt insulam Rhodi cum circumiacentibus insulis circiter quinque, quæ ab infidelib. Turcis inhabitabantur sub dominio Imperatoris Constantinopolitani. Cæperunt autem statim aliquas insulas & castella, steteruntq; in pugna & conflictu, obsidentes pariter & obsessi, annis quatuor contra Turcas, & obtinuerunt victoriam finaliter Christiani. Nam anno Domini MCCCX. in festo assumptionis Beatæ Mariæ exercitus Christianorum cum hospitalariis obtinuerunt ciuitatem Rhodi, quæ est caput & Metropolis totius regionis & insularum vicinarum, & ex eo insulæ

Rhodi & aliæ insulæ circumuicinæ redactæ sunt sub potestatẽ & dominium Christianorum, Turcis penitus subiugatis. Sunt autem ibi multi portus, & patet inde aptus transitus Christianis in terram sanctam in Accon & Cyprum.

Item Anno Dom. MCCCVII. tertio Idus Octobris feria sexta fuerunt capti vbiq; in regno Franciæ Templarii ex ordinatione Regis propter prophanam videlic. professionem eorum cum abnegatione Christi & expuitione super crucem in opprobrium crucifixi: Postea verò confessionibus eorum intellectis, consequenter fuit mandatum, vt vbiq; Templarii caperentur, & veritas prodiret in lucem cum ordo iste stetisset annis CLXXXIV.

Eodem anno in quadragesima subsequenti inquisitiones hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ superioris de ordine prædicatorum cum Episcopo Vercellensi, cruce cum plena peccatorum indulgentia prædicata, congregauerunt exercitum magnum contra Dulcinum Nouatiensem Hæresiarcham, imitatorem non tam veterum quàm nouorum errorum, & peruersorum dogmatum inuentorem, qui multos infecerat multosq; traxerat, & habebat plurimos discipulos & sequaces. Ascendentes autem fideles de exercitu, ceperunt ibidem Dulcinum, & cum eo centum quinquaginta personas, &c.

Item Anno sequenti scilicet Dom. MCCCVIII. in festo S. Ioannis ante portam Latinam combusta est Ecclesia S. Ioannis de Laterano Romæ, vnde in vrbe non immerito magna lamentatio fuit, &c.

Item Anno Dom. MCCCX. Ioannes filius Henrici Regis Romanorum accepit in vxorem Elisabet filiam Wenceslai regis Bohemiæ, quæ erat hæres regni, vnde & ipse factus est rex Bohemiæ cum eadem.

Eodem Anno Clemens Papa Pontificatus sui Anno sexto in Sabbatho quatuor temporum, in aduentu scilicet, XIV. Calen. Ianuarii, in Auenione fecit secundam ordinationem quinq; Cardinalium.

Item anno Dom. MCCCXI. Cal. Octobris fuit per Clementem Papam v. apud Viennam supra Rhodanum generale prælatorum consilium conuocatum, in quo annihilatus & condemnatus fuit ordo Templariorum. Post celebrationem verò consilii generalis, in quo plura fuerunt determinata, quæ ob prolixitatem omisi scribere, Papa cum curia sua versus Auenionem reuertitur de Vienna.

Item Anno Dom. MCCCXIII. quinto die Maii mensis Papa cum sua curia Auenione residens canonisauit Petrum de Marone, quondam Cælestinum quintum, Papam, & sub nomine Sancti Petri catalogo Sanctorum confessorum sociauit, & instituit eius festum celebrari XIV. Cal. Iunii.

Eodem anno Parisiis fuit cõbustus magister ordinis quondam templi cum quodam alio magistro eiusdem quondam ordinis præceptore, qui tamen prius fuerant cum peritorum & prælatorum consilio iudicati ad agendam aliam pœnitentiam. Erant autem tunc præsentes Parisiis duo Romanæ curiæ Cardinales.

Eodem anno, XII. Calend. Aprilis in castro Montilii prope Carpentoracum ciuitatem, in qua tunc curia morabatur, Papa Clemens fecit coram se in consistorio publicari constitutiones, quas prius fecerat in concilio Viennensi, ex quibus decreuerat fieri librum vnum, quem volebat septimum decretalium appellari, sicut fecerat sextum Bonifacius Papa antecessor suus, sed incidit in morbum, vnde post obiit XXXI die, scilicet XII. Calend. Maii. Et sic liber ille non fuit missus ad studia generalia, vt est moris, nec expositus consequenter ad habendum, sed remanserunt constitutiones illæ sic fere quadriennio in suspenso, donec postmodum per eius successorem fuerunt publicatæ, & sub bulla ad studia generalia destinatæ. Iste Clemens Papa, cum in præfato consistorio confirmari cæpisset, & ad partes Vasconiæ proficisci vellet, fecit super Rhodanum Pontem nauium, & transtulit se ad Rokomanam castrum regis Franciæ, vbi statim mane exspirauit. Fuitque inde reportatum corpus eius vltra Rhodanum extra regnum Franciæ ad Carpentoracum ciuitatem, vbi Cardinales cum alia curia residebant. Sequenti verò mense Augusti de Carpentoraco transuectum fuit corpus eius in Vasconiam patriam suam, fuitque sepultum sicut elegerat, in Ecclesia, quæ appellatur Beatæ Mariæ de Vseta diœcesis Vasconensis

nensis, vbi paulo prius canonicos constituerat seculares, in villula minus insigni satis sterili & exili. Vacauit autem sedes annis duobus, mensibus tribus, diebus XVII. (Hæc ex gestis Pontificalibus.)

Post obitum prænotati Domini Wickboldi tres pariter electi fuerunt ad Pontificatum Coloniẽsem in discordia, nimirum Henricus de Vernenborch maior præ- *Colonienſis.*
positus, Meynardus de Westerborch Bonnensis præpositus, & Wilhelmus de Iuliaco præpositus Sancti Seruatii Traiectensis. Cum autem confirmata per Papam Bonifacium octauum pro eodem Wilhelmo fuisset electio, ipse statim in bello Flandrensium contra Regem Franciæ suscepto, cum fortiter egisset, interfectus fuit. Duo verò alii coelecti ambo ad curiam Romanam accedẽtes pro sua confirmatione forte varia contendebant, donec tandem electio dicti Henrici de Vernenborch, cum tribus ferme annis stetisset in Romana curia, confirmaretur. Anno Domini MCCCV. sedit verò annis viginti sex. Iste venerabilis antistes, licet grandæuus, vtpote suæ promotionis tempore sexagenarius, animo tamen ac viribus non deficiens, contra inimicos Ecclesiæ frequenter bella gessit, præsertim contra Ludouicum Imperatorem, ciuitatem Colonienſem, Ioannem Regem Bohemiæ Wilhelmum Comitem Hollandiæ, Ioannem de Hannonia, Gerardum Comitem Iuliacensem, Adolphum Comitem de Monte, Ioannem Comitem Seynensem, Engelbertum Comitem de Marcha cum aliis multis, qui post multas bellorum defatigationes eundem Archiepiscopum Henricum continue lacessitum ad vltimum in visceribus aggrediendo cum dictorum omnium confœderatorum Colonienſis ciuitatis auxilio castrum Brulæ valida obsidione cinxerunt. Sed cum ipsi dictum castrum per quatuor fere menses obsedissent, propter loci verò munitionem, & dicti Archiepiscopi fortem resistentiam in captione castri proficere non valuissent, interuenientibus tandem pacis intercessoribus, ab obsidione dicti castri, sua frustrati intentione, vacui recesserunt. Porrò in his aduersarum rerum angustiis, statu dicti Archiepiscopi continuo fluctuante ipse semper gerens animum eleuatum, quamuis propter aduersitates bellorum pecuniis & rebus necessariis fuisset exhaustus, tamen nobilem possessionem, videlicet castrum & comitatum Hulckenrade ad vsum & firmamentum Ecclesiæ magnis pecuniis comparauit: Sed dictam emptionis pecuniam dicti Allodii Ecclesiæ collegiatæ Colonienſis & Abbatiæ & totus clerus Colonienſis de suo quasi totaliter persoluerunt. Nam maxima pars possessionum, decimarum, & victus dictarum Ecclesiarum Colonienſium & cleri infra districtum & fines dicti comitatus in ipsius territorio posita est. Idem quoque Henricus Archiepiscopus pro defensione terrarum Ecclesiæ oppidi in Vrdingen, nec non & oppidum in Lyns de nouo communiuit: Castrum quoque in Rolanscke construxit, & ad fundamenta castri de Lechenych turrim fortem de nouo erexit. Sane post recessum aduersariorum ab obsidione castri in Brule (de qua supra præfati sumus) Ecclesiæ persecutores & confœderati complices denuò adunati castrum dictum Volmensteyn in ducatu Westphaliæ longa obsidione vallantes, tandem ceperunt, & captum funditus destruxerunt. Idem quoque Henricus Archiepiscopus generali concilio Viennensi per Dominum Papam Clementẽ quintum congregato personaliter interfuit, vbi per dictum Dominum Papam & prælatos, qui eidem concilio præsens interfuerunt, cum honore fuit receptus & familiariter pertractus. Iste etiã statuta Synodalia Engelberti secundi prædecessoris sui, fecit prouincialia & synodalia, nihilominus postmodum statuit in multitudine copiosa. Iste fratres Sanctæ crucis in Colonia Anno Domini MCCCVII. primitus suscepit, & paulo post indulgentias Ecclesiæ illorum per diuersos Archiepiscopos & Episcopos collatas, suas etiam adiiciens, per transfixum solenniter confirmauit. Tandem post multas bellorum & aduersitatum obitas tribulationes, semper tamen stans imperterritus, & æmulis pro viribus vices rependens, ad vltimum plenus dierum in pace defunctus est, & sepultus Bonnæ in capella Sanctæ Barbaræ ad latus Ecclesiæ quam ipse in vita de nouo construxit, & vacauit sedes diebus XXI. (Hæc ex chronicis Pontificum Colonienſium.)

Venerabilis Balduinus, frater Henrici postea Imperatoris Romanorum

Treuirenſia. Treuirorum Archiepiſcopus XCIII. electus eſt Anno Dom. MCCCVII. Pontificatus Clementis quinti anno tertio. Qui cum eodē Balduino Pictauis de Minoritate annorum diſpenſauit,& poſt ab eodem conſecratus & pallio decoratus,anno Domini MCCCVIII. more Treuirico ſcribi conſueto, in die Pentecoſtes Treuirim ingreſſus, pacem per totam terram ſuam diu violatam reformauit, caſtra fortia iuxta prædonum fortalitia ædificans, quibus eos ad pacem ſeruandam violenter coarctauit: Iudex ſtrictiſſimus extitit.Nam fratrem proprium facto homicidio vxoris proprię ſpe melioris habendæ vxoris,cepit & rotali ſupplicio occidit. Iſte etiam Balduinus cuncta Eccleſiæ ſuæ debita vel vſuris & damnis obligata redemit, & abſtracta ad ius & proprietatem Eccleſiæ vtiliter reuocauit. Tandem Anno Domini MCCCLIII. Carolus quartus Imperator Romanorum in natali Domini Moguntiæ curiam, conuocatis principibus, ſolennem celebrauit. Ibi Dominus Balduinus in vigilia natalis Domini in Eccleſia cathedrali, præſente Imperatore, veſperas & in camera Regis in nocte matutinas cantauit, vbi Imperator gladio euaginato legit Euangelium. (Exiit edictum à Cæſare Auguſto.) Et Dominus Balduinus primam miſſam, vt primas & Archicancellarius Galliæ decantauit, & Imperatorem Sacramento Euchariſtiæ communicauit: Dominus Gerlacus Moguntinus ſecundam, & Dominus Colonienſis Wilhelmus ſummam miſſam celebrauit. Poſt hæc Dominus Balduinus multa priuilegia pro Eccleſia Treuirenſi impetrat, & de curia celebrata XV. Calend. Februarii, Treuirim reuerſus, infirmitatis moleſtia grauatus, receptis Sacramentis & abſolutione, XII. Calend. Februarii ſpiritum qui dedit illum, reddit creatori anno Domini quo ſupra, anno natiuitatis ſuæ LXVIII. Sedit annis XLVII. Sepultus in Eccleſia maiori. Rex verò Carolus, audita morte auunculi ſui, Treuirim venit ad eius exequias,quas Capitulum XIV. Martii celebrauit. (Hæc ex Chronicis Treuirenſium.)

Imperialia. Henricus huius nominis ſeptimus, inter Imperatores verò VI, Comes Lutzenburgenſis, fuit electus in Regem Alemanniæ & Romanorum, in die B. Catharinæ virginis, in quadam villa prope Confluentiam, quæ Reynſe nominatur Anno Dn. MCCCVIII. Et dehinc Electores in Francofordiam procedentes eum publice Regem nominauerunt. Qui in feſto Epiphaniæ Domini immediate ſequentis apud Aquiſgranum fuit coronatus Anno ſalutis MCCCIX. ſecundum ſtylum curiæ Leodienſis, quem communiter in hac Chronographia ſequimur. Mundi verò MMMMMMDCCVII. & imperat annis quatuor, menſibus octo.

Eodem anno Rex Henricus miſit ad Papam Clementem quintum apud Auinionem ſolennes nuntios & Ambaſiatores, ſcilicet tres Comites & duos Epiſcopos petens coronam imperii à Papa ſibi dari. Papa verò menſe Iulio eius electionem admiſit & confirmauit, volens ipſum nominari Regem Alemanniæ & Romanorum vlterius, & vt poſſit agere quæ Regis officium requirit: Coronationem verò imperii promiſit ad tempus eidem tum aſſignatū, ſcilicet à feſto purificationis tunc proximo venturo ad duos annos, quo tempore vel ipſe ad ipſum coronandum iret vel Romam mitteret Cardinales qui coronarent.

Anno ſequenti, ſcilicet MCCCX. in Autumno idem Rex Henricus Rom. intrauit Italiam,iura imperii ſui percepturus: Et primò venit Taurinum, deinde ad ciuitatem Aſtenſem, poſtea Vercellas & Mediolanum, ibiq; in Epiphania Domini ſequenti, ſcil. Anno ſalutis MCCCXI. in Eccleſia S. Ambroſii Mediolanenſis per Archiepiſcopum Mediolanenſem corona ferrea fuit coronatus. Quam tamen debuiſſet accepiſſe in Modicia ex more antiquo,ſed ex certa cauſa fecit in Mediolano, creauitque in die coronationis ducentos milites de diuerſis nationibus. (Hæc ex chronicis.)

Notandum quod omnis Imperator Romanorū futurus coronatur quadruplici corona, primò ferrea, quam dare debet Archiepiſcopus Moguntinenſis, qua ſignificatur ferro vel per ferrum debere Imperatorem omnes rebelles & aduerſarios deuincere: Secunda corona eſſe debet ex diuerſis quæ inueniri poſſunt metallis compoſita, ad innuendum Dominum eſſe Imperatorem & eſſe debere, item incumbere illi, vt peritos totius mundi in temporalibus diuerſarū linguarum ſecum ſemper habeat:

habeat: quam coronam ab Archiepiscopo Treuirensi recipit: Tertiò debet coronari corona argentea, clara, munda, lucida & immaculata, ad significandum iustum & fortem esse debere & potentem, & in iustitia firmum, item largum, probum & generosum in reddendo vnicuiq; quod suum est, quam coronam Archiepiscopus Colonienſis confert: Quartò debet coronari corona de auro purissimo fabricata, ad figurandū, sicut aurum precioſissimum aliorum metallorum est, ita Imperatorē esse debere de mundo meliorem cæteris, & obedire Ecclesiæ Dei, nec aliter quàm si talis inuentus fuerit ad illam recipiendam coronam iudicari dignum: quam vltimam coronam in vrbe Romana recipit: vbi Papa, ad quem id pertinet, coronam talem in capite Imperatoris imponit, & ipsum confirmat, quod fieri in Ecclesia S. Petri in vrbe præfata, in præsentia fratrum Cardinalium: Et in illa die septem Electores Imperii Alemanniæ quilibet vti officio suo eis commisso per totam illam diem debet: quæ tota dies est gratioſa quoad Imperatorem. (Hæc Collector.) Sequitur ex chronicis. Postea Henricus Rex requirit ciuitates Lombardiæ de homagio sibi præstādo: vbi Cremonenſes & Laudunenſes vero in principio restiterunt, sed paulo post obedierunt. Brixienſes verò, quantum potuerunt restiterunt, qua de causa exercitum Rex parat, & Brixiam per magnum tempus obsessam tenet, interfecto ibi ante portam Brixienſem Domino Walramo germano Regis. Dominus verò Theobaldus, qui per regem cum suis fuerat in ciuitate repositus, & statim cōtra eum cum hostibus se coniunxit, per gentem ipsius Regis captus fuit, & in quatuor partes diuisus, & sic finiuit dies suos. Finaliter autem Brixienſes resistere non valentes se reddiderunt, & portis ciuitatis dirutis Rex per muros ciuitatis intrauit.

Anno Domini MCCCXII. Henricus Romanorum Rex sexto die Maii mensis intrauit vrbem Romam, & cum per portam S. Petri intrare non posset resistentibus sibi illis de Vrsinis & Domino Ioanne fratre Regis Apuliæ Roberti, qui caput se pro ipso rege faciebat, intrauit per portam molarum, per Columnenſes vsq; ad Lateranum perductus: Qui paucos dies ibi remanens rediit ad castra, ibiq; stetit: vbi gentes suæ multa tunc habuerunt negotia cum Romanis, vt ex vtraq; parte multi caderent, inter quos in die Beati Vrbani, scilicet XXV. die Maii fuerunt mortui Abbas Wissenburgenſis & Dominus Thomas de Sabaudia, ac piæ memoriæ Dominus Theobaldus de Barro Episcopus Leodienſis fuit captus, & post letaliter vulneratus, qui portatus in castrum Sancti Angeli statim exspirauit. Tandem Rex Henricus satis citò pòst, scilicet in die Dominica post festum Petri & Pauli, per fratrem Nicolaum Episcopum Ostienſem, & quosdam alios Cardinales ad hoc per Papam missos in Ecclesia Lateranenſi in Imperatorem fuit coronatus: quo facto ad Sanctam Sabinam profectus, ibi cum sua curia comedit. Deinde in castra ad milites rediit. Et post aliquot dies transtulit se Tiburtinum, ibique stetit vsque in finem Septembris: rediens deinde Romam & inde reuersus Tusciam, donec veniret Florentiam, vbi sedit ad dimidium milliare ab vrbe per sex septimanas & vltra: tum verò profectus Pisas, vbi stetit per totam hyemem, & ibi tres Reges condidit, & Regem Robertum Siciliæ capitali sententia condemnauit, vt infra patebit.

Anno sequenti, Imperator Henricus facta pace cum Romanis mense Iunio de ciuitate Pisana recessit, vt iret Romam: & communiter dicebatur iturus Neapolim, sed veniens in villam, quæ Bonus conuentus vulgariter appellatur, ibidem per aliquot dies emansit, & in die Assumptionis Beatæ Mariæ dum Eucharistiam sumpsisset, eodem loco à confessario suo fratre Bernhardo ordinis prædicatorum ad procurationem (vt ferebatur) supra dicti Regis Roberti & Principis Tarentini venenum sumpsisse dicitur: obiens mortem in die Sancti Bartholomæi Apostoli. Cuius corpus portatum fuit Pisas, ibique tantus luctus fertur ab hominibus in commune fuisse, quantus in vlla ciuitate auditus nunquam fuit. Imò, quod plus est, omnes eius quasi suam mortem propriam deflere videbantur. De ista intoxicatione sic habetur in alio Chronico. Relicta Roma, dirigit iter suum versus Florentiam, quam cum obsedisset quinq; mensibus, decessit ab ea ad quatuor

milliaria,& in quodam loco iussit figi tentoria,vbi cuidam Iacobitæ confessario suo, quem religiosissimum putabat, peccata sua deuote confessus, quia communicare volebat audita missa, Eucharistiam de manu eiusdem recepit. Atqui Belial omni belua cruenta crudelior in calicem miscens vino venenum, corruptus pecunia, mitissimum virum nefandissimo commercio toxicauit. Rex verò, dissolutis membris, in lectum decidit, & prædicatorem clam iussit abire: subitoque migrauit ad Christum Anno Domini MCCCXIII. Cuius corpus aromatibus inuolutum Papienses in cluſum æneæ aquilæ, desuper inauratæ, in medio Ecclesiæ suspendisse dicuntur. Postquam autē dictus Henricus coronam imperii assumpserat,processit contra Robertum Siciliæ Regem, cui imposuit crimen læsæ maiestatis, vt qui conspirasset, vt certæ ciuitates imperii contra ipsum Imperatorem rebellarent, vnde & de pluribus aliis declarauit eum priuatum omni honore Ecclesiastico.Quam tamen sententiam Dominus Clemens Papa quintus post mortem ipsius Henrici, nullam fuisse iudicauit, vt habetur in Clementinis. Dictus etiam Henricus Imp.per certos Cardinales sub fidelitatis Domíno nostro Papæ præstito iuramento requisitus de pace tractanda, negauit tale se vnquam feciſſe iuramentum, nec audiuisse per prædecessores suos factum, nec se à fidelitatis iuramentum cuiquam obstringi. Idcirco Clemens Papa quintus ordinauit, quemadmodum Imperator iurare teneatur, vt & olim fieri solebat,prout hoc habetur in Clementinis.(Hæc Emundus.) Inde factis cōtra eum processibus, tandem idem Papa in eum excommunicationis sententiam promulgauit: & Henricus Imperator nullo ab excommunicationis contra se lata & sibi intimata sententia absolutionis beneficio petito vel obtento ab Apostolica sede obiit apud bonum conuentum in Tuscia regni sui Anno quinto. (Hæc Petrus.) Iste Imperator fuit in omnibus aliis actibus suis bonus & bonorum morum, vt communiter Henricus bonus Imperator vocaretur. (Hæc Emundus.) Post cuius obitū vacauit imperium anno vno. De Imperatore eligendo contentio facta est, in qua quidam Bauarum Ludouicum, alii Fridericum Austrium elegerunt, vnde inter illos bellum exortum durauit annis octo,quo tandem anno Ludouicus obtinuit, & solus regnauit annis XXIV. (Hæc Florentius.)

Leodienſia. Ecclesia igitur Leodiensis per mortem bonæ memoriæ Domini Theobaldi de Barro vacante, hic Adolphus tunc præpositus Vormaciensis Ecclesiæ, studiis Aureliæ operam dabat,aptumq; tempus promotionis suæ considerans, quærit amicos, & procuratis per illos Regis Franciæ Philippi formosi literis Papam Clementē quintum visitando, curiam salutauit, & demum Episcopatum Leodiensem obtinuit ab eodem, licet tunc quidam Wilhelmus de *Iuleanotis, canonicus Leodiensis vir valentissimus pro illo spe maxima laborasset. *Iulement.*

Anno Domini MCCCXII. feria quarta Dominica in Ramis palmarum præcedente in Episcopum confirmatur, & eadem Dominica per Papam subdiaconus: Sequenti verò sabbatho Paschæ diaconus per Episcopum Prænestinum: & sabbatho tandem post Pentecosten presbyter per eundem ordinatur: & postea per Berengarium Tusculanensem Episcopus à B. Martino septuagesimus quintus, & à B.Lamberto XLVII consecratur. Iste multa cum Leodiensibus habuit bella quasi per vndecim annos,& post hinc inde multos sæpe prostratos cessauit tandem impetus ciuitatis Leodiensis contra ipsum. Vnde versus: *Annis vndenis rabie sit legio lenis.* Istius tempore tanta fuit pestilentia & caritas,vt modius siliginis mensuræ, cuius quinque modii quatuor tantum mensuræ Leodienses adæquātur,decem florenis aureis venderetur. Et tamen horrea frumentis erant plena, quæ ad loca maritima, vbi maior caritas erat, deportabantur.

Anno sequenti minus quàm vnius floreni precio modus vendebatur. Et contigit hæc caritas, quia à festo Ioannis vsq; ad Augustum pluere non cessauit, propter quod grana intrinsecus vacua manserunt, & circa mare propter inundationem defecit annona.

Item Anno Domini MCCCVI. Rhenus congelauit,vt pertransirent pedibus in die Agnetis virginis Coloniæ. Item circa annū Dn.MCCCXVIII. leprosi cremantur, quia puteos intoxicauerant consilio Iudæorū. Item anno Dn.MCCCXX. castrum de Vrechen à ciuitate Colonienſi dirutum fuit.

Item

Item Anno Domini MCCCXXXIII. emebatur in Colonia quarta vini pro vno vuo, & melioris vini emebatur quarta pro duobus mauris.

Item Anno Domini MCCCLXXXVII. fuerunt Britones dicti Pye Berdunen in terra Iuliacensi.

Item Anno Domini MCCCLXXXVIII. fuit Rhenus tam siccus, vt equi medio in Rheno transeuntes naues attraherent, & putei exsiccarentur, adeò vt aqua de Rheno in ciuitate Colonien si per plateas venderetur.

Item Anno Dom. fundatus est conuentus fratrum Sanctæ crucis nigræ paludis in sylua Dominorũ de Merode. Et eodem anno incorporata est ei Ecclesia in Myrwilre per Dn. Wernerum de Merode Baronem, ad quem de iure pertinebat ius patronatus dictæ Ecclesiæ, qui fundauit eundem conuentum: incorporationem confirmauit Dominus Apostolicus Clemens sextus & Valramus Episcopus Colonien sis, vnde sunt literæ.

Item Anno Dn. MCCCXXXIV. consiliarii Episc. Leodien sis cum capitulo S. Lamberti vendiderunt Comiti Flandriæ oppidum Mechilinien se pro centum millibus regalium tali conditione, vt Comes ipsum in feudum ab Ecclesia susciperet, nec à comitatu suo in perpetuum alienatione quacunq; separaret, quod & fecit de Grammor & de Borhem antiqua Ecclesiæ feuda neglecta pariter releuando. Acta sunt hæc tempore Adolphi Episcopi de Marcha.

Anno Dn. MCCCXLIV. tertia die Nouemb. obiit Adolphus de Marcha, &c. (Hæc ex Chronico Leodien si.)

Item ex magno chronico Anno Dom. MCCCXVII. festum Sacramenti, quod in sola diœcesi Leodien si celebrabatur, per Ioannem Papam XXII. vbiq; celebrari præcipitur & processio solennis illo die instituitur.

Item Anno Dom. MCCCXXXII. commissum est bellum pro corona imperii inter duos electos, scil. Ludouicum Ducem Bauariæ & Fridericum Ducem Austriæ, cuius pars victa est, ipso etiam capto. Tandem pacificati sunt & Ludouicus coronã obtinuit, sed Papa eum excõmunicauit, & ne Rex appellaretur, prohibuit. Sequitur ex chronico Leodien si. In tempore istius Episcopi Adolphi de Marcha duo Reges Alemanniæ in discordia eliguntur, & in die pta fixa apud Aquas quælibet partium ad obtinendam coronam venturam cum potentia iactabat. Et Ludouicus quidem Bauariæ Dux tunc electus cum rege Bohemiæ, Gelren si, Iuliacen si, Lossen si Comitibus & aliis pluribus comitatus cum magno exercitu Aquas venit, aduersarios præstolando. At Fridericus Austriæ Dux ab illa parte in Regem electus copias colligit armorum, cui Episcopus Adolphus fœderatus in eius adiutorium exercitum congregauit. Sed Fridericus Dux maiorem potentiam Ludouici sentiens, lota retraxit. Quod Episcopus audiens ad propria pedem retulit. Et Ludouicus Aquis in Regem per Treuiren sem Episcopum coronatur: Sed Fridericus Dux Austriæ Bonnæ per Archiepiscopum Colonien sem regale susce pit diadema.

Sequitur ex magno Chronico Anno Dn. MCCCXXXIV. constitutũ est Leodii, vt incarnatio deinceps renouetur in natiuitate Christi, cum ante in vigilia Paschæ cõsueuerit ibi mutari. Item iste Adolphus de Marcka præfuit Eccl. Leodien si XXXII. annis & obiit anno Dn. MCCCXLIV. in die S. Huberti, sepultus ante maius altare Ecclesiæ S. Lamberti. (Hæc ex chronicis.)

Ioanni Duci Brabantiæ huius nominis secundo intempestiuè defuncto successit in ducatu filius eius vnigenitus Ioannes huius nominis tertius annorũ circiter XIII. Iste Ioannes quamuis ætate iuuenis, gestu tamen erat magnanimus & maturus. Erat etiam simplex & benignus, sed nõ minus iustus. Nam maleficos sine mora eliminabat & castigabat, Fabulatores insuper & detrectatores curiosos, & adulatores, quantum poterat, vitabat. Quodq; ore vel literis firmabat, nullo modo infringi permittebat: Amicos suos licet pauperes diligebat, & eis benefaciebat, eosq; erigebat. Porrò inimicos persequebatur acerrime ac deprimebat, modestus erat, eloquio rarus ac cõsideratus & frugalis, in distributione discretus, non superbus astu, nec singularis habitu, sed in omnib. modestiam & discretionẽ amabat. Iste post longam & preciosam repetitam obsidionẽ debellauit ciuitatẽ & castrum de Valckenborch ac destru- *Brabantiæ.*

xit & debellauit ciuitatem Sittard, & oppoſuit ſe Regi Bohemiæ & Franciæ, ac pene omnibus principibus circa clima noſtrum, qui omnes adunati non poterant ipſum ſuperare, cuius ordinem & modum ob prolixitatem omiſi ſcribere, &c.

Anno ducatus eiuſdem Ioannis tertio, qui fuit anno Domini MCCCXV. apparuit cometes protendens radios ſuos inter Septentrionem & occidentem: & euenerunt tres plagæ permaximæ, quarum prima fuit pluuia, quæ incepit in menſe Maio, & continuò perdurauit per vnum annum vel circa. Secunda plaga fuit maxima caritas non ſolum in pane & frumentis, ſed in omnibus victualibus, quibus homines ſuſtentari debent. Quæ quidem caritas adeò magna fuit, vt fertellum ſiliginis venderetur in Antuerpia pro ſexaginta groſſis veteribus Turonenſibus. Tertia verò plaga fuit mortalitas ſiue peſtilentia permaxima, in qua, vt fertur, plus quàm tertia pars hominum in hoc climate moriebatur. Tandem victorioſiſſimus Ioannes Dux Brabantiæ huius nominis tertius obiit, & ſepultus eſt honorifice in Villari, anno vitæ ſuæ circiter quinquageſimo quarto. Ducatus autem ſui XLII. &c.

Romana. Defuncto Clemente Papa quinto Cardinales numero XXIV. qui apud Carpentoracum ciuitatem cum alia curia reſidebant, intrantes conclaue in Epiſcopali palatio pro electione ſummi Pontificis facienda, cum ibidem aliquandiu perſtitiſſent, non valentes concordari, ſuborta graui & grandi turbatione exterius inter familias eorundem ex conclaui circa feſtum B. Mariæ Magdalenæ concorditer exiuerunt, ſtatuentes tempus, infra quod redire ad eundem locum pro electione ſummi Pontificis celebranda deberent. Sed ſubortis variis quæſtionibus inuicem, quæ ſilentio potius relinquendæ ſunt, quàm ſcribendæ illuc minime redierunt, ſed in diuerſis villis & ciuitatibus diſperſi ſteterunt, ſic diuiſi loco & propoſito annis amplius quàm duobus, fueruntq; tractatus plures habiti per perſonas medias inter eos quorum finis tandem fuit mediante Domino Philippo tunc Comite Pictauii, poſt verò Rege Franciæ & Nauarræ. Itaq; congregati ſunt in Lugduno pactis præuiis, ſcilicet, ne clauderentur, & vt de Lugduno libere recedere quando vellent, poſſent: quæ tamen non fuerunt eiſdem ſeruata pro maiori bono Reipublicæ, quod præfertur priuato, vt compellerentur Eccleſiæ prouidere. (Hæc Bernardus.)

Item Anno Domini MCCCXIV. tres ſimul Lunæ in cælo apparuerunt, & fulgur, quem Cometem dicunt, tribus menſibus emicuit. (Hæc Florentius.)

Item anno ſeqẽnti circa natale, ſtella cometa apparuit, curſum ſuum per noctem faciens circa polum, comamq; ſuam longam ad ſcopæ modum formatam, nunc verſus occidentem, nunc verſus orientem, & aliquando ad partes alias protendebat, durauitq; vſque ad finem menſis Februarii. Paulo poſt ſecunda apparuit ſtella alia, quæ Cometa dicitur, in parte orientali, ſed minor quàm altera videbatur. (Hæc Bernardus vbi ſupra.)

Imperialia. Defuncto Henrico Imperatore, & vacante tunc ſede Papali, Electores Imperii conuenientes in vnum pro electione Imperatoris diuiſi ſunt in duas partes. Maior pars Fridericum illuſtrem Ducem Auſtriæ filium Regis Alberti elegit in Imperatorem Alemanniæ: Minor Ludouicum inſignem Ducem Bauariæ, nepotem quondam Regis Rodolphi ex filia: factaq; eſt inter eos propter hoc grauis & longa concertatio vſq; ad ſtrages hominum. Sed dum Dux Auſtriæ prædictus captus fuit, Ludouicus Bauariæ deinde ius imperii ſibi vendicans vſurpauit. Cæpit autem Anno Dn. MCCCXV. Mundi verò MMMMMMDXIII. Et imperauit annis XXXII. (Hæc ex chronicis.) Aliqui Ludouicum concorditer electum ab omnibus Electoribus, dempto Archiepiſcopo Colon. Henrico tradunt, qui elegit Ducem Auſtriæ & ipſum coronauit in Regem Rom. in Eccleſia oppidi Bonnenſis, quia idem Dux Auſtriæ impediebatur per Gerardum Comitem Iuliacenſem, ne in vrbem Aquenſem venire poſſet, cum eiuſdem Comitis Iuliacenſis auxilio eo die Ludouicus ingreſſus Aquiſgranum, ibidem per Balduinum Epiſcopum Treuirenſem quondam Henrici Imperatoris germanum coronaretur. Quod præfatus Archiepiſcopus Colonienſis Henricus & Reynaldus dominus de Valckenborch libenter impediuiſſent, ſi potuiſſent. Iſte Ludouicus de Bauaria Papæ Ioannis XXII. quod electionem ſuam confirmare nollet, hoſtis factus eſt, & eum, ne Romam teneret ſeu mitteret, impediuit.

Et pro-

Et propter hanc causam schisma procurauit. Dixit verò palam in duodecim articulis fidei errare Papam Ioannem illum, eôque hæreticum appellauit, fratremq; Petrum de Corbara ordinis Minorum Papam constituit & diutissime defendit. Iste Ludouicus habuit duos filios, scilicet, Ducem Wilhelmum & Albertum qui successiue fuerunt Duces Bauariæ & Comites Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ. Iste etiam Ludouicus huius nominis quartus creauit Reynaldum huius nominis secundum Comitem Gelriæ in Ducem primum Gelriæ, & Comitem Gerardum Iuliacensem in Marchionem. (Hæc magister Emundus.)

Anno Imperii Ludouici secundo, scilicet salutis, MCCCXVI. in pago vallis superioris Arni fluminis nomine Terrais monstrum natum est, habens duos pueros vno vmbilico inter se iunctos, cui ab vno latere, & genitalia erant membra, & bina quoque pendebant inualida crura, & ab altero vero latere eius solum exibat imperfectum, vixitq; diebus quadraginta.

Anno eiusdem decimo in die Clementis & nocte sequenti mare eousque intumuit in Hollandia, vt submerserit plures villas & plus quam quinque millia hominum. (Hæc Petrus.)

Item Anno Dom. MCCCXXVII. Anno regni Ludouici XIII. Rex Ludouicus Romæ præter Pontificis voluntatem à Sciarra Columnensi, nulla solita solennitate seruata, coronatus, per sententiam Ioannem Pontificem priuat & Petrum Corbariensem ordinis Minorum Pontificem fecit, à quo iterum sibi coronam imponi iubet, vt quisque falsæ dignitatis alteri auctor esset. (Hæc Florentinus.) Vnde Petrus ait: Præfatus Ludouicus spretis omnibus excommunicationis sententiis & processibus contra eum factis & publice in consistorio per Ioannem Papam vigesimum secundum promulgatis Italiam est ingressus cum fauore partium, peruenitq; ad ciuitatem Pisanam, & fuit receptus à Pisanis, vbi seipsum coronari in Imperatorem per quendam sacrilegum Antipapam, & sic coronatum ostentari in vrbe, legibus & ordine peruersis fecit, vbi etiam ad culmen vesaniæ, & etiam in vituperium dictæ vrbis, & in scandalum fidei catholicæ fecit fieri & erigi in Antipapam quendam Pseudoreligiosum de ordine fratrum Minorum anno prænotato, eundemque Antipapam fecit, non sacris, sed execratis orationibus execrari potius quàm consecrari. Cui etiam Antipapæ idem Ludouicus reuerentiam indebitam tanquam summo Pontifici exhibuit, & ceruicem & genua inclinauit, ipsumque manu tenuit & duxit tanquam idolum pro pastore, & nefarium hominem pro vicario Iesu Christi. Præfatus pseudoantipapa vocabatur frater Petrus Rayuallacii de Corbaria, Reatinæ diœcesis, qui vxorem habuerat & adhuc habebat Ioannam Matthæi de Corbaria filiam, eiusdem diœcesis cum qua habitauerat publicè iugaliter vt maritus, annis quinque antequam assumeret habitum fratrum Minorum, quem assumpsit ipsa Ioanna vxore sua in mundo remanente pariter & in vita. Præfatus etiam Ludouicus in ostentationem coronationis suæ, suggerentibus nefariis hominibus, mente & fide corruptis, contra Sanctissimum Papam Ioannem prædictum vicarium Iesu Christi multa proposuit, dicens, Hæreticum esse & non Papam Romanum, nec à Catholicis illi obediendum, vnde magnum illi intulit probrum. Nam cum suo Antipapa fratre Petro, fecerunt imaginem Ioannis Papæ antedicti in Pisis de straminibus, induentes eum pontificalibus, & præsente populo quantum in eis fuit, Ioannem Papam prænominatum degradauerunt, & publicè ipsius imaginem cremauerunt. Post hoc Ludouicus reuersus de Italia ad Alemanniam, cum teneret curiam in Francfordia, ibi non coactè, sed sponte in præsentia Archiepiscoporum aliorumque Prælatorum, nec non Principum, Comitum, nobilium, ac vulgi verum se Christicolam esse per veræ fidei confessionem, recitans orationem Dominicam & salutationem Angelicam, nec non symbolum voce publica declarauit, eô quod Papa hæresin ipsi imputasset.

Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octauo fuit pluuia sanguinis in Erfordia regionis Turingiæ & Moguntinæ diœcesis. Eodem tempore in quibusdam regionibus ingens multitudo locustarum visa est, quæ magna prata depascebat ad radices. (Hæc qui supra.)

Anno Ludouici XXIII. cometes per quatuor menſes apparuit, & antequam extinctus ſit, emicuit alter menſibus duobus.

Item Anno eiuſdem Ludouici XXIV. Arnus continuis imbribus in menſe auctus tres Florentiæ pontes cum murorum vrbis parte, ac proximis fluuio ædificiis maximo ciuium terrore proſtrauit.

Item Anno imperii eius Ludouici XXV. Salutis ſcilicet MCCCXXXIX. cenſu Florentiæ agitato inuenta ſunt hominum intra vrbem degentium nonaginta millia. (Hæc Florentius.)

Item Anno Ludouici XXVI. cometa in cælo eſt viſus. Item peſtis Florentiæ ſedecim millia vrbanæ multitudinis extinxit, & per agrum fœda ſtrage deſæuiit. Tandem Ludouicus Bauarus vir magnus & potens diebus ſuis, gerens ſe pro Imperatore, exiſtens in venatione de equo cecidit, & fracta ceruice exſpirauit excommunicatus. (Hæc ex Chronicis.) Iſtius Ludouici Regis tempore floruit Pariſiis Nicolaus de Lyra Doctor Sacræ Theologiæ, Iudæus natione, ſed conuerſus valde profecit in ordine Minorum, & ſcripſit ſuper tota Biblia & alia plura. Sunt qui de Brabantia fuiſſe, de parentibus Chriſtianis, ſed ob paupertatem viſitaſſe ſcholas Iudæorum, & ſic didiciſſe linguam illam confirmant. Obiit autem Anno Pontificatus Clementis Papæ ſexti octauo, Caroli verò quarti Regis Rom. tertio, Salutis ſcilicet MCCCXLIX. die XIV. menſis Octobris. Sepultus Pariſiis in conuentu ſuo in loco capitulari verſus feneſtras, & fuerat in ordine fratrum XLVIII. annis quando mortem obiit. (Hæc ex chronicis.)

Romana. Ioannes viceſimus ſecundus de Caturco ciuitate oriundus ex patre Arnoldo, fuit electus in ſummum Pontificem, ſeptimo Idus Auguſti Anno Dom. MCCCXVI. in conuentu fratrum prædicatorũ Lugduni, vbi Cardinales numero XXIII. poſtquam à Carpentoraco ciuitate ob magnam commotionem à conclaui quod prius intrauerant exeuntes diſceſſerant, & diſperſi ciuitatib. & villis annis amplius quam duobus ſteterant, tandem rurſus congregati pariter & incluſi erant, diligentia, arte & ingenio Domini Philippi tunc Comitis Pictauienſis, fratris Regis Franciæ Ludouici, cui ſucceſſit in regno Franciæ; ipſis tamen quod tunc includi deberent, penitus neſcientibus pariter & inuitis. Sic igitur quadrageſimo die ab incluſione ipſorum tractatu præhabito in præfatum Dominum Ioannem omnes pariter conſenſerunt. Erat autem Cardinalis Epiſcopus Portuenſis & Iacobus vocabatur, ſed Ioannes exinde vocatũ eſt nomen eius, fuitq; coronatus more Pontificum Rom. cum honore ſolenni Nonis Septemb. Lugduni in Eccleſia cathedrali. Hic prius Epiſcopus erat Foriiulienſis in prouincia Aquenſi annis XI. & inde translatus, factus eſt Epiſcopus Auenionenſis per Clementem Papam quintum Anno Dom. MCCCX. ac deinde aſſumptus in Cardinalem per eundem Clementem Anno Dom. MCCCXII. apud Auenionem, vbi tunc curia morabatur, & tandem hoc anno de Cardinalatu aſcendit ad Papatum. Iſte de Lugduno recedens venit Auenionem, & ibi cum illo manſit curia. Fecit apud Auenionem ordinationem octo Cardinalium, quos aſſumpſit.

Anno ſequenti, ſcilicet ſalutis MCCCXVII. Septimo Idus Aprilis, Ioannes Papa apud Auenionem canoniſauit, & Sanctorum confeſſorum catalogo inſcripſit S. Ludouicum Epiſcopum Toloſanum, filium quondam Caroli ſecundi Siciliæ Regis.

Item eodem anno, menſe Nouemb. fecit publicari & ſub bulla ad generalia ſtudia deſtinari conſtitutiones, quas Dominus Clemens prædeceſſor eius fecerat tam in Viennenſi conſilio, quàm ante, ſed quæ prius ad generalia ſtudia deſtinatæ non erant, ſed eouſq; manſerant ſuſpenſæ.

Item Anno Pontificatus ſui quarto, de fratrum ſuorum conſilio conſtituit nouum ordinem militum de militia Ieſu Chriſti in regnis Portugalliæ & Algarbiæ ad reſiſtendum illic Sarracenis pro defenſione fidei Chriſtianorum. Cuius ordinis caput ſeu domum principalem conſtituit in caſtro marino Siluenſis diœceſis, conceſſitque & donauit eiſdem militibus bona omnia cum pleno iure, quæ fuerant ordinis quondam templi in prædictis regnis, accedente ad præmiſſa conſenſu Regis Algarbiæ, qui prædictum caſtrum eidem ordini munificentia regia contulit & conceſſit, ſede Apoſtolica confirmante. Ordo verò prædictus viuere

& mili-

& militare Deo pro defensione fidei, & infidelium impugnatione secundum regulam & instituta ordinis Calatrauensis, & cum opus erit visitari, corrigi & reformari tam in capite, quàm in membris debet per Abbatem de Alcobatia Cistertiensis ordinis diœcesis Vlisbonensis. Eodem anno veterem Abbatiam Montiscassiani S.Benedicti Abbatis in nouam Episcopalem sedem erexit.

Anno sequenti, xv.Calend.Maii (scilicet salutis MCCCXX.) apud Auenionem canonisauit & in Sanctorum confessorum catalogo cum solennitate in huiusmodi consueta posuit Sanctum Thomam Episcopum Herfordiensem à transitu eius anno XXXVIII. Qui fuit vir nobilis, sed nobilior moribus & vita, scientia & doctrina, doctor in decretis & magister in Theologia. Cuius præclara & ingentia merita ingens fama virtutum tam præcedentium, quàm sequentium miraculorum longe lateque declarat, non solum in beneficiis & remediis sanitatum, verum etiam in pluribus mortuis per eius merita suscitatis, in quibus mirificauit Dominus Sanctum suum & colendum exhibuit vniuersis.

Anno sequenti Calend.Ianuarii Ioannes Papa fecit ordinationem alteram septem Cardinalium, quibus postmodum singulis singulos titulos assignauit. Hucusque Chronicon fratris Bernhardi Guidonis ordinis Prædicatorii quondam inquisitoris hæreticæ prauitatis in regno Franciæ de Romanis Pontificibus & Imperatoribus & regibus Franciæ protenditur & finitur.

Anno Domini MCCCXXIII. Thomas Aquinas à Ioanne Pontifice inter Sanctos relatus est. Ioannes Pontifex Ludouicum Bauariæ Ducem ad Imperium iamdudum electum Ecclesiæ communioni interdixit, & variis censuris publice condemnauit. Iste Ioannes Papa plures constitutiones vtiles & salubres fecit, quæ hodie tamen in corpore iuris non continentur dictæ extrauagantes.

Item Astronomi hoc tempore maximi fuerunt Parisiis, videlicet Ioannes de Ligneus, Ioannes de Saxonia, Ioannes de Muris, & Buridanus, maximus Philosophus, qui inuenit viam modernorum. Item Ludolfus Carthusiensis prior Argentinensis, qui vitam Iesu Christi & multa alia scripsit. Ioannes Mandeuil Doctor in Medicina & miles in armis, natione Anglicus, qui mirabilē peregrinationē quasi totius mundi perfecit, & eam tribus linguis explicauit, Odericus vir Sanctus, de ordine Minorum, qui per Asiam & Indiam euangelisando, miraculis clarus percurrit, & quatuor Sanctorum Martyrum corpora sui ordinis de ciuitate Hormas per mare ad superiorem Indiam in ciuitatem Cartam, non sine miraculis transtulit, & peregrinationem suam descripsit. Segardi multi combusti sunt Parisiis propter hæresin pauperum de Lugduno, quia sub specie boni mala suscitare conabantur, & Michael generalis minorum fuit cum sibi adhærentibus declaratus hæreticus. Numerus combustorū tam de ordine eorum, quàm aliorum erat centum quatuordecim. Spiritus Guidonis multa reuelat in ciuitate Alexii prope Romam, de quo pulcher libellus conscriptus fuit. Schisma vicesimum primum ecclesiæ exortum est hoc tempore inter Ioannē XXII. & quendam Petrum de Corbario de ordine Minorum. Causa fuit Cæsaris Ludouici tyrannis, qui vnitatē Ecclesiæ discindere nitebatur, eò quod Ioannes Papa eum excōmunicasset. Qua de causa Petrū istum in Idolum erexit, & vt Papam veneratus est, sed nihil profecit, statim succiso capite, & ad pedes Ioannis veniā petente & obtinente Petro, sed vt hoste omnibus diebus vitæ suæ incluso. De isto schismate & Petro vide supra in gestis Ludouici Regis Rom. Tandem Ioannes Pontifex anno Dn. MCCCXXIV. Nonis Decemb. die Dominica, hora diei prima anno pontificatus sui XIX. currente, infirmitate correptus cum se moriturū videret, ad exhortationem amicorū submisit se & doctrinam suam iudicio Ecclesiæ Rom. in hæc verba: Credimus quod animæ separatæ à corporibus & purgatæ, sint in cælo, cælorum regno seu Paradiso & cum Christo in consortio Angelorum congregatæ, videant Deum & diuinam essentiam à facie ad faciem clare quantum status & conditio animæ separatæ patitur: qua explicatione facta statim die & hora supra dicta exspirauit. (Hæc Petrus.) Item Florentinus de morte eius sic ait: Ioannes Pontifex ætatis suæ anno XC. prid. Nonas Decem. Auenione moritur in thesauris suis ingentem auri atq; argenti vim relinquens, & nominatim secundum iustam supputationē, aurea-

rum drachmarum viginti quinq; millia, hoc est millesies viginti quinq; millia: quod vix credibile, sed verum est. Nec aliis temporibus Ecclesia Romana legitur fuisse locupletior. (Hæc ille.)

Traiectensis. Sepulto Guidone Pontifice, Fridericus huius nominis secundus, natus de Zierck S. Petri Traiectẽsis præpositus, ad instantiam Wilhelmi Comitis huius nominis tertii, quadragesimus tertius est electus Traiectensis Episc. anno Dn. MCCCXVII. Pontificatus Ioannis Papæ XXII. anno secundo, & præfuit annis v. Iste Fridericus in Rom. curia consecratus, ære alieno proprio obligatus maximo fuit, quanquam Episcopatum satis diuitem, vt prædicitur, inuenit: Ideoq; breui tempore pauper factus tam à suis quàm ab alienis non in magno honore habitus fuit. Castrenses namq; de Lyenden, homines sui Episcopatus frequenter exactionantes, magna ex parte castrum Dullenborch incenderũt, & aliquoties Rheni gurgitem transfretantes, currus Episcopo necessaria ferentes interceperũt: Vnde Episcopus opportunũ auxilium Reynaldi Comitis Gelriæ implorauit, vt iure debitæ fidelitatis in vindictam talis iniuriæ subueniret. Sed Reynaldus illustris Comes paulò post à proprio filio captus, & sic Episcopus à desiderato auxilio destitutus fuit. Sequitur ex Chronicis Gelriæ anno Dn. MCCCXVIII. Reynaldus Comes Gelriæ huius nominis primus à proprio filio suo æquiuoco captus & in arcta custodia inclusus est consilio suorum, eo quod comitatum in bonis imminueret. Et licet multi Domino cõdolerent patri, tamen filius parum curauit. Quapropter Dominus de Buren & Dn. de Arckel cõfœderati anno sequenti hostiliter cæperunt Boemel, & destruxerunt per incendium. Acta fuerunt hæc altera die assumptionis virginis Mariæ. Episcopus ergo Traiectensis sine auxilio relictus Hollandiam adiit, fideiq; & consanguinitatis Wilhelmũ Comitem monuit, & ab eo debitæ subuentionis auxiliũ expetiuit. Nec mora quin idem Comes expeditũ exercitum colligeret, cui Ioannem Dominũ de Arckel virum egregium præfecit capitaneum, qui Hollandos educens, Lyenden castrũ & Boemele cum villulis adiacentibus omnino succendit, ac omnes aduersantes hostes ita strenue subiugauit, vt Episcopo non solum de cunctis offendiculis debitam satisfactionem exhiberent, verum etiam confractum castrum Dullenborch sub expensis propriis repararent.

Tandem Anno Dom. MCCCXXII. XIII. Cal. Augusti, Fridericus Episc. arthritico morbo confectus apud Horst migrauit à seculo postquam quinq; saltem annis Traiectensi præfuisset Episcopio. Cuius corpus intra ciuitatem allatum, & ibidem in Ecclesia cathedrali cum exequiis competentibus humatum fuit. (Hæc ex chronicis.)

Leprosi in Gallia.

Item Anno Dn. MCCCXXI. (agente actore & amatore salutis humanæ) fuit detecta & deprehensa nequitia leprosorum contra sanos in regno Franciæ facta contra salutem populi. Disposuerunt enim, vt aquas fluminum & fontium atq; puteorum vbiq; inficerent appositis venenosis infectis atq; inficientibus rebus, & cõiectis in eos pulueribus, vt homines sani bibentes, aut vtentes eisdem aquis, sic infectis efficerentur leprosi aut morbidi aut penitus necarentur, sicq; leprosorum numerus augeretur & sani deficerent. Et quod dictu incredibile videtur, ad villarum dominium & castrorum aspirabant, iamq; inter se diuiserant, diuisis locorum donationibus nomina sibi Principum, Comitum, & Baronum in diuersis terris imposuerant, si id quod conceperant eueniret. Fuerunt verò capti & deprehensi in malitia & nequitia quamplurimi, & confessi de se aliis detexerunt conciliabula & conuenticula, quæ prius in diuersis locis, annis quasi duobus habuerant, & in eis præceptiones seu cõmendationes eorum, qui maiores inter eos erant, fecerant & congregationes, quas sua vocabant capitula ad tractandũ. Sed misertus est populi sui Deus, & veritate comperta, combusti in diuersis ciuitatib. atq; villis & castris & territoriis fuerunt quotquot reperti sunt culpabiles & cõplices nequissimæ factionis. In plerisq; locis in detestationem horrendi facinoris leprosi ipsi viri & mulieres in domibus suis concluſi cum omnibus rebus suis fuerunt ignibus appositis à populo absq; alio iudicio concremati. Tandem verò maturiori consideratione & consultatione instituta, reliqui omnes & singuli, qui superstites & innocentes inuenti sunt, prouida circumspectione in futurum inclusi in locis fuerunt, ex quibus nunquam egrederentur, sed ibi degerent & tabescerent perpetuo ne possent nocere nec multiplicari, viris à mulieribus penitus separatis. (Hæc Bernardus.)

Defun-

Defuncto Friderico Pontifice, Wilhelmus Comes Hollandiæ iterato Traiectum venit, & pro Iacobo Zudenſi Epiſcopo ſupplicari fecit. Sed ecce capitulum in electione bipartitè diuiſum eſt. Maior enim pars capitularium Iacobum de Antishoerna Decanum Eccleſiæ Traiectenſis elegit. Minor verò pars poſtulauit antedictum Iacobum Zudenſem Epiſcopum. De qua controuerſia tumultus quidam infra ciuitatem exortus, & Wilhelmus Comes per ſtrepitum popularis vulgi ſubitò concurrentis in anguſtiam coniectus eſt. Quam ob rem & ipſe Comes in magnam feruens iracundiam iuſſit præclarum habitaculum præpoſiti Traiectenſis in Doerne comburi, & omnia ſua ibidem (proh nefas) annullari. Zudenſis autem Epiſcopus attendens, quod ipſe cunctis pene prælatis exoſus eſſet, & quod aduerſus Iacobum de Antishoern electum aliquo iure præualere non poſſet, electioni ſeu poſtulationi cedens, deſiderio ſuo caruit, & Iacobus de Antishoern per confirmationem Henrici Colonienſis Archiepiſcopi Epiſcopus quadrageſimus quartus Traiectenſium effectus eſt.

Anno ſalutis MCCCXXII. Pontificatus Ioannis Papæ viceſimi ſecundi anno VII. Præfuit menſibus duobus. Iſtis ita peractis Zudenſis Epiſcopus, vt quidam tradunt, ad Traiectenſium Pontificium indeſinenter aſpirans, & Iacobum confirmatum incurabili morbo debilitari cernens curauit extemplo, vt prima Traiectenſis ſedis vacatio cameræ Domini Papæ reſeruaretur, ſperans ſe adhuc ex promotione quorundam temporalium conſequi poſſe. Iacobus autem electus & confirmatus vir honeſtæ conditionis, & amator eccleſiaſticæ religionis. Eodem anno prænotato XII. Calend. Octobris obdormiuit in Chriſto, tumulatus apud maiorem Eccleſiam in Traiecto. (Hæc ex Chronicis Traiectenſibus.)

Poſt obitum Domini Iacobi capitulares electionem denuo celebrantes, elegerunt vnanimi voto Ioannem de Bronchorſt præpoſitum Sancti Seruatii Traiectenſis eodem anno prænotato. Qui continuò totum Epiſcopatum gubernare diſpoſuit, ſed inopinato incidente infortunio per modicum tempus Epiſcopatui præfuit. Vaſalli enim principales Eccleſiæ Traiectenſis, vtpote Ioannes Dux Brabantiæ, Wilhelmus Comes Hollandiæ, & Reynaldus Comes Geldriæ deſtinauerunt oratores ad Romanam curiam, deuotiſſime ſupplicantes, vt Ioanni præpoſito Cameracenſi prouideretur de vacante pontificio: quod Dominus Apoſtolicus Ioannes XXII. anno pontificatus ſui octauo (ſalutis ſcilicet MCCCXXIII.) ad preces antedictorum principum, quanquam collatio Pontifici iure reſeruata tum non eſſet, fecit. Itaque Ioannes de Deyſt in curia conſecratus, domum accelerans, plurimamque nobilitatem colligens, & ciuitatem decenter ingrediens, more ſolito Epiſcopatum poſſedit, & Ioannes de Bronchorſt vir amabilis ab aliquandiu poſſeſſo pontificio deiectus eſt. Tandem Anno Dn. MCCCXLI. Cal. Iun. Ioannes Epiſc. vicem vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, apud Traiectum in eccleſia exequiis cõpetentibus humatus. Iſte Ioannes XVIII annis debiliter regens epiſcopatum, caſtrũ Vredeland cum adiacentibus villis Comiti Hollandiæ dudum in Vadimonium dedit, vt & Vollentho caſtellũ cum terra Tranſiſelina Geldriæ Comiti pridem impignorauit. Pauca relatu digna geſſit, niſi quod canonicales præbendas Amersfordiæ fecit. Et comitatum cum caſtro de Diepenheim per auxilium Eccleſiæ comparauit. (Hæc ex chronicis.)

Quinquageſimo ſexto loco ſedit in pontificatu Colonienſis Eccleſiæ ſub Ludowico quarto & Carolo quarto Imperatoribus, annis XVI. menſibus VI. diebus XIX. venerabilis Pontifex Walramus. Iſte frater Wilhelmi Comitis Iuliacenſis fuit, præpoſitus anteà Leodienſis & Colonienſis Eccleſiæ theſaurarius, iuuenis ætate, vtpote octo & viginti, & paulo plus ætatis habens. Cum autem vacante Colonienſi Eccleſia capitulum poſtulaſſet, ad eandem Eccleſiam Adolphum Epiſcopum Leodienſem, virum diuturnæ probitatis, & in regimine Leodienſis Eccleſiæ fama celebri conuerſatum, Dominus Papa Iohannes vigeſimus ſecundus, dicta poſtulatione non admiſſa, prouidit dicto Domino Walramo de Colonienſi Eccleſia quamuis abſenti: qui quamuis in mandatis negociis, vt tantæ dignitatis requirit ſolicitudo, non multum fuiſſet verſatus. (Nam à pueritia in ſtudiis generalibus Pariſienſi & Aureliacenſi iuuentutem ſuam exercuit, vbi etiam gradum

licentiati in decretis baculaurei obtinuit) tamen ipſius laudabilis in ſtudio literarum conuerſatio & alta generis nobilitas ad tantum honoris & dignitatis faſtigium eum extulerunt. In principio igitur cum ad regimen Colonienſis Eccleſiæ acceſſiſſet ceſſantibus propter ſuæ parentelæ nobilem potentiam Eccleſiæ conſuetis iſtorum temporum bellis, ipſe rexit Eccleſiam in ſumma pace & temporum quiete per vndecim circiter annos. Sub qua quidem pacis amœnitate tam clerus, quam populus, poſt præteritas longi temporis excuſſas fatigationes tranquilla felicitate temporis gaudens, opulentiſſime reſpirauit : & in huiuſmodi quietis temporibus caſtra Eccleſiæ & fortalitia, propter præteritorum bellorum preſſuras, reperiens, loca alia collapſa, alia deſtructa, nonnulla inchoata, ſed nondum perfecta, multis magnificis & decentibus ſtructuris nobiliſſime rurſus communiuit. Nam caſtrum Lechenich, quod quidem contra impreſſiones Comitum Iuliacenſium (vt in finibus poſitum) ſemper fuit & eſſe poteſt Eccleſiæ Colonienſis ſingulare præſidium, Dominus Walramus carni quidem & ſanguini minime acquieſcens, fratre ſuo Comite Iuliacenſi plurimum inuito atque renitente, à fundamento erexit, & decentiſſimis ædificiis, ad magnam perfectionem vſque perduxit, quod quidem ſucceſſor deinde plenius conſummauit. Ipſe etiam plurima caſtra Eccleſiæ, videlicet Godensborch Brule turribus & mœnibus fortiter communiuit, multas etiam nobiles poſſeſſiones & caſtra ad Eccleſiam magnis pecuniis recuperauit, vtpote oppidum & caſtrum Reimbach, caſtrum Oyde cum aduocatia in Kempene & Curte in Hunff, caſtrum Poppelſtorff, medietatem caſtri in Seynsberch cum attinentiis, medietatem quoque caſtri Nordernaii, quod à Comite de Waldeke pro Eccleſia obtinuit bellico apparatu. Deinde caſtrum Zeltanch ſuper Moſellam longis temporibus alienatum à Comite de Veldenze pro magna quantitate pecuniæ redemit. Adhuc idem Walramus oppidum Mengdem in terra Weſtphaliæ, quod ab antiquo dirutum & deſtructum fuerat, in finibus Comitis de Marcha poſitum, cum valido exercitu illuc profectus à fundamentis denuo reparauit, & portis atque mœnibus fortiter cinxit : quod licet per Adolphum Comitem de Marcha & Godfridum Comitem de Arnsberch nocturno tempore, durantibus induciis, deinde rurſus captum & deſtructum eſſet, tamen denuo ille refecit, & ad munimen eiuſdem oppidi caſtrum à latere eius poſuit & muniuit. Primus etiam inſtituit & fundauit clauſtrum & conuentum Carthuſienſium infra muros ciuitatis Colonienſis, de cuius fundatione ſic loquitur Wernerus collector faſciculi temporum eiuſdem monaſterii monachus : (Anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſecundo fundata eſt domus Sanctæ Barbaræ ordinis Carthuſienſis in Colonia Agrippina illo in loco, vbi pie creditur quod olim Beatus Seuerinus Sancti Martini animam in cælum deferri angelico cum conuentu conſpexerit. (Hæc ille.) Præterea cum Ludouicus quartus Romanorum Rex per Ioannem Papam vigeſimum ſecundum Benedictum duodecimum, & Clementem ſextum, longo tempore excommunicatus, ſententias in ipſum latas, non curaret, ſed ſemper creſceret & fortior fieret, dictus Dominus Walramus Archiepiſcopus vnà cum aliis quibuſdam principibus in villa dicta Rens ſuper Rhenum congregatis ad beneplacitum & votum dicti Clementis Papæ ſexti elegit in Regem Romanorum Carolum quartum, filium quondam regis Bohemiæ & eundem in Bonna vnxit & Regem viuente adhuc Ludouico quarto ſupradicto, cui tunc ciuitas Aquenſis fidelitatis obſequio fortiter adhærebat, propter quod idem Ludouicus Imperator ipſum Walramum Archiepiſcopum fortiori odio proſecutus multis moleſtiis variè diuexauit : Nec id ſolum, ſed poſt mediocrem felicitatem & quietem (vt inuida fata res in proſperitate diu conquieſcere non ſinunt,) cæperunt mutari tempora, & dicto Domino Walramo aduerſitates & bella ſuccreſcere & accedere æmulationes. Nam plures in finibus Epiſcopatus Colonienſis terrarum Domini potentes, videlicet Comes de Marcha, Comes de Arnsberck, Comes de Waldeke, & Comes Loſſen, quamuis ſinguli prædicto Domino Walramo vel conſanguinitatis aut affinitatis fœdere coniuncti eſſent, tamen valida inter ſe contra Eccleſiam Colonienſem facta conſpiratio-

spiratione fines & terras Ecclesiæ vndique perturbarunt. Itaque quia Comes de Marcha inter omnes vehementius Ecclesiam infestabat, Dominus Walramus multos nobiles stipendiis conducens, exercitum militarem in Westphaliam ad tuendum fines Ecclesiæ contra inimicos misit, vbi commisso inter gentes Ecclesiæ & Comitis de Marcha campestri prælio, victoria Comiti de Marcha cessit, & nonnullis de stipendiis Archiepiscopi occisis, & trecentis circiter captiuis abductis. Nec tamen propter hos casus aduersos Archiepiscopus à concepta defensione iuris Ecclesiæ destitit, sed cito post, resumptis viribus validum armatorum militarem pariter atque pedestrem exercitum congregans ad terminos comitatus de Marcha appulit, transiens Rhenum iuxta Berckam: vbi cum consedisset in finibus Comitatus, Wilhelmus Comes Hollandiæ vnà cum Comite Cliuensi tractantes de pace, certa concordiæ pacta inter partes proposuerunt: vt expeditio ipsius Archiepiscopi ab vlteriori progressu tunc licet cum damno Ecclesiæ intermitteretur. Nam exercitus Archiepiscopi & expensarum ad dictam expeditionem susceptus apparatus tantus erat, vt Comes, qui resistere non potuisset, sine dubio ad extremam angustiam & paupertatem deuenisset. In dicto verò conflictu qui prius antecessit, dictus Comes vulnera cum magna fatigatione virium corporis accepit, ex quibus non diu post defunctus est. Porrò Walramus Archiepiscopus talibus aduersitatibus & infortuniis pressus & expensis, sumptibusque necessariis exhaustus, in his omnibus à fratre Comite Iuliacensi & aliis consanguineis, qui inimicis ipsius & Ecclesiæ, plus quàm ipsi Archiepiscopo fauebant, misere derelictus, cæpit per aliquod tempus in Galliam peregrinari, ibique cum paucis familiaribus parcendarum expensarum gratia conuersari, gubernatione rerum Ecclesiæ & terræ externis quibusdam personis etiam laicis, commissa: quo quidem aduersarum rerum in turbine omnia, quæ Ecclesiæ castrorum & mensæ Episcopalis reditus erant, pro soluendis debitis in creditorum manus per oppigerationem peruenerunt, sed dum isto modo Archiepiscopus à patria absens, inter peregrinos exularet, obiit Parisiis in vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ virginis sub Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono: cuius corpus translatum Coloniam, & in Ecclesia Sancti Petri sepultum fuit, videlicet, in capella Sanctorum Angelorum in dexto latere chori, super cuius tumulum successor Epitaphium de marmore albo atque nigro, artificioso sumptu præparatum extrui iussit. Fuit autem dictus venerandus Pontifex Walramus, staturæ corporis mediocris, plurimum liberalis, humilem se omnibus atque modestum exhibens, vt à nullo exigeret vindictam, pius in pauperes, benignus in Ecclesias, & clerum, & pecuniis subditorum, & eorum exactionibus non auide intentus. Quapropter, licet moriens Ecclesiam debitis grauatam reliquerit, tamen prouinciam, tam in clero, quàm in populo reliquit feliciter opulentam. Fuisset itaque multis nominibus commendandus, nisi consilia sua personis leuibus credidisset. (Hæc ex Chronicis eorundem Pontificum.)

Benedictus duodecimus ex patre Wilhelmo de castro Sauardi, Rhemensis diœcesis, Tholosanæ prouinciæ oriundus, assumptus est ad summi pontificatus ministerium Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, in vigilia Beati Thomæ Apostoli, mense Decembri in Episcopali palatio Auenionensi: vbi tunc viginti quatuor Cardinalium conclaue instructum erat. Vacauit itaque sedes post felicis recordationis Dominum Ioannem Papam vigesimum secundum (qui obiit quarto die Decembri, anni eiusdem,) diebus sedecim. Romanæ.

Recepit suæ coronationis honorem in loco fratrum prædicatorum Auenione, die octauo mensis Ianuarii, tunc immediatè sequentis Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quinto cum magna solennitate ac ceremoniis consuetis: Sedit annis septem, mensibus tribus, diebus septendecim. Vocatus primò Iacobus de Furno, monasterii Bolionensis, Cistertiensis ordinis, quod iuuenis ingressus & magister in Theologia factus erat, & ab ipso in religionem ingressu feruidus cum seueritate fidei zelator, & in Tholosanis partibus postea feruenter officium in-

quisitionis exercens, multas in illis hæreses exstirpauit. Tandem monasterio Fontis frigidi Narbonensis diœcesis in Abbatem præficitur & spiritualiter ac temporaliter in illo proficit. Demum efficitur Appaneum, & deinde Mirapiscensis Episcopus per Ioannem Papam XXII, ac postmodum in titulo Sanctæ Priscæ presbyterum Cardinalem anno Domini MCCCXXVII. per eundem Papam assumitur, & subsequenter in Papam eligitur, vt præfertur. Rectissime igitur Benedicti nomen assumpsit, qui tam in agro quàm in ciuitate benedictus erat, & solidæ synceritatis constantisque conscientiæ benedictionem & tantum animi vigorem habuit, vt reges & principes orbis parum curaret, & æqualiter omnes pertractaret. Multa in principio pontificatus ordinauit & statuit, inter quæ fuit, vt capellani sui horas canonicas cum notis recitarent, & in vno dormitorio omnes dormirent, nec alios reditus, quam mensæ Papalis vitam & vestitum haberent. Iste primus registrum supplicationum signatarum induxit, multas remouens fraudes, quæ prius accidebant. Iste Pontifex Benedictus anno Domini MCCCXXXVIII. mense Decembri fecit ordinationem sex Cardinalium. Considerans verò à multis religiosis Sanctorum statuta primum & ordinum regulas, ex insolentia vel desidia negligi, humerisque suis sentiens reformationis eorum onus incumbere, more Galli seipsum prius alis excutiens, antequam cantaret, à perfecta caritate non discrepans, Cistertiensis & Sancti Benedicti ordines, ex dicta iam negligentia reformandos per quasdam constitutiones suscepit, quas ad perpetuam rei memoriam ordinauit, & nisi mors eum (vt Domino placuit) præueniisset, cæteros mendicantium ordines, velut ista negligentia non parum deformes, iusta iudicii lima similiter reformasset. Eorundem tamen ordinum fratres sine speciali & iusta causa limina curiæ Romanæ terentes abire iussit non redituros absque sedis Apostolicæ licentia, vel mandato. Cauit verò ne sanguis & caro in suos inspirarent amorem. Vix nanque nepotem suum Archiepiscopum Arelatensem effecit. Alios autem vel non habuit, vel non nouit. Cuidam diuiti mercatori, neptem eius in vxorem habenti, ac ad eiusdem Pontificis gratiam cum vxore venienti respondit, se vt Iacobum illos agnoscere, non vt Papam, qui consanguineos non habeat. Quia tamen eius videndi causa ad curiam venerant, iussit sumptus eis pro aduentu & reditu solui: & sic cum suæ duntaxat benedictionis gratia remisit. Tandem hic pastor bonus ex antiquo tibiarum vlcere fluido cæpit plus solito infirmari, & cum medici infirmitatis fluxum reprimere vellent superuenerunt alia, propter quæ in die Beati Marci Euangelistæ, mensis Aprilis vigesimo secundo die migrauit ad Dominum in palatio quod fundauerat. Sepultus in Ecclesia cathedrali Beatæ Mariæ Auenione, in sepulchro pro eodem constructo, vbi nondum quisquam positus erat. De quo tale metrum per inuidiam scriptũ legitur:

Iste fuit verè laicis mors, vipera clero,
Deuius à vero, tuba repleta mero.

Hollandica. Post obitum Wilhelmi glorioſi principis, Wilhelmus filius eius, huius nominis quartus, XIX Comes Hollandiæ effectus est Anno salutis MCCCXXXVII. Imperii Ludouici de Bauaria XXIII. & rexit annis IX. Eodem anno Reynaldus Comes Geldriæ huius nominis secundus debellauit, cepit & destruxit castrum Vreda, cum oppido in partibus Westphaliæ. Eisdem temporib. contigit in oppido Delfft dignum relatione miraculum. Nam matrona quædam adeò feruenter æstuabat ad Dominicæ passionis intuitũ, vt stigmaticæ cicatrices in latere, manib. & pedibus suis visibiliter apparerent, & vniuersi fideles in hoc prodigio crucifixũ Dominum non immeritò collaudarẽt. Item anno Dn. MCCCXLII. die II. mensis Ianuarii terræmotus factus est in Hollandia, qui ad paucos annos subsequentes prognosticauit horrenda flagitia.

Anno sequenti XII. die Octobris obiit Reynaldus primus Dux Gelriæ, anno comitatus sui XIII. Ducatus verò IV. sepultus in Munichausen, ordinis Carthusiensis prope Aernheym. Epitaphium Reynaldi Ducis Geldriæ primi & Comitis vltimi:

Geldria dic florem cecidisse tuum q, decorem,
Iustum rectorem, sic militiæq, valorem,

Legis

Legis amatorem Reynaldum nobiliorem,
Ac defensorem patriæ, cunctis probiorem.

Cui succeſſit Reynaldus tertius, filius eius, Dux ſecundus, habens in vxorem Mariam filiam Ioannis Ducis Brabantiæ huius nominis tertii, quæ conſtruxit in comitatu Gelriæ caſtra de Oyen & de Beeſd. In Brabantia verò, quia Thornout cum cæteris villis circumiacentibus pro dote ſua habuit, fundauit collegium canonicoſecularium in honorem virginis Mariæ & Sancti Petri principis Apoſtolorum. Et rurſus monaſterium canonicorum regularium prope Thornout, quod dicitur Berſſendanck. Inſuper caſtrum in Thornout conſtruxit, & multa alia bona fecit. Tandem poſt mortem viri ſui moram trahens cum ſorore ſua Duciſſa Brabantiæ Iohanna in oppido Bruxellenſi in pace quieuit anno Dom. MCCCXCVIII. (aliàs XCIX.) ſepulta Bruxellæ apud minores.

Iſte Comes Wilhelmus ciuitatem Traiectenſem per ſex hebdomadas cum centum quinquaginta millibus pugnatorum potentiſſime obſedit, & quod voluit obtinuit. Deinde cum maxima potentia Friſiam intrauit, à quibus ſecundum vaticinium Reynaldi Comitis Gelriæ, quando ipſum de Sancto fonte leuauit, occiſus eſt. (Hæc ex chronicis Hollandiæ.)

Sepulto Iohanne Pontifice quidam canonicorum poſtulauerunt Iohannem de Arkel canonicum Traiectenſem ad inſtantiam Wilhelmi quarti Comitis Hollandiæ. Cæteri verò capitulares elegerunt Ioannem de Bronchorſt, præpoſitum S. Saluatoris ad nutũ Reynaldi primi Ducis Gelriæ. Dominus a. Apoſtolicus Benedictus XII. his duobus amotis, donauit pontificium anno pontificatus ſui ſeptimo (ſcilicet ſalutis MCCCXLI.) auditori cauſarum nobili Romano Nicolao de Capuciis. Qui officialem Traiectum miſit, vt loco ſuo in cathedra retur, & homagia, caſtra, & omnia quæ iure ſpectant ad Epiſcopum acceperat. Qui cum omnes fere reditus epiſcopales in caſtris & dominiis alienatos, ac in manus magnorum Principum oppignoratos inueniſſet, & ſuprema iura in toto territorio, niſi Epiſcopus in propria perſona reſideat, exerceri non poſſe ſenſiſſet, reſcripſit ea omnia ſtatim præfato Nicolao. Qui cum id ex officialis literis cognouiſſet, reuocauit eum ſtatim domum, quia Epiſcopatum in manus Papæ reſignare ſtatuerat, quod etiam eodem anno palam in publico conſiſtorio fecit, & à Papa Cardinalis effectus inſtitit pro Ioanne de Arkel dudum electo, eò quod de fama probitatis ipſius per ſuum officialem & alios præclara multa audiuiſſet. Dominus igitur Clemens ſextus de nouo Papa creatus diſcreto & nobili viro Ioanni de Arkel prædicto vacantem Epiſcopatum Traiectenſem cõtulit, diſpenſans ſuper minorennitate annorum. Sub iſto Pontifice, vt nonnulli ſcriptores tradunt, contigit miraculum in oppido de Amſterdam circa Sacramentum altaris, vnde quotidie miracula & peregrinationes ac vota hactenus fiunt, quod ob prolixitatem non perſequor. Iſte venerabilis Nicolaus Epiſcopus Traiectenſis fundauit, & dotauit collegium ſolenne ſtudentium in ciuitate Peruſia, ſub iſta conditione, vt Epiſcopus & capitulum Traiectenſe, duos ſcholares vita & moribus commendabiles in Grammatica ſufficienter inſtructos de Traiecto vel Dauentria, vel alio loco vicino ad ſtudium prædictum rectoribus prædictæ domus præſentent, vbi ſex annis victum & neceſſaria habent. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectenſium.) Iſte Nicolaus à quibuſdam ſcriptoribus inter Pontifices Traiectenſes non nominatur, & ideò in præſenti Chronographia nouum numerum nõ facit. (Hæc Collector.)

Traiectenſia.

Clemens ſextus Lemouicenſis, ordinis Sancti Benedicti, cæpit anno Domini MCCCXLII. ſeditque annis decem, (Matthæus dicit duodecim) In faſciculo temporum eſt annis decem, menſibus vndecim, diebus XVI. Iſte Clemens fuit nomine & re totus virtuoſus, multaque per Benedictum rigoroſe facta mitigauit. Laudabilis fuit rigor ſeueritatis Benedicti, ſed multo amabilior benignitas Clementis. Erat præterea concionator egregius, & ſermones multos collegit: nullumque ſine ſolatio à ſe abire permiſit. De iſto Clemente ſic refert Petrus in ſuo compendio Chronicorum: Clemens Sextus, qui prius Petrus Rogerii eſt nuncupatus,

Romana.

primo niger monachus fuit, deinde factus Magister in Theologia, & postmodū Episcopus Rothomagen, & rursus Cardinalis, & vltimo factus est Papa. Qui cum eodem anno circa Pentecosten gratias generales in Auenione proclamaret, tāta confluxit multitudo clericorum, qui, vt pauperes beneficia impetrare voluerunt, vt numerus tunc in examinationibus diœcesium per vniuersum orbem computatus esset ad centum millia clericorum, vt ego personaliter ibidem constitutus ex veridicorum relatione intellexi. Item sumptuosissimum tenuit statum & admodum pomposum ac secularem, vt audiui, & partim ipse cognoui. Dicitur tunc aliquis exhibuisse dicto Clementi supplicationem, addens eidem versus, qui, si eius supplicatio admitteretur, ordine recto in dicti Papæ laudem: sed si reiiceretur ordine retrogrado in dicti Papæ vituperationem legi potuerunt. Et sunt tales: 10

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Pauperibus tua das nunquam, stat ianua clausa,
Fundere res quæris, nec tua multiplicas.
Conditio tua sit stabilis, non tempore paruo,
Viuere te faciat hinc Deus Omnipotens.

Hæc ille. Istius tempore claruit fœmina quædam Brigida, à vulgo Brigitta nominata, quæ de regno Sueciæ, post mortem viri sui principis regni illius cum filia Romam venerat peregrinationis causa, & ibidem vitam cælibem duxit. Ista plurimas à Deo visiones habuit, quæ Romæ, Neapoli ac in locis aliis à multis tanquam prophetiæ in scriptis tenentur. Vnde fuit vir quidam religiosus nomine Alphonsus, confessarius, & secretarius eiusdem fœminæ, qui postea factus solitarius, ea defuncta, de his visionibus plurimas explicauit. 20

Item primo anno huius Papæ Clementis ipsa Brigida reuelatum sibi per visionem à Deo dixit, vt Papa Auenione Romam redeat, quo se & vniuersalem Ecclesiam reformet, & annum Iubilæum indicet. Sed Papa Romam venire non maturauit: annum tamen iubilæum maxime ad instantiam Romanorum de centesimo anno ad quinquagesimum reduxit. Et inter Ecclesias pro consequendis indulgentiis anni Iubilæi visitandas, connumerauit Ecclesiam Lateranensem, concedens, vt ii, qui post iter arreptum in ipso anno Iubilæo legitime impedirentur, quo minus ad vrbem Romanam peruenirent, seu etiam qui numero dierum in ipsis indulgentiis consequendis à scripto nondum expleto decederent, dummodo verè pœnitentiam, indulgentias ipsas consequerentur. (Hæc Goblinus.) 30

Anno pontificatus eiusdem Clementis sexto, igneus vapor magnitudine horribili in Boreali regione, magno aspicientium terrore, per cælum delabitur, quod à philosophis vocatur Candela rotunda. Alii hoc eodem anno bestiolas permultas in oriente de cælo ceciditse scribunt, quarum corruptio & fœtor pestilentiam intulerint. 40

Anno sequenti lugubris & miseranda pestis pene per totum orbem, in Asia apud Indos incipiens, passimque prouincias perrepens trium annorum spatio, ad Britannos vsque vbique terrarum in omnes gentes desæuiit. Et quo eodem anno amplius quàm sexaginta millia hominum Florentiæ intra vrbem absumpsit pestis, & per agros cuncta pene deserta reliquit. (Hæc Florentinus.)

Item Petrus de eadem, Circa hoc tempus (videlicet Anno Domini MCCCXLVII, & XLVIII.) facta est pestilentia, quasi per totum orbem, qualis antea per centum annos non est visa, & pluribus vicibus successiue in plurimis locis inualuit, ita vt homines infra triduum post infirmitatem morerentur & valde prudenter, quia multi eorum se morituros prædicabant. Nascebatur illa subitò ex vlcere exurgente sub axilla vel inguine. Multæ exstiterunt opiniones, vnde euenerit illa infirmitas. Aliqui planetis ascribebant, qui venena ex diuersis visceribus terræ extraherent, venenis aeri permistis, & aerem venenosum attrahentibus hominibus. Alii ad intoxicationem pontium & puteorum referebant, & hoc Iudæis maxime imputabant, propter quod in diuersis prouinciis, & specialiter in Brabantia inhumaniter ducebantur ad mortem. Ipsi verò Iudæi mortem patienter suscipientes, præce-

præcedebant ad locum, vbi debebant comburi cum gaudio, & primò parvulos suos, & post eorum fœminas, & vltimò seipsos in incendium proiecerunt. Sed eorum morti alia fuberat causa, quia eorum diuitiæ desiderabantur. Ego magis credo pestem illam potissimum ex voluntate diuina contigisse, vt mundus in maligno positus purgaretur à contagiis viciorum, & per maximam causam interfectionis Iudæorum. (Hæc ille.)

Anno sequenti Iuliacum Germaniæ vrbs terræmotu corruit, & per Pannoniam atque Italiam nonnullæ ciuitates nutauerunt, in quibus ædificia nonnulla funditus corruerunt. (Hæc Florentinus.)

Eodem anno scilicet salutis MCCCXLIX. Flagellatores in diuersis Almanniæ partibus, versus regnum Franciæ, ex singulis ciuitatibus, oppidis & villis per turmas & congregationes exeuntes portari fecerunt ante se crucem, processionaliter cantum de passione Domini in suo idiomate dictatum cantabant, & quibusdam flagellis nodosis acubus insutis, vsque ad sanguinis effusionem in scapulis se percutiebant, euntes de villa in villam, credentes se per huiusmodi pœnitentiam ab omnibus suis peccatis absolutos. Inter quos etiam Episcopi magni & clerici & laici sic ibant, per quadraginta dies huiusmodi pœnitentiam agentes. Et hæc consuetudo prædictæ sectæ durauit per annum: quam Clemens Papa tandem auctoritate Apostolica cõpescuit & annullauit per constitutionem quam edidit. De istis flagellantibus in alio Chronico sic legitur:

Anno sequenti, scilicet salutis millesimo trecentesimo quinquagesimo, fuit annus Iubilæus per dictum Papam Clementem ordinatus & constitutus in vrbe Roma, tanquam in loco dignissimo, in quo (vt ait Beatus Gregorius) vltra sex millia corporum Sanctorum in quolibet die anni requiescunt, prout in prologo dicti Iubilæi dictus Clemens asserit, qui sic incipit (Ad memoriam.) Prædicto ergo anno Iubilæo, vt præfertur instituto & publicato per totam Christianitatem, innumerabilis populus vtriusque sexus perrexit turmatim Romam pro prædictis indulgentiis impetrandis. Cuius tanta fuit multitudo, sicut quidam fide dignus ex peregrinantibus narrauit, vt quotidie infra dictum annum ad quinque millia peregrinorum intrantes & exeuntes vrbem, Romæ computarentur. (Hæc Petrus.)

Item eodem anno lector quidam, Paulus nomine cum Beatam virginem conceptam fuisse sine originali peccato negaret coram toto clero & populo in Cracovia cecidit, & expirauit, sermone nondum finito, vt testatur Magister Henricus de Hassia. Quod factum multos terruit in hac materia scribentes.

Sanctus Iuo Brito Doctor Iuris canonisatur, qui aduocatus pauperum & sanctæ vitæ fuit, & solus inter omnes Iuristas modernus Sanctus reputatur. (Hæc Wernerus vbi supra.) Tandem Clemens Papa percussus apostemate in dorso, cum familiares sui iuissent pransum, solo cubiculario secum relicto, cum apostema erumperet, & cor illius submergeret, subitò exspirauit. (Hæc Petrus, qui suprà.)

Ioannes huius nominis tertius, filius Domini de Arkel ex filia Comitis de Vernenborch, prouisus de Pontificio Traiectensium, per Clementem Papam sextum consectabatur solenniter in curia Romana per Dominum Gondelinum Cardinalem & Episcopum Albanensem in octaua Sancti Martini, pontificatus Clementis Papæ sexti anno primo. Quo facto, valedicens Apostolico cunctisq; proceribus curiæ Romanæ, accelerauit in patriam, & postea octaua die Maii Traiectensem vrbem decenter ingressus, & antiquæ consuetudinis ritu glorioſe cathedratus est, anno salutis MCCCXLIII. Pontificatus Clementis Papæ secundo. Præfuit annis XXII. Iste Iohannes Episcopus iuuenilis ætatis flore vernans, totum episcopatum diuersis pecuniis implicatum reperit: sed cunctis debitoribus curioſe satisfacere studuit. Itaque Reynaldo Domicello Geldriæ impignorationem plene persoluit, & terram Transiselinam ab antecessore suo dudum impignoratam sub potestatem suam recepit, & castrũ de Vredeland adiutorio ciuitatis Traiectensis de manibus Florentii de Brunchorst militis castellani ex parte Comitis Holãdiæ redemit. Iste Ioannes Anno Dn. millesimo trecẽtesimo quadragesimo sexto in festo S. Seruatii cæpit propriis expẽsis

muris & turribus atque propugnaculis circummunire oppidũ de Renen, & laudabiliter & egregiè, vt patet, perfecit. Castrum de Merckenborch iuxta Goy, castrum de Wordenborch, & castrum Vorst vltra Iselam iuxta Zwollis obsedit & funditus subuertit, simulque terram, quæ dicitur Mastbroeck suæ dominationi subiugauit, quod antea propter potentiam Domini de Vorst, & suorum complicum non poterat.

Anno Domini MCCCLVIII. Iohannes Episcopus in festo Sancti Vincentii martyris oppidum de Hoerdenborch, fossatis magnis & excelsis propugnaculis per gyrum tabulatis mœnibus communiuit, diminuendo montem oppido contiguum, & vt fertur, pridem in eodem loco castrum regale steterat constructum à paganis, sed 10 postmodum omnino eradicatum.

Anno Domini MCCCLX. Ioannes Episcopus castrum de Aerckelsteyn iuxta Dauantriam propriis suis pecuniis construi fecit. Et castrum de Ema iuxta Amersfordiam de manibus Zwederi Vterlo, præpositi Sancti Petri tunc, & postea præpositi & Archidiaconi Traiectensis per amicabilem compositionem eripuit, quod idem præpositus sumptuose ædificauerat vicarius dicti Domini Episcopi.

Anno Domini MCCCLXII. in Ianuario in festo Marcelli Papæ, tanta erat tempestas ventorum & elatio maris, vt nulla ætas meminerit maiorem, & violentia ventorum multæ Ecclesiæ, multarumq; Ecclesiarum turres cum domibus & molendinis corruerent. Insuper multi aggeres circa littora maris ex vehementi conquassatione aquarum interrupti, magnam submersionem hominum vtriusque sexus intulerunt. Igitur Iohannes de Arkel Traiectensis Episcopus in pluribus bellis victor & admodum felix postquam à Clemente Papa episcopatum ex toto per antecessorem Ioannem de Deyst vel impignoratum vel vsuris & damnis grauatum recepisset, & egregie contra omnes inimicos potenter per multa peneq; perpetua contra multos grassatores & hostes bella defendisset, tandem tamen prudentia & strenuitate sua iustoque iudicio Dei disponente, cuncta Ecclesiæ suæ debita, in vsuris vel damnis consistentia persoluit; omnia impignorata ab antecessoribus suis redemit: abstracta vel violenter detenta, ad ius & proprietatem Ecclesiæ vtiliter reuocauit: Incursiones & insolentias deprædantium edomuit: multa prædonum castra deuicit: plurimosque deiectos, gratiam suam exoptantes, precibus amicorum in deditionem & gratiam recepit: castra & fortalitia Ecclesiæ vel fecit vel renouauit, atque rebus necessariis, vt eorum promptuaria ex hoc in illud eructarent, vndique conferta reliquit: Dirutas Ecclesias restaurauit, restauratas optimis libris, calicibus, ornamentisque preciosis adornauit: in summa Ecclesia preciosissimam mitram cum baculo pastorali argenteo deaurato, quibus verus Episcopus & Dominus Traiectensis introductione sua inuestiretur & coronaretur, propriis expensis magnifice fabricari iussit. Monasterium seu canonicorum bibliothecas preciosis libris adimpleuit. Itaque post multa alia virtutum insignia ab ipso patrata, cum Ecclesia Traiectensis, tali tam stabili columna fulciretur, & aliquo iam modo læta & libera ex priscis pressuris & calamitatibus, vt ante patuit, respiraret, diuitiisque plurimis abundaret, & episcopatum iam XXII. annis Ioannes noster strenue rexisset. Ecce Vrbanus Papa quintus Engelbertum de Marcha Episcopum Leodiensem à Leodio Coloniam: Et in huius locum Leodium Ioannẽ præfatum de Traiecto transtulit, & Florentio de Weuelichouen subdecano Colonienſi de episcopatu Monasterienſi prouidit. Quibus sic rite ordinatis Ioannes de Arkel Leodium intrauit cum magno comitatu principum, baronum ac militum, vbi secundum ritum & consuetudinem cum solennitatibus consuetis admissus fuit, & episcopatum in magna pacis abundantia per quindecim annos egregie rexit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectensium.)

Leodienſis. Anno Domini MCCCXLV. in vigilia Sancti Matthæi Apostoli Engelbertus præpositus Leodiensis, nepos ex fratre Episcopi defuncti, per Papam in Episcopum est electus, qui XII. die Aprilis Leodium veniens tenuit festũ solenne, & erat LXXVI. Episcopus à S. Materno, & XLVIII. à S. Lamberto. Iste Engelbertus habuit bellũ contra ciuitatẽ Leodiensem & Hoyensem, quibus inuicem congressis, tandẽ exercitus Episcopi victus

victus receſſit, de ſuis nobilibus multis interemptis: Inter quos Dominus de Falcomonte cecidit, & alii plus quàm quadraginta milites, demptis vulgaribus: quamuis Epiſcopus habuiſſet vltra 6000. equitum, demptis pedeſtribus. Tunc etiam ſolo caſtrum Claremont æquarunt: vt ſimiliter caſtrum de Hamele prope Tungris diruerunt.

Anno Domini MCCCXLVI. ceperunt Leodienſes Arkentael infra Leodium & Traiectum ſupra Moſam ſuffodientes murum ad longitudinem trium virgarum, & ſupplentes lignis, quibus igne appoſito combuſtis murum ad ruinam compulerũt. Tunc caſtri cuſtodes turrim magnam caſtri aſcendunt, quam defendunt viriliter, & lapidibus iactis nonnullos occidunt: ſed poſtridie cum plus non poſſent dedito caſtro ſe ſaluis membriſq; ſuis Leodienſibus tradiderunt, qui erant circiter centum numero. Duobus diebus ſequentibus caſtrum funditus euerſum fuit. Et ſic teloniũm, quod tribus annis ante dominus caſtri inſtituerat, ceſſauit.

Anno Domini MCCCXLVII. Leodienſes cum per totum annum victores fuiſſent, vincuntur ab Epiſcopo, quia canonicos ſpoliauerant, qui eos non offenderant, & cenſum impoſuerant clero, & vexillum ſacrum, quod ſeruat Eccleſia, & ſub quo in pace plures triumpharunt, inuaſerunt, & ſub illo contra proprium dominum dimicauerunt: vnde vexillifer primo congreſſu captus eſt, ſicut Oza arcam fœderis contra fas attingens, pœnam mortis exoluit.

Anno Domini MCCCLXII. Rhenus per quintam partem anni congelauit ante Coloniam, vt homines 30. meyl in Rheno inambularent. De iſto Leodienſium infelici bello ſic in alio ſcribitur chronico: Dolens igitur dictus Epiſcopus, adiit Ioannem Ducem Brabantiæ & cum eo ita concordauit, vt dux cum tota communitate Brabantiæ Epiſcopo in auxilium anno ſequenti, ſcilicet Domini MCCCXLVII. veniret. Sic igitur Epiſcopus habens etiam ſecum multos Comites & nobiles, iniit bellum contra communitatem dicti ſui Epiſcopatus, iuxta villam, quæ vocatur Turnis, & obtinuit victoriam. In quo ceciderunt viginti millia hominum de communitate prædicta, & ſimul ceciderunt nobiles de militibus Ducis Geldriæ, qui auxilium dicto Epiſcopo tulerat.

Anno Domini MCCCLXI mortuo Theoderico Domino de Heynsberch ac Comite Loſſenſi abſque liberis, Dominus Engelbertus Leodienſis Epiſcopus recepit dominium comitatus Loſſenſis ſecundum literas, quas capitulum Leodienſe ſuper illo habuit; & quanquam Dominus de Dayllenbroch cum Domino de Rummis & quibuſdam aliis ſe oppoſuerunt Epiſcopo, tamen non præualuerunt, quod propter prolixitatem fuſius non ſcribo.

Eodem anno Adolphus nepos Archiepiſcopi ex ſorore (imo ex fratre) primò Monaſterienſis, deinde Colonienſis electus nunciauit Eccleſiæ, & Papa prouidit Engelberto Epiſcopo Leodienſi de Eccleſia Colonienſi, cui pedes dolenti in feramo miſit bullas, quibus receptis Epiſcopus cum lacrymis valedicens magiſtris & bonis villis, per Moſam tranſiens Traiectum, venit Coloniã, vbi læte fuit admiſſus, cui ſucceſſit in epiſcopatu Leodienſi D. Ioannes de Arkel Epiſcopus Traiectenſis, vt infra patebit.

Interea Ludouicus Imp. audita Wilhelmi Comitis morte, pro tribunali in ornamentis imperialib. ſedens, exquiſiuit à pleriſq; Romani regni principib. quid de comitatus Hollandiæ ſucceſſione æquum videretur. Decretum verò fuit vacare cum imperio, quia Wilhelmus Comes abſq; liberis deceſſiſſet. Principatum igitur Cæſar Margaretæ Imperatrici coniugi ſuæ donauit, quæ vera ſoror gemana fuit Wilhelmi Comitis. Qua de cauſa Imperatrix apparatu pulcherrimo in Hollandiam deſcendit anno ſalutis MCCCXLVI. vbi benignè cum omni honore & ſolennitate ab omnib. recepta, homagium à vaſallis accepit, libertates & gratias omnib. ampliauit: & deinde Bauariam repetens comitatũ Hollandiæ Wilhelmo Duci Palatino filio ſuo cõmendauit. Habuit n. ex Ludouico Imp. marito quatuor filios & vnã filiam, ſcil. Ludouicum Romanũ (qui Romæ natus erat) Regem Craconiæ, Wilhelmũ, Albertũ & Ottonẽ Marchionem Brandenburg. & Eliſabethã Reginam Angliæ. Tandẽ Wilhelmus tutor Hollandiæ pro regimine dicti comitatus, contra Margaretam matrẽ ſuam

Hollandica.

tumultuari cæpit, volens matri suæ adhuc viuēti in tribus succedere comitatib. matris suæ patrimoniis scil. Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ, asserens filiā se Imperatoris. Et hos comitatus ad Imperiū deuolutos esse. Ecōtrà mater, quicquid iuris filius in dictis comitatibus haberet, non ex rigore imperii esse, sed ratione matris suæ, eorundem comitatuum hæredis. Ex istis itaque controuersiis partialitas maledicta in Hollandia nasci cæpit anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo ex qua multa incommoda contigerunt. Nam vna pars adhæsit matri, scilicet Dominus Bredenrod & Dominus de Leck cum eorum complicibus, qui se appellarunt Houx. Altera pars sensit cum filio, scilicet Dominus de Arckel & Dominus de Egmunda cum eorum complicibus, qui dicebantur Cabeliaus. Est autem Houx vncus ferreus, quo capiuntur pisces: & Cabeliau piscis marinus magni capitis, suo tempore ad edendum aptus. Nominatis verò partialitatibus, tota illa terra contaminata est, & permanet, & non solum ipsa, sed & omnis circumquaque vicinia. In Geldria verò Houx dicuntur Hekers, Cabeliaux Bronchorst. In Frisia verò Scheminus sunt Houx, & Vercopers sunt Cabeliaux. Quo verò pacto in Geldria orta sit præfata partialitas infra dicetur. Tandem (pro dolor) decretum ab vtraque parte fuit, vt Imperatrix contra filium, & filius contra matrem pro corona victoriæ pugna nauali supra Mosam decertarent. Adueniente igitur determinata die, Imperatrix in subsidium omnes verè Hannonienses habens cum multis Francigenis, & præcipue Anglicis, venit ad constitutum locum. Econtra verò Wilhelmus Dux habens secum Dominum de Arckel, Dominum de Egmunda, totam Nouthollandiam, Kenomariam, & Westfrisiam cum multis militibus, ducatus Geldriæ matri suæ cum crudeli impetu in variis signis & tubis stridulis occurrit. Commisso verò nefando prælio, dum se mutuò sternerent & seuerè pro victoriæ corona contenderent, post stragem multorum Imperatrix lassitudine fatigata defecit à bello, & extendentes Anglici carbasa, post ruinam innumeratorum submersorum & occisorum versus Angliam nauigauerunt. Dominus autem de Brederoden cum multis aliis captus tum fuit. Quod lamentabile bellum filii aduersus genitricem contigit Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo in die translationis Beati Martini. Post crudele tamen bellum pax firma inter matrem & filium elaborata tali pacto fuit, vt Imperatrix ad vitam obtineret Hannoniam. Et filius Wilhelmus possideret Hollandiam, Zelandiam & Frisiam. (Hæc ex chronicis.)

Imperialia. Carolus huius nominis quartus electus est in Regem Romanorum, mortuo Ludouico Bauaro supradicto, & confirmatus per Papam Clementem sextum in Auenione. Qui Papa fuit magnus Theologus, & habuit in confirmatione Imperatoris prædicti pulcherrimum sermonem, cuius thema fuit ex tertio Regum primo (Domine mi; in te respiciunt oculi totius Israel, vt iudices eos, quis sedere debeat in solio tuo post te.) Hæc Petrus. Cæpit autem regnare Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, Mundi verò MMMMMMDXLV. & regnauit annis triginta duobus. (Hæc Florentinus.) Fuit autem filius Regis Ioannis Bohemiæ & Poloniæ, nepos Domini Henrici de Lucemburgo Imperatoris Romanorum. Qui Henricus duxerat in vxorem Margaretam filiam Iohannis primi Ducis Brabantiæ, ex qua genuit Iohannem Regem Bohemiæ & Poloniæ, patrem Caroli Imperatoris quarti, & Wenceslai Ducis Lucemburgensis & Brabantiæ ac Henrici Marchionis, patris Iodoci Marchionis Morauiæ postea in Regem Romanorum electi. (Hæc Emundus.)

Anno eiusdem regni Caroli quarto fuit annus Iubilæus per Clementem Papam ordinatus in Roma. Et eodem anno Carolus Imperator prædictus, de Nurenburg in suam ciuitatem Pragensem transtulit lanceam, qua latus Domini nostri Iesu Christi fuit apertum & transfixum, simul & brachium dextrum Sanctæ crucis cum clauo Domini, Mensa Christi, quod habuit in cœna, gladium Caroli Magni, quem recepit ab Angelo, necnon alias reliquias plurimas. Qui Carolus etiam à rege Franciæ obtinuit spinam vnam de corona Domini. Vnde promeruit à Papa Innoc. VI. (aliàs Gregorio XI.) festum fieri per totū regnū Almanniæ, de corona

& cla-

& clauis Domini, quod celebratur feria sexta post octauam Paschæ cum proprio cantu & officio diuino. Iste etiam studium vniuersale apud Pragam instituit, quod per Innocentium Papam sextum magnis priuilegiis ornandum curauit.

Item Anno Dom. MCCCLI. cometes sub ipso Septentrione mense Decemb. apparuit, quo extincto graues ventorum æstus subsecuti sunt, & cælestis trabs priori ardente parte per cælum labi visa fuit & flamma cælestis post Solis occasum inter Zephyrum atque Austrum latissime excrescēs terribileque ostentans incendium, tandem murmure magno per cælum ruit.

Anno eiusdem Caroli septimo salutis scilicet MCCCLIII. cælestis rursus flamma longum post se trahens extinctum limitem à Septentrione in Austrum repente fertur.

Anno sequenti infinitus locustarum numerus in Africa Cyproque apparuit, quæ herbarum simul & arborum teneras frondes depascentes magnam frugum sterilitatem fecere. Solis facta est defectio. Item Carolus quartus coronam imperii assumpsit, ab Innocentio Papa sexto. Qui dum fuit in via versus vrbem, intraret ciuitatem Senensem, & ibi per plura tempora subsisteret æmuli sui disposuerant, vt ibidem interficeretur, idque per legislatores: vnde accidit cum de militibus vnus adamaret hospitam, cuius maritus legislator erat, vt hospita per militem moneret Dominum Imperatorem quō sibi caueret, quia perfide occidi deberet, quod audiuerit à marito suo: quod sic accidit. Cubabat dictus miles cum eadem domina hospita, & ipsa tunc plorauit, dicens, Ecce amodò non videbo te, quia cras de mane hora consilii Dominus Imperator & omnes sui in consilio occidentur, & sic tu simul peribis, in cuius facti signum videbis, in prima porta loci consilii stare duodecim armatos, vbi solum sex stare solent sine armis. Ita stabunt in secunda porta viginti quatuor, vbi aliàs solum stant duodecim, & camera consilii custodietur per quinquaginta viros armatos, & omnes consiliarii erunt armati. Quæ miles audiens, accepit factum cordi, & reuelauit statim domino Imperatori: Qui præhabito consilio altera die mane per duas horas ante horam consilii intrauit locum consilii, & reperit viros stantes sub numero prædicto ad portas. Imperator igitur ad quamlibet portam duplo plures viros apposuit, vt resisteret, si opus esset. Hora autem consilii Legislatores & consiliarii manu armata venerunt ad consilium, & iam eum inuadere parabant, sed ipse euasit, & per portas exiuit: Et nisi fuisset ita præmonitus, fuisset interfectus. Senenses igitur videtes euasisse Imperatorem, captiuauerunt Imperatricem vxorem, & posuerunt in lupanari in scandalum Imperatoris: sed tamen illibatam exire permiserunt.

Iste Carolus Romanorum & Bohemiæ Rex in ciuitate Metensi anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto indictione septima, tertio Idus Martii regnorum suorum anno octauo Illustrem Wenceslaum Comitem Lucemburgensem illustrauit, sublimauit, decorauit & erexit in Ducem, & ipsum comitatum Lucemburgensem in ducatum: Et vt ducatus principatusque Lucemburgensis solido fundamento magis firmaretur, & tanto se Romano Imperio obligatiorem conspiceret, quō ampliori regiæ liberalitatis munere decoratus erat, Wenceslaum hæredes & successores Duces Lucemburgenses perpetuo infrascripto claro quidem officio clementius insigniuit, nimirum quoties Rex Carolus aut successores Romanorum Imperatores siue Reges, ad reprimendam rebellium suorum superbiam, seu imperii procurandos honores, armati procederent, vt tum Dux, hæredes, & successores, Duces Lucemburgenses, qui quoque tempore fuerint, frenum imperialis seu regalis dextrarii à latere dextro gubernarent, & debitæ fidei diligentia custodirent, item vt in accubitu mensæ suæ cibos regios, qui in solemnibus curiis administrantur, coram ipso incederent, & in genere tanquam principes & fideles imperii belli & pacis tempore custodiam & curam Imperatorū haberent, prout hæc & multa alia in literis Cæsareis bulla aurea communitis desuper confectis plenius continentur. In Hispania & præcipuè Sibiliæ & Cordubæ plurima ædificia terræmotu conciderunt. Hæc Florentinus. Vnde Wernerus, Terræ-

motus maximi fuerunt per diuisa loca, & Basilea tota cecidit cum multis castris in circuitu. Tunc homines velut bestiæ in syluis commorabantur, nec ciuitates intrare audebant. Bella etiam plura, & pestilentiæ, & fames fuerunt, terraque in multis locis aquam albam & fœtorem euomuit, quæ castra & loca fortia in præceps dedit. Tempora portentuosa propter plures sectas & hæreses fuerunt: Superbia & iniquitas nimis inualuit. Vnde in libro Beatæ Brigittæ primo, cap. 42. Dicitur quòd secundum rigorem iustitiæ, mundus meritò deberet perire, quia peior est, quàm tempore diluuii, sed precibus Sanctorum parcit ei misericordia. (Hæc qui supra.)

Anno prænotato Carolus Romanorum Imperator & Bohemiæ rex, in solemni curia Nurenburgensi, assidentibus principibus Electoribus Ecclesiasticis & secularibus, & aliorum principum, Comitum, Baronum & procerum & ciuium multitudine numerosa, in solio maiestatis Cæsareæ imperialibus insulis insignitus, & diademate coronatus matura deliberatione præuia, de imperialis potestatis plenitudine edidit, statuit & sanciuit nonnullas leges viginti tria capitula continentes.

Anno sequenti in die natiuitatis Christi, idem Carolus in solemni curia Metensi assidentibus omnibus sacri Romani imperii Electoribus, præsentibus Dominis venerabili in Christo patre Domino Theodorico Albanensi Episcopo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, ac illustri Carolo Regis Franciæ primogenito Nortmanniæ Duce Delphino Viennensi alias leges quatuor capitula continentes promulgauit. (Hæc Emundus.) Iste etiam Carolus pro libertate Ecclesiastica contra Dominos temporales plura statuta edidit, & Ecclesiastica personis priuilegia libertatis amplificauit. Nam postquam statuta laicorum contra Ecclesiasticam libertatem edita, irrita pronuntiauit, adiecit, vt, quicunque laicus, cuiuscunque status aut conditionis, ausu sacrilego, & prope temeritatis audacia, sacerdotem & clericum secularem aut religiosum diffidauerit, proscripserit, captiuauerit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptauerit, vel fauorem eis præstiterit, eo ipso fit infamis, & omni honore priuatus, nec ad placita aut consilia nobilium admittatur quouis modo.

Iste Carolus ad mandatum Vrbani Papæ quinti Auenionem venit, & ibi multis diebus simul consilium cum Papa, solus cum solo habuit. Post Vrbanum pergentem Romam, Imperator secutus tanquam strator Papæ equum freno ducens, ipse pedester Papæ super equum sedenti talem reuerentiam habuit, quàm Imperator Papæ Romano iuxta decretum & priuilegium Sancti Constantini Imperatoris debet. Tum verò Vrbanus prædictus coronauit Imperatricem vxorem Caroli. (Hæc Petrus.)

Anno salutis MCCCLXX. pontificatus Vrbani Papæ quinti octauo anno, Carolus Imperator iam ætate grauis propriæ consulens quieti, Wenceslaum filiū suum natu grandiorem Cæsarem fecit, & successorem sibi in imperio elegit.

Item anno eiusdem Caroli XXVIII. scilicet salutis MCCCLXXIV. Franciscus Petrarcha egregii nominis poeta in Patauini agri pago, qui Arquada dicitur, obiit. (Hæc Florentinus.) Eodem anno mira secta tam virorum quàm mulierum venit Aquisgranum de partibus Alemanniæ, & ascendit vsque ad Hannoniam seu Franciam, cuius talis erat conditio: Vtriusque sexus homines illudebantur à dæmonio, vt tam in domibus, quàm in plateis & Ecclesia se inuicem manu tenentes choreas ducerēt & in altum saltarent, nomina quædam dæmoniorum nominantes, videlicet friscke & similia, nec vllam cognitionem in huiusmodi choreis nec verecundiam propter astantes populos habentes. In fine verò chorisationis ita circa pectoralia torquebantur, vt nisi mappulis lineis à suis amicis circa medium ventris fortiter strin-gerentur, quasi furiosè clamarent se mori. Tandem Leodii per coniurationes sumptas de illis, quæ ante baptismum in catechismo fiunt, à dæmonio liberabantur & sanati dicebant, visos se tempore saltationis immersos in fluuio sanguinis, & propterea sic in altum saltasse. Vulgus autem Leodii dicebat plagam illam populo contigisse, quia populus male baptisatus erat, & maxime à presbyteris concubinariis. Qua de causa proposuerat vulgus insurgere in clerum, iisque trucidatis bona eorum diripere, nisi Deus de remedio per coniurationes prædictas prouidisset. Quo viso,

vulgus

vulgus ita quieuit, vt clerus multo deinde plus à populo honoraretur. (Hæc Petrus.) Tandem Carolus Imperator anno regni sui XXXII. salutis verò MCCCLXXVIII. humana functus vita decessit, Wenceslao Bohemiæ, Sigismundo Vngariæ regibus relictis hæredibus. Wenceslaus cum iam regnasset cum Carolo patre annis octo, deinde regnauit solus annis XXII. (Hæc Matthæus Florentinus.)

Venerandæ memoriæ Wilhelmus de domo nobilium de genere oriundus, canonicus Colonienſis & Suſacienſis præpoſitus, ceſſante electione capituli propter Apoſtolicam de Eccleſiis cathedralibus illis temporibus vſitatam reſeruationem, per Clementem Papam ſextum in Romana curia tunc præſens, in quinquageſimũ ſeptimum Colonienſem Archiepiſcopũ ordinatus fuit Anno pontificatus eiuſdem Clementis octauo, ſalutis verò MCCCXLIX. Sedit annis XII. menſibus XI. diebus XV. Venerabilis ille Wilhelmus, quamuis non admodum prouectæ ætatis, præcipua tamen mundanarum rerum & agibilium experientia pollens, ab adoleſcentia fuit imbutus. Erat enim prædeceſſoris ſui Walrami longo tempore regiminis familiaris & conſiliarius, vt ſtatum Eccleſiæ Colonienſis, & negotia, res & perſonas haberet notiſſima. Poſt promotionem igitur ſuam cæpit, vt fidelis diſpenſator & prudens manus ad aratrum ponere, nec retro reſpicere, donec Eccleſiam ſibi commiſſam, tunc multis & grauibus debitis prægrauatam, optime reformaſſet, nec à multiplicatione talenti ſibi crediti defecit, quouſque vniuerſa debita Eccleſiæ per anteceſſorem contracta, quamuis ipſe interim de honorificentia ſtatus ſui parum diminueret, abſque damnis & fœnore perſoluit. Terras quoque, caſtra & poſſeſſiones obligatas infra paucos annos ad integritatẽ Eccleſiæ mirabili induſtria reuocauit: Graues & notabiles guerras vix habuit, quamuis leuibus ſtimularetur iniuriis & aduerſis, prout in rebus proſperis non eſt rarum. Ipſe namque prudenter aduertens, dubiis caſibus ſubiacere bellorum euentus, & ſumptuum, quos bella requirunt, non eſſe terminum neque finem, ſemina bellorum, quoties emergebant, multa patientia diſſimulabat. Aliquas diſſenſiones donatiuis ſiue pecuniis redimebat, memor dicti Sapientis, Melius eſſe marſupiis accommodari dolores, quam mentem cõtinuis curis anxiari. Curiam Imperatoris, propter conſilii induſtriam, frequenter vocatus ſæpius viſitabat, nec non apud Regem Francorum plurimum honoratus erat. Sed & tam celebre nomen non caruit reprehenſione, quia cupidus admodum videbatur, & cum theloneis & exactionibus exquiſitis nimium abuteretur, multorũ contra ſe odia prouocabat. Tandem cum dolore pedum & tibiarum grauiter vlceratorum diutius laboraſſet, accedente febre die menſis Septembris XV. Coloniæ eſt defunctus, ſepultus in Eccleſia Sancti Petri infra chorum Eccleſiæ in excelſa tumba, quam ipſe ſibi fabricari fecerat viuens, ex albo & nigro marmore artificioſe ſculpto, vt conſimilem tumbam, in ſepulturam Domini Walrami, prædeceſſoris ſui, nõ minus precioſam fecerat. Fuit autem ſtatura procerus, corpore & aſpectu pulcher, in conuerſatione tractabilis, in negotiis conſiliarius expeditus, ſermone facundus, ingenio prudens, & perſpicuus, in ſtatus magnificentia glorioſus, in hoſpitalitate dapſilis, atq; magnificus, in geſtu, habitu, inceſſu, & morum grauitate plurimum verecundus. Cum in lecto ægritudinis iaceret, de Eccleſiæ regimine ſollicitus, vocatis ad ſe conſiliariis & amicis, nominabat perſonam, quæ ſibi videbatur proficua, præpoſitum videlicet maioris Eccleſiæ Wilhelmum de *Bleda, rogans vt ſe defuncto ad curiam Romanam accederet, & pro conſequendo pontificatu Eccleſiæ apud ſummum Pontificem laboraret, quô quinque millia florenorum aureorum ad expenſas dedit, ſed is minime huiuſmodi pio ſatisfacere curauit propoſito, imò facta cum nõnullis ſuæ partis canonicis in perſonam minus idoneam, & ideò per ſummum pontificem caſſata electione, Eccleſiam in magnum induxit errorem. Iſte Wilhelmus conſtitutiones multas & varias tam per ſe, quàm per officialem ſuum (quemadmodum & ſucceſſores eius) condidit. (Hæc ex Chronicis Pontificum Colonienſium.)

Colonienſia.

Wedá.

Pace reformata inter matrem & filium (vt ſuprà relatum eſt) Wilhelmus filius nominis quintus inter Comites Hollandiæ in vigeſimum primum Comitem Hollandiæ receptus eſt anno Domini MCCCLII. regni Caroli quarti Imperatoris Romanorũ anno ſexto, quem rexit mente ſana, annis ſex. Habuit in vxorem Mathuldem,

Hollandica.

(alii Iohannam) Henrici primi Ducis Lanceſtriæ in regno Angliæ filiam, ex qua nullam prolem reliquit.

Anno Domini MCCCLVI. obiit Margareta Imperatrix Romanorum & Comitiſſa Hannoniæ, mater præfati Wilhelmi Ducis de Bauaria, Comitis Hollandiæ, ſepulta apud Valencenas in Hannonia. Poſt cuius mortem comitatus Hānoniæ iterum additus eſt comitatui Hollandiæ. Fuit Wilhelmus iſte Dux Bauariæ, & Comes Hollandiæ, homo auſterus. Nam propriis manibus Dominum Gerardum de Weteringhen militem ſtrenuum ſine cauſa interfecit: caſtrum de Nyenuelt ſubuertit: magnam partem territorii Traiectenſis immeritò cõbuſſit & deuaſtauit: matrem propriam Romanorum Imperatricem, de paterna hæreditate ſecluſit & expulit, & terram de Hueſden ſibi ipſi adiudicando, Duci Brabantiæ Wenceslao abiudicauit. Quapropter, vt timendum eſt, Deus in vindictam eum plaga amentiæ afflixit, vt in feſto S. Georgii anno ſalutis MCCCLVIII. furioſus & amens prorſus fieret, & à proprio fratre, & primatibus patriæ includi (tamen in amœno & ſpatioſo loco, in Hannonia Henoët dicto *Henoet) deberet, vbi ſuperuiuens XIX. annis obiit anno Domini MCCCLXXVII. Cuius exanime corpus ad vrbem Valencenas deuectum, & ibidem ſumptuoſis exequiis inhumatum eſt. (Hæc ex chronicis Hollandiæ.)

Romana. Innocentius huius nominis ſextus, Lemouicenſis, prius dictus Stephanus, primò fuit Epiſcopus Claremontenſis, deinde Cardinalis, & ſummus pœnitentiarius, poſt Epiſcopus Hoſtienſis, poſtremò autem Papa, & cæpit (ſecundum Matthæum Florentinum) Anno Dom. MCCCXXIII. (Petrus dicit XXII.) Sedit annis decem. Iſte Innocentius amator fuit religioſorum, & fecit fabricari in regno Franciæ prope S. Andream monaſterium ordinis Carthuſienſium, & multa priuilegia eidem ſancto ordini conceſſit, ibiq; ſepelitur. Fuit canoniſta maximus. (Hæc collector faſciculi temporum.)

Item primo anno iſtius Papæ quidam de ordine fratrum minorum incarceratus in Auenione, quia de hæreſi ſuſpectus habebatur, multa prophetiſabat de Antichriſto, & ſummis pontificibus futuris. Et incepit prophetiſare Anno Dom. MCCCXLVII. tempore Clementis Papæ ſexti. Multa de ſuis prophetiis viſa ſunt euenire. (Hæc Petrus.) Vnde Wernerus. Iſte Iohannes de Rupeſciſſa de ordine minorum multa prædixit, mox futura de duobus Antichriſtis, & deſolatione terrarum, & generali conculcatione cleri, & reductione totius orbis ad fidem Chriſti, pluraq; alia ante annum Dom. MCCCLXX. quæ dixit ſibi reuelata à Domino Ieſu: ſed non euenerunt, & diu in vinculis tentus grandia ſcripſit de futuris, ſed nota, quod pene ab initio fidei huiuſmodi prognoſticatores exſtiterunt: & quotquot tempus determinatum prædixerunt de huiuſmodi arcanis, quæ pater in ſua poteſtate poſuit, decepti fuerunt: vt huiuſmodi viris amplius fides adhibenda non ſit. Eclipſis fuit Solis in principio Martii, & durauit quaſi duabus horis. Item Catharina de Senis virgo incomparabilis ſanctitatis fuit, cuius vitam ſcripſit Magiſter Raymundus ordinis prædicatorum eius confeſſarius. Obiit illa anno Domini MCCCLXXX. Fouit partem Vrbani ſexti, quem eſſe verum Papam dixit, & de ſchiſmate prophetauit: habuit ſecum virginem Sanctam Catharinam filiam Beatæ Brigittæ, & alias plures vtriuſq; ſexus perſonas venerabiles. (Hæc qui ſupra.)

Treuirenſia. Boemundus ſecundus, ſuperioris Boemundi cõſanguineus de Saraponte oriundus, omnis laudis honoriſq; excellentia dignus, Eccleſiæ Treuirenſis Archidiaconus anno ſalutis MCCCXXXIV. Pontificatus Innocentii Papæ ſexti anno ſecundo, tertio die Februarii ſuis exigentibus meritis, abſens in Domini Caroli Romanorum Regis legatione, vbi Metenſes Regi parere, eumq; recipere, & generalem terræ pacem ordinare promeruit, in nonageſimum quartum Treuerorum Archiepiſcopum concorditer fuit electus. Quem eodem anno, tertia die Maii ſummus pontifex Dominus Innocentius ſextus in Archiepiſcopum conſecrari mandauit, & poſtea Archiepiſcopali pallio decorauit. Qui à curia reuerſus die vltima Iunii, iucunde à Treuirenſib. eſt receptus, ſuamq; primam miſſam deuote & ſolenniter celebrauit. Audiens verò famam venerabilis Cunonis de Valkenſteyn canonici Moguntinenſis Eccleſiæ, eundem Cunonem virum ſtrenuum & prouidũ cum ipſe ſenio & morbis

grauare-

grauaretur ad se vocatum fecit coadiutorē,& postea fide ipsius experta resignato Archiepiscopatu ipsum elegit, & electum ab Vrbano quinto confirmari curauit: deinde in presbyterum, & postea in Episcopum ipse consecrauit, & Archiepiscopatus palliū à sede Apostolica impetrauit, sicq; de idoneo pastore ecclesiæ Treuirensium ante obitum suum prouidit. Qui tandem infirmitate confectus, Sacramentis Ecclesiæ munitus in Domino obdormiuit, anno pontificatus sui decimo quarto. (Hæc ex Chronicis eorundem pontificum.)

Brabantica.

Mortuo verò Duce Brabantiæ Ioanne tertio, Ducissa Iohanna eius senior filia tanquā vera hæres & domina: & Dux Wenceslaus eius legitimus maritus & mamburnus, primò Louaniæ tertia die mensis Ianuarii anno Domini MCCCLXXVII. tempore regni Caroli Romanorum regis, & deinde successiue certis aliis diebus in omnibus aliis oppidis, & locis consuetis in ducatuum Brabantiæ & Limburgiæ Duces & dominos recepti fuerunt, & solenniter, more solito, intronisati,iuramentis fidelitatis & obedientiæ receptis. Vnde indignatus Ludouicus Comes Flandriæ, qui sororem memoratæ Iohannæ Ducissæ Brabantiæ duxerat,grauia & noxia bella mouit. Vicissim igitur cum Ludouicus à bello & insolentiis non desisteret, Domina Ducissa Iohanna, quæ Comiti & eius vxori sorori suæ tunc succensebat, instigante simul Serenissimo Domino Carolo quarto Rom.Imperatore, & huius fratre Duce Wenceslao marito, per literas patentes (datas Bruxellæ anni MCCCLVI. feria secunda ante Dominicam inuocauit,) inter cætera constituit, si ipsa relictis hæredibus prædict. Duce Wenceslao marito superstite moreretur, vt tūc maritus suus in principatibus,ducatibus, terris & dominiis suis tanquam naturalis princeps & dominus succederet, & dicti principatus, ducatus & dominia libere ad ipsum voluerentur: Sin ipsa marito præmortuo superuiueret, nec corporis sui hæredes haberet,domina terrarum prædictarum quousq; viueret, maneret. Rursus si ex alio marito hæredes procrearet, vt illi in huiusmodi principatibus, ducatibus, terris & dominiis mortuæ succederent: Si verò & se & maritum nullis relictis hæredibus mori contingeret, vt tum principatus, ducatus, terræ & dominia Brabātiæ & Limburgiæ ad dictum Dominum Imperatorem tanquam successorem legitimum, & illo mortuo ad proximiorem domus suæ Lucemburgiæ hæredem, qui isto tempore futurus esset, libere peruenirent: prout hæc in prædictis ipsius Ducissæ Iohannæ literis latius & plenius videntur contineri. Tamen notandum,supradicto Domino quarto primùm, & deinde Duce Wenceslao fratre suo, atq; Ducissa Ioanna consorte sua nulla prole relicta defunctis, Serenissimum principem Dominum Wenceslaum Romanorum & Bohemiæ Regem Imperatoris Caroli primogenitum tanquam proximiorem Ducis Wenceslai sui patrui, atq; domus siue prosapiæ Lucemburgensis hæredem successisse in ducatu Lucemburgensi: & quanquam verus, naturalis & directus Dux & Dominus Lucemburgensis esset, & pro tali haberetur, tamen per certi tenoris literas (datas Pragæ anno Domini MCCCCXI. die XXII. Augusti,regnorum suorum Bohemiæ XLIX.Romanorum verò XXXVII.) declarasse, Antonium Ducem Brabantiæ, (de quo infrà) in dominium ducatus Brabantiæ legitimum successorem, & voluisse vt isto dicatu licite & bono titulo gauderet. Quo si opus esset, omne ius, quod ei tanquam Regi & Bohemiæ, ratione ducatus Lucemburgi, aut aliàs de ducatu Brabantiæ per modum deuolutionis,seu alio modo quocunque competiuerit, aut competere potuit, eidem Antonio & hæredibus & successoribus eius dedit & donauit, & in ipsos transtulit plenariè & in toto, prout in dictis literis inter cætera plenius declaratur. (Hæc Emundus.)

Anno ducatus Wenceslai XVI. salutis scilicet MCCCLXIX. in festo Sancti Symphoriani, XXII. die Augusti, Wenceslaus Dux Lucemburgi & Brabantiæ cum multis nobilibus bellum contra Wilhelmum primum Ducem Iuliacensem & Eduardum Ducem Geldriæ gessit, non longe à Iuliaco in loco dicto Baeswilre. In quo bello Eduardus Dux Geldriæ primo aggressu in cerebrum sagitta percussus, & extra bellum ductus obiit anno ducatus sui decimo, deinde victoria cessit Iuliacensi Duci, qui Ducem Brabantiæ Wenceslaum, Dominum Robertum de Namurco, ac Dominum Ludowicum fratrem eius: vt & Dominum Wilhelmum filium Co-

mitis Namurcensis maiorem natu simulq; tanquam omnes nobiles, qui cum Duce Brabantiæ venerant ad bellum, cepit, Comite S. Pauli excepto, qui mansit ibi mortuus cum multis nobilibus. Dux verò Brabantiæ, & Dominus Robertus prædicti in castro de Nydeke in carcere Ducis Iuliacensis per annum & amplius, donec Carolus quartus Romanorum Imperator Ducis Brabātiæ frater, anno reuoluto veniens Aquisgranum, eos per preces & minas liberauit. Milites verò ac nobiles & scutiferi, qui ex parte Ducis Brabantiæ ad diuersa loca captiui per Almanniam ducti erant, redemerunt se magnis pecuniarum summis, quas à Duce Brabantiæ repetiuerunt: & vt soluerentur patriæ Brabantiæ vsq; ad nongenta millia florenorum, imposita exactio fuit: de quibus religiosi habentes hæreditates infra Brabantiam soluerunt, cogente Duce, centum millia florenorum. (Hæc Petrus.) In supradicto bello de Baeswilre Dominus Henricus de Kuyck pater Domini Ioannis de Kuyck, Domini de Hoechstraten, prostrauit Vexillum Geldriæ Ducis, & interfecit eum clava metallica, quam ferebat, homines sexaginta septem armatos, sed postremò in coxis ita vulneratus fuit, vt præ nimia sanguinis effusione in loco belli, ab hac luce migraret. Iste fuit fortissimus hominum totius exercitus Brabantiæ. (Hæc Emundus vbi supra.) Tandem Illustris Dux Brabantiæ & Lucemburgiæ Wenceslaus post multa præclare gesta, quæ causa compendii huic opusculo inserere omisimus, in terra Lucemburgensi ab hac luce discessit ipso die conceptionis Beatæ virginis, anno ducatus sui Brabantiæ XXVIII. Salutis verò MCCCLXXXIV. Sepultus in Ecclesia Abbatiæ aureæ vallis ordinis Sancti Benedicti in ducatu Lucemburgensi. In quodam Chronico scribitur, ita fuisse Wenceslaum Ducem ante mortem oppressum vulneribus lepræ, vt in toto corpore nihil sani inueniri posset, nec celabat, sed quoties à nobilibus inuisebatur, ipse se nudabat, & dicebat: Ecce, videte florem mundi, filium Regis in quali statu moritur. Fertur etiam iussisse, vt cor suum Ducissæ Ioannæ mitteretur, quô illud secum in suo sepulchro iuberet recondi. (Hæc ibi.)

Hollandica. Igitur dum Dux Bauariæ Wilhelmus Comes Hollandiæ, vt supra relatum est, mente excessisset, exorta magna fuit contentio & disceptatio inter primates Hollandiæ. Quidam enim, veluti Cabelianenses, optabant tutricem patriæ Ducissam, coniugem præfati Ducis: quam Hoetzenses saniori consilio vsi, repudiabant, quòd prolem ex præfato Duce non haberet, quæ ei succederet. Miserunt igitur solemnes legatos in Bauariam ad Illustrem Albertum Ducem Bauariæ, fratrem mortui Wilhelmi Ducis, vt in Hollandiam veniret ad regendum comitatus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ. Itaq; Albertus Dux cum solemni Baronum & militum comitatu descendit in Hollandiam, vbi statim ambæ partes sub eius aduentum benignè concordatæ decreuerunt, vt Dux Albertus esset tutor & rector Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ, & daret annuatim Mechtildi Ducissæ, coniugi fratris sui, duodecim millia scutorum antiquorum ad vitam. Quo facto, præstabatur homagium magna cum lætitia per annos dictos comitatus Anno Domini MCCCLXXVIII. regno Caroli quarti Regis Romanorum Anno XII. Et rexit eosdem comitatus sub nomine tutoris annis XX.

Geldrica. Anno Domini MCCCLXI. Eduardus Geldriæ iuxta oppidū de Tyel, contra Reynaldum fratrem primogenitum, verum Dominum & Ducem Geldriæ ob partialitatem quandam ante hos annos in Geldria exortam, bellum commisit, & eundem Reynaldum cum multis aliis Baronibus & nobilibus sui comitatus cepit: Ex qua hora Eduardus se pro Duce Geldriæ gessit, & dictum Reynaldum fratrem suum vsque in finem vitæ suæ captum in bona custodia retinuit. (Hæc ex Chronicis.) De origine dictæ partialitatis sic refert Magister Hugo: In Geldria autem hoc modo orta est partialitas, Reynaldus vltimus Comes, & primus Dux, duas successu temporis habuit vxores, quarum prima fuit Sophia Florentii Bertoldi Mechliniæ Domini vnica filia, ex qua quatuor susceptit filias, Margaretam sanctimonialem, Mechtildem tribus viris nuptam, Isabellam vallis comitis Abbatissam, & Mariam iuniorem filiam Wilhelmo vltimo Marchioni Iuliacensi, & primo Duci nuptam. Porrò Reynaldus mortua Sophia eius prima vxore, Eleonoram Eduardi istius nominis secundi Anglorum Regis filiam, accepit vxorem, quæ peperit ei filios Reynaldū & Eduardum.

Mortuo

Mortuo autem Reynaldo primo Duci Geldriæ, succeſſit Reynaldus primogenitus, qui habuit in vxorem Mariam Iohannis Ducis Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ iuniorem filiam. Et totus leuis & mitis, totuſque pacificus fuit, vnde partialitas ſurrexit. Nam vna pars, quæ Bronchorſt dicti, iuncta eſt Eduardo fratri iuniori, cuius vi & prudentia Reynaldus Dux, vt dictum eſt, capitur, & decem annis in carcere tenetur. Altera verò, quæ Heckers dicitur, Reynaldo adhæſit, ſed parum ei profuit: cum Eduardus non ſolum Geldria fautores ſuos Bronchorſt, ſed etiam in Zelandia & Hollandia Cabeliaus haberet, ſcilicet Dominum de Arkel, etiam Albertum Ducem Bauariæ Comitem Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, qui Albertus dedit eidem Eduardo Catharinam ſeniorem filiam in vxorem. Tum verò Eduardus in Baeſwilre, vt ſupra relatum eſt, fuit interfectus, & Reynaldus ex carcere liberatus, pinguiſſimus in eo factus, eodem anno in die Sanctæ Barbaræ diem clauſit extremum. (Hæc qui ſupra.)

Anno Domini MCCCLXXII. mortuis prædictis fratribus Reynaldo & Eduardo, pro nouo Duce habendo oritur quæſtio. Arnoldus de Hoerne Traiectenſis Epiſcopus cum Domina de Genepe matrimonium fecit inter Ioannem Comitem Bleſenſem Dominum de Schoenhouen in Hollandia & de Bellomonte in Hannonia, & inter Mechtildem ſeniorem Reynaldi primi, Ducis Geldriæ ex Sophia prima vxore filiam, vt dictum eſt, cui Iohanni Comiti & Mechtildi adhæſerunt Heckers. Fuit autem iſte Iohannes Comes Bleſenſis tertius maritus dictæ Mechtildis, cum primus fuiſſet Godefridus vltimus Comes Loſſenſis, & ſecundus fuit Iohannes vltimus Comes Cliuenſis. (Poſt eum enim Cliuia ad Comites de Marcka deuenit.) Sic tertius maritus fuit iſte Iohannes vltimus Comes Bleſenſis moriens: quia Guido frater eius deceptus vendidit comitatum Bleſenſem Ludouico Duci Aurelianenſi, vt ita ipſe non moreretur Comes. Prædictis verò Iohanni & Mechtildi oppoſuit ſe Wilhelmus primus Dux Iuliacenſis (qui Mariam Mechtildis ſororem habuit vxorem, ex qua ſuſcepit filios Wilhelmum & Reynaldum, & filiam Mariam,) cui adhæſerunt Bronchorſt & Cabeliaus in Hollandia. Nam & Albertus Dux, Comes Hollandiæ Wilhelmo iuniori filio Wilhelmi, Catharinam filiam ſuam viduam Eduardi Ducis Geldriæ, qui iunioris Wilhelmi auunculus erat, dedit vxorem. Et ſic expulſus Iohannes Comes Bleſenſis, fuit in marſupio euacuatus, & ad propria rediit inanis: Wilhelmus verò iuuenis vtrumq; ducatum Geldriæ & Iuliæ acquiſiuit vi & poteſtate eorum, qui dicuntur Bronchorſtii & Cabeliaus. Quo Wilhelmo abſque prole defuncto Reynaldus frater eius ſucceſſit, qui Mariam de Harencuria habuit vxorem, ſed prolem nullam. Quo defuncto ſola manſit hæres Maria prædictorum fratrum ſoror, Ottonii Domino de Arkel nupta, quæ fuit clauda, & eo nomine ab Arkelenſibus deriſa, dixit: Si clauda non fuiſſem, ad Arkel non veniſſem. Hæc autem peperit Ottoni Wilhelmum in Gorken interfectum, & Mariam Ioanni Domino de Egmunda nuptam, quæ ſuo peperit viro Arnoldum & Wilhelmum fratres, quorum Arnoldus primogenitus ſucceſſione materna in ducatu Geldriæ ſucceſſit, pro auunculo ſuo Reynaldo ſui nominis quarto Geldriæ Duce, ſecundo Geldriæ & Iuliæ Duce, ipſe ducatu Iuliacenſi priuatus. In Iuliacenſi verò ducatu Eduardus Dux Montenſis ſucceſſit Heckers fauentibus, hac ſcilicet de cauſa; Marchio Iuliacenſis Wilhelmus, qui ſecundo genitam filiam nomine Iohannam Wilhelmi Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ ſui nominis tertii, habuit in vxorem, ſuſcepit ex ea filios Gerardum & Wilhelmum, & filiam Philippam, quam Dominus de Hynsberch habuit in vxorem. Porrò Gerardus Wilhelmi Marchionis primogenitus, vnicam habuit filiam nomine Margaretam, vxorem Adolphi ſui nominis quinti Comitis Montenſis Domini de Rauensborg, ex qua genuit Wilhelmum & Margaretam, Adolpho primo Comiti Cliuenſi & de Marka nuptam. Wilhelmus autem Gerardi frater primus Dux Montenſis ex Comite factus, habuit filios tres, ſcilicet Adolphum, Conradum Gibboſum & Wilhelmum. Adolphus Dux Wilhelmo patri ſuo in ducatu Montenſi ſucceſſit, & moriens prolem nullam reliquit. Conradus Gibboſus fuit Epiſcopus. Wilhelmus electus Colonienſis abrenuncians Eccleſiæ eſt factus Comes Rauensbergæ neptim Theodorici Archiepiſcopi

Colonienſis accepit vxorem, flexus, vt æſtimatur, muneribus, & genuit ex eadem Archiepiſcopi nepte Gerardum, qui Adolpho patruo ſuo in vtroque ducatu, ſcilicet Montenſi & Iuliacenſi ſucceſſit adhuc viuens. Ex quibus patet, quomodo dominia de Arkel & de Egmunda ſunt coniuncta, per Mariam, quæ per prouerbium dicebat, Si clauda non fuiſſem ad Arkel non veniſſem; qui de Arkel & Egmunda fuerunt, principaliora Cabeliaus & Bronchorſt capita, cum eorum complicibus. (Hæc Hugo vbi ſupra.)

Idem anno Domini MCCCLXVI. induſtria & labore Magiſtri Philippi de Leydis fuit fundatum & erectum collegium canonicorum ſecularium in honore S. Pancratii in oppido Leydenſi, in quo XXIV. canonici decenter & abundanter ſunt præbendati.

Anno ſequenti fundatum eſt collegium canonicorum ſecularium in Zierzee in Zelandia.

Item Anno ſequenti, ſcilicet ſalutis MCCCLXVIII. Albertus Dux & tutor Hollandiæ ad perpetuam ſui memoriam in Hagha Hollandiæ in capella palatii fundauit, dotauit, & confirmari procurauit collegium XIII. canonicorum.

Item anno Domini MCCCLXXII. Dominus Iohannes de Arkel Epiſcopus Leodienſis fundauit cum nepote ſuo Domino Ottone Domino de Arkel in oppido de Goringhen collegium canonicorum ſecularium in honore Sancti Vincentii, victorioſiſſimi martyris, in quo beneficiati & præbendati ſunt largiter XIV. canonici.

Item anno ſalutis MCCCLXXII. oppidum Schoenhouen cum clauſtro combuſtum totum fuit, vt patet in hoc metro. Schonhouen inſignis cum clauſtro deuorat ignis. (Hæc ex chronicis Hollandiæ.)

Colonienſia. Poſt obitum igitur præfati Domini Wilhelmi Colonienſis Archiepiſcopi per decem circiter menſes, vacante dicta ſede Colonienſi, & legitimo carente adminiſtratore, incepit Eccleſia ſua aduerſitate temporum grauiter concuti. Nam poſt obitum dicti Pontificis paucis elapſis diebus, capitulum Colonienſis Eccleſiæ procedens ad electionem, quamuis ex veriſimilibus cauſis, propter reſeruationem ſedis Apoſtolicæ electionem liberam ſibi interdictam ſciret, elegerunt tamen in Archiepiſcopum, nobilem virum Iohannem de Vernenborch, maiorem Decanum, ad electionem quidem ambitione manifeſta vehementer aſpirantē, & tumultuoſa magis laicorum acclamatione, quàm canonica ſeruata moderatione electum in ſede Apoſtolica ſolenniter collocarunt. Cum autem pro ſua cōfirmatione ad Romanam curiam perſonaliter veniſſet, electio tandem reiecta & repulſa fuit. Interim verò ipſe, pro electo Colonienſi ſe gerens, & ſtatum ſibi Archiepiſcopalis dignitatis pompoſe plus debito arrogans cæpit bona Eccleſiæ per ſupradictum Dominum Wilhelmum copioſe relicta, nec non omnia de menſa Archiepiſcopi, pro tempore vacationis obuenientia, pro libito expendere, & Eccleſiam nouis debitis obligare. Iſte autem in numero pontificum Colonienſium non ponitur, quia epiſcopali caruit benedictione. (Hæc ex Chronicis Colonienſium Pontificum.)

Vrbanus. Vrbanus quintus natione Gaualitanus, cæpit anno Domini (ſecundum Florentinum) MCCCLXIII. (In multis chronicis dicitur LXII.) Sedit annis octo, menſe vno, diebus XVII. Et vacauit ſedes XI. diebus. Vocabatur prius Wilhelmus Grimoaldi, & fuit primò Abbas ordinis Sancti Benedicti in ciuitate Antiſiodorenſi: Deinde tranſlatus ad Abbatiam Sancti Victoris Marſilienſis: & cum in Lombardia in legatione eſſet, defuncto interim Innocentio ſexto, Cardinales inter ſe diu in conclaui apud Auenionē diſcordantes, tandem caſu mentione dicti Vrbani iniecta ſubito in eum direxerunt vota, atq; in ſummum Pontificem elegerunt. Fuit magnus Canoniſta, vir iuſtus, zelans bonum commune, promouens liberatos, diligens bonos, reformator ſtudiorum: cuius intentio tota fuit, Eccleſias ad ſtatum cleri reformare, beneficiorum pluralitatem reſtringere, dignioribus maiora beneficia tribuere, iuſtitiam zelare vbi poterat. Ipſum in Auenione Rex Franciæ Iohannes, Regina Siciliæ, & maiores Domini viſitarunt: In vrbe Roma Carolus Imperator, vbi ſuam vxorem Imperatricem coronauit: Imperator Conſtantinopolitanus, qui profeſſionem ei fecit, & alii maiores cum multa donatione viſitarunt, habebaturque, ſicut erat ſemi-

Deus in

Deus in terris. (Hæc ex chronicis.) De isto Vrbano Dominus Petrus sic refert: Iste homo strictus fuit, pompositates odio habens, & maxime sumptuosos status Cardinalium, quos inuenit. Proposuit ergo ire Romam, sicut & fecit, sed veniens Massiliam, dum Cardinales recusarent eum sequi, statim ibidem duos Cardinales ordinauit, asserens, in capillo capucii sui sufficientes se habere Cardinales. Vnde Cardinales eius constantiam videntes, audaciam priorem mutauerunt in timorem & securi sunt. Veniens itaque Romam, primò constituit reparare Ecclesias Romanas. Fertur autem Abbas Ecclesiæ Sancti Pauli Romæ dicto Papæ magnam summam florenorum obtulisse, vt ad Cardinalatum promoueret: Accepisse verò Papam oblationem, & de eadem reparasse Ecclesiam Sancti Pauli, relicto Abbate in suo statu sine promotione. Sicque factum est, vt Papa de dicti Abbatis pecunia faceret, quod ipse Abbas facere debuit. (Hæc qui supra.)

Anno pontificatus sui primo quidam religiosus frater Petrus de Arragonia, ordinis Sancti Francisci, visionem à Christo habuit, vt Papam Auenione discedere, & Romam proficisci, vniuersalemque Ecclesiam in sanctis moribus reformare iuberet. Quam visionem frater Papæ manifestauit, vnde ad reditum Romam Papa se comparauit: & cum in portu Massiliæ mari se committere vellet, reuelatum est eidem fratri, Papam, si ad locum illum, in quo electus in Papam erat, rediret, futurum Iosiam incipientem & non perficientem: Et daturum locum schismati paulo post venturo, in quo mille millia animarum essent peritura: quod frater rursus Papæ retulit. Deinde igitur Vrbanus Papa Romam se contulit, & multa expediuit. Cum verò rursus parentum affectu & amicorum & Cardinalium consilio allectus, Auenionem redire vellet, Domina Brigida Romæ existens in visione Beatam virginem Mariam audiuit sibi dicentem: Papa vult adire Auenionem contra Dei voluntatem, & derelinquere sedem, sed si fecerit, statim morietur, rationem abitus Deo redditurus. Istam igitur reuelationem Domina Brigida per manum fratris Alphonsi confessarii sui Papæ Vrbano in monte Flasconis in vigilia assumptionis Beatæ Mariæ virginis aperuit: quam Dominus Vrbanus nihili pendens ab Italia recessit, & statim mortuus est. (Hæc Gobelinus.)

Iste Papa fundauit collegium Sancti Germani & Vedasti in monte Pessulano. Fecit autem crucem prædicari contra Turcas, & passagium ordinauit. Ad ipsum Beata Brigida fuit missa à Christo pro confirmatione regulæ suæ. Tandem hic Vrbanus Papa intoxicatus obiit. Sepultus in Ecclesia Auenionensi primò, vbi statim multis cepit coruscare miraculis, deinde translatus Massiliam in monasterium Sancti Victoris, vbi prius fuerat Abbas, & vtroq; locorum copiosa multitudo cereorum & oblatio cæterorũ testantur beneficia, quæ Deus meritis ipsius præstat his, qui sepulchrum visitant. (Hæc ex chronicis.)

Quinquagesimus octauus numero accessit ad regimen Colonienſis Ecclesiæ Adolphus huius nominis secundus, frater Comitis de Marcka, prius Episcopus Monasterienſis, quem Dominus Vrbanus Papa quintus statim post electionem prædicti Ioannis Decani Colonienſis antiquatam transtulit, præter suam & aliorum spem, de dicta Monasterienſi Ecclesia ad Colonienſem: cum nec ipse instaret, nec capitulum Colonienſis Ecclesiæ, eum in Episcopum postulasset. Erat autem iuuenis, nec aliqua grauitate morum pollens. Nam cum Monasterienſi Ecclesiæ per quinquennium præfuisset, nondum ad sacrum ordinem promotus erat. Translatus igitur inconsiderate, cum bona Ecclesiæ per venerabilem Dominum Wilhelmum antecessorem relicta, per supra dictum Iohannem electum magnam partem dissipata, & aliqua Ecclesiæ castra in potestatem consanguineorum eiusdem Decani tradita fortiterque detenta reperisset, compulsus fuit, detentoribus non modicam pecuniæ vim persoluere, pro restauratione bonorum Ecclesiæ detentorum. *Colonienſia.*

Præterea idem Adolphus, de cuius indole meliora sperabantur, contra spem, cæpit etiam ipse bona Ecclesiæ, quæ restabant, licentissime dissipare, castra & possessiones Ecclesiæ distrahere, & alia creditoribus obligare, alia laicis in beneficia conferre, & insuper maiora prioribus debita cumulare. Postremò cum

Colonienſem Eccleſiam cum tanto eiuſdem diſcrimine per ſpacium decem menſium adminiſtraſſet, aſpirans ad laicatum, & ſententiam contra ſe depoſitionis metuens, Colonienſem Eccleſiam per procuratores in manus dicti Domini Papæ reſignauit anno Domini MCCCLXIV. 15. Calendis Aprilis, aſportans ſecum pecunias & precioſa quæque, quæ de bonis Eccleſiæ promptioribus erant reſidua. Cuius tamen reſignatio & ceſſio pactionis ſuſpicione non caruit. (Hæc ex chronicis eorundem Colonienſium Pontificum.)

Venerabilis præſul Dominus Engelbertus ex domo Comitum de Marcha ducens originem, patruus videlicet Adolphi reſignantis ſupra dicti, ac filius Adolphi Comitis, prius Epiſcopus Leodienſis cum hoc anno ſalutis milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto conſanguineus eius Dominus Adolphus reſignaſſet per Vrbanum Papam quintum translatus eſt anno pontificatus eiuſdem ſecundo ad Eccleſiam Colonienſem, vir quidem maturæ ætatis, & fama ac probitate in regimine Leodienſis Eccleſiæ admodum glorioſus. Qui ob ſpem recuperandæ ſalutis Colonienſis Eccleſiæ, quæ à tempore Wilhelmi quondam Archiepiſcopi vſque ad hæc tempora multis preſſuris & incommodis fuit afflictata, cum gaudio tam cleri, quàm populi intimo fuit affectu ſuſceptus. Verùm quia Dei occulto iudicio Colonienſis Eccleſiæ opprobrium nondum erat completum, & ſupererat, vt de fece eius biberent peccatores, ſui compos factus clerus & populus non fuit. Nam cum Engelbertus propter præterita mala, & nunc in noua ſua translatione propter magnas apud Romanam curiam factas expenſas inueniſſet Eccleſiam neceſſariis rebus prorſus exhauſtam, ſurgentibus quoque circa principium ſui regiminis pluribus bellis, coactus eſt de alieno ære neceſſitatibus Eccleſiæ ſubuenire: vnde plura prioribus debitis accumulans, caſtra & fortalitia, poſſeſſioneſque Eccleſiæ, quæcunque ſuperfuerant, libera, oppignerare creditoribus. Porro cum communitates villarum & oppidorum contra iura & ſuperioritatem Archiepiſcopi nimium ſuperbire ſimul cæpiſſent, erexit Archiepiſcopus caſtrum nouum infra oppidum Lyns, & fortiter communiuit, vt ciuium frangeret ſuperbiam, ne per tranſitum Rheni inter ſe libere conuenire poſſent. Quod videntes dictæ communitates, cum ſe nihil proficere, nec Archiepiſcopi potentiæ poſſe reſiſtere viderent, renunciauerunt neceſſariò conſpirationibus, & colligationibus, quas inter ſe fecerant, & literas de re illa confectas ad manus dicti Domini Archiepiſcopi pro arbitrio ſuo delendas tradiderunt.

Tandem Engelbertus iam ſenio confectus vires ſuas deficere in regimine Eccleſiæ conſiderans, conſilio ſeniori capituli Colonienſis aſſumpſit coadiutorem prædictum Dominum Cunonem Archiepiſcopum Treuirenſem, anno ſcilicet pontificatus ſui tertio, virum quidem ſtrenuum & induſtrium, & in rebus neceſſariis opulentum. Quo cum auctoritas ſedis Apoſtolicæ acceſſiſſet, duxit deinde Dominus Engelbertus vitam priuatam, retentis ſibi dumtaxat duobus caſtris Eccleſiæ, & de menſa Archiepiſcopali pro ſuo ſtatu redituum congrua portione. Denique quinto anno ſui regiminis currente, poſt longas morborum fatigationes decumbens, in caſtro Brule rebus humanis feliciter eſt exemptus die vigeſimo ſexto, menſis Auguſti. Præfuit annis quatuor, menſibus totidem, & diebus viginti. Cuius corpus translatum Coloniam, in Eccleſia Sancti Petri ante armarium in ſiniſtro latere chori in tumba noua, quam ipſe ſibi præparari adhuc viuens, iuſſerat, ſepultum fuit. (Hæc ex chronicis Colonienſium Epiſcoporum.)

Traiectẽſis.

Venerabilis Dominus Iohannes de Arckel, vir vtique doctus ſcientiis tam ſpiritualibus, quàm ſecularibus, prius Epiſcopus Traiecti inferioris, Leodienſis quadrageſimus octauus Epiſcopus ordinatur à Domino Papa Vrbano quinto, in curia Auenionis. Et intrauit ciuitatem Leodium Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto, eodem anno ſcilicet, quo Engelbertus de Marcha acceptauit pontificium Colonienſe. Præfuit autem circiter quindecim annis in magna abundantia. Erat enim vir potens in opere & ſermone, timens Deum, & omnia ad pacem reformans & reducens.

Anno Domini MCCCLXVI. Dominus Iohannes de Arckel Epiſcopus Leodienſis vi-

fis viriliter proceſſit cum toto exercitu ſuo, & obſedit caſtrum de Rumines: Et infra nouem ſeptimanas cuſtodes caſtri dicto Epiſcopo & patriæ, ſaluis ſuis dumtaxat corporibus caſtrum tradiderunt, quod populus funditus ſubuertit. Videns autem Dominus de Rumines ſuum caſtrum perditum, iniit cum Epiſcopo pacem. Et anno ſequenti venit in capitulum Leodienſe, vbi in præſentia Epiſcopi, omnibus, quæ ſibi competebant, ſeu competere poterant de comitatu Loſſenſi, renunciauit cum fletu & gemitu, cunctis videntibus & audientibus; tradens etiam Epiſcopo literas certas dicti comitatus. Et ſic mediante vna penſione, quam ipſi Epiſcopus ſoluere promiſerat, deinde quieuit: quo modo comitatus Loſſenſis manſit libere ac pacifice annexus epiſcopatui Leodienſi. Tandem anno Domini MCCCLXXVIII. prima die Iulii obiit Leodii venerabilis Dominus Ioannes de Arkel Epiſcopus Leodienſis, & ſepulturam in maiori Eccleſia Traiecti inferioris, vbi fuerat prius Epiſcopus, viuus elegit, quò corpus eius translatum, & honore decentiſſimo ſepultum fuit: inteſtinis eius reconditis in monaſterio Wilhelmitarum iuxta Leodium. (Hæc ex Chronicis Leodienſibus.) Poſt cuius obitum vacauit Leodienſis Epiſcopatus anno vno. (Hæc ex chronicis.)

Item anno Domini MCCCLXXIV. in Ianuario Moſa eouſque creuit, vt per Eccleſiam Sancti Pauli nauicula duceretur. (Hæc vbi ſupra.)

Translato Iohanne de Arkel, vt prænotatum eſt, ad Leodienſem Eccleſiam Vrbanus Papa quintus Iohannem de Vernenborch Epiſcopũ Monaſterienſem tranſtulit ad ſedem Traiectenſem. Qui anno Domini MCCCLXIV. menſis Septembris die octaua ciuitatem Traiectenſem decenter ingreſſus, ſollenniter & decenter, vt decreuit, incathedratus fuit, reperiens omnia caſtra & bona epiſcopatus libera & bene referta, ſed quia ſimplex, & in ſe iuſtus erat, ideò multa bona alienauit, & impignorauit, videlicet caſtrum Vredelant, prius per Ioannem de Arkel ex manibus Comitis Hollandiæ redemptum, & alia plura caſtra & fortalitia, vt & magnam partem de manſis in Maſtbroech, ad menſam Epiſcopalem ſpectantibus, de nouo ad culturam redactis quibuſdam ſuis familiaribus ſub penſione conceſſit. Quapropter prælati & capitula Eccleſiarum Traiectenſium in loco capitulari capitulo ad hoc indicto congregati cum præmiſſa diſſimilare non poſſent, pro defenſione bonorum Epiſcopatus in alium concorditer conuenerunt, videlicet in dominum Reynaldum de Rulenborch Archiepiſcopum Bremenſem filium ſororis Ducis Geldriæ, qui pro eodem multis precibus inſtabat miſſis literis ſupplicatoriis cum narratione factis ad Vrbanum Papam quintum, qui interim de medio ſublatus erat. Et eidem Petrus Regenſis Cardinalis Beatæ Mariæ nouæ, præpoſitus & Archidiaconus Sancti Saluatoris Traiectenſium, in Papatu ſucceſſit, videlicet, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo, menſis Decembris. Et eodem anno, menſis Octobris, die XXVIII. nocturno tempore, idem Iohannes de Vernenborch exiſtens in oppido ſuo de Gore, vltra Iſelam ſuæ diœceſis furtim captus à latrunculis eius inimicis, & poſtea per Dominum Giſelbertum de Vianen Baronem, Stephanum de Nyenuelt, & eorum fautores, ab iſta captiuitate redemptus fuit, pro ſedecim millibus ſcutorum antiquorum, prout ipſi aſſeruerunt. Literis igitur Eccleſiæ Traiectenſis, quas diximus, Gregorio Papæ vndecimo præſentatis, & criminibus & exceſſibus coram eodem & toto Cardinalium collegio in publico conſiſtorio propoſitis, idem Papa cauſam commiſit Cardinali Neapolitano, vt ſimpliciter & de plano procederet & referret. Coram quo, teſtibus nonnullis productis & examinatis, idem Cardinalis diem clauſit extremum. Itaque cauſam in eodem ſtatu Dominus Papa commiſit Cardinali Morinenſi, qui in ea procedens, teſtes examinari fecit, ſed interea videlicet Anno Domini quo ſuprà, vigeſimo tertio die menſis Iunii, hora veſperarum Iohannes de Vernenborch Epiſcopus Traiectenſis ſubita morte diem clauſit extremum, cum antecedente die in palatio Traiectenſi glorianter & lætanter inceſſiſſet. Sepultus verò fuit in Eccleſia Traiectenſi in parte Auſtrali. (Hæc ex Chronicis Pontificum Traiectenſium.) 1371.

Dominus Cono (aliàs Cuno) de Falekenſteyn, prius coadiutor venerabilis Dn. Treuirenſis.

Boemundi Archiepisc. Treuirensis, ex libera resignatione prædicti Boemũdi in Archiepiscopum electus. Et anno Dom. MCCCLXVIII. à Domino Vrbano quinto confirmatus est, & Ecclesiæ suæ Treuirensis præsentatus fuit, quem Dominus Boemundus & consecrauit & dignitatem primatus ei resignauit. Iste Dominus Cuno prouidus Ecclesiam sibi traditam ab omnibus inimicis defendit, Treuirensem ciuitatem rebellantem coram Imperatore accusatam, de quibusdam abusionibus & pressuris Ecclesiæ Treuirensis factis conuicit, & de grauissimis oppressionibus conuictam iuri antiquo Ecclesiæ subiugauit, & ne similis iniuria Ecclesiæ à ciuibus possit oriri, munimenta in palatiolo antiquitus facta communiuit, fossis & muro alto & turribus. Item cum huius Domini Cunonis famam diuulgatam iam per totam Germaniam Galliamque, quòd prudenter omnia faceret, & Ecclesiam suam egregie tutaretur, & in pace retineret, Dominus Colonienſis audisset, eum in coadiutorem elegit, quod Dominus Cuno (licet inuitus) assensit, & Ecclesiam Colonienſem magnis debitis grauatam & impignoratam liberauit & redemptam cum magno honore gubernauit. Tandẽ Domino Colonienſi mortuo Dominus Cuno in Colonienſem Archiepiscopum electus fuit: Quod rursus tamen venerabilis Dominus Cuno facere renuit, & à Treueris nullo modo amoueri voluit: eoq; cognatum suum iuuenem, studentem in monte Pessulano Domino Vrbano per libellum supplicem commendauit, quem Dominus Apostolicus prius satis examinatum admisit, eique de Ecclesia Colonienſi prouidit, & confirmauit, palliumque donauit, & sic eum Colonienſi Ecclesiæ suscipiendum transmisit. Post hæc anno Dom. MCCCLXXXVIII. in Iunio magnificus Archiepiscopus Dominus Cuno Treuerorũ præsul obiit Confluentiæ ad Sanctum Castorem decenter sepultus. Rexit autem episcopatum strenue annis xx. (Hæc ex chronicis.) Post Cunonem præfuerunt Ecclesiæ Treuirensi, Wernerus, Otto Rabanus, Iacobus, & deinde Ioannes, quorum discernere tempora propter chronicorum inopiam non potuimus, & ideò deficiente historiarum relatione, cessat etiam relatio nostra de Treuirensium pontificatu. (Hæc collector.)

Itaque prædictus Dominus Cuno Treuirensis Archiepiscopus per Dominum Engelbertum in coadiutorem ad regimen Colonienſis Ecclesiæ, vt præmittitur assumptus statim, vt ad Ecclesiam Colonienſem accessit, cepit tandem Ecclesiam, quantum angustia temporis ferebat, ipso Domino Engelberto adhuc superuiuente, per prudentiam suam oportune reformare, debita Ecclesiæ soluere, & possessiones Ecclesiæ obligatas, magnam partem liberare, & ad integritatem Ecclesiæ reuocare. Post obitum autem supradicti Domini Engelberti Colonienſis Archiepiscopi, vacauit Ecclesia Colonienſis, absque pastore annis duobus, mensibus tribus. Interim verò post dicti Domini Engelberti obitum capitulum Colonienſe assumpsit denuò in administratorem Colonienſis Ecclesiæ Dominum Cunonem Treuirensem Archiepiscopum sæpedictum, cuius administrationis officium sedes Apostolica confirmauit. Cum verò dictum capitulum Colonienſe à Domino Papa Vrbano quinto personam eiusdem Domini Treuirensis, ad Colonienſem Ecclesiam Archiepiscopum deinde postularet, assensit Papa vt Treuirensi ad Colonienſem Ecclesiam dictus Cuno, si tamen vellet transferri posset. Verum quia translationi suæ non consensit (maluit enim remanere in Ecclesia sua Treuirensi) idem Dominus Papa, mutato titulo administratoris, Colonienſem Ecclesiam ipsi per certi temporis spatium dedit in commendam: & rursus postea mutato titulo commendæ, idem Dominus Papa ad Cameræ Apostolicæ vsum sibi dictam Ecclesiam Colonienſem reseruans, eundem Archiepiscopum Treuirensem in Colonienſi Ecclesia suum & Apostolicæ sedis vicarium generalem constituit. Quo iterum titulo mutato eundem de nouo Colonienſis Ecclesiæ administratorem decreuit. Inter hæc autem Domino Archiepisc. Treuirensi, Colonienſem Ecclesiam isto modo administrante res eius Ecclesiæ satis prospere successerunt. (Hæc ex chronicis Colonienſium Pontificum.) Item inter alia allodia Ecclesiæ alienata, Dominus Cuno à Wilhelmo Duce Iuliacensi nobilẽ antiquam possessionẽ redemit, videl. oppidũ Tulpedense cum suis iuribus & districtu, quod quidẽ allodium à longissimis temporib. videl. à pontificatu olim Dn. Wicboldi Archiep. in manib. Comitũ Iuliacensiũ iam obligatũ fuit. Idem

Dominus

Dominus Treuirensis publicam vindictam & fortem iustitiam in seditiosos oppidi Andernacensis, qui contra Dominum Wilhelmum quōdam Colonienſem Archiepiſcopum inobedienter ſe erexerant, exercuit capitis ſupplicio affectis ſeditionis authoribus, & aliis perpetuo banno & exilio relegatis, pontem caſtri Anderuacenſis dudum per dictos rebelles confractum, fortius & melius reparauit.

Eiſdem temporibus, videlicet Anno Domini MCCCLXIX. ſurrexit magna commotio & turbatio inter rectores & vniuerſitatem ciuium Colonienſium ex vna, & eccleſias atque clerum ipſius ciuitatis communiter ex altera parte. Nam conſules & maiores ciuitatis clero ſemper infeſti, ſtatuta & edicta publica de talliis ſcilic. rerum venalium generaliter per omnes ſoluendis, de euectionibus rerum neceſſariarum, præſertim vinorum extra Rhenum, de vinis ad forum commune, non niſi certis locis ſub certo precio & menſura vendendis, & huiuſmodi ſimilia decreuerūt, per quæ ſub fucato prætextu vtilitatis publicæ perſonas eccleſiaſticas & res ipſarum talliare & collectare, nec non libertates eccleſiaſticas & immunitates ſupprimere occultè conabantur. Clerus igitur ciuitatis aduertens peruerſam eorum malitiam vnanimi concordia pro iuſtitia & libertatibus ſuis conſeruandis viriliter ſe oppoſuit, & minas quas ciues contra eos atrociter fulminabant, non curantes, totam ciuitatem per ſpacium duorum fere annorum ſub eccleſiaſtico interdicto detinuerunt. Sed cum per huiuſmodi interdictum conuinci malitia ciuium non poſſet, clerici in ſuo propoſito ſimiliter perſeuerantes, & pro domo Dei iuxta propheticam ſententiam, murum ex aduerſo conſcendentes, & ſe hoſtilibus ciuium conatibus opponentes, tandem vniuerſi relictis Eccleſiis & loco, domibus & habitationibus, ſe & capitula ſua cum omni ſupellectile extra ciuitatem ad loca alia tranſtulerunt omnes. Cum igitur extra ciuitatem per annum & dimidium iam manſiſſet clerus, dicti rectores & populus ciuitatis ad cor reuerſi cum abſentiam cleri propter multas, tum honeſtates, tum etiam vtilitates atque commoditates ſibi minime expedire viderent, facta concordia cum clero, reuocarunt eos in ciuitatem cum pace, ſtatutis, & adiectis, quatenus libertates & immunitates Eccleſiarum tangebant, penitus abrogatis, & reſtitutis nihilominus omnibus quæ Eccleſiis & ſingularibus perſonis de clero, per talliationem dictorum ſtatutorum indebitè abſtulerant. Item inter cætera Domino Archiepiſcopo Treuirenſi Colonienſem adhuc Eccleſiam gubernante, acceſſit Colonienſi Eccleſiæ nobilis poſſeſſio, videlicet comitatus de Arnsberg, cum vniuerſis caſtris, terris, dominiis, iuribus ac pertinentiis ſuis, hoc modo. Godefridus ſiquidem vltimus Comes de Arnsberch, habens vxorem nobilem, de domo Comitum Cliuenſium, cum ambo ad ſenilem peruenisſent ætatem, & liberos non haberent: & ſtatum Colonienſis Eccleſiæ in partibus ducatus Weſtphaliæ, quæ ad Colonienſem Eccleſiam pertinent, concuſſione bellorum ac iniuriarum incurſu Comes ſæpe multumque turbaſſet, tandem ſano mentis conſilio ſuæ conditionis tempora recenſens & improuide geſta meliori commutatione corrigere ſatagens, coniuge ſua Comitiſſa ſimiliter annuente, donatione perpetua inter viuos, comitatum de Arnsberg Eccleſiæ Colonienſi cum caſtris, fortaliciis, terris, & dominiis, hominibus miniſterialibus & vaſallis, & cum omni patrimonio & attinentiis dicti comitatus donauit, quorum tamen nonnulla de caſtris, oppidis & iuriſdictionibus eiuſdem comitatus antea ad ius Colonienſis Eccleſiæ iure dominii pertinentia ab eadem Eccleſia Comes poſſidebat. Et vt huiuſmodi donatio comitatus firmius ſubſiſteret, ipſe Comes perſonaliter de dicto comitatu adhuc viuens ceſſit, dimittens realiter poſſeſſionem caſtrorum, terrarum & omnium bonorum ad comitatum pertinentium Colonienſi Eccleſiæ ſupradictæ, & recipiens pro commentatione ceſſionis huiuſmodi certa alia bona Eccleſiæ ad eſtimationem redituum atque prouentuum comitatus, videlicet, nobile caſtrum Brule, cum ſuis pertinentiis & nonnullis aliis prouentibus atque reditibus certis ad tempus vitæ Comiti aſſignatis, & retentis ſimul quouſque viueret Comitiſſæ, quibuſdam caſtellis & bonis, quæ in dicto comitatu pro dote habebat. Idem quoque Comes paucis poſtea ſuperſtes annis vita deceſſit, donationemque comitatus per obitum Eccleſiæ Colonienſi confirmauit.

Porrô cum Dominus Cuno Archiepiſcopus Treuirenſis adminiſtrationis ſuæ decurſum in Eccleſia Colonienſi, vſque ad tempora Domini Friderici tertii conſanguinei ſui, (de quo infra) ſatis pacifice tranſegiſſet, obtinuit apud capitulum Colonienſe, & aliarum Eccleſiarum Colonienſium capitula, vt omnium eorum vota concorditer in iam dictum Fridericum canonicum Colonienſem, licet iuuenem ætate, morum tamen maturitate pollentem conſpirarent, eumq; ſibi paſtorem præfici à ſede Apoſtolica vnanimiter poſtularent. Obſtabat verò Carolus quartus Imperator quantum poterat, ne ſuccederet poſtulatio: cum Epiſcopum Argentinenſem conſanguineum ſuum, ad Colonienſem Eccleſiam potius promotum cuperet. Sed miſericors Deus omnium Eccleſiarum ſummus Pontifex, gubernator atque rector Colonienſem Eccleſiam viduitatis ſuæ calamitates iam longo tempore deplorantem reſpiciens, quia venerat tempus miſerendi eius, aliter ordinauit. Nam Dominus Papa Vrbanus quintus, cum famam bonæ indolis dicti Domini Friderici poſtulati fide digno teſtimonio audiuiſſet, & tandem eiuſdem conuerſationem, quam in ſtudio Bononienſi oſtendit, familiarem quoque ipſius notitiam, & apud vrbem Romam, vbi poſtulatus Domini Papæ & Dominorũ Cardinalium collegio ſe perſonaliter ipſe præſentauit aliquo tempore per experientiam cognouiſſet, anno pontificatus ſui vltimo dictum poſtulatum XIII. die menſis Nouembris ſub anno ſalutis MCCCLXX. deſideratis affectibus Colonienſis Eccleſiæ in Archiepiſcopum & paſtorem ſexageſimum præfecit: Qui Dominus Fridericus natus de comitatu nobilium de Zarwerden, receptus, & inſtallatus cum magno cleri & populi gaudio & tripudio, præfuit Epiſcopatui annis XLIV. poſt multarum virtutum exhibitam præſtantiam, obiit tandem anno Domini MCCCCXIV. die nono menſis Aprilis, ſepultus in Eccleſia Colonienſi, ante altare virginis Mariæ in tumba valde ſumptuoſa. (Hæc ex Chronicis.)

Romana. Gregorius vndecimus, defuncto Vrbano antecеſſore, electus eſt in Papam anno Domini MCCCLXXI. & ſedit annis ſeptem, menſibus quinque, (in alio chronico dicitur annis octo.) Dictus fuit Pius Petrus de bello forti, diœceſis Lemouicenſis, Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ nouæ, & præpoſitus & Archidiaconus Sancti Saluatoris Traiecti inferioris. (Hæc ex chronicis.) Iſte fuit vir ſimplicis vitæ, mitis ac benignus. Qui adeò à cognatis ſuis apud Auenionem in petitionibus & ſupplicationibus fatigabatur, vt exiens de terra & cognatione ſua, de Auenione proficiſceretur Romam: vbi non poſt multos annos obiit virgo mente & corpore, vt quidam aſſerebant. (Hæc Petrus. Sequitur Gobelinus.) Cum iſte Gregorius fuit electus de collegio Cardinalium, domina Brigida exiſtens Romæ habuit viſionem. Audiuit enim vocem, quâ iubebatur ſignificare Papæ, velle Deum, vt Romam cum humilitate & paterna charitate, & non cum pompa veniret: quam reuelationem Domino Gregorio Papæ Romæ ad Auenionem, Dominus Latinus de Vrſinis, miles nobilis Romanus attulit. Sed Papa diſtulit, & iterum de iſta profectione & aliis rebus ſecretis nonnullis dominam Brigidam interrogari iuſſit: quæ orauit ad Deum, & habuit reſponſum in hunc modum: Dic Alphonſo heremitæ olim Epiſcopo, vt hanc reuelationem ſcribat, & clauſam & ſigillatam ad Gerardum Abbatem maioris monaſterii Tutonenſis (qui poſtea factus fuit Cardinalis, & tunc miſſus erat in Italiam per Papam in theſaurarium & collectorem vniuerſalem terrarum Eccleſiæ) perferri iubeat, quam ipſe ſtatim mittat ad Papam. Scribat etiam ipſe Alphonſus dictæ reuelationis copiam in papyro & portet ſecum apertam, & oſtendat eam dicto Abbati, vt ipſe legat & videat, quid in ea contineatur. Poſtea verò in præſentia Abbatis dilaceret ipſam copiam in fruſta: ſicut tunc copia reuelationis in fruſta dilacerabitur, ita ſi Papa Romam tempore ſibi aſſignato, non veniet, ſciat terras omnes Eccleſiæ, quæ modo ſub vna Papæ obedientia ſunt, diſtrahi & dilacerari per manus tyrannorum & inimicorum Eccleſiæ debere. Nam in eadem reuelatione determinatũ tempus, infra quod Papa Romam veniret, continebatur: & iſtam reuelationem apportauit Papæ Dominus Nicolaus Comes de Nola. Interim Domina Brigida Hieruſalem pertexit cauſa peregrinationis, & Papa manſit in Auenione. Cum verò reuerſa de peregrinatione Neapoli reſideret, prædictus Nicolaus Comes nomine Domini

Papæ

Papæ rursus, quid de Romana Pontificis profectione Deo placeret, ex ea quæsiuit: Atqui domina Brigida rursus responsum per reuelationem, vt prius, accepit, cum comminatioñe indignationis diuinæ. Quod reuelationis responsum Alphonsus memoratus Auenionem Papæ attulit anno Domini MCCCLXXII. vt ipse in tractatu suo, quem de electione Vrbani sexti postea conscripsit, testatur. Sed Papa distulit venire Romam, & terras Ecclesiæ perdidit, quæ ob inuicem dilaceratæ & perditæ sunt, vt ei prædictum erat. Nam ciuitates & communitates terratum Ecclesiæ vnionem quandam, seu conspirationem fecerant, & in signum rebellionis arma, (quantũ ad illam conspirationem inter omnes communia) ante valuas ciuitatum, oppidorum, & castrorum depingebant, videlicet clypeum blauei coloris, cui literæ aureæ per obliquum declinantes inerant, hoc vocabulum (literas) exprimentes. Tandem Papa cum pompa magna Romam se transtulit, sed terras rebelles Ecclesiæ non recuperauit, & cum Auenionem iterum redire vellet, defunctus & ad S. Mariam nouam in vrbe sepultus est. (Hæc qui supra.)

Sepulto Ioanne Pontifice cum prælati & canonici Ecclesiarum Traiectensium in capitulo congregati, tam pro constitutione vicarii & mamburni, quam pro electione futuri Pontificis tractarent quidam, quibus pro voto res non succedebat, vitæ periculum prætenderunt, & à ciuitate Traiectensi Amersfordiam & ad alia diuersa loca discesserunt, aliis tamen canonicis metum non prætendentibus & in ciuitate non manentibus. Post hæc citatio valuis Ecclesiæ Traiectensis affixa fuit, sigillo signata Ecclesiæ Traiectensis, quam dicti canonici secum asportarunt, cum à ciuitate discederẽt, in qua quidem citatione prælati & canonici ecclesiarum vocati fuerunt Dauantriam Traiectensis diœcesis, ad diem nonam mensis Iulii ad electionem futuri Pontificis celebrandam. In qua quidem die Zuederus Archidiaconus cum dictis canonicis Traiectensibus metum prætendentibus, & nonnullis aliis aliarum Ecclesiarum Traiectensium comparuit: vbi Missam de Sancto Spiritu in ecclesia Sancti Lebuini Dauentriæ celebrantes concorditer per viam Sancti Spiritus, dictum Archidiaconum elegerunt, videlicet Zuederum Vterloe, nepotem Domini Giselberti de Viana, virum omnino secularem & inhabilem. Prælati verò & canonici Ecclesiarum Traiectensium postulationem & electionem prius per eos factas de nobili viro Arnoldo de Hoerne canonico Colonien si eodem die, quinto nonas mensis Iulii innouauerunt, scribentes ad summum Pontificem pro eodem Arnoldo in curia existente & pro archidiaconatu Traiectensi Zuederum antedictum litigante. Gregorius igitur Papa XI. audita vacatione sedis Traiectensis, in publico consistorio prouidit dicto Arnoldo de Episcopatu Traiectensi: Qui ibidem ordinatus & consecratus in patriam accelerans, ciuitatẽ Traiectensem, XXVIII. die mensis Septembris, sub anno Domini MCCCLXXI. pontificatus eiusdem Gregorii Papæ primo, decenter ingressus est vsque ad Ecclesiam Beatæ Mariæ minoris, vbi pontificalibus induto prælati & canonici Ecclesiarum Traiectensium cum vexillis obuiauerunt, & ductus per Abbatem Sancti Pauli, & Abbatem Sancti Laurentii, vsq; in medium Ecclesiæ Traiectensis, & demum ad capitulum iuramentum præstitit, & cum Psalmo, Te Deum laudamus, cathedram suscepit, & collecta pronunciata domum habitationis Episcopalis ingressus, prandium prælatis, canonicis & chorisociis, consulibus, tam noui, quàm veteris consilii & ministerialibus ibidem præbuit. Item floruit his temporibus Magister Gerardus cognomento Magnus, fons & origo modernæ deuotionis. De quo quidam sic refert. Fuit in inferioribus partibus Almanniæ, præcipue in diœcesi Traiectensi ante aliquot annos magnæ authoritatis vir & Magister nomine Gerardus vita atque doctrina conspicuus, magnus zelator animarum & Christianæ religionis feruentissimus æmulator, qui verbo ac scripto, & instantia prædicationis, qua maxime claruit, multis profuit ad salutem. Vnde accidit, vt pro sanctitate vitæ, & claritate doctrinæ ab omnibus vocaretur cum cognomento Magnus.

Traiectenſia.

De chorisantibus.

Item Anno Dom. MCCCLXXIV. tempore pontificatus venerabilis Domini Ioannis de Arckel Episcopi Leodiensis, in mense Iulio in crastino diuisionis Apostolo-

rum visi sunt dansatores scilicet chorisantes, qui postea venerunt Traiectum, Leodium, Tungrim & ad alia loca istarum partium in mense Septembri. Et cæpit hæc dæmoniaca pestis vexare in dictis locis & circumuicinis masculos & fœminas maxime pauperes & leuis opinionis ad magnum omnium terrorem pauci clericorum vel diuitum sunt vexati. Serta in capitibus gestabant circa ventrem mappa cum baculo se stringebant circa vmbilicum, vbi post saltationem cadentes nimium torquebantur, & ne creparentur pedibus conculcabantur, vel contra creporem cum baculo ad mappam duriter se ligabant, vel cum pugno se trudi faciebant, rostra calceorum aliqui clamabant se abhorrere, vnde in Leodio fieri tunc vetabantur, Ecclesias chorisando occupabant, & crescebant numerose de mense Septembri & Octobri, processiones fiebant vbique litaniæ & missæ speciales. Leodii apud Sanctam crucem scholaris seruitor in vesperis dedicationis, cæpit ludere cum thuribulo, & post veseperas fortiter saltare, tantus à pluribus vt diceret Pater noster: noluit & Credo respondit: Credo, ait, in diabolum. Quod videns capellanus allata stola coniurauit eum per exorcismum baptizandorum, & statim dixit: Ecce, inquit, scholaris recedit cum parua toga & calceis rostratis. Dic, tunc inquit, Pater noster & Credo. At ille vtrumq; dixit perfectè & curatus est. Apud Harstallium vno mane ante omnium Sanctorum, multi eorum ibi congregati, consilium habuerunt, vt pariter venientes omnes canonicos, presbyteros & clericos Leodienses occiderent. Canonicus quidam paruæ mensæ minister Simon in claustro Leodiensi apud capellam Beatæ virginis in Deo confortatus scalam proiecit in collum vnius, dicens Euangelium: In principio erat verbum super caput eius, & per hoc fuit liberatus, & pro miraculo statim fuit pulsatum. Apud Sanctum Bartolomæum Leodii præsentibus multis cuidam alio exorcisanti, respondit dæmon, Ego exibo libenter. Exspecta, inquit presbyter, volo tibi loqui. Et postquam aliquos alios curasset, dixit illi, loquere tu personaliter & responde mihi: Nam solus respondit dæmon: Nos eramus duo, sed socius meus nequior me ante me exiuit, habui tot pati in hoc corpore, si essem extra nunquam intrarem corpus Christianum. Cui presbyter. Quare intrasti corpora talium personarum? Respondit: Clerici & presbyteri dicunt tot pulchra verba & tot orationes, vt non possemus intrare corpora ipsorum. Si adhuc fuisset expectatum per quindenam vel mensem, nos intrassemus corpora diuitum, & postea principum & sic per eos destruxissemus clerum. Et hæc fuerunt ibi à multis audita, & postea à multis narrata. Hæc pestis infra annum satis inualuit, sed postea per tres aut quatuor annos omnino cessauit.

Item Anno Domini MCCCLXXVIII. accidit monstrum in ciuitate Traiectensi, circa festum translationis Sancti Martini. Natus enim est puer masculus in ciuitate prædicta, qui perfecte loquebatur ante ætatem quadraginta dierum, dicens vna voce, Aperite ianuam, pater meus adest, & alia plura. Ex his parentes attoniti, rogauerunt Sacerdotem deuotum, vt secrete veniret & puerum coniuraret. Qui missam celebrauit, & ea finita in sacris permansit ornamentis, & tamen toga coopertus ne sacra viderentur ornamenta, ad puerum ingressus multis cum coniurationibus & adiurationibus tentauit. Cui puer nihil respondit, sed tandem proprio motu caput conuertit, visu horribili sacerdotem inspiciens, quo ipsum valde terruit. Sacerdos autem videns se nihil proficere, domum reuertit.

Eodem anno defuncto Domino Iohanne de Arkel Leodiensi Episcopo Dominus Vrbanus sextus, ad postulationem Leodiensium transtulit Dominum Arnoldū de Hoerna à Traiecto Leodium, & Dominū Florentium de Weuelichouen à monasterio Traiectum. Sed quia Dominus Arnoldus de Hoerne, loco vtrique (licet minus iuste) libenter præfuisset, & Traiectensem, nisi ad minimum vnius prius anni perceptis fructibus, inuitus resignabat, episcopatum auxilio Domini de Alconde, Domini de Viana, & aliorum multorum militum & nobilium suorum fautorum prædicto Domino Florentio ingressum diœcesis Traiectensium prohibuit, & cum vi per annum surripuit. (Hæc ex Chronicis Traiectensibus.)

Romana. Defuncto autem Gregorio xi. Papa in ciuitate Roma Anno Dom. MCCCLXXVIII. die xxvii. mensis Martii, Cardinales, qui tunc erant in curia Romana, post decimum diem à

diem à die obitus Papæ Gregorii prædicti, elegerunt Bartholomæum Archiepiscopum Barensem in Papam concorditer (qui sibi Vrbani sexti nomen constituit,) ipsumq; electum publicauerũt, tam infra quàm extra ciuitatem, & eius coronationi & inthronisationi interfuerunt, nec non in consistoriis tam publicis quàm priuatis eidem tanquam Papæ reuerentiam præstiterunt. Sed non longe post Cardinales prædicti Romam exierunt, & Anagniam primum reuenerunt, & deinde Fundos, vbi nouam, videlicet secundam electionem Papæ post septem menses à prima electione fecerunt, & elegerunt Robertum Cardinalem Genebensem in Papam, qui vocatus est Clemens septimus: Asserentes, primam electionem esse nullam, quia per violentiam facta esset, & quod illa violentia, quam Romani intulissent, tantum Cardinalibus incussérit timorem, vt ad euadendum periculum mortis, dictum Bartholomæum necessariò in Papam eligerent, & omnes cæremonias prædictas, tam coronationis, quàm inthronisationis præstarent, & præterea in festo Paschatis ab ipso tanquam à Papa corpus Christi coram populo Romano, & multitudine peregrinorum de vniuerso orbe ibidem præsente sumerent. Addiderunt, licet hæc omnia præstiterunt dicto Vrbano, tamen timorem prædictum semper continuò inhæsisse cordibus eorum, vt præ timore Romanorum fecerint, quicquid prædicto Vrbano seu Bartholomæo impenderunt: Vnde ex duabus istis electionibus magna dissensio orta est in Sancta Christianitate. Nam in regno Franciæ prima electio de Vrbano prædicto friuola, & secunda de Clemente canonica reputabatur. Sed è contrario in regno Alemanniæ à partibus Perusiæ vsque Cameracum electio Vrbani pro canonica, & electio Clementis pro friuola habebatur. Electione tamen prima de Vrbano, vt præfertur, facta, Cardinales, qui fecerant, multis principibus & Cardinalibus, qui residebant in Auenione, & qui dictæ electioni interfuerunt, processum electionis scripsetũt, quem propter prolixitatem dissimulaui scribere. Postquam verò dicti Cardinales qui adhærebant Vrbano Papæ, destinauerunt literas Cardinalibus in Auenione existentibus, & Papa Romanus gratias pauperibus clericis, vt moris est, faceret generales, & vellet statum restringere, valde sunt turbati, contra eum surgentes, & allegantes, ipsum Vrbanum non Apostolicum esse, sed Apostaticum: Propter quod exeuntes Romam, Anagniæ substiterunt, & deinde ad Fundanam ciuitatem progressi, Cardinalem Genebensem ibi in Papam elegerunt, qui Clementis septimi nomen sumpsit. (Hæc Petrus.) Istud fuit schisma Ecclesiæ XXII. omnium schismatum, quæ ante fuerunt, pessimum & subtilissimum. Adeò enim perplexum erat, vt etiam doctissimi & conscientiosi viri, non scirent, cui esset magis adhærendum. Fuit verò continuatum per annos XL. cum graui scandalo totius cleri, & grandi iactura animarum propter hæreses & alia dedia, quæ tunc pullulauerunt, eò quod non esset disciplina in Ecclesia: Et ideò ab isto Vrbano sexto vsque ad Martinum quintum nescio quis fuerit Papa. (Hæc Wernerus.) Item Iohannes Ruysbroech clarus habetur, vir admodum deuotus & illuminatus, qui etiam multa scripta in Theutonico reliquit. Item Henricus de Oyda Sacræ Theologiæ professor famosus, & Henricus de Hassia Doctor Theologiæ fuerunt in Vienna duo luminaria Ecclesiæ. Item hæresis peruersa Ioannis Wyckeleyff in Anglia, & Ioannis Hussi in Bohemia, & Hieronymi de Praga pullulauit, & multos infecit, & sub habitu ouino lupinam crudelitatem ostendentes, totum ecclesiasticum statum subuertere nitebantur. Adiuuit eos tempus pessimum propter scandalosum schisma. Item Petrus de Aliaco Theologus, & Iohannes Gerson discipulus eius etiam Doctor Theologiæ clarent Parisiis. Item Vincentius de Valentia vir sanctus, ordinis prædicatorum, claret miraculis multis, & canonisatus est pòst à Calixto tertio Anno Dn. MCCCCXXII. quod & spiritu prophetico ei prædixit Bernhardus discipulus eius. (Hæc collector fasciculi temporum.)

Item Anno Dom. MCCCLXXXVII. quidam vir Iaruæ habitauit, qui licet absq; manibus natus erat, & cum hoc pedibus ambobus à natiuitate carũt, lagunculas tamen nouas, quæ bariola vulgo vocantur, opere mechanico tam bonas fecit, acsi ambas manus haberet, quod cum sæpe ab alio fieri vidisset, non solum opus eius admiratus fuit: verum etiam ipse manibus, & cum hoc magna parte brachii inter cubitum &

manum ex vtroque latere carens, artem attentare præsumpsit. Quem Dominus Vrbanus Papa ad se vocatum iussit coram se exercere artem, & commiseratus promisit præbendam in hospitali, si peteret. Ille verò habens vxorem & filios de laboribus manuum suarum, quàm de eleemosynis viuere se malle respondit.

Item pontificatus sui anno XI. (salutis scilicet MCCCLXXXIX.) Vrbanus Papa tertio Idus Aprilis tria memorabilia instituit. Primum, vt annus Iubilæus per Clementem sextum de centesimo anno ad quinquagesimum annum reductus, deinde in futurum de tricesimo tertio anno in tricesimum annum semper institueretur: & vt annus natiuitatis Domini proxime venturus, videlicet MCCCXC. esset Iubilæus. Quo eum commouit tempus vitæ Domini nostri Iesu Christi in humanitate, quod totum postquam natus est de virgine (per cuius mortem thesaurus Ecclesiæ, vnde indulgentiæ peccatorum omnes emanant, cumulatus) triginta trium annorum curriculo completum fuit. Secundum vt festum visitationis Beatæ Mariæ virginis, quod statuit in crastino octauæ Sancti Ioannis Baptistæ, singulis annis in Ecclesiæ celebraretur, quô Beata virgo suis precibus Ecclesiæ vnionem reformaret, & reformatam conseruaret. Tertium, vt non obstante interdicto ecclesiastico in festo corporis Christi, apertis ianuis, eo modo, quo concessum per Bonifacium octauum fuit, in quatuor festiuitatibus diuina celebrari possent. Insuper Dominus Vrbanus, huic gratiæ adiecit, vt quicunq; corpus Dominicum ab ecclesia ad infirmum, & de infirmo ad ecclesiam delatum comitantur, si confessi & contriti sint, centum dies indulgentiarum authoritate Apostolica consequantur. Tandem Anno pontificatus sui XII. currente, Vrbanus Romæ obiit, & in capella S. Andreæ apud Sanctum Petrum non mausolæo, sed communi sepulchro primum reconditus, postea tamen corpus eius in Ecclesiam S. Petri translatum honorificentiori sepulchro traditum est. (Hæc Gobelinus vbi supra.)

Hollandica. Defuncto sine liberis in vinculis Wilhelmo Duce Bauariæ phrenetico huius nominis inter Comites Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ quinto, Barones & proceres Hannoniæ, Hollandiæ, &c. susceperunt Albertum Ducem Bauariæ rectorem Hollandiæ supra dictum, germanum præfati Wilhelmi Ducis in principem terræ, anno rectoratus sui Hollandiæ, Zelandiæ, &c. xx. (salutis scilicet MCCCLXXVIII.) regni Caroli quarti Imperatoris Romanorum vltimo. Et rexit principatum annis XXVI. Iste ergo iam creatus XXII. Comes Hollandiæ, Zelandiæ, occidentalis Frisiæ, necnon & Hannoniæ fidelitatem cunctis incolis iurauit, & homagium de suis vasallis accepit. Habuit in vxorem Margaretam, Ludouici Silesiæ Ducis de Briga filiam, ex qua genuit Wilhelmum Comitem Oesteruandiæ succedentem, Comitem Albertum Ducem in Bauaria, Ioannem de Bauaria electum Leodiensem, & Iohannam Reginam Bohemiæ, quæ obiit sine liberis, & Catharinam Ducissam Gelriæ & Iuliæ, quæ etiam obiit sine liberis, & Margaretam Ducissam Burgundiæ, vxorem Ioannis Ducis Burgundiæ, ex qua genuit Philippum cognomento magnum, filium vnigenitum, patrem moderni principis, Caroli Ducis Burgundiæ & Brabantiæ. Vltima filia Alberti fuit Yda, alias Iohanna Ducissa Austriæ.

Item Anno Domini MCCCC. in vigilia Beati Martini obiit domina Catharina, filia Ducis Alberti Comitis Hollandiæ, vxor Wilhelmi Geldriæ & Iuliæ Ducis, sepulta in Munichausen, quæ fuit virtutibus excellens mulier.

Anno sequenti in profesto Seuerini obiit Maria Ducissa Iuliacensis, vxor Wilhelmi Ducis Iuliacensis, mater Wilhelmi & Reynaldi Ducum Geldriæ. Et tunc ducatus Iuliacensis deuolutus est ad Wilhelmum Ducem Geldriæ.

Anno sequenti, scilicet salutis MCCCCII. XIV. Cal. Martii in festo Iulianæ virginis, obiit Illustris Princeps Wilhelmus Dux Geldrienſis & Iuliacensis, ac Comes Zutphaniæ absque liberis, sepultus iuxta Dominam Catharinam conthoralem suam in Munichausen, postquam rexerat ducatum Geldriæ XXIV. annis, qui tanquam triumphator à principibus circumsedentibus quantumcunque magnis timebatur, & omnibus diebus vitæ suæ omnes aduersarios mirifice triumphando deuicit, & multos paganos gladio suo in Prussia sæpenumero bellando, fidei subdidit catholicæ. Cui successit in ducatu Geldriæ & Iuliæ Reynaldus frater huius nominis quartus

inter

inter Principes Geldriæ & Dux quintus. Tandem anno Domini MCCCCIII. obiit Illustrissimus princeps Albertus Comes Palatinus, Dux Bauariæ, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Dominus Frisiæ, postquam Hollandiã valde egregie XLVI. annis rexisset. Qui sepultus requiescit in Haghà in palatio sub vmbra in Boreali parte summi altaris. (Hæc ex chronicis.)

Venerabilis Arnoldus de Hoerne filius magni Baronis, videlicet Domini de Cliuis & de Hoerne, (natus ex matre de sanguine Comitum Lossensium ac Ducum Brabantiæ,) Episcopus Traiectensis inferioris, & mamburnus Leodiensis exhibuit bullas suas in capitulo Leodiensi, in quibus Vrbanus Papa sextus de episcopatu Leodiensi ipsi prouiderat, & in dicto capitulo episcopatum acceptauit, anno salutis MCCCLXXIX. pontificatus Vrbani sexti primo. Et sic per resignationem Traiectensis episcopatus subrogatus octuagesimus octauus Episcopus à Beato Materno, & quadragesimus nonus à Beato Lamberto, inclusiue: præfuit circiter decem annos. *Leodienſia.*

Inter Dominum de Arckel Episcopum Leodiensem & Arnoldum de Hoerne habetur in chronico nostro Leodiensi. Quod anno Domini MCCCLXXVIII. prædicto Ioanne de Arckel mortuo, quinta die electus est Eustachius dictus Persand de Rupeforti, canonicus Leodiensis. Electione autem sua per Metropolitanum confirmata, receptus est in Dionanto, postea in Hoio & Leodio. Eodem Anno in Octobri cum Tungrenses quosdam prædones Transmosanos vsq; ad castrum de Petersem fugassent, & redeuntibus principalibus tres Tungrorum, at Traiectensibus per Dominum de Petersem vocatis dissensione suborta forent occisi patria Leodiensi, querela Tungrensium mota prædictum castrum ad aream destruxit, non obstante quod Dominus prædictus emendã magnam pro occisis obtulisset mense Nouembri Dux Brabantiæ dolose intrans Traiectum homines Episcopi ad se coegit, & viginti quatuor principaliores ex eis proscripti, pendente super hoc facto tractatus aduenerunt in Ducis adiutorium cum gente magna Iuliacensis Dux & Archiepiscopus Colonienſis. Cumq; electus Leodiensis Eustachius prædictus admonitus esset, vt exiret ad fines patriæ, ne hostes subintrarent. Ipsa die Veneris cum aliquibus militaribus & amicis in quodam loco, vbi forsitan de pace debuit tractari, electus nouo & inaudito spiritu motus, dissuadentibus omnibus, qui aderant, ab eis recedens properando Traiectum ad Ducem venit, vbi tunc frater eius Egidius præcesserat, nobili sede sua Leodiensi se temeritate propria spoliando, in crastinum Leodienses à Duce Brabantiæ & suis diffidantur, vexillum electi in foro publico à Leodiensibus concrematur. Custodia in patria & finibus vbiq; apponitur, & finitima loca probis militibus seruanda à Leodiensibus decernuntur. Gentes Ducis exeuntes Traiectum cum tribus millibus equitum combusserũt melius præter currum & aliqua loca circa Iecoram. Pars hostium prædando venit circa Tungrim, vbi prudenter exspectati à Tungrensibus contriti sunt, alii capti, alii mortui, cæteri fugerunt. Ex alia parte insignes Leodienses cum Senascallus Brabantiæ aliqua incendisset manu potenti intrauerunt Hamitum oppidũ Ducis illud vastantes & incendentes. Demum properant ad Lauden oppidum, vbi dictus Senascallus & quatuordecim milites cum multis lanceis se receperunt, & illos ac Sanctitrudonenses aduentare sentientes ad Teniſmontem fugerunt. Intrantes Sanctitrudonenses totum oppidum igni tradiderunt. Quotidie crescente victoria animus etiam creuit. Et cum duci mandarent, vt cessaret ab igne patria ei bellum daret. Respondebat dux, quod nollet contra rusticos pugnare. Respondit Archiepiscopus Colonienſis verè, Domine Dux non sunt rustici, sed omnes milites valentes. Vnde Episcopus, qui non venerat, vt dicebat, ad comburendum domos pauperum, & diripiendas vaccas abiit, & Dux similiter Iuliacensis. Plura intermedia de istis guerris cõpendii gratia transiliui. Tandem Dux Brabantiæ de Traiecto non sine insidiis per comitatum Lossensem transiit ad Bruxellam. In die Mariæ virginis fuerunt treugæ annales, quas Comes Flandriæ procurauerat inter Ducem Brabantiæ & patriam Leodiensem, &c. *Leodienſia.*

Anno sequenti, scilicet MCCCLXXX. in mense Iulio, Vrbanus Papa videns pestilentiam mortalitatis in Roma, inualescere, discessit cum XIV. Cardinalibus ipsum sequentibus, & nullam tunc prætendens causam, nisi pestem, iter arripuit versus Nea-

polin, vnde oriundus erat. Item Anno Domini MCCCLXXXII. die menſis Maii vigeſimo primo, circa meridiem in ciuitate Leodienſi & in locis circumuicinis, videlicet in Hasbania, & in quibuſdam aliis oppidis patriæ Leodienſis fuit terræmotus validus, aura tamen non exiſtente ventoſa, ſed prorſus tranquilla.

Anno Domini MCCCLXXXVI. omnes Scabini Leodienſes, vno dempto, propter munera ab eis contra iuſtitiam accepta, per Epiſcopum depoſiti fuerunt, & noui creati in Auguſto.

Item Anno Domini MCCCLXXXVIII. populus S. Trudonis eiecit violenter Benedictinos de clauſtro, & armati exeuntes combuſſerunt domum Abbatis, quæ dicitur noua curia, & domos Scabinorum eius, Arnoldo Epiſcopo ignorante. Ob quod præfatus Abbas fecit ciues S. Trudonis excommunicari authoritate Archiepiſcopi Colonienſis. Et Leodii exequebantur mandata, vt, quoties aliquis dictorũ ciuium Leodium veniſſet, per triduum poſt eius receſſum ceſſaretur à diuinis in tali parochia, intra cuius limites talis recubuit.

Tandem Anno Dn. MCCCLXXXIX. octaua die Maii circa mediam noctem obiit Dominus Arnoldus de Hoerne Epiſcopus Leodienſis in ſuo palatio Leodienſi: & translatum eſt corpus eius verſus Hoern in ſepulchrum parentum ſuorum ſepeliendum. Et vacauit ſedes per annum. (Hæc ex chronicis Leodienſibus.)

Traiectenſia. Itaque poſtquam per annum Dominus Florentius de Weuelichouen (vt ſuprà diximus) ab ingreſſu dictæ diœceſis excluſus fuiſſet, demum adiutus à Dominis in Arckel & Iſelſteyn ex compaſſione ciuitatem Traiectenſem intrauit, vbi cum magna ſolennitate Baronum, militum procerumque receptus, & ritu inolitæ conſuetudinis Anno Dom. MCCCLXXIX. ipſo die Willebrordi Epiſcopi pſalmodiis & canticis debitis quinquageſimus Epiſcopus Traiectenſis incathedratus fuit. Cum primò Traiectenſi præeſſet Epiſcopatui, erat homo inueteratæ ætatis, cõſilio prudens, moribus compoſitus, iuſtus & honorabilis, & in iudiciis ſecularibus bene cautus, qui & diœceſin Traiectenſem permagnis prægrauatam debitis & diuerſis oneratam oneribus inuenerat ex bellis, quæ dictus Arnoldus de Hoerne præceſſor in partibus Geldriæ geſſerat, imò etiam inde, quòd Dominus Arnoldus dictus reditus diœceſis vltra terminum debitum longe percepiſſet: tamen Florentinus Epiſcopus cunctis, quantum potuit, creditoribus ſatisfaciens, caſtra, villas & officia per prædeceſſores alienata & diuerſis creditoribus pro certis pecuniarum ſummis impignorata libere redemit.

Anno Domini MCCCLXXX. Domicellus Reynaldus iunior fratrum Dominorum de Viannen Epiſcopatum Traiectenſem callide à Clemente VII. Antipapa impetrauit, non obſtante illo, quod nobilis vir Florentius Weuelichouen iam actu epiſcopatum poſſideret. Quo obtento Reynaldus præfatus fratribus affinibus & magnatibus & cunctis ſuis in prædicta diœceſi amicis circumcirca adiuuantibus occupare epiſcopatum, & nobilem virum Dominum Florentium à poſſeſſione per vim deiicere minime dubitabat. Vnde Dominus de Vianen frater Reynaldi dominum Florentium decimis, quas in caſtro de Goye & aliis hinc inde diuerſiſque locis cõgruis collegerat, ſpoliauit, & Reynaldum frarrem ſuum in prædicti pontificii poſſeſſionem vi intrudere tentauit Clementi Antipapæ adhærens, nõ obſtante, quod omnes vicini nefandum ſchiſma incurrere formidarent. Paulo poſt exiguo elapſo tempore cum Dominus Florentius Epiſcopus à partibus Tranſiſelinis Traiectum aduenireret, determinata, & in Eccleſia Villæ de Iutfaes præfixa die Dominus de Vianen & Iutfaes eius fratres Domino Florentio Epiſcopo per conſules ciuitatis Traiectenſis in hunc modum reconciliati ſunt, vt nimirum Dominus de Vianen cum fratribus ſuis promitterent aduerſus Dominum Vrbanum Papam & Dominum Florentium Epiſcopum nullo modo ſe futuros, nec Clementi Antipapæ obedituros, ſed Domino Vrbano Papæ & Florentio Epiſcopo Traiectenſi in catholicis omnibus mandatis firmiter geſturos morem, & ſine vlla ſiniſtra contra illos prouocatione fideles diœceſanos diebus vitæ ſuæ permanſuros. (Hæc ex chronicis Traiectenſibus.)

Item Anno eiuſdem præſulatus Florentii quinto (Anno ſcilicet gratiæ MCCCLXXXIV.) venerabilis vir Deo & hominibus deuotis, valde dilectus Magiſter Gerardus ma-

dus Magnus pestilẽtia correptus felicem animam Deo reddidit, ecclesiasticis prius sacramentis munitam. Cuius exanime corpus in Ecclesia Beatæ Mariæ oppidi Dauentriensis ante gradum Sanctuarii condignæ traditur sepulturæ: De cuius laude venerabilis Magister Wilhelmus Doctor & cantor Parisiensis sic scribit: Sacræ recordationis Magister Gerardus, dictus Magnus feliciter migrauit ad Dominum. Et vere magnus, quoniam in omnibus scientiis liberalibus, naturalibus, moralibus, ciuilibus, canonicis & Theologicis nulli erat in orbe secundus.

Item Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto Domini Florentii Episcopi Traiectensis septimo post obitum Magistri Gerardi Groet anno secundo fundari cæpit monasterium canonicorum regularium in villa Wyndesim per fratrem Florentium primum rectorem domus Magistri Gerardi Groet memorati in Dauantria, quemadmodum Magister Gerardus Groet ordinauerat in vita.

Item Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, ipso die Hieronymi confessoris fuit degradatus Magister Iacobus de Iulia in Traiecto, frater ordinis minorum, qui iactabat verum se Episcopum esse, quamuis non esset. Fuerat enim ordinatus suffraganeus diœcesis Traiectensis per venerabilem Dominum Florentium Episcopum Traiectensem, & aliquibus consecrationes & omnes fere ordines contulerat, & Ecclesias atque cæmiteria dedicauerat, & cætera omnia quæ concernunt Episcopi administrationem, fecerat. Postea verò permissione diuina compertum fuit, non esse Episcopum, & bullam, quam habebat, esse falsam. Quapropter multi presbyteri & clerici in sacris ordinati hoc percipientes, refutato & postposito sacerdotio duxerunt vxores, & permanserunt seculares: Alii verò melius sentientes per alium verum catholicum Episcopum, consensu Domini Episcopi Traiectensis, de nouo ordinati fuerunt. Igitur authoritate & mandato Apostolico idem Dominus Florentius Episcopus Traiectensis, conuocatis aliis septem Episcopis in ciuitate Traiectensi, prædictum falsarium literarum Apostolicarum captum in publico theatro, cunctis pontificalibus induit ornamentis, quibus paulatim rursus priuabatur, & primò baculo pastorali, deinde mitra, deinde casula, & sic de singulis vsque ad amictum incluſiue. Tum capitis crines abradebantur, & pellis circa digitos, quibus corpus Dominicum tractare consueuerat, cum vitro ossetenus lacerabantur. Nouissime vestibus secularibus indutus iudici singulari, scilicet Sculteto & Scabinis ciuitatis Traiectensis tradebatur, qui eum ad cacabum diiudicarunt. Sed consideratis sacris ordinibus dudum ab eo habitis, & ob reuerentiam ordinis fratrum minorum subitò à cacabo susceperunt & decollari iusserunt. Qui de licentia Domini Florentii Episcopi in cæmiterio prædicatorum Traiectensium humatus est.

Item eod. anno MCCCXCII. in die B. Luciæ virginis obiit Wilhelmus primus Dux Iuliacensis, qui victoriã obtinuit in Baeswilre contra Wenceslaum Ducẽ Brabantiæ pater Wilhelmi & Reynaldi Ducum Geldriæ, & etiam Mariæ vxoris Ioan. Domini de Arkel, cuius prouerbium fuit, Si clauda non fuissem, ad Arkel non venissem.

Post hoc anno Dn. MCCCXCIII. ipso die S. Ambrosii in bona sexta feria cum diuinum in Ecclesia celebraretur officium, Dn. Florentius de Wiuelichouen Episcopus Traiectensis vir nobili prosapia oriundus, qui & nobilioribus virtutũ abundabat operib. hora quasi meridici, qua Dn. noster Iesus Christus expirauit, debitũ vniuersæ carnis in villa Transiselina Herdenborch nuncupata persoluit, postquam XIII. annis, & quinq; mensibus prudentissime & honestissime Traiectensem Episcopatũ gubernasset. Qui deinde Traiectũ curru transuectus, in cathedrali ecclesia luctuosis exequiis affinium & amicorũ suorũ coram summo altari decẽtissime humatus fuit. Moriturus is nobilis vir Dn. Florentius, cum familiares & affines astantes pro seruitiis impensis remunerari cuperẽt in agone, respondit, Dedi quod faueo: Innuens vnicuiq; multa se dona & emolumẽta temporib. vitæ sua exhibuisse. De pecuniis verò suis debita omnino soluere, & residuum B. Martino & suo successori tradere præcepit. Qui etiã singula castra dict. diœcesis tam Transiselina, q̃ Citraiselina in solida stabilitate renouauit, & singula castra d. diœcesis quibusdam necessariis præmunita, cæteraq; officia libera, & totam diœcesim in pace tranquilla suo successori dimisit.

Hæc ex chronicis Traiectensibus.) Item in quodam Chronico legitur, Dom. Florentium iustum quotidie pro animabus fidelibus, quorum curam humeris suis portandam acceperat, vigilias nouem lectionum legisse. Et cum à suis interrogaretur, quare semetipsum tantũ legendo fatigaret, respondisse, Nunquid potest bonus pastor, qui multas accepit regendas oues, de ouibus suis non gerere curam? Si autem pro suis ouibus solicitus esse debet, quomodo iniustum vobis videtur, si ouibus meis auxilium impendam?

Imperialia. Rex Bohemiæ Wenzelaus primogenitus Serenissimi & inuictissimi Dom. Caroli quarti Romanorum Imperatoris excellentissimi anno Dom. MCCCLXXII. tempore Gregorii Papæ XI. ad eiusdem Imperatoris instantiam fuit electus in Regem Romanorum, & per dictum Papam confirmatus. Et nihilominus idem Imperator de sua plenitudine Imperialis potestatis præfatũ Wenzelaum sub se in Regem Romanorum instituit, & Aquisgrani coronari fecit: Cuius coronationis tempore permaxima discordia siue dissensio inter Illustrem Dominum Wenzelaum de Bohemia Ducem Lucemburgensem, Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ fratrem dicti Domini Imperatoris ex vna, & Illustrem Ducem Saxoniæ ex altera parte, vtroq; scilicet Lucemburgensi occasione ducatus, Lotharingiæ & Brabantiæ, sed Saxoniæ Duce ratione officii sacri Marescallatus Imperii arrogante sibi ius deferendi ensem regalem siue imperialem coram rege tam in sua coronatione, quàm in aliis solemnibus actibus; & res eô deuenit, vt vterque pro sui iuris conseruatione, & manutentione ad arma se comparârit. Quod Imperator percipiens, misit ad prædictos contendentes Illustrem Wilhelmum Ducem Iuliacensem ac villicum Burgimagistrum, & rectores Imperialis sedis vrbis Aquensis ad pacificandas partes prædictas, iure cuiuslibet semper saluo. Et interim tumultu durante, Imperator sagax, tempore coronationis in Ecclesia siue Capella Imperiali Beatæ Mariæ ibidem, vt moris est, celebratæ, Illustrem Sigismundũ Marchionem Brandenburgicum, filium suum secundò genitum, tunc iuuenem, & non nisi decem annos habentẽ, ensem imperialem ante se præferre iussit, vt à prædict. Dn. Sigismundo tunc Rom. ac Vngariæ, Dalmatiæ & Croatiæ, &c. rege in sacro generali Constantiensi cõcilio, anno Dn. MCCCCXV. ex ore eius proprio commemorari sæpe audiui. Ad cuius celsitudinem egò vna cum aliis legatis Illustris quondam Antonii Ducis Lotharingiæ, Brabantiæ, & Lymburgiæ filius recordationis fueram destinatus. Hæc Emundus. Cepit autem regnare post mortem patris anno salutis MCCCLXXIX. Mundi MMMMMMDLXX. & regnauit annis XXII. Hæc Florentius. Rex Wencelaus nihil dignum memoria gessit, sed Neronianæ crudelitatis sectator esse studuit. Multos etiã viros solemnes sine causa occidit: plures cruciatibus exquisitis puniuit, nonnullos propria manu ludibrii causa peremit. Contra subiectos in regno Bohemiæ nimia tyrannide vsus est. Quare anno vigesimo regni sui surrexit contra eum Marchio Morauiæ patruelis eius cum multis nobilibus regni, & cepit eum. Sed Iohannes Marchio Brandenburgicus frater eo liberato pacem fecit, nec tamen emendatus est. (Hæc Goblinus.) Vnde etiam Emundus: Rex Wencelaus diu vixit, & suo tempore nihil aut modicum boni fecit, neque laude seu narratione dignum. Quare prædictus Sigismundus Rex Vngariæ frater eius ipsum captiuari procurauit, & in Vienna captiuum detineri. Sed per nonnullos suos fideles fuit secrete à captiuitate liberatus. Fuit etiam bina vice veneno (nescitur per quem) intoxicatus, sed gratia Dei & ope medicorum illico curatus. Nihilominus propter caloris & siccitatis ardorem, quem propter toxicum in corpore continuò sentiebat, semper appetebat bibere & bibit de facto aliquando sobriè ad lætitiam, aliquando excessiuè ad ebrietatem. Quando verò ad lætitiam & sobriè bibit, tunc fuit optimæ conuersationis, prudens & discretus. Principes, Comites, Barones & oratores siue nuncios Regum & Principum ad ipsum venientes honorifice, sicut regalem decet magnificentiam, acceptauit benigne audiuit, & gratiosè pertractauit, prout egò vidi in Illustri Ernesto Duce Austriæ, genitore Serenissimi Domini Friderici Romanorum Regis tertii & moderni, quem in castro suo Carlesteyn solemniter ad prandium inuitatum, Anno Domini MCCCCXIII. in mense Octobri, cum Domina Regina facto prandio saltare & festiuum

festiuum esse voluit. Vidi etiam in castro suo Roetzinck prope mendicum oratores Regis Poloniæ, & magni principis Witoldi Ducis Lithuaniæ & Russiæ, magistriq; generalis ordinis Beatæ Mariæ Teutonicorum & Domini Prussiæ, & similiter nuncios ciuitatis Wratislauiensis, & aliarum ciuitatum Morauiæ in castro suo Newenhusen, & patri modo nuncios prædicti quondam Ducis Antonii (cum quibus ego ad suam maiestatem fui missus) in prædictis suis castris Karlesteyn, Roetzincke, & Newenhusen benigne accipientem, & gratiose audientem, & quomodo literas Sereniſſimi quondam Caroli Regis & aliorum principum Franciæ Latine scriptas per nos præsentatas ipse aperuerit, legerit & ipsarum tenorem nobis exposuerit, & de statu eorundem affectuose per nos fieri certior desiderauerit: Vbi similiter de statu Baronum, Ducatuum Brabantiæ & Lucemburgi, quorum notitiam aliqualem habuit, vt asseruit, percontabatur. Erat enim bene literatus congruè loquens Latinè, meq; postea per manum capiens duxit in aulam, in qua precioſæ imagines omnium Ducum Brabantiæ, vsque ad Ducem Iohannem Brabantiæ huius nominis tertium inclusiue sunt depictæ. Quas prædictus Carolus Imperator genitor eius inibi depingi fecerat, dixitque ad me, suam illam esse genealogiam, & se de progenie Troianorum, & signanter Sancti Caroli Magni Imperatoris, & inclytæ domus Brabantiæ descendere, & Imperatorem Heinricum de Lucemburgo proauum suum duxisse filiam primi Ioannis Brabantiæ Ducis, ex qua genuerit auum suum Iohannem Bohemiæ & Poloniæ Regem. Quando verò Rex Wenzelaus bibit excessiue & ad ebrietatem, incurrebat in furiam, & fuit tunc multum peruersus & periculosus, & dicitur quadam vice coquum suum, qui ad voluntatem suam seu secundum appetitum suum cibos non parauerat, ad veru ligatum assari iussisse. Item quodam tempore ad experiendum quid decapitandi sub tempore executionis cogitarent, accersiuisse spiculatorem, cuius compater fuit, & flexis genibus, oculisque suis velatis præcepisse, vt se decollaret, & quia spiculator ense nudo dissimulans, ipse cum platto in collum percussisset, surrexisse Regem & dixisse spiculatori, vt poneret se super genua, quem sic velatis oculis tunc decollauit. Accidit etiam quodam tempore dum Rex causa venationis ad nemus pergeret, & monachum in via reperiret, vt statum à mangone suo balistam, peteret, qua tensa, & ex pharetra (quam semper ad latus suum ferebat) sagitta extracta, monachum sic sagitta percussit, vt inde mortem obiret: dicens astantibus se ferum singularem sagittasse, quibus dicentibus non ferum, sed monachum, respondit, monachum esse & manere debere in suo claustro, non in sylua, vbi esset habitatio & conuersatio ferarum. Audiui etiam dici de eo cum quadam vice videret ad parietem scriptum (Wenzelaus alter Nero) statim accepta creta manu propria adiunxisse hæc verba (Si non fui, adhuc ero.) Dicitur etiam præter magnos & maiores canes, maximos maxime desideraſſe, & pro illis habendis, ad diuersas mundi regiones suos nuncios destinare consueuisse: quorum inter eosdem maximum in cubili suo & lecto proprio de nocte ad pedes suos secum dormire seu iacere voluerit: eoq; modo factum, vt quadam nocte cum Regina (filia Alberti Ducis Bauariæ & Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ) vrinæ causa de lecto regis surgere, seu vasculum in quod vrinam reddere consueuit, capere conaretur, maximus canis mox ipsam per guttur arripiens suffocaret. Alii dicunt prædictorum magnorum canum vnum, qui furiam incurrebat, reginam momordisse, & inde illam mortuam. Iste Wenzelaus Rex Dominum Galeacium Comitem Papiæ & virtutum ac Dominum Mediolanensem in Ducem Mediolanensem creauit, & ciuitatem Mediolanensem ei, vnà cum tota Lombardia in feudum concessit, & sic dominium Imperii alienauit, irrequisitis electoribus & sine consensu & voluntate eorundem. (De isto Galeacio Duce Mediolanensi, scribit Magister Iohannes de Crinellis in suo Chronicorum compendio.) Iste rerum prosperitate atque munificentia tanta claruit, vt ab Augusto Cæsare citra parem Italia clementia, atque liberalitate, non habuerit, sed tandem, quem cometa sydus per mensem coruscantibus radiis moriturum esse prædixerat, ferali peste decedens miserabilem querimoniam atque perniciem viduæ reliquit Lombardiæ. Nam post obitum huius per annos fere sedecim ferro, peste, fame, rapinis, af-

que sæuientibus vbique discordiis consumpta remansit.) Sequitur Emundus: Propter mala merita & alia maleficia regno Romanorum priuatus, & ab eodem destitutus fuit à Bonifacio Papa nono Wenzelaus, data electoribus Imperii potestate alium in regem Rom. eligendi, postea in Imperatorem promouendum: Qui elegerunt illustrem Dn. Rupertum Ducem Bauariæ in regem, anno Dn. MCCCXCIX. qui ab eodem Papa Bonifacio fuit confirmatus, & postea Aquisgrani cum maxima difficultate propter potentiam principum, qui Wenzelao adhæserunt coronatus, Wenzelaus enim semper magnam partem principum & ciuitatũ Almaniæ habuit pro se qui pro Rege Rom. coluerunt. Quod verò prædict. Sigismundus rex Vngariæ frater eius post discessum Ruperti, contra Wenzelaum in Regem Rom. fuit electus, hoc contigit (vt in Karlesteyn ipsemet nobis retulit) de suo consensu, & cum protestatione, vt prædict. Rex Vngariæ frater suus Imperator fieret, & ipse Rom. Rex maneret. Est etiam verum, in sacro generali concilio Pisano Ambasciatores Wenzelai, quos ad concilium destinauerat, fuisse nomine ipsius admissos, & in sessionibus & aliis publicis actibus in locis debitis, tanquam Romanorũ Regis nuncios collocatos, vt vicissim oratores dicti Ruperti, qui contra eiusdẽ concilii decretum partẽ Gregorii Papæ XII. fouebat, tanquam schismatici, ex dicto cõcilio turpiter eiecti & refutati fuerunt. Sic omnes qui in obedientia Papæ Clem. VII. & Benedicti Papæ XIII. erant, tenuerũt Wenzelaum pro Rege Rom. De cuius quidem regis Wenzelai priuatione & contumeliis illatis dictus Rex Sigismundus germanus eius per literas fuit conquestus Cardinalib. dicti Papæ Bonifacii, videl. quod ipse Wenzelaus non vocatus, non cõuictus, & sine causæ cognitione fuerit priuatus, quodq; idem Bonifacius, die noctuq; nihil aliud cogitare videretur, nisi vt modũ inueniret, quô ipsum Sigismundum ex regno Vngariæ eiicere possit. Qui etiam conaretur prælatos & barones suos pellicere, vt rupto fœdere ab ipso discederent, sibiq; rebellarẽt, & regi Ladislao Neapolitano adhærerent. Vnde Sigismundus vehemẽter amabatur eò, quod ipse & genitor eius Imp. Carolus ab initio schismatis Vrbano VI. & ipsi Bonifacio semper adhæserint, licet per multos reges & principes sæpe fuerint in contrariũ requisiti. Præterea prædictus rex Wenzelaus ad instigationẽ vniuersitatis generalis sui studii Pragensis anno Dn. MCCCXCVIII. ex Bohemia ad ciuitatẽ Remensem venisse, vbi Carolus VI. tunc Franc. Rex cum suo germano Ludouico Duce Aurelianensi, suisq; & d. Wencelai patruis Ioanne Biturensi & Philip. Burgundiæ ducibus certo præuio tractatu conuenerant ad consultandũ de extirpatione schismatis tunc inter Benedictũ XIII. & Bonifaciũ tunc vigentis, vbi conclusum fuit inter cætera, ad id consequendũ securissimam & breuissimã esse viam, vt vterq; de Papatu contendentes iuri suo cedant siue renunciẽt, & per vtrumq; collegium nouus Papa eligatur. Sic igitur Wenzelaus Cæsar de cõsilio regis & principum Franciæ prædictorũ misit legatos suos ad Bonifacium prædict. & simul Auenionẽ ad Papam Benedictũ Reuerendum patrem Dn. Petrum de Alico Episc. Cameracensem, qui ab eodem Wenzelao regalia receperat, & M. Nicolaum prothonotarium, vt nomine suo peterent, quô iuri suo de papatu cederent: quemadmodũ supradicti Rex & Duces Franciæ id idem per suos oratores vicibus diuersis ab eodem Papa requisiuerant, vbi quidem Benedictus Papa XIII. inter alia eiusdem regis Wenzelai oratorib. respondit, in præmissis & consimilibus aliàs se regem Wenzelaum per suos oratores de intentione sua feciſſe certiorem. Pro quo est sciendum Benedictum Papam in suæ assumptionis initio ad Wenzelaum regem misisse dominos Bernardum Girberti iuris vtriusq;, Bartholomæum Lupi legum Doctores, suos capitaneos, & sacri palatii causarum Apostolicos auditores & magistrum Gerardum Petri de † Cesthaen literarum Apostolicarũ scriptorem & Cameracensem Laudanensemq; canonicum, vt Dominum regem inter alia de iure sibi in papatu quæsito informarent, & ab errore & adhæsione Bonifacii desistere & sibi adhærere suaderent. (Hæc Emundus vbi supra.)

Eusthaen

Isto tempore Witholdus Dux Lythauiæ, quem vulgus Theutoniæ Regem vocare consueuit, fidem Christi suscepit, & ipse baptizatus Alexander vocatus est, & multæ Ecclesiæ in Lythauia fundatæ sunt. Hæc Gobelinus.

Anno eiusddm Wenzelai regis XVIII. (sautis scil. MCCCXCVI.) sexto Cal. Octobris factum

factum est bellum inter Regem Vngariæ & Regem Turcarũ apud vrbem Saltowe, quæ apud Græcos Nicopolis vocatur, de qua Iordanus Episcopus sic dicit, Traianus Imp. victis Sarmatis, condidit ciuitatẽ in Thracia, & vocauit eam Nicopolim, id est, ciuitatẽ victoriæ, & est de partibus Bulgariæ. Cum n. Turci Bulgaris per annos præcedentes plurimum fuissent infesti, & nonnullas terras Vngariæ occupassent, Sigismundus rex Vngariæ literas suas regibus & principibus Christianis hinc inde direxit, petens auxilium contra Turcos. Vnde plurimi principes & nobiles ac alii militares conuenerunt ad eum. Cumq; congregato exercitu transiret Danubium, Marochbackim rex Turcorũ & Bayzachbackim filius eius ad bellum ex aduerso se parant, & non solum viribus, sed etiam fallaciis vincere satagunt. Nam palos acutos ligneos per campum inter rubos quasi per tria miliaria fixerunt in terram, & vbi non plene rubis occultabantur, ramos arborum præcisos eis præfixerũt. Cumq; rex Vngariæ expertorum consilio acies ordinare decreuisset, & princeps Walachiæ, qui vicinius Turcis habitauit, & mores eorum in bellis præcedentibus annis contra se gestis nouerat, vt bellum primò attẽtare posset, petiisset, Franci cum suis, si hoc eis concederetur, æstimantes se despectos, consentire recusabant, & absq; ordine oportuno, Rege ignorante, Turcos aggrediebantur. Prima igitur Turcorum acie prostrata, alia pars exercitus Turcorum fugam simulat, & per loca inter palos prædictos, ad hoc disposita transiit: Quos Christiani per campum fugientes, stimulatis equis & incussis calcatibus persequuntur. At dum se equorũ impetu rubos transire putant, in palos in terram fixos incidũt, vbi nec procedendi, nec etiam, propter impetum subsequentium retrocedendi facultas fuit. Hinc Turci (Christianis sic defixis) maxima copia erumpunt ex insidiis, & Christianos cæde miserabili prosternunt. Rex igitur Sigismundus nondum paratus ad prælium, & se adhuc securum æstimans, clade cognita, & Turcis cõtra se ex improuiso venientibus, consilio fideliũ suorum licet inuitus fuga nauigii sibi consuluit. Et Christianis paucis respectu magnæ multitudinis cuadentibus, cæteri capti vel occisi, & captiuorum alii truncati capite, alii membris genitalibus, alii oculis priuati, alii venditi sunt. Concessit tamen rex Turcorum filio Ducis Burgundiæ tanquã captiuorum insigniori, vt se cum certo numero militum, quos duceret eligendos, redimeret. Hæc Goblinus. Iste sic redemptus fuit Ioannes postea Dux Burgundiæ, pater Philippi Ducis Burgundiæ & Brabãtiæ, patris moderni Caroli Ducis Burgundiæ & Brabantiæ. Causa liberationis eius fuit præsagiũ Pagani astrologi, qui Domino suo regi propter eundem prædixit infinitũ Christianorum sanguinem adhuc effundendũ. Hæc collector. Istius etiam Wenzelai tempore incepit hæresis Wyckleef in Bohemia, & in Praga prædicari, vbi ipse Rex cum regina fouerunt primò M. Iohannem Huss hæresiarcham, & deinde M. Hieronymum, qui tandẽ in concilio Constantiensi fuerunt combusti. Hæc Emundus. De origine huius sectæ sic scribit Magister Ioan. Wlyder, doctor sacræ Theologiæ ordinis prædicatorũ tertio dialogi sui lib. de formica, cap. 9. Viuebat in Anglia infra LX. annos quidam secularis sacerdos, etia professor acer ingenio, & eloquentia lepidus. Sed errore, scriptis, & vita, ne dum hæreticus, sed hæresiarcha Ioan. Wyckeleef dictus, qui in suis libellulis in Anglico & Latino doctrina noua Rempu. secularium & ecclesiasticorum subuertere molitus est. Istius articulos, quot pro tunc & postea, & modo occulti sint, & facti sint hæretici in Anglia, norunt qui ibi steterunt. Eorum venenum meo tempore Bohemus quidam (in Constãtiensi concilio generali incineratus) magister artium Hieronymus videl. in Anglia studẽs auidè hausit, & libris & voce propria in primaria ciuitate Bohemiæ, in vniuersitate Pragensi postmodũ copiosè effudit. Diuidebatur propterea vniuersitas prædicta, & abinde multi ex valentiorib. recesserunt Theologis. Deinde Bohẽmia fere tota rebellari cæpit Romanæ Eccles. & errorum doctrinis replebatur fere vbiq; tota, vt tot ibi sectæ hæreticorũ essent, vt vix numerari possent. Tres tamen principales diu perseuerabant, veterum videlic. Pragensium (qui tolerabiliores erant) Orphanorum & Thaboritarum, qui pessimi erãt. Incendebant Ecclesias & monasteria, nullam sanctimonialem nec religiosum, non Carthusienses, nõ reformatos nec deformatos in regno suo viuere sinebãt. Nihil de imaginib. Sanctorũ, nec de ornamentis ecclesiarũ sentiebant, sed omnia ista destry-

xerunt, & illicita esse dixerũt: Et quod his deterius est, sacerdotes & religiosos plu-
mos gladio occidebant. Alios pollicibus amputatis eiecerunt, reliquos cruciatib. ex-
carnificarunt: cum chrismate sacro, & sancto oleo (quod nefas est facere, & audire
horrendum) calceos suorum pedum inunxerunt. Extra regnum & intra multo tem-
pore nulli sexui nullive ætati non gradui nec statui catholico pepercerũt. Et quan-
quam omnes essent hæretici & schismatici, tamen tam incredibili errore permissio-
ne diuina sunt obcæcati pariter & mulctati, vt aliquoties vna secta aliam inuaderet,
& victrix victam occideret, hæreticus hæreticum & schismaticus schismaticum, v-
num tantummodo fuit signum, in quo omnes concordabant, communicare vide-
licet sub vtraque specie sacramento diuinissimo Eucharistiæ, quod multi indigniss-
me post grauia facinora, siue præuia sacramentali confessione & semota debita re-
uerentia sumebant. Alii verò (Sacerdotes videlic. multi) missam celebrabant (exe-
crabantur verius) sine altari & vestimentis per manus Episcopi cõsecratis. Et quam-
uis tam diuersi inter se essent, vt præmittitur, tamen quando fideles eos inuadere dis-
ponebant, sicut Herodes & Pilatus, statim amici facti sunt. (Hæc qui suprà.) Iohan-
nes Crinellis ita dicit. Iste Wenzelaus hæreticam pernicioſamq; quam Hussitas
nuncupant sectam in regno suo fouit, quorum demum tantum fuit incendium atq;
præsumptio, vt post eiusdem Wenzelai obitum, crescente multitudine & potentia
cunctas Ecclesias atq; demum regnum ipsum omne quasi funditus euerterint. (Hæc
ille.) Item regni Wenzelai regis XIX. Nicolaus eximii nominis medicus Florentiæ
habetur doctissimus.

Anno sequenti Chrysoloras Bizancius disciplinam Græcarum literarum in Ita-
liam retulit, quæ per septingentos iam annos apud nostros homines in vsu non ha-
bebatur.

Anno eiusdem Wenzelai XXI. (salutis scilicet MCCCXCIX.) mirabilis dealbato-
rum peregrinatio fuit, quæ ex Alpibus in Cisalpinam Galliam progrediens, vsq; ad
extremas Galliæ oras vniuersos vbiq; populos apprehendit, durauitq; fere tres men-
ses. In quibus prælonga populorum agmina vestibus induta albis supplici deuotio-
nis feruore ad vicinas ciuitates procedebant, & vniuersi misericordiam proclama-
bant & pacem. Tantaq; tenuit animos religio, vt qui simili veste non aspiciebantur,
Deo rebelles, & ab humana conuersione separandi esse censerentur. (Hæc Floren-
tinus.)

Anno sequenti Florentiæ in vacua pene vrbe, è qua ciues magno effugerant nu-
mero, supra triginta millia hominum assumpsit lues. Item Wenzelaus propter se-
gnitiem atq; lasciuiam ab Electoribus est ab imperio depositus. Vnde quidam hoc
anno vacasse imperium scribunt: licet Robertus statim fuerit ad imperium electus,
sed non pariter ab omnib. nec vbiq; receptus. (Hæc Florentinus.) Postremò Wen-
zelaus nulla imperiali corona aut virtute redimitus obiit imperatorũ numero nulla-
tenus annumerandus. (Hæc Iohannes vbi suprà.)

Item anno Dom. MCCCLXXXVIII. Carolus Rex Franciæ bello lacessitus per Wil-
helmum Ducem Geldriæ circa festum Sancti Lamberti, venit cum maxima multi-
tudine armatorum versus Geldriam, & vsque ad ducatum Iuliacensem in terram de
Randenrade. Quibus ibidem existentibus tanta pluuia per longum tempus fuit, vt
rex cum suo exercitu nec procedere posset, nec retrocedere si voluisset, viis tam lu-
tosis factis, vt currus & vehicula, quibus victus adducebatur, ex iis vix eluctari, ma-
gno conatu possent. Tandem Wilhelmo Duce Iuliacensi patre Wilhelmi Ducis
Geldriæ intercedente, pax inter Regem & filium suum Ducem Geldriæ facta est.
Et venit Dux Geldriæ in conspectum Regis excusans se de obiectis. Post quæ Rex
cum toto exercitu rediit ad propria circa medium Octobris.

Anno Domini MCCCCVII. Ludowicus Dux Aurelianensis frater Caroli sexti re-
gis Franciæ occisus est Parisiis dolose, quæ fuit infinitorum malorum occasio. Cau-
sa acta est in concilio Constantiensi.

Item Anno Domini MCCCCIX. in mense Septembri Iohannes Dux Burgundiæ
pater Philippi Magni Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, patris Caroli Ducis Burgun-
diæ, qui obsedit Nussiam, traditorie occiditur in conspectu Delphini filii Regis Ca-
roli

foli Regis Franciæ præfati ſtatim poſt initas inducias. Vnde multa rurſus mala euenerunt longo tempore perdurantia: quia regnum Franciæ florentiſſimum hinc per Regem Angliæ Heinricum, inde per Philippum Magnum Ducem Burgundiæ filium præfati Ioannis miſerabiliter ſupra modum vaſtatur. Tandem Dominus Cardinalis Sanctæ crucis ordinis Carthuſienſis pacis modū inter eos reperit, quam Anglici noluerunt recipere, & tantum Burgundi receperunt. Durauit autem perniciosum hoc bellum vltra xvi. annos. Tandem glorioſus Rex Carolus obiit anno Domini MCCCCXXII. die XXI. Octobris. Et ſepultus eſt ad Sanctū Dionyſium & iuxta eum Elizabet eius vxor. (Hæc ex Chronicis.)

Poſt mortem Wenzeslai Ducis mariti ſui Iohanna Duciſſa vidua permanens rexit Brabantiam annis XXIII. Cæpit autem regere ſola anno Domini MCCCLXXXIV. regni Wenzeslai Regis Romanorum anno ſexto. Iſta requiſiuit Dominum Arnoldum de Hoerne, quem de ſacro fonte leuauerat, vt eſſet eius mamburnus: quod quamuis ſine conſenſu patriæ non acceperat, fecit tamen quantum potuit. Deinde Wilhelmus Dux Geldriæ mouit maximum bellum eidem Duciſſæ Iohannæ eiuſque patriæ & ſubditis Brabantiæ in annis Dom. MCCCLXXXVI, LXXXVII, & LXXXVIII. & occupauit de facto oppidum de Grauia, quod à dicta Duciſſa tanquam ipſius oppidi domina directa Wennarus Dominus Kuyck tenuit in feudum. Quapropter Domina Duciſſa, cum dicta patria Brabantiæ infra dictos annos bina vice oppidum prædictum obſedit, ipſa Domina in Buſco Ducis permanente; vbi in prima obſidione Iohannes Dominus Henerle (vel Heuerle) qui tunc miles fuit factus, in vno inſultu ſiue ſaltu interiit, ſagitta transfixus. Et tunc inexpugnato oppido ad lares remearunt. In ſecunda verò obſidione magna pars exercitus Brabantiæ tranſiuit vltra Moſam prope Rauesteyn ad cuius oppoſitum vel circa villam de Nyfrick, Moſam præfatus Dux Wilhelmus ipſos impugnauit, & obtinuit victoriam, & ſic reliqui de obſidione receſſerunt: de qua victoria multus diu inter plebeios ſermo, veniſſe Illuſtriſſimum Ducem Wilhelmum ex improuiſo, & cum modico exercitu irruiſſe in infinitam Brabantinorum multitudinem, & eos fugaſſe, & quia certamen iuxta Moſam erat, maiorem partem exercitus Brabantinorum fuiſſe ſubmerſam, cum vnus impelleret alterum. Quæ quidem guerra fuit poſtea ſedata & pacificata conſilio nobilium hominum & vaſallorum partis vtriuſque. *Brabantica.*

Anno Domini MCCCXC. quia Dominus Wenzelaus Romanorum & Bohemiæ Rex & Dux Lucemburgenſis præfatam dominam Iohannam Duciſſam, & eius patriam Brabantiæ, licet ſatis requiſitus defendendam contra Ducem Geldriæ, qui in omnibus cōtra eam præualebat non ſuſciperet, domina Iohanna Duciſſa in præſentia ſui conſilii prælatorum, nobilium & deputatorum bonorum oppidorum repræſentantium tres ſtatus Brabantiæ ſtatuit, vt Margaretha Duciſſa Burgundiæ neptis ſua, ſcilicet ſororis ſuæ Margarethæ, quondā Comitiſſæ Flandriæ filia, tanquam hæres proximior, & poſt eam filii hæredes & ſucceſſores eiuſdem ſibi ſuccederent in ducatu & patria Brabantiæ poſt eius deceſſum: Imò tum ſtatim ipſi terras omnes donatione inter viuos ipſi donauit, ſaluo ſibi vſufructu.

Anno Domini MCCCXCVII. Dominica poſt feſtum Iohannis Baptiſtæ, Geldrenſes quidam ciuem in oppido Buſco Ducis occiderunt, vnde communitas villæ, omnes Geldrienſes ibi exiſtentes, pro maiori parte occiderunt, & eorum capitaneum nomine Walterum de †Ouerkyn redituarium Ducis Geldriæ ceperunt, quem die ſequenti decollari fecerunt. Quare Wilhelmus Dux Geldriæ Duciſſam Iohannam & eius patriam bello poſtulauit, vnde noua guerra inter Ducem Wilhemum & Duciſſam ac eius patriam Brabantiæ. †Ouenryn

Eodem igitur anno plures villas in terra Brabantiæ Dux Wilhelmus cepit ſcilicet Oeſterwyckh, vbi etiam ad certum tempus in dedecus Brabantinorū ipſos cum omnibus amicis ſuis exſpectauit: ſed nullus auſus eſt apparere; quæ audacia Ducis omnibus principibus & populis ſitum loci ſcientibus viſa mirabilis fuit vſq; in præſentem diem. Cepit verò illo tempore ſimul Becke boextel, & oerſcoet. Econtrà domina Duciſſa cum magna expeditione proficiſcens, terram Iuliacenſem intrando bina vice inuaſit circa annos Domini MCCCXCVII, XCVIII, XCIX. Et in prima expe-

ditione oppidum Nuenstat vocatum cepit & incẽdio deleuit. In secunda verò expeditione dicta terra Iuliacensis iterum igne & gladio vastata, vnà cum Leodiensibus obsedit oppidum Ruremundæ, oppidum (inquam) maius ducatus Geldriæ, sed expugnare non potuit, & cum scandalo, vituperio ac damno recessit. Quamdiu verò & quoties expeditio suscepta fuit, domina Ducissa semper in oppido suo Traiectensi super Mosam permansit. Et quia Dominus Wenzelaus Romanorum & Bohemiæ Rex dicto Duci Wilhelmo in hoc bello fauebat, concessa supra castra sua & in campis vexillum suum ponendi & deferendi potestate. Ideò, vt fertur, Ducissa Iohanna, necessitate vrgente, coacta fuit cum Domino Duce Burgundiæ Philippo inire fœdus, & filium eius Antonium secundò genitum in præsentia sui consilii, prælatorum, nobilium & deputatorum constituere successorem in ducatu Brabantiæ cum suis attinentiis anno Domini MCCCCI.

Anno Domini MCCCCIV. die XIX. mensis Maii, Margareta Ducissa Burgundiæ vigore potestatis per Ducissam Iohannam materteram suam per literas patentes sibi concessæ, vt alterum duorum filiorum suorum seniorem in gubernatorem Brabantiæ & eius locum tenentem constituere posset, attendens, in facta per quendam Ducem Philippum Burgundiæ maritum suum, & ipsam inter eorum tres filios Iohannem videlicet & Antonium ac Philippum diuisione, & de consensu Ducissæ Iohannæ materteræ suæ ordinatum esse, vt filius Antonius succederet in ducatu Brabantiæ post eius & dictæ materteræ suæ decessum, idcirco consideratis rationibus præscriptis eundem Antonium filium suum ex parte ipsius gubernatorem dicti ducatus Brabantiæ & eius locumtenentem in eodem constituit: qui eodem anno feria quinta mensis Iunii iuramentum præstitit patriæ Brabantiæ in receptionem gubernationis.

Anno sequenti XXVIII. die Martii obiit nobilissima Margaretha ducissa Burgundiæ mater Antonii postea Ducis Brabantiæ.

Istius Ducissæ Iohannæ temporibus floruit venerabilis & sanctus vir, Frater Iohannes de Ruysbroeck, primus prior domus canonicorum regularium Viridisuallis iuxta Bruxellam, qui origo & occasio nouorum regularium fuit, qui nunc militant sub capitulo de Wyndechem, & feliciter obdormiuit in Domino anno salutis MCCCLXXXI. sacerdotii sui anno LXIV.

Tandem Ducissa Iohanna, nulla prole ex maritis suis relicta, postquam præfuerat Ducatibus Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgæ, annis quinquaginta vno, videlicet XXVIII. viuente Wenzelao, & XXIII. post eius mortem, obiit Bruxellæ VI. die Decembris, & est ibidem sepulta in Ecclesia fratrum Carmelitarum. Eius soror iunior Maria nomine, Ducissa Geldriæ etiam nulla prole relicta decessit anno Domini MCCCXCIX. mensis Martii die prima, dicta Ducissa adhuc viuente. Margaretha verò Comitissa Flandriæ Ducissa Burgundiæ prædicta, non diu ante obitum Ducissæ Ioannæ suæ materteræ etiam decessit, ipsa Ducissa Ioanna superstite, vt præmittitur, cui successit in Ducatibus Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgæ ac Marchionatu sacri imperii Antonius supra dictus vigore diuisionis & partitionis prædictæ. (Hæc ex gestis Ducum Brabantiæ.)

Item circa ista tempora finitur compendium chronicorum fratris Petri de Herentals canonici & Prioris quondam * Floreffiensis de Imperatoribus & Pontificibus Romanorum, sicut sæpius allegatus in isto collectorio fuit. Qui quidam Petrus etiam ob rogatum Domini Iohannis de Arckel, Episcopi Leodiensis, quandam expositionem siue glossam super librum Psalmorum edidit, quem collectorium appellari voluit. (Hæc collector.)

Florensien-sis

Leodiensia.

Post decessum Domini Arnoldi de Hoerne (de quo prius) statuta fuit dies electionis per capitulum Leodiense: Sed interim principes & barones ac prælati plurimi Leodium ad intercedendum apud Dominos de capitulo pro promotione sui vel suorum filiorum aut cognatorum venerunt. Sed die statuta, videlicet XXVI. die Martii, Domini de capitulo facientes electionẽ, atq; considerantes circumstantias personarum postulauerunt domicellum Theodoricum de Marcha tanquam magis idoneum. Quo facto statim legatio versus Romanam curiam electionis iam dictæ à

dicto

dicto Papa impetranda confirmatione ablegatur: Qua obtenta, & his qui missi fuerant, Leodium reuersis circa festum Beati Iacobi domicellus Theodericus, qui postulatus fuerat & confirmatus, destinabat fide dignos ad capitulum Leodiense, vnà cum literis credentiæ, qui nomine suo dicerẽt, se (Theodoricum domicellum) non existimare consultum, vt dignitatem Episcopatus huiusmodi acceptet, cum potius eidem modis omnibus renunciet, &c.

Bonifacius huius nominis nonus cepit secundum Matthæum Florentinum anno salutis MCCCXC. Sedit annis XIV. mensibus IX. Isto anno in schismate eligitur Benedictus XIII. qui post Clementem pontificatum tenuit annis XIX. (Wernerus ita cit.) Iste Bonifacius eligitur Romæ loco Vrbani, dictus prius Petrus de Thomacellis & continuat schisma. Benedictus verò fuit electus in Auenione in locum Clementis, & dicebatur Petrus de Luna, & durauit vsque ad concilium Constantiense; sed nec tunc quidem obedire voluit, sed semper pertinax permansit. Moriens tandem in regno Aragoniæ iussit suis Cardinalibus, vt statim alium loco suo eligerent: quod & fecerunt, & idolum eleuantes Clementem octauum vocauerunt, sed nihil profecerunt. Sequitur Gobelinus. Iste Bonifacius Papa nonus post obitum domini Vrbani Papæ electus de collegio Cardinalium, sedit fere annis XII. Prius communiter Cardinalis Neapolitanus nominatus, quamuis plures Cardinales de Neapoli per Dominum Vrbanum creati fuissent. Nam Dominus Vrbanus in castro Luceriæ, antequam obsidione vallaretur XVII. Cardinales creauit, inter quos erant Treuirensis, Moguntinus, & Colonienſis Archiepiscopi, quamuis absentes, sed illi non acceptauerunt: Et plures erant de Neapoli: quanquam hic ab eodem Domino Vrbano creatus & Neapoli natus, ante hoc tempus præcipue Cardinalis Neapolitanus fuit appellatus. Coronatus est Bonifacius quinto Idus Nouemb. anno Dn. MCCCLXXXIX. Et statim confirmauit ea, quæ Dominus Vrbanus statuit de reductione Iubilæi, de quinquagesimo anno, ad annum triceſimum tertium, & de festo visitationis B. Mariæ virginis, ac de festo corporis Christi, nec non de indulgentiis, quæ sequentibus corpus Christi, quando defertur ad infirmum, concessit. Ipse castrum S. Angeli magnifice reparauit, quod Romani magna ex parte destruxerant, vt qui ex illo maxima damna in principio schismatis ab illis accepissent, qui de parte Antipapæ fuerunt, & qui vltra annum in eodem à Romanis obsessi ipsum fame coacti reddiderunt. Item Comitem fundorum, qui principium schismatis stabiliuit penitus exterminauit: Et dominatus Romanis non solum vt Papa, sed tanquam rigidus Imperator fuit: quorum multos sibi suspectos de infidelitate per iustitiarios suos fecit occidi. Capitolium & palatium suum fortius muniuit, nec fuit ante eum quisquam Romanorum Pontificum, qui tantam potestatem Romæ, & in patrimonio Sancti Petri exercuisse legatur. Inter hæc Robertus olim Cardinalis Basilicæ XII. Apostolorum tunc Antipapa Clemens moritur, & electus est in locum eius quidam qui Benedictum se nominabat.

Romanis.

Anno Pontificatus ipsius Bonifacii primo cum iuxta ordinationem Domini Vrbani Papæ sexti, & ex huius approbatione plurimi, qui obedientiam Bonifacio præstabant pro indulgentiis anni Iubilæi consequendis de vniuersis mundi partibus ad vrbem Romanam confluxerunt. Illi verò qui de regno Franciæ erant, & alii obedientiam eius repudiantes hoc anno pro huiusmodi indulgentiis Romam non venerũt, sed iuxta primam ordinationem Clementis sexti anno Domini MCCCC. in maxima multitudine pro iisdem indulgentiis obtinendis Romã venientes limina Sanctorum visitabant. Postquam igitur annus Iubilæus iuxta constitutionem Vrbani, & approbationem istius Bonifacii transiit, Dominus Bonifacius vnum annum sub anni Iubilæi vrbis Romæ indulgentiarum forma Colonienſi ciuitati concessit. Ita vt venientes Coloniam, vel ibidem habitantes illo anno durante visitantes certas Ecclesias ad hoc directas, cum oblationibus suis possent consequi indulgentias, quæ visitantibus vrbem Romanam in anno Iubilæo concessæ erant, videlicet pleniſſimam remissionem omnium peccatorum. Quo anno elapso similis annus concessus est ab eodem Domino Bonifacio, sub eadem forma ciuitati Magdenburgensi. Et ad vtramq; harum ciuitatum missus est collector Papæ, qui certam partem recepit obla-

torum. Deinde indulgentias similes concessit visitantibus, alias nonnullas ciuitates Germaniæ ad certos menses. Vnde in Misnia & Praga ex huiusmodi concessione concursus magnus populorum fuit. Deinde idem concessit multis locis Almanniæ, vt visitantes certas istorum locorum Ecclesias consequerentur indulgentias similes, quæ erant quondam concessæ tali vel tali loco, seu tali vel tali Ecclesiæ, quæ in ipso priuilegio concessionis exprimebatur. De quibus locis vel Ecclesiis fama vulgaris erat, quod visitantibus ea vel eas concessæ essent olim à sede Apostolica indulgentiæ plenissimæ. Prædictæ verò indulgentiæ non solum concedebantur in locis insignibus, sed in villis etiam non muratis & in monasteriis vel ecclesiis sitis in campis. Et in omnibus priuilegiis concessionum prædictarum ponebatur clausula (porrigentibus manus adiutrices) ita vt huiusmodi indulgentias, nisi qui ipsis locis vel ecclesiis manum porrigeret adiutricem, nemo consequi posse videretur. Vnde quidam concessiones huiusmodi magis non magni faciebant, vt quas pro lucro magis, quàm ex zelo, tum institutas à Papa suspicabantur. Interim verò Bonifacius Papa calculi dolore, & tandem inde membro putrescente virili Anno XII. pontificatus Calend. Octobris moritur, vir multorum opinione pecuniæ cupidior quàm æquum erat.

Leodiensia. Anno Domini MCCCXC. fuit receptus ex prouisione Apostolica Illustris Dominus Iohannes de Bauaria iunior filius Domini Alberti Ducis Bauariæ, Comitisque Hannoniæ, Holandiæ & Zelandiæ, & Domini Frisiæ in electum Leodiensem & pastorem LI. post Sanctum Lambertum, & LXXIX. à Beato Materno. Anno eodem Dominus Iohannes de Bauaria, ætatis XVII. annorum vel circiter, cum genitore & fratre suo Wilhelmo tunc Comite de Oesternande ac plurib⁹ aliis principibus & dominis Leodium venit: vt rumor tum esset, venisse cum mille equitibus. Et receptus est per capitulum & populum, vt moris est, reuerenter.

Anno sequenti circa mensem Augustum venit Leodium Episcopus Anconitanus legatus à Domino Bonifacio Papa, qui fecit publicari per totam diœcesim Leodiensem nec non Cameracensem, quicunque ipsum accedere, & ei vel suis commissariis confiteri, & pœnitentiam agere ac satisfactionem vellet, per potestatem sibi commissam potestate Apostolica, obtenturum plenam remissionem. Vnde factus est magnus concursus populorum Leodium versus ad præfatum Episcopum, qui residebat in Ecclesia Sanctæ crucis Leodiensis, qualibet die bina vice impartiens absolutionem: Et durabat hæc commissio sibi facta vsque ad festum natiuitatis Christi, immediate post sequens.

Anno Domini MCCCXCV. die XI. mensis Iunii in diluculo diei, fuit tantus terræ motus Leodii & in locis circumuicinis, vt ollæ & patellæ seu cacabi dependentes ad parietes magnis ictibus sese concuterent.

Eodem Anno mensis Octobris die prima, curia spiritualis & iudicialis Leodiensis fuit translata Leodio ad Deyst oppidum, per Dominum Electum Leodiensem, propter Leodiensium contra eius iurisdictionem temporalem occasione banni de Seranio supra Mosam factas molestias. Tota enim tũ ciuitas Leodiensis, tum omnia oppida Leodiensis & Lossensis patriæ tunc erant in rebellione, dempto solo oppido de Eycke cum castro adiacente, quod subtiliter & clam acquisiuit domicellus Henricus de Paruyst tunc fidelis adiutor electi, qui postea electo, vt infrà patebit, vehementer aduersabatur.

1396 Sequenti anno, videlicet MCCCLXVI. fuit pax facta inter electum & patriam, & in mense Ianuario, die decima rediit curia Leodiensis in ciuitatem. In mense Febr. eiusdem anni tanta fuit inundatio aquarum, vt de maioris tunc non esset memoria, quæ durauit quasi per octo dies.

Item anno Domini MCCCXCVIII. mense Februario in Deyst, fuit facta liga inter patrias Episcopatus Leodiensis & ducatus Brabantiæ. Quo facto ex parte vtriusque patriæ fuit concordatum, vnanimiter irent in expeditionem contra ducatum Geldriæ. Postea verò in æstate eiusdem anni, exercitus patriæ Leodiensis cum Iohanne de Bauaria electo ab vna, & exercitus Brabantiæ ab alia parte cum domino Schoenuorst oppidum Ruremundam obsidione vallauerunt tribus hebdomadibus. Et tandem

dem pace cum Duce Geldriæ inita Leodienſes ad propria remearunt, Brabantinis in terra Iuliacenſi relictis.

Anno Domini MCCCCII. fuit viſus Leodii & locis circumuicinis cometa quaſi per menſem continue, & tandem euanuit.

Anno MCCCXCIX. in Ianuario die XXIX. ceciderunt niues in tanta abundantia in diœceſi Leodienſi, in quanta nunquam à memoria hominum viſa fuit vnica die cecidiſſe.

Anno Domini MCCCCIII. ceperunt certi ciues Leodienſes, qui ſeipſos nominabant Heydeotos (quod interpretantur multi de Gallico in Latinum, oſores iuſtitiæ) rebellare Domino Iohanni de Bauaria electo Leodienſi: & iam contra iuſtitiam & rationem deſtruere iuriſdictionem Eccleſiaſticam in pluribus punctis, dominumq; electum & confirmatum remouere, & alium imponere in Eccleſiam Leodienſem voluerunt; hoc ſolum pro excuſatione prætendentes, quod tot annis electus præſediſſet, & non promoueretur in Epiſcopum. Sed non recta via proceſſerunt, errantes vt cæci. Fregerunt etiam turrim officialis, & captiuos clericos ex ea per vim eduxerunt: Canonicos maioris Eccleſiæ & aliarum Eccleſiarum banno obſtrinxerunt, & bannitos proclamarunt tã ex ciuitate, quàm ex cæteris patriæ oppidis. Reditus quoque epiſcopales vſurparunt, & in his pluribuſq; enormibus exceſſibus Dominum electum Leodienſem, & ſuam eccleſiam ac iuriſdictionem intolerabiliter læſerunt & oppreſſerunt, propter quod dominus electus Leodienſis ob iuramentum præſtitum præmiſſa diſſimulare non volens nec valens, curiam ſpiritualem ſuam Leodio ad oppidum Traiectenſe (quoad Teutonicam terram,) ſed (quoad Gallicam terram) ad oppidum Hoyen in ſingulis officiis tranſtulit. Vnde ciuitas Leodiẽſis grauiter commota contra Dominum, procurantibus Heydeotis, in palatio quarto die Februarii congregata, conſtituere mamburnum & per populum eligere decreuit, qui eos contra prælibatum electum & ſibi adhærẽtes, defenderet. Heydeoti enim ſperant, velle electum ciues & ciuitatem ad maximam redigere ſeruitutem, libertates eorum infringere, ipſoſq; ad ianuas domorum ſuarum ſuſpendere, quæ & alia plura mendacia effinxerant. Poſtea multis inter electum & ciuitatem inſtitutis conuentibus non potuerant concordari obſtantibus ſemper maleuolorum Heydeotorũ impedimentis, eouſq;, vt tandem eligerẽt Dominum Heinricum de Parwiſt tanquam natiuum patriæ eorum, & dictæ patriæ mamburnum & protectorem, qui & iuramentum eis præſtitit: & nihilominus ad roborationem huiuſmodi electionis acceperunt venerabile capitulum Leodienſe, petentes electionem per dominos capituli confirmari. Sed capitulum renuit, quia non inuenerunt cauſam contra electum: Tamen libenter interceſſuros ſe reſpondent, mittendo ad Dominum electum, & de bona pace tractando, ſi Leodienſes acquieſcere rationi vellent, & ciuitas atq; populus vti dominum ſuis iuriſdictionibus, prout ad ipſum ſpectarent, permitteret. Tunc Leodienſes cum magiſtris ſuis armata manu horribiliter clamauerunt, dicentes traditos ſe eſſe & venditos. Itaque dominos capitulares in capitulo clauſerunt, & clauſos per totam illam diem & noctem vſque in craſtinum cuſtodierunt, volentes eos in craſtinum producere populo ad decollandos; & fortalicium facientes de eccleſia. Mane verò ciuitate cum omnibus infra miliare bannale degentibus ciuibus congregatis in palatio. Tandem gratia Dei aſſiſtente (quæ ſperantes in ſe non derelinquit) ad procurationem bonorum ciuium ratione vtentium, quibus huiuſmodi facta deteſtabilia diſplicuerunt, rurſus ex capitulo fuerunt relaxati, & ad palatium coram populo adducti, vbi auditis eorum allegationibus iuſtis, iuriq; & rationi conſonis abſoluti ſunt cum honore: contra tamen voluntatem magiſtrorum Heydeotorum, & eis adhærentium. Ad extremũ pace reformata cum dicto electo, qui cum ſuis ſua Leodium reuerterat, deputati fuerunt ex parte totius patriæ & membrorum ipſius, homines ſedecim, qui in vnum locum ſe reciperent, inde non receſſuri, donec viſis & examinatis cauſis, propter quas huiuſmodi diſcordiæ ortæ erant, bona media, & rationabilia reperirent, per quæ iuriſdictio domini & etiam libertates ciuitatis ſaluarentur, & vt ſimul inquirerent in authores, qui diſcordiam huiuſmodi ſine cauſa contra dominum ſeminaſſent. Quibus XVI. viris data fuit de præmiſſis

plena potestas. Illi igitur huiusmodi onere susceptο ad oppidum Tungrense profecti, certos ibi articulos moderatos, rationabiles, & congruos in scriptis comprehensos, cum diligenti & matura deliberatione, ordinauerunt & concluserunt, quos dominus Leodiensis, clerus, ecclesia, nobiles, ciuitas & patria libenter acceptarunt & approbarunt: qui articuli & tunc & adhuc hodie (Pax Tungrensis) cõmuniter nominatur. Facta verò inquisitione super præmissis contra malefactores, reperti fuerunt, & publice coram Episcopo & tota ciuitate in palatio nominati, magistri ciuitatis & plures culpabiles cum eis vsque ad numerum x i x. qui statim fugam arripuerunt, & clam de palatio recesserunt, se amplius in publico ostendere non audentes. Quamobrem amotis prædictis magistris mox duo alii loco ipsorũ eliguntur per populum, qui illico iurauerunt, obseruaturos se dictam concordiam. Præscripti verò nouendecim proscribuntur centum annis & vna die, vt proditores extra patriam. Quo medio mansit patria Leodiensis in bona pace vsq; ad spacium duorum annorum & amplius continuo subsequentium. Deinde magistri ciuitatis vna cum officiali, & fautores Heydeotorum, bannitorum, & proscriptorũ, facientes peiora prioribus, dominum electum rursus in sua iurisdictione spirituali & temporali non parum turbãt, & alium intrudere conantur. Quapropter dominus electus propter iuramentum suum in adeptione ecclesiæ Leodiensis præstitum, versus Traiectũ Leodio rursus cum curia sua abit, & actus iudiciales Traiecti exerceri voluit & mandauit. Sic eodem anno patria rursus Traiecti penes electum congregata, post multas tractationes & diætas & ad rogatum capituli & aliorum bonorum hominum, quibus huiusmodi dissensio displicuit, negotium semper mansit quoad pacem nuper Tungris factam. Tandem sexta die Octobris fuit conclusum per ciuitatem & totam patriam (demptis Traiectensibus, & Sanctitrudonensibus) de faciendo mamburnum: quô nominatus fuit domicellus Iohannes de Rupeforti, & de Agimont, qui tamen postea cum capitulo accessit dominum electum Traiecti ad pacem tractandam, sed nihil dominus electus, nisi prius sibi iurisdictione sua integre restituta, assentiri volebat, vt idcirco vacui ab inceptis redirent domum, & domicellus de Agimont ad terram suam reuerteretur, mamburnia recusata. Tunc verò vnus magistrorum ciuitatis, nomine Iohannes, fingens ire se ad S. Mariam de Hallis causa peregrinationis, accessit Dominum de Parwyss eiusq; conthoralem, qui in villa Parwyss tunc erant, quibus astute proponit, quo pacto Dominus Iohannes de Bauaria cor maleuolum versus ciuitatem Leodiensem gerens, curiam suam Traiectum traduxerit, & magnum bellũ moliatur, vt ad nutum suum Leodii disponat omnia, vt nuper fecerit de bonis bannitis ciuibus. Addidit ducturum vxorem electum & dimissurum ecclesiam: quam optimam occasionem esse dixit, modò Dominus Henricus assensum præbeat, vt ipse (Dominus Henricus) recipiatur in mamburnum, & filius eius Theodoricus primogenitus tunc Archidiaconus Hasbaniæ in Episcopũ Leodiensem eligatur, tanquam natiuus & nobilior totius patriæ. Mansit verò Burgimagister ille cum conspiratione sua tribus diebus apud dictos authores, tractando & multa suggerendo, ita vt ex persuasione vxoris instar primi hominis Adami similiter deceptus Dn. Henricus de Parwyss in Burgomagistri sententiam iret, quamuis vt homo feudalis domino Iohanni de Bauaria fidelitatem & homagium præstitisset, & Dn. Iohannes de Bauaria maiorẽ semper in Dn. Heinricum de Parwyss, vt vnum de nobilioribus patriæ fiduciam collocasset, quem & sæpenumero fidelẽ & constantem in pluribus honestis & notabilibus factis palam expertus erat, vt inde Senascallum suum totius patriæ, & comitatus Lossensis per XIII. annos constituerit, nulla ratione vel computo exacto. Quid quòd in sumptibus suis cum sex equis aluit: & quotiescunq; electus ex diœcesi abiret, locumtenentem in patria reliquit, & pro tam fideli consiliario habuit, vt tum, cum locumtenens esset, salarium quotidie coronis nouem aureis Francicis augeret. Filio etiam Domicello Theoderico præbendam & Archidiaconatum Hasbaniæ dederat. Qua de causa merito cauere Dominus Henricus cum filio debuit, ne ingratorum crimen incurrerent. Sed serpentina vxoris & supra dicti magistri, & cuiusdam alterius banniti calliditas bonum virum excæcauit, vt statum & honorem, famam & excellentiam suæ nobilitatis, qua antea præ cæteris

teris in patria præfulserat, mirabiliter & miserabiliter commacularet. Dominus Bauarus verò meritò potuisset cum Psalmista dicere: Præcipita Domine, & diuide linguas eorũ, quorum vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate Leodiensi, &c.

Postea eod. anno ciuitas Leodiensis & omnia oppida totius episcopatus (demptis Traiectensibus super Mosam, & Sanctitrudonensib.) die XXVIII. Sept. Leodii simul collecti de facto elegerunt & sigillando confirmarunt concorditer in eorum mamburnum prælibatos Dominum Heinricum dominum temporalem de Parwys militem, & Theodoricum eius filium seniorem, minorem tamen xx. annis in Episcopum intruserunt: qui ambo eadem die cum magno Heydrotorum comitatu in vrbem ingressi, iuramentum solemne præstiterunt campana illis impulsa bannali in despectum & præiudicium Domini Electi de Bauaria, qui cum curia sua Traiecti residebat. Quo eodem die Heydroti banniti & proscripti, quorum mentio facta est, absoluti omnes & recepti rursus Leodium sunt. Insuper patria & ciuitas sese subtraxerunt à Bonifacio IX. Papa, & adhæserunt Petro de Luna Antipapæ in Auenione residenti, qui se Benedictum nominauit, & ab eo confirmationem sui intrusi impetrauerunt, statimq; voluerunt, vt capitulum facta eorum, & potissimum electionem noui intrusi confirmaret & obsignatet: Quod capitulares, cum facerent, exierunt omnes ex ciuitate, vno solo excepto, qui partem eorum fouebat, propter quod omnes de capitulo fuerunt banniti extra ciuitatem centum annis, eorumq; domus per communitatem dirutæ, ruptæ, & confractæ, & bona mobilia & vtensilia inibi reperta, asportata & deuastata. Receperunt verò dicti Heydroti cum suis mamburno & intruso fructus & emolumenta Dominorum absentium, & reditus & prouentus beneficiorum in suam bursam collegerunt beneficiis suis alios priuantes, & aliis rursus pro pecunia beneficia vendentes, & vt etiam nonnullos per vim in beneficia intruderent. Paulo verò post nobiles feudales, Scabini Leodienses, & aduocati, & cæteri prælati, & canonici secundarum Ecclesiarum, & boni omnes & timorati viri ratione vtentes cum præmissa cum honore tolerari non posse scirent, & fidelitatem Domino Electo de Bauaria præstitam violare, & intruso fidelitatem præstare non vellent, similiter recesserunt vxoribus, prolibus, familia, bonis & rebus pro magna parte Leodii relictis: qua de causa priuabantur bonis & dignitatibus & Scabinatus vsurariis publicis, & aliis pecuniam magnam dantibus vendebantur: canonicis etiam & aliis viris ecclesiasticis nihilominus beneficiis & dignitatib. de facto priuatis, & aliis in locũ eorũ intrusis: Omnibus etiam iocalibus, calicibus, cappis, peluibus, thuribulis, & aliis aureis & argẽteis & precios crucibus, monilibus, fibulis, & cæteris ornamentis ecclesiarũ vbicunq; repertis, raptis, fractis, asportatis, venditis & impignoratis. Quibus & aliis pluribus violentiis Leodienses non contenti, sed semper ad peiora procedentes, fecerunt proclamari & banniri omnes prædictos seculares & spirituales, qui à ciuitate Leodiensi discesserant, tanquam conspiratores & patriæ proditores.

Anno Dn. MCCCCVII. Dominii Wilhelmus & Wilhelmus de Hetion pater & filius milites Nicolaus Burgimagister, Iohan. de Coerweruna, Iohan. de Sancto Martino, quia facta Leodiensium eis non placuerunt, nec approbare voluerunt, fuerunt decapitati tanquam patriæ proditores, & ad istum finẽ, vt aliis bonis maior timor incuteretur. Dominus igitur Ioan. de Bauaria considerans, contra præmissa se nõ posse sine adiutorio amicorũ præualere, arripuit iter cum familia primò versus Franciam, deinde versus Angliam & Alemaniam: vbi à Regibus & principibus, quibus propinqua linea consanguinitatis, affinitatis adiunctus erat. Et ab aliis nobilibus, Ducibus, Comitibus & Baronibus, consilio, auxilio, fauore, & assistentia promissis & impetratis cum spe magna versus Hannoniam, & Hollandiam ad fratrem suum rediit, & cum eo consiliũ capit, quo modo cõmodius cum potestate sibi addicta patriam Leodiensem inuadere & recuperare posset. At hæc omnia per Leodienses, vsq; ad annum sequentem scil. VIII. impedita sunt. Leodienses n. obsiderunt Traiectum sex septimanas, sed satis debiliter propter frigus seu gelu excellens, & tandem confusi ad propria redierunt, pluribus eorum interfectis, & captiuis ibi derelictis. Durante verò obsidione, Traiectenses sustinuerunt innumerabiles ictus lapidum

ex machinis, ab omnibus exercitibus circumquaque emissorum in Ecclesiis, domibus & plateis cadentium: Tamen parùm eis nocuerunt, potissimum quoad personas in dicto oppido existentes, quas omnipotens Deus iustus iudex, Sanctorum Mariæ, Lamberti & Seruatii precibus tanquam pro iustitia decertantes, miraculose protexit, & in sua custodia conseruauit in vtraque obsidione, vt patet ex multis exemplis: vt quamuis in vtraque obsidione lapides in magna abundantia proiecti domos & muros Ecclesiarum dicti oppidi deuastassent, & in multis locis deformassent, tamen in personis eiusdem oppidi extraneis & intraneis, cum paruulis & mulieribus vsque ad numerum XXXVI. millium, vt dicitur, æstimatis, exiguam attenta quantitate, & multitudine læsionem intulerint, gratia diuina eosdem protegente. Quamuis in vna nocte interdum centum lapides horrisonos in oppidum iecerunt. Tandem secunda obsidione completa oppidi Traiectensis, quæ durauit centum & tredecim diebus sabbatho XXII. Septembris Leodium intrauerunt Leodienses & Hoyenses. Et nocte sequenti ante auroram pulsata campana bannali exercitus Leodiensis & Hoyensis, sub pœna capitali conuocati extra portam Sanctæ Walpurgis prope villam Othey comparuerunt. Quibus exploratores quod Dux Wilhelmus Hollandiæ, Zelandiæ & Hannoniæ cum suis militaribus, & Dux Burgundiæ cum suis in vicinia essent, per internuncios intimatis & expositis, clamatum fuit vndique ad arma. Referuntur multi Comites, Barones & milites cum prædictis duobus ducibus adfuisse, quorum nomina difficile fuit perscrutari. Et quam plurimi de ciuitate & patria Leodiensi, vsque ad numerum centum militum vel circiter. Protendebatur igitur exercitus simul Ducum prædictorum, vt existimabatur, ad summam plus quam triginta quinque millium armatorum: vbi à principio Ducibus & Baronibus, cum suis exercitibus & aciebus adunatis & ordinatis affuerunt iuuenes nobiles, vsque ad numerum ducentorum, qui illico per prædictos principes noui milites vel equites creati fuerunt. Vnde Leodienses visis ex aduerso aciebus ordinatis, in certo & altiori loco penes Tumbas villæ de Othey viriliter pro suo beneplacito se collocarunt, vehementerque contenderunt, vt radios Solis, & descensum montis pro se haberent. Sed Deus nubem misit aduersariis, & multi ex nostris de mandato dictorum dominorum Ducum alba se cruce signarunt & muniuerunt, ante & retrò, quasi contra perfidos hæreticos more peregrinorum pugnaturi. Insuper prædicti Duces Hollandiæ & Burgundiæ præmiserunt cuneum circiter sex millium equitum cum duobus capitaneis, Domino Iohanne de Yuemont milite & Roberto Ross armigero ad explorandum & inuadendum in campis dispersos & fugitiuos Leodienses. Principes autem prædicti cum suis ab equis descendentes ordinatis aciebus balistariisque eorum lateraliter ad modum alarum dispositis, versus exercitum Leodiensem pedestres ordinatim & composite processerunt: Significantes tamen prius per Heroldum Leodiensibus, vt si ab errore incepto desistere, & Domino Iohanni de Bauaria, eorum Domino spirituali & temporali, prout tenebantur subdere se & obedire, ac eundem recipere vellent, futurum, vt Duces prædicti eosdem Leodienses cum tota patria adhuc ad veniam & concordiam reciperent, exceptis intruso cum mamburno & bannitis Heydrotis. Verum cum indignatione concordiam oblatam repudiabant Leodienses, qui in sua pertinaciter cõfidebant audacia: cum pedestris exercitus eorum ad numerum vigintiquinque millium: Equestrium verò septingentos ascenderet. Commissum igitur prælium fuit: cum subitò agminibus congressis, Leodienses vndique per inimicos circumcluſi, potissimũ tamen à tergo per exercitum equestrem duorum capitaneorũ prædictorum, à lateribus verò per sagittarios & balistarios, & à parte anteriori per dominos Duces, principes & barones tanquam leones & apros fortissime impugnati, vsq; ad internecionẽ anxie premerentur, & in illo die de Leodiensib. & Hoyensibus, vt rumor erat, vsq; ad numerũ XXIII. millium virorum caderent, ante exercitum in cono belli interemptis intruso, & mamburno prædicti cum eorũ standifero, & plurib. aliis nobilibus: vt ex parte Ducum meritò dici posset: Ecce nunc benedicite Domino. Accidit bellum illud in die S. Theclæ virginis, quæ tunc Dominica erat: & fuerũt ibi quasi monticuli ad altitudinem lanceæ, de corporibus occisorũ tumulati.

Victo-

Victoria peracta Dominus Iohannes de Bauaria pulcherrimo comitatu mille ducentarum lancearum stipatus Traiecto recedens apud villam de Wyhonia fratri & sororio dominis videlicet prædictis ducibus sociatur Deo, & ipsis non immeritò referens de perpetratis gratias, vbi mamburni à corpore abscissum, & supra lanceam positum caput eidem Bauaro & suis in signum victoriæ præsentatum fuit. Rursus igitur consilio habito ciuitatibus & omnibus bonis villis patriarum Leodiensium, & Lossensium denuo mandatum fuit, vt cessante rebellione ad pristinam obedientiam dicti Domini Iohannis de Bauaria redirent: quod si facerent dicti Domini eos ad veniam & misericordiam adhuc reciperent. Quo intellecto die Martis sequenti reddiderunt se residui Leodienses & Tungrenses, & tandem tota patria cum omni humilitate, præsentatis in signum veræ subiectionis ciuitatum clauibus ferreis, arbitrio dictorum Ducum se pure & omnino submiserunt. Tunc Antilegatus per Antipapam Auenionensem Leodium missus, nec non Antisuffraganeus & Antiofficialis vsque ad numerum viginti septem de ponte in Mosam præcipitati, & submersi sunt: Item iussu dictorum principum, omnes literæ, priuilegia, instrumenta, registra eisdem Ducibus, vt de ipsis ad eorum libitum disponerent, missa & omnia ministeriorum Leodiensium vexilla combusta, & vtraque Leodiensis & Lossensis prouincia per Dominos Duces ad summam ducentorum & viginti millium coronatorum condemnatæ fuerunt, & eousque tributo vel tallia grauatæ, vt mitti Romam ad summum Pontificem pro dispensatione obtinenda super firmitate impositæ assisiæ in ciuitate oporteret. Quæ assisia durauit Leodii per dispensationem sedis Apostolicæ spatio viginti mensium & quinque dierum duntaxat, & non amplius.

Eodem anno mensis Septembris die penultima, rebelles quidam residui intrauerunt villam de Herck, quorum LXXII. ibidem capite truncati & rotati fuerunt, simulque cum illis XVIII. Leodienses, & XXX. Hoyenses decapitati & in Mosam proiecti. Attendat igitur Lector, quàm terribiles vindictæ subsecutæ, qualibusque & quantis flagellis tota prouincia episcopatus Leodiensis & comitatus Lossensis castigata & flagellata fuerit, propter inobedientiam & insolentiam & rebellionem, quæ in principio per decem vel duodecim duntaxat maleuolos incepta in ciuitate fuit, vnde tot millia hominum perierunt, & tot mala superuenerunt, & accreuerunt summo cum dolore recitanda: Et ideò bonum est obstare principiis, ne deteriora contingant, sed non satis illa vindicta fuit. Accessit altera. Anno enim Domini MCCCCX. pestilentia ibidem regnauit, qualis antea in memoria hominum nulla fuit: Et adhuc amplius nascebantur & superueniebant mures magni & rubei eodem anno, qui in agris tam adulta frumenta, quàm semina depascebant, & omnino deuastassent, nisi hyemis glacies citò superueniisset.

Anno Dom. MCCCCIX. mense Februario fuerunt inundationes aquarum in tanta copia in Leodiensi prouincia, quales antea nunquam animaduersæ, ita vt Mosa vsq; ad introitum Ecclesiæ Leodiensis ascenderet, & pons arcarum lapideus, quem Reginarus Episcopus fundator principalis cœnobii Sancti Laurentii construxerat, totus euerteretur, quamplurimis destructis, & per aquas abductis & absorptis ædificiis. Ita variis diuersisq; modis episcopatus Leodiensis, & comitatus Lossensis, propter insolentiam, rebellionem & inobedientiam sæpe dictam affligebantur miseria illa per octo annos continuos, de anno videlicet tertio vsq; ad decimum annum inclusiue continuò durante.

Item anno Dn. MCCCCXIV. die octaua mensis Nouemb. cum maxima solemnitate fuit coronatus Dn. Sigismundus Rex Vngariæ in Regem Rom. cum Regina in Aquisgrano Leodiensis diœcesis, vbi Dn. Theodoricus de Mors Archiepiscopus Coloniensis primam missam celebrauit, & cum aliis principibus Dn. Iohannes de Bauaria electus Leodiensis cum magna & honesta familia præsens fuit.

Anno sequenti, septima die Iunii hora sexta mane fuit eclipsis Solis. Et fuerunt visa plurima signa in aere diuersorum colorum, scilicet viridis, rubei, glauci & sanguinei. Et fuit eclipsis talis, vt aurora, quæ lucida & serena erat facta sit obscura, quasi nocte media.

Anno Domini MCCCCXVI. intrauit Leodium Dominus Sigiſmundus Rex Romanorum cum pluribus principibus & nobilibus, & interfuit in die natali dictus Rex cum ſuis nobilibus de nocte officio matutinali & ſummæ miſſæ, & receptus expenſis Domini Iohannis de Bauaria in palatio fuit, & Imperator ciuitati Leodienſi omnes libertates amiſſas & priuilegia per literas reſtituit, magna recepta florenorũ ſumma, ſaluo tamen ſemper Electi & Eccleſiæ iure.

Hollandica. Anno ſequenti in feſto Pentecoſtes obiit Dux Wilhelmus de Bauaria Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, frater Domini Iohannis Electi Leodienſis relinquens ex ſe vnicam filiam Iacobam nomine, iam viduam & relictam Delphini primogeniti Regis Franciæ, quæ poſtea per diſpenſationem Apoſtolicam iuueni Duci Brabantiæ filio Antonii Ducis auunculi materni ipſius Iacobæ, & ſic in ſecundo ſanguinis gradu ſibi coniuncto copulata nuptiis fuit.

Eodem Anno menſe Septemb. receſſit Dominus Iohannes de Bauaria Leodio verſus Hollandiam, nec vnquam Leodium rediit, intromiſſuſq; fuit & receptus per Dardracenſes in eorum dominum temporalem ſub debita fidelitate.

Anno ſequenti, ſcilicet ſalutis MCCCCXVIII. die XXVIII. Maii, cum Leodii ſparſum eſſet Dominum Iohannem de Bauaria Electum Leodienſem, qui tum Dordraci erat, per procuratorem ſuum Conſtantiæ, vbi generale Sanctæ Eccleſiæ concilium reſidebat, Eccleſiam Leodienſem, quam ſpatio XXVIII. annorum poſſederat, in manus Papæ reſignaſſe, domini de capitulo maiori ad ſtatum domicellũ Euerhardum de Marckha in mamburnum & protectorem eccleſiæ & prouinciæ quouſq; tempore vacatio duraret, receperunt, præſtito iuramento, vt moris eſt. Subſequenter breui temporis interuallo idem Iohannes de Bauaria ſubdiaconus per diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ, cum Duciſſa Lucemburgenſi relicta, quondam Antonii Ducis Brabantiæ, ſua, vt dicebatur, commatre, matrimonium contraxit.

Item anno ſexto poſt eius receſſum à Leodio, à milite ſuæ curiæ, ſcilicet Domino Iohanne de Vliet interfectus eſt veneno, & in die Epiphaniæ ante auroram obiit in Hollandia dictus electus Iohannes de Bauaria Anno Dn. MCCCCXXIV. Et ſepultus eſt cum patribus ſuis in villa, quæ dicitur Hagha, in monaſterio fratrum prædicatorũ cum poſt ſe duos Leodienſes Epiſcopos vidiſſet. Hæc ex chronicis & geſtis pontificum Leodienſium.

Traiectenſia. Octodecim fere dieb. poſt inhumationẽ nobilis viri Dn. Florentii de Wouelichouen Epiſcopi ſuprà dicti, elapſis, Dn. Albertus Comes Hollandiæ, & Wilhelmus Dux Geldriæ, cum ingenti ſolemnitate procerum, & armigerorum in Traiectũ venerunt, ſupplicantes capitulationibus Eccleſiarum, vt nobiles & diſcretos viros per eos præſentandos recõmendatos habeant, & alterum eorum in nouum eligant paſtorem: & Dominus quidem Albertus Comes Hollandiæ nobilem virum Dn. Rogerum de Bronchorſt, theſaurarium Eccleſiæ Colonienſis optabat Epiſcopũ; Wilhelmus verò Dux Geldriæ nobilem virum Dn. Fridericum de Blanckenheim Epiſcopum Argentinenſem. Capitulares igitur Eccleſiarum propter prædictorũ principum diſcordes ſupplicationes admodum perplexi, humiliter rogauerũt prædictos principes, vt vnanimiter ad vnum eligendum cum illis conſentirent, & ei qui ſic electus eſſet vacans pontificium conferri ſinerent. Sed cum prædicti principes hollent magna diſcordia inter capitulares Eccleſiarũ ſuborta fuit. Nam maior pars capitulatium circiter LV. nobilem virum Fridericũ de Blanckenbeym per Ducem Geldriæ præſentatum poſtulauit Epiſcopum: & iunior pars circiter XXVII. fautores Comitis Hollandiæ Rogerum de Bronchorſt per ciuitatẽ Hollandiæ præſentatum elegit in Epiſcopum. Et quibus Electorũ nuncios ſuos ad Bonifacium Papam pro confirmatione acquirenda concitò tranſmiſit. Demum Fridericus de Blanckenheim per maiores voces electus per Bonifacium Papam nouam eiuſdem Epiſcopatus Traiectenſis confirmationem obtinuit. Qua obtenta venit cum pulchro Baronum & militum comitatu Traiectum, vbi more ſolito, incathedratus eſt, Anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio pontificatus Bonifacii Papæ noni quarto. Hæc ex chronicis. Iſte vir valde doctus, animo magnificus, prudentia clarus, corpore procerus, annis XXX. Traiectenſem rexit Eccleſiam, & cum laude multa plurimaq; victoria Epiſcopa-

Iſte Fridericus de Blanckenheim electus eſt An. MCCCXCIII. ſecundum alios MCCCXCIV. Fuit ante Epiſcopus Argentinenſis. Obiit MCCCCXXIII. cum præfuiſſet annos triginta.

episcopatum & prouinciam potenter defendit. Ordo canonicorum regularium, & deuota multitudo presbyterorum, clericorum & sororum latissime subito profecerunt, & in cunctis ditioni eius subiectis locis, per fidelem suam assistentiam, & permissionem paternam, contra omnes aduersarios semper sunt prosperati. Venerabile quoque generale nostrum capitulum sub eo inchoatum est, quod sub eius protectione, quàm diu vixit, & vsque in hodiernum diem, non parua Sanctæ religionis suscepit incrementa. Iste etiam ratificauit & approbauit, & confirmauit omnia & singula statuta siue constitutiones capituli nostri generalis de verbo ad verbum ipsa exprimens, & illud adiiciens, vt omnia monasteria generali capitulo incorporata, & incorporanda suæ diœcesis, iis vti & gaudere, & præsertim vt priores ad electionem noui prioris vocati, sua authoritate, quam in capitulum transfudit, & quibus eam commiserit, nouum electum priorem legitime confirmare possint, vbi simul Decanus & venerabile capitulum Ecclesiæ Traiectensis omnia & singula priuilegia per Dominum Traiectensem capitulo nostro concessa, per transfixam literarum & sigillum consentiendo approbarunt. *Capitulum generale in Wyndesem incipit sub isto, & confirmatur ab eo.*

Anno Domini MCCCXCVII. ipsa monasteria tunc generale capitulum in Wyndesheim celebrantia, honorabilem virum, Magistrum Gerardum de Bronchorst, canonicum Traiectensem, præpositi Dauentriensis, in spiritualibus vicarium, ad curiam Romanam expensis strenui viri Reynoldi Minnenbode fundatoris monasterii nostri in Emsteyn, ad impetrandum authoritatem & licentiam seruandi capitulum generale singulis annis in Wyndesheim iuxta iuris dispositionē (tertio decretalium, capitulo, in singulis.) Et ad certa priuilegia pro ordinis conseruatione & regulari disciplina ipsis necessaria à summo pontifice cum bullis suis obtinenda, præsertim propter aliarum diœcesium monasteria generali eorum capitulo in futurum coniungenda, ad quæ eisdem perpetuanda locorum ordinarii sufficientem non habebant authoritatem: Qui reuersus de curia, plenam eis à Bonifacio Papa nono reportauit authoritatem, dictum capitulum generale singulis annis in Wyndesem celebrandi & plura alia, quæ Martinus Papa quintus, in magna & solemni bulla postmodum capitulo generali dedit & confirmauit. Cuius bullæ tenorem singula capituli nostri monasteria iam habent in forma. Innocentius quoque Papa septimus relaxauit & absoluit capitulum à decretis seu statutis Benedicti Papæ duodecimi, videlicet, vt neminem in vniuersalibus studiis alere teneamur, vt in cellis priuatis singuli dormire possint, vt omni die feriali non teneamur seruare capitulum culparum, quæ sunt similia in duodecim capitulis ibi expressa. Istiusmodi igitur summorum Pontificum ac diœcesanorum fulti præsidio & authoritate constitutiones suas per fratres de Wyndesem, æditas & conscriptas, & à capitulo generali iam assumptas, absque omni scrupulo cum bona conscientia, extunc in antea patres capituli nostri de plano semper seruarunt, & seruari mandauerunt, non parum gauisi, quod à constitutionibus Benedicti duodecimi & aliis quàm plurimis absoluti tunc erant & exonerati, sicque tandem ad mentium suarum pacem & tranquillitatem, Deo authore, peruenerunt. Hæc Ioan. Regularis. Emsteyn

Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octauo, Fridericus Episcopus Traiectensis transtulit Sanctissimum corpus Sacrosanctæ virginis Agnetis, atque in preciosissimo deaurato feretro reuerenter in summa Ecclesia Sancti Martini collocauit, vt patet per hæc metra:

Agnes translata virgo fuit hicq; locata,
Missam cantante suffraganeo celebrante.
Præsule præsente de Blanckhenheim generoso.
Cum multa gente cum valde statu speciosō
Cleri, prælati fuerant ibi valde gregati.
Præieiunauit plebs huncq; diem celebrauit.
Hoc sic mandauit præsul fieriq; rogauit.
Octodecim mille C. quater fuit annus & ille
Lux post Aegidii quæ fuit Helpidii.

Tandem venerabilis Dominus Fridericus de Blanckenhem Episc. Traiectensis

anno Dom. MCCCCXXIII. in festo Sancti Dionysii Episcopi & martyris in castro suo Horst obiit, postquam triginta annis cum dimidio episcopio præfuisset. Sepultus in cathedrali Ecclesia sub tumba valde sumptuose elaborata cum subsequenti Epitaphio, in quo gesta sua lucide patent:

Præsul magnificus de Blanckenheim Fridericus,
Nobilis ex genere conditur hoc opere,
Kouort ablatum reuocans Vidreet comitatum,
Reddidit Ecclesiæ iunxerat & patriæ.
Gronynghen pridem refugam construxit, & idem
Halten, sed Knynre duxit ad hæc emere,
Terram Stellingwerff domuit q, cremando Scoterwerff:
Sic nocuit nocuis, profuit innocuis,
Fregit Nuensteyn pro demeritis & Euersteyn,
Annis ter decem rexit hic ante necem,
X bis C que quater, semel. M dum scribitur & ter,
Octobris nono cessit agone bono. (Hæc ex chronicis Traiectensibus.)

Post cuius mortem vacauit sedes mensibus decem. Floruerunt etiam tunc Zallis & Dauantriæ magna studia literarum, ac de diuersis mundi partibus ingens caterua studentium longe lateq; eô confluebat. Iste præsul venerabilis, prudens & literatus, mores sciens ciuitatum, partialitates quorundam optimatum, eorumq; insolentias magna discretione & virtute sæpe compescuit & subegit. Post mortem (inquit) meam scient Traiectenses quam bonum dominum habuerint: Volunt enim omnes dominari, nec ferre supereſſe dominum: quod eis male succedet. Et verum prædixit, quia post eius transitum nimis enorme, & longum schisma tam in clero, quàm in populo vidimus exurrexisse. Hæc Iohannes Regularis.

Imperialia. Cum igitur Wenzelaus Rex schisma, quod in Ecclesia Dei ab exordio regni sui per annos xx. durauerat, conniuentibus oculis ferret, nec ad extirpandum animum intēderet, regniq; negotia minus solerter curans coronam imperii tanto tempore recipere negligeret, & alia decus regni denigrantia committeret, Electores Principes post plurimos tractatus singulares missis literis diuersis ad imperii principes conuentum publicum mense Maio in oppido Francfortensi de Anno Domini MCCCC. pro regni negotiis indixerunt: Quibus die statuto conuenientibus tractatum est de electione noui regis, qui posset & vellet contra Wenzelaum regnum vindicare, defendere & reformare, quique coronam imperii reciperet, & Ecclesiam Dei resarciret. Verum cum Electionis negotium, tum plenum non sortiretur effectum, & in diem alium reiecta deliberatione principes discederent, circa Rhenum deinde prope Bobardiam conuenerunt, & ibi elegerunt in regem Rupertum (al. Robertum) Ducem Bauariæ de Heydelberg, virum armis strenuum, consiliis acutum & Deo deuotum. Rupertus igitur electus in Regem, post electionem suam in mense Septemb. iuxta oppidum Francofordiæ tentoriis fixis in campo vnà cum principibus per septimanas & dies, prout electis ad regnum moris est, sub dio moram traxit, & tandem oppidum festiuis gaudiis intrat.

Deinde anno Domini MCCCCI. Mundi verò MMMMMMDXCIX. in die Epiphaniæ Rupertus à Friderico Archiepiscopo Colonienſi Coloniæ coronatus est. Nam ciues de Aquisgrano, vbi locus coronationis esse cõsueuit, ab ipso rege electo & à principibus requisiti, Electum recipere recusabant, asserentes eis id non licere, quamdiu ab obedientia Wenzelai absoluti non essent. Quapropter ciues Aquenses ab eodem nouo rege in personis & bonis damnati, per ciuitates imperii tanquam rebelles vsq; in præsens multa dispendia ferunt. Regnauit autem annis decem. De religione & iustitia istius Ruperti, vide Iohannem Nider in suo formicario, libro quarto, cap. 3.

Item anno secundo Ruperti Regis per quadragesimam apparuit cometa, & iucundum tempus secutum est.

Eodem anno Rex Tartarorum terram Turcarum dissipat, & commisso bello, Rex Tar-

Rex Tartarorum triumphauit, & regnum Turcarum ſubegit : Et deinde Sarracenos inuadens, multas ciuitates & terras eorum ſibi ſubiecit.

Anno eiuſdem Ruperti tertio Bonifacius Papa nonus tertio Calend. Octobris, Wenzelao rege Bohemiæ reprobato, Rupertum Regem approbauit.

Eodem anno Wenzelaus Rex Bohemiæ propter tyrannidem, quam exercuit in ſubditos, à Sigiſmundo rege Vngariæ fratre ſuo captus eſt & cuſtodiæ mancipatus. Sed anno ſequenti à cuſtodia lapſus, regnum ſuum recuperauit.

Anno eiuſdem Ruperti quarto, Papa conceſſit Regi Ruperto, vt decimam accipere à clero Almanniæ poſſet, certis datis executoribus, qui compellerent ſoluere contradicentes : Cui tamen Archiepiſcopi & Epiſcopi conſentire noluerunt, & licet à quibuſdam iam colligi incepta eſſet, tamen exactio aliorum prætermiſſa fuit.

Item anno ſequenti, Fridericus Archiepiſcopus & ciues Colonienſes ex certis cauſis contra Adolphum Ducem de Monte bellum mouent & ducatus de Monte flammis & prædis deuaſtatur. Sed anno ſequenti pacificati ſunt, & Dominus Adolphus Marſchalckus, (al. Mariſcallus) Domini Archiepiſcopi Colonienſis citra Rhenum factus eſt. (Hæc Goblinus.) Iſte Rupertus Rex Romanorum, vt ad coronam imperii veniret, plurimum laborauit, ſed Veneti eum impediuerunt, & ita coronam imperii non obtinuit. Fundauit ſtudium vniuerſale Heydelbergenſe & dotauit, & priuilegiis ornauit notabiliter, erigendo ibidem venerabilem Eccleſiam collegiatam, in qua ſemper tres Doctores Sacræ Theologiæ, tres Doctores in iure canonico, vnus Doctor in medicinis, vnus Doctor Theologiæ, qui ſit prædicator : tres magiſtri in artibus, & duodecimus eorũ Decanus, (qui ſimul Doctor de facultate Theologica, aut iuris canonici) & vt plebanus etiam Eccleſiæ illius ad minus baculaureus formatus in Theologia eſſet. Iſtius etiam tempore fundatum fuit ſtudium vniuerſale Coloniæ, quod mirabiliter inſtar ſtudii Pariſienſis priuilegiis cohoneſtauit. Obiit autem Heydelbergæ, & ibi cum regina in choro Eccleſiæ S. Spiritus eſt ſepultus. (Hæc Emundus.) Sequitur Florentinus. Iſte Robertus Imperator anno regni ſui primo à Florentino populo amplam pecuniam accipiens cõtra Geleacrum Mediolanenſem Ducem maximo cum exercitu in Italiam tranſit, ſed nulla memorabili re geſta, ad Tranſalpes reuertitur.

Anno ſequenti cometes in cælo eſt viſus. Tamburlanus incredibilis potentiæ Tartarorum Imperator moritur : qui apud Tartaros humili loco natus tantas vires adeptus fuit, vt ſupra duodecies centena millia hominum haberet in caſtris : Qua multitudine attritis bello Turcis, eorum Imperatorem catenis vinctum aureis curru, quo vehebatur, quaſi triumphans adiunxit. Armenos præterea proſtrauit: Subiecit Perſas : Deſtruxit Ægyptios : Damaſcum pene deleuit : Plures ciuitates & caſtella apud Sarracenos vaſtauit. Et quocunque eius deuenit nomen, ſola fama (quaſi fuiſſet miſſus à Deo peccatorum vltor) terribilis omnibus erat.

Hollandica.

Exequiis igitur illuſtris principis Alberti expletis, Wilhelmus Comes Oſtervandiæ, filius eius inter Comites Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ, huius nominis ſextus XXIII. Comes inthroniſatus eſt anno Domini MCCCCIV. & rexit annis XIII. Fuit totus belliger & magnanimus, Domini de Arckel mortalis & implacabilis inimicus : & magis adamauit rigorem ferri, quàm nitorem auri : Qui tempore iuuentutis ſuæ habuit vxorem Mariam Caroli quinti regis Franciæ filiam (qui eum militiæ cingulo ante Dam oppidum in Flandria ornauerat,) ſed præuenta morte iunior annis ſecundò duxit in vxorem Margaretam filiam Philippi Hardi Ducis Burgundiæ, ſororem Iohannis Ducis, ex qua vnicam filiam nomine Iacobam genuit, poſtea Ioannis Delphini Caroli ſexti Regis Franciæ filii vxorẽ. Qui obiit Anno Dn. MCCCCXVII. Iſte Wilhelmus Dux Bauariæ & Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ, & dominus Friſiæ multos particulares conflictus contra Dominũ de Arkel habuit, quos huic chronographiæ inſerere cauſa compendii noluimus : Sed curioſum Lectorem ad originalem librum, vnde iſta excerpſimus, remittimus. Tandem hic illuſtris Dux Wilhelmus Comes Hollandiæ ſæpe dictus anno Domini MCCCCXVII. feria quarta Pentecoſtes, ſcilicet in feſto Sanctæ Petronillæ virginis obiit. Sepultus in Hannonia in Heuot iuxta progenitores ſuos. (Hæc ex chronicis Hollandiæ.) Circa hæc

tempora non longe à ciuitate Nurenburgensi in diœcesi Bambergensi Malus arbor creuit in loco campestri & communi, quæ multis annis, vt sequitur, in vigore permansit, & super omnia, quæ nostris audiuimus temporibus mirabilis conditionis, exstitit. Nam in æstatis principio (in vere videlicet) floruit, fronduit, & versus autumnum, more aliarum arborum, poma produxit. Porrò in hyeme semper (sed tantum in nocte natiuitatis Christi, cum virgo virginum Dei genuit filium) pomella virentia, in quantitate artus virilis digiti protulit. Stuporē tunc augebat prodigii, quod nec antea, nec postea, sed duntaxat præfata nocte sanctissima pomella germinarent: nec arbor, sicut arbores hortenses cæteræ, fimo nutriretur, nec circumfoderetur sarculo, nec sepimento circumdaretur. Item vidi prodigium aliud in ante dicta ciuitate Nurenburgensi in materia quadam naturali & lignea. Repertum est enim in sylua lignum, quod vocatur vulgariter (Masaren.) Eius verò ligni arbor postquam per serram in tabulas diuisa & polita, ac dolata æqualiter fuit mensa, inde formabatur quadrata, in qua claro aspectu distincte valde apparuerunt variæ admodū imagines, quarum quædam perfectæ fuerunt, vt putasses à peritissimo pictore confectas: Aliæ verò solum facies, vel partes alias animalium diuersorum monstrabant distinctissime, vtputa hominis, caniculi, virginum, & multarum rerum aliarum. Ostensa fuerat autem paulo ante hæc mensa Imperatori Sigismundo viro oculatissimo, erat qui ligna suspicabatur arte colorum aliquorum esse per pictoris industriam tincta. Verum cum eiusdem ligni tabula nondum in mensam formata, sed impolita & rudis ei fuisset allata, extracto cultello eam sculpere ad profundum cepit, & tum primum didicit à mirabili natura opus sine humana arte productum esse.

In regno Granatæ inter Sarracenos ferunt quidam hoc tempore vidisse se arborem pomiferam, in cuius fructu, quomodocunque inciditur, semper in parte incisa imago crucifixi claro relucet aspectu. Item in terra Sarracenorum circa Septam ciuitatem, quam Rex Iohannes Portugalliæ ceperat, paulo ante in fonte quodam narrāt repertos esse lapides varios, quibus (vt videbatur) naturaliter insita erant nomina nostræ fidei & incarnationis Christi, licet sparsim. Nam in quibusdam, Aue Maria, in aliis, gratia plena, in quibusdam, Dominus tecum. Et ita de Christi & Dei incarnatione similia plura clarissime inscripta legebantur. Item repertus fuit circa etiam hæc tempora in quodam agro à rurali viro preciosus lapis, & visu pulcher, qui quacunque parte aspicitur, crucifixi imaginem distincte in se cuique ostendit. Qui immunditiem mulieris menstruatæ ita refugit, vt à tali visus, statim caligine tetra in parte obducatur, quæ tamen successiue & succedentibus annis paulatim rursus abscedit: Qui à Marchione Badensi exigua pecunia redemptus est, & adhuc hodie inter suprema Clinodia dicti Marchionis reputatur. (Hæc frater Iohannes Nyder vbi supra sexto capitulo.)

Romanā. Vacante igitur sede Cardinales infra scripti congregati, videlicet Angelus tituli Sancti Laurētii Florētinus, Franciscus tituli Sanctæ Susannæ Monopolitanus, Henricus Sanctæ Anastasiæ Neapolitanus, Cosmarus Sanctæ crucis in Hierusalem Bononiensis, Angelus Sanctæ Potentianæ Laudensis presbyteri, necnon Reynaldus S. Viti in Macello de Branchasiis, Sancti Nicolai in carcere tullano Barensis Diaconi conclaue intrauerunt, & coram pluribus notariis & testibus solemnibus compromiserunt se seruaturos, nec vnquàm ab illo iuramento absolutionem petituros, neque oblatam recepturos iurarunt, videlicet ipsos singulos & communiter si quis eorum fortè in Papam eligeretur, omnem diligentiam quam possent, adhibituros, vt vnitas Ecclesiæ recuperetur, etiamsi opus esset, ad hoc renunciare papatui vel resignare illum, qui ex eis Papa fieret. Et vt Cardinales absentes ad simile iuramentum præstandum coarctentur. Et si forte nouos Cardinales creari contingeret, vt ante omnia simile iuramentum præstare compellantur. Sic processum ad electionem, & electus est Dominus Cosmarus supra dictus, & vocatus est Innocentius septimus. (Hæc Goblinus.) Cepit autem anno Domini MCCCCV. & sedit annis duobus. Item Ladislaus Apuliæ Rex sub amicitiæ prætextu Romam ingressus suscitauit Romanos, effecitq; vt sumerent contra Pontificem arma. Quibus in contentionibus vndecim de primariis ciuibus, per fautores Pontificis intercepti necantur. Perterrefactus

ctus verò pontifex cum omni curialium turba Viterbium commigrauit,& commoratus est ibi per aliquot menses, donec Romani pluribus legationibus illum reuocantes, dominationem quoq; vrbis eidem reddiderunt. (Hæc Matthæus Florentinus.) Gobelinus ita: Iste statim post electionem suam regimen vrbis Romanis reddidit, vnde elati in superbiam insolentias eis consuetas vltra modum exercere præsumpserunt. Dominus verò Innocentius Papa Archiepiscopis & prælatis per diuersa regna constitutis, literas suas cum nuncijs solemnibus direxit, quibus significat in Cal. Nouembris proxime futuris concilium generale in vrbe Roma se pro vnione Ecclesiæ celebraturum, & exhortatur, vt ipsi cum prælatis sibi subditis veniant, vel saltem viros idoneos ad concilium dirigant. Sed aduentante mense Septembri Romæ inter amicos Papæ,& quosdam Romanorum orto tumultu, Romani quidam æmuli Papæ à fidelibus eius trucidati sunt. Quare Papa quasi fugiendo ab vrbe recessit,& Viturbium se transtulit, vnde multi cortesani à Romanis capti, custodiis deputati, rebusq; suis spoliati sunt. Sed Paulus de Vrsinis nobilis Romanus, cum exercitu magno Romam venit,& fugato Iohanne de Columna nobili Romano Papæ aduersario cum suis complicibus Romanum populum quodammodo pacificauit. Aduenientе igitur die pro concilio celebrando prædictis prælatis Teutoniæ tumultu supra dicto ne venirent permotis, Papa diem concilii ad diem Beati Martini primum, & deinde vsque ad Calendas mensis Maii futuras prorogauit.

Anno pontificatus eiusdem secundo, scilicet salutis MCCCCVI. prima die mensis Iunii eclipsis Lunæ facta,& XVI. die eiusdem mensis Sol obscuratus est, & factæ sunt tenebræ hora quinta ante meridiem, ita vt vnus alium iuxta se stantem vix discerneret, successerunt deinde pluuiæ & inundationes aquarum, quæ à medio Aprilis inchoauerunt, & vsq; ad medium Septembris & parum vltra durarunt, vt paucis diebus interpolatis aura clara esset.

Eodem anno VII. die mensis Nouembris obiit Dominus Papa Innocentius septimus. Et post hoc in die Clementis Papæ Domini Cardinales numero XXIV. conuenerunt, iurauerunt & compromiserunt, vt quicunq; eligeretur ex eis in summum Pontificem, propter vnionem ecclesiæ reparandam renuntiaret Papatui & iuri suo, si & quando Antipapa similiter prætensis iuri suo & papatui renuntiaret, siue morte decederet, dummodo Anticardinales cum eisdem Cardinalibus reuera sic conueniant & concordent, vt ex eis omnibus simul collectis, sequatur canonica electio vnici Summi Pontificis. Item vt infra tres menses post inthronisationem suam mitteret solemnes oratores ad concordandum de loco habili & decenti pro prædictis: quæ & alia plura dicti Cardinales ordinauerunt circa hanc materiam oportuna. Et tandem electus est ex eis Dominus Angelus tituli Sancti Marci presbyter Cardinalis, qui fuit Patriarcha Constantinopolitanus, & appellatus est Gregorius XII. & coronatus XIV. Cal. Ianuarii. (Hæc Goblinus.)

Gregorius XII. cepit anno Domini MCCCCVI. (in quodam chronico dicitur VII.) sedit annis duobus, mensibus septem,& vocabatur ante papatum Angelus Corarius tituli Sancti Marci presbyter Cardinalis Patriarcha Constantinopolitanus. (Hæc ex chronicis.) Iste Gregorius pro vnione Christianorum electus, obligauerat se ad pontificatum deponendum, si Benedictus, qui pontificatum alterum in Gallia obtinebat, se quoq; abdicaret. Cohortantes igitur in principio sese,& abdicationem mutuam offerentes. Saonam in qua vrbe conuenirent, elegerunt, sed in conueniendo sibi mutuò illudentes maxima Christianorum querimonia, maiorem diuisionem concitarunt. (Hæc Florentinus.) Goblinus ita: Anno Domini MCCCCVII. per totum annum habiti sunt tractatus inter Gregorium Papam XII. ex parte vna,& Petrum de Luna Antipapam, qui se Benedictum nominabat ex parte altera, per solemnes legatos super vnione Ecclesiæ, sed non peruenerunt ad effectum.

Anno sequenti quarta die mensis Maii Dominus Gregorius Papa existens in ciuitate Lucana, & præsumens Antipapam secum dolose agere, præcepit Cardinalibus suis ne Lucam exirent sine speciali sua licentia, & ne inter se sine eius expresso mandato sub pœna periurii in aliquo loco congregarentur: & si Lucam exirent, vt tum ipso facto essent priuati cardinalatu,& omnibus beneficiis, quæ habebant. Item

mandauit eis ne cum Anticardinalibus vel cum oratoribus Gallicis, quos prædicti mitterent, ad deliberationem conuenirent. Inde ſeptem Cardinales ab ipſo Domino Papa tanquam male informato, ad eundem tanquam melius informatum, & ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum iudicem venturum, & ad concilium generale & futurum Papam appellauerunt in ciuitate Piſana XIII. die menſis eiuſdem. Et deinde prædicti Cardinales epiſtolas Regibus, Principibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis miſerunt, conqueſti de Papa. Viciſſim Papa miſit epiſtolas contra Cardinales eiſdem & multiplicata ſunt mala in terra, hoc eſt in hominibus terrenis. Item epiſtola blaſphemia plena ſcripta fuit in pergameni pelle hirſuta, ab vna parte & affixa oſtio domus confeſſarii Papæ, tanquam miſſa per Satanam dæmonũ principem confeſſario Papæ, vt amico Satanæ, quod Papam à iuramento, quod in conclaui præſtitit, vt dicebatur, abſoluiſſet: In qua quidem epiſtola diabolus nominat ſibi dilectiſſimum, & periurum, quæ ſic incipit: Satanas regnorum Acherontis Imperator, tenebrarum Rex, profundiſſimæ perditionis dux, ſuperbiæ princeps, & omnium damnatorum æternus trucidator, fideliſſimo dilecto noſtro Iohanni Dominici ordinis prædicatorum perditionis filio.

Eodem anno ſub data primæ diei menſis Iunii, quidam de ſuprà dictis Cardinalibus ſcripſerunt principibus, quomodo receſſiſſent ab obedientia Gregoriii, non appellantes eum Papam. Et ſuaſerunt eis, vt ſimiliter facerent. Tertio verò nonas eiuſdem menſis Papa indixit concilium generale celebrandum in feſto Pentecoſtes tunc proxime futuro, in prouincia Aquilegienſi vel Archiepiſcopatu Rauennatenſi, & citauit prælatos Eccleſiaſticos ad hoc ſimulq; vocauit Dominum Rupertum Regem Romanorum, & alios principes ſeculares ad idem concilium, vt tractari poſſet de vnione Eccleſiæ canonica. Suprà dictis diſſenſionibus incipientibus, Ladislaus Rex Siciliæ vel Rex Neapolitanus, filius Caroli per abſentiam Pontificis vſurpauit ſibi dominium vrbis Romæ & multarum ciuitatum patrimonii Sancti Petri & anhelauit ad titulum imperii Romani, vt dicebatur. Item Petrus de Luna gerens ſe pro Papa Benedicto, indixit concilium Parpignani ciuitate Arragoniæ ad feſtũ omnium Sanctorum: Sed Cardinales eius relinquentes eum, congregati ſunt cum Cardinalibus Dn. Gregorii apud †Ligerinum, videlicet portũ Piſanum, & ſimiliter concordauerunt, vt indicerent concilium generale celebrandum in ciuitate Piſana in feſto Annunciationis Beatæ Mariæ virginis proxime venturo. Et hæc deliberatio vtriuſque collegii facta eſt XXIV. die menſis Iunii, Anni ſalutis prænotati. Cumq; iſta deliberatio ad notitiam Domini Gregorii & ipſius Petri de Luna peruenisſet, vterque eorum indixit concilium ſuum celebrandum, vt ſuprà diximus. Vnde Dominus Gregorius miſit Archiepiſcopis & principibus literas, inſinuans eis tempus, ſed nullum certum locum concilii ſui: Et Cardinales ſimiliter direxerunt literas eiſdem in quibus declarant puncta iurata per Papam in conclaui, inter quæ principale eſt ceſſurum ſe papatu. Nec id ſolum, ſed ſimul conqueruntur, Dominum Gregorium viam ceſſionis, quam prius iurauerat, nunc tanquam diabolicam poſt multas excuſationes expreſſe reprobare. Item quomodo Saonam ciuitatem pro loco conuentionis vtriuſq; partis approbauerit, & poſtea rurſus recuſauerit, allegans plures ſecuritates eſſe ſibi neceſſarias, quas tamen non expreſſerit. Item poſt illa conſenſiſſe in ciuitatem Piſanam pro loco conuentionis, ſed nunquam aſſignaſſe certum tempus. Item creare illum multos Cardinales contra formam iuramenti. Hæc & plura alia in prædictis literis continebantur. Vnde Epiſcopus Moguntinus literas ſuas cum tranſumptis literarum ſupra dictarum omnibus ſuffraganeis ſuis miſit, vocans eos ad ciuitatem Moguntinam ad feriam tertiam proxime poſt feſtum Epiphaniæ Domini.

Anno Domini MCCCCIX. in octaua Epiphaniæ Domini, factus eſt conuentus regum & principum apud Francofurtum, & venerunt duo illi Cardinales, vnus ex parte Domini Gregorii, alter ex parte collegii Cardinalium: Qui vterque inter ſe grauiter altercabantur. Et tandem Cardinalis Papæ promiſit, Dominũ Gregorium in locum & tempus, vtut Rex pro celebrando concilio propter vnionem Eccleſiæ exiſtimabit, dummodo collegium Cardinalium illuc veniant, omninò conſenſu-

rum

rum cum Cardinales locum, quem Papa indixit, videlicet ciuitatem Vtinẽsem prouinciæ Aquilegiensis recusent. Sed Cardinalis collegii contentus non fuit. Vnde tandem maior pars Archiepiscoporum & principum declinauit in partem Cardinalium. Sed Rex cum paucis præcipue illis, qui erant consanguinitate sibi astricti, in partem Papæ declinauit, vtentes prætextu, tanquam si relinquere Papam, cui fidelitatis iuramento essent astricti, priusquam canonice depositus esset, non liceret, vnde tandem Rex & principes diuisim miserunt viros solemnes versus Pisas. Et conuenerunt ibi Cardinales vtriusque Papæ fere maiori parte vbi pronunciatum fuit, congregationem illam concilium esse generale, & tam Gregorium quàm Benedictum debere deponi, & concilium eos deposuit. A qua pronunciatione pro parte Regis fuit appellatum. (Hæc Goblinus.) Et Alexander ibidem electus est, qui dicebatur Petrus de Candia. Et fuit additum schisma schismati, quia tres gerebant se pro summis Pontificibus: nec valuit concilium istud, vel certe non præualuit exequi bonum quod decreuit. Hæc collector.

Cum superius dictum sit de reparatione ordinis regularium tempore videlicet Gregorii septimi huius nominis Papæ, qui cæpit Anno Dom. MLXXIV. Et multa magnaq; vbiq; terrarum fundata sunt monasteria, & maximis diuitiis à principibus & prælatis ac diuitibus solenniter dotata. Rursus idem ordo regularium in dissolutionem prolapsus est, cum monastica disciplina diu cum temporalium affluentia perdurare non queat. Et quamuis ad secularem vitam non fuit deuolutus, à primæua tamen institutione & eius regulari reparatione vbiq; pene terrarum defecit. Tunc igitur inclyta etiam regularium præpositura prope Nussiam regularis claudicauit à tramite, & tandem non exiguum post tempus à primo miserabiliter omnino deflexit feruore: simulq; ex diuitiarum apice ad profundum inopiæ lacum decidit, vt vniuersa, quæ magnifice ipsis collata, & omnia vndecunq; aggregata diuisim vendiderint ac inutiliter passim dilapidauerint. Tunc etiam venditum fuit nobile ac pretiosum dominium in Celzen (de quo suprà dictum in fundatione memoratæ præposituræ fuit) Dominis de ordine Theutonicorum pro quindecim millibus florenorum. Sed valuit, vt à prædecessoribus nostris intelleximus, vltra viginti millia florenorum. Etiam vendita est vinea in Reyns canonicis ad Sanctum Andream in Colonia. Tunc etiam alienatæ sunt Ecclesiæ cum decimis suis in Niuenum & in Greefrath, de quibus adhuc habentur documenta: Vna tantum remansit Ecclesia, videlicet in Noreff dicta cum curti & decimis suis. Etiam de antiquis bonis monasterium retinuit Curtim in Beuinchusen iuxta castrum Dickt; nunc autem in seruitutem Dominorum ex abusione friuola redactum. Plura alia bona à præpositis & fratribus in illo dissolutionis tempore fuerunt alienata, quæ specietenus ignoramus, eo quod venditionis tempore bonis vnà cum literis vel documentis fratrum renunciauerint. Tunc etiam ad fratrum reprobam vitam quotidiana victualia ex cellario Dominorum in summo Colonienſi templo sunt subtracta & hucusq; abolita. Irreformationis istius tempore irreformato fratres etiam vtebãtur habitu. Nam ad carnem lineis vtebantur indumentis, deinde brachatis caligis nigri coloris, more secularium, curiose ligabantur. Desuper tunica ad secularem modum plicata, nigri coloris induebantur, & loco habitus vtebantur lineo scapulari subtili, cum cappis & abnutiis, more canonicorum secularium, formatis nec non stannatis.

Cum igitur annum Domini MCCCC. diuinæ placuisset voluntati, monasterium canonicorum regularium extra muros ciuitatis Nussienſis suæ Sanctissimæ matris semper virginis Mariæ Colonienſis diœcesis ad regularem vitam, vnde multis annis exciderat, vt dictũ est, reducere, personas ad hoc aptas ex pluribus sibi elegit. Nam idem monasterium vsq; ad vltimam desolationem tunc temporis erat perductum, vt ruinæ lectorum monasterii & alia ædificia ruinosa ad oculum demonstrarentur. Igitur tunc temporis erat ibidem præpositus à fratribus monasterii electus, Petrus de domo Theutonica nominatus, de ciuitate Nussienſi oriundus: Qui vidit visionem in somnis, in hunc modum: Visus est ante altare stare Sancti Ioannis Euangelistæ (quod situm est in sinistra parte Ecclesiæ monasterii, quæ nunc in sacristiam ordinata est, in quo collocata erat imago B. & glorioſæ virginis Mariæ sub pedibus

ſuis conculcans antiquum ſerpentem, quæ imago nunc Anno Dom. MCCCCXCVIII. ſtat in altare virginum.) Ibi igitur præpoſitus Petrus viſus fuit flectere genua & eam ſalutatione Angelica (ſcilicet Aue Maria) ſalutare: cum ſalutationem eadem imago tanquam ab indigno ſibi oblatam reſpuens extenſa manu prædictum præpoſitum ab altari cum indignatione remoueret. Præpoſitus videns ſe deſpectum à tanta & tam ſibi dilecta patrona, in quam ſuam fiduciã poſt Deum ſemper ponere conſueuit, totus in lacrymas reſolutus eſt: ita vt lacrymæ illi non imaginariæ, ſed reales eſſent & vere ambas maxillas ipſius humectarent: Tunc per imaginem illam virgo Beata prædictum præpoſitum ſic affatur: Si vis te emendare, iuuabo te. Ad hanc vocem præpoſitus cum lacrymis reſpondit, Etiam Domina chariſſima volo me emendare. Cumque illa manum ſuam extendens ad eum diceret, vt id promitteret, præpoſitus prædictus miſit manum ſuam in manum imaginis, &, vt ſibi videbatur, mollitiem aliquam manu ſua ſenſit, & euigilauit. Cum autem rediiſſet ad ſe, inuenit adhuc lacrymas per maxillas defluentes, & vehementer attonitus quid iſta, quæ viderat, ſignificarent, tacita mente ſecum ſæpe reuoluebat. Iſta ab ipſius præpoſiti ore ſemel & iterum à quodam fratre inter conferendum, fuerunt audita. Et vt notã eſſent poſteris noſtri monaſterii, rogatus ab aliquibus fratribus idem qui audiuit conſcripſit.

Rurſus de eadem reformatione alia viſio facta eſt in partibus inferioribus, & æſtimo, quod eodem tempore quo prima: Erat in Almelo vir venerabilis bonæ vitæ & famæ laudabilis Eberhardus, qui paſtor Eccleſiæ in Almelo fuit, arte medicus nõ ſolum corporũ exteriorum, ſed multo magis animarum. Iſte venerabilis paſtor ſcripſit prępoſito monaſterii regulariũ prope Nuſſiam, quemadmodũ ſcil. B. virgo Maria in ſpecie cuiuſdam imaginis, quæ poſita fuerat in Eccleſia monaſterii prædicti ſupra ſummũ altare (Nunc autem ſcil. anno Dn. MCCCCXCVIII. poſita eſt in altari S. Laurentii) ſibi apparuerit, præcipiẽs vt fugeret, & iret ad monaſteriũ regularium iuxta Nuſſiam prope Rhenum, & iuuaret præpoſitum ad reformandũ præd. monaſterium in diſciplina regulari. Cui viſioni non incredulus prædictus paſtor miſit primo literas tenorem viſionis continentes cum quodam fratre congregationis ſuæ, qui poſtea in eodem monaſterio in habitu religionis regulariter diu ſuperuixit. Literas verò cum præpoſitus aperuiſſet & tenorem perlegiſſet, præ nimia lætitia vix ſe potuit cõtinere. Et ſtatim cogitans de viſione, quam ipſe prius habuit, cognouit viſionẽ, quæ per literas ſibi denunciata erat viſioni ſuæ, quam ante paucos dies habuit, eſſe firmamẽtum & declarationem. Erat autem tunc Reuerendus in Chriſto Dn. Fridericus de Zarwerden Archiep. Colonienſis in caſtro ſuo in Zoers (quod modò Vreedſtroem nũcupatur:) & præpoſitus audiens Dn. Colonienſem tam eſſe vicinũ, adiit eum, vt celerrime potuit, literas de viſione prædicta, à Dn. Euerhardo ſibi miſſas ſecum portãs, quas cum Dn. Colonienſi præſentaſſet & coram eo legi feciſſet, Reuerẽdus Dn. vltra modum gauiſus, & præpoſito cõgaudens, dixit ad circumſtantes milites ſuos, videte chariſſimi quid iſte ſcribit hic in literis. Scribit enim B. virginem Mariam apparuiſſe ſibi & iuſſiſſe, vt iret ad præpoſitum monaſterii regularium prope Nuſſiam, & iuuaret eum in reformando monaſterio. Erit illud præſagiũ alicuius magni boni in futurum. Ex eo tempore Reuerend. Dn. Coloniẽſis inclinatus fuit præpoſito & pie iuuit reformationẽ prædictam. Ita vt ſingulis annis quamdiu vixit, daret monaſterio octo omas vini, & quicquid cauſæ apud Archiepiſcopũ habuit, inuenit eum ſemper fauorabilẽ & gratioſum. Cum a. venerabilis Dn. Euerhardus paſtor præd. ad monaſterium prædictũ veniſſet, cognouit ex viſione ſibi oſtenſã, id ipſum eſſe monaſteriũ illud, quod in viſione oſtenſum erat. Nec n. vnquam amplius viderat. Intrans igitur eccleſiam, cum veniſſet ad ſummũ altare, reſpiciẽs, interrogauit, an ibi ſupra capſam non cõſueuerit ſtare imago B. virginis Mariæ? Reſponſumq; eſt ei quod ſic. Ille verò, vbi eſt illa imago? quam cum oſtenderẽt ei poſitã ſupra altare S. Seruatii, reſpondit: Hæc eſt iſta imago quæ apparuit mihi, date ei locũ ſupra capſam ſummi altaris, ibi vidi eam. Ex illo tẽpore imago accepit locũ vbi eam paſtor vidit: Sed tamen nunc anno MCCCCXCVIII. ſtat in altari S. Laurentii. Altera die poſt hoc, vt præd. venerabilis Dn. Euerhardus ad Dn. Colonienſem venit, & colloquiũ cum eo habuit, placuit

Domino

Domino Colonienſi,vt cum cõſenſu præpoſiti,qui affuit, Dn.Eberhardo cõmiſſionem monaſterii prædicti in literis ad hoc ordinatis traderet:quas ſumens ſecũ ad patres in Wyndeſem deſcendit,& cum non longe poſt præpoſitus cum clero,qui literam de viſione Dn.Euerhardi attulerat, ſecutus eſt. Veniens verò ad monaſterium Wyndeſemenſe conſiliũ cum Dn. Euerhardo à patrib. illis petiit de reformatione monaſterii regularium iuxta Nuſſiam, paratus ſubiicere illud capitulo eorũ, ſi accipere vellent. Illi autẽ in litera Dn.Colonienſis Dn.Euerhardo de cõmiſſione monaſterii prædicti tradita,inuenientes clauſulã (vſq; ad reuocationẽ noſtram)& audientes monaſterium eſſe grauatum debitis ſcil. octingentis florenis Rhenenſ. nõ audebant illud acceptare, quia capitulũ eorum recẽter inchoatum erat, & tale onus in ſe recipere temerarium videbatur: qua de cauſa petitioni eorũ conſenſum negauerũt. Valedicentes igitur patribus illis, venerunt Zwollis ad Priorẽ regularium, qui tunc monaſterium ſuum recenter etiã reformauerat: Qui prædictos præpoſitũ & Dn.Euerhardum in omni charitate recepit, & audita cauſa aduentus eorũ cum conuentu ſuo,cæpit deliberare an fortè petitioni eorũ aſſentire poſſit.Sed fratribus dicentibus nonnulli difficiliores erant:Prior tamen,qui viam reformandi prędictum monaſterium occultè ſciebat,ita fratres reliquos informabat,vt tandẽ cõſenſum ad ipſum aſſumendũ præberent. Id a.multum oblectabat patres,quod cum in aduentu iſtorum venerabilium virorũ Dn.præpoſiti ſcil. & Dn.Euerhardi ex quadam infirmitate lecto prior decumberet, dato conſenſu eorũ petitioni, ſanum ſe & incolumẽ ſentiret. Quare præcepit iungi currum & fratres ad hoc ordinatos cum ſuis ſarcinulis & aliquibus victualibus deſuper locatis cum curru vſq; ad Nuſſiam duci: quô,Deo duce proſpere in monaſterium prædictũ circa aſſumptionis feſtũ virginis glorioſæ venerunt: ita vt in vigilia feſti ipſius primas veſperas in eo cantarẽt. Sic diuina miſeratione precibuſq; B.virginis (non dubium) interuenientibus in prædicto monaſterio reformatio cum diſciplina regulari incepit, & cotidie de bono in melius creuit. Attamen fratres in principio miſſi magnam paupertatẽ ſuſtinuerunt, & cum lectiſternia non haberent,ſaccos paleis & ſtraminibus cõpleuerunt,vt ſuper illis nocturno tempore quieſcerent. Quod idem factũ eſt de cibo & potu,quia ſatis tenuiter & frugaliter eis ſubminiſtrabatur. Et tunc fratres monaſterii Nuſſienſis iterum religioſum aſſumpſerunt habitum,linea ad carnẽ mutantes in lanea,& ligaturas cum caligis ſecularib omittentes; Pro nigro etiam calore ſuperioris plicatæ tunicæ albũ colorem ſine plicis monaſterico more aſſumpſerunt, & pro ſcapulari lineo vtentes ſubtili. In quo ſingulariter regularium extat habitus,quemadmodũ monachalis habitus in cuculla. Et iſte habitus regulariũ adeò cæterorum religioſorũ excellit habitum, vt Dn. Apoſtolicus cum vniuerſis Italiæ,Franciæ, & Angliæ,& aliarũ regionum pontificibus pro cotidiano habitu vtantur ſubtili,quamuis Alemanię pontifices eo tantum in pontificalib.induuntur. Regulares tamen Nuſſienſes cappas ſecularium canonicorum more formatas retinuerunt, donec ſe Wyndeſemenſib.ſubdiderunt. Et ſtricta amiſerũt bereta, aſſumentes pannea,quibus vſq; in hodiernũ vtuntur diem. Eodem reformationis anno poſt feſtum aſſumptionis, accidit vt fratres miſſi eſſent ad meſſem,vt de ſuis agris colligerent frumenta, in profeſto videl.natiuitatis B.Mariæ, vno tantum tum in monaſterio manente laico, qui occupatus opere ſuo quod præ manibus habebat, audiuit ſonum magnũ in aqua vel riuo Arnaphe, qui monaſteriũ præterfluit,& primò quidẽ non metuit,æſtimans beſtiam aliquam iactare ſe in flumine: Sed cum ſecundo audiſſet eundẽ ſonum, accedens ad littus,vidit piſcem magnum, ſcil.Salmonem, quem apprehendens cum branchiis ſuis & trahens in terram, vidit eum palpitare,ſed laicus lætus in Domino, tantum attendens miraculũ leuauit eum in brachia ſua & ad culinã deferebat, & fratribus de campo venientib.& fatigatis de labore,occurrit cum gaudio,dicens, gaudete fratres in Domino quia B.Maria miſit vobis magnũ Salmonẽ, vt habeatis vnde Deo & ſibi gratias in hac ſolẽnitate agatis.

Anno Dn.MCCCCVI.Reuerendus pater & Dn.Conradus Epiſc.Venecomponenſis vicarius Archiepiſcopi Colonienſis propter cautelã reconciliauit Eccleſiam regulariũ prope Nuſſiam cum ambitu clauſtri & cæmiterio à parte Auſtrali extra eccleſiam cum quatuor altarib. Conſecrauit idẽ Epiſcopus tria altaria in eadem eccle-

sia. Iterum idem venerabilis Episc. anno Dn. MCCCCXXI. tertio Cal. Mart. consecrauit in eadem Ecclesia quatuor altaria. Et eod. tempore idem Episc. quadrangulare consecrauit cæmiterium infra ambitū in sepulturā mortuorum, &c. Cumq; reformatio memorati monasterii ordinis canonicorū regularium iuxta Nussiam inchoata fuisset, quemadmodū suprà dictum est, antiqua nonnulla eiusdem ordinis monasteria recenter etiam reformata, & aliqua nouiter inchoata præposituræ adhæserunt Nussien. & rursus ibidem capitulū suum generale collocauerunt: ex quibus monasteria
Duttecum exstiterunt in Bethleem prope †Duttecū, & ad S. Catharinam in ciuitate Nouomagensi, ac in Gresdunck iuxta Goch omnes in terra Gelrensi: etiam monasterium in Bethleem in ciuitate Zwollēsi, & monasterium in Remerswaal in Zelandia & mo-
Boedick nasterium in *Bardick in Westphalia. Nondum enim alia illo in tempore monasteria ordinis regularium circa clima nostrū, excepto ad S. Ægidium iuxta Leodiū, quæ est Abbatia fundata circa annū Dn. MCXXIII. & est abbatia in Hertzegenred, quæ ad reformationis normam vsq; in præsens nondum sunt reuersæ.

Tandem anno Dn. MCCCCXXXIII. capitulum Windesemēse monasterio placuit acceptare nostrū Nussiense cum omnib. sibi subiectis monasteriis, tali pacto, vt prælaturas omitterent. In quo omnes consenserūt (monasterio in Bethleem prope Duttecum excepto) qui præpositū secundum regulam & antiquam consuetudinē seruauerunt vsq; in hodiernū diem. Nussiense monasteriū quanquam consensit, tamen nullo modo Archiep. Coloniēsem inducere, quamuis vltro Præpositus familiariter ei dilectus plurimum laborasset, vt cederet iuri suo, & præpositurā mutari in prioratum sineret, sed tantum consensit vsq; ad suam reuocationē in hodiernum diem. Sic igitur rursus fratres Nuss. capituli aliquid mutauerūt in habitu. Nam secularium cappas canonicorum relinquentes, assumpserūt cappas Wyndesemensium, quibus adhuc hodie vtuntur: & vicissim Wyndesemēses aliquid assumpserūt de habitu Nuss. capituli. Decreta tamen Wyndesemensium fratres Nuss. monasterii recusauerunt vsq; in præsentē diem. Circa etiam annū Dn. MCCCCLII. monasterium Nussiens. ordinarium assumpsit Wyndesemensium, relinquens ordinarium canonicorū regularium. Nam quemadmodū vniuersi ordines in Ecclesia cōmuniter proprium habēt ordinarium, sic etiam regulares canonici habuerunt ab antiquo. Et quamuis Wyndesemenses eiusdē facti sunt ordnis regulariū, tamen ordinarium accipere amiserūt: quod satis absurdum in aliis esset ordinib. Deinde postquā subdidit se capitulū Nussiense capitulo Wyndesemensi, contigit breui anno videl. Dn. MCCCCXXXVIII. cōcilium celebrari Basiliense, quō cum venerabilis pater in Christo reuerēdissimus Dn. Theodericus de Moersa Archiep. Coloniēsis cum prælatis suis ad memoratū concilium nuncios mitteret, inter cæteros præpositum requisiuit à monasterio regulariū iuxta Nussiam, quem nuper propter capitulū Wyndesemense mutauerāt in priorē: sed prior illius temporis, qui prius fuerat præpositus per amicorum interuentū obtinuit, vt alium loco præpositi mitteret. Qui expertū & eruditum illuc direxit virū, vnum de fratribus monasterii cum conuerso. Nam eo tempore idē monasteriū, vt & per tempus aliquod in posterū, nonnullos habebat licentiatos vel etiam promotos diuersis in facultatibus, &c.

Brabantica. Antonius secundò genitus Philippi ducis Burgund. Comitisq; Flandriæ post discessum quondā Dn. ducissæ Ioānæ beatæ memoriæ inthronisatus est in ducatu Brabantiæ die Sabathi die XIV. Dec. An. MCCCCVI. Habuit vxorem Ioannā Waltami comitis Ligniaci & S. Pauli filiam, ex qua genuit Ioannē & Philippum & filiam vnicam quæ iuuenis obiit. Mater verò Ioanna vxor Antonii moritur anno Dn. MCCCCVII. die Aug. XII. sepulta apud Furam: Qua defuncta duxit in vxorē nobilem Dn. Elisabeth ducissam Lucēburgensem anno Dn. MCCCCIX. die Iul. VI. ex qua genuit vnicū filium nomine Wilhelmū, qui iuuenis obiit: sepultus Bruxellæ apud Carmelitas. Anno ducatus Antonii primo scil. salutis MCCCCVII. in festo S. Seuerini, XXIII. die Octob. Reynaldus dux Geldriæ accepit in feudū apud Emple iuxta oppidū Buscumducis à præfato Antonio oppidū Grauiæ. Iste verò dux Antonius pergēs ad bellū quoddā Francorū contra Anglos, duos filios suos Ioan. & Philippum Dn. Engelberto de Sore, fidelissimo ac probatiss. militi, qui fuit de primorib. ipsius ducis tanquā preciosiorem

ac di-

ac dilectiorem thesaurũ, quem habuit super terram cõmisit: & post hæc abiit, & in ipso congressu vnà cum Philippo fratre suo ac plurib. nobilibus occubuit: hæc ex noua historia. Emundus ita dicit. Demum verò postquam memoratus Dux Antonius ducatus Lothar. Brabantiæ & Luneburgiæ laudabiliter rexerat per IX. annos vel circa, & ducatũ Luneburg. & comitatũ de Thymes per V. annos vel circa interiit (proh dolor) in bello inter Francigenas & Anglicos conserto apud Azincourt die Veneris XXV. Octob. anno Dn. MCCCCXV. Et sepultus est in Ecclesia S. Ioannis apud Furam inter Bruxellã & Louanium iuxta primam suam vxorẽ, quæ ibi iacet inhumata. Hæc ille. Istius tẽpore obiit Henricus huius nominis tertius, XVI. Rex Hispaniæ anno regni sui XXVII. sepultus in ciuitate Toleto. Iste fuit deuotissimus B. Francisco, adeò vt arma regia chordis fratrũ minorum circumdaret, & fuit nomine iustitiæ laudatus.

Anno Dn. MCCCCIX. Rex Ioannes Portugalliæ cum quinq; filios haberet, & milites infantes tres iuniores facere cogitaret: magnam verò festiuitatẽ in Vlisbona ad suum desiderium implendũ pararet, consilio cuiusdã mercatoris prædicti regni mutauit sententiam. Suaserat enim mercator, vt, cùm illa pecunia, quam festiuitatibus impendere volebat, alia addita infantes milites alibi faceret cum magno Dei seruitio & honore grandi regię dignitatis & filiorũ suorum, id est, per captionẽ Ceptæ vel alterius villæ maritimæ in Africa. Placuit regi consilium, & parata est magna classis in qua fuerũt cum rege & filiis fere sexaginta millia pugnatorũ, qui per maxima bella & cum cautela cepit ciuitatẽ Ceptam cum attinentiis suis. Cuius processum causa breuitatis omisi scribere. Eadem die qua prædicta ciuitas capta fuit, rex prædictus cum filiis suis in pane & aqua ieiunabat, nec ipse vel sui aliquid manducabant quousq; tota ciuitas fuit capta. Hæc Alphonsus bello centẽsimo quinquagesimo secundo & tertio.

Postquam Cardinales, vt supra dictũ est, Gregorium & Benedictũ abdicauerant, elegerunt in Papam Petrum de Candia, natione Græcum de ordine minorũ Cardinalem, & appellatus est Alexander quintus: & sic Ecclesia trifariam diuisa fuit. Coronatus Alexander fuit anno Dn. MCCCCIX. in die Apostolorum Petri & Pauli: sedit mensibus XI. Isto anno in mense Ian. natum est monstrum in ciuitate Paderbornẽsi, cuius tanta fuit deformitas, vt mulieres quæ illud viderant, exprimere satis non possent. Nam loco pedum plures caudas, & loco brachiorũ plures inuolutiones & cancellationes, ac duas facies habuit, natum ex fornicario coitu à quadam muliere, quæ diu in fornicatione cum presbytero vixerat. Sed presbyter verecundia suffusus partum hunc nõ ex se susceptũ dixit, quamuis alios pueros ab eadẽ muliere susceperisset.

Romana.

Eodem anno in mense April. natum est monstrũ in eadem ciuitate, videl. gemelli qui in pectore & in ventre corpus vnũ habebant, brachiis se alterutrũ amplectentes.

Tandem anno Dn. MCCCCX. mense Maii die III. Alexander nuper in Papam electus in ciuitate Bononiensi, ad quam se cum curia sua receperat decessit. Hæc Gobl.

Post obitum Alexandri Papæ Dn. Balthasar de coxa, natione Neapolitanus Cardinalis Bonon. vulgariter nuncupatus electus in Papam anno Dn. MCCCCX. VIII. Cal. Iunii coronatus, Ioannes XXIII. est appellatus. In cuius electione multi scandalisati, quia, vt tyrannus rexisse Bononiam & vitæ mundanæ deditus dicebatur. Ipse cõfirmarat seu cõfirmarẽ mandauit historiam seu cantũ, quam vel quem egò anno præcedenti de festo visitationis B. Mariæ virginis feceram, qui cantus incipit: (Tecum principiũ.) & hoc fecit post coronationẽ suam infra sex septimanas me in præsentia eius personaliter constituto. Et post coronationẽ eius statim Dn. Rex Rupertus defunctus est. Ioannes Papa Bononiæ residẽs, rigorem, quo Bononienses ab. prius dominabatur, non relaxans maximam pecuniarũ summam ex gabellis ciuitatis etiam per eum augmentatis recepit per singulos menses, vt etiam meretrices de statu suo circa florenos trecentos soluere iuberentur in mense. Tunc Gregorius, quẽ nonnulli partis aduersæ Errorium malebant appellare, sub protectione Caroli de Malatesta Ariminam se contulit. At Benedictus à quibusdã execrantibus eum, maledictus appellatus in regnum Arragoniæ se recepit. Deinde Ioannes Papa cum rege Siciliæ post grauissima damna sub certis pactis onerosis concordatus ad vrbem Romam se conferens, Bononienses sibi sensit esse rebelles. Gregorius a. ad protectionẽ regis prædi-

cti confugiens ad ciuitatem Caietanam quasi per centum milliaria ab vrbe distantem se contulit, & plus anno residens, deinde Ariminum est reuersus. Interea Ioannes Papa concilium generale in vrbe celebrare decreuit quod Alexander prædecessor eius in tertio anno post concilium Pisanum supra dictũ decreuerat celebrandũ: Sed prælatis non venientibus in copia quam rerum poscebat grauitas, non sortiebatur effectũ concilium. Cumq; istis temporibus nonnunquam literæ Apostolicæ in quibus supra dictorũ Vrbani, Bonifacii, Innocentii, Gregorii, Clemẽtis vel Benedicti per tempora schismatis præterita super Papatu contendentium supra dictis mentio facienda erat, statutum fuit, vt nullus eorum in dictis literis Papa simpliciter, sed cum hac denominatione (in sua obedientia) nominaretur.

Item anno Dn. MCCCCXIII. Ioannes Papa & Rex Siciliæ Ladislaus iteratis bellis mutuò se conturbant: & Rex magno conflato exercitu versus vrbem contendit & nocte quadã mense Iun. muro diruto vrbem potenter intrauit. Quod Papa præsentiens, cum nonnullis curtisanis fugit ab vrbe, & multi de curtisanis rebus suis spoliati sunt, quidam etiam interfecti. Et postea veniens Florentiam ibidẽ reuerenter susceptus est. Tum verò in mense Dec. concilium ad Cal. Nouemb. deinde proxime venturas indixit: locum tamen concilii determinauit. Quapropter duos Cardinales ad regem Rom. tunc in partibus Italiæ moram trahentẽ ad concordandum de loco destinauit, qui scil. in ciuitatẽ Constantiensem consenserunt, quem locũ Papa & rex in Laudensi ciuitate cõuenientes, pro cõcilio generali celebrando rursus approbarũt.

Anno Dn. MCCCCXIV. Papa Ioannes venit Constantiam in mense Octob. pro cõcilio generali celebrando. Et licet in Cal. Nouemb. tunc immediate sequentib. conciliũ inchoari debuit, tamen propter certas causas vsq; ad IV. diem huius mensis prorogatum fuit. Rex autem Sigismundus Constantiam se transtulit operam dans concilio. Post plurimos igitur tractatus totum concilium in quatuor nationes est diuisum, quæ quatuor ex se prælatos videlicet quilibet vnum elegerunt, qui præsidentes concilii negotia decreta curarunt, quod Cardinalibus & Papæ omnino displicuit. Vnde Dn. Ioannes Papa plurimos à concilio, vt cederent, tentabat.

Anno igitur Dn. MCCCCXV. secundo die mensis Martii Ioannes Papa vouit & iurauit cedere se velle, si reliqui secum contendentes de papatu cederẽt, iuxta denunciationem concilii, & si per cessionem suam peruenirí ad vnionem Ecclesiæ posset. Sed pòst vicesima die eiusdem mensis transacta clam in habitu transformato nocte recessit, & in oppidum Schaffhausen sub protectionem Ducis Austriæ se recepit, & deinde cum eodem Duce ad diuersa loca perrexit, quibusdam de Cardinalibus suis sequentibus eum: Propter quod rex contra Fridericum Ducem Austriæ infinita ad se multitudine armatorum confluente de ciuitatibus & cæteris imperii & principum circumiacentibus procedens, ciuitates, castra & fortalicia eius potenter occupat, & Ducem, vt cum omnibus terris suis in gratiam se suam dedat, compellit, & vt Constantiæ in obstagio maneat, donec Iohannem Papam sistat, sub pœna perditionis omnium terrarum, quas tenuit, cogit: quæ si secus ageret, eo ipso ad imperium essent deuolutæ. Vigesima sexta die Martii, quæ fuit tertia feria post palmas, pronunciatum fuit per concilium, Synodum illam legitime esse conuocatam, inchoatam, & vsq; tunc celebratam: & per recessum Papæ non fuisse solutam: nec dissolui debere, donec fieret perfecta schismatum extirpatio, & Ecclesia reformaretur in fide & in moribus, in capite & membris. Secunda die mensis Maii decreta fuit citatio per concilium contra Ioannem Papam, & citabatur per edictum ad respondendum certis articulis in finem, vt deponeretur de papatu: Qui quidem articuli inter cætera in se cõtinebant, per Symoniacas machinationes comparasse copiosum thesaurum, & per symoniam ad Cardinalatum fuisse promotum: & in vitam Alexandri Papæ prædecessoris sui insidias instruxisse, quomodo eum & medicum eius veneno tolleret: Item pontificia, officia, dignitates & prælaturas plus offerentibus precio vendidisse: & præsertim sex parochiales Ecclesias puris laicis pro pecunia contulisse, vt fructus illi perciperent, presbyteros verò pro regimine earum ad libitum suum cõducerent: Item Datam coronationis multis vendidisse pro certa taxata pecunia videl. pro XXII. florenis de Camera, & plures bullas super beneficiis confeciſſe

quas

quas mercatoribus vendendas pro certa pecuniæ quantitate tradiderit: plura beneficia finxisse tanquam si in manibus suis fuissent resignata, & bullas super beneficiis, quæ iam vendidit, alteri per anticipationē datæ, rursus vendidisse: In gratiis expectatiuis, declarationibus, subrogationibus, & per impositionem silentiorum ius acquisitum absorbuisse: multos remouisse inuitos de ecclesiis suis, vt illas sic vacantes carius venderet: Indulgentias & reliquias sanctorum pro numerata pecuniæ summa habuisse venales. Caput S. Ioannis Baptistæ, quod in monasterio S. Sylvestri digna veneratione Romæ conseruatur, Florentinis pro quinquaginta millib. ducatorum vendere voluisse, & illos qui prodiderunt carcere & tormentis tamdiu cruciasse donec vitam magnis pecuniis redimerent: Item cuidam laico potestatem dedisse deputandi commissarios, habentes fulminatas censuras ecclesiasticas contra non soluentes sibi certas pecunias, quas nomine cameræ Apostolicæ in partibus Brabantiæ & locis circumuicinis postulare deberēt. Rursus eidem laico dedisse potestatē constituendi confessores pro certa pecuniæ quantitate, qui haberēt potestatē confitentes absoluendi à pœna & culpa: dona & possessiones multarum ecclesiarū & monasteriorum de vrbe vendidisse & alienasse. Item præcepturam hospitalis S. Ioan. Hierosolymitani vendidisse bastardo regis Cypri adhuc infanti quinq; annor. & dispensasse cum illo, vt in illa ætate profiteri posset: & vt illa professio infantem obligaret: aliaque concessisse eidem inaudita & contra ordinis illius priuilegia: pro quibus magnam pecuniarum summam à Rege prædicto receperit. Et cum à magistro ordinis, vt ista reuocaret, rogaretur, noluisse consentire, nisi solutis prius sex millib. ducatorū, vt regi Cypri restituerentur pecuniæ, quas exposuit pro prædictis: Item fratrem prædicti ordinis maiorennem expresse professum à tota regula & habitu religionis absoluisse, & licentiam dedisse matrimonium contrahendi, acceptis ab eo sexcentis ducatis. Item pertinaciter asseruisse nō esse vitam post hanc vitam, nec esse futuram mortuorū resurrectionem. Fuisse etiam grauiter infamatum, quod cum vxore fratris sui concubuerit, & cum Sanctis monialib. incestum, cum virginibus stuprum, & cum coniugatis adulteriū. Nec non alia flagitia perpetrauerit, propter qualia ira Dei descendit in filios diffidentiæ. Item vouisse, promisisse & iurasse velle cedere Papatu, sed requisitum denegasse. Vnus de articulis, qui fuit sextus in ordine plura vitia concluſit sub hac forma. Item quod Dn. Ioannes fuerit & sit oppressor pauperū, iustitiæ persecutor, columna Symoniacorum, carnis cultor, vitiorum fex, virtutib. peregrinus, infamiæ speculum, & omnium malitiarū profundus adinuentor, & in tantum scandalisauerit ecclesiam Christi, vt inter Christi fideles vitā & mores eius cognoscentes vulgariter diceretur Diabolus incarnatus. Quæ verò Ioannes præsentatis articulis prædictis sibi per duos Episcopos, & duos Abbates eorum protonotariis duobus & notariis ac testibus ex parte concilii in oppido Sellis Constantiensis diœcesi non audebat contradicere, nec contra testes super eisdem productos, puta Cardinales, Episcopos, Abbates, protonotarios, auditores, magistros & doctores quicquam opponere, denunciationi concilii se submisit. Concilium ergo præsente Rege in regalibus insigniis sententiam depositionis tulit contra eum, & Papatu & eius administratione priuauit, necnon omnes & singulos Christianos ab obedientia eius absoluit, die xxix. Maii. Decretum quoq; est per concilium, vt idem Ioannes sub Regis custodia ad ipsius concilii beneplacitum seruaretur, sic Regi præsentatus est, quem rex tradidit Illustri Ludouico Comiti Palatino Rheni, qui ad eū castrū suum Mannheym duxit custodiæ carcerali mancipandum. Eo tempore quo causa depositionis Ioannis Papæ in concilio adhuc pendebat, Gregorius qui Angelus de Cararia dicebatur, de cessione sui iuris, quod in Papatum se habere prætendit, plurimum solicitabatur. Vnde tandem missis procuratoribus ipse concilium Constantiense approbauit, & IV. die mensis Iulii Rege cum regiis insigniis præsente per illustrē domicellum de Malatestis de Carimino, ad hoc habentē speciale mandatū papatui & omni iuri sibi in eo competenti in publica sessione coram concilio renunciauit. Quam renunciationem rex & totū concilium gratanter acceptabant & approbabant, quamtis dudum per concilium Pisanū iam depositus fuisse credebatur, cuius cōtinuationem hoc concilium per decretū concilii expresse agnitum & decretum fuit. Vnitis

igitur ſic iſtis duabus obedientiis decreuit conciliũ, vt Angelus de Cararia poſt ſummum Pontificem eligendũ ſuper omnes Cardinales primum locum obtineret & legatus ſedis Apoſtolicæ in Marchia Anchonitana ad tempora vitæ ſuæ maneret: Cardinales etiam eius inter cæteros Cardinales digno honore reciperentur. Poſtquam verò Ioannes olim Papa fuit depoſitus, & Gregorius ſimiliter in ſua obedientia papatui renunciauit, vt dictum eſt, ordinati fuerunt per conciliũ certi prælati, viri ſolemnes, vt cum Dn. Sigiſmundo Rege Rom. verſus Hiſpaniæ partes pro tractatib. habendis cum Petro de Luna (Benedictus Papa) in ſua obedientia nominato proficiſcerentur: Et profecti ſunt cum Rege de Conſtantia in menſe Iul. ſupradicto, & poſt graues iterum labores ad eum peruenerunt, & multis cum eo tractatibus habitis, finaliter nihil profecerunt. Vnde tandẽ ipſo Petro de Luna ſe in quoddam caſtrum in mari ſitum munitiſſimũ cum theſauro & nonnullis familiarib. ſuis recipiente, rex Sigiſmundus cum oratoribus concilii generalis parte ex vna & ambaſſatoribus Arragoniæ, Caſtellæ & Nauarræ Regum & *Arnigmati & Fuxi comitum parte ex altera, tertia die menſis Dec. in Eccleſia Narbonenſi conuenerunt: & ipſo Petro de Luna in ſua pertinacia relicto, ſuper vnione mutua, (quantum ad reformationẽ vniuerſalis eccleſiæ) certis modis concordabatur literis, iuramento & ſigillis eorum roboratis ſub forma publicorum inſtrumentorum confectis ſuper eiſdem. Quibus expeditis Dn. Sigiſmundus Rex verſus regnum Franciæ ſe contulit, & deinde ad regnum Angliæ, vt reges regnorum illorũ pacificaret: Vnde per æſtatem & Autumnum ſequentes, ſcil. anno Dn. MCCCCXVI. in regnis illis moram traxit. Sed tandem quantum ad concordiam regnorũ illorum pax ſucceſſit. Et interim dum ipſe ibi perſeuerauit ambaſſatores regum & principum Hiſpaniæ prædictorũ Conſtantiam venerunt circa principium æſtatis, & multis tractatibus præcedentib. cum adhuc in Schaffhauſen moram traherẽt, tandem à concilio cum magno recepti ſunt honore, ipſiq; cum regnis prædictis concilio ſunt iuncti, & ſic cõcilium in quinq; nationes eſt diuiſum. Rex igitur Sigiſmundus circa finem autumni ad partes Alemaniæ reuerſus, per plures dies Aquiſgrani ſubſtitit, & conuocatis ad ſe ibidem Dominis Theoderico Archiepiſcopo Colonienſi & Adolpho Duce Montẽſi cum fratribus & auxiliariis eorum lites & bella inter eos magno cum labore diremit, & non diu poſt ad cõcilium Conſtantiam eſt reuerſus.

Arnigmati

Pendentibus ſic cauſis ſuper Eccleſiæ vnione ſupra dictis, cauſa fidei deducta fuit in concilium ſuper articulis Ioannis Wicklef dudum defuncti: & licet ex libris dicti Ioannis Wicklef extracti fuerint ducenti ſexaginta articuli erronei, & in concilio nuper in vrbe celebrato damnati: tamen quia quidam magiſter in artibus, dictus Ioannes Huſs articulos ex eis aſtruere & defendere nitebatur, quos ipſe & alter magiſter Pragenſis dictus Hiernoymus publice prædicabant Pragæ, & fere totum regnum Bohemiæ hæreſi impleuerant, ita vt Wenzelaus Rex frater Dn. Sigiſmundi Regis Romanorum ſupra dicti, eis conſentiens, ipſos & errores eorum tyrannice defenderet. Vnde tandem ſtudium Pragenſe interuerſum fuit, idcircò prædicti magiſtri, videlicet Iohannes Huſs & Hieronymus per Conſtantienſe concilium citati ſunt ad reſpondendum ſuper certis articulis numero XLV. de quorum aſſertione, prædicatione, & defenſione publice infamati fuerunt: Vnde ibidem Ioannes Huſs igni adiudicatus eſt & combuſtus. Hieronymus verò magiſter Pragenſis, licet ſupra dictos articulos dudum tenuit & defendit, tamen in ſeſſione publica XXIII. die menſis Septemb. anni MCCCCXV. ſe correxit pœnitentiamq; ſuſcepit, necnon prædictos articulos publice abiurauit. Sed quia non perſeuerauit, & quoſdam ex eis iterum defendere non dubitauit, igni adiudicatus eſt & combuſtus: qui dum accederet ad ignem, cantauit alta voce: Credo in vnum Deum, vſque ad finem: Deinde cantabat reſponſorium, Circumdederunt me viri mendaces. Et poſt hoc cantauit reſponſorium, Chriſti virgo dilectiſſima. Hæc Goblinus. Vacauit autem pontificum ſedes poſt depoſitionem Ioannis XXIII. duobus annis, menſibus ſex. Hæc Matthæus Florentinus.

Articuli

Articuli qui dicuntur dogmatisati à Wiclepho.

Substantia panis & vini materialis manet in Sacramento altaris post consecrationē. Accidentia panis & vini non possunt esse sine subiecto in prædicto Sacramēto. Christus non est in ipso Sacramento identice & realiter in propria persona corporali. In calice altaris pro cōficiendo Sacramento sanguinis aqua nullatenus est admiscenda. Sacramentum confirmationis est inutile & superuacuum. Si homo fuerit de peccatis suis corde contritus, confessio oris exterior apud Sacerdotem est superflua & inutilis. Sacramentū extremæ vnctionis est inutile & superuacuum. Relatum est etiam sacro consilio quod nōnulli in Bohemia Sacrum chrisma & oleum sanctum dehonestent & ocreas huiusmodi chrismate & oleo perungant. Sacro chrismate nullatenus inungendi sunt qui baptisantur. Nullus ritus seu obseruantia vniuersalis Ecclesiæ seruari debet circa Sacramenta in vestibus & paramentis hactenus per Ecclesiam obseruatis. Post hanc vitam non est purgatorium, sed omnis anima corpore exuta siue satisfecerit in vita de peccatis suis, siue non, sine vlla mora vadit ad perpetuam gloriam Paradysi, vel ad perpetuam pœnam inferni. Vanum est orare pro mortuis, &c. Non sunt orandi Sancti Dei, nec eorum suffragia quidquā prosunt pro defunctis. Imagines Iesu Christi aut salutiferæ crucis ac B. virginis & Sanctorū Dei non sunt venerandæ, sed confringendæ & comburendæ: similiter & reliquiæ, quorumq; Sanctorum etiam Beatorum Petri & Pauli. Ieiunia quadragesimalia & alia ab ecclesia indicta nō sunt curanda nec seruanda, & generaliter nulla præcepta Ecclesiæ, nec etiam celebratio festiuitatum Sanctorū Dei introducta ab Ecclesia. Præcepta Ecclesiæ circa habitū & tonsuram clericorū, & horas canonicas nō sunt seruanda, nisi ea duntaxat, quæ continentur specifice & verbotenus in lege Euangelica. Si Episcopus vel Sacerdos existat in peccato mortali non ordinat, nō consecrat, non baptisat. Nullus est Dominus ciuilis, nullus est prælatus dum est in peccato mortali. Populares & subditi possunt ad suum arbitrium dominos delinquētes punire, corrigere & deponere. Omnes religiosi tam monachorū professorū, quàm fratrum mendicantium sunt reprobati & à Diabolo introducti. Et sunt qui instituerunt huiusmodi religionem, viri Diabolici, & omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, & qui dant eis elecmosynas, peccant. Omnia de necessitate absoluta eueniunt. Orationes præscitorum nulli valent. Per præscitos habens perfectam fidem & charitatē non est tunc in gratia Dei gratū faciente: nec est pars Ecclesiæ, nec habet aliquam prælationem in Ecclesia. Econtrà prædestinatus mortaliter peccans nō est membrum diaboli nec extra Dei gratiam gratum facientē: vniuersitates, studia, collegia & graduationes & magisteria in eisdem sunt ex vana gentilitate introducta, & tantum prosunt Ecclesiæ, sicut diabolus. Nulla excommunicatio Papæ vel alterius prælati timenda est. Fatuum est, credere indulgentias Papæ vel Episcoporū. Omnia iuramenta illicita sunt, quæ fiunt in iudiciis seu ad roborandum humanos cōtractus seu commercia ciuilia. Sancta vniuersalis Ecclesia est tantum prædestinatorum vniuersitas. Obedientia Ecclesiastica est secundum inuentionem Sacerdotum Ecclesiæ præter expressam autoritatem Scripturæ, &c.

Nota bene: Cupiebat sacrum concilium certificari ab oratoribus Bohemorum, quibus verbis sacerdotes eorū vtuntur in consecratione corporis & sanguinis Domini. Item an seruetur in Bohemia præceptum de matrimoniis non contrahendis vsque ad quartum gradum consanguinitatis & affinitatis inclusiue: & si infra illum gradum contrahatur, an sit verum matrimonium. Item quam potestatem putent sacra concilia generalia legitime congregata habere in Ecclesia Dei. Item an putent quod Papa canonice electus, sit vicarius Christi in terris & successor Beati Petri Apostoli, & quam potestatem arbitrentur ipsum & Episcopos habere in Ecclesia Dei. Cupiebat etiam scire an credant Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, & an putent esse hæreticum qui hoc non crediderit. Item, an credant esse hæreticum quicunque pertinaciter contradixerit quatuor Sanctis conciliis Niceno, Constantinopolitano, Ephesino primo ac Chalcedonensi, quæ vniuersalis Ecclesia veneratur vt Sancta quatuor Euangelia, &c.

Ad istos articulos præfati Bohemi responderunt : articulos illos non esse regni Bohemiæ, &c.

Imperialia. Iodocus Marchio Morauiæ post mortẽ Dn. Ruperti Rom. regis An. Dn. MCCCCX. XIX. die Septemb. fuit electus in regem Rom. sed non coronatus : & vixit electus ad quinq; menses, & ita obiit nihil insigne faciens. Quapropter inter Imperatores non est accensendus, & in præsenti chronographia nouum numerũ non facit. Sed sciendum Iodocum istum per Ioannem Moguntinensem, Fridericum Colonien sem Archiepp. & per procuratores Ducis Saxoniæ & Marchionis Brandeburgensis fuisse electum. Hæc ex Chronicis. Vnde Goblinus: Electores venerunt apud Francofordiam pro rege eligendo. Et Archiepiscopus Treuirensis, Ludouicus dux Heydelbergensis Palatinus Rheni & Burgrauius Nurenburg. vt procurator Marchionis Brandeburgensis (quantum ad electionẽ pertinebat) elegerunt Dn. Sigismundum regem Vngariæ fratrem regis Bohemiæ ad quem spectabat Marcha Brandeburgensis in Regem Rom. Archiepiscopis Colonien si & Moguntinensi adhuc in deliberatione pei sistentib. Sed Rex Bohemiæ & Dux Saxoniæ ad electionem non venerũt: Et statim Archiepiscopus Moguntinus mandauit ne oppidi Francofordiæ aperirẽtur ecclesiæ, ne illi, qui elegerant electionis factæ publicationem & solemnisationẽ consuetas perficiendi haberẽt facultatem : Vnde illis venientibus ad fores Ecclesiæ nec ingressum habere valentibus, Electionis illius publicatio retro chorum ipsius Ecclesiæ facta est per eosdem : Sed postea Moguntinensi & Colonien si Archiepiscopis iterum conuenientibus, Iodocus Marchio Morauiæ vir grandæuus per ipsos in Regem est electus : Qui post eodem anno defunctus est, & deinde præd. Archiepiscopi Moguntinensis & Colononien sis in regẽ Vngariæ supradictũ cum aliis cõsenserũt.

Sigismundus Rex Vngariæ, Croaciæ in Regem Rom. eligitur anno Dn. MCCCCXI. Iste erat filius Caroli quarti Imp. & fuit coronatus Aquisgrani anno Dn. MCCCCXIV. die octaua Nouemb. Regnorum suorum Vngariæ, Croaciæ, &c. Anno XXVIII. Romanorum verò electionis anno quarto. Et demum coronam imperii assumpsit in die Pentecostes anno Dn. MCCCCXXXIII. ab Eugenio quarto in vrbe Romana. Imperauit verò in regno Romanorum per XXVII. annos. (In aliquibus chronicis habetur XXVIII.) Sed illi cõputant à prima eius electione, quæ facta fuit anno salutis MCCCCX. Mundi verò MMMMMMDCVIII. In regno Vngariæ regnauit per XLII. annos. In regno Bohemiæ per XVIII. an. Fuit homo bellicosus & victoriosus contra Turcas & Sarracenos: gessit XIII. bella, in quibus habuit victoriam. Multos labores subiuit pro extirpatione hæresis in Bohemia & Praga & in Morauia. Sciuit multas linguas, primò Latinam & Theutonicã, Bohemicam, Slauicam, Italicã & Gallicam, quibus omnibus loqui congrue poterat. Fuit in S. concilio Constantien si, & venit eô in principio cõcilii illius scil. in die natiuitatis Domini, & elegit Euangelium (Exiit edictum à Cæsare Augusto.) Adolphum Comitem in Ducem & eius Comitatum Cliuensem Constantiæ erexit in Ducatum. Similiter Dn. Amedæum Comitẽ in Ducem, & eius comitatũ de Sabaudia in ducatum extulit : Et quanquam regis Wencelai tempore dominium de Mediolano fuit erectũ in ducatum, tamen Sigismundus dedit Duci Mediolano moderno arma imperii scil. Aquilam cum capite coronato deferendi eum suis armis scil. Vipera siue Colubro ; & plura mirabilia facta fuerunt in illo concilio per dictũ Dn. Sigismundum. Laborauit strenue pro reparatione Ecclesiæ in capite & in membris & pro extirpatione hæresis in Bohemia, & pro pace in Francia inuenienda, & vt sacrum concilium Basileæ celebraretur, prout per Dn. Martinũ Papam quintum erat concessum. Vnde anno Dn. MCCCCXXX. Dn. Iulianus Cæsarinus Cardinalis S. Angeli fuit missus in Germaniã pro extirpatione hæresis Bohemicæ, & pro vniuersali in Basilea celebrando concilio: Pro cuius (concilii) defensione dictus Imperator misit Wilhelmum Ducẽ Bauariæ in protectorẽ, & durante hoc cõcilio Dn. Sigismundus anno Dn. MCCCCXXXII. recepit se versus Romã ad acceptandã coronã imperii & ad inducendũ Dn. Eugenium Papam IV. ne cõcilium Basilien se dissolueret, sed vt ibi se sisteret, vt sic fieret exstirpatio hæresis in Bohemia, & pax in Francia. Fuerunt autem dicto Dn. Sigismundo transeunti per Italiam ad vrbem multi habiti honores : substitit q; Senis per quinque menses : vnde ciues Senen ses, tum luere debuerũt quod olim peccarunt, cũ Dn. Carolo Imp. quarto Sigismundi patre cũ Papa

Vrbano quinto ad vrbem Romanam proficiscente,& ad dictam ciuitatẽ Senensem appellente, postquam iterũ discessisset, vxorẽ eius matrem Dn. Sigismundi, & tunc ex illo grauidam in lupanar duxerunt: quia pro isto delicto Sigismundo Cæsari vltrò expensas iam dederunt ad trecenta millia ducatorum.

Item anno Dn. MCCCCXXXIII. die XXI. mensis Maii in festo ascensionis Domini intrauit vrbem Sigismundus, & in die Pentecostes recepit coronã siue insulam Imperialem per manus Dn. Eugenii Papæ prædicti : & quia Imperator intellexit Papam Eugenium velle concilium Basilienſe dissoluere, & ob hoc illos de concilio contrà Papam procedere, conatus fuit inducere Papam, vt plene adhæreret concilio,& reuocaret dissolutionem : verùm quia Dn. Papa in aliquibus punctis se fecit grauem, ideò deliberauit Imperator, vt in propria persona descenderet ad concilium Basilienſe, ipsumq; concilium de mente Dn. Papæ informaret. Venit igitur Imperator in vltima die termini Domino Papæ assignati scil. XI. die Octobr. ex improuiso circa horam meridiei Basileam,& statim in maiori Ecclesia fecit fieri congregationem, vbi petiit terminum illum ad octo dies prorogari: quo ac aliis obtentis multa bona fecit in sacro concilio ne schisma fieret : & mansit in concilio ab ista die vsq; ad vndecimam mensis Maii, quo die recessit ad partes Bohemiæ & Vngariæ, ibiq; anno Dn. MCCCCXXXVII. die IX. Decemb. in oppido Znoyma posito in Moratia obiit,& fuit inde ductus ad sepeliendũ versus Vngariam ad Waradinum, vbi reges Vngariæ sepeliri consueuerunt. Hæc Emundus vbi supra,&c.

Item Ioannes XXII. collegit de libris prædecessorum suorum ex ordine S. Benedicti summos Pontifices fuisse XXIV. Cardinales CLXXXIII. Archiepiscopos MCCCCLXXXIV, Episcopos MDII.| Abbates insignes MMMMMMMMMMMMMMMLXX. Et habuit ordo canonisatos Sanctos quinq; millia quingenta quinquaginta quinque.

Item tempore istius Imp. Sigismundi obiit Florentiæ Nicolaus medicus magnũ relinquens opus, quod de omni medicina ex veterioribus autoribus exquisite cõdiderat. Item Leonhardus Brunus Aristotelis Ethicorũ libros per hæc tempora Latinos facit,& decem & octo annos post politicorũ quoq; libros transtulit. Concilium Constãtiense celebrari ceptum quod incredibili fere principum prælatorumq; frequentia tres annos durauit. Hæc Florentinus. In hoc Sacrosancto concilio generali, in quo quinq; nationes orbis Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ subiecti conuenerunt, ventilata fuit quæstio per quendam Abbatẽ S. Benedicti ordinis nationis Germanicæ quot videl. essent in vniuerso Christianitatis orbe monasteria monachorũ ordinis S. Benedicti. Et facta inquisitione diligenti per certos deputatos nationum prædictarũ repertũ est quod domus claustrales ordinis prædicti (in quibus sunt sex monachi ad minus) sunt quindecim millia centũ & septem præcise. Rursum ad quęstionem eiusdem abbatis repertum fuit atq; determinatũ esse triginta quinq; millia quadringentos & quadraginta nouem prædicti ordinis ab Ecclesia canonisatos & catalogo sanctorum ascriptos monachos. Hæc frater Ioannes de Stabulaus monachus eiusdem ordinis in suo chronico quod de Pontificib. Leodiensib. conscripsit.

Anno eiusdem Sigismundi v. Ioannes pontificatu se abdicauit. Anno seq. Gregorius, qui ante Pisanum cõcilium fuerat Pontifex, Constantiam misit & legitime papatu cessit. Benedictus quondam in Gallia Pontifex se pontificem pertinaciter asseuerans autoritate cõcilii rursus improbatus, damnatur. Hæc Florentinus. Postquam Ioãnes depositus erat à papatu, Rex dedit gratias ad beneficia Ecclesiastica expectatiuas sub illo colore quod de cõsuetudine antiqua haberet primarias preces in qualibet collatione beneficiorũ ad ecclesiasticas personas spectante: & licet cõsuetudo illa in memoria hominũ in inferiori Germania non fuit, plures tamen clerici eo modo beneficia fuerunt assecuti. Hæc Goblinus. Plura in diuersis mundi nationibus contigerunt, quæ compendii causa omisi.

Anno Dn. MCCCCXIV. octauo Idus mensis April. obiit D. Fridericus Archiepiscopus Colon. & die ad præficiendum Ecclesiæ Colonensis pastorẽ per capitulũ eiusdẽ decreto adueniente, multi principes & nobiles interceſſerũt pro Dn. Wilhelmo de Monte electo Paderbornensi, vt postularetur & conuenientib. paucis canonicis ad locũ capitularẽ, alii de ciuitate ad oppidũ Bonen. profecti sunt. Et quia Dn. Theo- *Colonienſia.*

dericus de Moersa præpositus Bononiensis, nepos Dn. Archiepiscopi thesaurum & clenodia per eum relicta & castra quædam diœcesis Colonensis iam apprehendit, multorum fauores sibi conciliando pro sui electione fortiter instabat. Vnde electio facta est bipartita: Illis quidem canonicis, qui Coloniæ remanserant, Dn. Wilhelmum præfatum postulantibus: Aliis verò in præfato oppido Dn. Theodericũ prædictum quinta die post diem ad hoc primo decretum eligentibus.

Isto anno in marchionatu Misnien si in oppido Sangerhusem multi hæretici deprehensi sunt, qui articulos infrà scriptos contra fidem catholicam tenuerunt & occulte docuerunt. Primus articulus erat, dici sectam eorum fratres flagellatores seu crucis fratres, & originem ex quibusdam scripturis per angelos sanctos super altare S. Petri Romæ delatis circa annum natiuitatis Christi MCCCXLVIII. habere. Vnde ipsi primo illo tempore per mundum discurrentes se flagellis cęciderunt, & dixerunt Deum illo tempore Romanum pontificem cæterosq; prælatos ne deinceps populo Christiano præessent, sustulisse, eosq; omni autoritate ligandi atq; soluẽdi, aut quascunq; res consecrandi priuasse: & vt in expulsione negotiorum de templo Christi propter malitiam sacerdotũ abiecit & repudiauit sacerdotium Iudaicum, ita in aduentu crucis fratrum propter sacerdotũ nequitiam sustulisse Deum & abiecisse sacerdotium Euangelicum. Eoque modo sex Sacramenta Ecclesiæ cessauisse. Secundus articulus erat, quod in transitu crucis fratrum, videlicet quando primò cum flagellis per mundum cruce eos præcedente, & ipsis se flagellantibus transierunt, legem tum Baptismi in aqua exstinctam à Deo, & legem Baptismi in proprio sanguine institutam. Aiunt enim quod Christus in Chana Gallileæ circa finem conuiuii nuptialis aquam mutauit in vinum rubeum, eo significari quod circa finem mundi baptismus aquæ in baptismum sanguinis mutari deberet, & sicut vinum rubeum pro omni vino prius posito conuiuantibus magis placuit. Ita nouam legem baptismi sanguinis Deo præ cunctis legibus placere dicunt, nec post prædictum transitũ verum fuisse Christianũ, nec intrare quenquam potuisse in regnum cælorũ, nisi qui proprio sanguine de corpore suo per flagellum in memoriã passionis Christi sponte excusso fuerit baptisatus. Tertius articulus erat in sacramento altaris, nec verũ corpus Christi, nec verũ Deum esse, & ipsum Sacramentũ esse kubuc sacerdotum. Quartus erat, ad remissionem peccatorũ nihil prodesse confessionẽ factam sacerdoti, nec factam per eundem absolutionem, sed quantumcunq; enormia sint peccata, sufficere cum cordis contritione solã flagellationẽ proprii corporis. Vnde omnes indulgentiæ per quemcunq; concessæ, nullæ sint. Quintus erat, Eliam & Enoch iam diu apparuisse in mundo & mortuos esse, & præsertim Eliam combustum ante XL. annos Erfordiæ. Et Enoch fuisse magistrũ Conradum Schmidt (siue fabrum Latinè) qui huius sectæ primus diuulgator in Turingia fuit. Sextus articulus erat, creasse Deum animas omnes simul in principio, & collocasse in Paradysum cum primo homine: cum verò fœtus humanus in vtero matris debet animari, tunc animam per Angelũ de Paradyso sumptam illi infundi, & eodem modo animas Enoch & Eliæ prædictis eorũ hæresiarchis infusas fuisse. Articulus septimus erat, magistrum illũ Conradũ eorum hæresiarchã sessurum ad iudicium vt iudicem in nouissimo die, & non Christum. Octauus articulus, post mortem nullum esse purgatorium & exequias defunctorũ nihil prodesse defunctis, sed esse solatia viuorum, & replere marsupia clericorum. Nonus erat, nullius diei festum celebrandũ, nisi diei Dominicæ & natiuitatis Christi, & assumptionis B. Mariæ virginis. Decimus erat, nullum esse obseruandũ ieiunium, nisi feria sexta & in vigilia natiuitatis Christi & in assumptione B. Mariæ virginis: Et cum dies natiuitatis Christi incidit in feriam sextam, super ieiunio illius diei dispẽsari nõ posse. Item confessi fuerunt quod ipsi se in obseruatione festorũ & ieiuniorum ac in veneratione sanctarum imaginum (quarum venerationẽ asserebant idololatriam) aliis Christianis conforment, hoc ideò facere ne notẽtur ab hominibus. Sed agere postea pœnitentiam cum flagellis sẽ percutiendo. De præmissis articulis hæretici illi culpabiles inuenti per magistrum Henricum Schoneuelt Theologiæ magistrum & inquisitorẽ hereticæ prauitatis igni adiudicati in præfato opido Sangerhusem cõbusti sunt. Postquã postulatio de Dn. Wilhelmo de Monte, & electio de Dn. Theoderico de Moer-

de Moersa prædicto fuerũt celebratæ, ad Dn. Ioannẽ Papam pro confirmatione seu prouisione solemnes viri cum maximis mittuntur expensis per partem vtramq;. Et maior quidem pars capituli Domino Theoderico adhæsit, qui castrorum & terrarum pro maiori parte sibi vendicauerat possessionem. Cum enim Dominus Fridericus auunculus eius suprà dictus moreretur, iste thesaurum & clenodia ipsius primò, deinde plura castra Ecclesiæ nondum electus occupauit. Sicq; canonicorum & multorum aliorum fauoribus conquisitis, plura de castris distraxit & oppignerauit, magnasq; pecuniarum summas collegit, qua de causa multa millia florenorum expenderet & promitteret, Papa præsertim ad importunam instantiam Sigismundi Regis Romanorum & Vngariæ, & Ioannis Archiepiscopi Moguntinensis eum duxit confirmandum: & verbo primo confirmauit, non obstante, quod plures principes Teutonici pro Domino Wilhelmo supplicarent: Quapropter Dom. Wilhelmus ab huiusmodi prouisione tanquam de notoriè intruso & progressu symoniaco procedente facta ad vnicum verum & indubitatum summum Pontificem & ad sedem Apostolicam & ad concilium generale Constantiæ tunc celebrandum appellauit, & in appellatione sua Dn. Ioannem Papam, non simpliciter Papam, sed Dn. Ioannem, quem Bononiensem, & quidam alii Papam modernũ appellant, nominauit, & hanc appellationẽ suam valuis ecclesiæ Colon. publice fecit affigi. Sed nihilominus Dn. Adolphus Dux Montensis ad Gregorium pro cõfirmatione seu prouisione Dn. Wilhelmi videl. fratris sui legationẽ destinauit. Et quia multi principes & Domini cum Dn. Wilhelmo confœderationem inierunt, bella grauissima inter ipsas partes cæperunt, quibus capitulum & ciuitas Paderburnensis cum ligæ suæ cõsortibus immiscere se cupientes cum dicto Dn. Theoderico & sibi adhærentib. fœdus inierunt postquam de decreto confirmationis eius supra dicto facti certiores fuerũt.

Anno sequenti scil. salutis MCCCCXV. die II. mensis Octob. Theodericus Archiepiscopus Colonienſis venit Paderbornam & admissus est pro administratione ibidem & ciues præstiterunt ei iuramenta fidelitatis: & decima quinta die post Bernardus de Hoerde tradidit nouum castrum in manus eius. Videns igitur Dn. Wilhelmus electus Paderbornensis æmulorum suorum fraudibus non posse se viribus resistere & dispensationis super consecrationis dilatione sibi ad Ecclesiam Paderbornensem à sede Apostolica concessa, tempus infra annum exspirare, nec præsumens posse ad Ecclesiam Colonienſem se peruenire, quamuis Adolphus Dux Montensis frater eius bellis grauissimis Archiepiscopum Colonienſem continue fatigauit, tamen æmulorum prædictorum commenta & fallacias alia quadam via industrie dissoluit. Nam cum dicto Archiepiscopo amabiliter pacificatus, cum eo affinitate se coniunxit, filia sororis eius Adelheyda (videlicet filia Comitis de Teckennenburg) ducta vxore. Et celebratis nuptiis in castro Arnsberch, XIX. die mensis Februarii, eodem Domino Episcopo Theoderico præsente: sicq; prædicti æmuli illum, quem sibi ad Wilhelmi exterminationem asciuerant, coacti eius tolerare defensorem. Hæc Goblinus. Itaq; pacifice Dn. Theodericus de Moersa retinuit episcopatum. Iste magnificus erat præsul, honor & decus totius Ecclesiæ ac præpotentum Dominorum temporalium gloria, & in persona sua ad honorem Dei magnum exercitum in Prussiam duxit ad debellandum Gentiles, quorum multa millia ibidem bellorum viribus contriuit, & post longum conflictum paucis suorum amissis, cum triumphi laude rediit. Item bis cum maximo exercitu debellauit perfidos hæreticos Pragenses regni Bohemiæ, vbi adiuuãtibus Christi fidelibus charactere crucis insignitis multas perfidorum munitiones cum magno honoris præconio vicit & glorioſe domum rediit. Tandem cum inclytus iste & reuerendus pater Dominus Theodericus de Moersa huius nominis secundus inter Pontifices Colonienses, vir glorioſus, bene literatus & ab omnibus terræ circumuicinis principibus plurimum honoratus, & in condigna reuerentia habitus, Dei omnipotentis adiutorio episcopatum suum Colonienſem annis XLIV. honorifice ac strenue gubernasset; multisq; potitus victoriis pacem Ecclesiæ & terræ suæ reddidisset, conseruasset, & reliquisset, obiit anno Domini MCCCCLXIII. die decima quarta Februarii, sepultus Coloniæ in Ecclesia S. Petri in oppoſito trium Regum. Hæc ex Chronicis.

Brabantiæ. Ioannes huius nominis quartus inter Duces Lotharingiæ & Brabantiæ filius primogenitus Antonii Ducis prædicti post decessum patris sui fuit intronisatus, & receptus in Ducē Brabantiæ, Lotharingiæ & Lymburgiæ, Louanii An.Dn.MCCCCXV. die Martis XIV.Ianuarii secundum stylū curiæ Cameracensis, & cōsequenter in aliis oppidis. Fuit homo modestus & affabilis ac tener, qui anno ducatus sui tertio duxit vxorem Dn.Iacobam filiam Wilhelmi Ducis Bauariæ & quondam Comitis Hollandiæ, &c. de consilio proximorum suorum, quamuis in secundo gradu consanguinitatis coniunctam, Martino Papa dispensante, vnde multa mala prouenerunt. De quorum gestis atque bellis tempore suo habitis in Hollandia contra Iohannem Ducem de Bauaria quondam electum Leodiensem, captione montis Sanctæ Gertrudis & obsidione Dordracensi, atque bello gesto in Hannonia cōtra Hunifridum Ducem Gloceſtriæ quartogenitum filium Henrici quarti Regis Angliæ, captione oppidi Grauiæ Comitis, & obsidione Montium Hannoniæ compendii causa nihil hic ascribo.

Anno ducatus eiusdem Iohannis quinto scilicet salutis millesimo quadringentesimo vigesimo, Pontificatus Domini Martini Papæ quinti tertio, vt & anno sequenti, multi nobiles qui Bruxellam venerant ad Domini Iohannis Ducis Brabantiæ mandatum, vigesimo septimo die Ianuarii, propter conceptam proditionem eiusdem oppidi ibidem detenti, & multi nobiles milites: Scabini armigeri vbi decollati fuerunt, & quidam intoxicati per populum dicti oppidi: Eodem anno cruce signati iuerunt contra Pragam Bohemiæ.

Item anno ducatus eiusdem Ioannis XII. scilicet salutis MCCCCXXVI. Ioannes Dux impetrauit à Papa Martino quinto studium vniuersale Louanii instituendum, sed sine professione Theologiæ: quod tamen postea Eugenius Papa quintus concessit. Et inchoauerunt Doctores & Magistri lecturas suas in qualibet facultate secunda die mensis Decembris anno Domini prænotato. Tandem Dux Iohannes Brabantiæ anno ducatuum suorum duodecimo, comitatum Hannonicum Hollandiæ & Zelandiæ octauo, vel circa obiit Bruxellæ in curia sua anno Domini MCCCCXXVI. die Iouis XII. Aprilis ante Pascha. Et est sepultus iuxta patrem suum & matrem in Ecclesia Sancti Iohannis Furensis, nulla prole relicta. Cui successit Philippus frater eius, &c.

Concilium Constātiense. Demum anno Domini MCCCCXVII. mensis Martii die XVI. concilium Constantiense cum Regis Sigismundi cōsensu contra Petrum de Luna citationem emisit, & citauit eum ad primum diem mensis Aprilis, sed terminus continuatus vsque in mensem Iulium fuit, vt interim mitterentur viri idonei ad accedendum præsentiam eius, & vt ipse sufficiens haberet tempus præparandi se ad viam, & veniendi ad concilium. Sed permanens in pertinacia sua per concilium in pœnam contumaciæ Papatu priuatus est, quamuis dudum per Pisanum concilium priuatus videretur. Post hoc electi sunt viri literatissimi ex omnibus illis nationibus, qui nomine totius Ecclesiæ reformationem status Ecclesiæ ordinarent & conscriberent. Illis autem moram facientibus, orta est seditio inter Regem & nationem Germaniæ parte ex vna, & cætetas nationes parte ex altera, Rege cum suis volente, vt priusquam ad electionem summi Pontificis procederetur, fieret reformatio Ecclesiæ tam in capite quàm in membris, contendentibus ex aduerso reliquis, vt prius procederetur ad electionem Papæ, per quem reformatio Ecclesiæ esset deducenda ad effectum. Tandem reformatione concepta, nondum tamen publicata processum est ad electionem Summi Pontificis: quō ex qualibet natione electi sunt viri literatissimi & deuoti sex, vt essent numero triginta, qui vnà cum Cardinalibus omnibus eligerent Papam. Simul igitur sunt ingressi conclaue Cardinales quidam numero XXI. & cæteri triginta die Lunæ, octaua mensis Nouemb. postquam iam per tres annos integros continuatum concilium fuisset. Vndecimo verò dicti mensis die concordes effecti elegerunt Dominum Ottonem de Columna nobilem Romanum Cardinalem, qui de obedientia Vrbani sexti descenderat, & appellatus est Martinus quintus. Eodem quippe die festum B. Martini Episcopi celebrauit Ecclesia, & in octaua S. Martini coronatus fuit Pontifex anno Dn. prænotato, & sedit

annis

annis XIII. mense vno, diebus XVIII Postquã vero Dominus Martinus Papa prædictus fuit coronatus, per nationes concilii vrgebatur, reformatio Ecclesiæ tam in capite quam in membris, prout in reformatione per electos conceptum prius erat: Sed quia non omnes æque ardenter instabant Cardinalibus etiam in hoc torpentibus, parum profecerunt. Vnde natio Gallicana regem adiit, petens ab eo vt Papam ad reformandum Ecclesiam solicitaret. Qui respondit: Dum nos vt reformatio fieret Ecclesię priusquam ad Electionem summi Pontificis procederetur, instabamus, vos à nobis dissensistis, & Papam, priusquam fieret reformatio Ecclesiæ, habere voluistis. Ecce igitur Papam habetis quem & nos habemus: illum pro expeditione huius reformationis adite, cum nunc nostra non ita interfit vt intererat sede Romana vacante. Huc vsque Chronica Goblini quondam Decani in Bilenuelde in Bœdeken sepulti in monasterio Canonicorum regularium Wyndesemensium quæ Cosmodromium, id est mundi cursum inscripsit.

Martinus iste fuit Papa potentissimus, super omnes diues, & iusticiarius magnus, plateas & stratas publicas securas reddidit, hæreticos deleuit, multa bona patrauit, adiuuante inclyto Principe Sigismundo: vt & pro terra sancta recuperanda multos thesauros congregauit, sed morte præuentus res impedita fuit. Tamen etiam paulo ante mortem congregari iussit concilium Basileæ. Hæc Wernerus. Iste etiam Martinus omnia pene priuilegia capitulo nostro de Wyndesem à Romanis Pontificibus, legatis sedis apostolicę & ordinariis locorum prius indulta rata habuit & approbauit, plurimaq; ordini & Capitulo nostro vtilia & necessaria in bulla sua plumbea sponsa Christi appellata benigne concessit, ac de verbo ad verbum coniuncta diligẽter articulata plenius expressit, prout singula nostra monasteria in registris & inuentariis ea nunc habent descripta in copiis. Similiter fecit Eugenius Papa quartus & alii Apostolicę sedis à latere legati, qui bona & vtilia priuilegia capitulo generali prædicto iam contulerunt, quæ in bullis & membranis habemus. Iste etiam Martinus Papa dedit gratiam, iubilęi semel in vita, & semel in morte omnibus iis qui concilio interfuerunt, dummodo feriam vnam in Hebdomada per annum ieiunauerint. Item statuit sicut & concilium neminem in diuinis vitandum nisi nominatim excommunicatum, vt excommunicatio iuris tantum noceat excommunicato: Et sola excommunicatio per hominem facta attingat participantem (Hæc Ioannes regularis.) Iste etiam Martinus Papa quintus dedit crucem contra hæreticos Bohemos, & erat ibi peregrinatio generalis anno Domini MCCCCXXI. in Augusto, anno Pontificatus eiusdẽ Martini quarto. Et in illa peregrinatione generali natio Germanica habuit vltra centum millia virorũ armatorũ: Sed cum exiguo fructu: quanquam ibi simul erant omnes Electores Imperii. Et Dominus Episcopus Ioannes de Hensbrech Leodiensis, & plures alii duces & comites & multi nobiles ex Brabantia. Inter omnes tamen præcipuus & quasi capitaneus erat Archiepiscopus Colonienſis Theodericus de Moersa. Hæc Emundus.

Postquam autẽ sepultus in Hannonia in † Kenot prope progenitores suos fuerat glorioſus & magnanimus Princeps Wilhelmus Palatinus Rheni, dux Bauariæ, Comes Hannoniæ, Hollandiæ & Zelãdiæ, & Dominus Frisiæ, qui cunctis diebus vitæ suæ bella gessit, ac Hollandiam annis XIII. cũ dimidio potentissime gubernauit, Iacoba illustrissima Principissa relicta vidua Delphini Franciæ, ac vnica filia præfati Principis apparatu regio anno Domini MCCCCXVII. ad paternos comitatus veniens fidelitatẽ incolis iurauit, & Homagium à Vasallis accepit, priuilegia, libertates, & gratias beneuolas ampliauit, & prędictos comitatus in magna tribulatione XVI. annis rexit. Quæ tamen ex susurratione prauorũ Hoẽrzensibus fauens Cabelianenses depressit: sicut Dominus Dux Pater eius salua honestate fecerat. Quare Cabelianenses diuitiis & potentia abundantes Iacoba spreta Dominum Ioannem de Bauaria electum Leodiensem vocant, & ei tanquam vero hæredi firmissime adhærent, & potenti manu in Hollandiam tanquam verum tutorem Dominæ Iacobę & hæredem comitatus eiusdem ducunt. Cum vero Ioannes de Bauaria tutelam neptis suę, Iacobę propter resistentiam & conspirationem Houxensium (Hoerzensium) non consequeretur, conatus est omni modo aduersariis resistere. Conuocatis ergo Dordracum omnibus Cabelianensibus & potenter per Dominum de

Keuet

Hollandiæ.

Houxensibus.

Egmunda oppido Gorinchen recuperato demandauit confestim legatione fideli Domicellum Wilhelmum de Arckel vt paternum oppidũ recuperatum possideret. Qui lacessita bello Domina Iacoba venit expeditione potentissima in oppidũ Ghorinchẽ. Sed castrũ Domina Iacoba adhuc sibi reseruauerat, cũ suis cõplicibus, quod Domicellus ille vir strenuus & omni probitate cõspicuus, multo stipatus milite hostili acie quotidie bello appetiuit, atq; infestauit creberrimis assultibus. Sed Castrenses impetũ suorum aduersariorũ potenter sustinẽtes, viriliter eos abegerunt, ita vt multos occiderent: multos vulnerarent: alios caperent vel in fugã repentinã coniicerẽt, & vix pauci euaderent: & tandẽ prima die Decemb. hora fere secunda post prandium exercitus præfatæ Dominę cũ vexillis fulgidis & cornibus horrisonis & tubis perstrepentibus decenter & animose oppidũ introiret. Econtra vero Domicellus de Arckel ex magnanimitate sua cum vexillis fulgurantibus & buccinis frementibus & sonitu tympanorum eisdem occurrens formidolosum bellum intrepide contra eos instaurauit, & concurrentibus vtrisque partibus cruentum bellum inchoauit, in quo stridor balistarum, clangor armorum, tinnitus gladiorum, fragor hastarum terribiliter inualuit, & cum laborioſe pro corona victoriæ, quisq; depugnaret cruenta strages ex vtraq; parte crudelissime commissa fuit: donec post horrendũ excidium exercitus Domicelli Wilhelmi de Arckel attritus est, & bellatoribus eius à prelio paulatim per proditionẽ Domicelli Arnoldi de Drueten se subducentibus, ipse confestim cum magna parte sui exercitus occisus est, & multi ex ipsius parte in captiuitatem ducti. Finito bello illustris Domicellus de Arckel aliquot horis in publica platea in proprio sanguine, & sterquilinio volutatus permansit, donec per inimicos & alios leuatus, lamentabiliter prope progenitores suos in eodem oppido est sepultus cum hoc Epitaphio.

Wilhelmus gratus Arckel Domicellus amatus
Vir bene formatus, sapiens, audax, placitatus,
Ghorcken prostratus, bello iacet hic tumulatus,
Vita priuatus, qui sit sanctis sociatus,
Hoc pete virgo pia, mater Benedicta Maria
M. C. Quater septemq; decem fuit annus & ille
Eligii festo semper memor ipsius esto,
Pro quo dignare, tu qui legis ista, rogare,

Anno seq. post bellum in Gorinchẽ patratum, illustris Ioannes Dux Bauariæ, cũ nondum obtinere neptis suæ Dn. Iacobę tutelam propter potentiam Hoexensiũ (vel Houxensium) posset forti armatorum manu cum Dordracensibus contracta Hollandiã hostiliter inuadens ferro & igne aduersariorũ presidia depopulãs, cũm magna prędia, magnę opulentię, sępe Dordracum redit. Interea Houxenses deliberato animo & consilio Domini Hẽrici de Bergis & autoritate sedis Apostolicę eandem Iacobam Principissam Hollandiæ illustri Ioanni quinto Duce Brabãtię dederunt vxorem. Itaque nuptiis regaliter celebratis Ioannes ille Dux Brabantiæ, collecto militari robore & armigeris plurimis, vt adiutorio Hoexensium illustrem Ioannem Ducem Bauariæ filium Hollandiæ à paterna hæreditate expelleret, circumuallauit oppidum Dordracense obsidione strictissima, vt quod partis aduersæ refugium esset, locans papiliones & tentoria sua in villa dicta (die mile) Hoexenses vero in Padendrecht fortalitium firmissimum exstruxerunt, & approbatis & robustis præliatoribus muniuerunt: ex quo diurnatim terribiliter Dordracenses impugnando infestauerunt, & hinc inde ex diuersis locis diuisas machinas ad oppidi interitũ adaptarunt: & Dordracẽses multis incursionibus, balistis, bombardis, fũdibulis & aliis ingeniis nimis acriter lacessiuerunt. Econtra Dordracẽses omnib. necessariis abũde instructi ex portis obsessi oppidi sui erũpẽtes hostili acie nũc Brabãtigenas, nunc Houxenses bello petunt, & victoria semper potiti cum infinitis captiuis & magna pręda lęti redeunt. Cũ vero tot de Brabãtigenis potẽter cepissẽt, non solum deinde armis & insidiis plures capere conabantur, paruipendentes obsidionem, sed etiam ad ludibrium emittebant absq; remigiis aliquot naues cum diuersa præda: quas Brabantigenæ videntes cum prædam celeriter affectarent, per funes quos sub aqua Dordracenses magna industria occultauerant, iocose

in Dordracum cum eisdem nauibus aduchebant. Tandem igitur cum per aliquod tempus aduersarii horribiliter Dordracum obsediſſent, parumq; profeciſſent ciuitates Hollandiæ, tentoriis & papilionibus euulsis ad propria reuerterunt: demptio Adriano Bastardo Hollandiæ, viro strenuo & animoso, qui cum multo Satellitio armigerorum in munitione & præsidio de Padendrecht viriliter permansit, quotidianis assultibus crudeliter & hostiliter Dordracenses molestans. Itaq; Dordracenses in festo S. Laurētii anni prædicti (salutis scil. MCCCCXVIII.) præsidiū illud impetuose aggressi, bellanti manu post excidium aliquorum triumphando viceruntq; & interfectis omnibus in eo inuentis vnâ cum Adriano Bastardo Hollandiæ, captum præsidium destruxerunt. Quod Brabantigenæ veridica relatione audientes & per flammigerum rogum videntes, soluta obsidione, statim rursus reparare decreuerunt. Sed Dordracenses re comperta eos duriter insequebantur, & quia refluxus fuerat, multis submersis infinitos capiebant. Et sic Dordracenses ab obsidione grauissima liberati cum trophæo & spolio maximo oppidi ingressi Deo gratias deuotissimè de tanta victoria egerūt. Eodem anno Dordracēses cum Cabellianēsibus, stipati multo milite, potēti manu oppidum Roterdam vicerūt & triumphali gladio ditione ducis Ioannis Bauarię subegerūt. Tandē cum partes prædictæ per multa tempora sorte varia inter se continuis & pernicioſis bellis disceptassent, post longam depopulationem, instituitur per bonos interceſſores & arbitros conuentus vtriusq; partis in oppido Wondrichē pax (sed nō futura diuturna) conciliatur & publicatur tali cōditione, vt Ioannes Dux Bauarię permaneret per certū terminū tutor & rector, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisię & omnes prǫfecturę, & omniū oppidorū scabinatus, ab vtrisq;, scilicet comitissa Iacoba & Ioanne Duce Bauariæ concorditer ordinaretur, vt vnicuiq; ęque recta iusticia per prędictos principatus cōtingeret. Quibus expressis, iidē principes sese oscułantes, hoc modo reconciliati sunt: Et dux Ioannes Brabantię, salutato cōsobrino suo Ioanne duce Bauariæ, cum Principissa Hollandiæ Domina Iacoba cōiuge sua ad Brabantiam rediit: Dux vero Bauariæ Ioannes ad Hollandiā. Anno igitur Dom. MCCCCXIX. Illustris princeps Ioannes tutor Hollandiæ collecto amicorum magno cœtu, & militum atq; baronum apparatu in Hollandiā veniens homagium concorditer recipiebat in omnibus Hollandiæ oppidis, tanquam verus hæres & tutor. Sed quia rursus partem suam, id est, Cabellianēses valde exaltabat, Houxenses fidelitatis homagium recusabant, & valida conspiratione se constringentes concorditer Traiectum ciuitatem intrarunt, tanquam partis suæ fautricem, & postquam inter ministeriales discordes pacem ibi feciſſent, milites territorii, & Vasallos Ecclesiæ in complices & auxiliatores suæ partis assumpserunt, simulque tribunitiæ dignitatis scabinos & rectores Ciuitatis, Traiectenſis per amicitiam secum coniunxerunt, statimq; cum illis, & cum inferiori territorio Ioannem Bauariæ ducem, cum tota Hollandia hostiliter adorti sunt, Hollandiæ vicina parte cum villis incensa, & magna variaq; præda secum in Traiectum abacta. Econtra vero Cabellianenses cum ingenti præpotentis exercitus copia territorium Traiectense ingressi igne & ferro illud pene denoliti sunt, atque cum diuersę supellectilis spoliis glorioſe Hollandiam repetierunt. quæ periculosa seditio per biennium cum dimidio durauit.

Eodē anno prænotato (scilicet salutis MCCCCXXI.) hoc est, anno sequenti postquam oppidum Leydense obsessum per Ioannem de Bauaria tutorem Hollandiæ erat, ipsa nocte sanctæ Elisabeth viduæ ex diuinę dispensationis arcano consilio (cuius facta frequenter cernimus, causas vero factorum penitus ignoramus) inaudita multis seculis tempestas exoritur, quæ validissimis ventis vndas maris, non solum ingentibus procellis & fluctibus eleuauit, verum etiam litoribus vicinis & aggeribus illisit, quibus vi aquarum ruptis, multa excidia maximaque damna in Hollandia specialiter, vt & in Frisia & Zelandia euersis villis, hominibus pecoribusque multis submersis contigerunt. Eodemq; tempore infra oppidum Sanctæ Gertrudis & Dordracum tota terra, quæ pascualis hactenus & valde frugifera fuerat, cum septuaginta duabus villis parochialibus aquarum diluuio vastata est, quæ

rupto aggere salsum mare, quod per Zelandiæ fauces progreditur, accepit. Tanta quippe vis tempestatis erat, vt nullus agger in prædictis partibus vndarum molibus obsisteret.

Item anno sequenti perpẽdentes Houxenses partes & Consiliarii Dominę Iacobæ, quod Ioannes Dux Brabantiæ, maritus Iacobæ, & Ioannes Dux Bauariæ vt decuit, pacem & concordiam inuicem seruantes in tranquilla pace viuerent, nec ipsos Dux Brabantiæ, vt opinati fuerant, super Cabelianenses exaltaret commoti (proh pudor) suaserunt Dominæ Iacobæ, vt diuortium cum Ioanne Duce faceret, propter illicitum matrimonium: quod Apostolicus Dominus Martinus quintus male & sinistre informatus approbasset quidem: sed nunquam confirmasset.

Quibusdam ducissa Iacoba fidem tribuit, abduxerunt eam primo secrete in Hannoniã, deinde in Angliã, vbi eam viuente adhuc Ioanne, Duce Brabantiæ, absq; iudicio Ecclesiæ duxit vxorem Humfridus Dux Glouncestriæ, frater Henrici quinti Regis Angliæ: qui nuptiis in Anglia regaliter celebratis cum Iacoba apparatu regio venit in Hannoniam, vbi hortatu Dominæ Iacobæ, ab omnibus, tanquam legitimus Comes & Dominus terræ per homagium susciebatur.

Quapropter Ioannes Dux Brabantiæ ex illata confusione meritò turbatus, confestim consilio suorum bello inuasit vtrosque, & atrociter deuastando Hannoniam iniuriam vindicauit: Dehinc terrore magnæ potentiæ profugatis hostibus, totam Hannoniam triumphali gladio suæ subegit ditioni. Dux verò Glouncestriæ confusus, infecto matrimonio illicito, tristis cum suis rediit in Angliam.

Anno Domini MCCCCXXIII. obiit Reynaldus, Dux Gelriæ & Iuliæ, sine liberis, anno ducatus sui XXII. Sepultus in Clausto Charthusiensium dicto Monichusen, prope Aernhem: qui satis pacificè ducatum rexerat: Cui successit eodem anno Arnoldus filius Domini Ioannis de Egmunda, natus ex filia Domini Ioannis de Arckel, tanquam verus hæres ducis Reynaldi.

Anno sequenti in festo Epiphaniæ, in aurora obiit illustris Ioannes, Dux Bauariæ in Haga Comitis, postquam Hollandiam tutoris nomine, annis septem rexisset. Post cuius obitum Cabelianenses introduxerunt Ioannem ducem Brabantiæ in Hollandiam, quorum consilio & auxilio in omnibus oppidis, tanquam verus Comes, & legitimus maritus Dominæ Iacobæ, cum homagio & fidelitatis iuramento recipiebatur.

Econtra vero Domina Iacoba, in Hannonia, tunc cum Houxensibus commorans & se ab Hollandia excludi dolens, habito suorum procerum maturo consilio misit Florentium de Kyfhoeck, cum Houxensibus consensu Margaretæ ducissæ Burgundiæ, matris sui versus Schoenhouiam, vt eam occuparent & ditioni suæ subiicerent, quod & factum est.

Deinde Dux Burgundiæ Philippus mortuo Ioanne Duce Bauariæ, & tutore Hollandiæ per Cabelianenses vocatus ex Flandria, tanquam proximior hæres, comitatuũ Hannoniæ, Hollandię & Zelandiæ, venit anno Domini MCCCCXXV. cum magno apparatu plebis & militiæ in Hollandiam: qui statim introductus & acceptus fuit per Dordracenses, tanquam verus hæres Hollandiæ. Sed anno sequenti venit ex Anglia in Dominę Iacobæ auxilium, Capitaneus quidam cum multis aliis in Zelandiam, missus à Duce Glouncestriæ, qui se legitimum maritum Dominę Iacobę faciebat. Quod Philippus dux Burgundię, Comes Flandrię, & tutor Hollandię percipiens, collegit exercitum fortissimum: Cum quo & cum omnibus Capitaneis oppidi Hollandię, occurrit prędictis, apud villam dictam Brauwershauen in profesto S. Pontiani martyris: vbi post atrocissimum conflictum, corona victorię cessit Philippo Duci Burgundiæ, cum Hollandinis Cabelianensibus. Corruerunt autem in prędio tria millia Anglorum.

Eodem anno Philippus, Dux Burgundię, cum innumeris bellatoribus potentissima obsidione circumuallauit in hyeme oppidum, cum castro de Seuenberghe, & post obsidionem XIV. Hebdomadarum illustris Philippus Dux Burgurdię admissus & introductus in oppidum, receptus est tanquam verus Dominus ciusdem:

eiusdem: vbi statim suis armigeris castrum & oppidum suo milite muniuit & compleuit.

Sic Dominus de Sezeberghe cũ amicis libere recedens aliquo tempore sustentatus per amicos, tandem exul & pauper obiit in territorio Colonienſi in oppido dicto Keyserswerde posito in Rheno; nihil terrenum post se relinquens.

Item anno scilicet Domini MCCCCXXVII. exsurrexit in Cathalonia, tam vehemens & diu durans terræmotus, vt viginti ciuitates & vnam Abbatiam subuerteret: qui terræmotus processit vlterius versus Aquitaniam & Franciam, & deuenit ad montem Pessulanum. In qua eadem terra ciuitas magna (Terretona nomine) absorpta est lacu, in loco vbi ciuitas stetit, relicto tantæ profunditatis, vt à nautis & piscatoribus profunditas eius inueniri non possit. Insuper in eadem terra de quadam sylua exiuit vrsus, quem sequebatur maxima multitudo serpentum, qui ciuitates & villas ingredientes infinitam multitudinem populorum occiderunt.

Anno Domini MCCCCXXXIII. fuit hyems nimis dura & longa: Incepit enim congelatio in festo Sanctæ Elisabeth viduæ, & durauit vsque in crastinum Scholasticæ virginis, vt modicum vel nihil remitteret. Eodem anno in mense Iulio captus fuit in Haga Comitis per Philippum Burgundiæ in præsentia Dominæ Iacobæ Comitissæ Hollandiæ, Dominus Franco, Dominus de Borsel, de Zuylen, & de aggere Sancti Martini (qui illo tempore Rector fuit Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ) & secretè ductus per Delfft & Roterdam in Flandriam, vbi arctę custodiæ carceris deputabatur, in Castro dicto Repelmondã: eo quod clandestinè contraxisset cum Domina Iacoba Comitissa Hollandiæ: sed venit tandem Comes de Moersa, & liberauit Dominum Franconem, ea conditione vt Domina Iacoba, Philippo Duci resignaret, comitatus Hannoniæ, Hollandię, Zelandiæ, & Dominium Frisiæ: Et Dux conferret Domino Franconi comitatum Oesteruandiæ, & Dominę Iacobæ nepti suę Dominiũ de † Vocon, & terrã cũ Dominio de Zuythentlantia, & dominium de Toll, cum omnibus reditibus Theloniorum Hollandię & Zelandię. Quo facto Dominus Franco tum comes † Vesteruandię effectus libere rediit, ducens publice vxorem, illustrissimam Dominam Iacobam quondam comitissam Hollandię, &c. in oppido dicta insula Sancti Martini. Et Philippus dux Burgundię receptus est ab omnibus tanquam verus hęres dictorum Comitatuum omnium.

Vocor.

Oesteruandiæ.

Dominus Ioannes de Walrentade Doctor iuris de partibus Franconię, Germanicæ nationis ex Apostolica prouisione Constantiæ per Martinum Papam quintum ab Ecclesia Metropolitana ad Ecclesiam Leodiensem, ex resignatione Domini Ioannis de Bauaria, vt supra relatum est, vacante transfertur, factus Episcopus Ecclesiæ Leodiensis, quinquagesimus primus; post beatum Hubertum, octogesimus verò post beatum Martinum inclusiue.

Qui anno Domini MCCCCXVIII. quarto die mensis Augusti Leodium intrauit, cum satis magno & pulchro suorum nobilium comitatu honorificè ab Ecclesia & populo receptus. Iste reddidit Leodiensibus perditas tempore prędecessoris sui libertates: & in die assumptionis Beatæ Mariæ Virginis subsequẽtis in Pontificalibus summam missam celebrauit ad altare maius Ecclesiæ Leodiensis, legitq; in nocte natiuitatis Christi nonam lectionem in matutinis: Celebrans etiam ipso die in maiore Ecclesia summam missam.

Leodienſes.

Et sic in hoc & in aliis seipsum in spiritualibus & temporalibus, tanquam Episcopum & Pastorem ouium suarum, bonum, pium, prudentem, circumspectum, modestum, bene moratum exhibuit. Tonsuras clericales conferendo, sacramenta confirmationum & sacrorum ordinum per seipsum benignè ministrando, quanquam suffraganeo non carebat. Timeo diuturna vita eius Ecclesiam Leodiensem non fuisse dignam.

Certè à multis retrò temporibus non fuit talis illic antistes, qui quasi vnus ex veterum temporum Episcopis apparuit in diebus nostris nouissimis. Tubalem vocem habuit & reuerenda valde fuit persona.

Anno sequenti (scilicet salutis MCCCCXIX.) Dominus Ioannes de Walenrade Episcopus Leodiensis fuit in villa sua de Alben inuitatus in cellerarii sui domũ

in profesto ascensionis CHRISTI, vbi eo vespere ibidem & ipso die ascensionis Domini in magna iucunditate mansit. Sed in crastino de mane inuasit eum mortalis infirmitas & die Dominica sequenti, XXVIII. die Maii meridie vel circiter, diem vitæ suæ clausit extremum: Et quia tam subita & inopinata morte decessit, non defuerunt, qui veneno interfectum suspicarentur. De cuius Pastoris transitu clerus & populus prouinciæ Leodiensis & Lossensis plurimum doluerunt. Præfuit Ecclesiæ mensibus decem, Corpus ipsius in Ecclesia Leodiensi ante summum altare fuit sepultum, & exequiis funeralibus celebratis, vacante sede Episcopali, iterum receptus fuit per Capitulum Leodiense, Domicellus Euerhardus de Marcha, prænominatus in manburnum & protectorem Ecclesiæ & prouinciæ, Campana bannali pulsata cum solemnitatibus consuetis. Istius Ioannis de Walenrade temporibus Leodiensis populus de consensu eius iterum recepit mores priores, ordinantes XXXII. ministeria cum vexillis, tentoriis, ac aliis ceremoniis pristinis, vt ante bellum habuerunt. (Hæc ex Chronicis.)

Anno Domini MCCCCXIX. Pontificatus Martini Papæ quinti, anno secundo, mensis Iunii die XVI. fuit nobilis, Dominus Ioannes de Los, filius Domini de Hynsberch, & de Lewenberch, archidiaconus Hasbaniæ, pulcher iuuenis, ætatis XXIII. annorum, vel circiter per Dominos de Capitulo Leodiens. in Episcopum concorditer postulatus, & missis Ambasiatoribus Florentiam, vbi Papa Martinus cum curia residebat, confirmatus: & tum receptus Leodii in persona propria, cum pulcro Ducis Cliuensis, & Domini de Hynsberch patris sui, & plurium aliorum baronum ac nobilium comitatu. Et more solito admissus cum solennitatibus ad hoc consuetis decimo die mensis Decembris, anno supradicto, in superabundanti copia niuium tum cadentium. Stetitque per triduum imago Syrenes iuxta palatium in muro, ante Ecclesiam Leodii, quæ per vnam mamillam rubeum, & per aliam album vinum largiflue & gratiosè cunctis superuenientibus effudit. In vigilia vero natiuitatis Christi, proxime sequẽti, dictus Dominus Ioannes in sacerdotem, & deinde (ad lætare Hierusalem) subsequente anno salutis MCCCCXX. in Episcopum in Ecclesia Leodiensi, publice per tres suffraganeos, scilicet Archiepiscopi Colonien sis & Episcoporũ Leodiensis & Traiectensis, & per abbates intra & circa Leodium mitratos & non mitratos scilicet sanctorũ, Iacobi, Laurentii, Ægidii & Vallis S. Lãberti, solenniter fuit cõsecratus. Eodem anno fundatũ fuit monasterium in

Duina. † Duiro, iuxta Endhoniam ordinis Canonicorum regularium eiusdem diœcesis.

Anno sequenti scilicet MCCCCXXI. mensis Iunii, die XXI. intrauit Leodium, cum magno honore à Domino Episcopo, & omnibus Ecclesiæ processionaliter obuiam procedentibus, vsque ad portam Sancti Leonardi, receptus Dominus Branda, Cardinalis Placentinus à latere Papæ legatus, ad signum crucis prædicandum, contra perfidos hæreticos regni Bohemiæ: quo ipso die missa specialis in Ecclesia maiori per vniuersum clerum ciuitatis, coram dicto Cardinali solenniter, pro extirpatione hæresis huiusmodi est celebrata. Postea die Veneris prima Augusti, iterum missa speciali facta, in maiori Ecclesia, Dominus Episcopus Leodiensis cum pluribus nobilibus satis magna, vt apparebat, deuotione, recepit crucem ad pergendum contra perfidos supradictos: Et eadem die post prandium cum pulchro comitatu suorum & aliorum cruce signatorum, Leodio recessit versus regnum Bohemiæ in subsidiũ Archiepiscopi Colonien sis, & aliorum Electorum imperii & principum Alemanię. Sed proh dolor congregatis omnibus, contra inimicos, (peccatis nostris exigentibus) modicum vel nihil profecerunt. Et hęreticis in perfidia derelictis, & magis quam prius accensis, ad propria reuerterunt. Dominus vero Episcopus Leodiensis die prima mensis Nouembris, eiusdem anni, cum suis Leodium rursus intrauit.

Eodem anno IX. die Nouembris circa horam sextam vespere visa fuit, quasi alba crux magna instar trabis extensa in aere super Ecclesiam sanctæ crucis Leodiensis, tendens versus Hasboniam, sed non diu videri potuit: & deinde paucis diebus interpositis, curia officialis cum Capella superposita, penes palatium Episcopale ignis incendio deuastata fuit.

Anno

Anno Domini MCCCCXXIIII. Monasterium regularium Tungris inceptum fuit. Et paulo post prioratus eiusdem ordinis bonorum puerorum in Leodio reformari cæpit, quod iam est ad Sanctum Leonardum ante portam eiusdem ciuitatis.

Anno Domini MCCCCXXXIIII. in vigilia assumptionis Virginis glorioſe Leodii nouus pons lapideus super Mosam inchoatus fuit.

Anno Domini MCCCCXLVI. Dux Burgundiæ Philippus obtinuit prouinciam Lucenburgensem, bellando in Septembri.

Anno Domini MCCCCLII. ipso die Cæciliæ Virginis Ioannes de Heynsberch, Episcopus Leodiensis constituit procuratores irreuocabiles ad renuntiandum Episcopatum in manum Kalixti, huius nominis tertii Papæ Romani: Sororeeius valedicente seculo, & in domo sororis ordinis Canonicorum regularium, iuxta Mechilineam, cum multo gaudio, & deuotorum hominum applausu recepta. Ad quam visendam, cum idem Dominus Ioannes Episcopus Leodiensis veniſſet, multum ædificatus, & vt speratur à DEO tactus (qui hactenus, vt est notorium, incontinenter & seculariter vixerat) vitam in melius mutare disposuit, sed nescio, quo casu diuinitus disposito, paulo post nauigio vectus, orta tempestate, cum nauis ad fluminis ripas vi fuisset ventorum impulsa, & manibus ille se fulcire vellet, vt semper agilis & animosus erat, heu pars digiti eius annularis abrumpitur, atque in tali membro mutilatur. In Historia de cladibus Leodiensium sic habetur.

Igitur dum annus Domini MCCCCLII. euolueretur, Dominus Ioannes de Heynsberch, posteaquam triginta annis, & vltra Leodiensi Ecclesiæ præfuisset, videns populum suum, nimis effrenem moribus, & ita insolentem, vt iam non humiliter acquiescere, sed audacter repugnare consueſceret, & nonnunquam tumultuaria vociferatione impetum in eum facere tentaret, mærore nimium cæpit affici, & tædio contabescere, vnde malens nullum habere Dominum, quam super generationem, tam prauam & peruersam, ac populum indomabilem, deinceps gerere principatum, Episcopatum cessit in fauorem illustrissimi Iuuenis Ludouici de Barbonia salua sibi certa, quoad viueret, pensione.

Erat enim Ludouicus filius Ducis de Borbonia, præpositus Sancti Donatiani matris Louanii residens, annorum viginti & quatuor, cuius erat auunculus Philippus illustrissimus Princeps. Cui in hoc facto Ioannes de Heynsberch placere, & per eum populum nihilominus edomare volebat. Sic enim secum reputabat: & dicebat: Cum manus vna sit inualida, veniat manus Philippi Ducis super populum istum.

Philippus vero erat Burgundiæ Brabantiçque Dux inclytus, non minus animo quam sanguine clarus, terra marique potens, & maximis regibus non inferior. De ista resumptione Ioannis de Heynsberch, Episcopi Leodiēsis in alio Chronico sic habetur.

Idem Episcopus Ioannes cessit Episcopatu, quæ cessio, vt dicitur, breuitatem vitæ ipsi attulit. Nam cum rexisset Ecclesiam Leodiensem circiter quadraginta annos laudabiliter, resignauit Ecclesiam Ludouico de Borbon satis iuueni per procurationem Philippi, Ducis Burgundiæ, vt haberet pro reseruato suo quindecim millia florenorum ad vitæ durationem. Sed Ludwicus, qui pensionem ægre ferebat, & potius subleuasset summam prædictam, laborauit pro secreta nece (vt dicitur) prædecessoris sui, & sic intoxicatus ille in Deysst oppido, paulo post obiit. Quia vero priuauit seipsum honore, ideo à Leodiensibus non dicitur Episcopus Leodiēsis, sed Iohānes de Heynsberch, Episcopus Dei. Itē anno Dom. MCCCCXXVI. primo die Iunii hora circiter nona, & paulo post apparuerunt duo magni circa solem Circuli, sese mutuo intersecantes, quorum vnus præferebat ferè Iridis colorem, quia aqueus videbatur versus Cœlū & subrubicūdus versus terrā: Alter verò Circulus totus albus & lucidus per solare corpus tractus vergebat ad borealē regio-

nem & occidentalem per austrum porrectus, vt dixi ad solem vsque pertransiit. Eodem anno nona Iunii Leodii cometa apparuit super Ecclesiam fratrũ minorum, dirigens radios suos versus forum Leodiense, quasi minans ciuitati, & perdurauit, quasi per Hebdomadam.

Die autem præcedente bulla promissionis Domini Ludouici de Barbon fuerat præsentata Capitulo Leodiensi. Vnde tantus rumor fuit in ciuitate de faciendo Mamburno, vt vix posset sedari. Hæc ex Chronicis.

Brabantica & Flandrica.

Philippus comes Cadraleſii ſpecioſus & gracilis adoleſcens, occiſo illuſtriſſimo Principe, Ioanne Duce Burgundiæ, Comiteque Flandriæ, Patre eius, ſucceſſit eidem anno Domini MCCCCXIX. & factus eſt XXIX. comes Flandriæ, quam rexit annis XLIX. Natus anno Domini MCCCXCV. in feſto beatiſſimorum Petri & Pauli.

Fuit proceræ ſtaturæ, pulcher, audax, magnanimus, armis ſtrenuus, ſermone facundus, vultu placidus, in dando liberalis, æquè rectus iuſticiarius, in bellis victorioſus, à dominabus dilectus, & in oculis omnium, qui eum aſpexerant, gratioſus. Iſte Philippus adhuc viuente patre ſuo duxit vxorem Michaelam Caroli Regis Francorum huius nominis ſexti filiam, ex qua nullam ſuſcepit prolem.

Quæ obiit anno Domini MCCCCXXII. octaua die Iulii ſepulta Gandaui, in monaſterio ſancti Bauonis. Ea defuncta accepit vxorem, ex diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ Bonnam relictam auunculi ſui Philippi Comitis Niuernenſis, ex qua ſimiliter nullam ſuſcepit prolem, ſed & illa defuncta accepit vxorem anno Domini, MCCCCXXIX. nobilem Virginem Iſabellam, Ioannis Regis Portugaliæ, & Philippę filiæ Ioannis Laucaſtriæ, comitiſque dē Derby filiam, ex qua genuit tres filios, quorum primus Antonius nomine natus Bruxellæ, anno Domini MCCCCXXX. vixit tantum XIV. menſibus, ſepultus in eodem oppido, in Eccleſia Sanctæ Gudulæ.

Secundus Iodocus nomine natus Gandaui, anno Domini MCCCCXXXII. qui & ipſe Iuuenis obiit Gandaui ſepultus. Tertius filius, & vltimus nomine Carolus Princeps Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ, lumen Galliæ & Almaniæ, natus fuit in Burgũdia ciuitate Diuionẽſi, anno Domini MCCCCXXXIII. in profeſto Sancti Martini archiepiſcopi Turonenſis. (Hæc ex Chronicis Flandriæ.)

Iſte Philippus dux Burgundiæ & Brabantiæ adiumento regum Angliæ Henrici quinti & ſexti ad vindicandam genitoris ſui mortem, multa bella geſſit, quibus regni Francorum multas Ciuitates, oppida, caſtra, villas, & fortalitia plura depopulauit, & fere in ſolitudinem redegit, ocioſis captis & fugatis incolis regni.

Durauit autem ita lamentabile bellum illud annis ſedecim, in quo ex vtraque parte corruerunt multi Principes, ac potentes comites ac barones cum innumerabilibus militibus, & armigeris electis.

Tandem anno Domini MCCCCXXXV. poſt varios tractatus, & inter locutiones in ciuitate Atrebatenſi Dominus Cardinalis, ſanctæ crucis, ordinis Carthuſienſis, pacis modum inter eos reperit, quem Anglici noluerunt recipere, ſed Burgundi tantum. (Hæc ex Chronicis.)

Eodem tempore fuit in Francia Virgo Ioanna nomine, tam prophetico Spiritu, quam miraculorum poteſtate clarens: Hæc veſte virili ſemper vtebatur, nec vllis doctorum quorumcunque perſuaſionibus, perſuaderi potuit, vt eas deponeret veſtes, fœmineis contenta, præſertim cum ſe palam Virginem & fœminam eſſe proteſtaretur.

Sed illa ſub hoc (inquit) habitu virili in ſignum futuræ victoriæ, vt verbo prædicam & habitu à DEO miſſa ſum, iuuare verũ Francorum Regem Carolum & in ſuo firmare regno: à quo eum fugare nituntur, Rex Angliæ, & Dux Burgundiæ, qui duo, vt relatum eſt, ſæpe tunc iuncti mutuis cædibus & armis Franciam grauiſſime premebant.

Cum ſuo igitur Domino Ioanna Virgo continue velut miles equitabat, futura

tura & fausta multa prædicebat, Victoriis bellicis quibusdam intererat, & alia mira talia perpetrabat, quæ nedum Francia, sed omnia Christianorum regna stupebant.

Ad tantam denique præsumptionem venit Ioanna, vt nondum recepta Francia, Bohemis, vbi hæreticorum multitudo tunc fuit, minas intentaret per literas.

Dubitabant igitur seculares & Ecclesiastici regulares & monastici, quo spiritu regeretur, diabolico an diuino: quo Viri literatissimi quidam tractatus scripserunt, in quibus non modo diuersa, sed etiam aduersa de virgine senserunt.

Postquam autem Regem Carolū in multis iuuisset & firmasset in regno annis quibusdam, demum nutu, vt creditur diuino, per Anglicorum armaturam capta est, & incarcerata: & accersitis in magna multitudine magistris, tam diuini, quam humani iuris, post longum examen tandem fassa fuit, habere se familiarem DEI Angelum, qui iudicio literatorum virorum iudicatus est, malignus esse spiritus, ex multis coniecturis & probationibus, per quem spiritum velut magam effectam ignibus per publicam iusticiam consumi permiserunt, prout de hac historia Rex Angliæ nostro Imperatori Sigismundo satis late in scripto historiam explicauit.

Hæc Ioannes Nyder libro quinto formicarii capitulo octauo.

Sepulto Domino Friderico Episcopo Traiectensi & exequiis eiusdem decenter celebratis, Domini Capitulares electionem de nouo celebrantes in partes duas sunt diuisi. *Traiectensis*

Nam pars vna capitularium ad instantiam Ducis Cliuensis elegit illustrem virum Rodolphum Diepholt, Præpositum Osnaburgensem, Canonicum Colonienſem, virum quasi secularem cui adhæsit tota terra Transyselina.

Altera pars postularunt Ioannem de Buren, Præpositum Aquensem, & beatæ Mariæ Traiectensis.

Vnde magna dissensio enata, eò quod capitulum non fuit integrum, propter maioris Ecclesiæ Decani absentiam.

Sed Dominus Martinus Papa quintus, amotis duobus illis contulit pontificium Zuedero de Kulenborch nato, maioris Ecclesiæ Traiectensis præposito.

Zuederus igitur obtenta confirmatione à sede Apostolica venit in profesto Petri ad vincula, cum præclaro comitatu plebis & militię Amersfordiam, & ibidem receptus est in Episcopum, recepta fidelitate.

Et in crastino beati Bernardi abbatis decenter Traiectum venit, vbi more solito, anno Domini MCCCCXXIIII. Pontificatus Martini Papæ quinti septimo anno, quinquagesimus secundus Episcopus Traiectensis factus & cathedrę impositus est: quo eodem die facta magna est dissensio in eadem ciuitate propter proscriptos, qui cum eo intrauerunt: vt in conflictu ad quem res deuenit, aliqui de ciuibus Traiectensibus ex aduersa parte proscriptorum occisi sint, & præcipuè rector ciuitatis dictus Prays. Hæc ex Chronicis.

In tractatu de origine modernæ deuotionis sic habetur. Anno Domini MCCCCXXIII. Clarissimo præside iam præfato humanis rebus exempto Canonici quatuor Ecclesiarum Traiecti ad Sanctum Martinum, ad Sanctum Saluatorem, ad Sanctam Mariam, & ad Sanctum Petrum, omnes in Electione Episcopi Traiectensis vocem habentes, nobilem virum Dominum Rodolphum de Diepholt, in Episcopum postulauerunt. Quem Papa Martinus quintus illiteratum, & pene idiotam audiens, confirmare noluit, sed Spirensi Præsuli Episcopatum tradidit Traiectensem.

Ad quem accedens Dominus Zuederus de Kulenborch, maioris Ecclesiæ Traiectensis præpositus, dictum Episcopatum à Spirensi antistite, via permutationis & à Papa Martino confirmatione obtinuit. Sed ciuitates Transyselenæ, Dauentria, Campis, Zwoll, cū militaribus & populis vicinis, eiusdē diœcesis suo Rodolpho postulato fortissimè adhesērūt. Quē Papa Martin⁹ primū, deinde Eugenius quartus

post eum cum omnibus complicibus, adhærentibus & fautoribus excommunicari, & strictissimum interdictum per totam diœcesin obseruari mandarunt. Zuederus autem Episcopalia omnia castra cunctis necessariis plene referta inuenit. Sed quia adhærentes sui tribunitiæ dignitatis viros aliquos sibi contrarios iniuste & lamentabiliter trucidabant in plateis & lectulis, idcirco anno sequenti amici occisorum, viri diuites & potentes validam conspirationem, cum Vasallis nonnullis territorii inierunt, & simul fœdus amicitiæ perpetuæ cum Rudolpho de Diepholt postulato coniunxerunt, & sese valide constrinxerunt, vt eum introduceret ad episcopatus possessionem.

Quapropter Domin. Ioannes strenuus miles de Renessi in vigilia Pentecostes ex parte Domini Rudolphi de Diepholt paucis stipatus satellitibus venit, & ciuitatem Traiectensem occupauit, statimque multos fauore & pecuniis atque promissionibus corruptos in auxilium suum pellexit, cum quibus, parte Domini Zuederi veri Episcopi expulsa, introduxit præfatum Rodolphum de Diepholt, & taliter qualiter per vim in cathedram collocauit.

Quo facto omnes fere canonici quinque Ecclesiarum, prædictæ intrusionis odio ex ciuitate egressi ad Dominum Zuederum confugerunt, cui omnes iuramento fidelitatis astricti erant.

Sed non multo post instituti sunt atque intrusi alii canonici loco eorum, qui Traiecto discesserũt, Acta fuerunt hæc anno Dom. MCCCCXXV. Ex quibus maxima bella & sectæ oriri cœperunt, non solum in Territorio Traiectensi, verum etiam in Hollandia, Gelria & omni diœcesi Traiectensi, vnde Dominus Zuederus legitimus Episcopus iurisdictionem habens per Hollandiam & Gelriã, autoritate Apostolica prefatum Rodolphum intrusum cum suis fautoribus excommunicauit, & excommunicationem per totam diœcesin publicę executioni mandari iussit, quod & factum est.

Rodolphus vero cum suis excommunicationem paruipendens, grauatur & reaggrauatur, & tandem tanquam membrum putridum & abscissum per Apostolicum declaratur.

Ex quo lamentabili casu & disceptatione Ecclesia Traiectensis nimium humiliata fuit. Hęc ex Chronicis.

Anno Dom. MCCCCXXIX. Omnes ciuitates, oppida & castella, omnisq; populus terrę, cum aliquibus de clero Traiectensi appellatione ad Papam melius informandum, & ad futurum Papam, seu ad concilium interposita interdictum seruare contempserunt, solis religiosis, & Deum timentibus, quantum poterant seruantibus.

Vasalli vero prouincię, proconsules, Scabini & communitates ciuitatum post longum seruatum interdictum nimium exacerbati & animo indurato compellebant monasteria diœcesis Traiectensis aut appellationi Domini Rodolphi, procõsulum, & patrię debere adhęrere, aut de suis monasteriis & de terra abire: qui in prouincia de cætero eos ferre non vellent, nisi Ecclesiastica cantica resumerent, & diuina coram eis publice celebrarent.

Quibus auditis Pater Wilhelmus prior noster tunc temporis in Windesem conuocatis prioribus de Zwollis & de more nostri ordinis concordant, cum ipsis & suis conuentibus, potius iratis contra se terrarum populis cedere, & pro iusticia certare vel exulare, quam contra Apostolicæ sedis mandatum eorum præceptis assentiri in omnium deuotorum Presbyterorum & clericorum diuersarum congregationum, & quorundam secularium Canonicorum & Vicariorum scandalum, qui iam à terra propriis domibus & ciuitatibus derelictis ex magna parte discesserãt: secularibus quibusdam Presbyteris & Canonicis interdictum violantibus; & coram sic excommunicatis & interdictis in singulis villis & ciuitatibus diuina celebrantibus, & Ecclesiastica sacramenta ministrantibus.

Conuenerunt itaque in vnum Canonici quidam Traiectenses, proconsules, Scabini & primates oppidorum præfatorum, & nostra intrantes monasteria, edictum

ctum, post aliud fratribus in choro congregatis proposuerunt, vt vel statim cantarẽt, & diuina intermissa rursus inciperent, vel ex patria & monasteriis abirent.

Sed vna omnium tam fratrum quam conuersorum & laycorum conuentuum prædictorum fuit sententia, vt Apostolicæ sedis seruata obedientia, potius exularent, & peregrinarentur, quam contra conscientiam propter temporalia conseruanda peccarent.

Cum igitur exire cogerẽtur, quidam eorum libenter exeuntes, alii per vim de choro & Ecclesia ducti & extracti, extra diœcesin Traiectensem Domini temporalis eorum perrexerunt, paucis infirmis fratribus, & quibusdam laycis pro monasteriorũ custodia in singulis domibus derelictis: & Prior quidem de Wyndesem cum suo conuentu perrexit ad monasterium ordinis nostri in comitatu de Benthem Vrendesweel prope Northon, quia Prior dicti Monasterii lætus valde fuit in charitate, & filius conuentus de Wyndesem.

Prior verò Zwollis, cũ suo conuentu Transyselam ad partes Gelriæ migrauit: Deinde ad Monasterium regularium prope Nussiam diœcesis Colonien sis, cũ fratribus suis in hospitum camera mansit, quæ ex tempore vsq; in hodiernum diem appellatur (Camera Patris) à fratribus Monasterii.

Prior & conuentus de monte Sanctæ Agnetis versus Frisiam nauigio perrexerunt ad Monasterium Ludinkirka, nostri ordinis, in quo olim abbates esse consueuerant, quod iam per patres de Wyndesem, & de monte inchoatum fuerat reformari.

In quo tribus annis pro Christi nomine & Ecclesiæ Dei obedientia, non sine notabili fructu patientiæ & profectu illius monasterii à patria sua relegati permanserunt.

Anno igitur Dom MCCCCXXXII. data est licẽtia patribus & fratribus religiosis, deuotis Presbyteris & Canonicis ad monasteria & loca sua redeũdi, quæ propter apostolicum interdictum seruandum reliquerant, paucis exceptis, qui partialitatis causa suspecti habebantur.

Missus enim erat Matisconensis Episcopus Apostolicę sedis legatus, doctor decretorum, ad componendum pacem, & tollendum interdictum, contra illustrem Dominum Rodolphum tunc postulatum, postea verum Traiectensem Episcopum. Multi igitur prælati & religiosi congregati sunt in oppidum Vianense, prope Traiectum ad legatum supradictum, & post amicabilem cum eodem domino legato concordiam Priores de Wyndesem, & de Monte, cum aliis multis deuotis patribus presbyteris & obedientiariis Traiectum cum lætitia introierunt: deinde singuli cum suis conuentibus reuersi sunt ad propria monasteria, manipulos tunc pacis pro longo exilio, quo extra diœcesin exulauerat, secum reportantes, & Deum in omnibus bonis suis collaudantes, qui percutit & medetur, vulnerat & sanat, gaudentes in Domino & gratias agentes quod pro eius nomine exultare, & ante festum Assumptionis Beatæ Mariæ redire meruerint. Hæc Ioannes regularis in tractatu præallegato.

Anno sequenti mense Aprili obiit in Hollandia in oppido de Schiedam (vel Schfiedam) Ludwidis Virgo Deo deuota, filia Petri dicta, quæ magnis vulneribus fauciata, lecto decumbens absque alia humana refectione supernaturaliter sustentata diuinitus, multis annis vixit. Quæ post obitum sana & integra in præsentia multarum honestarum virginum & mulierum effecta, & manus eius angelico mysterio supra pectus eius locatę fuerunt.

Quæ infinitis claruit miraculis tam in vita, quam in morte; & maxime post mortem: Sepulta fuit quarta die post suam migrationem in Ecclesia præfati oppidi Schfiedamensis.

Ad cuius exequias fere tota confluebat vicina Hollandia, & multi ex Zelandia & Brabantia. Episcopus Matisconensis, sacræ sedis Apostolicæ legatus à Domino Papa Eugenio quarto missus Traiectum absoluit omnes rebelles excommunicatos Traiectensis diœcesis, & etiam interdictos & anathematisatos à Domino Papa Martino quinto ex parte Domini Zuederi de

Culenborch Episcopi Traiectensis. Quare Dominus Zuederus prædictus tanquam exul ab Episcopatu suo expulsus perrexit Basileam ad generale concilium pro iure suo exequendo, vbi eodem anno in nocte beati Matthæi Apostoli, & Euangelistæ in magna contritione obiit anno Episcopatus suo nono. Sepultusq; requiescit in Monasterio Carthusiensi eiusdem ciuitatis.

In quodã Chronico sic habetur. Anno Dom. MCCCCXXXII. circa festum S. Lãberti exploratione facta per totã Traiectensẽ diœcesin à Domino Ioanne Episcopo Matisconensi, de clenodiis & reliquiis Sanctorum eiusdem diœcesis factaq; relatione ad sanctissimum Papam Eugenium de prædictis, absoluitur Zuederus de Culenborch ab Episcopatu Traiectensi factus Episcopus Cæsarienſis: Quo deposito fautores eiusdem Zuederi fecerunt Walramum de Moersa succesſorem in iuribus Zuederi præfati: Qui Walramus postquam pro Episcopatu Traiectensi instituisset, etiam ab Episcopatu destituitur: Et Rodolphus de Dyepholt postulatus quinquagesimus tertius Episcopus Traiectensis ordinatus est. Hæc ex Chronicis.

Brabantica & Burgundica. Philippus huius nominis inter duces Lotharingiæ Brabantiæ & Lymburgiæ secundo genitus quondam ducis Antonii, & frater Ioannis ducis prædicti fuit Louanii in ducẽ inthronisatus & receptus in die Dominica XXII. Maii, anno Domini MCCCCXXVII. Regni Sigismundi Regis Rom. anno CLXXI. Et rexit annis tribus, mẽsibus tribus (Hæc ex Chronicis) Tandẽ Philippus dux nulla prole relicta anno ducatus sui quarto currẽte obiit in castro suo Louanienſi die quarta mensis Augusti anno Domini MCCCCXXX. Et est sepultus in Ecclesia sancti Ioannis Furen. penes Patrem & matrem & fratrem supradictos. Hæc Emundus.

Brabantica & Burgundica. Philippus huius nominis secundus inter duces Brabantiæ filius quondam Ioannis ducis Burgundiæ & Comitis Flandriæ legitimus & proximior hæres succesſit dicto Philippo nepoti suo immediate, anno Domini MCCCCXXX. die vero quinta Octob. Regni Sigismundi, Regis Romanorũ, Caroli vero Regis Francorũ octauo Louanii in ducem Lotharingiæ & Brabantiæ vicesimum nonum, exclusis alienigenis inthronisatus & receptus cum solennitatibus consuetis, & deinde in aliis oppidis ducatuum & Marchionatus prædictorum, diebus ad hoc statutis & ordinatis. Et rexit ducatum Brabantiæ annis XXXVII. mensibus decẽ. Iste enim dictus est magnus dux Burgundiæ tum propter rerum gestarum magnitudinem, tum propter principatuum suorum multitudinem, quia in ipsum concurrebant, & iure hæreditario diuoluebantur succesſu temporis, fere omnes principatus auorum suorum ex vtroq; parente. Nam pacifice fuit Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgiæ & Luzenburgiæ dux, Flandriæ, Artheſii, Burgundiæ, inferioris Palatinatus, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Boloniæ, Comes Frisiæ, Salinarii & Mechelîniæ Dominus & Princeps, sacri imperii Marchio (Hæc ex chronicis.) Iste illustrissimus dux in tanta pace & tranquillitate conseruauit patriam Brabantiæ, vt per spatium XXXVI. annorũ quibus præfuit, non reperiret, qui perturbaret eam præter Leodienses. Nam hi illo tempore cũ suo Electo Ludouico præfati Philippi nepote discordabãt. Quapropter anno Dom. MCCCCLXV. maiestatẽ Philippi ducis tentabãt offendere. Cuius ordinem & processum tam ob nimiam prolixitatem historiæ, quam ob partialitatem scriptoris, qui Brabantinus extitit, & à veritate communis famæ, quam ipse tunc audiuit, plurimum deuiauit, nolui commemorare. Tandem anno Domini MCCCCLXVII. Mensis Iunii die XV. Illustrissimus Princeps Philippus Burgundiæ & Brabantiæ dux, in oppido Flandriæ Brugis, iubente Deo viam vniuersæ carnis ingressus est, cui succesſit in vniuerso principatu eius Carolus Comes de Charloes filius eius, &c.

Romana. Eugenius quartus natione Venetus, qui ante Papatum dictus est Gabriel de Venetiis, cœpit anno Dom. MCCCCXXXI. sedit annis sedecim (Hęc ex chronicis.) Iste fuit electus pacificè in vrbe mortuo Martino quinto & indubitatus Papa habitus, sed paulo post expulsus ex Roma ita fuit, vt nudus fugeret. Item à concilio Basiliensi citatus, etiam depositus fuit, sed non curauit. Et hinc iterũ schisma ortum quod mansit vsq; ad mortem eius. Qui illi fauebant multa laude digna de eo dixerunt. Econtra qui aduersabantur, plura enormia imposuerunt, vt moris est: Tamen

quid-

quidquid est ante susceptam dignitatem fuit vir abstractæ vitæ (puta fratricella) & bonæ famæ. Quid postea feciſſe dicatur diuino iudicio relinquo. Ipse etiam Romam recuperauit adiutus à Venetis, & maiorem obedientiam habuit. Hæc Wernerus.

Anno Pontificatus Eugenii octauo, anno salutis scilicet MCCCCXXXVIII. Basileę congregatur concilium, tamen lente & parua admodum frequentia, in quo post diuturnam moram, priuato demum Eugenio, Amedæus Sabaudiæ Dux ad Pontificatum eligitur, quem Felicem quintum vocarunt. Hæc Matthæus. In isto concilio multa bona instituta fuerunt pro reformatione Ecclesiæ in capite, & in membris. Habuit principium glorioſum, sed finem humilem & tribulatione plenum, propter Schisma. Mirabilis rerum euentus: Præualuit concilium Constantiense, contra tres Papas, eos deiiciendo, & quartum instituendo, cum tot haberet aduersitates, & à nullo confirmatum esset. Istud autem tanta autoritate collectum & confirmatum, nec vnum potuit (& ne quidem parum) reducere ad normam sui propositi.

Imo econtra processus eius impeditus fuit ab vno; Ibi debile principium & finis glorioſus. Hic econtra præcise. Schisma Ecclesiæ XXXIII. inter Eugenium & Felicem durauit annis XVI. Causa fuit satis vana nec ante hæc tempora visa: quia Basilienſe concilium depoſuit Eugenium vnicum & indubitatum Papam, eo quod non seruauerat decreta concilii Constantienſis (vt dicebatur) nec obedire curauit concilio Basilienſi. Asserens magis, econtra debere fieri, vnde magna scribentium de hac materia altercatio, pro & contra, nec concordari in hunc diem potest: Vna parte, concilium esse supra Papam asserente; & altera; Deus super omnia benedictus det pacem suam in Ecclesia sancta Sponsa CHRISTI. Hæc Wernerus.

Anno Pontificatus sui nono Eugenius Pontifex Florētiæ concilium celebrauit, in quo Græci Imperatore eorum præsente de processione Spiritus Sancti in idem, quod Romana tenet Ecclesia, consenserunt. Nicolaus Euboicus latinæ & greçę linguæ, atq; eloquentiæ Princeps laudatissimus habetur, qui frequenti consilio medius assistens multis & eruditis viris audientibus, (me quoq; teste viſente audienteq;) disputantium, verba atq, sententias tum græcè tum latinè prolatas mira celeritate, vltro citroq; in vtraq; lingua fidelissimè & summo ornatu reddebat. Ambrosius ordinis Camaldulenſis generalis Abbas, latinè greçeq; accurate doctus, & bonis omnibus disciplinis ornatus, in eo concilio clarus habetur. Armeni & Indi in Florentino concilio, cum Romana Ecclesia vnitatem redintegrant. Tandē Eugenius Romæ moritur Kalendis Martii (Hęc Matthęus Florentinus.)

Felix fuit Dux Sabaudiæ, Princeps deuotus & senex: vidit filios filiorum suorum. Iste cum iam cęlibem vitam duceret, electus est in Papam à concilio Basilienſi, depoſito Eugenio, & fuit Schisma longo tempore, sed non habuit magnam obedientiam, quia sequitur neutralitas. Tandem defuncto Eugenio cessit Nicolao; propter fauorem vnionis, factus legatus Franciæ, & Cardinalis Sabinianus. Hæc Wernerus.

Sepulto deniq; Domino Zuedero, vero Episcopo Traiectenſi Rodolphus à Diepholt, in verum quinquagesimum tertium Episcopum Traiectenſem est anno Domini MCCCCXXXIII. Pontificatus Eugenii Papæ quinti tertio consecratus: non sine discordia mortem ipsius Domini Zuederi secuta: Quia aliqui tum Canonici vagantes extra ciuitatem elegerunt nobilem Walramum de Moersa in Episcopum, qui obtenta Electione & confirmatione à sede apoſtolica, aliquam diu retinuit sibi particularem iurisdictionem, videlicet in Dordraco & alibi: Sed tandem per amicam compoſitionem sapientium concluſum fuit, vt prędictus Walramus resignaret Domino Rodolpho omnia iura, quę habebat ad Episcopatum. *Traiectenſia*

Quo rite facto Rodolphus, vbiq; intronisatus est in Episcopum Traiectēsem: Qui Rodolphus licet fere fuit Laicus, tamen amator & defensor totius Cleri fuit, & Ecclesiasticarum personarum. Insuper omnia castra diruta restaurauit: Ecclesias pulchris vitris vbiq; illuminauit, ac in morum honestate valde compoſitus, humilē

se omnibus præbens, & vt multa paucis verbis concludam cum vicinis suis principibus pacificatus permansit. Et in breui dies effectus omnia ad debitum & laudabilem statum reformauit. Circa idem tempus vltra Poloniam captus fuit piscis in quantitate, longitudine, & latitudine vnius viri viuentis, ornatus mitra, pastorali baculo, casula, alba stola, manipulo, sandaliis, chirothecis & reliquis omnibus ad pontificalem dignitatem requisitis, ad Episcopi modū qui ad diuina peragenda solenniter est præparatus: Cuius Casula benè leuabatur, ante & retro à pedibus vsq; ad genua, sed nō altius: Permisitq; se satis tractari & tangi à multis, sed præcipuè ab illius patrię Episcopis: Qui cum præsentatus fuisset regi, regni istius & diuersis aliis idiomatibus interrogatus, quis esset & nihil respondisset, cum tamen os aperuisset, humiliter reuerentiam & honorem Episcopis in præsentia regis exhibendo iratus Rex, cum decreuisset ipsum carceri mancipari, aut in turrim fortem includi, tristis piscis clausit oculos suos, nullo modo aperuit quousq; Episcopi illius regni flexis genibus in præsentia piscis à Rege magnis precibus impetrasset, vt viuus remitteretur ad littus maris, vbi fuerat captus, vt Deus, cuius opera sunt incomprehensibilia, ostenderet naturam & actus ipsius, ne plaga regi & populo sibi subiecto inde obueniret.

Quod cum annuisset Rex, statim prædictum monstrum aperuit oculos suos, Regi & præcipuè illis Episcopis magnas gratiarum actiones exhibendo. Præparatum ergo currum in præsentia infinitæ multitudinis vtriusque sexus decenter cum præfatis Episcopis ascendens sedebat inter eos, tanquam domesticum animal & ratione vtens: Qui cum adhuc longe abessent à mari, descenderunt Episcopi de curru. Piscis vero similiter per se de curru descendens, stetit super suos pedes, & cæpit ambulare inter duos Episcopos, ponens vnam manum super humerum vnius Episcopi, & alteram super humerum alterius, ac si fuisset rationalis creatura: nec propter tumultum populi vndique confluentis mirabatur aut mouebatur, sed modestè incedebat. Cum autem venisset ad ripam maris, benigne Episcopos & turbam populi inspexit, & licentia cum omni humilitate ab Episcopis gestu Corporis petita & obtenta intrauit aquam maris. Cum ergo in aquam maris vsque ad vmbilicum super pedes intrasset, & nimia profunditas maris statim adesset, conuertens se versus Episcopos & turbam finem rei expectantem, caput suum humilime inclinauit, impertiens eis manu dextra benedictionem ad modum crucis; Et statim descendit in profundum maris, nec deinceps visus est ab aliquo.

Anno Domini MCCCCXXXIIII. in festo Sancti Dionysii, tanta tempestas Ventorum intonuit super Ciuitatem Colonienſem, vt radicitus diſiectis crassissimis arboribus in Cæmiterio Sancti Pantaleonis, multæ turres Ecclesiarum, hinc inde corruerent: & lapides diſiecti ab Ecclesia Sancti Petri Colonienſis super sanctorum trium magorum capsulam inciderent, & omnia comminuissent, nisi gratia diuina dispensante eadem capsula, cum pretiosissimis reliquiis retrò cessisset, ita vt omnino intacta miraculosè manserit.

Anno Domini MCCCCXXXVIII. fuit tanta abundantia aquarum, vt diſtruptis aggeribus in Hollandiæ & Batuæ partibus fruges agrorum & sata omnia deperirent, & magna damna inde sequerentur.

Eodem anno secuta est tanta caritas & fames inter pauperes, vt lamentando ad plenum scribi non possit. Emebatur enim vnum fertellum tritici pro nobili Anglicano, & isto eodem modo singula alia frumenta in consimili valore vendebantur: & durauit vltra annum.

Anno sequenti sequuta est magna pestilentia hominum per totam Europam, & præcipuè in Hollandia, Zelandia, Gelria, Brabantia, & per totum Rhenum.

Anno Domini MCCCCXLI. circa festum omnium sanctorum de præcepto Philippi, Ducis Burgundiæ ciuitates & oppida Hollandiæ, Zelandiæ submiserunt se obedientiæ Rodolphi de Diepholt Episcopi Traiectenſis.

Quo ab anno Domini MCCCCXXVI. per occasionem Zuederi Traiectenſis Episcopi expulsi distraxerant se, & separauerant à Traiectenſis sedis obedientia vsque ad præsens tempus.

Anno

Anno Domini MCCCCXLIX. præfatus Dominus Rodolphus, Episcopus exclusus, propter partialitatem à propria ciuitate Traiectēsi, cum Domino deMōtforde, cum Zuedero Domicello de Culenborch, & cum oppido Amersfordensi noctu clam, per quoddam muri Ciuitatis foramen præfatam Ciuitatem intrauit, & obtinuit eam, ceciderunt autem in conflictu aliqui ciues, & aliqui capti fuerunt, Episcopus in capite & tibiis vulneratus viriliter restitit, & victoriam obtinuit. Sed quia nobilis Domicellus Iacobus de Gruesbeeck, parti Episcopo contrariæ fauebat cum illo tempore in ciuitate esset, fere inhoneste capiebatur & claudebatur sub fide in camera domus suæ, quousq; locum tenens comitis Hollandiæ, videlicet Dominus de Zānoy, Traiectum veniret, qui ipsum tali conditione liberauit, vt nimirum idem Domicellus Iacobus, Dominus de Guesbeeck, Sancto Martino resignaret libere oppidum Wyck, cum castro Duerstaden, & districtu ipsius: vt & castrū & dominium de Apranda post mortem suam: ipse vero reciperet tredecim millia florenorum Rhenensium: Quo modo Episcopus subiugauit sibi propriam ciuitatem rebellem, ordinando in ea cuncta, ad arbitrium suum. Tandem Dominus Rodolphus, Episcopus Traiectensis, anno Domini MCCCCLV. die XXIIII. Mensis Martii obiit, postquam Traiectensi Episcopio præfuisset annis XXIII. in Ecclesia maiori penes antecessores suos decenter inhumatus. (Hæc ex Chronicis.)

Postquam Domina Iacoba Comitissa Hollandiæ resignasset libere, vt supra relatum est, Philippo Duci Burgundiæ & comiti Flandriæ, omne ius, quod in præfatis comitatibus habebat, vel habere poterat: Idem deinde dux Philippus, postea receptus & inthronisatus fuit, vbique in præsentia Ducissę Iacobæ in omnibus ciuitatibus Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ, in verum Dominum & comitem legitimū, anno Domini MCCCCXXXIII. regni Sigismundi, regis Romanorum XXIII. anno. Et rexit pacificè annis XXXIIII. Post hæc, glorioſa principissa, ducissa Iacoba, multum humiliata, & depressa quondam futura regina Franciæ, postea ducissa Lotharingię, Brabantiæ, Lymburgiæ, Comitissa Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Marchionissa sacri Imperii, & Palatina Rheni, Dominaq; Frisiæ, sub extremum facta Domina de Borsalia (proh dolor) præ tristitia phthisi obiit in Hollandia in castro de Teylinghe, sine prole anno Domini MCCCCXXXVI. in festo S. Dionysii, sepulta in Haga comitis, in Ecclesia collegiata, Palatii eiusdem penes auum suum Albertum, ducem Bauariæ, comitem Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ. Post cuius obitum, omnia Dominia ducis Wilhelmi Bauariæ, Patris Ducissæ Iacobæ, deuoluta sunt iure hæreditario ad dictum Philippum, Ducem Burgundiæ. Sed ego sentio, quod potius seipsum per clandestinam, & minus honestam captionem Domini Francohis de Borsila, vltimi mariti Dominæ Iacobæ præfatæ intruserit, quem comes de Moersa à captiuitate liberauit, vt supra relatum est. Iste Philippus Dux obtulit in Colonia, sanctis tribus regibus, lampadem auream perpetuis temporibus arsuram. Et idem sicut quidam tradunt, prouidit fratribus minoribus Hierosolymis Sepulchrum Domini custodientibus omni anno mittens eis alimoniam, & cætera alia necessaria victus quotidiani. *Hollandica.*

Anno Domini MCCCCLVII. medio Decembris, tantus terræmotus fuit in Neapoli & Sicilia, vt per ipsum corruerint XL. oppida & sexaginta hominum millia perierint: quorum oppidorum vnum ita subuersum est, vt nullum vestigium eius appareat.

Anno sequenti contigit res miranda, & tanto magis, quia in seculo inaudita. Nam ex omni Teutonia & Gallia nullo hortante aut prædicante, nescio quo spiritu acta multa centenaria Iuuenum, vtriusque sexus ab octo annis, & supra vsq; ad perfectam ætatem, inuitis parentibus, & cognatis, & amicis retrahentibus, quidam aratra & currus quos ducebant, alii pecora quæ pascebant, vel si quæ alia habebant prę manibus relinquentes, subito vnus post alium currentes, peregrinari cæperunt cū magno feruore ad S. Michaelem, in mari Britannico: Et timebant multi, ne spiritus nequam agitaret eos. Incedebant autem vigeni aut quinquageni, vel centeni, erectis vexillis, cuntes processionaliter, de ciuitate in ciuitatem, de oppido in oppidum, de villa in villam cantantes quendam cantum de Sancto Michaele, semper

præcedente vexillo cum imagine Sancti Michaelis: Quos ego tunc Traiecti supra Mosam exeuntes processionaliter isto modo incedere vidi: Separatim tamen incedebant, hoc est, masculi cum turmis suis & fœminæ cum suis, quos tamen postea rursus sine tali distinctione incedere vidi: Et non solum ignobiles & pauperes sic ibant; sed etiam multi nobiles & diuites adiungebant se illis. Statim tamen illa peregrinatio cessauit propter tædium itineris & famem quam patiebantur.

Anno Domini MCCCCLXIII. in festo Sancti Antonii de Padua ordinis minorum fuit incendium Buscoducis, quo tertia pars oppidi conflagrasse refertur: Et istud incendium, quod secundum appellatur respectu primi (de quo supra) accidit annis quadraginta quinq; post primum.

Anno sequenti die XX. mensis Aprilis nix insolita cum grandine cecidit in tanta quantitate, vt spissitudinem trium pedum excederet. Eodem anno ipso die Matthæi Apostoli & Euangelistæ, tam validus ventus extitit, vt ex eo multæ arbores, tam paruæ quam magnæ radicitus sint euulsæ, & multæ naues onerariæ in portu Antuerpiensi destructæ & submersæ.

Item anno sequenti scilicet salutis MCCCCLXV. quarta die post Epiphaniæ scilicet in festo Iuliani martyris in castro oppidi de Grauia illustris Dominus Arnoldus, Dux Gelriæ ab Adolpho filio suo captus fuit, & in castro de Buren filialiter, quasi per quinquennium detentus: Cuius causa infra ponetur.

Anno sequenti scilicet salutis MCCCCLXX. idem Dux illustrissimus Gelriæ Adolphus à sereniſſimo Carolo, duce Burgũdiæ sub saluo conductu, quẽ quatuor principaliores ciuitates Brabãtiæ suis literis & sigillis roborauerũt, accersitur: & tamen postea inhoneste detinetur, ac vsq; ad mortem suam inclusiue arctæ custodiæ sine respectu ad fidem & ad ciuitatum ac optimatum suorum sigilla mancipatur.

Albertus huius nominis secundus Dux Austriæ fuit Francofordiæ electus concorditer in Regem Romanorum anno Domini MCCCCXXXVIII. Mundi verò MMMMMMCCCCCCXXXVI. die XVIII. mensis Martii: & solum per annum regnauit, non tamen coronatus, sed tantum per Eugenium quartum confirmatus. Iste per successionem nomine vxoris habuit regnum Vngariæ, Bohemiæ, & alia regna & dominia, quæ habuit Imperator Sigismundus: & fuit homo prudens, & victoriosus, & admodum diues, quoad paratas pecunias & thesauros.

Genuit vero ex prædicta vxore vnicam filiam, quam in vxorem duxit illustris Wilhelmus, Dux Saxoniæ, Lantdgrauius Thuringiæ & Marchio Misnensis. Hæc Emundus.

Vnde etiam Wernerus: Iste Albertus fuit Dux Austriæ, & gener Sigismundi, & ideo assumptus fuit in Regem Bohemiæ & Vngariæ, propter filiam scilicet eius quia alium hæredem non reliquit. Iste electus fuit in regem Almaniæ, sed statim intoxicatus obiit, Vir, vtique prorsus Virtuosus, & adeo pius vt tota plebs mundum eius gubernatione non fuisse dignum contestaretur. Reliquit vero filium vnum paruulum, & duas filias. Hæc ille. Istius tempore tres soles visi sunt in cęlo. Et sequitur statim triplex regimen in Ecclesia scilicet Eugenii, concilii & neutralitatis. Tandem Albertus anno Domini MCCCCXXXIX. mensis Octobris die XXVII. obiit, & dicitur fuisse intoxicatus. Hęc Emundus vbi supra.

Fridericus huius nominis tertius fuit post decessum prędicti Alberti per omnes Electores Imperii concorditer electus anno salutis MCCCCXL. Mensis Februarii die secunda inter octauam & nonã horas: Cuius electio fuit publicata circa decimam horam eiusdem diei.

Iste Fridericus tertius postquam fuit per Eugenium Papam quartum confirmatus, fuit per Theodoricum huius nominis secundum archiepiscopum Coloniensem Aquisgrani more solito in Regem Romanorum coronatus die XVII. Mensis Iunii, anno Domini MCCCCXLII. Mundi vero MMMMMMCCCCCCXL. Hucusque magni Emundi de Dyuter inclytę memorię Antonii primi, Ioannis quarti, Philippi primi ac Philippi secundi, Ducis Burgundię, Brabantię, &c. Secretarii Chronica protenditur & finitur.

De isto Friderico sic habetur in fasciculo tẽporum. Iste Fridericus dux Austrię electus

electus fuit in regem Almaniæ, & diu distulit coronationem Papæ propter Schisma, sed tandem facta vnione à Nicolao quinto cum magna gloria Imperiali diademate fuit in vrbe coronatus, vir vtique pacificus & quietus, & patientiæ singularis, nec osor cleri: & filiam regis Portugaliæ duxit in vxorem.

Item Ludouicus Arelatensis Episcopus Cardinalis moritur, vir sanctæ vitæ ac mirę patientiæ, miraculis coruscans, singularis columna concilii Basilienſis cui diu prędedit. Item Bernardinus frater minorum, qui nouam reformationem inchoauit, moritur, miraculis fulgens, cuius festum agitur xx Maii. Ioannes de Capistrano frater minor discipulus Bernardini statim post obitum eius præfuit reformationi nouæ: claret miraculis: moritur Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Reformatio tum magna & noua fundata diuersorum Monasteriorum in diuersis mundi partibus fuit: Et nota quod huius reformationes crebro leguntur factæ, sed pene nulla remansit, quin solito more per successum temporis ad pristinum languorem post memorabilium patrum mortem relaberetur. Hæc vbi supra.

Item anno eiusdem Friderici quinto, Triginta ferme Turcarũ millia intra Adrianopolin, Danubiumq; à Christianis sunt cæsa: In qua pugna Vladislaus Pannoniæ Rex, & Iulianus Cæsarinus diaconus Cardinalis, & in bello Pontificis legatus pro CHRISTI nomine interierunt.

Item anno Friderici nono (scilicet salutis MCCCCXLVIII.) quarto Kalen. Septembris diei hora sexta, solis est facta defectio. Huc vsq; Matthæi Palmerii Florentini, liber de temporibus.

Item anno eiusdem Friderici XIII. Imperator Turcarum adolescens ferocissimus, & in pactis perfidus, Christiani nominis persecutor acerrimus & machometicæ prauitatis zelosissimus ampliator, qui & ipse Machometæ nomen habet, & à suis magnus Amira dicitur, cum exercitu maximo Constantinopolim obsedit & omnibus castris & munitionibus, quæ in circuitu erant expugnatis & captis in eisq; plurimis suorum amissis, Mense Augusto ad patriam suam rediit: Et post septem menses (Anno salutis MCCCCLIII.) eiusdem Friderici Anno XIIII. rediit cum trecentis armatorum millibus, inter equites & pedites habens præparatas triremes inter paruas & magnas ducentas viginti, & Bombardas plures quam mille adduxit, inter quas erant tres grandes, quarum prima proiiciebat lapidem vndecim palmatarum in circuitu qui 1400. libras appendebat: secunda lapidem decem palmatarum 1200. librarum. Tertia nouẽ palmatarum & 1000. librarum, habuit & alias magnas & colubrinas infinitas. Per has autem Bombardas tres maiores quinquaginta vna diebus sine intermissione Constantinopolim oppugnauit: similiter & per alias infinitas ac infinita ingenia. Per illas autem tres maiores, quibus bene septingentos lapides contra diuersas partes muri vrbis proiecit, in diuersis locis muros rupit & diiecit. Insuper alia agit quæ incredibilia, & vix humano ingenio possibilia videntur. Fuit enim tempestiuè prouisum, vt Portus Constantinopolitanus catena fortissima clauderetur, ne Turcarum naues introirent, & ad custodiam catenæ ordinatæ fuerunt illic quinq; triremes Venetorum, & duodecim magnæ naues cum instrumentis, armis, & custodibus necessariis. Quod videns Imperator Turcarum fecit de nauibus suis LXX. extrahi de mari, & eas super ligna rotunda (quæ ad id fieri & substerni iusserat) per montes & colles, circumcũdo vrbẽ, plusquã per tria milliaria mirabili artificio perduxit, erectis etiam velis & vexillis, ac si per mare duceretur: Et ita eas traduxit ad portum maris, circa Constantinopolim, vt non opus esset transire catenam. Istud facilius intelligunt, qui viderunt situm portus. Deinde construxit pontem ligneum super mare, qui adhuc manet, fecitq; trecentas turres ligneas, quarum aliquæ magno ingenio ab armatis intus existentibus mouebantur, quas ad muros vrbis (quos in altitudine excedebant) applicabat. In aliquibus autem partibus, fossis repletis turres terrę infixit, & ita vndiq; vrbẽ ipsam quinquaginta vno diebus sine intermissione impugnauit. Scalas etiã habuit innumerabiles quæ hamos habebant ita factas, vt quando adhibebantur muro, si vnum defensorem haberent, ad inferiora deiici non possent: & erant scalæ istæ velatæ

tabulis à ſurſum vſq; deorſum, vt aſcenderentur ſine vulnere & læſione vſq; ſupra murum. Per has autem ſcalas & ex his turribus, quas applicari fecit ad partes muri diſruptas, quinquageſimo ſecundo die qui fuit xxix. dies Maii, anni prænotati, cũ tota die ac nocte præcedenti inſultus factus fuiſſet aſperrimus & vtriq; per laborẽ defatigati fuiſſent, Turcarumq; exercitus & augeretur & innouaretur momentis ſingulis, Turcæ violenta manu per murorum rupturas vrbem victores intrauerunt, & poſt innumerabilem Chriſtiani ſanguinis effuſionem reliqui omnes qui ſuperfuerunt, capti ſunt, inter quos eos qui nobiles erant (quorum erat magna multitudo) tametſi vitam promiſiſſet, tamen in conſpectu ſuo vna cum filiis & vxoribus iuſſit occidi crudeliſſimè. Nam primo vxores & filios in præſentia parentum & maritorum: & poſtea viros ipſos, ſe vidente fecit in fruſta minutatim concidi: Fœminasq; virgines & moniales violari & inhoneſtiſſime tractari, ſicut nec pecudes tractarentur. Plurimos autem de paruulis ac puellis popularibus vendidit, & totam vrbem infra paucos dies omni habitatione vacuauit: Mechanicos tamen & præſertim fabros & conſtructores nauium viuos reſeruauit, & eos ſuis operis addixit. Dum igitur coram eo ſanguis Chriſtianus ita funderetur, adportata ſunt in conſpectu eius in tribus lanceis per tres Turcas tria capita, quorum vnum erat Imperatoris Conſtantinopolitani: Aliud cuiuſdam militis Turcici, qui contra Turcas vrbem cum Chriſtianis viriliter defenderat, & tertium erat cuiuſdam ſenis barbati Monachi de ordine Sancti Baſilii, quod illi dicebatur eſſe caput Cardinalis Rutheni licet in veritate non fuerit. Nam quomodo ex illo excidio euaſerit, poſtea dicam. Quæ autem nefanda commiſerit in ſanctas Eccleſias, reliquias & ſanctorum imagines, horribile eſt dicere. Nam omnia templa vrbis Turcę ſpoliauerunt, & imaginem quandam beatæ Virginis manu beati Lucæ pictam, quæ in maxima veneratione habebatur, detractis gemmis, argento & auro, quæ erant in circuitu, per ciuitatẽ ignominoſe traxerunt, eamque ſordidis pedibus conculcantes, tandem in fruſta confregerunt: Corpusque Beatæ Theodoſiæ Virginis, quod illic maximis miraculis crebro claruit, omneſq; alias ſanctorum reliquias quę penè innumerabiles erant, laniando in fruſta, canibus tradiderunt, & in lutum proiecerunt: Eccleſiamque illam inſignem Sanctæ Sophiæ, cui parem non habet noſtra Religio Chriſtiana, Imperator ſibi in Moſcheam vt ſuo vtar vocabulo, delegit. Pauimenta altarium, ſtolas & tapetas, in quibus depicta erant miracula CHRISTI vel CHRISTVS, Sancti aut Beata Virgo, pedibus conculcabant & permingebant, & alias fœdiſſimè pertractabant, deridentes noſtram fidem: Crucemque quæ erat in ſublimitate templi deiicientes confregerunt: flamines etiam eorum in ſacra altaria aſcendentes & ſaltantes, clamabant iubilantes & Machometum glorificabant, & vt maximum prophetarum ac Chriſtianæ fidei deſtructorem prædicabant.

Quæ etiam infanda egerint in monaſteriis monachorum, monialium in hoſpitalibus & piis locis, eſt incredibile. Venetos etiam, Genuenſes & Arragonenſes, quorum illic plurimi erant fere omnes cum filiis & vxoribus trucidauit: paucos paſſus redimi. Deinde poſt in fine Iunii Peram ciuitatem fortiſſimam prope Conſtantinopolim ſitam quę Genuenſium erat, ſimiliter expugnauit, & muros eius ſolo æquauit: Turrimq; magnã, in cuius vertice crux erat, funditus deiecit & Chriſtianos ibi ſuperſtites in ſummam ſeruitutem coanguſtauit: vt pulſare campanam in eleuatione corporis CHRISTI non poſſint, cogitque nonnullos Chriſtianos, quos videt robuſtos, negare fidem & contra Chriſtianos ſecum ad bella proficiſci. Gabellas autem & tributa omnibus ciuitatibus tam græcis quam latinis totius maris magni (quod vocatur Archipelagus) imponit grauiſſima: iactat ſe æſtate futura venturum Romam, & ſubiugaturum Italiam, & exterminaturum fidem Chriſtianam, quod quaſi iam certum putat, & quo iam paratas trecentas triremes & viginti groſſas naues, bombardas & ingenia infinita habet.

Reſtaurauit exercitum trecentorum millium armatorum, nec putat poſſe orbem terrarum ſibi reſiſtere, habetque iſte ſequiſſimus Tyrannus tantum odium cõtra Chriſtianos, vt cum videt Chriſtianum, ſtatim oculos abluat quaſi ex hoc fædaretur.

fetur. Cardinalis autem Ruthenus natione Græcus, qui per Papam Nicolaum anno iam elapso Constantinopolim, ad inducendum Græcos vt primatum Ecclesiæ Romanæ etiam quo ad iurisdictionem in omnes Ecclesias orbis recognoscerent, (quod & fecit,) missus fuit, euasit per hunc modum. Capta quidem vrbe prope Ecclesiam Sanctæ Sophiæ accessit, putans ibi esse armatos aliquos, qui Turcis obsisterent: Cum verò nullos inueniret paratos ad resistendum, & omnes fugerent, bonus pater voluit Turcis obuiam procedere & pro CHRISTI fide sanguinem effundere. Verũ per aliquem seruorum suorum coactus, fugit in Ecclesiã vbi captus est à Turcis; & tanquam incognitus mansit tribus diebus in magno exercitu Turcarum: qua in re multum ei proderat, quod ex communi rumore ab Imperatore Turcarum crederetur occisus. Tandem igitur Cardinalis iste redemptus quinquaginta ducatis & vectus est in Perã, mansitq; ibi absconditus octo diebus, fugiendo de domo in domum occultè: Sed postquam percepit Turcas etiam petere Peram, iudicauit non esse tutum ibi subsistere: Et cum non posset per loca Christianorum fugere, intrauit triremes Turcarũ, in quibus mansit tribus diebus incognitus. Obuolutus enim erat in facie pannis eo quod in facie sagitta vulneratus esset. Petiit ergo Persas cũ triremibus Turcarum, quibus in partibus finxit se pauperem captiuum & redemptum esse, & quærere vt filios suos redimat captos Constantinopoli. Quo modo paulatim cuidam Turcæ semper associatus vsque ad quendam dictum Tigis peruenit. Deinde pertranseuntem Cardinalem quidam Genuenses agnouerunt, & clam illo manifestare cœperunt: Vnde metu, quia ad Turcas locus attinebat, in paruam nauim ingressus deuenit Chium & inde Cretam: deinde Romam. Hæc ex scriptis magni Henrici Zomeret collegimus eximii sacræ Theologiæ professoris. Est verò diligenter aduertendum ad singularia tria, quę desolationem prædictæ Ciuitatis præcesserunt, quorum duo prædixit antiquus Philosophus Græcus, qui Leo dicebatur. Vnde & in Ecclesia Sancti Laurentii prædictæ Ciuitatis (vt mihi Græcus, qui propriis oculis sæpe vidit, narrauit) erat columna tota marmorea cooperta ad modum scacorum sic ordinata, vt incipiendo à principio in vno scaco poneretur nomen Imperatoris, & in sequenti nomen Patriarchæ qui præsidebat: Prædixit verò Philosophus ille columnæ scacis omnibus expletis, perditum iri ciuitatem Constantinopolitanam, & sic de facto accidit: Quia præsidentibus Constantino Imperatore & Patriarcha Gregorio (quorum tempore capta fuit ciuitas, facta fuit impletio vltimorum scacorum columnæ. Secundum, quod prædixit Philosophus Leo, fuit quod tempore Constantini debebat perdi ciuitas, cuius verba in prædicta columna erant hæc: Constantinus me fecit & Constantinus me dissoluet, quod eodem modo impletum fuit. Mirum verò quomodo ista præuiderit Philosophus: Nec enim quisquam potest nisi ex Spiritu DEI.

Primus enim eorum, qui imperauit & nobilitauit prædictam vrbem, fuit vocatus Constantinus, qui dedit patrimonium Ecclesiæ, cuius mater fuit Helena vocata: Et primus Patriarcha fuit Gregorius. Vltimus autem qui ibidem imperauit, & perdidit ciuitatem & mortuus in bello fuit, similiter vocatus Constantinus & mater sua Helena: & Patriarcha etiam Gregorius vocabatur. Tertium verò mirabile quod præcessit captionem ciuitatis, fuit visum per Turcas, Christianis nihil videntibus.

Cum enim quadam nocte vigilantes Turcę in obsidione, respicerent versus ciuitatem, viderunt subito multitudinem luminum ad modum candelarũ vndiq; super turres & muros ciuitatis: quod respicientes & admirantes valde timuerunt arbitrãtes ex hoc miraculo ciuitatẽ esse sub diuina protectione. Et cũ retulissent quę viderãt Imperatori Turcarũ, ipse etiã tũc dissimulauit. Altera verò nocte apparẽtes rursus prædictę cãdelę super turres & muros visę sunt eleuari in cœlũ: Tunc igitur Turca interpretãs visionẽ dixisse fertur: Cãdelas, quę apparuerũt descẽdẽtes significasse, q̃ Deus tẽporib⁹ prę̃teritis hãc ciuitatẽ protexisset. Sed cãdelas quę apparuerũt eleuatæ in Cœlũ, contra significare q̃ Deus ab ea & ab eius custodia discesserit.

Nunc ergo (ait) est tempus bellandi contra eam. Et sic ardenti rabie irruerunt in nobilissimam ciuitatem,& cæperunt eam, vt dictum est. Hæc Alfonsus bello centesimo quinquagesimo sexto.

Romana. Nicolaus huius nominis quintus natione Genuensis, Doctor sacræ Theologiæ, qui infra XV. menses DEO ordinante ascendit gradatim à sacerdotio ad Episcopatum, ab Episcopatu ad Cardinalatum, & tandem Papa electus est, anno Domini MCCCCXLVII. sedit annis octo, diebus sex. Hęc ex Chronicis.

Wernerus ita dicit: Nicolaus iste electus in vrbe loco Eugenii, adhuc pendente Schismate, paulatim vbiq; obtinuit obedientiam, mirantibus omnibus quod vir humilimæ originis sic prævaleret contra Ducem Sabaudiæ, qui fuit quasi affinis cunctis Principibus Christianitatis, & tamen desertus ab omnibus. Sed statim sequenti anno vnio rediit, cedente Felice, quia placuit Domino per abiecta mundi glorificare nomen suum. Fuit Nicolaus magister in Theologia, totus actiuus, & in conceptibus locuples: Multa diruta reædificauit, & grandem murum Romæ in circuitu Palatii construxit, & totum murum Romanum redintegrauit, propter timorem Turcarum. Constantinopolis enim ciuitas Imperialis tum capitur ab infidelibus Turcis, tradita per quendam Ianuensem, qui per triduum à Turca factus Rex iuxta promissum, die quarto decollatur: vnde planctus in tota Christianitate & magnus timor. Multi Christiani trucidati sunt: innumerabiles venditi: Imperatoris corpus iam mortuũ decapitatum fuit ex liuore Turcico: Et periit penè tota fides in Græcia.

Anno Domini MCCCCL. fuit annus Iubilæus Romæ, & magnus populus ex omni natione perrexit Romam pro indulgentiis: vt & multi nobiles eodem anno & sequenti transmiserunt mare ad terram sanctam visitandam: Inter quos præcipui fuerunt Dominus Arnoldus, illustris Dux Gelriæ, Dominus Ioannes Dux Cliuẽsis, Dominus Iacobus de Hoeren. Eodem anno quinquagesimo Dominus Papa Nicolaus canonisauit Romæ S. Bernardinum confessorem de ordine Minorum.

Anno sequenti Dominus Nicolaus Papa ad instantiam illustris Philippi Ducis Burgundiæ, vnum annum sub anni Iubilæi vrbis Romæ indulgentiarum forma Mechlinensi oppido concessit: Ita vt venientes Mechliniam vel ibidem habitantes, si illo anno durante certas Ecclesias ad hoc decretas cum oblationibus suis visitarent, consequi indulgentias omnium peccatorum possent. (Hæc collector.) Eodem anno reuerendissimus in CHRISTO Pater, Dominus Nicolaus de Cusa, tituli Sancti Petri ad vincula presbyter Cardinalis, per Almaniam legatus ad suæ legationis terminos ab vrbe descendens, ob omnibus terræ illius principibus, prælatis & magistratibus cum copiosa Equitum multitudine, & ab vniuerso clero & populo religiosis & secularibus cum vexillis & crucibus cateruatim obuiam ei occurrentibus, & cum magna gloria psallentiumque tripudio: (Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris) inter se concinentium, ipse super mulum suum cum exiguo Romano comitatu humiliter insidens, cum multis aliis de vicinis ciuitatibus, per quas transierat, & ad quas ibat, cruce argentea à Domino Apostolico sibi data cum suo stipite deargentato semper præcedente, ad Ecclesiam processionaliter deductus, ibidem cum hymno (TE DEUM laudamus) deuotè fuit susceptus.

Omnibus ergò, qui in terminis suæ legationis habitabant, postquam ad ipsos peruenerat, verè contritis & confessis, & qui ad cistas in diuersis Almaniæ Ecclesiis de consilio suo & loci Episcoporum & Prælatorũ ordinatis certam pecuniæ summam iuxta bonorum suorum facultatem voluntariè in pios patriæ illius vsus mox conuertendam contribuerunt, concessit iubilæum, id est, plenam omnium peccatorum remissionem, non autem à pœna & à culpa absolutionem: quia, vt ipse in Synodo prouinciali nobis audientibus Magdeburgi, per ipsum celebrata dicebat, sedes Apostolica sub his verbis (à pœna & a culpa) indulgentias nunquam dare consuetuit, sed benè omnium peccatorum remissionem. Et adiecit, si quis pro vno simplici peccato mortali septennem ageret pœnitentiam iuxta canonum decreta, in

forma

forma per Bartholomęum descripta, & pro duplici peccato mortali, vt est adulterium & similia, quatuordecim annis iuxta prędmissa pœniteret, nullam & tunc post hanc vitam subiturum pœnam.

Si autem prædictam non ageret pœnitentiam, quod tunc in prędsenti vita nō perficeret, id postmodum in purgatorio vsque ad vltimum quadrantem debere persolui. Quia vero multis obnoxius criminibus, talem pro peccatis mortalibus agere pœnitentiam vix possit, idcirco dicebat dari indulgentias, vt vel sic de thesauro Ecclesiæ suppleat, quod pro digna satisfactione sibi sentit deesse. Valde ergo est vtile homini Christiano tales indulgentias promereri libenter, quibus purgata anima post vitam hanc mortalem possit sine macula vultui diuinæ gloriæ in cœlo prædsentari. Vt autem omnem clerum & deuotum populum sue legationis, aptum redderet ad huiusmodi indulgentias promerēdas, certos confessores in ciuitatibus cōstituit, qui sine omni pecunia, autoritate sedis Apostolicæ etiam in casibus reseruatis confitentes absoluerent: dicens, non esse absolutos, nec Iubilæi gratiam promereri, qui suis confessoribus contra mandatum quicquam dare præsumerent: quibus tamen in suo discessu plenam laboris mercedem ex præmissis cistis dari mandauit.

Ipse etiam ab omni munere manus suas puras seruauit, quod tamen terræ magnates & alii diuites copiose offerebant, esculentis & poculentis (sine quibus vita præsens transigi non potest) duntaxat exceptis: quod idem ab aliis quia iusticiarius erat fieri desiderauit. Pater iste reuerendissimus plures abusus diuersarum Ecclesiarum, & etiam Christi fidelium in diuersis locis repertos, nouis mandatis exstirpans & eradicans, ad antiqua sanctæ Ecclesiæ iura eas renouari & obseruari in scriptis mandauit. Monasteria quoque diuersorum ordinum vtriusq; sexus à regulari trāmite miserabiliter satis prolapsa, ad primarias suas institutiones & regulæ obseruantiam, per se & suos commissarios reuocari studuit & reformauit. Superioribus igitur Austriæ, Thuringię, Saxoniæ & Westphaliæ partibus peragratis, cum ordinem nostrum, & patres Capituli nostri generalis de Wyndesem ex odore bonæ famæ olim sibi notos intimè diligeret, & eos videre desideraret, monasterium ordinis & capituli nostri prope Nordthem primum visitauit, & cum paucis illuc ingrediens missam celebrauit, & in conuentu prædicauit, omnibusq; affabilem, humilem & benignum se verbo & opere demonstrauit.

Deinde Dauentriam cum maxima multitudine aduehiens, glorioſe fuit susceptus: vbi ad prioris de Wyndesem preces, ad ordinis nostri Sanctimoniales in Dyepennen libenter accessit: videnſq; ibidem supra centum velatas moniales, cōuersarumq; deuotarum & familiarium non paruum numerum in sancta conuersatione & optima disciplina regulariter viuentes, valde fuit in Domino gauisus, & collationem fecit & contulit indulgentias. Post hoc venit in Wyndesem tribus milliaribus distans à Dauentria, cum magno comitatu, vbi vna nocte præter suam familiam centum fere hospites hospitio nostri receperunt. Mane autem facto in octaua assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in domo capitulari post primas diei Episcopus quidam, comes itineris eius, pulchrum habuit sermonem: cui ipse consequenter pulcherrimum suum adiecit. Quibus finitis ipse summam missam pluribus ministris astantibus, & fratribus nostris conuenientibus, cum magna solennitate, vt decuit, decantauit.

Tunc etiam in refectorio vna cum fratribus sub silentio lectionem audiendo, honore condigno à ministris ei præstito, iuxta clausträlem disciplinam prandendo comedit. In omnibus his mira verborum & operum suauitate quantum monasterium nostrum, & omnes inhabitantes, omnesq; patres & fratres ac sanctimoniales capituli nostri generalis diligeret, cunctis videntibus demonstrauit: quod etiam de summo pontifice Domino Apostolico publicè referebat.

Omnibus ergò & singulis vtriusq; sexus personis capitulo generali de Wyndesem subiectis gratiam desiderans præstare singularem, indulgentias dedit anni Iubilæi sine pecunia promerendas, sub certa tamen forma à singulis diligenter

obseruanda, Venerabili priori de Wyndesem, & quibus ipse committeret plenam conferens autoritatem, sibi vel suis commissariis confitentes à criminibus cunctis absoluendi: qui dictam sibi commissam autoritatem per scripta sua transtulit in omnes priores & rectores nostri generalis capituli, sed duntaxat in eos, qui illis cõmissi sunt.

Declarauit autem idem Dominus Cardinalis, non esse necessarium, in Confessione repetere, quæ quisque in bono existens proposito, semel ritè fuit confessus. Interrogatus, an liceat religioso sine licentia Romam pergere pro Iubilæo impetrando, iuxta tenorem & mandatum bullarum Apostolicarum, respondit Dominũ Apostolicum Papam Nicolaum, quantum viuæ vocis oraculo dixisse: Melior est obedientia quam indulgentia. Istis ita peractis reuerendissimus Dominus Cardinalis ad Zwollis in Bethleem ordinis & capituli nostri monasterium & consequenter in campis diœcesis Traiectensis oppidum per priorem de Wyndesem, cum magno comitatu solenniter fuit deductus literisque priuilegiorum suorum, quas Capitulo concessit, gratiose expeditis, & à cæpta benedictione venerabilis prior de Wyndeshem Wilhelmus ad propria cum gaudio est reuersus. Eodẽ tempore idem venerabilis pater Dominus Cardinalis Nicolaus de Cusa, diuersis Almaniæ partibus & ciuitatibus peragratis, tandem deuenit ad Ducatum Gelrensem in ciuitatem Ruremundensem, vnam de principalioribus eiusdem ducatus, vbi memoratus Dominus Cardinalis moram traxit, instituens ibidem Iubilæum per tempus præsentiæ suæ, pro certis locis in ciuitatibus eiusdem ducatus.

Anno sequenti scilicet salutis MCCCCLII. frater ordinis minorum Ioannes de Capistrano, Doctor decretorum, discipulus Sancti Bernardi, à Domino Apostolico missus ad prædicandum & conuertendum Bohemos, descendens per Turingiam, Saxoniam, Misniam, & Morauiam, cum gloria simili à terræ principibus, ab omni clero & populo, cum crucibus & vexillis processionaliter ei obuiantibus, & (Iustum deduxit) concinentibus deuotè susceptus, & in Ecclesiam sibi competentem fuit introductus.

Iste communiter ante prandium in foro facta domuncula in altum eleuata, primo celebrauit, deinde duabus aut tribus horis ibidem latine omni populo prædicauit, manibusque & pedibus more Italico prædicata demonstrauit. Aiunt Erfordiæ sexaginta millia populi, iuxta eius æstimationem in sermone eius tunc fuisse, vbi omnes viri in vno latere & mulieres in altero latere diuisim substituerunt. Quem alius eiusdem ordinis Doctor continuo subsequutus, Teutonice de verbo ad verbum expressit, quod ipse prius in latino prædicauit: quod inde potuit, quia in membrana seriem sermonis audiendo conscripsit. Prandio autem facto omnes ciuitatis & patriæ illius infirmi in forum conuenientes, in Circulum consederunt, & ille superueniens cum fratribus suis ordinis bene reformatis, reliquiis, quas secum detulit singulorum capita tangens plurimos infirmorum sanauit: quacunq; infirmitate quisque detineretur, modo benam fidem recipiendæ sanitatis haberet, quæ omnia, Erfordiæ, Wymariæ in Nuenborch & Hall, ipsum prosecuti, fieri conspeximus, & mirati sumus, quia nusquam talia in libris sanctis vnquam legimus. Lipsiæ sexaginta supposita vniuersitatis illius per caput mortui in ambone fori populo demonstratum, dicitur conuertisse & eos ordinis sui habitu ibidem in foro induisse, ac postmodum Christianis contra Turcas pugnantibus, orationis & benedictionis suæ præsidio victoriam magnam à Deo impetrasse, & nunc etiam post mortem miraculis dicitur coruscare. (Hæc Ioannes regularis.) Posthæc Nicolaus, Papa Romæ moritur, & in Ecclesiæ Sancti Petri sepelitur. Cuius sepulchro tale Epitaphium fertur inscriptum, editum à Pio Papa secundo, eius successore, cum adhuc esset in minoribus & Episcopus Senensis.

Hic sita sunt quinti Nicolai antistitis ossa
Aurea, qui dederat, secula, Roma tibi.
Consilio illustris, Virtute illustrior omni,
Excoluit doctos doctior ipse viros.

Abstulit

Abstulit errorem, quo schisma infecerat orbem,
Restituit mores, mœnia, templa, domus.
Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi,
Sancta Iubilæi tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Friderici & Coniugis aureo;
Res Italas icto fœdere composuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ,
Reddidit: Heu tumulo fundite thura sacro.

Calixtus huius nominis tertius, natione Cathalanus, fuit electus anno Domini MCCCCLV. & sedit annis tribus, mensibus quinq;, fuit vir valde senex & continuò infirmus, nec potuit perficere Zelum, quem contra Turcam susceperit, impediente senio morteq; præueniente. *Romanæ.*

Anno Domini MCCCCLVI. quinto die Maii, Calixtus Papa canonisauit Sanctum Vincentium de Valentia, ordinis prædicatorum. Eodem anno idem Calixtus Papa ordinauit & concessit in oppido Mechlinienſi in subsidium cruciatæ contra Turcam indulgentias anni Iubilæi, per decem annos continuò duraturas: quarum primus annus cæpit in vigilia pentecostes eiusdem anni durans vsque ad festum omnium sanctorum, tunc proximè futurum inclusiue.

Alii sequentes anni inceperunt à die Veneris sancta cuiuslibet anni; & similiter per alios quadraginta dies tunc secuturos. Victoria miraculosa cælitus detur Christianis in Vngaria trans Danubium contra Turcam, qui perdidit multos, & fugit turpiter, timore hostium perculsus, dum nemo eum persequitur. Sola manus Domini terruit eum in die Sancti Sixti; anno CHRISTI prænotato, vbi Sanctus Ioannes de Capestrano præsens fuit ibi, & prouocauit populum trepidantem ad persequendum infideles fugientes: & facta est vltio magna. Dixerunt ipsi Turcæ tam immensum numerum armigerorum persequentium à se visum, vt vix auderent post tergum respicere: & ideo relictis omnibus fugisse. Fuerunt verò Sancti Angeli. Quapropter pro gratiarum actione illius victoriæ miraculosè factæ à Domino Calixto institutum est anno sequenti, festum transfigurationis Domini; (Hæc ex Chronicis) Alfonsus ita dicit: Calixtus Papa in memoriam illius belli instituit festum duplex transfigurationis Domini nostri IESV CHRISTI, cum gratiis & indulgentiis solennitatis corporis CHRISTI: Ex cuius bulla plumbea, quam meis oculis vidi, de ordine istius belli & victoria diuina plura habebantur in exemplari, quæ propter prolixitatem dissimulaui scribere. Nam, vt à fide dignis accepimus, in ea pugna quadraginta millia ceciderunt totidemque superstites in turpem fugam versi, sese mutuo trucidantes defecerunt: Castra incensa: machinæ & instrumenta bellica omnia direpta sunt: & confusus abiens Tyrannus, præ timore multis mensibus non apparens, intra latebras, seu munita oppida se recepisse dicitur, & diuinam vltionem in suam perditionem timentem, inclusisse inter Constantinopolim Peramque ciuitates, illasque muris admirabilibus muniuisse: Sed non attendit, quod nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. (Hæc ex fine Bullæ Calixti Papæ de festo transfigurationis.)

Anno Domini MCCCCLVIII. Calixtus Papa obiit in die Sancti Sixti, in quo festum transfigurationis Domini instituit, anno vno elapso, & Romæ in Ecclesia S. Petri sepelitur.

Præmissa Episcopatus resignatione per Ioannem de Heynsberch, vt supra dictum est, Ludouicus filius Caroli, Ducis Borbonii, electus & confirmatus venit Leodium anno Domini MCCCCLVI. ipso die Margaretæ Virginis, pontificatus Calixti Papæ tertii anno secundo: vbi incathedratus & receptus fuit, cum solennitate, vt moris est. (Hæc ex Chronicis.) Sed enim ex mutatione pastoris, non est facta mutatio moris. Cerneres adhuc in populo passim fieri strepitum & tumultum, turbari ordinem, confundi fasque nefasque, cuncta agi violentia, voluntatem pro ratione regnare, perire leges, iustitiam exulare. Sed heu, *Leodiensia.*

qui legem Dei nouerat clerus, ipſe legi contraria faciebat. Huic autem moris erat per abrupta vitiorum gradi; corrupta vita per vias incedere, luxui atque ventri magis quam ſpiritui deſeruire: & licet abundaret iniquitas, & charitas refrigeſceret, duplex tamen peſtis huius (quod vidimus) ſeminarium extitit, & totius patriæ perditionem induxit. In clero, auaritiæ inſatiata rapacitas, & in vulgo immoderata dominandi cupiditas.

Quam inique egerint, quantas fraudes exercuerint in illo territorio procuratores fiſcales, & rurales ſyndici: quorum prægrandis numerus erat, quanta eorum fuerit inhumanitas in continuando dolos, quanta crudelitas in magnificando ſuper innoxios ſupplantationem, quanta inciuilitas in euacuando marſupio, incredibile dictu eſt, proh nefas.

Arguebantur ſcelerum, immunes à ſcelere, & innoxios præuaricationis accuſabant ipſi præuaricatores legis: Cumq; ne verbo quidem dignum eſſet, quod aſtutia verſipellium obiecciſſet, tamen enormiter peccaſſe proclamabantur, qui præ ſimplicitate nimia nec ſe defendere, nec obiectis articulis reſpondere poſſent. Nec apparebat, quo modo inſontes oues luporum rapacium morſus euaderent niſi exhauſtis marſupiis, illorum imperiis obedirent, alioqui Eccleſiæ gladium contra ſe procul dubio euaginandum ſciebant. Et heu heu, qui mala hæc vice Domini corrigere debebant, puta, Aduocati & Domini curiæ, tanquam canes muti, non valentes latrare, magis curabant ea blandiendo palpare & participando fouere, quam emendando corrigere. Nam pariter iiſdem ditabantur rapinis: iiſdem dapibus veſcebãtur fabricatores mendacii, artifices doli, tantum habentes verecundiæ, quantum bufo caudæ, ad quæ omnia tacebat Epiſcopus.

Anno igitur Domini M C C C C L X. videns tantam malitiam indies ſuccreſcere manus layca accenſa fuit ad faciendam vindictam in nationibus & increpationes in populis clericorum: Quorum irrumpens habitacula, ita grauem inſultum fecit, vt ſpoliatis domibus, direptis bonis, ſcriptis in fruſta conciſis, ſi pellem ſuam illæſam conſeruare clerici vellent, celeri fuga conſulere ſibi & clandeſtine abſcedere cogerẽtur. Multi autem eorum fuſtibus & nonnulli ad mortem vſque cæſi, & plerique qui manus hominum potuiſſent euadere, per horridam & improuiſam mortem inciderunt in manus Dei viuentis. Hæc quam maximè in comitatu Loſſenſi, vbi procuratorum malitia plus exarſerat, agebantur. Conqueritur ergo Dominus, à Laicis ſibi in iurisdictione ſuã præiudicatum eſſe: & arguens eos præuaricationis, dicit non eſſe populi vt in cleri negotiis ſe interponant vel clerum corrigant: corruptionem curię non illorum curæ, ſed ſuæ ſubiici diſciplinæ. Sed certe quia Dominus in clero iſta corrigere negligebat, Laycis magnam occaſionem ſcandali & rebellionis miniſtrabat. Fuit tamen & alia non minus grauis ratio contra eos. Nam habebant Leodienſes conſuetudines multas, quas nominabãt priuilegia, (abuſiones rectius appellandas) quę contra rationem, contra iura, contra legem Dei, contra iuſticiam & ęquitatem militabant. Illarum occaſione, volebant ad nutum regere mundum, & contra Eccleſiam, ſeſe de religione interponere. Per has omnibus recuſabant ſubiici, ſed omnes quęrebant etiam Domino Dominari. Vnum tangam de pluribus, exempli cauſſa. Si fur aut facinoroſus, ſi homicida, ſi monachus apoſtata in ſodalitium ſortemq; mechanicorum fuiſſet admiſſus, & illorum manus impleſſet, non timebat corrigi nec poterat captiuari: quibus conſuetudinibus (imò verò abuſionibus) ita innixus erat populus ille, vt nunquã vnum iota pateretur abradi, & potius totam terram ſubiici excidio & capita ſua periculo ſineret. Hinc igitur inter Dominum & territorium ſuum iurgiorum ſumpſit exordium. Cumq; poſt multa colloquia, vna pars alteri cedere nollet, complacuit vtriq;, accedere regem Francię Ludouicum ſpe pacis & concordię; in quem regem pars vtraq; fiduciam collocabat. Nam Leodienſium amicus erat, & nihilominus patronus (patruus) Domini & conſanguineus propinquus. Verũ in ipſo itinere commenta fraudium contra Leodienſes fabricantur per fictum (non factum) crimen lęſę maieſtatis: Sed luceſcente veritate, hęc ita redigebantur in nihilum, vt, quod diſponebatur ad luctum, conuerteretur in gaudium. Nam commiſſarii Domini

huini à facie Regis reuertebantur inglorii, aliis reportantibus gratiam Regis, sed non finem litis. Ista autem subreptio (imò mendacii confictio) Domini, causam non parum deturpabat, partemq; contrariam ad pacem reddebat inuitam, vt postea rei probauit euentus. Statim enim Leodienses quosdam fautores Domini, qui huius confictionis iniquæ & auctores & cõscii erant, proscriptione damnate & bannire cæperunt. Quamobrem exasperatus Dominus iustitiarium eis abstulit, & quæ sui iuris erant, officia instituere renuit: & discedens ab illis Traiectum se recepit: Et facta est terra Leodiensis quasi absq; lege, & Domino, plurimo tempore. Ordinantur præterea & seruantur colloquia & conuentus pro bono pacis: nunc quidem apud Traiectum superius: nunc apud Bruxellam coram Duce Philippo. Mittit ille à latere suo Dn. Tornacensem Episcopum, doctum & prudentem virum: qui veniens Traiectum, & deinde Leodium petens, proposuit articulos rationi consonos & monitiones optimas, & pro bono partis vtriusq;, vt conuenirent in vnũ. Sed heu, omnis conatus eius redibat inanis, & affectui effectus minime respondebat. Quanquam enim aures suas libenter illi Dominus Leodiensis accõmodaret & ad obseruandum promptissimus redderetur, durum tamen fuit in auribus Leodiensium, aliquid dare pro excessibus, & consuetudines deponere abusiuas. Dominus quidem Leodiensis natura vir bonus fuit, animo lenis, conuersatione placidus, sermone suauis, qui semper optaret bene agere, paratior misereri quàm vlcisci, parcere quàm ferire. Si iam corruptus sit, si à pristinis moribus degenerauerit, non iuueni bonæ indolis, sed domesticis prauæ conuersationis potius imputandum est. Itaque cum Leodienses ad reformationem morum inflecti non possent, Episcopus gladio Ecclesiæ se cæpit accingere, terram suam ecclesiastico subiiciens interdicto. Oppidum Hoyense non inuoluerat interdictum, quia fidelitatem Ecclesiæ seruans, communicare nolebat cum actibus & consiliis iniquorum. Verum interdictum Leodienses tanquam iniuste latum cauillantur; & pro discutienda veritate & iustitia conuentus indicitur Traiecti: ad quam Leodienses non adducunt Iurisperitos & Doctores suos, in quibus non habebant fiduciam, quia partiales eos iudicabant, sed prece precioq; conducunt maiores magistros in iure studii Colonienſis, qui per argumẽta sua iniustum esse interdictũ probare moliuntur, & ob id nullius roboris vel momẽti. Sed is, quem Dn. Leodiensis pro se miserat ad diætam, Magister Raymũdus de Marliano Doctor Iuris vtriusq; solutis argumentis, interdictũ esse iustum iusteq; positum clarissima assertione perdocuit, & ita aliorũ orã conclusit, vt vltra, quod dicerent, non haberent. Magister ille erat Doctor ordinarius in decretis vniuersitatis Louanienſis, accitus à Domino Leodiensi, pro cõsilio tribuendo habens de literatura multum, de æquitate parum. Nam omnia iura in scrinio pectoris sui censebatur habere recluſa. Sed ritum gentis & morem patriæ, vt Italus ignorabat. Cum a tractatus omnis casso labore deficeret, resq; protracta indies argumenta mali sumeret, partibus nimium induratis ad notitiam Pii Papæ causa delata est, qui ad requisitionẽ partium, Petrũ quendam legatum ad territorium Leodiense misit, in vtroq; iure Doctorem. Petit ille pro diuerticulo Aquisgranũ, in domo canonicorum regularium faciens residentiam, vbi ad se accitis partibus, earumq; causis mature digestis confugit tandem Treuerim procul à finibus Leodii, veritus obstrepentis populi barbaricam feritatem: qui, prosequentibus eum partium cõmissariis, sedens in loco iudicii tanquam iudex, Leodienses tanquam prophanos, rebelles & incorrigibiles excommunicationis vinculo innodauit: A qua tandem tanquam indebita & iniusta sententia illorũ commissarii ii ad sedem Apostolicam rursus appellarunt. Eliguntur itaq; solennes legati à domino terræ & ab Ecclesiis & à nobilibus & à cõmunitatibus, & ad Romanam curiam diriguntur, facta prius vnanimi promissione in Dominũ Apostolicum tanquam arbitrum & iudicem summũ, vt quicquid ille definierit de tota causa, ab omnibus inuiolabiliter obseruaretur: quam cõpromissionem pro maiori robore scripto firmant, vallant iureiurando: & sigillorum suorum appensione communiunt.

Anno igitur Dn. MCCCCLXIV. Dn. Papa Paulus secundus Pio defuncto, cum audisset ordinem rei gestæ, sententiam latam per legatum Petrum approbauit tanquã iustam. Nihilominus satis pius & propitius factus Leodiensib. decreuit, vt ad spatium

quatuor menſium huiuſcemodi ſententia ſuſpenſa maneret, ac debito careret effectu, an interim mature ſuper male cæptis reſipiſcerent, & cum Domino ſuo pacifice conuenirent: Alioqui ſententia ipſa ſe nouerint eſſe feriendos. Anno ſeq. Leodienſes peſſimum iniere conſilium. Nam Raſo de Heer & Bary Surleh, ac alii nonnulli ex parte Leodienſium, pergebant ad nobilem virum Marcum de Baden, germanũ fratrem Comitis & Marchionis de Baden, quem promiſſis illectũ Leodium introduxerunt. Erant tunc feſta paſchalia. At verò ciuitas tota ruit illi obuiã & de iucundo aduentu noui domini, non pro reſurrectione Ieſu Chriſti dies feſtos agunt. Contigit autem eodem tempore legatos à curia redire Leodium, qui vt à Papa habebant in mandatis, relationes de mente Papæ & de his quæ cauſam concernebant, volebãt quidem proponere, ſed ſub pœna capitis prohibebantur. Itaq; homagium Raſo & complices Marchioni Marco faciunt: fidelitatẽ promittunt, eumq; in tutorẽ ac defenſorem patriæ ſuſcipiunt: Ludouicum verò de Borbonia electũ & confirmatum, verumq; dominum terræ ſic abnegant, vt inſignia armorũ eius vbiq; locorum deiici iubeant, & ſub pœna capitis ne quiſquam de cætero etiam Dn. Leodienſem nominet, interdicant. Quid plura? mittunt præterea veredarios ad Rectores oppidorum ad nobiles & vaſallos patriæ, & Leodium celerrime properare præcipiunt: Quibus in præſentiarũ poſitis dicebant: Facile quod & nos feciſſe videtis, aut cum perditione bonorum incontinenti gladio feriemini. Nonnulli igitur arcta neceſſitate cõſtricti reclamante cõſcientia, faciebant quod facere cogebantur: quia ſcil. extra patriam vnde viuerent non habebant, quamplurimi pluris exiſtimantes conſcientiam quàm ſubſtantiam, verenteſque potius periclitari animam quàm famam, dato loco fugæ præſidia quæſiere: quos continuo tanquam traditores ac ſchiſmaticos proſcriptione damnabant, eorumq; bona per filios perditionis, qui de viridi tentorio dicebantur, diripiebant, comburebant & abalienabant. Eheu, non fuit eis cordi quid promiſerint, quid ſignauerint, quid iurauerint, non vulgari homini, ſed vicario Chriſti, ſed ſucceſſori Petri: Barbaris in hac parte deteriores, apud quos violare fidem & iuramenta frangere eſt caput amittere: Vnde populo deinde accidit, vt quocunque ſe vertiſſet de cætero, haberet infortunium, diſcrimen incurreret, opprobria ſuſtineret. Sed & Papa Paulus ſecundus, qui nunc præſidet Eccleſiæ Dei, ſententiam excommunicationis fulminauit contra eum: Non quidem contra papatum vniuerſum, ſed contra Raſonem & complices eius, qui Eccleſiam ſpreuerant: pacta ſoluerant & tantorum malorum fuerant inuentores. Sed Leodienſes non dubitarunt ipſum Philippum Ducem Burgundiæ & Carolum eius filium laceſſere bello, & terram eius fraudulenter inuadere anno Domini MCCCCLXV. Itaque ad ipſum tunc Bruxellæ morantem mittunt nuntium publicæ diffidationis literas præferentem: neque hoc contenti, filium eius vnicum Carolum, Comitem de Charloes, & omnes coadiutores eius ſimul per fecialem prouocabant. Iſte Carolus eo tempore ducebat exercitum, bellumque mouebat in regione Franciæ contra Ludouicum Regem Franciæ, volens vindictam ſumere de Rege, & quidem ſatis iuſte. Rex enim quæſierat mala & patri ſuo & ſibi, & inſidias poſuerat eis non ſemel, ſed iterum atque iterum, conatus pro bono reddere malum. Et certe Comes Carolus, ſicut in nulla re regi fuerat obnoxius, vnde vel minimam querelã Rex aduerſus eum haberet, ita quoque Leodienſibus nunquam vel verbo nocuerat, quin potius bene fauens pro bono mutuæ pacis ſemper vti poterat, laborabat. Nolebant tamen illi credere, pleni malis ſuſpicionibus, & ad inſipientiam ſibi, confidebant non in Domino Deo, quem offenſum habebant, quia vicarium eius contempſerant. Sed in colliſione armorum, quibus abundabant, vt etiam in virtute propria & ad reſiſtendum omni populo & nationi vires ſibi ſufficere, temerarie iactitarent. Sane leuabant ipſi oculos in Regem Franciæ, & in eo maximam ſpem ponebant: Sed non venit eis auxilium ab illo, qui factus eſt eis baculus arundineus, cui innixi ſtare non potuerunt, ſed colliſi ceciderunt in terram: cum Rex ipſe promiſſione diues, exhibitione pauperrimus, ſibi ipſi auxiliari & ante faciem Caroli Comitis ſtare non poſſet, etiam in medio regionis ſuæ: Sed ab eo fugatus, victus & humiliatus eſt. Mox ergo Leodienſes poſt miſſas belli literas terram Brabantiæ vltra Moſam ingreſſi hoſtiliter

stiliter rapina, ferro, incendio cuncta depopulati sunt: Oppidum Lymburgiæ in eminentissima rupe situm impugnant quidem, sed non expugnant: Domino Theoderico milite, oppidi capitaneo, fortiter resistente & abigente eos. Terra de Daelhem plus aliis perditioni subiacuit: Perierunt à facie ignis castella nobiliumq; domicilia permagnifica & villæ non paucæ, quæ & pulchritudine pluralitate plebium oppidum adæquare potuissent. Progrediuntur insuper & apud oppidulum de Valkenborch fortissimo castro præditum tentoria figunt, vbi dum moram facerent & obstacula inuenirent, ecce Marchio Marcus de Baden tutor eorum, considerans execranda opera prophanorum, relicto thesauro suo, clam cum suis aufugit. Quo cognito illi nimium attoniti, & confusi, vix, quid agerent, & quò se verterent, discernebant. Sane præ turbatione nimia moræ impatientes, cum scandalo non sine damno, (reliquerunt enim partem magnam armorum ante locum obsessum) Leodium mox repetunt. Id verò maxime displicuit Marchioni de Baden, quod non esset timor Dei ante oculos eorum: quod censuras Ecclesiasticas tanquam nihil & inane ducerent: quod in vano animas suas acciperent: quod non lædentes se læderent: quod ex amicis inimicos redderent: quod non ratione, sed impetu cuncta agerent: quod eorum malitia indies cresceret: quod mala initia pessimos euentus & infaustos exitus habitura præuideret. Sic igitur, vt diximus, pœnitudine ductus & dolore nimio stimulatus, relicto thesauro suo clam cum suis aufugit. Malebat nimirum solum natale repetere, quàm in capitis sui periculum & salutis dispendium populo prophano præesse. (Hæc ex historia de cladibus Leodiensium.)

Item anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, ipso die Margaretæ virginis Dominus Ludouicus electus consecratus fuit in Episcopum Leodiensium in Ecclesia Hoyensi propter interdictum Leodiense: inde in historia præallegata sic habetur. Præterea hactenus distulerat sacerdotium per dispensationem sedis Apostolicæ specialem Ludouicus de Borbonia, Dominus Leodiensis, mirantibus & indignantibus vniuersis. Accitus igitur est ab eo reuerendus valde pater Lexouiensis Episcopus, qui iniuste fugatus à Rege Franciæ eo in tempore Louanii morabatur. A quo cum honore debito consecratus fuit in Episcopum Leodiensem & consecutus infulam pastoralem. Quo rite peracto adhortatur Lexouiensis eundem ad frugem vitæ melioris: dicens, Ex quo, Domine reuerende, regni cælorum, Deo auctore, tibi traditas claues suscepisti, ac iuxta ritum fortis illius mulieris, manum mittere cœpisti ad fortia, in virum te necesse est alium transformari, vt oblitus eorum, quæ retrò sunt, in anteriora te extendas, & bonas de cætero facias vias tuas & studia tua. Quod vt competentibus fiat, habeas in concilio tuo Theologos, viros scientificos atque probos, qui & doctrina te instruant & vita præcedant, quorum vtendo consiliis, bonam tibi seruabis & famam & conscientiam. Timendum enim est ne ex defectu sani consilii tantæ calamitatis ipse fomitem subministraueris. Cæterum habitum tuum, vt niutes, necesse est. Hic enim, quo vteris, secularem potius Dominum decet, quàm Episcopum. Nam curtarum vestium in Ecclesiæ prælato est inhonestus vsus: Ecce (ait) habitum meum, cuius schema commune est in Episcopis per omnem Franciæ regionem. Et detecto capite, vide (ait) tonsuram capitis mei, respectu coronæ tuæ, quæ vtique exigua nimis est, & præ densitate pilorum vix videri potest. At ille, Quid faciam? Incedo, & facio vt prædecessores mei facere consueuerunt. Cur igitur de vsu vestium arguor, illorum sequendo exempla? cui Lexouiensis: Si Sanctorum Lamberti, Huberti & similium exempla imitari disponis, vtique approbo, commendo, consulo. Hoc tibi cedet in laudē, pariet & salutem. Absit, absit Ioannis de Heynsberch taliumq; antecessorum tuorū vestigia te, quomodo libet, æmulari. Cum verò illos in habitu sequeris, quorum actus vitamque execrandam esse ipse quoque non ambigis? Cum autem obiiceret Dominus Leodiensis, & diceret, se non tantum esse Ecclesiasticum prælatum, quem protensus ad talos vsque habitus ornat, verum etiam mundanum principem, cuius moris est curtam gerere vestem: Respondit ille, oportet, dictante ratione, id, quod Dei est, præponere ei, quod mundi est. Non enim spiritualia propter temporalia sunt, sed contra. Hæc admonitio saluberrima, an in cōsecrato profecerit,

fidem oculi facere possunt. Sanè primæ missæ tanta cum deuotione & lacrymarum vbertate solennia celebrauit, vt plerosque ad compunctionem excitauerit salutarem. Curiositatem deuitauit, pompam abhorruit, humilem simplicitatem potius æmulatus est, & pro suo baculo pastorali, qui & materia & opere precioſus erat, vsus est in monasterio Altaris baculo Sancti Lamberti vili schemate fabrefacto, proque calciamentis margaritis auroque decoratis, vsus est eiusdem Sancti Lamberti sandaliis grossis, simplicibus ac nimia vetustate pene consumptis.

Item anno sequenti scilicet salutis MCCCCLXVII. Leodienses coadunatis Lossensibus multitudine magna obsederunt territorii sui fortissimum oppidum de Hoyo & obsessum ceperunt, quia ægerrime ferebant Hoyenses non communicare secum in causa Episcopi & in prophana contaminatione. Morabatur præterea in Hoyo Episcopus ipse, curiales & amici eius non pauci numero, cum sarcinulis & thesauris suis, de firmitate loci confisi contra Leodienses. Proponebãt ergo isti capere locum & occidere plurimos, sicq; vlcisci se de omnibus: Quod ea de causa possibile fuit, quia multi ex plebe, qui per vices vigilias obibant, fauebant Leodiensibus hostibus, & suis ciuibus occulte perditionis materiam fabricabant. Ea tempestate virum virtutis sese exhibebat nobilis vir Euerhardus de Aerborch repugnans fortiter vsque ad oppidi captionem, cadentibus tergaq; vertentibus, qui à Duce in auxilium Episcopi missi fuerunt Hannonien sibus. Itaque sub intempestæ noctis silentio cum ingenti strepitu Leodienses intrauerunt Hoyum, ipso die Sancti Lamberti Episcopi & martyris, vnde Sanctum Lambertum propitium eis factum, victoriam concessisse iactabant. Tum verò relictis omnibus quæ habebant, cæperunt versus Namurcum (quod proximis refugium esset) & per Mosam & per terram fugere quotquot fugere potuerunt. Fugit & Episcopus flens & eiulans omni cũ celeritate. Alios pro temporis breuitate fugere non volentes ceperunt hostiliter, & captos indigne tractauerunt, & diræ morti tradiderunt, iustos ab iniustis minime secernentes. Secretarium quendam oppidi in latebris se occultantem comprehensum per solarii fenestras demiserunt, quem in lanceis & gladiis exceptum mille mortibus dedit inferius subsistens furentis populi multitudo. Sic spoliato tandem oppido omni genere opum, pluribusq; trucidatis, Leodienses quasi victores capta præda lætantes de scelere perpetrato, redierunt ad propria.

Anno Domini MCCCCLXVIII. Carolo Duce Burgundiæ existente in Francia, venit Leodium Dn. Onofrius Tricarien sis Episcopus habẽs plenariam potestatem legati à latere. Is per traditam sibi auctoritatem cuiuslibet criminis reos absoluit, suspensos & excommunicatos intra gremium Ecclesiæ suscepit, & irregulares rursus habiles fecit, data cera & accepta pecunia. Eodem tempore in profesto natiuitatis virginis glorioſæ, virorum Belial cuneus ingens magno cum strepitu, & nonnullis capitaneis Leodium intrauit: ad quorum introitum erant amici Episcopi nimium consternati, volentes quidem, sed nõ valentes resistere & impedire rei subitam nouitatem. Applaudebant alii & per taciturnitatem atq; dissimulationem quandam, quod fiebat, approbare videbantur. Vulgare enim prouerbium est: Qui tacet consentire videtur. Sed, heu, heu, res hæc ciuitati causa excidii fuit populoq; interitum attulit. Illi itaque ingressi mox fortunam regis Franciæ publica vociferatione conclamant: Viuat Rex, viuat Rex in vilipendium Ducis: Primoq; impetu in militem quendam irruunt, quem vicarium pro se reliquerat Dominus de Hymberti curia, cum sequeretur Ducem euntem ad Regem, illumq; trucidant. Alios aufugere tentantes, alios arma capientes interimunt, vt nec exire nec intrare cuiquam liberum fuit. Demum legem nouam instituunt, pacta soluunt, domos irrumpunt, spolia ducunt, mulctam ad opus Ducis terræ impositam interdicunt: Ex parte Episcopi plures cum periculo vitæ clam aufugientes Traiectum tendunt, quorum multi in ipso itinere mortem, quam quærebant euadere, inuenerunt. Inter quos & magister Ioannes Bau vir militaris licentiatus in Iure vtroq; presbyter & canonicus ad Sanctum Lambertum erat, qui ea sola de causa, quod clam diffugeret iuxta villam Domini de Nassau dictam Heerstal à viris Belial crudeliter interemptus est. Fuerat Leodii paucos ante dies, quàm venirent viri Belial, Episcopus ipse cum suis, magis intentus in

tus in dies festos quàm sollicitus pro ciuitatis prouida custodia. Sed Traiectum se deinde recepit, & solatium omne subtrahens amicis, qui Leodii erant, magno in discrimine eos dereliquit. Quamobrem Episcopus nunc amicos conuocat: vires instaurat, colligit cuneum armatorum. Tristis tristes mittit Duci literas in Francia constituto, necessitatem exponit, præsidia petit, quo ciuitatem suam recuperare & se de transgressoribus vindicare queat. At ille negligentiam & incuriam culpat: tamen assistentiam offert, transmittendo in adiutorium à latere suo nobiles potentesque barones de Hymberti curia, de Bergis, de Hamalia, virosque generosos cum illis non paucos, seque in breui venturum personaliter cum vniuerso exercitu polli-
10 licetur. Conuenerunt igitur hinc & hinc in Tungrense oppidum, & quasi iam habita victoria de hostibus esset, & ad vota cuncta cessissent, minus solliciti & nimis securi dies ibi festos agunt, homines inermes aggredi pro nihilo arbitrati. Celebrantur ludi: choreæ ducuntur: vox lætitiæ vbique resonat: tanguntur signa turrium cum modulamine, vt in festis solennibus fieri solet, sedent in vino: exploratores non ordinantur nocturnæ vigiliæ pro custodia oppidi, quod portis caruit: propugnacula non habuit: muros amisit. Non inuocatur Deus, vt veniat in adiu-
20 torium: quanquam causa ipsa ad honorem eius spectet. Tanta in propriis viribus fiducia erat, vt à Deo prosperitatem exspectare & salutem, non necessarium, immo superfluum videretur. Nullus timor de habenda victoria: timor omnis erat de celeri hostium fuga. Itaque iocis, ludis, conuiuiis, spectaculis fatigati omnes intempestæ noctis silentio cubilia petierunt, verbi Sapientis male memores, qui quenq; nostrum solerter monet, dicens: Ante periculum cogita de periculo. Sed ecce, ingrediuntur Tungrense oppidum viri Belial per turmas suas, hospitia & Episcopi & suorum mox quærunt, & inuenerunt. Iam vbi heri plausus, ibi planctus: vbi risus,
30 ibi metus: vbi gaudium, ibi dolor: vbi tripudium, ibi mœror. Sane nonnulli cognita hostium præsentia, seminudi celeriter aufugerunt: relinquentes equos, seruos, & sarcinulas direptioni atque prædæ. Capti sunt alii & nihilominus abire permissi de redeundo ad certum diem iuramento facto, quod implere non cogitabant. Fuerunt & plerique interfecti, in quos inuidiæ dentes magis exacuerant, vtputa, Dominus Iohannes Tsereyn miles, & nonnulli alii. Sed intuento magistro Roberto, ecce, (inquiunt) ecce veterator iste omnium causa malorum est, quem vnus
40 eorum percussit fundibula, vnde vita ei amarior morte facta est. Episcopus autem cum audisset quod fiebat, exiliens de lecto, mœrens, & eiulans, quò se verteret, & quid ageret ignorabat: visus tamen consilio eorum, qui apud se erant, aperta cameræ fenestra, præ foribus in platea stantes, filios Belial graui voce interrogabat, Quinam estis vos? Quid quæritis? At illi Subditi (inquiunt) tui sumus, exules & proscripti, Illustrissime Domine, quicquid aliàs deliquerimus, emendare parati: obsecramus, vt clementiam tuam, conuerte iudicium in misericordiam & permitte nos de cætero bene victuros reddi facultatibus nostris, vxoribus & ami-
46 cis. Sed ironicè loquebantur, & aliud dicebant ore, aliud mente occultabant. De correctione morum nihil cogitabant: Sed omne studium applicabant ad vindictam de aduersariis capiendam. Rogamus (inquiunt amplius) vt tua metuenda dominatio vnà nobiscum Leodium vsque tendat: quod & nobis proderit, & te minime pœnitebit. Nam erunt, te præsente, praua in directa, & aspera in vias planas. Quid ageret Episcopus in hoc rerum cardine constitutus, anxius erat in eo spiritus eius, & quocunque se verteret, dolorem inueniebat. Non erat ei locus aufugiendi, non spatium deliberandi, non potentia resistendi, vnde necessitate compulsus, descendit, & nil mali passus, cum illis Leodium expetiit. Quò dum venisset, homo
50 captiuus, gratiosè quidem à capitaneis virorum Belial tractatus est, sed habere libertatem standi, ambulandi, & faciendi, quæ vellet, permissum non fuit. Cum autem legatus, increscente rumore, viros Belial ante fores hospitii sui ad capiendum eum astare didicisset, exutiens se citò de lecto, apertis cameræ fenestris, conuertit se ad illos: vbi vidisses hominem pauidum & trementem scalpere pedibus, supplices attollere palmas, motu instabili corpus agitare, alta voce clamare, & sine cessatione dicere, Legatus ego sum, Legatus ego sum. Nihilominus captus, & vnà

cum ipso Leodium vsque perductus est. Inuentus est etiam Tungris Dominus Guido de Hymberti curia, vir sæuus, qui præ crudelitate nimia populo ita odiosus erat, vt dentibus fremerent in eum: Volebant hunc viri Belial vinctum perducere Leodium: At ille renitens, dicebat se potius caput suum obiecturum gladio, quàm vt vinctus traderetur Leodiensi populo. Sciebat enim se indubitanter, si Leodii esset, non simplici morte obiturum, sed varia experturum genera mortis. Dimissus autem est ab eis, præstito iuramento, vt constituto die quasi homo rediret, & bonam pacem communi populo terræ apud Ducem efficaciter procuraret. Præterea petente Episcopo, miserunt Tungros pro magistro Roberto grauiter vulnerato, quia volebat eum videre viuum: quem impositum vehiculo in itinere trucidarunt, ante conspectum Episcopi mortuum offerentes, & afflicto afflictionem addentes: Siquidem requieuerant viscera Episcopi super illum, apud cuius celsitudinem magister Robertus summum locum gratiæ obtinebat, adeò vt secundus in auctoritate post Episcopum haberetur. Malus tamen rumor volabat de eo, & vitæ non commendabilis esse censebatur. Cum verò de eo, quod factum est, oppidi Tungrensis incolæ proditionis suspecti haberentur, ideò per satellites Ducis quadam die fori, dum grandis populus confluxisset, variam supellectilem venalem afferens, totum oppidum omnibus bonis in eo repertis funditus spoliatum est, diuitum & pauperum, innoxiorum & simplicium nulla habita discretione: & quidem oppidum ea de causa proposuerunt voracibus flammis absumere, sed desistebant tamen. Non multo post habita victoria, pace facta, rebusque cum Rege dispositis iuxta vota Carolus Comes de Charloes redire cæpit à Francia. Neque tamen mox vt reuersus est, terram inimicorum (vindictam sumpturus) adire curauit, sed preces Comitis Sancti Pauli distulit, & in Therismonte oppido Brabantiæ aliquandiu demoratus est: Siquidem Comitem Sancti Pauli vt fautorem & mediatorem Leodienses suis precibus præuenerunt, postulantes per eum pacis antidota sibi dari. Interim dum habetur sermo, fitque tractatus inter partes de pace componenda, robur exercitus per terras Brabantiæ, Hannoniæ & Namurci, (quæ sunt finitimæ terræ Leodiensi) circumquaque diffunditur, quas aperiebat & offerebat Carolus Comes populis suis, non ad illicitum abusum, sed ad necessarium alimentum. Illi autem licentiæ datæ limites excedebant, & temperantia derelicta, reiectaque modestia, amicis non vt amicos, sed hostes, sese præbebant: Et ad tanta facinora feruentius rapiebantur, quia debita illis stipendia non soluebantur: cum à festo Paschæ ad aduentum vsque Domini (quo hæc fiebant) passi labores, & innumeris expositi calamitatibus in Francia, trium tantummodo mensium stipendia accepissent.

Oppida igitur vitabant illi, quod scilicet illic arcerentur ab insolentiis, & sumptus soluere cogerentur. Quamobrem & grangiis locisque religiosis totum onus incumbebat. Verum in ipso tractatu pacis inuenta est difficultas vtiq; non exigua ob magnitudinem petitorum.

I. Volebat enim Carolus Comes, vt pro damno & iniuria illata Brabantiæ perpetuis temporibus suum Dominatorem seu præceptorem recognoscerent, & eius absque licentia, officia in ciuitate nullatenus ordinarent, gloriam pro ignominia refundendo.

II. Volebat vt sibi pro offensa læsæ maiestatis proque damno terris paternis illato, trecenta millia, & Domino Ludouico de Burbon suo Domino, quem contempserant & repudiauerant, centum millia coronatorum ad certos annos darent, & absq; terrore viuere permitterent.

III. Volebat vt amicos Domini sui, qui cum eo pariter aufugerant, ad diuerticula sua secure reuerti paterentur, ablata restituerent, & nullam de cætero persecutionem inferrent: & vt hæc omnia & alia plura facere atque obseruare se velle promitterent, promissaque sigillorum suorum apertione munirent.

Ad quæ dum obstupesceret & mutaret plebeia communitas, & ad consentiendum inuitissimam se præberet, dicens impossibilia petere, esse incongruum, &

quod

quod vires excederet, promittere, esse stultum. Transactis igitur quatuor hebdomadibus, statuit Carolus, coadunato vniuerso exercitu, depopulari terram vniuersam, & via rigoris de hostibus capere vltionem. Sic tendens ad ciuitatem offendit in via villam terræ Lossensis dictam Vellis, fossatis, aquis, paludibus, glebaque tenaci vndique septam: Vbi dum nonnulli de exercitu eius incaute procederent, & villanos ad palæstram allicerent, contigit hinc inde de vtraque parte ruere multos. Videntes autem Leodienses multitudinem maximam contra se venientem, cui resistere non valerent, formidinem mentis incurrunt. Cumque in arcto positi essent, & resistere se non posse nec oneri importabili humeros submittere tutum esse cernerent, Bary Surlet miles, quasi confortans eos, dixisse fertur: Vt quid trepidatis? Atramentum modici valoris est, materia ipsa vili emitur precio, & cera non deficit: Spondeamus, scribamus, sigilla appendamus, ne timuerimus, placentur literis nostris & abeant. Oportune satis solutioni instabimus promissorum. Et quid? Si dictis facta minime compensemus? Satius est perdere famam, quàm vitam aut substantiam: vnde animi æquioris simus. Arridebit forsitan quacunque occasione fortuna securior. Quam ob rem necessitate constricti illi, hac informatione roborati, ad seruandum propositos pacis articulos sese spontaneos obtulerunt: & Carolus, dum acies suas decenter ordinasset ad ostendendam magnitudinem virtutis suæ, nobiliores quosque Leodienses in largo numero in lineis ad se venientes humique prostratos ad veniam suscipit, & de præteritis, omne quod patrauerant, crimen ignoscit. Mensam parari & escas apponi præcipit, & ipse vnà cum eis cibum capit: refectisque gratiosam exhortationem de seruando fœdere pacis facit: sicque valedicens eis Brabantiam repetiit. Hæc contigerunt Anno Domini MCCCCLXVI. circa Epiphaniam Domini.

Eodem tempore laboratum est pro reconciliatione Dynantensium, sed non elaboratum. Post discessum Comitis Caroli disponebant se totis viribus ad opere complendum ea, quæ Carolo promiserant: quem plus suo Domino diligebant. Siquidem huius rei gratia in præiudicium libertatis sui ordinant assisias, vectigalia instituunt & mulctam grauem nimis ad persoluendam ei promissam pecuniam vniuersæ terræ imponunt. In qua angaria magis magisque taxabantur, agente Rasone, & opprimebantur enormius fautores Domini, maiorque in taxis fiebat schismaticis gratia: qui nec misericordiam inuenire valebant, cum malorum omnium eos auctores esse & patriæ destructores dicerent. Tunc igitur enituit euidenter, non voluntate, sed fictione atque necessitate eos cum Carolo iniuisse amicitiæ pacta, & iunxisse fœdera pacis. Non solum enim non admittunt redeuntem Dominum suum, sed nec quisquam eum Dominum Leodiensem nominet, æquanimiter patiuntur. In periculo capitis erat, quisquis id tentasset.

Erat in medio sociorum vir aliquis ex mechanicis, qui data occasione in hæc verba prorupit: Mirum est Dominum Leodiensem redire non permitti: Verisimile est sine nostra gratia aliquando reductum iri. Delatus est homo apud Rasonem & Bary capitaneos, & propter hæc verba, non propter alia facta quasi schismaticus capite plexus est. Pro culpa forte non maiori maiorem alter quidam ex vrbanis ciuibus suscepit sententiam mortis. Habebat is animum propter scelus prophanæ contaminationis in Theniſmonte Brabantiæ oppido exulantem, cui, (vt moris est,) ex cordis solatio piæ affectionis literas clam direxit, scribens inter alia: Raso cum suis adhuc pro libitu rexit: Speramus tamen per Dei gratiam finem bonum sortitura negotia. Quarum literarum baiulus infidelis non, cui debebat, literas tradidit, sed cuidam de prophanis in via reperto dedit. Quid plura? Deferuntur literæ ad manus capitaneorum, & in cætu plurimorum perleguntur, capitur homo, proditionis arguitur, excusatio nulla suscipitur, & in partes quatuor corpus innocenter demembrari iubetur.

Itaque repudiato vero Domino, Dominum Marchionem Marcum de Baden magnifica laude attollunt, illum reuerti cupiunt, & ad illum votis se suis

conuertunt: qui propter eorum detestandam malitiam ab eis se auerterat. Exurgit præterea virorum collectio iniquorum, qui socii de viridi tentorio dicebantur, ministri scelerum & viri Belial rectius appellandi: quorum studium omne erat, eos persequi, qui, ne contaminarentur, & vt in pace degerent, loca expetierant aliena: quorum etiam potissimum insidiabantur & vitæ & substantiæ. Non parcebant bonis, non malis, non diuitibus, non egenis, non secularibus, non religiosis. Igitur collecta multitudine armatorum in mense Augusto Carolus Illustrissimus Comes Charloes proposuit primo quidem rigoris sui disciplinam ostendere in Dynantum, & inde procedere & deuastare Leodium. Fuit autem Dynantum oppidum munitissimum, accessu difficile, aspectu inexpugnabile, vastissimis mœnibus in gyro circumdatum, & hinc Mosa fluuio: illinc verò excelsis rupibus forti obsidione vallatum: Vnde de firmitate loci confisi incolæ, rem nephariam, vt prædiximus, faciebant & sermones inciuiles iactabant: Expugnatum tamen oppidum fuit, vel potius traditum per certos proditores intus existentes anno supradicto, videlicet millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, altera die Bartholomæi: & destructum & deletum, & ita redactum ad nihilum, vt iam vix appareant vestigia ruinarum. Spolia in auro & argento ac multifaria supellectili, quibus oppidum affluebat (erat enim domicilium institorum) cessere in sortes prædantium, multique de spoliis locupletati esse dicuntur. Antequam oppidum caperetur, quamplurimi videntes quid futurum esset, malebant tempestiue per fugam euadere, quàm per moram periculo subiacere. Multi ex his, qui remanserunt, vitam suam dato magno auri pondere redemerunt: Alii quorum non sufficiebat manus, vel vendebantur in seruos, vel suspendio necabantur, vel dire trucidabantur, vel immisso in guttur pugione neci dabantur, vel mittebantur in Mosam: Cumque ablata fuissent, quæ & animum allicerent, & oculis blandirentur, vniuersum oppidum cum his, qui in eo erant, igni accensum est, & euanuit in fauillas, igniscue damna nec templa Dei nec pia loca potuerunt euadere. Itemque Sanctimonialium inclusarum ordinis Cistertiensis. Religiosis concedebatur vita: substantia tollebatur, & pro Dynantensium, sicut prius pro Leodiensium pace, Comes Sancti Pauli sollicite laborabat. Sed conatus eius redibat inanis: Quia Philippus Dux, qui tunc Bouinis erat in opposito scilicet Dynantensibus oppido, resistebat, locum funditus euerti præcipiens. Fama interim veri nuntia cum Leodii percrebuisset, nimio furore accensus populus primo impetu Wilhelmum dictum de Viola comprehensum per plateas distrahunt, & innumeris vulneribns confodientes ad mortem vsque cædunt: Cuius mors eò crudelior, quò diuturnior. Nam propter densitatem armorum ictus lento gradu & protracta mora ad vitalia procedebant, proditionis eum arguebant, vt vir scelestissimus erat, & tam pestiferæ conuersationis & desperatæ correctionis, vt turpe fuisset illum euasisse. Ad similem interitum quæsiti erant Raso & Bary capitanei propter similem proditionis reatum: Sed tam diu latuerunt in abditis locis, donec vehemens strepitus quiesceret & cessaret huiuscemodi tempestatis conquassatio.

Quo facto, conuertebat Carolus Comes faciem ad Leodium expugnandum, & nemine resistente, imò verò cunctis à facie eius diffugientibus & aperientibus viam, castra metatus est non procul ab vrbe. Quo cognito, Leodienses & ipsi egressi bene armati cum populo terræ Lossensis properabant in occursum eius, & hinc inde acies ordinantur: Non tamen conserta pugna nec bellum initum est. Illos enim horror inuasit, vt cum Carolo congredi pertimescerent, videntes multitudinem armatorum, & virtutem animi eorum, qui cum illo erant, quibus resistere non valebant.

Confusi itaque ac perterriti per Comitem Sancti Pauli, qui eos ad pacem, vt poterat, adiuuabat, supplicant pacem dari. Ad quam cum quasi inexorabilis Comes Carolus appareret ac fractores fidei pactiq; transgressores eos argueret, dicens vltra non esse standum verbis eorum, factum est, vt pro maiori robore promissorum obsides ei darent, quos ille elegisset. Elegit verò nonnullos ex vrbanis ciuibus

pleroscp

plerosque ex ignobili vulgo, qui latrantes contra bonum pacis clamore nautico seditiones in ciuitate faciebant, & populum commouebant. Inter eos vir nobilis erat Dominus Temporalis de Buren habēs duos filios maioris Ecclesiæ canonicos. Continuo igitur transmittunt illi Louanium, Bruxellam & ad alia tutiora principis loca, vt in potestate sua haberet si denuo Leodienses promissa non soluerent vel pacta violarent. Itaq; eis altera vice pace reddita, Carolus abiit. Mox autem Carolo absente ad solita reuertebantur, malis veteribus noua cumulantes, & non obstantibus promissis & pactis contemnebant Dominum suum: nec eum pacifice redire sinebant: & per viros Belial amicos eius omnesque rectos corde odio persequebantur iniquo. Inter alia autem excessum facere ausi sunt filii Belial, vnde & oculos Maiestatis Principis non mediocriter offenderunt & nihilominus obsides in graui periculo posuerunt. Dynanti villicus Ioannes carpentarius pro bono pacis sollicite satis agens & non proficiens, tum pro pace tum pro salute sua confugit ad terram Namurcensium, vbi filii perditionis inuentum eum ceperunt: captum Leodium adduxerunt: exultante ciuitate in hac re pessima. De quo princeps nimis exasperatus scripsit Leodiensibus, vt eum à captiuitate absolutum illæsum abire permitterent: minas adiiciens si non parerent. Illi autem iussa implere non curantes, carcerali angustia diu cruciatum hominem in quatuor partes horribiliter discerpserunt: quem mortis filium esse oportebat, quod amicus esset Domini, & operibus eorum malignis non communicans, ex terra exisset.

Anno igitur salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, cum Leodienses vnà cum Lossensibus Hoy oppidum, vt supra relatum est, cepissent, Carolus Dux nimirum exinde exacerbatus, cæpit accingere gladio suo femur suum potentissime, congregans exercitum fortem nimis ad debellandos Leodienses. Armabat enim ac præparabat se tanquam cum duobus hostibus conflicturus, Rege videlicet Franciæ & Leodiensibus. Venit autem ad eum Bruxellæ constitutum Comes Sancti Pauli à Rege missus, cōponendæ pacis obtentu: Cui vix audientiam Dux dedit, quippiam de pace audire recusans. Non multo post accessit ad eum eandem ob causam missus ab eodem Rege Episcopus Mediolanensis, legatus Apostolicus in Franciæ regionem, diligenter insinuans & regis gratiam si exaudiretur, & offensam si contemptui haberetur. Supplicabat verò Rex, vt amici eius Leodienses suæ maiestatis respectu ad gratiam suscipi mererentur: promittens Duci fidelem assistentiam in depopulando eos, si denuò pacta pacis soluerent: Adiiciens quoque minas causam illorum suam se facturum, & defensurum Leodienses, quos sub protectionem suam suscepisset, si pactionis suæ optatum non consequeretur effectum. At Dux non precibus flexus, nec minis territus, nec promissis illectus, constanti voce respondit: nolle se amplius cum Leodiensibus tractare de pace, qui periuri facti semel & iterum fidem fregissent, pacta soluissent, fœdera violassent. Tum ille: Rex inquam Franciæ inter omnes terrarum reges inclytus, extendit palmites gloriæ suæ vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines potentiæ suæ, neque tutum vlli terræ principi, maiestatis eius oculos quomodolibet offendere. Respondit rursus Dux: Etsi potens sit Rex atque magnificus, vt dicis, ego quoque magnificum me & virum virtutis ostendam. Timeo, (legatus ait) timeo Regem cum se contemptum viderit, venturum in persona & Leodiensibus amicis suis præsidium præstiturum. At Dux rursus: Veniat, & vtinam venire velit & experiendo discat quid possim: Si iam adesse certum esset, tempus præuenirem & Regi me præsentem intra biduum sisterem. Itaque in medio Octobris mensis procedens Dux à Louanio cum infinita equitum peditumque multitudine, ac armorum cuiuslibet generis copiosissimo apparatu, primo impetu appulit ad Sanctum Trudonem & vastauit oppidum: quod antequam in deditionem acciperet, multi de exercitu in circuitu mala exercebant innumera, agendo prædas, incendendo domos, homicidia perpetrando. Non parcebant spoliando secularibus, non religiosis: Est iuxta muros oppidi monasterium fœminarum inclusarum canonicarum regularium Sancti Augustini in commune viuentium, vbi quantas abominationes fecerint, non est volubilis styli ministerio facile explicare: Et per ea, quæ illic facta

sunt, prudens Lector, quid aliis locis piis factum sit, facile intelliget. Veniebat venerabis prioriſſa ad portam vſque monaſterii hoſtibus obuiam, quia rector cum ſociis præ nimio timore aufugerant, & humi proſtrata miſericordiam poſtulabat, exhibens ſaluum conductum Ducis, quo ſub eius protectionem recepta erat domus. Quam terribilibus oculis intuentes, & ſermonibus incõditis aſpernantes, nec mouebantur reuerentia loci nec ſaluo conductu terrebantur, nec flectebantur ſuſpirioſis precibus deuotæ multitudinis tetram in facie pallidæ mortis imaginem præferentis. Quinimo more leonum rugientium, cum in venatione beluina crudelitate hominem perſequuntur, omnia perluſtrant, omnia peruagantur, ſingulas reuiſunt officinas, diſplicita comminuentes, placita rapientes. Aggrediuntur primo oratorium, non orandi gratia, ſed ſpoliandi: & imaginibus, tabulis, libris, ornamentis, omnique ſuo decore euacuant, & abiecto omni timore Dei, diſtractas reliquiarum capſulas mittebantur in lutum, & pedibus, vt paleas, conculcabant: Dehinc ad dormitorium aſcendebant, & ita omni ſororum ſupellectili, ſpoliabant, vt ne imaginem quidem papyream reliquerint: quæ conſiderans ſoror quædam bonæ ſimplicitatis tulit ſecum deuotionis ſuæ imaginem. Cogitabat enim apud ſe, dicens: Etſi omnibus ſpolier rebus in vſum conceſſis, reſeruabo ſaltem mihi Ieſum meum: habebat enim iconem eburneam infantuli Saluatoris, quam arctius conſtringens vlnis ſuis, cum latrones eam tollere vellent, fletu ſingultuoſo & anxio eiulatu reſpondebat: Nolite mihi tollere Ieſum meum, vnicum ſolatium cordis mei, omnia mihi abſtuliſtis præter eum: parcite mihi, quia conglutinatus eſt mihi Ieſus meus, vt nullo modo inter nos diuortium fieri queat. Multos hiſce verbis & flebili apparatu ad compaſſionem ſui commouebat, vt à male cæptis abſtinerent. Tandem vir Belial compaſſionis expers, neſcius miſereri, de vlnis ſororis lacrymabiliter vociferantis, imaginem violenter abripuit, & ait: Si tibi placet Ieſus tuus, & mihi non diſplicet: hactenus eo tu vſa es: patere vt iam vtar ego. Cuncta denique in cellario reperta vitæ neceſſaria, inque officinis reliquis vtenſilia ad curam rei familiaris pertinentia tollunt, confringunt, diſpergunt, nihil eorum, quæ ad victum & veſtitum pertinent, deſolatis ſororibus relinquentes. Cæterum tantus erat rapiendi feruor, immò furor, vt plumbum de tectis eruerent & ferrum de muris auferrent: Tanta denique ſecuritas, vt reiecta naturali verecundia abuterentur dormitorio pro latrina: Tam procax inſolentia, vt ancillas Chriſti ad exuendum veſtimenta religioſe compellerent. Habebat antea præmonitas filias ſuas mater, vt de veſtibus ſuis tantum tollerent, quantum ferre potuiſſent, contra iniurias hyemis imminentis. Dicebant ergo pro imperio ad illas ſcurræ: Exuite vos ſine mora. At illæ inexorabiles hoſtes aſpicientes coram facie eorum exuebant veſtimenta ſua ad camiſiam vſque. Illi autem, relinquentes in manibus ſororum, quicquid vile fuerat ac reprobum, meliora tollebant. Sed quis non obſtupeſcat magno Dei munere factum eſſe, vt cum bona mobilia perdere cogerentur, theſaurum caſtitatis incomparabilem integerrime conſeruarent? Nec illarum vlla quantumlibet ſpecioſa reperta eſt pati violentiam aut corruptionis vitio violari. Etenim ad imperium Prioriſſæ manebant indiuiſæ ſorores: nec ſeſe vna ab altera ſeparabat. Inſtar igitur muri illæſæ & impenetrabiles permanebant. Sane audiens hæc Dominus Adolphus de Cliuis Dominus Temporalis de Rauenſteyn compaſſus tantæ deſolationi ancillarum Chriſti, fecit eas adduci ad ſe. Non enim procul aberat: & viri cohortis ſuæ tantum flagitium perpetrauerant. Verum earum aliquæ nimis mœrore confectæ, præ teneritate, luti profunditatem tranſilire non valentes, virorum manibus ferebantur: quas in diuerticulo ſuo ſuſceptas, humane tractauit, benigne fouit, curam earum egit, magnamque partem ablatorum duntaxat in lectiſterniis reſtitui eis fecit.

Oppido S. Trudonis deditione accepto rebus corporibuſque ſaluis, cõuertebat faciem ſuam Dux ad Leodium deuaſtandũ. Sed antequam à loco moueret exercitũ, ſuperuenerunt Leodienſes inopinate ſanè (neq; enim tempus neq; locum congrediendi deſignauerant) in multitudine graui turmarum trium & ingenti ſtrepitu in

profe-

profesto Apostolorum Simonis & Iudæ, hora quarta diei cum iam Sol vergeret ad occasum, & effuderunt se in campi magni planitiẽ non procul à villagio dicto Bruysten. At phalanx Domini de Rauensteyn, quæ vicinior erat, sentiens hostes ex improuiso venientes, fortiter obequitabat & ad prælium se præparabat. Ortum igitur est bellum satis durũ in die illa: quo inito clangor buccinarũ vehemẽtius perstrepebat: volitabat per æthera telorũ densissimus imber: resonabat terra à collisione armorum: aerq; replebatur à bellicarũ sonitu machinarum: & factum est quasi miraculum grande in die illa, vt septuaginta & amplius lapidibus bombardarũ per Leodienses vno impetu in populum Ducis effusis, pauciſſimi læderẽtur, quô palam fieret omnibus, non esse cum eis manum Domini. Qua de re Dux ipse non virtuti suæ, sed nomini diuino dans gloriam, mox misit & Ecclesiæ Louanienſis vniuerso clero attente cõmisit, Omnipotenti Deo suæq; sanctissimæ genitrici solenne afferre suo nomine sacrificium, laudisq; ac gratiarum referre vbertimas actiones. Sane primam turmam Leodiensium per callidam inuentionem ac emissam serpentinam penetrabant & scindebãt, qui erant de parte contraria, & ita diuisam prosternebant. Illi autem videntes quod res pro anima ageretur, pedibus stantes, & in genibus ad mortẽ vsq; pugnabant acerrime. Percussa est autem & ita extincta eorũ prima acies, vt admodum pauci euaderent. In qua & interemptus est Bary Surlet, miles, cuius supra fecimus mentionem, & duo ex maioris Ecclesiæ canonicis. De populo Ducis cecidisse feruntur ferme viri centum: Reliqua a Leodiensium multitudo id percipiens, nimis terrore concussa & ablata omni spe celeriter aufugiens terga vertit: dignã infelicitatem præsumptionis suæ cõsecuta: Cum qua fugit & Raso dominus de Heer, vir magniloquus, sed pusillanimis, qui nunquã appropinquare auderet vbi magnanimorum bellicosa contentio, haberetur, cædebantur nihilominus fugientes hinc & hinc, sed eô pauciores, quia noctis obscuritas longum transitũ persequentibus hostibus denegabat. Itaq; Leodiensibus partim cæsis, partim in fugam conuersis, Dn. de Rauensteyn cum phalange sua postera die anteibat exercitum vniuersum, spoliatoq; oppido de Borthloon, recto itinere peruenit ad Tungrorũ oppidum fortium mœniũ circuitu cõmunitum: quibus à facie Ducis tantus metus incubuerat, vt nullus incolarũ ad principem auderet accedere pacemq; petere. Tandem procuratori monasterii regulariũ (quod est Tungris) onus legationis imponitur: per quem plurimis effusis precibus, & promissis infinitis vix à principe impetrabat, vt eos sub grauissimis oneribus in deditionem acciperet. Post hæc Leodium mittit legatos ad Ducem: se peccasse clamitat, spondet correctionem, plurima offert, maxima promittit, veniam petit, pacem exquirit. Veruntamen in concedendo veniam, & dando pacem oborta est difficultas non exigua, tum propter transgressionis multitudinem, tum propter duplicis animi celeberrimam instabilitatem. Demum post longa colloquia discordiæ nebulis dissipatis, apparuit pulchra serenitas, sub certis tamen & grauissimis conditionibus: quibus si cum effectu præberent assensum, optata pace gauderent, & corpora salua haberent simul & bona. Quarum quidem cõditionum erat vna, vt iura sua siue plebiscita vel priuilegia, quibus abusi erant, in manum principis resignarent: Deinde vt omne genus armorum abiicerent & Principi traderent. Erat enim in ciuitate & in terra illa omnis armatura fortium, omne genus machinæ bellicæ, siue ad inuadendũ, siue ad defendendũ, siue ad expugnandũ. Itaq; reiecerunt bombardas seu fundibularios suos, serpentinas, baliſtas, gladios, loricas, hastas, pugiones, solis ex omnibus armis relictis vniuerso populo terræ cultellis, sed sine acumine, aptis ad escam, sed ineptis ad pugnam. Conditio præterea fuit tertia, vt sumptibus propriis portas muroſq; ciuitatis & oppidorũ singulorũ diruerent, soloq; æquarent: quod & factum est. Solum oppidum de Hoyo ab his conditionibus (immo pœnis) remansit immune, & meritò. Qua enim ratione particeps deberet esse pœnæ, quod volebat expers esse culpæ. Quod oppidum diuerticulum Episcopi & suorum Leodienses iniuste spoliauerant bonis & thesauris, quibus non mediocriter affluebat. Conditio quarta fuit, vt ingentem argenti massam soluerent, præter priorum annorum mulctam, cui nihil decedebat. Istis ita rite peractis intrauit Leodium Dux Carolus Princeps potentissimus cum ingenti equitum

multitudine, qui bini per turmas suas incedebant, & à primis vsque ad vltimos quinque horarum, vt aiunt, explebant intrando spatium : cogebantur manere extra ciuitatem pedites, quorum ferebatur maior esse copia, ne multitudine nimia confusio imò violentia gigneretur. Sic igitur humiliata est ciuitas illa grandis, sed rebellis, vrbs ampla, sed tumultuosa, alumna scandali, mater litium, seditionis conscia, tranquillitatis ignara, fomes discordiæ, concordiæ suffocatrix, plus habens de præsumptione quàm fortitudine, minusq; de potentia quàm arrogantia. Sic deuicta gens ceruicosissima, insueta pacis, assueta bello, cedere nescia, nisi cum resistere non valeret: cui secundum magnitudinem præsumptionis & gloriæ data est magnitudo cõfusionis & ignominiæ, in inani gloria modum non habuit: ergo in retributione vindictæ debita mensura defecit. Sic facti sunt serui, qui prius erãt liberi: sic coacti sunt obsequi, qui volebant omnibus dominari: Inq; signũ victoriæ glorioſæ abstulit Dux fornicem triumphalem, quem pyronem ipsi nuncupabant, in medio fori pro decore stantem miro lapideo tabulatum erectũ, quem Brugas deportari iussit, & eius loco patibulum erigi. Quam rem licet molestissime ferrent, tamen contradicere non audebant. Sublatæ erant ipsis vires omnes cum quibus perierat simul & animus. Non sic arctantur scholares sub præceptore, sicut constringebantur à facie principis Leodienses. Reliquit a. Dux Leodii loco suo Guidonẽ virum nobilem ex Picardia Dn. Temporalem de Gymberti curia, ad regendam prouinciam vniuersam: Qui sæuitiæ plenus, compassionis inops, in virga ferrea regere cæpit, nõ parcens diuitibus, non egenis, iudicans in rigore incolas terræ. Itaq; redeunt qui proscripti fuerant amici Episcopi, vnusquisq; ad possessionem suam, & in quiete viuere permittuntur: Iam insignia armorum Episcopi in vicis & compitis vbiq; ponuntur: Iam vox illa tumultuosa (viuat Rex) silentio datur. Absit vt aliquis deinceps Marchionis Marci de Baden ausus sit facere mentionẽ. Dominus verò Ludouicus de Borbonia pace fretus & quaque versum se dirigens, verus terræ Dominus agnoscitur, & Leodiensis episcopus honoratur. Sancitur insuper noua lex & veteribus transeuntibus, iura noua conduntur: Pleriq; ex ciuibus, quibus scrupulosa imò meticulosa conscientia & liuidus animus fuit, cum hæc ita geri conspicerent, dentibus fremuerunt, & molentes ita constringi, sponte aufugerunt, quorum numerus, vt audiui à quodam, qui vnus erat ex illis, vltra triginta millia virorũ excreuit, qui à ciuitate & territorio Leodiensi tum recesserunt. Proscribuntur & multi auctores schismatis, hostes pacis, inter quos & Dn. Raso de Heer erat, qui postea in terra non comparuit, nec quô deuenerit, hodie scitur.

Anno sequenti mense Augusto Carolus Dux inclytus altera vice Franciam petit, bellum regi illaturus. Non vtiq; propter se cui in re nulla male fecisse repertus est Rex, sed propter Duces Britanniæ & Bituricensem regis germanum, quibus rupto fœdere iniuriam fecerat: Et quia Carolus Dux cum his duobus fœdus pepigerat, vt alter alteri cõtra Regem, necessitate cogente, manus porrigeret adiutrices, iniuriam illorum in se recepit, eosq; in Rege vindicare proposuit : Sed Duce Carolo derelicto, duo isti clandestine paciscuntur cum rege. Sic cum Carolus in adiutorium illis non sine sua suorumq; multa incõmoditate venisset, illi eum solum in periculo relinquunt. Verum, Deo disponente, id quod malam faciem habere videbatur, conuersum est Duci in augmentũ boni: Non enim mouit arma rex contra eum, sed magis spretis aliis, intra sinum gratiæ specialis recepit. Quid enim, si vidisses & regem & Ducem amicabiliter conuenire in vnum, & certasse vt alterum & officio salutandi, & obsequio blandiendi & precandi instantia præueniret, murmurantibus atq; indignantib. Francigenis vniuersis: Putasses certe nil odii & nil rancoris, nunquam inter eos interfuisse, sed vniuersa iura dilectionis & gratiæ. Quo autem modo eodẽ tempore viri Belial capere Leodium ad nutũ illic omne disponentes. Et quo pacto Episcopus cum suis ab eisdem captus in oppido Tungrensi, Leodium sit ductus, require suprà. Igitur expeditis negotiis in Francia, Dux ex his, quæ per Leodienses fieri videbat accensus animo, redire cogitat, & ad Leodium conuertere faciem suam, statuens firmiter, illud funditus euertere & ponere in aceruum lapidum : Et Rex relicto suo exercitu, non rogatus à Duce, sed sponte semet ingerens, veniebat cum

co,

eò, eadem mente, nec dissimili voluntate. Præmisit autem Dux Dominum de Rauensteyn, qui cum Phalange sua iuxta diruta mœnia ciuitatis castra metatus est. Cumq; silentium tenerent omnia, quæ in ciuitate erant, & ne campanę quidem sonitus audiretur, suspicati sunt, qui cum Domino de Rauensteyn erant, Leodienses omnes præ timore hostium imminentium cessisse loco suo & desperatione victos iniisse fugam: Vnde plurimi armis depositis, sarmenta colligere cœperunt, & rogos præ nimio algore accendere. Pergebant & alii pro pabulis iumentorum, vitæq; necessariis, & longius sese ab exercitu abiungebant: Quod vbi per explicatores in ciuitate compertum est, conuocatis optimatibus & magistratibus ciuitatis, Episcopus suasit pro bono communitatis, primo, vt ipse laxatus à captiuitate liber abire permitteretur: & promittendo iurauit pro pace apud Ducem nepotem suum fidelissimè se laboraturum: secundò vt in Ducis populum nequaquam arma sumentes exirent: Scientes si in ciuitate quietè manerent, misericordiam eos inuenire facile posse, alioquin intolerabilem subituros vindictam. Qui quidem sermo in oculis plurimorum, quibus erat mens sanior, bonus visus est: At viri Belial cum ignobili vulgo nolentes cedere & Episcopo credere, malebant insidiosè hostes impetere, & ex incautis oppressis victoriam reportare. Itaq; qui putabantur fugisse, ecce corã sunt, & in incautos repente irruunt in multitudine magna & grauissimus conflictus exoritur. Resistere viriliter de populo Ducis nonnulli malebant, quam turpiter fugere, & quia inermes cadebant in ore gladii, nedum plebeii & vulgares, quin etiam militares & nobiles, ad tempus tam diu dorsa præbuerant, donec armis protecti ad pugnam idonei redderentur. Factumq; est post longam decertationem, vt Dominus de Rauensteyn cruenta victoria potiretur, & aduersarii non sine magna strage suorum fugere cogerentur. Isti ergo reuersi & iam aliter, quam ante affecti, ipsi id fieri cupiebant, quod paulo ante recusauerant. Sicq; contigit, Episcopum cum legato Apostolico de captiuitate laxatum, educi ad Dominum de Rauensteyn per militem egregium Ioannem de Wylde: Qui vbi eminus hostes vidit, pergente Episcopo, in ciuitatem ad suos redire festinauit. Sane in hoc euidenter apparet Episcopum, vt promiserat, quæsisse bona genti suæ, quia post biduum recessus sui, cõsilium ei bonum in literis dedit, vt ciuitatem sollicita custodia protegeret, & in Ducis populum denuo non exiret, ne deterius aliquid contingeret. Subsequebatur è vestigio Dux, veniensq; obsedit Leodium & Rex cum eo. Supplicantibus vero Duci Leodiensibus per Episcopum suum pro pace danda, renuntiauit dicens: Filios mortis constituistis vos: sed nihilominus in hoc faciam vobiscum pactum, & nõ aliter, si nimirum vos ipsos & vxores vestras, & filios, & bona vestra & ciuitatem dederitis mihi. Multorum habet opinio, non obstantibus his minis Ducis, Leodienses maiorem in conspectu eius misericordiam fuisse inuenturos, & iudicium mitius sensuros, si iuxta consiliũ Episcopi cõtinuissent se à malè faciendo. At illi desperatione fracti, & consiliis bonis increduli, reputabant glorioſius esse, stare pro ciuibus, patrias leges defensare viriliter, & pro patriæ libertate pugnare fortiter vsq; ad internecionem, quàm timidè cedere & eneruiter expugnari. Videntes itaque prioris nequitiæ adinuentionem sibi non prodesse aliud, quod nequius erat fallẽdi genus inueniunt. Assumunt enim sibi, & in tunicarum suarum superficies insuunt S. Andreę crucem: & in silentio noctis Ducis castra intentè perlustrant. Quis enim prohiberet eos qui ob tale signum non hostes, sed satellites videbantur. Nonnullis igitur nobilibus paruulis, qui erãt in comitatu Ducis, latenter occisis, progrediẽtes peruenerunt ad tentorium Ducis, cum quo Rex erat, vt eum perimerent. Sed antequã quod cogitauerant, explerent, detecti sunt, & cogniti & in astutia sua deprehensi sunt: eo quod voce patria loquerentur, quæ aliorum Gallorum sermoni plurimum dissimilis est, deinde, quod symbolũ nocturnum quod in castris per singulas noctes nouũ & secretum habetur mysterium (die losung) ignorarent. Mox pars maxima hominum simulatæ amicitiæ, trucidata est, & felices sese arbitrabantur, qui mortẽ, quã meruerant, quacunq; via potuissent euadere. Vnde furore nimio stimulatus Dux iurauit per Deũ & S. Andream de loco non se abiturũ, donec funditus illũ euertisset! Iussitq; accelerari negotium, & per ascensum aggerum & vallorum capi ciuitatem:

Et factum est ita Leodiensib. in finem vsq; fortissimè repugnantibus. Inter eos autē qui corruerant gladio, dum postea ventum est ad cęsorum spolia detrahenda, inuēti sunt religiosi de ordine S. Francisci ac mulieres interfisse: Et quia fortior Dux fuit & inualuit, iure prælii, Leodiū cępit, spoliauit, deleuit anno salutis prænotato scil. MCCCCLXVIII. in vigilia omnium sanctorū: Cumq; Leodium debellaturus intraret, tantus subito clamor excreuit, tantus eiulatus insonuit, vt vix cōtinuata in lacrymis vox posse finiri videretur. At hostes ipsi beluina crudelitate hominem insectates nil prorsus aliud sitiebant quam sanguinem humanum & aurum. A quorū facie fugit populus hinc inde, sicut oues à facie luporū amisso pastore fugere solēt. Plurima autem multitudo sub omni celeritate ciuitatem egressa, Arduennę syluam expetiit, vbi prę frigore, fame, inedia & mœrore tabescētes, innumeri perierunt: nonnullos prosequens hostilis gladius interemit: Fugerunt & alii in copia magna in exteras regiones, vbi manentes adhuc natale solum repetere non permittuntur: Fugerunt & alii in basilicas, sperantes se illic à facie gladii futuros tutos: Sed (proh dolor) locus refugii factus est asylum periculi: domus orationis mutata est in macellum occisionis: & vbi vita conseruari debuit, mors inuenta est. Non coercuit hostes à scelere timor Dei: non sanctitudo templi: non sacrorum reuerentia: non desolatorum lugubris instantia: quin impetuosè irruerent in eos & scelestis manibus obtruncarent. Vbi enim illi aris proximi precibus insistebant, accedebāt & ita validis ictibus perimebant, vt sanguis occisorum & rubricaret pauimentum, & in ornamenta celebrantium resultaret: plurimi verò qui hostes euadere nequiuerunt, vt puta debiles & infirmi, iuuenes ac Virgines, senes cum iunioribus, simul in vnum diues & pauper, reperti in plateis, absconditi in domibus, & latibulis, diuerso suppliciorum genere crudeliter interfecti sunt: Et in mares cruentus mucro vxoribus filiisq; aspicientibus sęuiebat. Alii autem data aut promissa pecunia (vltra quam posset) domibusq; ad corrigiam vsq; calceamenti spoliatis sese redimentes, abire sinebantur. Si tamen virorum legalium fortuna fœcundior arrisisset. Secus de ignobili scurrarum genere, quibus moris erat, extorquere pecuniam & animam non saluare: Cumq; prioribus ascendentibus superuenissent alii ad homines miserandos rebus omnibus denudatos, vt auaritiæ famem explerent non inuenientes pecuniam, tollebant vitam: Omne studium illorum erat rapere, furari, inferre violentiam, mactare, perdere: De secularibus taceo quibus præsidium defuit omne: tentabant etiam Ecclesiasticos atq; religiosos capere, & captiuos abducere spe pecuniæ extorquendæ: verum Principis mandatis exterriti, desistebant à captis. Insuper sexum fœmineū deturpabant: lactentes in cunabulis aut suspendebant in fumario (hanc illis misericordiam præstantes, vt non perirent ore gladii sed vapore fumi animulas exhalarent) aut certè matribus colligatos pariter mittebant in Mosam. Cogebant veteranos respicere sursum, moxq; pugione guttura transfigebant: Neque omnino tuta fuit à spurcitiis ribaldorum religio sacra sexusq; fœmineus: Sanctimoniales violentiam passæ sunt: defloratæ Virgines: corruptæ fœminæ: & post earum vsum tractæ & præcipitatæ in Mosam. Nulla ibi discretio amici & inimici, inter bonum malumque distantia nulla: Captus quisque nec redemptus necesse erat, vt vibrantem exciperet gladium aut grauiora experiretur supplicia mortis, aut in profundo Mosæ gurgites mitteretur. Neque enim sacrilegis sufficere potuit, habitacula secularium omni priuare substantia, sed (heu quod nequius est) temerarie irruunt in diuina. Nam templa DEI ingressi, contaminant violant: spoliant que: sacerdotalem ordinem habentes opprobrio: cultum DEI ludibrio. Mittebant ergo sceleratas manus (particulatim incidi dignas) fractis armariis ad sanctos calices, & ad Ciboria, ad sacri olei vascula diripientes ea & hostias sacramentales ac oleum in altare vel in terram viliter effundentes. Intrauit vice quadam Ecclesiam hostium aliquis dum missa fieret, cumque ablutionem celebrans susceperet, accessit ille propius calicemque de altaris medio, nihil veritus, tulit & abiit. Erat præterea illorum vnus lætus pro ciborio rapto, quod ferens sub ascella, interrogatur à socio, quidnā ferret; Rem (inquit ille) optimam: Et tum productū ciborium cognouerūt nō argenteum, sed cupreū esse: auro tamen tectum: vnde indignabundus ille quasi rē

contem-

contemptibilem pro labore nactus, proiecit in lutum, & receſſit. Factum eſt autem non procul à domo fratrũ prædicatorum: Quibus dum immane ſacrilegium innotuiſſet, venit vnus illorum & reuerenter acceptum ciborium, quod ſacras in ſe hoſtias conſeruabat, reportauit ad Eccleſiam ſuam, debito in loco reponens. Rapiebãt & libros & ornamenta, monſtrãtias pretioſiſſimas, vaſa diuerſi operis ærea, cuprea, ſtannea, argentea, aurea, imagines, capſas reliquiarum, & quicquid ornatum Eccleſiæ concerneret & ad altaris miniſterium pertineret: quæ omnia ignominioſè tractantes in prophanos vſus conuertebant. Atq; ad explendum auaritię ſaccũ, plumbum de tectis, vbicunq; poterant, auferebant. Campanas quoq; fractas diuidebant in minutias, & tollebãt: vtq; ſub compẽdio plura perſtringã, quicquid placeret oculis, & animo blandiretur, ſecum ſumebant: quicquid vile videbatur, & reprobum, comminuebant. Deniq; nihil relinquentes intactum, ſed omnia perluſtrantes, aperiebant ſarcophaga marmorea, exiſtimantes ſe poſſe inuenire aurum, vbi recondita ſunt cineres defunctorum. Vix Dux ipſe per ſemetipſum Baſilicam S. Lamberti ab impetu ſacrilegæ manus tueri valebat. Pari modo paria ſacrilegia in monaſteriis virorum & fœminarum eorumq; Baſilicis miniſtri ſcelerum operati ſunt: Eccleſia tamen Sancti Petri & nonnullæ aliæ piaq; loca illorum (præoccupantes inſaniam) ſeſe data auri & argenti ampla ſumma redemerunt. Singulari gratia tunc fruebãtur monaſteria Canonicorum regularium & fratrum prædicatorum: quæ protecta & ab inſultu nebulonum libera manſerunt. Cum igitur ſpoliata eſſet ciuitas illa magna omni genere opum, quibus non mediocriter affluebat: nilq; ſupereſſet, quod ſacrilegum alliceret appetitum, igni tradita, abiit in fauillas: quam vim graſſantis incendii experiri coactæ ſunt nonnullæ Eccleſiæ atq; capellæ, quæ domibus contiguè iungebantur. Collegiatas tamen Eccleſias cum clauſtris ſuis & monaſteria ob cuſtodiæ ſollicitudinem, quam Dux adhiberi mandauerat, vorax flamma non conſumpſit. Itaq; ad nihilum ciuitate redacta, ciuibuſque & perditis & fugatis, populus terræ hinc inde commorans ita grauatur in dies: ſic opprimitur exactionibus: & grauiſſimo tributo ſubiicitur, vt iam contra vicinos ſuperbè mutire dediſcat, & vix vitam tranſigere vel vix ſubſiſtere queat. Siquidem hinc angitur pex extorſiones intolerabiles à Vaſallis Epiſcopi. Illinc verò violentius inſtant, nec diripere ceſſant Dominus Guido de Hymberti, curia & qui cum eo ſunt. Præter illos autem ſpoliant deuorantque viri Belial, vt lupi longa fame cruciati, inopinatè de latebris erũpentes. Ita vt pulchre apteque propheticum illud facto huic alludere videatur, Reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit ærugo, &c.

Paulus ſecundus, natione Venetus, electus eſt Anno Domini MCCCCLXIV, *Romanæ.* ſedit annis ſeptem: qui prius dictus fuit Petrus Barba, filius ſororis quondam Eugenii Papæ quarti, presbyter Cardinalis ſancti Marci. Iſte ſtatim approbauit celebrationem Feſti præſentationis beatæ Mariæ virginis glorioſę ſicut prius. Anno prænotato, fuit in partibus Weſtphaliæ in oppido quod Hanno dicitur, Virgo quędam nouiter conuerſa nomine Chriſtina quæ poſt ſpatium quindecim hebdomadarum circa feſtum ſacramenti habuit in manibus & pedibus ac latere ſtigmata dominicæ paſſionis, & coram duodecim teſtibus oſtendit ea: Et prædixit poſt duas horas. Si redirent homines, nõ inuenturos amplius: & ſic factum fuit quia loca illa ſanata erant. Item Leodium multis tribulationibus atteritur. Et poſt anno Domini MCCCCLXVIII. totaliter deſtruitur per Carolum Ducem Burgundiæ. (Hucuſque Chronicon Domini Werneri Carthuſienſis faſciculus temporum inſcriptum protenditur & finitur.) Iſte Paulus ſecundus, anno Pontificatus ſui ſexto ſtatuit & ordinauit, vt de cætero perpetuis futuris temporibus annus Iubilæus (plenariæ videlicet remiſſionis & gratiæ ac reconciliationis humani generis à noſtro pliſſimo redemptore) cum omnibus & ſingulis indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus de viginti quinq; annis in viginti quinq; annos cum gratiarum actione & mẽtis iucunditate ab omnibus Chriſti fidelibus frequentaretur & celebraretur. Ratio vero ad hoc eundem ſanctiſſimum noſtrum Pontificem mouẽs, exprimitur in bulla, quam ob nimiam prolixitatem omiſi ſcribere. Iſte Paulus ſecundus anno ſalutis prænotato ſereniſſimo Domino Adolpho Duci Gelriæ illuſtris viri Arnoldi

Ducis Gelriæ vnigenito, dirigit subsequentem Epistolam super captione patris sui cuius tenor sequitur.

Dilecti fili salutem & Apostolicam benedictionem. Etsi sępius nobis renuntiatum fuit, nobilitatem tuam (dilectum filium) nobilem virum Arnoldum Gelriæ Ducem genitorem tunc captiuum detinere, non potuimus tamen illorum relationi fidem adhibere: Cum illud nobis alieniſſimum à mentibus hominum Catholicorum præcipuè videretur, patrem à filio dominandi gratia expulsum atque captiuum detineri. Res pernitioſiſſima & abominabilis, contraria tam diuinæ & humanæ quam naturali legi, abhorrendaque non modo Christianis, verum etiam feris infidelibus. Sed postquam tamen à fide dignis accepimus, rem in veritate sic habere, supra modum admirati fuimus; tantam filii in parentem crudelitatem: quam non potuimus sine onere conscientiæ nostræ vlterius perferre, nec conniuentibus oculis præterire, vt ex Pastoralis officii nostri debito silentio pertransire & ferre debemus: Sed potius huic deterrimo malo prouidere & occurrere. Quid enim magis animam necat. Quid magis famam, honorem & dignitatem minuere potest? quã in parentes sæuire & crudelem esse, quos honorare ex præcepto DEI tenemur? Crede nobis, fili, nisi veniam à DEO inprimis & à patre tuo de huiusmodi reatu petieris, & te in tempore emendaueris, & pœnitentiam egeris, antequam DEI ira superueniat, in periculo maximo versaris. Nec te moueat iræ & vltionis tarditas, quæ tibi tarda esse non potest, & quæ lento gradu procedit, sed tarditatem supplicii & vltionis grauitate recompensat.

Hortamur igitur nobilitatem tuam, quam paternè ac pie monemus, vt hæc altius animo repertas, & ad cor redeas, parentemque liberes & veniam petas, ac pœnitentiam agas, nec eius mortem dominandi libidine desideres: permittasque ipsum, quousque DEUS voluerit, in libertate viuere, ac ipsum in honore, sicut teneris, habeas & ex corde diligas.

Quod si feceris, & monitis nostris (imò ipsius DEI nostri IESU CHRISTI, cuius vices licet immeriti in terris gerimus) acquieueris, vt te facturum confidimus ac speramus, prosperaberis & omnia secunda tibi succedent. Et omnipotentis DEI gratiam ac benedictionem promereberis, & à nobis & Apostolica sede commendationem, & à populo & ab hominibus laudem. Secus si feceris, & in abhorrendo tuo proposito perseueraueris, quod absit, maledictionem æternam & perpetuam vltionem consequeris. DEUS enim misericordissimus est in tempore si rogatur, ac veniam largitur veniam petenti & pœnitentiam agenti. Nos præterea si te in cæcitate confisum & immersum, quod absit cerneremus, DEI iudicium & flagellum contemnentem, licet atrociſſimum sit futurum, quod nequaquam etiam speramus, cogeremur alia remedia in tui ruborem, & pro honore huius Sanctæ sedis apostolicæ, quæ non deerunt, ex officio pastorali adhibere.

Datum apud Sanctum Petrum, nono Septemb. Pontificatus nostri anno sexto, Incarnationis anno Domini MCCCCLXX. Istam Epistolam cum cuidam intelligenti in rebus Ducis Adolphi experto ostendissem, dixit non fuisse sedis Apostolicæ, sed à quodam Cliuensi ad vituperium Ducis Adolphi confictam: Nec etiam vnquam rumorem de ipsa audiuimus aliquando tempore vitę & regiminis memorati sereniſſimi ducis Adolphi.

Anno sequenti mensis Iulii die XXVI. Paulus Papa secundus obiit Romæ, sepultus in Basilica Sancti Petri principis Apostolorum: Cui successit eodem anno Sixtus quartus, electus in profesto Sancti Laurentii glorioſi martyris: Ante Papatum Sixtus vocabatur Franciscus de ordine Minorum, Doctor sacræ Theologiæ eximius & Presbyter Cardinalis Sancti Petri ad vincula.

Brabantica. Carolus huius nominis sextus, inter Duces Lotharingię & Brabantiæ, & secundus inter comites Flandrię, primus verò inter Comites Hollandię & Zelandię, Philippi Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, cognomento magni filius, & verus hæres omnium suorum principatuum & dominiorum, Cæpit anno Dom. MCCCCLXVII. Imperii Friderici huius nominis tertii anno XXVIII. Et rexit annis nouem, mensibus

bus sex. Iste Carolus post expeditiones in Francia contra Regẽ Franciæ, depopulatus est terram Leodiensem cum deiectione turrium, murorum atque portarum omnium ciuitatum: & atrociter iugulauit innumerabilem populum vtriusque sexus & alios submersit: præcipue ciuitatis Dyonantensis, quam ex toto subuertit ac solo æquauit cum Ecclesiis ac monasteriis. Postea obtinuit ciuitatem Leodiensem populosam, in ore gladii, iusso truculenter interfici vtriusq; sexus innumerabili populo. De oppressionibus & sacrilegiis in locis sacris commissis require supra in gestis Ludouici de Borbonia Episcopi Leodiensis.

Dehinc ad quorundam suggestionem, quos Adolphus Dux Gelriæ in bello humiliauerat. Item Dux Carolus nepotem suum Adolphum Ducem Gelriæ sub fide & saluo conductu per literas & sigilla ciuitatum Brabantiæ roboratus accersiuit, quem etiam gratanter suscepit; sed tandem post aliquot dies ipsum nepotẽ suum aggressus, quasi pro Zelo patris Ducis Adolphi liberandi, quem idem Adolphus tenebat captiuum, re autem vera pro Ducatu Gelrensi obtinendo; Cogitabat Dux Carolus infringere saluum conductum nepoti promissum & ipsum detinere vel captiuare: sed saluo honore non potuit.

Tandem fraudulento vsus consilio, fieri iussit sigillum adinstar sigilli nepotis sui & epistolam falsam excogitauit, in qua continebatur confœderatio Ducis Adolphi cum Rege Franciæ contra Carolum Ducem Burgundiæ: & ipsam epistolam sigillauit nepotis sui sigillo. Deinde obiecit nepoti confœderationẽ illam cum Rege Franciæ: Vnde Adolphus Dux obstupuit, dicens nunquam, se hoc cogitasse: & si posset probari captiuum se libenter futurum Ducis Caroli: quod ipse acceptauit, & epistolam cum sigillo nepoti ostendit: quam cum legisset, protestatus est Adolfus sub pœna æternæ damnationis, nunquam se hoc cogitasse: sed tamen detẽtus est ibidem in arcta custodia captiuus vsq; ad diem mortis suæ.

Sequenti tempore memoratus Dux Carolus expeditionem instituit magno cum exercitu, & ipsum Ducatum Gelriæ aggressus est, postquam valido ipsum priuauit capite: & sine magna vi, tanquam orbatum adiutorio obtinuit. Istis prosperè peractis Carolus Dux elatus in superbiam ad regium aspirauit diadema. Vnde serenissimum inuitauit Imperatorem Fridericum tertium ad ciuitatem Treuirensem: & in continenti ex ducatu Gelriæ ibidem occurrit in tanta magnificentia & gloria, vt nullus Almanorum Principum similia posset.

Anno igitur salutis MCCCCLXXIII. die quinta post Francisci Confessoris habuit in conuiuio Dux Carolus de Burgundia, serenissimum Dominum Fridericũ Romanorum Imperatorem, Maximilianum eius filium cum omnibus ducibus & comitibus & baronibus, qui Treuiris erant cum Imperatore: & simul omnium aliorum principum ambasiatores & legatos. Imperator circa horam nonam ante meridiem cum prænominato populo visitabat Claustrum Sancti Maximini: Præcessores eius erant bene armati & induti, quo ad ludum militarem, Comes Eberhardus de Wirtenberg, Vitus de Rechberg, Dominus Ioannes Speth, & Wilhelmus de Wernaue. Postea venerunt duo Austriaci pariformiter induti, nudis brachiis, cum solis clypeis ad hasta ludendum: Imperator verò indutus tunica pretiosa deaurata, fusca, gereris ante pectus crucem auream maximam pretiosam, &c. Obuiabatq; ei Carolus Dux Burgũdiæ ante portã Maximini, tunica indutus aurea lapidibus pretiosis & perlis intexta valore centum millium Ducatorum. In medio verò prænominati sex in armis militaribus coram principibus se ostendebant, & eo facto descendebant de Equis, & coniunctis brachiis intrauerunt Ecclesiam, vbi altare ornatum pretiosum erat. In prænominata Ecclesia Sancti Maximini, primò erant quatuor scabella, & super vnoquoque scabello sex imagines, & quodque longitudinem habuit alterius dimidii brachii: secundò erat scabellum duodecim Apostolorum deauratorum & argenteorum: Tunc verò in sexto scamno decem imagines aureæ, in lateribus verò argenteæ & deauratæ, & iterum quatuor imagines argenteæ & deauratæ: Item decem cruces cum imaginibus penes imagines stantes, quarum sex erant aureæ cum lapidibus pretiosis; & quatuor deauratæ: Item sex Candelabra, duo deaurata. Duo vero argentea: Quatuor Angeli in

longitudine vnius brachii aurei, & vna capsa aurea, in qua erant reliquiæ Sancti Pauli & Antonii: præterea vnum tabernaculum cum paribus imaginibus aureum, & ornatum lapidibus pretiosis: Lilium verò vnum aureum cum lapidibus pretiosis, in quo Lilio erat vnus ex tribus clauis CHRISTI & de ligno sanctæ Crucis. Et super hoc Adamas in longitudine duorum digitorum. Pretium vero Lilii erat ducentorum millium florenorum, & tantum de altari, &c.

Post missam verò prænominati principes intrauerunt refectorium Sancti Maximini, quod sic erat ornatum: primo trisorium decem scabellorum per modum graduum & vnumquodq; scabellum in latitudine decem & octo palmarum: Ita vt à parte pedis extenderent vsque ad testudinem: Desuper vero erant subsequentia 10 clenodia. Primo triginta tria vascula, quorum maior pars aurea, residua argentea: Deinde septuaginta Cancri parui & magni: Centum crateres ornati lapidibus pretiosis & margaritis. In altero erat dimidium tantum Pythgiri argentei, Sex naues. Item duodecim vrcei ad lauandum manus, aurei & argentei: Sex vnicornua, quorum duo extenderunt se in longitudine trium brachiorum: Item sporta fragmentorum argentea: Sex amphoræ duodecim quartarum. In præsenti vero refectorio erant tres tabulæ ornatæ & omnia instrumenta desuper argentea: Ita, vt quiuis suum haberet craterem argenteum. Et duo vnum habebant cancrum deauratum. Item refectorium circumdatum erat pannis pretiosis & perlinis, &c.

Refectio pomposa Imperatoris cum Duce Burgundiæ. 20

ITEM in prima mensa superiori parte, sedebat serenissimus Imperator Fridericus in medio, latere vero dextro Episcopus Moguntinus, Episcopus Treuirensis, Episcopus Leodiensis, Episcopus Traiectensis: Latere vero sinistro Carolus Dux Burgundiæ, Maximilianus Dux Austriæ, Stephanus Dux Bauariæ, Albertus de München Dux Bauariæ, Ludouicus Dux Bauariæ. In secunda vero mensa, parte dextera sedebat Episcopus Eychstatensis, Carolus Margrauius de Baden, Christophorus Margrauius de Baden, orator & consiliarius Alberti Ducis de Brandenburg, Hugo comes de Montphort, Iodocus comes de Hohenzollern, Vdalricus comes de Montphort, Crafft comes de Hohēloch, Adolphus comes de Nassau, Philippus comes de Nassau, Dominus de Ylen, Magister curiæ Ducis Maximiliani. In 30 altera vero tabula latere sinistro sedebat Episcopus Metensis, Euerhardus comes de Schottenberg, Albertus Margrauius de Baden, Iacob Crafft miles & legatus Ducis Sigismundi de Austria, Vdalricus comes de Sulz, Otto comes de Hennenberg, Alwick comes de Sulz, Schafridus comes de Leiningen, Fridericus comes de Lusst, Præpositus Treuirensis natus de Syrck, Georgius comes de Leiningen, Euerhardus comes natus de Hennenberg, &c.

Cibaria vero principum erant in primo transitu tredecim: & præcesserunt decem tubicines, quatuor fistulatores, & duo buccinatores: Quos præcesserunt duodecim comites, induti aureis vestibus, Heroldi duodecim. Ad secundum vero transitum duodecim Dapes vel fercula, & ad tertium transitum decē fercula. Per- 40 acto tandem prandio apportabantur triginta scyphi cum confectis: quorum primus scyphus est existimatus valore sexaginta millium florenorum: Prænominatorum hospes sexcentos homines in curia sua, qui omnes fuerunt induti aureis & argenteis vestibus iuxta suum statum maximè pretiosis habuit, &c. Istis peractis serenissimus Imperator Fridericus Ducem Burgundiæ Carolum solenniter inuestiuit de Ducatu Gelriæ per vexillum cum cæteris consuetis ceremoniis. Post hoc desiderabat Carolus Dux Burgundiæ coronari in regem, in quem finem præscriptam ambitiosam & pretiosam illam ostentationem instituerat: Sed Imperator respondit, certum illi deesse numerum Episcopatuum regiæ maiestati debitū. Cum igitur rursus Carolus Dux Burgundiæ inuestituram de certis Episcopatibus 50 sibi vicinis peteret, & per vim illos se velle obtinere minaretur: respōdit rursus serenissimus Imperator, non esse intentionis suæ, Romano imperio subtrahere velle Dominia qualiacunque & ipsi conferre. Itaque & sic frustratus est Dux Carolus à desiderio suo: sed Imperator clanculum discessit, & Dux non sine magno expendio honoris & facultatum reuertit domum: Vnde irrisiones & subsannationes

nes maxime in Francia fuerunt. Ex ista confusione Dux Carolus offensus, in Imperatorem consilia cogitabat praua, & anno salutis MCCCCLXXIIII. cum maximo apparatu & exercitibus quatuor idiomatum Colonienſem aggressus est Episcopatū siue diœcesim, & Nussienſem ciuitatem per hebdomadas obsedit XLVI. vt Romanum occuparet imperium, quemadmodum inclamauerunt milites eius ad obsessos Nussienses, non laborare principem suum pro ista villa, sed Romano pro Imperio: vt ipse Carolus in fine obsidionis, congressionis tempore cum populo suo, protestatus est, dicens: hora nona Imperator ero vel mortuus: quod & factum fuisset, nisi Ducis proditionem diuina ordinatio detexisset: vt patet infra in historia obsidionis Nussienſis, & tandem tamen potenter Imperator soluit obsidionem Nussiēsem, & expulit Carolum. Recedens igitur inglorius ab obsidione Nussienſi, continuò quietis impatiens, redintegratis exercitibus & apparatu in continenti ad Lotaringiam ascendit & aduersariorum apparatum reperit robustum, sicut Dux Lotaringię, in auxilio habens Suitenses, diuersis in congressibus & prœliis Ducem Carolum Burgundiæ non sine magno populorum & rerum dispendio frequenter superauit, & ad tantā calamitatem perduxit, vt qui inclytus & gloriosus fuit in terra, siue in patria sua, proprio literas scriberet sanguine ad Dominia & suos, vt inde violenter educerent eum, sed frustra: quia iustū iudicium DEI super ipsum venerat pro sacrilegiis in locis sacris, pro effusione sanguinis innumerabilium Christianorum, pro prædationibus & oppressionibus ac exactionibus pauperum, pro fraudulenta & proditoria captione nepotis sui Ducis Gelriæ Adolphi. In obsidione tandē ciuitatis Nanceii aggressus est eum Dux Lotharingiæ, & per cruentum atrocissimū bellum glorioſissimè de eo triumphauit. Ibi Clenodia Ducis Burgundiæ cum diuersarum dispositionum multitudine bombardarum manserunt, & post nobilium ac illustrium virorum vincula & interfectionem, Dux ipse fugiēs, miserabiliter interiit, & post pretiosorum indumentorum & clenodiorum despoliationem, nudus in campo derelictus sequenti die non comparuit, vt vsq; in hodiernum diem vbi manserit, ignoretur: Et sic magnus ille Dux occiditur.

Vltraiectensia

Sepulto Domino Rodolpho Dyepholt Episcopo Traiectenſi, Electores siue capitulares Ecclesiarū Traiectenſiū de nouo electionē celebrantes elegerunt vnanimi voce Domicellū Gusbertum de Brederode virum egregium & illustrē, præpositum in summo, & apud sanctum saluatorem, verum etiam archidiaconum in Traiecto existentem. Iste autem Gusbertus fuit à canonicis & vulgari populo multum dilectus, & fuit frater Reynaldi generosi baronis de Brederoden, qui insuper fuit Burgrauius Traiectenſis, & Dominus de Vyanen. Electione autem, sicut præmittitur, more consueto celebrata, idem Gusbertus electus misit legatos, & ambassiatores suos de beneplacito ciuitatis & totius terræ Traiectenſis, exceptis paucis oppidis, ad Dominum Calixtū, Papam tertium pro confirmatione habenda, sed postquam illi ad præsentiā domini Papæ sæpius fuissent pro confirmatione admissi, & ille semper animos eorum suspenderet, tandem perceperunt ab aliquibus, quod pro nihilo laborarēt, eo q; prouisio eiusdē Episcopatus reseruata esset Domino Dauid, Episcopo Morinſi. Quapropter præfati ambassiatores post innumeras expensas inefficaces ad propria redierūt, & eidē Dauid de Burgūdia naturali filio Philippi Ducis Burgundiæ ab eodem Papa legitimato de eodē pontificatu est prouisum: Quem statim receperūt in eorū Dominū, & Episcopū Amerfordenſ. & Rynenſi. ei præstito fidelitatis homagio: & dum Traiectēses eum recipere recusarent, propter presentiam electi Domicelli Gusberti de Brederoden, superuenit magnificus dux Philip. de Burgundia cum magno exercitu armatorum, volens circumuallare ciuitatem Traiectenſem per gyrum. Quod perpendentes Traiectēses, per amicabiles internuntios cū duce Burgūdiæ sunt pacificati, tali conditione annexa, vt ipsum ducem, & eius filium cum pace & sine strepitu belli in ciuitatem reciperent, quod & ita factū est: quin ipse Dux cū maxima honorificētia à sæpe dicto Gusberto electo & Reynaldo fratre eius ac ciuib. omnib. susceptus est. Dehinc cōpositio pacis intra ducē Burgūdię, & Gusber. de Brederodē in publico promulgata est, quatenus Gusber. iam dictus maneret deinceps archidiaconus & prepositus in sūmo, & apud S.

Saluatorem, quemadmodum prius: Et pro sua resignatione haberet præpositturam Sancti Donatiani in Brugis. Insuper declaratum est quod eidem Gusberto pro suis expensis tribueretur summa quinquaginta millium Leonum. Istis ita gestis Dauid filius Philippo Ducis Burgundiæ, Traiectensem vrbem decenter ingressus est, anno Domini MCCCCLVI. vbi secundum ritum antiquæ consuetudinis quinquagesimus quartus Episcopus gloriosè cathedratus est. Quibus sic in maxima gloria & iucunditate peractis, Philippus Dux Burgundiæ, cum toto exercitu suo præparauit se ad obsidionem oppidi Dauantrensis pro eo quod recusarent filium suum Dauid acceptare pro Domino. Cum ergo hic sermo ipsis innotuisset, præparauerunt seipsos econuerso ad bellum, claudentes portas oppidi cum suis valuis. Quod cum percepisset præfatus Dux Burgundiæ, duxit secum filium suum Dauid Episcopum Traiectensem ac exercitum copiosum valdè cum quo oppidum Dauantrense obsedit, vt expugnaret illud in virtute magna: quod per octo hebdomadas sine intermissione ducis impegit assultibus, & bombardis, vt quam plures intus elideret fundibulis & missilibus. Econtra verò Burgenses cum nobilibus circumuallatum oppidum egregiè defensarunt, & forenses hostes à munitione præsidii sagittis abegerunt. Demum pacificatum est inter Ducem & oppidum præfatum, & ipse Dux dissoluens obsidionem ad Brabantiam est reuersus, & Dauid Episcopus ab oppidanis in pace recipitur. Quo facto Dauid Episcopus Traiectensis commisit Gusberto Præposito antedicto regimen Episcopatus Traiectensis: quod etiam Gusbertus satis honorificè adimpleuit. Cum autem Amersfordenses nollent contribuere pro supplemento summæ pecuniarum præfatæ, quæ debebatur Gusberto iam dicto, allegantes quod de merito non darent contributionem pro eo, quod primo receperunt Dauid Episcopum: Ipse Gusbertus præpositus cũ electis præliatoribus præfatum oppidum tribus vicibus hac de causa hostiliter impugnauit, & in tertia vice illud in parte succendit, sic vt tandem oppidani compulsi sint, pacem expetere & contribuere, sicut & alia oppida Episcopatus Traiectensis.

Romani. Pius secundus natus de Senis & eiusdem vrbis Episcopus electus est in Papam anno Domini MCCCCLVIII. & vocabatur Æneas, vir eloquens & orator magnus; poetaque laureatus, & Imperatoris Friderici Ambasiator ante fuit; Et in concilio Basilienſi notabilem tractatum scripsit pro authoritate eiusdem. Iste Pius Papa confirmauit, & ratificauit indulgentias, quas prędecessor suus Calixtus Papa tertius concessit oppido Mechlinienſi. Iste anno Pontificatus sui quarto canonisauit, & Sanctorum Catalogo associauit sanctam Catherinam de Senis incomparabilis Sanctitatis Virginem, à die transitus sui ex hoc mundo, anno LXXXI. Item anno sequenti scilicet salutis MCCCCLXII. Caput sanctissimi Apostoli Andreæ fratris beatissimi Petri Apostoli propter timorem Turcarum de Græcia translatum est Romam: In cuius occursu in pratis apud Pontem Miluium die XII. Aprilis in suggesto ad id præparato, Pius Papa pulcherrimam retexuit orationem, astante Senatu Cardinalium, & magna populi corona, quapropter prolixitatem omisi scribere; In fine tamen hoc modo clausit orationem. Quantum verò ad nos attinet, quia nostrum quoque est facta mentio, qui locum germani tui tenemus, indigni, ne multis moremur, tibi, Andrea dignissime CHRISTI Apostole, quem ab incunte ætate vsq; in hoc æuo venerati sumus, & inter cœli cultores cum plerisq; aliis nobis aduocatum & protectorem elegimus, omnes suppetias quæ sunt in potestate nostra ad recuperandas tuas oues, tuamq; domum hic in terra volenti & cupido animo pollicemur. Nihil est enim quod nobis magis cordi sit, quam Christianæ religionis & orthodoxæ fidei defensio, quam tui nostriq; hostes Turcæ conculcare nituntur. Quod si Christiani principes ac populi audire voluerint & suum pastorem sequi, videbit & lætabitur omnis Ecclesia: nec nos quæ sunt officii nostri, neglexisse, nec te frustra huc impetratum fratris auxilia venisse.

Iste passagium ordinare cupiens cum plures ex Almania venissent Romam, ipsos cum benedictione remisit ad propria, eò quod non suffecisset. Et statim ipse in expeditione quam fecerat contra Turcam, apud Anchonam obiit anno Pontificatus sui sexto: Et inde translatus, sepultus est Romæ in Basilica S. Petri, &c.

Iste

Iſte etiam Papa ad Regem Francorum Ludouicum huius nominis decimum glorioſam & affectuoſam ſcribit Epiſtolam, in qua hortatur eum ad paſſagium contra Turcam; Et vt dignaretur honorificè recipere & ſuſtentare reginam Cypri, quæ per Ægyptium Soldanum expulſa erat à regno & quædam alia vtilia. Et Rex vice verſa per egregiam Epiſtolam oſtendit, ſe in omnibus filium obedientæ, quas Epiſtolas propter nimiam prolixitatem omiſi ſcribere.

Anno regni eiuſdem Ludouici Regis decimo, Pauli vero Pontificis Romanorum ſexto, anno videlicet ſalutis MCCCCLXX. die vndecima menſis Iulii, Turcarum immaniſſimus, & infideliſſimus Tyrannus monſtrum quoddam feritatis vrbẽ Nigropontum terra & mari per continuum menſem potentiſſime obſidebat, & aliquoties oppugnauerat in prima luce ſtructis copiis, & tormentis adhibitis expugnare cæpit tanta vi atque conatu, quanto vnquam vrbs vlla expugnata fuit. Quadraginta bombardas ingentes atque horrendas, quarum aliquæ hominem rectum præ amplitudine admittebant, oppoſuerat mœnibus vrbis, ſucceſſiue ſine intermiſſione excutiens petras ſuas in turres & muros: Item per inſtrumenta quæ Turbaccha nuncupantur cadauera, & omne genus tabidum & fœculentum intra vrbem indefinenter immittebat, & ſimul ſaxa & moles ingentes, ad conſternendas domus, & quicquid ibi erat habitabile. Erant centum quinquaginta millia Turcarum in hoc exercitu terreſtri: Nauigiis autem circiter quadraginta millia aut ſupra. Sed diuiſæ acies ac turmæ oppleta foſſa, ſcalis adiectis, murum tumultuosè cõſcendebant & crudeliſſimè præliabantur, adnitentes ſuperare murum, & vrbem capere. Stabant & ſagittarii innumeri continuò tot ſagittas emittentes in quemcũque vrbanum repugnantem in muro vt aerem obnubilare viderentur. Iſta expugnatio tam vehemens, tam dira ſucceſſione gentium ſemper fortior, robuſtior atq; acrior facta eſt. Verum vrbs ipſa munitiſſima tàm ſitu, quàm opera Venetorum, qui pridem ſuſpicati ſunt, horum crudeliſſimorum furias & potentiam formidandam, mirum in modum reſiſtebat. Certabãt enim vrbani bellatores, qui numero quinq; millia excedebant pro ſalute, pro vita, pro liberis, pro religione, ſumma virtute & fortitudine, concordes nunquam cedere, niſi in extremo ſpiritu. Ita vſq; in noctem vtrimq; decertatum eſt. In ſequenti autem die hora quarta ante lucem acriùs quam antea Turcæ omnibus modis prælium repetunt, certatumq; vſq; ad horam tertiam diei. Cum autem bombardæ tam turres quam muros ſeptuaginta duorũ cubitorũ latitudine abrupiſſent, domus & habitacula machinis perfregiſſent, ac vrbani nec vbi perſiſterent haberent, & viciſſim ſuppletis hoſtibus innumeris ipſi diutius ſtare nulla quiete habita & pene exanimes præ feſſitudine non poſſent: demum Turcæ ingreſſi ſunt vrbem: quę cum muratim multiplici impedimẽto colligata eſſet, non prius quam ſeptem horarum ſpatio poſt ingreſſum exactum, domatim tota expugnari potuit. O inaudita ſæuities in prælio, ſtrages maxima in Theatro, intra vrbem iam victores Turcæ trucidarunt vtriuſque ſexus homines à decennio ſupra vt inũdante cruore quaſi flumen humani ſanguinis ibi eſſet. Defloratum virgines, templa polluerunt, puellas ſuperſtites miſerunt in alias ſuas regiones. Deleuerunt vrbem totam & ſolo æquauerunt. At verò mirabile dictu eſt, quam ſtrenuè ſeſe Chriſtiani ipſi, quam conſtanter, quam fideliter habuerint. Interfecerunt hi vltra quadraginta millia Turcarum, combuſſerunt ex eorum triremibus circiter quadraginta: Etiam quadraginta bis ſigna vel vexilla hoſtium è manibus eiecerunt. Cum demum deeſſet virtus repugnandi, quæcunque bona habuerant in medium publicę plateæ comportarunt, & in ſtruem aptata pice & adipe igni iniectis, ne in poteſtatem, ſeu vtilitatem infernalis huius hoſtis vllo pacto deuenirent, penitus flammis conſumpſerunt.

Et certè hi vrbani vt verè Chriſtiani, ſic & veri Chriſti martyres nõ immeritò appellandi eſſe videntur, qui extremo certamine ſpiritum exhalarunt. Hoc & tale fuit excidium tam claræ vrbis Nigropontis, tunc orientalium Chriſtianorum ornamenti, nunc exempli miſerandæ ſolitudinis. Sed ô miſeram cõditionem noſtrã. Nõ his Draco ille & inferni aſpis cõtẽtus eſt. Minatur ſimilem luem cruentiſſimam omnib. Chriſtianis reſiſtẽtibus, & iam inſulæ complures ad eũ cõfluũt, Rhodus de-

ferit, Cyprus tributum offerre dicitur, Creta vero & cæteræ finitimæ insulæ contremiscunt, vrbes autem in litore & reliquæ, quæcunque in Orientalibus plagis sunt Christianorum, vel cedunt sponte, vel desolentur necesse est. Ex quo palam cernitur, insanum hunc Draconem, qui nulla re magis lætari videtur quam cruore, & extrema interruptione Christianorum, facile Italiam superaturum breui, nisi principes Catholici potentatusque aduersum assurgant. Etenim cum occupauerit, quod auertat DEVS, Italiam rabidissimus iste canis, quis est qui possit iure non credere, illum reliquam Europam profitentem nomen CHRISTI statim deleui debellaturum, &c.

Colonienſia. Post obitum reuerendi Patris Domini Theodorici de Morsa, Robertus de Bauaria, frater Domini Friderici comitis Palatini Rheni, LXII. Colonienſis Ecclesiæ electus est Episcopus anno Domini MCCCCLXIII. Pontificatus Pii Papæ secũdi sexto, seditq; in Pontificatu annis ferè XII. deinde superuixit in captiuitate circa annos.... Iste Robertus dux de Bauaria minus discretè, vt postea in propatulo claruit, extitit electus, præsertim cum illo tempore capitulum maioris Ecclesiæ Colonienſis magis idoneis pro tãto prẽsulatu spectabilibus & illustribus & personali elegantia venerandis, morum probitate conspicuis & eloquio nitidis viris abundabat, qui experientia valerent & sententiosos nossent proferre sermones & authenticos: Vt dux extitit Stephanus de Bauaria, & Præpositus maioris Ecclesiæ Dominus de Nassawen, & Dominus de Wirtenberg cum illustri Domino Mauritio de Spiegelburg, qui magnus erat orator & Poeta, quem etiam sanctissimus Dominus Apostolicus dignum adiudicauit Præsulatu, cum audisset ac vidisset eum, &c. Iste autem Dom. Robertus de Bauaria, dux prædictus electus extititit exilis personę, leuis mente, venationi, & aucupio plurimũ deditus. Tamen, vt tunc populares opinabantur, electus extitit, vel quia timebant quorundã prædictorũ Dominorum rigorẽ, aut quia vnus non fuit alteri, siue vt potius à capitularibus regeretur quam illos regeret. Quod tamen aliter euenit: Nam à consiliariis suis maximè Laycis minus idoneis potius idem Robertus electus postea regebatur, propter quod statim post electionem oriri inter ipsum capitulumq; suũ cęperũt simultates, vt memoratũ Dominũ Robertũ vilipendentes ac detestantes, nonnulli qui promotionis ipsius auctores fuerunt, sollicitarẽt, quo præsulatum resignaret. Sed sereniſſimus Domin. Dux Fridericus de Bauaria, & comes Palatinus frater prædicti Domini Roberti Archiepiscopi Colonienſis, vir perspicacis ingenii, magnus triumphator in armis, repetitis vicibus ipsum Archiepiscopum fratrem suum notabili cũ comitiua sumptuosè visitauit, & controuersiæ causas inter fratrem suum Archiepiscopum, & capitulum maioris Ecclesiæ Colonienſis perscrutatus est. Causis tandem intellectis indignans Canonicis & cæteris optimatibus dixit, vt quemadmodum sine ipsius sollicitatione fratrem suum elegissent.; Ita etiam (vellent nollent) in præsulatu retinerent. Sed cum etiam Dominus Dux Fridericus prædictus animaduerteret per minus idoneos consiliarios memoratum fratrem suum Archiepiscopũ in regimine destitui, aptiores de terra sua misit cõsiliarios, quos si Archiepiscopus semper audiuisset ad tanta honoris rerumq; dispendia suo cum præsulatu minime peruenisset, vt infra magis eluceſcet. Cumq; isti consiliarii suis in suggestionibus & consiliis minus se audiri considerarent, ad Dominum suum Ducem Fridericum memoratum remearunt, Archiepiscopum in manibus Consiliariorum suorum derelinquentes: Vnde ad extremam calamitatem in fine perductus est, vt infra patebit. Cum ergo memoratus Dominus Dux Rubertus de Bauaria Colonienſem acceptasset Archipræsulatum, maximis reperit debitis destitutum. Nam omnia fere castra & telonea cum cæteris prouentibus & reditibus, optimatibus diuersis erant impignorata. Sed & id modicum quod prędecessori suo remansit, Canonici maioris Ecclesię ante Electionem (qua occasione ignoro,) aliis tradiderunt, sicut castrum in Kempen suis cum attinẽtiis, & ciuitatem ac Dominium in Vrdingen præfecto tradiderunt de Bell, & mediam partem redituum castri & territorii de Loyn, ac ciuitatem Bergenſem suis cum attinentiis, ac etiam cum diuersis aliis allodiis diuersis tradiderunt, ita vt memorato Archiepiscopo Roberto, vix duo millia florenorũ annuatim

nim restarent, & vix aut nunquam recuperandi reditus & prouentus Ecclesiæ Colonienſis quæ ditissima inter Almaniæ Ecclesias reputatur, ſpes relinqueretur. Nã quemadmodum Treuirenſis Archipræſulatus alias præcedit Ecclesias antiquitate circa clima noſtrum, & Mogunrinenſis Eccleſia latiori Dominio. Ita Colonienſis alias præcedit diuitiis. Si tamen Domini memorati maioris Eccleſiæ Colonienſis prouentus Eccleſiæ, vt ſupradictum eſt, rationabili abſq; cauſa diuerſis ante Electionem diſtribuerũt, non mirum ſi ſimultatis cauſas inter ipſos, Archiepiſcopũq; miniſtrabant. Ad oſtendendum tamen excellentiam Archipræſulatus Eccleſiæ Colonienſis, & maieſtatem, ſciendum quod; ex quam alto diuitiarum faſtigio in profundum proruerit inopiæ, iſtius venerabilis Domini Roberti tempore, iam dictum eſt ſupra. Nam idem memoratus Dominus Dux Robertus de Bauaria multo plus in ſpiritualibus præbendis ante ſuam Electionem habuit, & maioris erat reputationis propter decentem comitiuæ frequentiam, quam poſt electionem. Nam prædeceſſor iſtius venerabilis pater in Chriſto Dom. Theodoricus de Moirſa Archipręſul egregius inter omnes Almaniæ pręſules & principes excellẽtiſſimus erat, vt per inſcriptionis ipſius titulum poteſt probari. Archiepiſcopus enim primò intitulatur: quare per curiæ ipſius comitem, qui illuſtri ex proſapia hereditario ſemper ſuccedit iure, paſtoralis ei præfertur baculus. Iſtum comitem alius ſequitur comes, Marſchalcus Archiepiſcopi, qui etiam illuſtri ex proſapia hæreditario ſemper ſuccedẽs iure ẽuaginatum fulgentem fert gladium, pro eo quod Dux exiſtit, & intitulatur Weſtphaliæ. Inſuper ſanctiſſimi Imperii Electionis Princeps ac Italiæ Cancellarius ſimul & Apoſtolicæ ſedis legatus eſt, & intitulatur: quare ei etiam per illuſtrem curię ſuæ granorum flagellum antefertur.

Cum ergo prædictus venerabilis in Chriſto Pater Dominus Theodoricus de Moirſa ſceptra Eccleſiæ Archipręſulatus Colonienſis acceptaſſet maximos reperit theſauros prædeceſſoris ſui ſereniſſimi Domini & reuerendi Friderici de Sarwerden, auunculi ſui & omnia caſtra omnibus neceſſariis & victualibus abundantiſſimè referta: De quo theſauro memoratus Archiepiſcopus Theodoricus de Moirſa, breui in tempore propter ingruentia bella (prout quidam ipſius olim redituarius aſſeruit) expendit vltra viginti quinq; vicibus centena millia florenorum. Nam primum contra Wilhelmum de Rauenſperg coëlectum ſuum exercuit bellum, & ſimul contra Adolphum Ducem Montenſem auunculum eiuſdem memorati Wilhelmi de Rauenſperg. Deinde quemadmodum plures prædeceſſorũ ſuorum, graues habuit altercationes cum ciuitate Colonienſi: Vnde etiam maxima per diſpendia theſauri ab vtraque parte effuſi ſunt. Poſtquam vero maximam memoratam ſummam Archiepiſcopus Theodericus à prædeceſſore ſibi derelictam expendit, grauioribus diſpendiis, etiam Eccleſiam Colonienſem grauauit: cum repetitis vicibus pro ſancta matre Eccleſia propriis expenſis regio more expeditionem contra Bohemos tempore Schiſmatis fecerit: Et frequenti in conſilio principum electorum imperii præ cæteris & ſupra cæteros glorioſior apparuerit, & maximè in Electione Friderici quondam Ducis Auſtriæ, qui per procurationem illius poſtea Imperator eſt effectus: Vnde vna vice in collegio principum electorum Francofordiæ cum viginti quinque Doctoribus extitit, quos omnes pretioſis, vt decuit, indumentis vnius coloris veſtiuit, exceptis Comitibus, Baronibus, & militibus, ac aliis Vaſallis pluribus, quos omnes eiuſdem coloris veſtibus ſecundum vniuſcuiuſque ſtatus decentiam veſtiuit: Et refectionis tempore in argenteis vaſis potum & cibaria miniſtrauit non ſine admiratione omnium Principum Electorum.

Inſuper ſumptuoſa contra primum Ducem Cliuenſem Adolphum exercuit bella maximè in obſidione ciuitatis Suſatiẽſis, quę ſe non ſine periurii nęuo ad ducẽ Alphonſum Cliuẽſem tranſtulit: Vbi tam de cõductitio quã etiã proprio exercitu Archiepiſcopus Coloniẽſis fertur habuiſſe centũ millia pugnatorũ. Idẽ deinde Archiepiſc. Colonienſis Theodericus prędictus Ducatũ emit Mõtenſẽ à Dom. duce Gerardo Iuliacẽſi & Mõtẽſi, p maxima ſuma pecunię. Inſup in frequẽtia plurimorũ magnatum, Prælatorũ, Doctorum & optimatũ diuerſorum graduum & facultatũ

nec non in frequentia plurimorum Comitum, baronum, ac militum & Vasallorum in numerosa multitudine suam tanquam regiam habuit curiam: Et quia ex ingenita sibi curialitate excessiuè liberalis erat, circa finem vitæ ad inopiam peruenit, ad quam tamen regalis ista Curialis frequentia ipsum non tantum perduxit, quantum maxima per ipsum magnificè patrata, vt ex superioribus patet. Nam cum Archipræsulatus Colonienſis in plenaria est maiestate, singulis diebus in prouentibus & reditibus ac pluribus Teloneis præ cæteris Rheni Principibus habet circa mille aureos florenos electorum. Et hæc de excellentia & magnificentia Colonienſis Archipræsulatus breuiter sufficiunt.

Nunc denuo ad enarrationem processus venerabilis in Christo patris ac Domini Roberti de Bauaria Archipræsulis Colonienſis redeamus. Misit interea serenissimus Dominus Dux Fridericus comes Palatinus præfatus fratri suo Archiepiscopo in auxilium strenuum quendam militem, Dominum videlicet Martinum Ruyssenbach, & quendam cum ipso plebeiæ originis armigerum, qui ob animositatem & strenuitatem in armis, nobilioribus genere præferebatur, & in multorum frequentia satellitum equitatus illius fuit, qui vulgariter Buck cognominabatur: Vnde vniuersi Vasalli & armigeri, quos memoratus comes Palatinus fratri suo Archiepiscopo direxit, ob capitaneum eorum in territorio Colonienſi, & vicinis in locis Buck sunt appellati. Vt igitur memoratus Dominus Robertus Archiepiscopus, prouentus, reditus & allodia cum Teloneis, sensit esse diuersis impignorata, circũspexit quẽadmodũ illa recuperaret. Primò verò castrorum detentores cũ prouentibus diœcesis aggressus, reperit impignorationis computum ita capitalem excedere summam, & quotidie Lombardico, vel Iudaico more augeri, vt vbi deficerent non inueniret, adeò vt omnis spes redimendi euanesceret. Fretus ergo memoratus frater suus, comes Palatinus ipsi in subsidium misit, caute castra fortissima cum oppidis certis obtinuit, & inuasit detentoribus captis, quos ad rationabilem compositionem isto modo compulit. Cæpit interea in temporalib. proficere & in fama crescere, ac ciuitatum, & optimatum diœcesis fauorem, & absistentiam acquirere, qui Colonienſis Ecclesiæ detestabantur bona tam indecenter ab vsurariis possideri. Ciuitas tamen Colonienſis ipsis impignorationibus fauit, quia & ipsa cum eis in eadem damnatione erat per pignorationem Episcopalium prouentuum in ciuitate Colonienſi. Interea (occasione qua nescio) oriri simultates inter Archiepiscopum Robertum & consules ciuitatis Nussienſis cæperunt, qui singulares ipsius fuerant fautores in inuasione Castrorum, vt supra dictum est. Quod quidem animaduertẽs quem ante illa tempora pro maleficio Archiepiscopus Robertus mulctauerat Nussienſi consulatu, de probitate Ioannis, Ducis Cliuensis mirabiliter persuasit, in cuius curia persuasorius iste copulator educatus ab infantia, & idcirco semper familiaris ac fauorabilis ipsi Duci Cliuensi fuit: Vnde duos de proconsulibus ciuitatis Nussienſis non sine consulatus consensu ad memoratum Ducem Cliuensem idem copulator nefarius perduxit. Qui eos tanquam perspicacis ingenii vir vrbaniter ac curialiter tractauit, & aliquod, vt rumor erat, & postea in propatulo claruit, pactum cum eis iniit. Quod tamen Archiepiscopum minimè latuit, & bellorum tempore patuit, quæ bella erant inter Dominum Ducem Adolphum Gelriæ, & Ioannem Ducem Cliuensem, præsertim cum Dominus Archiepiscopus Colonensis Robertus confœderationem cum Domino Duce Adolpho Gelriæ iniit. Interea isti duo præcellentes Principes Archiepiscopus Colonienſis & Adolphus Dux Gelriæ Ciuitatem & castrum Wachtendunck potenter obsederunt, quod Dux Cliuensis à Gelrensibus ante tempora impugnauerat, & non exigua damna eisdem Gelrensibus bellorum tempore intulerat. Tandem non exigua post temporum spatia Dux Cliuensis obsessos cibare disponens, aut certè obsidionem dissoluere, excepto vniuerso exercitu territorii sui longinquis de partibus Westphaliæ magnum, & fortè adunauit exercitum, qualem progenitores ipsius non reperiuntur vnquam habuisse. Nam numerus equestris exercitus, vt famabatur, tunc erat trium millium, & pedestris exercitus quindecim millium. Gelrensium verò aduersariorum tam equestrium, quam pedestrium, vix trium millium, &c. Dux ergo Cliuensis obsessis cibatis nec

tis nec obsidionem soluere valens, redire per iter voluit: quod tamen memoratus Dux Gelriæ Adolphus præoccupare anticipauit cum vasallis & armigeris suis consuetis & quibusdam ciuibus ac agrariis territorii sui. Sed & venerabilis Archiepiscopus Colonienſis cum armigeris & exercitu territorii sui erat in confinio, è quibus armigerum suum Buck appellatum cum ducentis equitibus Duci Gelriæ misit in subsidium. Cumque cum reliquo exercitu Gelrensibus vellet succurrere, restiterunt aliqui ex consulibus Nussienſibus terminos territorii sui nitentes transcendere, & tunc apparuit effectus clandestini colloquii, quod Nussienſes cum Duce Cliuenſi habuerunt, de quo superius habetur. Ob quod Archiepiscopus graue contra consulatum concepit odium, & moliebatur multipliciter speciem vertiginis miscere inter consules & Nussienſes oppidanos, nonnullos de communitate seorsim ad se euocatos, quos incitare contra consules conabatur, sed minime valuit, eò quod consules hoc considerantes, non solum sibi ciues agglutinauerunt, sed & callide contra Archiepiscopum incitauerunt, vt infra magis clarescet. Vnde Archiepiscopus contra ciuitatem amaricatur, vel etiam ab aliquibus incitatus ciuitatis moliebatur excidium quendam per exploratorem fraude & dolo repletum, qui etiam Archiepiscopum ad extremam perduxit calamitatem. Nam postquam Archiepiscopi intellexerat intentum Nussienſibus detexit, recipiens etiam ab ipsis proditionis pecuniam. Tunc consules Nussienſes aliqui, inter quos & Archiepiscopum odii & liuoris vberius flagrabat incendium, vt tunc famabatur, occulte tamen ob partialitatis notam declinandam incitatorias communitatis contra Archiepiscopum ediderunt literas, quas idem exploratorum explorator nefarius per Archiepiscopum ad suggestionem memoratorum consulum procurauit sigillari, quod tamen idem Archiepiscopus inuite exequebatur. Et has proditionis literas idem proditor procurauit per duos potiores Archiepiscopi armigeros sibi in Nussia præsentari. Cumque aduentum ipsorum cum literis idem proditor sciret, curauit id consulibus memoratis intimare. Nam ipse proditor literas in Nussia expectabat. Ex his duobus armigeris vnus erat magister militiæ Archiepiscopi, quem ei direxit frater suus Comes Palatinus cognomento Buck, de quo supra dictum est. Quorum aduentum consules aliqui, præsertim qui explorationis conscii & auctores erant, reliquis consulibus id manifestarunt, quos etiam dolosis sermonibus contra Archiepiscopum concitauerunt, & conspirationem inire fecerunt, quanquam nonnulli consules in hoc se difficultauerint.

Decreuerunt interea in Archiepiscopi confusionem prædictos armigeros capere, & scanduloſe interficere. In itinere ergo ad Nussiam memoratus magister militiæ cum collega suo intrauit nauim circa oppidum Zoensis appellatum, inter Coloniam & Nussiam situatum præmittens satellites suos, cum equis, vt saluum conductum ab optimatibus continerent, & hospitium præpararent. Nussienſes ista præscientes certos ad portas deputauerunt custodes, qui omnibus introitum concederent & exitum denegarent. Satellites autem venientes liberum habuerunt ingressum, sed saluum conductum cum obtinere pro Domino suo non valerent, redire in occursum Domini sui conati, & id ad singulas portas pertentantes, nec valentes propter custodias præordinatas, vt supra dictum est, in magna perstiterunt angustia. Nauigio interea appropinquanti magistro militiæ prædicto cum suo collega certum ad spatium occurrunt Nussienſes per terram & aquam, vt omnis tolleretur facultas fugiendi. Naui autem ad terram deducta, magno cum impetu & clamore irruentes & violenta austeritate inuadentes, ipsum magistrum militiæ Archiepiscopi extra nauim traxerunt, collegam eius extra nauim diuertere conantem deprehenderunt, & sine excusationis aut rationis obtentu de facto vitcu-lis, & tormentis subiecerunt, & literas proditori præsentandas, de quibus supra dictum est, perquirentes reperiunt. Quibus communitati ostensis ipsam pene in furiam contra Archiepiscopum & vasallos iam captos incitauerunt. Proditor deinde proditorum, de quo supra dictum est, à Nussienſibus recepto præmio, in locum recessit suum, quem tamen postea ob alia ipsius facta Dux Cliuenſis mala morte peremit. Archiepiscopus interea factum percipiens, consternatus est animo, & tri-

sti corde Sereniſſimum miſit Dn. Ducem Stephanum de Bauaria, & illuſtrem Cō-
mitem de Nuennar cum aliis nobilibus prælatis ad Nuſſiam, obſecrans per ipſos &
plura promittens, ſeipſumque ciuitati ſubiecturum, ac omnem ipſorum volunta-
tem cunctis diebus impleturum, ſi ciuitas nunc ſolerti vſa foret conſilio, cum iam
Archiepiſcopum in captiuis captum tenebant, maxima in poſterum, quæ eis euc-
nerunt, diſpendia, præcauiſſent, vt in ſequentibus patebit. Quod nonnulli conſu-
les animaduertentes, ſed ob ſuſpicionis notam declinandam, ne videlicet partis Ar-
chiepiſcopi iudicarentur, aliquid dicere aut cōſulere diſſimulabant, præſertim pro-
pter eos, qui induſtrioſe cōmunitatem concitauerant. Cum igitur ſereniſſimus dux
Stephanus illuſtri cum Dn. de Nuennar, ac cæteris probis viris Archiepiſcopi pro-
palaſſent inſtantiam, nulla erat audientia ob nimium furorem cōmunitatis concita-
tæ, quin potius Nuſſienſes Illuſtrem Comitem de Moirſa tanquam ſpecialem ciui-
tatis fautorem aduocantes cum diuerſis & pluribus nobilibus ac vaſallis circumui-
cinis proditorias oſtendentes literas, ſed & relationem nefariam in Archiepiſcopi
confuſionem facientes, per quendam ciuitatis proconſulem ſingularem iſtius ma-
li facti actorem. Quod illuſtris Comes de Murſa audiens diſſuaſit, ſed perſuadere
non valuit præcipitare negotium. Tandem prædictos armigeros in conſpectu ci-
uium & aduocatorum nobilium prædictorum in ciuitatis foro non ſine diſplicen-
tia extraneorum præſentium crudeliter fecerunt occidi, & in quatuor deinde par-
tes cadauera ſecari, quas diuerſa per loca, & circa ciuitatis portas in Archiepiſco-
pi confuſionem fecerunt ſtipitibus appendi. Ob quod Dominus Archiepiſcopus
turbatus, & vehementer confuſus in ciuitatis exitiale excidium, & in ſpiritu furo-
ris iter arripuit ad inuictiſſimum principem magnum Ducem Burgundiæ tunc
temporis Zutphaniæ in ducatu Gelrenſi moram trahentem, qui etiam tunc tem-
poris ipſum ducatum inuaſit, & abſque magna vi obtinuit. Illi ergo principi Ar-
chiepiſcopus ſuam conqueſtus extremam calamitatem ſimul & Nuſſienſium re-
bellionem, ac ſe, ſuaque in manu ipſius tradens. Princeps & Archidux per ſuos o-
pulentiſſimum Archipræſulatum intelligens Colonienſem auaritia, aut ambitio-
ne, vt opinabatur, cui nulla approximabat linea conſanguinitatis, aut priſtinæ fa-
miliaritatis addicit aſſiſtentiam. Vnde Archiepiſcopus non modice gauiſus, & con-
ſolatus reuerſus eſt in tetram ſuam. Et iſtud Nuſſienſes minime latuit, & ſuam cau-
ſam inter ipſos, ac Archiepiſcopum per quorundam aſſiſtentiam potentium in ma-
nus practicauerunt poni Domini Apoſtolici, & Imperatoris, apud quos etiam ſuum
accuſauerunt Archiepiſcopum. In cuius rei teſtimonium ſingulis portis ciuitatis
inſignia Domini Apoſtolici & Imperatoris fecerunt affigi. Et in iſtis non exiguam
habebant aſſiſtentiam ciuitatis Colonienſis, quemadmodum & capituli maioris
Eccleſiæ Colonienſis, &c.

Intentum ſuum Princeps Burgundiæ in ducatu Gelrenſi, poſtquam adeptus eſt
regia in magnificentia & gloria ad Treuirenſe aſcendit oppidum tali ac tanta in ma-
ieſtate, quod Almanorum ſimilem nullus potuiſſet perfeciſſe principum. Vbi ipſi
glorioſiſſimus occurrit Fridericus Imperator, & ipſi Principi Burgundiæ ducatum
feudauit Gelriæ. Conabatur deinde idem Princeps Imperatorem inducere, vt re-
gium ſibi ius concederetur, ac regali diademate coronaretur. Quod tamen Impe-
rator perficere diſſimulans clanculum diſceſsit, & Princeps Burgundiæ poſtea ad
propria remeauit. Interea Dn. Martinus Ruyſſenbach miles droſſatus Lynnēſis ter-
ritorii, de quo ſupra habetur, quod à Comite Palatino in ſubſidium fratri ſuo ſit
miſſus, Nuſsienſes frequenter infeſtauit cum vaſallis ſuis prouocatorios cum eque-
ſtribus circa ciuitatem faciens diſcurſus, ſi quo modo damna in pecorib. vel homi-
nibus ciuitatis inferret. Cum ergo in proximo Principis Burgundiæ aduentū idem
prædict. Dn. Martinus milles intellexiſſet aduñatis ſibi duobus adhuc militibus, ali-
quibus etiam cum Domicellis & vaſallis ac agrariis numeroſa multitudine Kem-
penſi & Lynnenſi ex territoriis obſidionem ciuitatis Nuſsienſis nitebatur antici-
pare, collocans ſe cum ſuis ad diſtantiam medii milliatis à Nuſsia, exitum & in-
troitum ab illa parte ciuitati interdicens. Quod Nuſsienſes moleſte non diu
pertulerunt. Nam circa feſtum decem millium martyrum noctis in conti-

cinio

einio ciuitatem cum trecentis expeditis vernaculis exeuntes, quos in futuræ obsidionis subsidium conduxerunt, & circa auroram sopore hostibus magna pro parte depressis valido cum clamore, & terrifico cum sonitu plurimarum bombardarum impetuose domistadio, & cæteris ædificiis, in quibus hostes quieuerunt fortiter ac ferociter irruentes, nonnullis interemptis, pene omnes cæperunt, exceptis quibusdam fuga elapsis. Deinde militum & vasallorum inuaserunt equos, & Sancto Quirino patrocinante magnam perfecerunt victoriam, quam si non habuissent principis obsidionem tanto minime tempore pertulissent, nam plura obsidionis in subsidium in lignis secandis, & vicinorum pecoribus deprædandis ad ciuitatem deduxerunt. Istos etiam milites cum vasallis & agrariis cum equitibus, & curribus in magno & gaudioso triumpho ad ciuitatem perduxerunt. Ad quorum introitum pro gratiarum actione omnibus pulsatis campanis, Te Deum laudamus, cecinerunt. Ob vulnerum enormitatem Dominus Martinus Ruyssenbach principalis capitaneus istius conflictus, & Dominus Fridericus de Hulss milites cum quibusdam vasallis non diu superuixerũt. Tertius tamen miles Dom. Theodericus de Horsst cum aliis domicellis captiui permanserunt. Misit interea clanculum Princeps magnificus Archidux Burgundiæ antequam moreretur, ex terra sua Illustrem Dn. Robertum de Arburch ad optimates ciuitatis Nussienss, qui inter duas ciuitatis portas illi solenniter occurrerunt. Pronuntians itaq; memoratus Dominus Robertus de Arburch asseruit se clanculo ab inuictissimo Principe Burgundiæ directum ad persuadendum ciuitati, vt in Principis se redderet manus, & nunquam in Archiepiscopi traderetur potestatem, sed ipse Princeps eam incolumem conseruaret, ac priuilegia & libertates ipsis ampliaret cum quibusdam aliis lenitatis verbis quantum valuit pie persuasit. Cui consules, & procohsules ciuitatis placabile & rationabile dedere responsum, dicentes, causam inter Archiepiscop. Colonienssem, & ciuitatem Nussienssem positam esse in Sanctissimi Domini Apostolici, & præcellentissimi Imperatoris potestate, quod si non fecissent, secure se audere principis fidelitati committere. Hoc tamen magis ad principem placandum, quàm ad perficiendum asseruerunt. Præsertim cum idem Princeps in Ducatu Gelrenssi fraudulenter seruauit fidem. Cumq; præfatus Illustris Dominus Robertus de Arburch aliud nequiret obtinere responsum, Priuata consulum optauit colloquia, aut vnius aut duorum, vel trium, sed ob præhabitam optimatum constantem præscientiam impetrare non valuit, ne fraudulenta Gallicana bombarda læderentur, ex qua, secundum multorum opinionem, aureos consueuit emittere globos in excidium diuersarum inexpugnabilium vrbium. His peractis memoratus Dn. Robertus de Arburch cum comitiua sua remeauit ad Principem. Nussienses verò quosdam ex optimatibus direxerunt ad Coloniam & ad capitulum maioris Ecclesiæ, ac ad ciuitatis consules certificari cupientes ipsorum de assistentia intentum qui diu hæsitando propter mercaturas negotiatorum suorum difficultaueruntnegotium. In assistentiam tandẽ consentientes sereniss imum miserunt Dominum Harmannum Landgrauium Hassiæ canonicum maioris Ecclesiæ cum notabili numero nobilium vasallorum, & numerosa multitudine equitum pro maiori parte ex Hassia cum nonnullis pedestribus vernaculis. Interim Nussienses munitioni perficiendæ operam dabat fortalitiis magnis ex arboribus ciuitatis portas obstruentes, quarum numerosam multitudinem circa monasterium regularium iuxta ciuitatem situatam non sine magno fratrum dolore & displicentia desecauerunt, quæ pro monasterii munimento per antecessores fratres, per gyrum plantati ipsis erant impreciabiles, vnde & plura alia ciuitati necessaria Nussienses inde abstulerunt. Dampnificatum est etiam memoratum regularium monasterium obsidionis occasione in valore vltra octo millia florenorum electorum, vt computatum est postea coram Principe, vt infra patebit. Cæterum in necessariis Nussienses ad obsidionem se disponebant. Deprecantes non iure prælii, sed necessitatis causa pecora vicinorum amicorum agrariorum. In quibus & aliis obsessis necessariis perficiendis Sereniss imus eis astitit Dominus Harmānus Landgrauius suis cum solertioribus viris.

Interea anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, cir-

ca festum diuisionis Apostolorum Carolus Archidux Princeps & in bellis victoriosissimus triumphator ducatuum & comitatuum ac dominiorum plurimorum possessor. Nam Archidux extitit Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Gelriæ, Lymburgiæ & Lutzenburgi. Similiter extitit Comes Flandriæ, Hollandiæ, Artheſii, Hannoniæ, Zelandiæ, Zutphaniæ, & Boloniæ. Fuit insuper Palatinus Burgundiæ inferioris, etiam Dominus extitit Frisiæ, Salinaris, Picardiæ, & Mechliniæ. Et princeps erat Sacri Imperii Marchio. Et tantus ac talis in quotidiana extitit sumptuosa & magnifica curiali frequentia, vt nullus Almannorum Regum, vel Principum, imo nec Rex Regum Romanorum Imperator ipsi valuit comparari. Qui etiam maximum post triumphum in Francia contra ipsum præcelsum Franciæ Regem in ipsius Regis patratum territorio, & Leodiensium post depopulationem, ac ciuitatum destructionem, & murorum deiectionem, in qua expeditione centum fertur habuisse millia pugnatorum, pro maiori parte equestrium, & post ducatus Gelriæ inuasionem, Colonienſem deuastare aggressus est præsulatum, exercitum in Traiecto super Mosam adunans in terra Leodiensi: ibi quatuor exercitus, & totidem linguarum ad ipsum stipendii gratia confluxerunt.

Primus exercitus extitit Gallicanus, potentissimos ac opulentissimos habens principes, qui non tam stipendii gratia, ipsum principem sequebantur, quàm obedientia compulsi. Secundus exercitus erat Anglicus. Tertius Almanicus, qui etiam magna pro parte non tam stipendii gratia, quàm necessitatis rigore compulsi, quemadmodum extiterunt Leodienses & Gelrenses. Quartus deinde exercitus erat Lombardicus. Qui omnes tanti ob Principis excellentiam de longinquis partibus stipendii gratia confluxerunt, præsertim Anglicus, quem ex insulis contraxit maris: & Lombardicus, quem tanti principis fama transalpinare fecit. Insuper in præliorum expeditionem, & vrbium oppugnationem maximum machinarũ præparauit apparatum, qualem nec Græcorum Imperator Palamedes in expugnatione Troiæ habuit. Aut Nabuchodonosor, ac Titus cum Vespasiano in Hierosolymæ expugnatione & debellatione inueniunrur habuisse, præcipue in numerosa multitudine diuersarum specierum, ac dispositionum terribilium bombardarum. De istius Principis aduentu ante multa annorum lustra Ieremias vaticinatus est in libro suo capitulo quarto in hunc modum, Ascendet Leo de cubili. Prædo gentium se leuabit. Quæ quidem prophetia, quemadmodũ de Nabuchodonosor literaliter reperitur scripta. Ita isti Principi Burgundiæ conuenit literaliter & temporaliter in eo, quod annorum numerus Domini in ea continetur, quod idem Princeps præcipue in deuastationem Colonienſis præsulatus disponitur, & non exiguam inducit admirationem, quod nulla alia verba istius Principis aduentum denotantia in sacro reperiuntur eloquio, nisi ea, vbi & tempus annorum reperitur. Rursus admirationem inducit quod post numerosam multitudinẽ inuictissimorum Principum & Regum, qui hunc præcesserunt Principem, titulus iste annorum præscriptus huic reseruatus sit Principi, denotans effectiue ipsius trophæa cum determinato tempore. Sed & altissimus omnium entium fabricator ante Ducatus Gelriæ inuasionem magnifici istius Principis cæleste per portentum prægnosticam scilicet radiosum cometam significauit aduentum. Agminibus igitur exercituum suorum excellens Princeps stipatus, nec non præliorum machinamẽtis aptatis cum in Traiecto super Mosam tanquam euaginata Colonienſi diœcesi immineret rumphea præcipue tribus eiusdem territorii ciuitatibus, quæ præcipue contrariabantur Archiepiscopo magnum incussit timorem, ita vt Colonienſis Metropolis duo solennia iuxta ciuitatem confregit monasteria cum leprosorio: Nussienses tamen singulare ob Archiepiscopi offensam magis habebantur suspecti, & idcirco munimentis perficiendis abundantius operam dabant. Suspicionem tandẽ timorosæ expectationis regularibus ante oppidum morantibus, prior eiusdem ordinis ciuitatis Rutemundensis ademit, iter festinanter arripiens versus Nussiam principis certissimum priori, & fratribus intimauit aduentũ, quod nisi feciſſet, peculiaria monasterii vtensilia, cum quibusdã aliis preciosis dispendiose in monasterio remansissent, quamuis ciuitatis ob instantiam ante per modicum tempus 300. in ipsam deuecta sint maldra

siliginis

filiginis cum quibuſdam aliis clenodiis. Poſt hanc Ruremundenſis Prioris regularium denuntiationem de aduentu Principis certificati Monaſterium vtenſilibus, & aliis, vt ſupradictum eſt, toto euacuauimus conamine, & feſtinantia. Nonnulla ad terram Montenſem citra Rhenum direximus pretioſa. Deinde Prior Monaſterii per diuerſa religioſorum loca diſpoſuit ordinare fratres. E quibus ſuppriorem cum tribus fratribus ſacerdotibus & duobus conuerſis ac nonnullis laicis in Monaſterio reliquit. Ad ciuitatem Nuſſienſem ſex deputauit fratres ſacerdotes cum quatuor nouitiis & vno conuerſo, ac quinque laicis cum quibuſdam familiaribus. Ad monaſterium reguliſſarum Berckenſis oppidi duo deputati ſunt fratres ſacerdotes cum vno conuerſo. Ad reguliſſarum monaſterium in Dinslacken in ducatu Cliuenſi duo deputati ſunt fratres ſacerdotes cũ vno Diacono. Poſtremo prior ſe tranſtulit ad terram Montenſem quoddam ad monaſterium ſororum ordinis S. Frãciſci de tertia regula cum vno fratre ſacerdote & vno diacono ac vno conuerſo, & laico vno. Cæteri laici hinc inde diſperſi ſunt.

Iſta antequam fieret diuiſio fratres lamentabili corde & voce in choro Salue regina cecinere Beatæ Virgini Monaſterium commendantes, deinde in hoſpitum Camera pariter refectis ſe mutuo fratres valedicentes cum eiulatu, & fletu quorundam ad loca ſingulis deputata ab inuicem receſſerunt. Sed & ſereniſſimus Dominus Harmannus Landtgrauius cernens ciuitatem nos illuc deputatos intrare ex compaſſione lacrymabatur, vt nobis poſtea retulit. Omnia etiam victualia monaſterii in vino & bladis, in carnibus & butyro ac caſeis & animalibus tantam introduximus copiam vt nobis ad triennium abundanter ſuffeciſſet. Sed procurator tunc pro tempore intraneus exiſtens ciuitatis & nimium partialis magnam victualium partem diſtribuit pro ſtipendiariis alendis: Ita vt cum cæteris poſtea neceſſe manducare habuerimus carnes caballinas. Inſuper põdus innumerabile plumbi de tectis monaſterii ad globos bombardarum fundendos ciuitati tradidit magna cum numeroſa multitudine aſſerum ex monaſterio ad ciuitatis munimenta perficienda deuexit. Subinde die ſequenti tumultus exortus eſt pluribus ciuibus & ſtipendiariis monaſterium funditus deſtruere volentibus. Sed beata virgo per quoſdam de optimatibus habitaculum defendit ſuum. Incenderunt tamen Curtim in Hannone in oppoſito Monaſterii citra riuum Erpię, & Curtim in Monaſterio. Ex quo incendio nonnullæ officinæ incenſæ, & periſſent cum monaſterio niſi fratres in Monaſterio derelicti cum aliquibus fratribus ex ciuitate adiutorio etiam aliquorum aliorum incendium non ſine magno labore extinxiſſent.

Ad Nuſſienſis obſidionis hiſtoriam antequam procedam vrbis cum adiacentibus inſulis manifeſtare conuenit diſpoſitio, vt obſidionis ſeries ignorantibus clarius eluceſcat. Ciuitatis itaque diſpoſitio magis in longum protenditur, quam in latum. Per cuius longitudinem ad Orientalem plagam amnis prætерfluit appellatus Erpia, ibidem Rhenum intrans fluuium. Vnde etiam ciuitas ab hac firmatur parte, nec alia ibidem habet foſſata. Diſtat tamen riuus iſte per ſpatium itineris fere mediæ horæ a Rheno fluuio, & per plures gradus ab iſto riuo, aut torrente fit aſcenſus ad ciuitatem quæ in alto poſita eſt. Sed ex Rheno brachium procedit in quod intrat Erpia torrens iuxta ciuitatem. Et iſtud brachium pariter cum Erpia faciunt fluuium ita vt magnæ naues ex Rheno per ipſum veniant ad ciuitatem. Etiam duas circumuallant inſulas vna maior, & altera minor. Deinde à tota ſeptentrionali plaga in latum & pro media parte occidentalis plagæ in longum ipſa ciuitas duplici cingitur muro, & in vtroque muro plures turres firmæ, & forinſecus repletus eſt murus terra quaſi vſque ad ſummum: Ita vt ſecure poſſit in eo ſine periculo præliari. Alia deinde media pars occidentalis in longum & meridionalis plaga in latum ſimplicem tantum habet murum, extra quem latum & altum habet aggerem terræ inter duo foſſata.

Nunc ad obſidionis hiſtoriam retexendam procedatur. Inuictiſſimus tandem princeps Burgundiæ exercituum acies vniuerſo cum apparatu de Traiecto Leodienſis diœceſis dirigit verſus Nuſſiam & tanti ſpatii itineris diſtantiam mi-

rabili celeritate tanquam aquila peruolat ad escam. Ab armorum collisione exercitus & machinarum vectura ac hominum equorumque vocum multitudine trium per horarum spatia ante exercitus aduentum aer reboabat, vbicunque appropinquabat.

Interea Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, sexta feria post festum Sancti Iacobi Apostoli bellicosissimus Princeps ciuitati Nussiensi appropinquauit hora vesperarum post prandium, iuxta villam Holtam appellatam per quartale milliaris distans à ciuitate eminentiori in loco figens papiliones in magna ac numerosa multitudine tanquam ciuitas magna ad terrorem incutiendum. Isto à loco Hyraldus direxit suum ad portas vsque ciuitatis, qui Nussiensibus Principis ex ore ante ipsum intromittere, aut subsistere vellent, finale ac festiuum desiderans responsum. Cui ciuitatis optimates idem dederunt responsum, quod ante per illustrem Dominum Robertum de Arburch ipsi Principi remandauerunt, de quo supra habetur, dicentes causam inter Archiepiscopum & ciuitatem, ex quo in manibus consistit Domini Apostolici & Imperatoris se nullo modo posse, aut velle aliunde declinare. Tanti interea nonnulli Nussienses exstiterunt furoris contra principem, quod ipsum Hyraldum contumeliosis exprobrarent verbis, inuasissent, occidissent, ac spoliassent, nisi discreta optimatum maturitas obstitisset. Princeps igitur responso accepto, adunari ex equestri exercitu præcepit sex millia, vt ciuitatem vallarent. Qui tribus ex papilionum locis prorumpentes, ita vt vnaquæque caterua duo haberet equitum millia, quorum plures erant tam equorum sessores, quàm etiam equi armati, præsertim Lombardico ex exercitu: Nonnulli etiam equi opertoria habebant de taurinis, aut bouinis pellibus forinsecus deauratis, alii opertoriis sericis ad terram dependentibus, concrepantibus pluribus buccinis, extensis vexillis, ac lanceis erectis in magna ambitione ciuitati appropinquabant. Quos à longe Nussienses proxime cernentes obuiam cum stipendiariariis, & armigeris in numerosa bombardarum multitudine steterunt in terminis, & septis hortorum, qui circa ciuitatem erant, quod Principi & suis insolitum erat videre, præsertim qui tot sibi subiugauerant nationum ciuitates, vt vix aliqua, excepta Leodiensi ciuitate, id attemptasset, quod etiam præsagium futuri ciuitatis Triumphi erat.

Armigeri ergo principis suas adunare phalangas ex tribus vnam perficientes & animose versus Nussienses acies suas dirigentes, ibi electa iuuentus nationum, & linguarum diuersarum militari in agilitate mutuo sese nitebantur superponere, & aquilarum more ad escas peruolantes, vibratis hastis, in Nussienses nitebantur impingere. Sed & ipsi Nussienses ex aduerso leonino animo aduentantium fortiter præstolantur impetum. Cum autem aduersarii Picardi cum cæteris infra terminos proximassent, emissis bombardis plutibus, non tantum manualibus, sed etiam vncinis & serpentinis plures interierunt equites, alii vulnerati in diuersis membris vix euaserunt. Deinde armigeri equestres Nussienses, quorum exiguus erat numerus, non tam ad bellandum adducti, quàm ad aduersarios suis attractiuis anfractibus prouocandos, & infra sagittarum terminos alliciendos, ac de post à latere declinantes aduersariorum non exiguus numerus diuersis vicibus interiit, aut vulnerati discesserunt.

Isto certamine per certum horarum spatium patrato, principis exercitus non sine suorum dispendio discessit, quod ipse Princeps considerans fellea ex cordis amaritudine facies eius expalluit, & ciuitatis in animo definitiue concepit interitum ipsius temeraria gustata præsumptuosa audacia ab aliis ciuitatibus per ipsum obtenta insolita: Nussienses etiam post aduersariorum discessum intra murorum septa se receperunt. Regulares interea, qui in monasterio ciuitati proximo remanserunt magno in timore principis præstolabantur exercitum, maxime cum superiorem cum quodam conuerso Gallicanum idioma intelligentem præmiserant, qui à Picardis exercitum præcedentibus captiui detenti erant.

Sequenti igitur die mane ad Principis imperium castrorum papiliones ad transpositio-

positionem disponebantur, & magno cum suo apparatu versus ciuitatem in manu potenti ipse princeps se transtulit regularium iuxta ciuitatem intrans monasterium: Quidam tamen Brabantiæ officialis cum cæteris pluribus præcessit exercitum consulens, & auisans pariter, & iuuans fratrum victualia, quæ tamen modica erant, ad Sacristiam tanquam ad tutiorem locum deportari. In qua etiam Princeps ipse fratres die noctuq; permanere præcepit, nisi celebrationis tempore, vel funeris causa tumulandi exercitui deseruirent proditionem forsan timens. In introitu ergo exercitus in præfatum regularium monasterium ad celebrandum se fratres disponebant.

Missis tandem omni cum quiete auditis, dispersi sunt vniuersi per monasterii officinas & fratrum cellas, nec non per reliqua abdita & publica loca, tollentes inde ianuas, & fenestras refectorii Stuphæ, ac cameræ, hospitum mensas cum lectisterniis fratrum, & hospitum, & quicquid asseris reperire poterant, in temporis momento abstulerunt ac extra monasterium ad campum deportauerunt, fossoribusque contra ciuitatis iacula munimenta ex ipsis aptauerunt. Principis interea in pomærio retro Ecclesiam fixerunt tentoria, è quibus vltimum lignum erat artificiose fabrefactum, duas habens cameras cum suis caminis, & potuit ad libitum dissolui, ac de loco ad locum transferri, & iterum componi, quod etiam spectabile habuit opertorium precioſe depictum, nec alio vsus fuit habitaculo per quadraginta sex hebdomadas, quibus Nussiense obsedit oppidum. In quo etiam tentorio suo sine lecto in sede nocturno tempore quieuit armatus.

Ante istam etiam domunculam duæ erectæ erant papiliones, in quarum vna in conspectu omnium solus reficiebatur, assistentibus post Principis tergum duobus expertis Physicis, & ante ipsum diuersis pincernis, & ministris. In istis etiam papilionibus quotidie ardue expediebantur aduentantes causæ, & tractabantur mysteria consiliorum. Etiam nocturno tempore ibidem excubabant quadraginta fortissimi armati ac ferro accincti propter timores nocturnas excubias obseruabant, precioſis vtentes poculis & lusibus vacantes, vt somnum excuterent ab oculis. In gyro istorũ tentoriorum Princeps duodecim potentes ac bellicosi milites pro Principis munimento sua fixere tentoria.

Deinde per campos & agros numerosa tentoriorum & ædificiorum magna erecta est multitudo. Ibi nonnulli domicilia sua de asseribus habebant compacta: Alii domos aliunde, id est in terra Colonienſi aut Ducatu Iuliacensi confringentes, & ibidem cum suis vitreis fenestris erigentes tanquam per longa tempora permansuri, in platea secus monasterium, & pomærium transiens quà ad Coloniam pergitur, habebant domicilia longum per spatium Apothemii, mercatores, armorum fabri, ac tabernarii, qui diuersis precioſis abundabant poculis, è quibus vinum minus precioſum fuit. Ibidem etiam venundabantur panni lanei, & scharlatici diuersorum colorum ac preciorum: Sed & ibidem etiam venundabantur serici panni precioſi diuersarum specierum, vt Fluetini, Damasceni, Carboſini, Sameloti-ni diuersorum colorum. Et tanta taliaque precioſa quotidie in mercatu exponebantur in argento & auro, ac lapidibus precioſis, vt vix aliqua ciuitas climatis nostri id faciat. Isti tamen in ambitu monasterii sua precioſa exponebant mercimonia. Extra istas quotidianas nundinas aliis in exercitibus, qui in gyro vallabant ciuitatem, vt infra patebit, vnusquisque exercitus proprias habebat nundinas, & tabernas. Iste insuper magnificus regius Princeps certum dominorum habebat determinatum numerum, qui singularibus precioſis decorabantur torquibus, quos peculiarem in fauorem ab ipso recipiebant, & ipsum Principem ad Ecclesiam euntem, aut redeuntem, ac in maiestate procedentem processionaliter bini, & bini consertis inuicem brachiis sequebantur.

In magna etiam idem Princeps armatorum multitudine & frequentia diuina in Ecclesia audiebat, cui etiam ante summum altare in loco presbyterii, vel sacrario ex cortinis tendebatur tabernaculum, quod non exiuit, nisi oblationis tempore & benedictionis, quæ in medio altaris super ipsum legebatur, principe in genibus residente, & Pontificis facies versa erat ad populum, qui etiam assidue

coram ipso Principe celebrabat, quam Missam cantores Principis solenniter cum discantu psallebant. Refectionis tempore à physicis regebatur, vt supra habetur, sed & diuersarum facultatum plures in exercitu habebat Doctores, & excellentes Theologos, qui etiam coram eo ipso sæpius sermocinabantur, &c. Istius principis peculiaris exercitus, in quo ipse personaliter residebat, meridionalem plagam obsedit ciuitatis, in qua situm est monasterium regulariũ: in opposito ciuitas pulcherrimam & fortissimam habet portam castri more turribus firmissimis munitam, & isto in exercitu Princeps cum suis linguagio vtebatur, vt communiter gallicano. Opulentissimi etiam in isto exercitu erant Domini, qui in tentoriis suis vtensilibus vtebantur argenteis, & aureis, qui suis de facultatibus in ista Nussiensi obsidione nonnulli vltra triginta vel viginti maius vel minus millia florenorum expenderunt, eo quod ipsis stipendia non dabantur, sed Lombardis, & Anglicis, ac aliis in fine istius obsidionis, Princeps tamen omnibus satisfecit, vt infra patebit. Isti etiam Serenissimi & opulentissimi Domini non stipendii gratia, sed tanquam obedientes, & Principi subiecti ipsum sequi compellebantur. Princeps etiam cum istis Dominis, & cõsiliariis suis vnusquisq; suo cum capellano quotidie horas persoluebat canonicas secundum ordinarium fratrum prædicatorum. Et omnes deuotissime assidue missas audiebant, & celebrantibus largiter de præsentia prouidebant, propter quod nõ exigua sacerdotum multitudo exercitum sequebantur fratrum mendicantium, ac aliorum ordinum, quemadmodum etiam meretricum multitudo, quarum numerus ad duo millia se extẽdebat, vt famabatur. Sicut iam ex prædictis patet, princeps cum suis meridionalem ciuitatis plagam potenter obsidione arctauit: Ita ipsius ex ordinatione Anglicus exercitus ab orientali parte ipsam obsedit, tentoriis trans riuum Erpiam ciuitatem præterfluentem metatis, occidentali à plaga infra superiorem portam, quæ regularium respicit monasterium ad portam vsque teloneam principis peculiaris exercitus vallabat ciuitatem: portam verò teloneam obsederunt Leodienses, qui tamen magis necessitate quàm voluntate tanquam à principe deuicti ibidem detinebantur, nec multum ciuitatem infestabant, præsertim cum nonnulli ex patriotis ipsorum erant in ciuitate stipendii gratia, qui etiam in fossura ciuitati plurimum profuerunt. Infrà istam portam teloneam, & portam Hammonis tentoria diuersarum fixere nationum: porta autem Hammonis Gelrensium obsedit exercitus ad hoc per principem arctati tanquam ab ipso obtenti, fauorabiles tamen magis erant ciuitati tam propter Gelrenses vrbem inhabitantes, quàm etiam propter eos, qui stipendii gratia aduenerant ex terra Gelrensi, ipsam defendendam. Infra hanc Hammonis portam & inferiorem portam, Flandrenses cum quibusdam aliis gentibus fixere papiliones. Inferior autem porta in grandi nationum multitudine obsidebatur, & plurimum bombardis maioribus infestabatur, donec deiecta conculcabatur, vt infra patebit. Et infra istam inferiorem portam & portam Rheni castra metati sunt Bruxellenses, & Mechlinienses cum quibusdam aliis gentibus. Portam autem Rheni Lombardi amicis & inimicis detestandi vallabant & plurimum infestabant, ac cum quinque turribus per maximam & diutinam violentiam cum maioribus bombardis solo coæquabant. Ista tamen ciuitatis vallatio in primis admodum procul erat à ciuitate, ita vt extra forinsecum murum & eius fossata aliquod per tempus secure Nussienses ambulabant, eo quod propius aduersarii sua timebant figere tentoria, non absque plurimorum suorum interitu. Lugubri ad hoc arctati experimento ob manualium & vncinarum bombardarum abundantiam, ex quibus innumerabiles assidue plumbei emittebantur globuli. Vnde aduersariorum, vt supra dictum est, numerosa quotidie interiit multitudo.

Cum ista ciuitatis vallatio in gyrum fieret ab aduersariis, non dormitabant Nussienses, quin & ipsi ad defendendum vallarent vrbem, quemadmodum hostes ad destruendum, optimatibus & potioribus viris ac domicellis per singulas portas & loca oportuna distributis singulis exercitibus & stipendiariis adiunctis auxiliis. Ordinati sunt insuper per singulas turres in exteriori muro propugnatores ex diuersis tam ciuibus, quàm stipendiariis, qui ibidem die noctuq; custodias armata manu obseruarent.

In illa

In illa autem ciuitatis plaga, vbi simplex erat murus, ibi in aggere, qui erat extra fossata muri intrinseci tuguria construxerunt, & ex ciuibus, & stipendiariis propugnatores ibidem constituerunt. Isti sic per gyrum ciuitatis distributi nocturno tempore omnes suis in locis sibi deputatis præsentes erant: in die autem vices mutabant, vt cum aliqui visitarent Ecclesias, aut tabernas, alii in custodiis remanebant. Ciuitate igitur in gyrum ad defendendum vallata bombardas maiores, & colubrinas, ac vncinas opportuna per loca, vbi magis necessarium fuit, collocarunt. Tanta etiam in oppido erat lætitia, præsertim in foro & circa, vt ciuitas ignoraretur obsessa. Nam in tabernis tibicines & diuersarum melodiarum fistulæ ac cantus lætitiæ assidue resonabant, & tanta in lætitia præliabantur, vt tranquillitatis vix tempore similis potuerit videri, & encæniorum tanquam festa obsidio notabile per tempus celebrabatur, sed & ciuitatis fistularii singulis diebus ab obsidionis initio ad finem vsque supra turrim Sancti Quirini in aurora & vesperarum tempore carmina resonabant ad Deum precatoria. Insuper, vt frequenter tibicines Illustrissimi Domini Langdrauii Harmanni suaui melodia contra aduersarios supra ciuitatis portum discantum concrepabant. Inchoata est etiam ista Nussiensis ciuitatis obsidio eo tempore, quo reges & principes ad bella solent procedere cum iumentorum videlicet pabula reperiuntur in agris, & obsessorum euacuata sunt horrea, & exinanita vasa Autumnali tempore carnibus salsis replenda, propter quod ex tempore Princeps habuit subsidium, & ciuitas detrimentum; Dei tamen cum auxilio, equestribus, & pedestribus armigeris, quorum numerus ad mille octingentos pene se extendebat ciuitas tanquam magnus aliquis aut territorium aliquod integrum non absque plurimorum admiratione quotidiano in victu communes fecit expensas. Quæ tanto ciuitati erant onerosiores, quanto per singula diuidebantur tentoria. Nam si in mensis per quinquagenos & centenos pariter comedissent, minus fuisset dispendiosum. Sed quemadmodum superius dictum est, ciuitatis defensores necesse erat locis sibi extra intrinsecum murum deputatis ob aduersariorum insidias iugiter inhærere, & ideo necesse erat singulis tentoriis alimenta distribuere. Et quamuis obsidio in incongruenti inchoabatur tempore, diuina tamen ex ordinatione incidentaliter competens in ciuitate reperta est prouisio. Nam septingenta ibidem reperta sunt plaustra optimi vini quale hominum in memoria, nec ante aut post obsidionem creuit, & venundabatur quarta ab obsidionis initio pro vno albo Colonienſi. Insuper pro armigeris & stipendiariis dispensata sunt decem millia ceruisiæ vasa, & pro panibus duodecim millia maldra siliginis. Quis etiam explicare valeat pecorum multitudinem pro stipendiariorum sustentatione mactatam, quibus præ cæteris ciuitas abundabat Nussiensis ob pascuorū adiacentium vbertatem, præsertim in insulis Rheni & in Hammone, qui est locus ad orientem ciuitatis multum spatiosus in longum & latum, vbi Anglicanus exercitus metatus erat castra, vt supra dictum est. Abstulerunt etiam Nussienses obsidione instante à villagiis vicinis magnam pecorum multitudinem non iure prælii, sed necessitatis causa, qua omnia sunt communia. Pecoribus tandem ob temporis diuturnitatem deficientibus per certos ab optimatibus deputatos scrutinium fiebat per domos & pecora, ac carnes inde tollebantur pro stipendiariorum communi sustentatione. Quibus etiam tandem deficientibus de melle fiebat sustentatio, cuius etiam diuina ex ordinatione ibidem reperta est abundantia: nam quingenta mellis dispensata sunt vasa, eò quod plures oppidani quæstum de Tortis conficiendis quærunt. Omnibus tandem ob temporis diuturnitatem Imperatoris aduentum præstolantibus & deficientibus circa carnisprium aliqui, & post Pascha tam ciues quàm armigeri extranei equinis sustentati sunt carnibus, & numerus extraneorum equorum deuoratorum extitit trecentorum quinquaginta, ciuium equis exceptis, quorum etiam non exiguus erat numerus, eo quod oppidani, vt plurimum pacis tempore agriculturæ insistunt, quorum omnium equorum mira erat habitudo corporum propter otium, & abundantiam frumenti. Et hæc de ciuitatis dispositione intus & extra dicta sufficiunt. Nunc ad ciuitatis oppugnationis historiam redeamus. Obsidione arcta ciuitate ab aduersariis vndique pene vallata, vt supra dictum

eſt; Princeps tamen conſiderans quod niſi inſulas inuaderet Rheni iuxta ciuitatem & ſubſidia ſuperuenientium ciuitatis in adminiculum interciperet, in cæteris in vacuum laboraret. Interea nonnulli Picardorum, & Lombardorum Rheni brachium inſulas circumuallantem peruium putantes equitibus ſuis vecti inſulas obtinere conati ſunt, ſed in profundum ſuis cum armis ferebantur & ſubmergebantur. Paruula tandem procurata nauicula nauigio paulatim tribus cum vexillis inſulam intrauere, quod Nuſſienſes animaduertentes cõfeſtim ipſos debellare quantotius diſponebant, ne multiplicati aut munimentis circumſepti non valerent. Inſuper conſiderantes, quod nullus exercituum principis aquarum ob impedimentum ipſis ſubuenire valuit.

In die interea Sancti Sixti martyris ſubito Iudaica aperta eſt porta, qua de foro ad aquas deſcenditur, & circiter centum ſeptuaginta ex ciuibus & ſtipendiariis armati nauigio ad minorem peruenerunt inſulam, & antequam maiorem pertingerent, vbi aduerſarii erant, aquarum paruulum riuulum ipſas inſulas diuidentem neceſſe habebant pertranſire aquas fere vſque ad genua. Quo viſo aduerſarii ad reſiſtendum conglomerabantur. Et ſpectante Principe cum exercitibus ſuis, ſimiliter & Nuſſienſes à muris & ciuitatis propugnaculis & turribus iſtud ſpectaculum conſiderabant, & nullus vtriuſque partis ſuis propter aquas valuit ſubuenire. Conſiſtentibus ergo duobus contra ſe cuneis ſagittis aliquantulum temporis mutuò ſe vulnerauerunt & proſtrauerunt. Nuſſienſes tandem moram non ferentes cum impetu in aduerſarios irruerunt, & gladiorum ac pugionum ictibus plures proſtrauerunt & interfecerunt. Interea Lombardus quidam, qui rubeum & longum tenebat vexillum, in quo aureis literis erat exaratum, His maximum eſt periculum, qui maxime timent. Cum quidam Nuſſienſis illi detruncaſſet manus, vlnis ſuis idem Lombardus amplexatus ſtipitem vexilli, ipſum conabatur retinere, ſed fruſtra cum ſubito ab eodem Nuſſienſi interfectus ſit miſerabiliter. Cumque pro obtinenda victoria cruentum ingraueſceret bellum, & Nuſſienſes ferociter Lombardos, Picardoſq; letiferis ictibus interimerent, nonnulli aduerſariorum metu mortis compulſi in aquis ſe ſubmerſerunt, alii ad ciuitatem non ſine vulneribus captiui perducuntur. Quorum omnium tam interfectorum, quàm ſubmerſorum & captiuorum extitit numerus ducentorum. Cernens itaq; Princeps ſuos cum vexillis propriis ignominioſe ad nauim perducere, in ſpiritu furoris colubrinis, terribilibus bombardis ex vtroq; iuſſit exercitu Lombardico, videlicet & Anglico, inter quorum medio iſtud contigit ſpectaculum, victores cum victis interire, ex prædictis bombardis tam terribiliter ferreos & metallinos emittens globos, vt aer horriſonis concreparet tonitruis, & viciniora loca, ac ciuitas ex bombardarum vehemẽtia & pluralitate quaterentur. Et tamen Deo propitio & beata virgine Maria cum Sancto Quirino intercedente, tantum tres Nuſſienſes ex eadem bombardarum tempeſtate interierunt. Cum iſto ergo inſigni triumpho victores ciuitatem intrantes, captiuos cum vexillis ante inſignis & Sereniſſimi Domini Harmanni Landgrauii conſpectum in foro reſidentis ac victorum aduentum præſtolantis, præſentauerunt. In primis tria vexilla, quorum vnum rubei coloris, quod fuerat Lombardorum & erat longior, præſtantior, & elegantior omnium vexillorum in poſterum truculentis præliis ac cruentis manibus diuerſis temporibus, vt infra patebit, ipſis aduerſariis per Nuſſienſes ablatorum. Deinde inter capitaneos captos, vnum elegantem præſentauerunt Æthiopem, quem cum cæteris capitaneis ſeorſum in humaniorem turrim poſuere captiuum. Sed Lombardos cum Picardis in quandam magnam perduxerunt turrim funibus in inferius ergaſtulum ſubmittentes, Picardis reclamantibus, ne cum deteſtandis Lombardis ponerentur, pro eo quod Sodomitico næuo apud vniuerſos infamabantur. In cuius indicium cadauera eorum poſt expirationem in continenti aerem intolerabiliter infecerunt, prout à fratribus noſtris ſecularibus in monaſterio derelictis poſtea intelleximus, qui ſepulturæ eorum, vt frequenter interfuerunt. Iſto ergo ex inſigni triumpho in ciuitate magnum factum eſt gaudium, & quemadmodum ex ipſo Nuſſienſes vehementer confortati : ita aduerſarii exacerbati, prò gratiarum etiam actione campanis omnibus pulſatis, Te Deum laudamus in Eccleſia cle-

eleſia clerus ſolenniter decantat. Iſtum etiam triumphum ciuitati Colonienſi de facto intimauerunt, & ſtipendiariorum numerum augmentari deſiderauerunt, antequam maiorem inſulam aduerſarii obtinerent, quam Nuſsienſes per quindenam non ſine mortis magno diſcrimine fere ſeruauerunt, aduerſariis ob calamitatem ibidem perpeſſam intrare pauitantib. Ipſam tamen medio tempore colubrinis bombardis die noctuq; infeſtabant in tantum, vt Nuſsienſes in ipſa inſula exiſtentes ſe manifeſtare non audebant. Vtinam tunc Colonienſis ciuitas ipſam inſulam ſuo præoccupaſſet ſatellitio, maximis pepercisſet expenſis, nec Imperatoris, ac aliorum magnificorum Principum in Nuſſienſium ſubuentione indiguiſſent, ac diſpendioſis ſumptibus pepercisſent. Quingentos tamen in continenti ciuitas Colonienſis expeditos miſit vernaculos, inſuper & ciuitas Bonnenſis certum numerum miſerunt ciuium ſuorum cum eiſdem præ cæteris diœceſis ciuitatibus, eo quod inter ipſos & Archiepiſcopum Robertum etiam extiterunt odia & liuores; quos vniuerſos pariter vt princeps intuitus eſt per ipſam prædictam inſulam intrare ciuitatem felleo torquebatur liuore, ac amplius inflammatus inſulam intercipere ne de cætero ciuitati ſubſidia aduenirent. In iſtorum tamen aduentu plurimum lætificati ſunt Nuſſienſes, gratias Colonienſibus ac ciuitati Bonnenſi magnificas referebant: Et ex ipſis in turribus, & aggeribus, ac muris ciuitatis numerus augmentatus eſt propugnatorum ſingulis in locis. Interea Princeps ne ſimilia amplius Nuſſienſibus aduenirent præſidia copiam ab inferioribus partibus procurauit nauium, cum quibus ipſam in armatorum multitudine inuaſit inſulam ipſo die Tiburtii martyris. Inſuper pontem de Lombardorum exercitu in ipſam inſulam de vacuis magnis vini vaſis iuſſit fieri, & ferreis cõcatenari catenis aſſeribus ſuperficiem coæquans, & peruium ad ambulandum faciens. Deinde aliud per brachium Rheni ex alia inſulæ parte fecit iter Anglicano ex exercitu ad ipſam inſulam numeroſa populorum multitudine laboribus ex lignis compactum, ac terra repletum, &c. Inſula tandem obtenta, & pontibus conſtructis magnum illic nationum diuerſarum locauit exercitũ, ad quorum munimentum, ne ab aduerſariis ab alia parte Rheni inuaderentur ex maritimis partibus grandes adduxit naues è quibus vna in veſtigio mali cupam habebat defenſoriam ad inſtar nauium maritimarum. Iſtas naues ad latus inſulis à parte Rheni in longum anchorauit ac concatenauit, & ita arctiſſime iam per circuitum obſeſſa eſt ciuitas, tam ab oriente, quàm occidente, à meridie & ſeptentrione. Vnde aduerſarii animati & tanquam breui in tempore vrbem inuaſuri, nefarios contra Nuſſienſes in hunc vel ſimilem modum iactabant ſermones: Ecce iam noſtris in manibus concluſi à nullo amplius defenſionis obtinebitis præſidia, ſi ergo vltra diſtuleritis nobis tradere vrbem, poſt triduum violenter obtinebimus eam, & mares omnes ſuſpendemus vel alia iniqua mulctabimus morte, fœminas autem cum præda nobis reſeruabimus. Inſuper ſæpius per totum obſidionis tempus diuerſis ſubſannationibus ac opprobrioſis verbis Nuſſienſes laceſſebant pſallentes, ſaltantes, ac in ciuitatis contemptum fiſtulantes. Econtrà Nuſſienſes intrepide reſponderunt minis, ac inanibus verbis, Nos non obtinebitis, nec terrere ventoſis veſtris loquacitatibus, ſed vrbem in veſtrum opprobrium & contemptum defendemus, & ignominioſe fugabimus ſimul, & euaginatos gladios oſtendentes pariter & clamantes, Accedite, & aduerſariorum more vos expediemus, &c.

Interea præteritis, vt ſupra habetur, ex triumphalibus conflictibus Nuſſienſes animati iterum infeſtare aduerſarios tentabant ex fortalitio, quod erat ante Teloneam portam, quemadmodum etiam ante ſingulas portas: & erant eadem fortalitia ex magnis & pretioſis lignis, in magna ſpiſſitudine compacta, ne ab aduerſariorum bombardis penetrarentur, & erant pro maiori parte ex arboribus, quas in mohaſterio regularium deſecauerunt, ex abdito aditu prorumpentes, & feroci animo ad aduerſariorum caſtra accurrentes, nam, vt ſupra dictum eſt, aduerſarii lugubri experimento edocti, in propinquo ſua timebant figere tentoria. Impetuoſe igitur irruentes in aduerſarios quoſdam, deſecto gutture interficiebant, alios letiferis vulneribus mactabant, aut diuerſis detrimentis, aut mutilatis membris morti tradidebant, plurimos etiam bombardarum proſtrauerunt ſagittis. Cum hæc letifera ſtra-

ges fieret, magnis vocibus ad arma aduersarii longe lateq; clamabant, donec ipsorum maxima multitudo conglobata suis venit in auxilium, quibus Nussienses leonino restituerunt animo, ac ex ipsis plurimam multitudinem gladiorum ictibus & bombardarum sagittis prostrauerunt. Tandem aduersariorum nimia multitudine Nussienses obruebantur, ad iussionem suorum capitaneorum intra vrbem se receperunt, quos propriis oculis tanquam carnifices ex macello cruentis manibus in aduersariorum sanguine intrare conspexi, nec aliquem captiuum viuentem secum introduxerunt, quia assidue clamabant neminem Nussiensium se velle capere, sed omnes mares vniuersaliter diuersis mortibus interimere. Comportauerunt etiam inter cætera spolia inimicis ablata duas magnas colubrinas bombardas. Ex Nussiensibus etiam remanserunt duo vel tres ab aduersariis interempti. Aduersarii igitur gustata Nussiensium crudeli audacia tentabant cum intrantibus vrbem simul intrare, quod & fecissent, nisi magna multitudo bombardarum à turribus & muris ac à fortalitio contra ipsos emissarum, non sine magna strage eos refrenasset. Et tanto bombardarum fragore aër pertonuit, quod vix etiam obturatis auribus tolerare potui.

FINIS PRIMI LIBRI.

WIPPO

WIPPO DE VITA CHVNRADI SALICI IMPERATORIS.

EPISTOLA AD REGEM HENRICVM CHVNRADI IMPERATORIS FILIVM.

GLORIOSISSIMO *Imperatori Henrico tertio Regi ad pacem & bellum idoneo* Wipo *Dei gratia presbyter seruus regalium seruorum, huius orbis* Domino *dominantium*: *Vitam illustrem, & inclyta gesta Conradi Imperatoris patris tui, Domine Imperator, scribere oportunum existimaui, ne lucerna lateat sub modio, ne solis radius sit in nubilo, ne virtus memorialis obducatur obliuionis rubigine. Gesta enim illius nisi præclara & valde lucida præcederet, à sequenti nimio splendore tuarum virtutum viderentur aliquatenus obscurari. Mihi autem seruulo tuo is animus est, si Deus annuerit, vtriusq; acta referre, quæ acciderunt me superstite, it à inter nos distinguendo, vt in alterum Remp. vtpote Romanum Imperium salubriter incidisse, alterum eandem rationabiliter sanauisse veraciter dicam. Quod si hinc plus vel minus, vel aliter quam se integritas rerum habet, scribo vel dixero, non erit culpa scribentis sed narrantis, quoniam cum plurimum tempus infirmaui, non potui in Capella senioris mei Conradi frequenter adesse. De his autem quæ ipse vidi & ab aliis accepi, fructum à vobis colligere volentibus stylo veritatis innixus propalabo. Et quoniam sunt quædam quæ viuente patre laudabiliter egisti, eadem inter acta patris ponenda censueram. Quæ vero post obitum illius glorioſe feceras per se ordinanda decreui. Si vero aliqui calumniantes obiiciunt mihi hoc opus superuacaneum esse, cum & alii de eadem re scripserint, licet inde nondum aliquid scriptum vidissem. Respondebo, in ore duorum vel trium stabit omne testimonium: Et verba* CHRISTI *in Euangelio, non per vnum solum, sed per quatuor testes idoneos in Ecclesia dilatari. Tibi summe Imperator hoc opus deuoueo, tibi gesta patris repræsento, vt quoties ipse res clarissimas agere meditaris, prius paternas virtutes velut in speculo imaginêris, & illud in te floreat abundantius quod hæreditasti à patriis radicib. qui vt cunctos antecessores tuos in quibusdam diuinis & mundanis rebus superasti, ita regnum & imperium tuum diuturnius omnibus illis, fauente Deo omnipotente, merearis obtinere. Vale.*

INCIPIT PROLOGVS.

RERVM labentium fugitiuam memoriam literarum vinculis connectere, & præsertim Christiani Imperii laudes inerti silentio non transire, cum & his qui hoc in hac vita bene administrabant, indè quędam perpetuitatis perduret gloria, tum posteris si æmulari parentes velint, bene viuendi apposita sit forma, aptum & conueniens esse, putaui, quia vtile exemplum imitantis animum promptiorem atq; firmiorem in rebus agēdis reddere solet. Item fit plerumq;, vt de laude maiorum facile nascatur verecundia: & confusio posterorum, si se his saltem non æquauerint, cum gesta eorū fama docente laudauerint. Vt enim virtus pleroſq; vulgares nobilitat, sic nobilitas sine virtutibus multos nobiles degenerat. Præterea videtur non licere de victoriis Catholicorum Principum tacere, & Tyrannorum infidelium triumphos largis vocibus publicare: Satis inconsultum est Superbum Tarquinium, Tullum & Ancum,

patrem Æneam, ferocem Rutulum, & huiusmodi quoslibet & scribere & legere: nostros autem Carolos atque tres Ottones, Imperatorem Henricum secundum; Chuonradum Imperatorem patrem glorioſiſſimi Regis Henrici III. & eundem Heinricum Regem in CHRISTO triumphantem omnino negligere. Verendum est modernis scriptoribus vitio torporis apud DEUM vilescere: cum primitua autoritas veteris testamenti quæ historias patrum fructifero labore diligenter exarat, nouarum rerum frugem in memoriæ cellario recondi debere prefiguret & doceat. Sic Abraham, Loth fratruelem suum in bello liberasse commemoramus, sic filios Israel hostes diuersos superasse comperimus. Sic Dauid regis prelia, Salomonis cõsilia, Gedeonis ingenia, Machabęorum pugnas propter scriptorũ copiam prę oculis habemus. Veteres enim Philosophi diuerso modo Reipub. cõsuluerũt: referebãt plerunq; somnia probabilia, quib. animos auditorum inducerent in id, q̃ affirmare instituerunt. Interdum ad idem officium fabulosas narrationes honestis rebus & nominib. velatas, cum huiusmodi figmenta nil Philosophiæ refragentur, adinuenerũt: sępe apertis disputationib. rationis fidẽ faciebãt Reipub. rectorib. animos humanos æternos esse: & vt refert Macrobius, Socratẽ dixisse, animã post animal non perire; atq; omnes penè Philosophi humani studii fructũ nõ cũ vita ipsius terminari, sed omnes, qui patriã adiuuerint & legẽ cõseruauerint, sempiterno ęuo feliciter perfrui, iustitiæ vero contemptoribus iusti creatoris iudicio pœnam reseruari indubitãter docuerunt. Animã verò humanam immortalem esse, id ex multis rationib. probarunt, tum inde, quod dũ corporeis nexib. inclusa, ea libertate vtitur, vt modo sydereos recessus, modo terrestres, interdum marina abdita, quę nunquã corporaliter videbat, viuaci motu cogitationis pcurrat: aliquãdo vigilãte, interdũ quiescente corpore, plurima futura suo, non alieno visu colligat, eaq; memoria retineat: nebuloso velamine carnis exuta, multo liberius eadẽ viuacitate perfruatur, idq; credere, quin potius scire maximo vsui fore Principib. aiebãt, qui sępe per insolentiã torpescẽtes, sequentis vitæ commoda minus attendunt. Quamobrem Victorib. statuas & monumenta quam amplissima fecerũt antiqui, eorumq; acta inscribi debere cõsuerant, vt illis mortuis honor extaret, ad perpetuam memoriam posteritatis, quorum animas viuere credebant in perpetuum. Licet ipsi humana tantum sapientia inuestigarent immortalitatem animæ, quæ illis nec dum à CHRISTO aut promissa vel ostensa fuerat: hinc tamen adducti, & iustitiam ipsi colebant & hanc rectoribus patriæ, scriptis suis diligenter inculcabant. Acta verò Reipub. mori simul cum eius rectorib. arbitrati sunt, nisi quod accidit notaretur: & propter desidiã silẽdi maximã pernicię fieri, si ex scriptis remanẽtibus nõ pateret illud vnum quodcũq; sequi defunctũ cui viuus adhibuit studium. Nos autẽ à quibus sermo veritatis eliminauit torporẽ taciturnitatis, dicens. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & q̃ in aure auditis, prędicate super tecta. Cur principib. Christianis & Euangelicæ fidei assertoribus sustinemus negari, quod suis vltro offerunt pagani. Si enim nostri Catholici reges verę fidei defensores legẽ, ac pacem Christi, quam nobis per Euangeliũ suũ tradidit, sine periculo erroris, gubernant, qui eorũ benefacta scriptis suis manifestabũt, quid aliud quam Euang. Christi prędicabũt? Quamuis animus scribentis vacillet aggredi arduas res maturo consilio, morali grauitate summaque cõstantia peractas, etsi inepto luxu, vel ficta audacia aut cupiditate flagitiosa fiant, res in quibcunctis scriptorem oportet versari, & in actis eorum, quos notat vulganda sunt tam gesta, quam omissa, prout facultas ingenii dederit, ex qua re boni ad virtutẽ incitãtur, mali autẽ honesta inuectione corriguntur. Illa igitur est causa scribẽdi, q̃ nulla vetat religio & commendat intentio, & proderit patriæ & benedictio conducit posteritati. Quod pręterit in promptu est, quicquid autẽ futurũ est, nõ est in prænotione. Qua de re atq; spe adductus hęc scribere volui ad communem vtilitatem legentium, quod audiẽtibus esset iucundum. Nã si quid in his quod inhonestũ, afferatur, in potestate lectoris ad imitandũ erit in propatulo: quod etiam facio meo prouectu, vt qui multis prementibus vitiis corpus, excitante DEO ociositatem velut animæ inimicam his occupatus negotiis, vitare valeã. Siquidẽ cum de publicis gestis paratus sum dicere, prącipuè duorũ acta regũ complectar, scilicet Conradi Imperatoris

atque

atque filii eius Regis Heinrici tertii, quem Heinricum lineam iustitiæ cuncti penè prudẽtiores cognominant. Patris vero gesta, quæ meis temporibus acciderãt, prout ipse vidi, aut relatu aliorum didici, calamis pingentibus, ignaris successorib. effigiabo. Acta autem clarissima filii, quoniam adhuc DEI gratia superstes regnat, quamdiu vixero congregare non desinam. Quod si hoc acciderit, vt sicut ante regem hanc vitam mihi contigit introire, sic mihi accidat exire, & eo modo opus meum imperfectum deseram, obsecro post me scribentem, ne pudeat illum meis fundamentis parietes suos superponere: ne spernat stylum cadentem erigere: ne inuideat meis cæptis, sicut nollet aliquẽ inuidere suis nõ finitis. Si enim qui incæpit meto dium habet, non oportet esse aliquem in huius operis calce ingratum, qui principium inueniet præparatum. Hęc de procœmii compendio proposui: nunc ad gesta Imperatoris veniam: sed prius de electione eius, quam idonea fuerit, pauca edisseram: vt inde probabilius scribere valeam, si prius, qui pontifices vel cæteri principes tunc temporis regni præsidio fuerint, commemorabo.

DE CONVENTV PRINCIPVM.

ANNO ab incarnatione Domini millesimo XXIIII. Imperator Heinricus secundus, benè compositis imperii rebus, cum iam post longum laborem maturum fructum pacis metere cœpisset, imperio incolumi, mente sana, corporis correptus est infirmitate: qua inualescente III. Idus Iulii hanc vitam excessit: Cuius corpus de Saxonia ad sepeliẽdũ ducitur ad locũ qui dicitur Pabẽberg, vbi ipse bono Zelo ac studio fundauit Episcopatũ omni Ecclesiastico apparatu insignẽ. Ad cuius dedicationem Dominũ Apostolicum, nomine Benedictum asciuit, cuius authoritate ad tutandum locum priuilegia publica stipulatione confirmauit. Post Imperatoris obitum, Respub. amisso patre tanquam desolata in breui vacillare cœpit. vnde cuiq; optimo metus & solicitudo: pessimis autem in voto imperiũ periclitari erat. Verum diuina prouidentia anchoras Ecclesiæ commisit viris Pontificalibus, & his gubernatoribus quales ad ducendam patriam sine iactura in portum quietis, eo tempore superesse oportebat. Nam cũ Imperator sine filiis obiisset, quilibet potentissimus secularium Principum vi magis, quàm ingenio nitebatur: aut fieri primus, aut quacunq; pactione à primo secundus, ex qua re discordia penè totum regnum inuasit: adeo vt in plerisq; locis, cædes, incendia, rapinæ fierent, si non is impetus illustrium virorum sufflamine impediretur. Imperatrix vero Chunigunda, quanquã maritali vigore destituta foret, tamen consilio fratrũ suorum Theoderici Metẽsis Episcopi & Hetzelonis ducis Bauarię pro virib. Reipub. succurrebat, & ad restaurandũ imperiũ aciem ingenii mentisq; solicita cõsideratione direxit. Res petit vt dicã summorũ nomina quędã seu Pontificũ siue secullariũ Principũ, qui tunc in regnis vigebant, quorum consiliis consueuit Francia Reges eligere, ne ea quę dicturus sum, quasi fortuitu videantur fieri, sed vt quod prudentissimorum virorum consulto cernitur actum, vtile & honestum atq; optimum factum credatur. Eo tẽpore Archiepiscopatum Moguntiensem rexit Aribo natione Noricus nobilis & sapiens, aptus regalibus consiliis: Colonienſem vero Archiepiscopatum Pelegrinus tenuit consanguineus Aribonis prouidus & ad id officium idoneus: Treuerensem quoque Archiepiscopatum gubernauit Poppo, frater Ernesti Ducis vir pius & humilis, qui eodem tempore filium fratris sui Ducem Ernestum cum Ducatu Alemanico sub tutela habuit: Metensem Episcopatum Theodoricus nobilis, & in virtute strenuus possedit: Argentinæ ciuitati Werinharius Episcopus præfuit generosus in diuinis & secularibus officiis studiosus; Wurceburgensi Ecclesię insedit (Macelinus) Marcelinus sapiens, & in Ecclesiasticis dignitatibus fidelis: Pabenbergensem Episcopatum Eberhardus rexit primus Episcopus illius Ecclesię, vir ingenio & moribus Reipub. valde necessarius: Constantiensis Ecclesiæ præsul erat Heimo, vir sapiens in DEO, modestus, & prouidus ad seculum: Augustam Vindelicam regebat Episcopus Bruno frater Henrici Imperatoris, vtilis & clarus ingenio, si fraterno odio quo Imperatori oberat, non obscuraretur: Iuuauensem Ecclesiam, quam vulgari sermone Saltzburc dicunt, rexit bonæ memoriæ Gun-

therus Archiepiſcopus, frater Eberhardi (Aliàs Eccardi) & Hermanni comitum, mitis & bonus, apud DEUM & homines: Radesbonenſis Eccleſiæ Epiſcopo erat Burckardus (Al. Kebehardus) beneuolentiæ gratia conſpicuus: Friſingenſem Eccleſiam regebat Albertus (Agilbertus) Epiſcopus, prouidus gubernator cleri & populi ſui; Cum iſtis multi alii pontifices & Abbates ex iiſdem regionibus aderant quos ſingulos nominare operis faſtidium generat. Saxoniæ præſules, quoniam me latuit, quid de vita eorum nomin b. addicere conueniret, memorare vitaui, quanquam & eos ſummis rebus adeſſe, conſulere, ſuccurrere procul dubio percepe-
rim. Italiam tranſeo cuius Principes in breui conuenire ad regiam electionem nequiuerunt, qui poſtmodum in vrbe Conſtantienſi cum Archiepiſcopo Mediolanenſi, & reliquis Principib. occurrentes regi, ſui effecti ſunt, & ei fidelitatem libenti animo iurauerunt. Duces autem ſupradictis viris contemporanei hi fuerant, Benno Dux Saxoniæ: Adelbero Dux Hiſtiæ: Hetzilo Dux Boioariæ: Erneſtus Dux Alemanniæ: Lutaringorum Dux Fridericus: Ribuariorum Dux Gozelo: Cuno Wormatienſis Dux Francorum: Vdalricus Dux Boemiæ, Burgundia enim nondum Romano Imperio, ita vt nunc accliuis fuerat. Quod autem ſubiecta eſt modo, trium regum gloriæ aſſcribitur. Secundus Heinricus Imperator primum eam ſubiicere intendit, (tentauit) & bene in hoc ſtudio perſeuerauit. Deinde Conradus Imperator animoſo impetu Francos hoſtiliter ex ea eiecit, belloque eam ſubiugauit, ad extremum Rex Heinricus tertius pius, pacificus, linea iuſtitiæ, bello & pace eandem Burgundiam temperauit cum magnificentia: vbi quæ diuina prouidẽtia tam pacis quam belli conſiliis, conciliis & conuẽtibus quibus interdum ipſe interfui, peregit, alias commemorabo. Nunc ad propoſitum redeo. Vngaria autem quam idem Rex Heinricus tertius nobili atque admirabili victoria domuit, & poſt victoriam ſapientiſſimo conſilio ſibi & ſucceſſorib ſuis ſtabiliuit, prædicto tempore nec audire nos ſuſtinuit.

Supra memorati Epiſcopi & Duces cæteriq; potentes haud aliter periculum minitans melius aut citius euadere nati, ſumma ope & induſtria memorabili vtebantur ne Reſpub. diutius ſine regente nutaret. Priuata conſilia & animos ſingulorum cui quiſquam conſentiret, cui diſſentiret, aut quem ſibi Dominum optaret, epiſtolarum & legatorum commoditas conferebat, neq; id in vacuum. Nam prouidentiæ eſt interius præparare quo foris indiges, & conſilium ante opus, ſemen eſt ſequentis fructus. Fruſtra enim ab altero auxilium expectas, ſi ignoras, quid deſideres. In rebus arduis ſecreto conſulere, paulatim deliberare, velociter facere, bonum exitum habebit. Tandem condicta eſt dies, notatuſq; locus, fit publicus conuentus, qualem me vidiſſe antea non memini. In quo conuentu quid actum ſit dignum memoria, ſcribere non differam.

DE ELECTIONE REGIS.

INter Moguntiæ confinia & Wormatiæ locus eſt amplitudine planiciei cauſſa, multitudinis maximæ receptibilis: ex inſularum receſſu ad ſecretas res tractandas tutus & habilis, ſed de vocabulo & ſitu loci plenius dicere Topographis relinquo, ego autem ad incæptum redeo: Ibi dum conueniſſent cuncti primates, & vt ita dicam vires & viſcera regni eis, & circa Rhenum caſtra locabant. Qui, dum Galliam à Germania dirimat, ex parte Germaniæ Saxones cum ſibi adiacentibus Sclauis: Franci Orientales, Norici, Alemanni conuenere.

De Gallia vero Franci qui ſupra Rhenum habitant, Ribuarii, Lutharingi, coadunati ſunt. Quæritur de re ſumma, dubitatur de electione incerta: inter ſpem & metum ſuſpenſi, alterna deſideria cum inuicem cognati, tum inter ſe familiares diutiſſime explorabant. Neq; enim de mediocri re cõſulendũ fuerat, ſed de ea quæ niſi feruenti pectore maximo ſtudio coqueretur, ad perniciem totum corpus regni terminaretur. Et vt prouerbiis communibus vtar, expẽdit ori bene coquere cibum, qui crudus ſumptus generat periculũ, & vt aiunt, medicamen in oculis ponẽdũ cautè eſt prouidẽdũ. Eodẽ modo cũ diu certaretur, quis regnare deberet, cumq;

alium

alium ætas vel nimis immatura vel vltra modum prouecta : alium virtus inexplorata : quosdam insolentiæ causa manifesta recusaret : inter multos electi pauci sunt, & de paucis admodum, duo sequestrati sunt, in quibus examen extremũ summorum virorum summa diligentia diu deliberatum in vltatis puncto tandem quieuit. Erant duo Chunones quorum vnus quod maioris ætatis esset, maior Chuno vocabatur : alter autem iunior Chunõ dicebatur, ambo in Francia Teutonica nobilissimi ex duobus fratribus nati : quorum alter Hetzel & alter Chuno dictus est : ipsos verò ab Ottone duce Francorum natos accepimus, cum duobus aliis Brunone & Wilhelmo ; ex quibus Bruno Apostolicæ sedis Romanæ Ecclesiæ Papa effectus, mutato nomine Gregorius appellatus est : Wilhelmus factus Argentinensis Ecclesiæ Episcopus miro modo eam sublimauit. Prædicti duo Chunones, cum essent, vt dictum est, ex parte genitorum nobilissimi : haud secus ex materno genere claruerant. Iunioris Chunonis mater Machilda de filia Conradi Regis Burgundiæ, (Alias Longobardiæ) nata fuit. Maioris Chunonis mater Adelberta (vel Adelbera, vel Adelheyda) ex nobilissima (glorioſissima) gente Lotharingorum oriunda fuerunt. Quæ Adelhayta soror erat Comitum Gerhardi & Adelberti, qui semper cum Regibus & Ducibus confligentes ad extremum causa propinqui sui Conradi Regis vix acquiescebant ; quorum parentes (vt fertur) de antiquo genere Troianorum Regum venerant, qui sub Beato Remigio confessore iugo fidei colla supponebant. In his duobus : id est, in maiore Chunone & Iuniore (minore) diu pendebat reliqua nobilitas : & quanquam maiorem Chunonem secretiori consilio & auido desiderio propter virtutem & probitatem illius pene omnes eligerẽt, tamen propter iunioris potentiam, ne pro honoris ambitione dissiderent, animum suum ingenioſe quisq; dissimulabat. Ad extremum vero diuina prouidentia contigit, vt ipsi inter se conuenirent quodam pacto in tam dubia re satis conuenienti, vt si quem illorum maior pars populi laudaret, alter eidem sine mora cederet. Æstimo quod dignum sit dicere, qua ratione maior Chuno suum prodidit ingenium, non quod ipse desperaret Rex fieri, vnde iam nutum DEI principum cordibus inspirari (inspiratum) percepit, sed vt cognati animum, quo minus in nouis rebus perturbaretur, cõfirmaret. Hac igitur præstantissima oratione illum alloquitur. Reb. prosperis condignum gaudium, nec grauitatis modum excedit, nec quenquam ingratum esse pro acceptis beneficiis sinit, & sicut in aduersis damnosa pusillanimitas ad deteriora trahit, sic in secundis honesta iucunditas hominem ad meliora ducit, & parum valet fructus pactæ felicitatis, qui moderata alacritate non pascit animum laborantis. Hoc modo animi mei vigorem magnis gaudiis augeri sentio, quod ex tanta concione consensus parilis omnium nos duos solummodo præuidebat, quorum alterum regali fastigio locaret. Neque enim æstimare debemus vel nobilitate, vel diuitiis propinquos nostros antecedere ; aut aliquid nos promeruisse tanta veneratione dignum, verbis, manibus non oportet extollere. Maiores nostri gloriam suam factis, quam dictis prodere maluerunt, communi vita contentos esse decebit quoslibet inter æquales. Quicquid autem, id est, quod ad aliquid habiliores reliquis putamur, inde grates auctori DEO reddamus. Nobis ergo cogitandum est, ne, qui aliena consensione digni tanto honore æstimati sumus, proprio & familiari dissidio indigni hac gratia videamur. Stultum est enim aliena potestate pro sua nimium abuti. In omni electione nemini licet de seipso iudicare : licet autem de alio.

Quod si alicui de se liceret, quot regulos, ne reges dicam, videremus. Non erat nostræ potestatis hanc dignitatem ex multis inter binos coarctare. Vota, studia, Consensus Francorum, Lotharingorum, Saxonum, Noricorum, Alemannorum, qui optimam voluntatem habebant, ad nos conferebant, tanquam ad vnius stirpis propaginem : veluti ad vnam domum : sicut ad indissolubilem familiaritatẽ, quos ex tam multis causis connexos dissolui posse inimicitiis nemo suspicabitur. Concordare decet, quotquot natura ligauit, quæ sibi cognatam iungit amicitiam. Quod si vltro oblata ab aliis aliqua re impediente reiicimus, hoc est, si inuicem discordamus, certum est, quod populus tunc velit nos deserere, ac tertium quemlibet sibi

quęrere, & nos nõ tantũ ſummo honore priuabimur, ſed quod omnib. bonis morte deteſtabilius eſt, infamiam ignauię & inuidiæ incidemus: quaſi & tanti regiminis virtutem non poſſimus ſuſtinere, & alter alterius, quod inter conſanguineos magnum nefas eſſe puto, cedere nollet honori. Maximus igitur honor; ſumma poteſtas circa nos adhuc verſabitur, & ita ad nos peruenit, vt ſi velimus, in altero noſtrum remaneret. Quocirca mihi videtur, ſi in vno de nobis hic honor coadunatus remanſerit, vtalter eiuſdem honoris participatione vlterius quodammodo non careat: Sicut enim in regum parentes, quamuis cuncti reges non ſint, honoris quædam derivatio transfunditur, ſic & hi qui conſcripti & prænominati ad poteſtatem fuerint, licet ad hanc non perueniant, tamen honore quodam inde nato penitus non carebunt; nam ad ſuam dignitatem immeriti non exigerentur. Prętera ſi regum cognati propter Reges honorantur, eumq; omnes erga nos tales eſſe velint, quales inuicem conſentanea mente fuerimus, & eo modo prouectus alterius ex altero pendeat: qui feliciores nobis eſſe poterunt, ſi alter regnabit? alter regnanti, publicam rem per beneuolentiam ſuam quaſi præſtabit? Quare cauti ſimus: alienum propinquo, incertum certo non pręferamus: ne hodierna dies huc vſque pro tali arbitrio ſatis læta & iucunda, longi temporis infortunium nobis pariat: ſic conceptam tanti populi benignitatem malè inter nos tractabimus. Quod ne fiat, ex mea parte, omnium cognatorum meorum dilectiſſime, quid de te ſentiam, dicere volo. Si animum populi cognouero, te velle te deſiderare in Dominum & Regem: nullo prauo ingenio hanc beneuolentiam à te reuocabo, quin potius te eligam tantò auidius cæteris, quantò me ſperabo tibi gratiorem illis. Si autem DEUS ad me reſpexerit, debitã vicem mihi à te rependi non dubito. Adhęc minor Chuno reſpondit totam hanc ſententiam ſibi acceptam fore, ſeq; illi ſicuti cognato chariſſimo, ſi cum res ſumma vocaret, omnem regiam fidelitatem facturum certiſſimè promiſit. Inter hæc verba Maior Chuno plurib. videntib. paululum ſe acclinans, cognatum oſculatus eſt: quo oſculo primum deprehenſum eſt, vtrumq; illorũ alteri acquieuiſſe. Hinc ſumpto indicio concordiæ, conſedere principes: populus frequentiſſimus aſtabat:

Tunc quod quisq; diu velatum corde tegebat,
Ferre palam licitum gaudebat tempus adeſſe.

Archiepiſcopus Moguntinenſis, cuius ſententia ante alios accipienda fuit, rogatus à populo quid ſibi videretur, abundanti corde, hilari voce laudauit & elegit maioris ætatis Chunonem ſuum in Dominum & Regem atq; rectorem & defenſorem patriæ. Hanc ſententiam cæteri Archiepiſcopi & reliqui ſacrorum ordinum viri indubitanter ſequebantur. Iunior Chuno paululum cum Lotharingis placitans, ſtatim reuerſus maximo fauore illum ad Dominum & Regem elegit: quem rex manu apprehendens fecit illum conſedere ſibi. Tunc ſinguli de ſingulis regnis eadem verba electionis ſæpiſſimè repetebant: fit clamor populi: omnes vnanimiter in Regis electione principibus conſentiebant: omnes maiorem Chunonem deſiderabant: in illo perſiſtebant: ipſum cunctis dominantibus nihil hæſitando præpoſuerunt; eundemq; regali potentia digniſſimum iudicabant: & vt nulla mora conſecrationis illius fieret, poſtulabant, ſupradicta Imperatrix Chunegunda regalia inſignia, quæ ſibi Imperator Heinricus reliquerat (non grauate) gratanter obtulit, & ad regnandum quantum huius ſexus authoritatis eſt, illum corroborauit: Credo quidem huic electioni cœleſtium virtutum fauorem non deeſſe, cum inter ſingularis potentiæ viros tot duces, & Marchiones abſque inuidia, ſine controuerſia is eligeretur, qui licet genere & virtute atque in propriis bonis nemine eſſet inferior, tamen de Republica, ad comparationem talium virorum parum beneficii & poteſtatis habuit. Quanquam Archiepiſcopus Colonienſis, & dux Fridericus cum aliis quibuſdam Lutheringis cauſa iunioris Chunonis, vt fama fuit, imò hoſte pacis, Diabolo inſtigante, impacati diſcederent: qui tamen cito reuerſi, ad gratiam regis, propter eos quos communis conditio mortis præoccupauit, quicquid ipſe præce-

perat

perat, gratanter accipere, & Archiepiscopus Pilegrinus, quasi pro emendatione prioris culpæ impetrabat à rege, vt sibi liceret in Ecclesia Colonienſi reginam consecrare. De qua in sequentibus dicturus, nunc ad regem reuertar. Verè Dei nutu electus est in quo ipse prouidit testimonium, quod postea Rex accepit ab hominibus. Erat enim vir magnæ humilitatis, prouidus consilio, verax in dictis, strenuus in factis, minimum auarus, omnium regum, in dando liberalissimus, de cuius moribus postmodum plenius dixero. Illud † tantum hic dicendum est, quæ nequaquam potuit remanere vt ille non fieret Princeps, & maximus cui maximarum virtutum vigor inerat. Cum enim scriptum sit, gloriam præcedit humilitas, merito præcessit huius mundi glorioſos, cui regina virtutum adhærebat. Igitur non erat fas alicui in terra militare, quem DEUS omnipotens prædestinauit omnibus imperare.

† tamen

DE CONSECRATIONE REGIS.

PERACTA electione Regem sequi Maguntiam, vt ibi sacratissimam vnctionem acciperet, cum claritate maxima omnes properabant. Ibant gaudentes, clerici psallebant, Laici canebant, vtriq; suo modo: tantas laudes DEUM accepisse ab hominibus, vna die in loco nondum comperiebam. Si Carolus magnus cum sceptro viuus adesset, non alacrior populus fuisset, nec plus gaudere valeret de tanti viri reditu, quam de istius Regis primo accessu. Rex peruenit Moguntiam: ibi honore debito receptus, consecrationem suam omnib. desiderabilem deuotus præstolabatur. Ad quem benedicendum in die natiuitatis sanctę Marię, cum Archiepiscopus Moguntinenſis & omnis clerus solenniter se præpararent, inter sacra officia regiæ vnctionis Archiepiscopus hoc ad Regem vsus est sermone: Omnis potestas fluitantis seculi de vno fonte purissime deriuatur. Solet autem accidere, vt cum plures riuuli de eodem principio procedant, alio tempore sint turbidi, alio lucidi, fonte capitali in puritate sua permanente; Eodem modo quantum humana conditio creatorem & creaturam inter se conferre audet, de DEO Rege immortali & terrenis regibus coniicere valemus. Scriptum est enim omnis potestas à DEO est. Is omnipotens Rex regum, totius honoris auctor & principium, quando in Principes terræ alicuius dignitatis gratiam transfundit, quantum ad naturam principii, pura & munda. Cum autem peruenirent ad eos qui hanc dignitatem indignè tractauerunt, & eam cum superbia, inuidia, libidine, auaritia, ira, impatientia, crudelitate polluerint, sibi & omnibus subiectis, nisi pœnitendo se purgauerint, periculosum potum iniquitatis propinabunt. Oret & intercedat ad Dominum omnis Ecclesia sanctorum, vt dignitas, quæ hodie pura Domino & regi nostro Conrado præsenti a DEO præstatur, inuiolata quantum hominis est ab eo seruetur. Tecum & propter te nobis est sermo, Domine Rex, Dominus qui te elegit, vt esses rex super populum suum, ipse te prius voluit probare, & postmodum regnare: flagellat enim omnem quem recipit: dignabatur corripere quem voluerat recipere; placuit ei humiliare, quem proposuit exaltare. Sic DEUS Abraham seruum suum tentauit, & tentatum glorificauit. Sic Dauid famulum suum Saul regis iram, persecutionem, iniurias, & latibula deserti, fugam, exilium pati permisit, quem postea Regem glorioſissimum in Israhel fecit: Beatus qui suffert tentationem, quoniam hic accipit coronam. Non sine causa te DEUS exercuit; fructum sequentem in te dulcificauit: permisit te antecessoris tui Imperatoris Henrici gratiam perdere & eãdem iterum recipere: vt scias modo his misereri, qui perdũt gratiam tuam: passus es iniurias, vt nunc scias misereri sustinentibus iniurias: pietas diuina voluit te esse sine disciplina, vt post cœleste magisterium Christianum caperes imperium. Ad summam dignitatem peruenisti, vicarius es CHRISTI. Nemo nisi illius imitator verus est dominator: oportet, vt in hoc solio regni cogites de honore perenni. Magna felicitas est in mundo regnare, maxima autem, in cœlis triumphare. Cum vero Deus à te multa requirat, hoc potissimum desiderat, vt facias iudicium & iustitiam ac pacẽ patriæ, quæ semper respicit ad te: vt sis defensor Ecclesiarum & clericorum, Tutor

viduarum & orphanorum: Cum his & aliis bonis firmabitur thronus tuus hic & in perpetuum. Et nunc, Domine Rex, omnis sancta Ecclesia nobiscum rogat gratiam tuam pro his qui contra te hactenus deliquerunt & offensione aliqua gratiam tuam perdiderunt. Ex quibus est vnus, Otto homine, vir nobilis qui te offendebat, pro illo & reliquis omnibus clementiam tuam oramus, vt illis dimittas pro charitate DEI, quæ te hodie in virum alterum mutauit, & numinis sui participem fecit; quatenus ipse tibi eandem vicem pro vniuersis delictis tuis dignetur rependere. In hoc sermone Rex misericordia motus, ingemuit & vltra quam credi possit, effluebat in lachrymis. Deinde sicut Episcopi & Duces cum vniuerso populo flagitabant, omnibus quod aduersus illum deliquerant, dimisit. Hoc omnis populus gratanter suscipiebat. Omnes manifesta pietate Regis, præ gaudio plorabant:

Ferreus esset homo, qui plangere non potuisset,
Quod tantas culpas ignouit tanta potestas.

Et quanquam vindicare posset suas iniurias, si nunquam Rex fieret, tamen pro nulla tantæ potestatis fiducia ad vlciscendum aliquid reseruabat. Peractis decentissimè diuinis officiis, & regali consecratione, Rex processit, & sicut de Saul rege legitur, quasi ab humero sursum cunctis altior ibat, & veluti in quandam habitudinem antea non visam in illo transformatus, cum sacro comitatu alacri vultu, honesto incessu ad cubiculum rediit. Inde ad mensam regali apparatu receptus, eā diem regiæ speciei primitiuam officiosissime consumpsit.

DE DISPOSITIONE CVRIALI ET *de Regina.*

DE fidelitate facta Regi, minus necessarium dicere puto, frequenti vsu teste, quod omnes Episcopi, Duces & reliqui Principes, milites primi, milites gregarii, quin ingenui omnes, si alicuius momenti sint, regibus fidem faciant. Huic tamen sincerius & libentius iurando omnes subiiciebantur, similiter in dispositione curiali, quem Rex maiorem domus statueret, quos cubiculariorum magistros, quos infertores & pincernas & reliquos officiarios ordinaret, diu non est supersedendum cum illud breuiter dicere possim, quod nullius antecessoris sui ministeria aptius & honorificentius prouisa memini vel legi. Ad quam rem plurimum valuit ingenium Augustēsis Episcopi Brunonis & Wernheri Argentinensis Episcopi consilium. Sic etiam Werniharii militis, quem Rex longe antè cautum consiliis, audacem bellis, frequenter secum experiebatur. Superbos omnes dilecta Regis coniunx Gisela prudentia & consilio viguit, cui pater erat Herimannus Dux Alemanniæ. Mater eius Kerbirga, filia Conradi, Regis de Burgundia fuit, cuius parentes de Caroli magni stirpe processerant, vnde quidam de nostris in libello, quem tetralogum nominauit, & postea regi Henrico tertio, cum natalem Domini in Argentina ciuitate celebraret, præsentauit, inter alios, duos versus ædidit hoc modo:

Quando post decimam numeratur linea quarta,
De Carolo Magno procedit Gisela prudens.

Cum tantæ nobilitatis esset & formæ decentissimæ, minimæ extollentiæ fuit; In DEI seruitio timorata: in orationibus & eleemosynis assidua: & hoc vt secretius potuit: attendens illud Euangelicum; ne iustitiam suam faceret coram hominib. Erat enim liberalis ingenii, illustris solertiæ, auida gloriæ, non laudis, pudoris amās, fœminei laboris patiens, in cassum minimè profusa, in rebus honestis & vtilibus abunde larga, diues in prædiis, summos honores bene tractare perita. Hęc quorundam hominum inuidia quæ sæpe ab inferiorib. fumigat ad superiores, per aliquot dies à consecratione sua impediebatur. Cæterum si illud odium iuste an iniuste pertulerit, adhuc in quæstione moratur: tamen virilis probitas in fœmina vicit, & ex consensu & petitione principum consecrata, necessaria comes regem sequebatur. Hæc de regina, interim breuiaui, intermissis regalibus gestis: nunc ad eadem reuertar.

DE PRI-

DE PRIMIS GESTIS CHVONRADI *Regis.*

AD gesta inclyti regis Chonradi stylo reuoluto, quædam sunt dicenda, quæ in ipsa die consecrationis suæ fecerat; quæ licet parua videantur, mysterio tamen quodam magnifice pollent. Sed quoniam historia publica scribitur, quæ animum lectoris ad nouitatem rerum, quàm ad figuras verborum attentiorem facit, magis videtur congruere, ipsam rem integram persequi, quàm mysticis rationibus aliquid promiscuè commentari. In ipsa processione Regis tres venerunt ante illum, cum singulis querimoniis; vnus erat colonus Ecclesiæ Moguntinensis; alter pupillus fuit; & quædam vidua. Dum rex eorum causas audire cœpisset, quidam de Principibus suis auertebant eum, dicentes, ne consecrationis suæ aliquam moram faceret, & mature diuina officia audiret; respiciens ad Episcopos, vt vicarius CHRISTI, Christianissime respondebat, si meum est regimini insistere & id viri constantis est, nequaquam differre, quod apte fieri valet: rectius videtur mihi, facere quod debeo, quam quid faciendum sit, audire ab alio. Memini vos sæpe dixisse non auditores legis, sed factores iustificari. Si autem ad consecrationem, vt dicitis festinandum est: tantò cautius in opere DEI gressus meos conuenit mihi firmare: quantò me arduæ dignitati cognosco propinquare. Hæc dicens, in eadem statione moratus, vbi primum occurrerant illi calamitosi, passibus immotis legem præfecerat illis. Hinc paululum procedens, venit ante illum quidam, dicens, se expulsum esse patria omnino sine culpa: quem Rex per brachium apprehendens, super omnes circumstantes attraxit vsque ad solium suum, ibiq; causam miseri cuidam principum suorum diligenter commendauit. Felix initium regnandi cernitur esse, vbi plus festinatur ad faciendam legem, quàm ad benedicendum Regem. Abundantius erat in Rege studium miserationis, quàm desiderium consecrationis: per semitam iustitiæ incedebat, quando regium honorem petebat. Poterat dicere cum Psalmista; pes meus stetit in via recta. Firmauit se per gratiæ bonum priusquã conscenderet iudicialem thronum. Timebat præcipitari si non esset æquus in altitudine regali. Satis erat laudabile, inter noua gaudia, inter delicioſa regis ministeria, tot pauperum clamores audire, & eorum causas finire.

Noluit negligere, quod citò potuit regere. Renuit iustitiam dilatare, quoniam illud erat regnare. Distulit suam benedictionem propter regiũ honorem, scriptum est enim: Honor regis iudicium diligit.

In cunctis rebus nil sic prodesse valebit,
Sicut iudicium Regis ad officium.

Ita Rex in talibus causis, pro quibus maximè regia authoritas interpellari solet, hoc est pro Ecclesiarum, viduarum, orphanorum defensione, ad reliqua regimina sibi ea die viam præparauit.

DE ITINERE REGIS PER REGNA.

OMNIA regis itinera, & in quibus locis summas festiuitates Natalis Domini & Paschæ annuatim celebraret, non nimis necessarium narrare putaui, excepto quod id dicendum est ſicubi fuerat, ſiquid insigne & clarum acciderat. Si enim omnia obseruare vellem, ante me deficerent vires, quam materies. Ad gesta illius clarissima quanto ocyus potero, veniam, in quibus tantum gloriæ eminet, vt de minoribus silere, nemini fiat ingratum. Collecto regali comitatu Rex Chonradus primum per regionem Ribuariorum, vsque ad locum qui dicitur Aquisgrani palatium peruenit, vbi publicus thronus regalis ab antiquis Regibus, & à Carolo præcipue locatus, totius regni archisolium habetur. Quo sedens excellentissimè, Rempublicam ordinauit, ibique publice placito & generali concilio habito, diuina & humana iura vtiliter distribuebat: fama eius vires de virtutibus sumpsit: hodie quam heri pro tenore pacis præstantior: pro beneuolentiæ gratia

charior: pro regali comitatu honoratior habitus est omnibus. Quanquam enim literas ignoraret, tamen omnem clerum, cum amabiliter & liberaliter palàm, tum conuenienti disciplina secreto prudenter instituit. Militum vero animos in hoc multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit. Præterea in donariis, frequentibus, quibus eos fortia audere coegit sui similem in toto mundo non posse reperiri æstimauerunt. Suspiciosum est relatu, quam munificus fuit, quam iucundus, quam constantis animi, quantum imperterriti, bonis omnibus blandus, malis seuerus, in ciues benignus, in hostes acerbus, in rebus agendis efficax, quam maximo vsui foret regno, infatigabilis erat: in breui tantum proficiens vt nemo dubitaret, post Caroli magni tempora, aliquem regali sede digniorem non vixisse, vnde extat prouerbium, sella Chuonradi habet ascensoria Caroli. De hoc prouerbio, quidam de nostris in libello quem gallinarium vocauit, satyra quarta protulit hunc versum,

,, *Chuonradus Caroli premit ascensoria Regis*
,, *Talibus indiciis nomen seu gloria Regis.*

Gentium regiones transcendit, marinos fluctus transnatauit: passim diuulgabatur virtus, quæ inexhausto vigore semper emanabat. Reuersus Rex de Ribuariis ad Saxoniam venit, ibi legem crudelissimam Saxonum, secundum voluntatem eorum, constanti autoritate roborauit. Deinde à Barbaris qui Saxoniam attingunt tributa exigens, omne debitum fiscale recepit. Inde Baioariam & Orientalem Frãciam pertransiens, ad Alemanniam peruenit. Quo transitu regna, pacis fœdere & regia tuitione firmissimè cingebat.

QVALITER REX CVM ITALIS *placitauit.*

ANNO primi regni sui Chuonradus Rex diem sanctum pentecostes in Cõstantia ciuitate celebrauit; Ibi Archiepiscopus Mediolanensis Heribertus cum cæteris optimatibus Italicis Regi occurrebat, & effectus est suus, fidemque sibi fecit per sacramentorum & obsidum pignus, vt quando veniret cum exercitu ad subiiciendum Italiam, ipse eum reciperet, & cum omnibus suis ad Dominum & Regem publicè laudaret, statimque coronaret. Similiter reliqui Longobardi fecerant, propter Ticinenses, qui & alio nomine Papienses vocantur, quorum legati aderãt cum muneribus & amicis, molientes, vt regem pro offensione ciuium placarent, quanquam id adipisci à Rege iuxta votum suum nullo modo valerent. In qua autem re offenderint, breuiter absoluam. Erat in ciuitate Papiensi Palatium à Theoderico rege quondam miro opere conditum, ac postea ab Imperatore Ottone tertio nimis adornatum. Cognito autem obitu Imperatoris Heinrici antecessoris Chuonradi regis, vt mos est hominum semper in nouis rebus intemperanter se habere, statim Papienses inconsulto ad imbellem aulam ruentes

,, *Ausibus inlicitis fregerunt mœnia Regis.*

Totumque Palatium vsque ad imum fundamenti lapidem eruebant, ne quisquam regum vlterius infra ciuitatem illam Palatium ponere decreuisset. Ex qua audacia diu magna controuersia inter Regem & Papienses habita est. Dicebant Papienses, Quem offendimus? Imperatori nostro fidem & honorem vsque ad terminum vitæ suæ seruauimus: quo defuncto, cũ nullum Regem haberemus, Regis nostri domum destruxisse non iure accusabimur. Econtrario Rex, scio, inquit, quod domum Regis vestri non destruxistis, cum eo tempore nullum haberetis: sed domum regalem scidisse, non valetis inficiari: Si Rex periit, regnum remansit: sicut nauis remanet cuius gubernator cadit: ædes publicæ fuerant, non priuatę, iuris erant alieni, non vestri.

Alienarum autẽ rerum inuasores regi sunt obnoxii. Ergo vos alienæ rei inuasores fuistis, igitur Regi obnoxii estis. Huiuscemodi verbis pluribus instanter obiectis

fectis legati frustra tentatam pacem relinquentes abierunt. Reliqui verò Italici amplissimis donis à Rege honorati in pace dimissi sunt. Rex verò benè ordinato regno Sueuiæ ad castrum Turcicum perrexit, ibiq; quosdã Italicos qui ad Constantiam non venerant, ad dominium suum recepit. Inde post paucos dies ad Basileam ciuitatem peruenit.

QVOD REX CHVONRADVS BASILEÆ *Episcopum constituit.*

BASILEA ciuitas sita est in quodam triuiali confinio, id est, Burgundiæ, Alemanniæ & Franciæ: ipsa verò ciuitas ad Burgundiam pertinet. Hanc ciuitatem inuenit Rex vacuatam Episcopo, cuius prouisor Adelbero ante tres menses, quam Rex veniret, migrauit à seculo. Ibi simoniaca hæresis subito apparuit, & cito euanuit. Nam dum Rex & Regina à quodam clerico, nobili viro, nomine Vdalrico, qui ibi tunc Episcopus effectus est, immensam pecuniam pro Episcopatu susciperent: Postea Rex in pœnitentia motus, voto se obligauit, pro aliquo Episcopatu vel Abbatia nullam pecuniam amplius accipere, in quo voto penè benè permansit, sed filius eius tertius Henricus, qui postea Rex & Augustus effectus est, optime & sine omni scrupulo patrium votum expiauit, quia in omni vita sua pro omnibus dignitatibus Ecclesiasticis vnius oboli precium non dicitur adhuc accepisse. Rex verò Chuonradus colloquio regali habito Basileæ: & terminis Burgundiæ vltra voluntatem Rudolpi eiusdem Burgundiæ Regis diligenter præoccupatis, per Rhenum vsq; Saxoniam peruenit. Quare autem Rudolphi regis meminerim breuiter dicã. Iste Rudolphus Rex Burgundiæ dum in senectute sua regnum molliter tractaret, maximam inuidiam apud Principes regni sui comparans, secundum Heinricum Imperatorem, filium sororis suæ in regnum inuitauit, eumque post vitam suam regem Burgundiæ designauit, & Principes regni iurare sibi fecit. Ad quam rem commendandam Imperator Henricus infinitam pecuniam sæpe & sæpissimè consumpsit, sed defuncto Imperatore Heinrico Rudolphus Rex promissa sua irrita fieri voluit. Chonradus autem Rex magis augere quàm minuere regnum intẽtus, antecessoris sui labores metere volens, Basileam sibi subiugauit; vt animaduerteret, an Rex Rudolphus promissa attenderet. Quos postea Gisela Regina filia sororis ipsius regis Rudolphi bene pacificauit.

DE BOLISLAO DVCE SCLAuorum.

EODEM anno, quem supra notauimus, Bolislaus Sclauigena, Dux Bolanorum insignia regalia & regium nomen in iniuriam Regis Chuonradi sibi aptauit, cuius temeritatem cita mors exinaniuit. Filius autem eius Misico similiter rebellis fratrem suum Ottonem, quoniam Regis partibus fauebat, in Ruhhiam prouinciam pepulit. Qualiter verò eiusdem Misiconis proteruitatem & cuiusdam Vdalrici Ducis Boemiæ perfidiam Rex Chuonradus postea compesceret, in loco suo dicam.

DE INIMICITIA INTER REGEM ET *Ernestum Ducem.*

EODEM tempore, hoste pacis Diabolo suadente, Ernestus Dux Alemanniæ, Chuno Dux Franciæ, Fridericus Dux Lotharingorum, cum aliis pleriſq; contra Regem Chuonradum consenserunt, & multa molientes, multas munitiones in cassum præparantes, nihil nisi calamitatem futuram assecuti sunt: quos omnes Rex Chuonradus parui pendens, iter suum in Italiam cum copiis destinauit: sed Dux Ernestus humiliter iter eius prosequutus vsq; Augustam Vindelicam, interuentu matris suæ Reginæ, & fratris sui Heinrici adhuc paruuli aliorumque principum multum renuente Rege, vix in gratiam eius receptus est.

QVOD REX CVM EXERCITV *Italiam rediit.*

ANNO incarnationis CHRISTI MXXVI. Chunradus Rex consilio & petitione principum Regni filium suum Heinricum puerum Regem post se designauit, illumq; Brunoni Augustensis Ecclesiæ Episcopo, in tutelam commendauit: & supradictis hostibus suis insidias per filium, & cæteros fideles suos diligenter opponens, ipse cum exercitu copioso Italiam petere cœpit, in qua expeditione, supradictus Ernestus Dux Alemanniæ, aliquantulum Regi militans, Campidonensem Abbatiam, licet contra fas & ius esset, liberam rem nisi liberaliter seruire, in beneficium accepit à Rege, & ad tutandam patriam honorificè remissus est.

QVOD REX PAPIENSES AF- *flixerit.*

REx ingressus Italiam per Veronam inter Mediolanum & Papiam, Vercellas venit, ibiq; sanctum Pascha celebrauit. In ipsis diebus paschalibus Leo eiusdem ciuitatis Antistes, vir multum sapiens mundum cum pace reliquit, cui Hardericus Mediolanensis Canonicus successit. Rex vero iam totam pene Italiam planam suæ ditioni subiugauit: Papiensem vrbem, quoniam valde populosa fuit, subito capere non potuit: ipsos Papienses in gratiam recipere noluit, quia Palatium quod destruxerant in loco, vbi prius fuerat, reædificare adhuc renuebant, sed defensores eorum Adelbertum Marchionem, & Wilhelmum & cæteros principes in iisdem terminis mirabiliter opprimere cœpit; castrum eorum nomine Vrbam desolauit; & plura alia castella & munitiones firmissimas dissipauit. Ea tempestate grande malum factum est in Italia, propter contentiones Papiensium: multæ eorum Ecclesiæ, in circuitu cum ipsis castellis incensæ sunt: & populus qui illuc confugerat, igne & gladio periit: agri vastati sunt: vineæ truncabantur; exitum & introitum Rex prohibebat: nauigium abstulit: mercimonia vetuit: & ita per biennium omnes Ticinenses afflixit: donec omnia, quæ præcepit, omni dilatione postposita compleuerant.

DE SEDITIONE QVÆ RAVENNÆ *facta est.*

EODEM tempore Rex Chuonradus Rauennam intrauit: & cum magna potestate ibi regnauit. Quadam die miseri Rauennates litem cum exercitu Regis commouebant, & in multitudine sua confisi, exercitum de ciuitate expellere conati sunt: & per cuiusdam portæ Angustias eos, qui foris erant, prohibebant interioribus succurrere: Excitato tumultu bellum vndiq; capit ingraueſcere. Quidam in domibus hospites suos aggressi sunt: alii in plateis pugnabant; alii portas obsidebant; plures de muris; multi de turribus altis ignauum prælium cum saxis & sudibus commiserunt. Econtra Teutonici armis & ingenio reluctantes, factis agminibus ante & retro, Rauennates circumdabant: & sæuientibus gladiis viam ad inuicem facientes, eos, qui fuerant medii, mortuos aut sauciatos vel fugientes reliquerunt. Quidam comes nomine Eppo, optimus miles de Baioaria, cum Panone ciuitatem exiens, eos qui pontem superstabant subiugauit: & plurimi eorum per illum solum de ponte præcipitati, in aqua necati sunt. Rex vero Chuonradus, sicut erat in cubiculo, hanc seditionem intelligens, arma corripit, equum poscit, & egressus Atrium vti vidit Rauennates bello victos ad Ecclesias confugere, & vndiq; latibula quærere, misertus eorum, quoniam ex vtraq; parte sui erant, exercitum de persequutione ciuium reuocauit, & ipse in palatium se recepit. Mane autem facto Rauennates qui remanserant, in cilicio & nudis pedibus atq; exertis gladiis, vt lex eorum præcipit, victis ciuibus, ante Regem venientes, sicut ipse præcepit, omnibus modis satisfaciebant. Ibi Rex Chuonradus maximam munificentiam in quẽdam sauciatũ Teutonicum more solito, ostendit, cui pes cum magna parte supra talum in pugna penitus abscindebatur, cuius ocreas de corio factas rex afferri præcipiens vtramq; nummis iussit impleri, & super grabatum sauciati militis iuxta illum poni.

REX

REX PROPTER CALOREM IN MONTANA *secessit.*

EO tempore maximus calor Italiam vexabat, ita vt animalia multa & hominum multitudo inde periclitarentur. Rex verò Chuonradus nemini cedens, nisi soli Deo, & caloribus æstiuis, vltra Atim fluuium propter opaca loca & aeris temperiem in montana secessit, ibique ab Archiepiscopo Mediolanensi per duos menses & amplius regalem victum sumptuose habuit. Hinc decedens tempore autumnali, Italiam planam iterum peragrans, habitis consiliis, & regalibus colloquiis in opportunis locis, atq; rebelles in vincula mittens, regnum pacificauit, & sic pertransiens vsque ad confinium Italiæ & Burgundiæ peruenit.

QVOD LEGATI RVDOLPHI REGIS AD CHVONradum *Regem in Italiam venerunt.*

INchoante anno natiuitatis Christi MXXVII. Rex Chuonradus in Ipo regia ciuitate natalem Domini celebrauit: illuc Rudolphi regis Burgundiæ legati venerant, promittentes illum Romam venturum ad electionem & consecrationem Imperatoriam regis Chuonradi: quod rex gratanter accepit, & remissis legatis cum muneribus, ipse Padum transiens ad Romam tendere cæpit. Veniens autem ad Lucam ciuitatem, inuenit eam sibi aduersam cum Reginhero Marchione: ibi rex paululum moratus post paucos dies ciuitatem & Marchionem in deditionem acceperat, omnemque Tusciam sibi breuiter subiugauit, sicq; triumphando Romanam visitat arcem.

QVOD REX CHVNRADVS ROMÆ *Imperator est effectus.*

IGitur Rex Chuonradus Romam ingressus eodem anno, vt suprà, id est, à natiuitate Saluatoris MXXVII. indictione decima, à Papa Ioanne & vniuersis Romanis, regio honore mirifice receptus est: & in die Sancto Paschæ, qui eo anno VII. Cal. Apriles terminabatur, à Romanis ad Imperatorem electus, imperialem benedictionem à Papa suscepit,

Cæsar & Augustus Romano nomine dictus.

Quin etiam Regina Gisela Imperatricis consecrationem & nomen ibidem accepit. His ita peractis, in duorum regum præsentia Rudolphi regis Burgundiæ, & Cnutonis regis Anglorum, diuino officio finito, Imperator duorum regum medius ad cubiculum suum honorifice ductus est. In ipsis diebus Paschalibus inter Romanos & Teutonicos pro vili causa orta est seditio magna. Contendebant duo pro corio bouis, cumq; se inuicem pugnis cædere cæpissent, totus exercitus Imperatoris commotus est: & armati equites & pedites, ex vtraq; parte conuenerunt, ibi interfectus est ex nostra parte quidam iuuenis nomine Berrengarius, filius Lutoldi Comitis de Alemannia, multum nobilis & bellicosus nimis. Romani diu resistentes, ad extremum victi fugerunt, & innumerabiles ex illis perierunt. Imperator verò prædictum iuuenem, quoniam sibi dilectus & familiaris fuerat, iuxta tumulum Cæsaris Ottonis sepeliri præcepit. Postera die Romani, qui seditionem commouerant, ante Imperatorem venientes, nudatis pedibus, liberi cum nudis gladiis, serui cum torquibus vimineis circa collum quasi ad suspensionem præparati, vt Imperator iussit, satisfaciebant.

QVOD IMPERATOR IN APVLIAM *venit.*

FActa igitur pace inter Romanos & Teutonicos, Imperator in Apuliam processit: & Beneuentanum & Capuam, ac reliquas ciuitates illius regionis seu vi, siue voluntaria deditione sibi subiugauit, & Normannis, qui de patria sua, nescio qua ne-

ceſſitate compulſi, in Apuliam confluxerant, ibi habitare licentiam dedit, & ad defendẽdos terminos regni aduerſus Græcorum verſutias, eos principibus ſuis coadunauit. Cunctis rebus rite & proſpere ſibi cedentibus, Imperator reuerſus, præteriens Romam, iterum Italiam pertranſiit.

DE TYRANNO THASSELgaro.

EO tempore erat in Italia quidam tyrannus Thaſſelgart dictus, qui ſub tempore Heinrici Imperatoris multa facinora commiſit in regno: ſed per marinos receſſus & alias munitiones, quas habuit vltra modum tutas, Cæſaris Heinrici perſecutionem euaſerat. Erat enim nobilis genere, deſpicabilis in perſona, turpis in morib. magnus prædator Eccleſiarũ & viduarum. Hunc Imperator Chuonradus diligentiſſime inſequebatur, & inſidias ſibi ante & retro omnib. modis appoſuit. Qui dum à quodam ſuo caſtro fugere vellet in aliud, à militibus Cæſaris captus eſt. Quod dum audiret Imperator, cum magna feſtinantia properabat, ita vt fere centum milliaria Latina intra diem & noctem pertranſiret: cogitabat enim, vt more ſolito, iterum euaderet. Veniente verò Imperatore præſentatus eſt illi ipſe Tyrannus: Quem cum videret, fertur dixiſſe Imperator: Nonne eſt hic ille leo, qui deuorauit beſtias Italiæ? per S. crucem Domini, talis leo non comedet amplius de pane meo: & hoc dicens, ſtatim cunctis principibus regni adiudicantibus, præcepit illum in patibulum ſuſpendi. Quo ſuſpenſo, per omnem illam prouinciam pax & ſecuritas, diu latentes ſimul emerſerant.

DE CONIVRATIONE QVORVNDAM TEVtonicorum.

INterea morante in Italia Imperatore apud Teutonicos, magna inuidia, multa conſilia, multæ factiones aduerſus Imperatorem incaſſum eruperant. Vt enim à minoribus incipiam, & ad maiores perueniam, quidam Comes in Sueuia, Welfi nominatus, diues in prædiis, potens in armis, & Bruno Epiſcopus Auguſtenſis inuicem confligentes, multa mala in prædis & incendiis fecerunt in regno. Ad extremum prædictus Comes ipſam Auguſtam irrumpens, ærarium Epiſcopi deſpoliauit, & totam ciuitatem vaſtauit: quod poſtea, cogente Imperatore, totum reſtituit, & epiſcopo emendauit. Chuno Dux Wormatienſis, patruelis Imperatoris, nec fidus Imperatori, nec tamen multũ noxius illi, interim quietus manebat. Fridericus dux Lotharingorum, vitricus prædicti Chunonis Imperatori inimicando morte propria præuentus eſt. Erneſtus Dux Alemanniæ, priuignus Imperatoris Chuonradi nuper ab eo beneficiis & muneribus ſublimatus, diſcedens iterum, inſtigante diabolo, rebellionem moliebatur: & conſilio quorundam militum ſuorum, Alſatiam prouinciam vaſtauit, & caſtella Hugonis Comitis, qui erat conſanguineus Imperatoris, deſolauit. Deinde magno exercitu iuuenum collecto, Burgundiam inuaſit: & vltra caſtrum Solodurum, quandam inſulam aggere & vallo firmare cæpit: ſed Rudolphus rex Burgundionum veritus hoſtem Imperatoris recipere, ab incepto illum prohibuit. Inde reuerſus ſupra Turicum quoddam caſtrum muniuit, & Angienſem Eccleſiam nec non abbatiam S. Galli nimium diſtrahendo, non mediocre damnum patriæ intulit: ſic poſthabita lege & iuſtitia vſq; ad Imperatoris reditum iniquis conatibus inſiſtebat.

VBI DVX ERNESTVS SE DENVOreddidit.

PAce per totam Italiam confirmata, Imperator Chuonradus proſpero reditu in Alemanniam venit: & in Auguſta Vindelica colloquium familiare cum ſuis fidelibus tenens, de proditoribus patriæ tractare cæpit, inde ad oppidum, quod

Vlma

Vlma vocatur, veniens, colloquium publice condictum illic habuit: Huc Dux Erneſtus non voto ſupplice venit, confiſus in multitudine militum, quos optimos habuit, vt vel ſecundum libitum cum Cæſare ſe pacaret, vel inde per poteſtatem rediret: & habito colloquio cum ſuis, primùm monuit eos fidei ſacramentaliter promiſſæ: Dehinc hortabatur eos ne illum deſererent, ne honorem ſuum perderent, non decere eos immemores fore, in hiſtoriis patrum, ſemper Alemannos bonæ fidei & ſtabilitatis in dominos teſtimonium habere: & ſi ſibi fidi forent, illis præmia, poſteris eorum gloriam & honorem eſſe futurum. Talia dicenti duo Comites, Fridericus & Anſelmus pro cæteris reſpondebant, hoc modo: Nolumus inficiari quin vobis fidem firmiter promitteremus contra omnes, præter eum, qui nos vobis dedit: ſi ſerui eſſemus regis & Imperatoris noſtri, & ab eo iuri veſtro mancipati, non nobis liceret à vobis ſeparari. Nunc verò cum liberi ſimul & libertatis noſtræ ſummum defenſorem, interea Regem & Imperatorem noſtrum habeamus, vbi illum deſerimus, libertatem amittimus, quam nemo bonus, vt ait quidam, niſi cum vita, ſimul amittit. Quod cum ita ſit, quicquid honeſti & iuſti à nobis exquiritis, in hoc parere volumus vobis: ſi autem contra hoc vultis, illuc reuertemur liberaliter, vnde ad vos venimus conditionaliter. His auditis, Dux, cum ſe intellexiſſet à ſuis dimitti, ſine omni pactione Imperatori ſe reddidit: quem Cæſar in Saxoniam exulari fecit ſuper quandam rupem quæ Gibichenſtein dicitur, vt ibi caſtigatus à rebellione vlterius deſineret.

QVOD REX BVRGVNDIÆ IMPERATORI *occurrebat Baſileæ.*

IMperator pertranſiens Alemanniam, cunctos, qui ſibi rebelles fuerant, in deditionem recepit, & munitiones eorum deiecit: & perueniens vſque ad Baſileam, Rudolphum Regem Burgundiæ alloquitur: qui illic ſibi occurrebat, extra vrbem iuxta vicum, qui Mittenha dicitur: & habito familiari colloquio, Imperator regem ſecum duxit in vrbem. Confirmata inter eos pace, Giſela Imperatrice hæc omnia meditante, regnoque Burgundiæ Imperatori tradito, eodem pacto quemadmodũ prius anteceſſori ſuo Heinrico Imperatori datum fuerat; Rex iterum donis ampliatus cum ſuis reuerſus eſt in Burgundiam: Imperator verò deſcendens per Rhenum in Franciam venit, ibique Dux Chuono, patruelis eius, prius rebellis, ſe reddidit: quem Imperator in liberis cuſtodiis aliquantulum caſtigauit, deſtructiſque munitionibus ſuis, quas optimas habuit, in gratiam illum recepit: totumque in honorem ſuum ſibi reſtituit. Paulo poſt Adelbero Dux Hiſtrianorum ſiue Carintanorum, reus maieſtatis, victus ab Imperatore, cum filiis ſuis exulatus eſt: & ducatum eius iſte Chuono ab Imperatore ſuſcepit: quem ducatum pater eiuſdem Chuononis dudum habuiſſe perhibetur. Ita Dux Chuno fidus & bene militans Imperatori & filio ſuo Heinrico Regi, quouſque vixerat, permanſit.

DE LEGATIONE EPISCOPI ARGENTINENSIS.

EOdem tempore Werinharius Argentinæ ciuitatis Epiſcopus, ab Imperatore legatus Conſtantinopolim mittitur. Qui dum cauſa orationis Hieroſolymam pergere ſe fingeret; vt putauimus, iudicio Domini, quem fallere nemo valebit, mirabiliter prohibitus eſt. Nam dum magnum comitatum hominum, maiorem quoque mutorum animalium, equorum, boum, ouium, porcorum, multaſque delicias ſeculares vltra modũ ſecum educeret, perueniens in Vngariam, a rege Stephano contradicta eſt ſibi via, quod eo tempore nulli oratorum accidit. Inde reuerſus per Baioariam cum omni comitatu ſuo pergens Italiam intrauit: & multum circa fines Veronæ moratus, tandẽ cum maximo labore per Venetiam mare Adriaticũ ingreſſus, nauigio calamitoſo Conſtantinopolim peruenit: Cumque ab Imperatore

Græcorum honorifice ſuſceptus eſſet, ſecumq; ſatis familiariter conuerſaretur, deſiderare cæpit, vt Imperatoris auxilio Hieroſolymam adiret: quo deſiderio, ſemper aliqua re intercedente, nunquam potiri valuit. Sequenti verò tempore obiit, & ſepultus eſt in eadem vrbe, & epiſcopatum eius Wilhelmus Argentinenſis canonicus ſuſcepit. Legationis tamen cauſam poſtea Imperator Græcorum, aureis literis Imperatori Chuonrado reſcripſit.

QVOD IMPERATOR FILIVM SVVM HEINRICVM *cum regem conſecrari fecit.*

ANno Dom. MXXVIII. indictione XI. Imperator Chuonradus filium ſuum Heinricum magni ingenii & bonæ indolis puerum, ætate XI. annorum, principibus regni cum tota multitudine populi id probantibus, à Peligrino Archiepiſcopo Colonienſi in regalem apicem apud Aquiſgrani palatium ſublimari fecerat. Tunc in principali Dominica Paſchæ conſecratus & coronatus Paſchalem lætitiam triplicauit. Nam dum in ſuperioribus annis duas coronas, id eſt, patris & matris ſuæ mundus veneraretur, nunc tertia addita

Spes pacis creuit, quam Rex cum Cæſare fecit:

præſertim cum is coronatus eſſet, cuius ætas vita diuturna ſatis digna fuerat. Deinde diuerſa regna peragrantes, Cæſar per ſe Rex ſub tutore & actore Auguſtenſi Epiſcopo Brunone cunctos rebelles domabant & fœdera pacis vbique fœliciter firmabant.

DE OBITV EPISCOPI AVGVSTENSIS.

ANno ſeq. Imperator in Baioaria Ratiſponæ Paſcha celebrauit: ibi Bruno Epiſcopus Auguſtenſis defunctus eſt, cuius corpus Imperatrix proſequuta, cum filio Heinrico rege ad Auguſtam ſedem ſuam honorifice ſepeliri fecerunt: Nobilis n. valde fuit ipſe Epiſcopus Bruno. Nam dum eſſet frater Heinrici Imperatoris, filius erat materteræ Giſelæ Imperatricis, ſoror verò eiuſdem Epiſcopi nupta Stephano regi Vngarorum cauſa fuit Chriſtianitatis, primum in gente Pannonica. Epiſcopatum verò Auguſtenſem Eberhardus ſuſcepit.

QVALITER DVX ERNESTVS DVCATVM *accepit & ſtatim amiſit.*

ANno Dom. MXXX. Imperator Chuonradus apud Ingelnheym, Paſcha celebrauit. Ibi Erneſtus ſuprà memoratus Dux Alemanniæ, à cuſtodia ſolutus, ducatum recepit, eo tenore, vt Wehelonem militem ſuum, qui multis factionibus regnum turbauerat, quaſi hoſtem Reip. cum omnibus ſuis perſequeretur, idq; ſe facturum cum ſacramento confirmaret. Quod cum rex facere nollet, hoſtis publicus Imperatoris diiudicatus eſt, & penitus ducatu amiſſo cum paucis inde receſſit. Imperator verò ducatum Alemanniæ Hermanno iuniori, fratri eiuſdem Erneſti dedit, eumq; Warmanno Conſtantienſi Epiſcopo cõmendauit. Imperator verò communi conſilio omnium Principum regni eund. Erneſtum & cunctos iuſtitiæ & paci reluctantes ab Epiſcopis excommunicari fecit, eorumq; res publicari iuſſit. Ipſa Imperatrix Giſela, (quod dictu eſt mirabile) ſed actu laudabile, filium inconſultum ſapienti matito poſtponens, publicam fidem dedit omnibus, quicquid illi accidiſſet, nullam vltionem, neq; malum animum pro hac re ſe reddituram fore.

QVOD IMPERATOR SVPER VNGAROS *cum exercitu venit.*

EOdem tempore multæ diſſenſiones inter gentẽ Pannonicam & Baioarios, culpa tamen Baioariorum factæ ſunt: ita vt Stephanus rex Vngarorum multas incurſiones & prædas in regno Noricorum, id eſt, Baioariorum faceret: vnde commotus Imperator Chuonradus cum grandi exercitu ſuper Vngaros venit. Rex autem Stephanus minime ſufficiens aduerſus Imperatorem, orationibus & ieiuniis in vniuer-

vniuerso regno suo indictis, præsidium Domini tantummodo flagitabat. Imperator tam munitum regnum fluuiis & syluis intrare non valens, multis tamen prædationibus, incendiis circa terminos regni iniuriam suam satis vlciscens, reuersus est: volēs tempore opportuniori cæpta sua peragere. Sed filius suus Rex Heinricus adhuc puerulus, Eigelberto Frisingensi Episcopo creditus, legatione Stephani regis pacem rogantis accepta, vnico consilio principum regni, patre nesciente, gratiam reconciliationis annuit: iuste & sapienter agens, qui regem iniuste iniuriatum, vltro petentem gratiam recepit in amicitiam.

QVOD DVX ERNESTVS AVXILIVM PETIIT *ab Odone Comite.*

INterea dum hæc agerentur, præfatus Ernestus ducatus dignitate priuatus, multa cogitans, multa moliens, qualiter Imperatori resisteret, magnos labores in vanum consumpsit. Qui assumpto Vuehelone milite suo cum aliis paucis perrexit in Franciam Latinam ad Odonem Comitē propinquum suum. Nam mater Odonis, & mater Giselæ Imperatricis fuerant sorores. A quo dum consilium & auxilium peteret, siue nollet, siue non auderet, nihil solatii contra Imperatorem sibi dedit.

QVALITER DVX ERNESTVS PERIIT.

DVx verò Ernestus reuersus, iterum in Alemanniam venit, ibiq; in quadam eremo, quæ Nigra sylua dicitur, in locis tutissimis moratus, præda miserabili per aliquod tempus viuebat. Ad extremum dum à militia Cæsaris vndiq; coarctaretur, quidam, qui Imperatori fauebant, equos, quos Dux, & omnes sui optimos habebāt, per insidias in pascuis exceperunt. Dux verò, perditis equis, in quibus cōfidebat: nihil pensi plus habens in tanta perturbatione, quid ageret, dubitabat: collectis tamen vndiq; qualibuscunq; equis, quos habere poterat, cum omnibus, quos tunc habuit, egressus est sylua, secum deliberans, melius esse honeste mori, quàm turpiter viuere. Cumq; peruenissent in saltus syluarum ad illam regionem Alemanniæ, quæ Bara dicitur: viderūt castra deserta, quæ priori nocte hostes occupauerant: confestim perceperunt sibi insidias parari. Nam Manegoldus Comes, miles Imperatoris, de Augensi Abbatia magnum beneficium habens ab Imperatore, & Vuarmanno Constantiēsi Episcopo, qui tunc vice Ducis Heremanni Alemanniam gubernabat, præsidio locatus fuerat, ne Dux Ernestus prædas aut incendia faceret in regione. Statim Dux Ernestus & assecutores sui nimiū alacres effecti sunt, existimantes iniurias suas citò vlturos fore in hostibus: arreptoq; itinere, suos insecutores insequi cœperunt. Eadem intentione Manegoldus Comes, & qui cum illo fuerant, huc & illuc progredientes itinera Ducis diligēter obseruabant. Hac occasione vtrinq; collata, ita coniuncti sunt, vt se inuicem videre & affari possent. Erant autem ex parte Manegoldi multò plures milites, quàm de parte Ducis.

Nec mora, congressi pugnabant acriter omnes.

ex parte Ducis, ira, ferocitate, audacia incitati, ex altera parte pro gloria, pro remuneratione adducti. Hi, qui cum Duce fuerant, cum nihil de vita cogitarent, omnes ad interitum properabant. Dux verò cum nemini parceret, in hoc prælio, neminem sibi parcentē inuenit, & à plurimis vulneratus, postremo interfectus, occubuit. Ibi cecidit †Wecilo Comes, miles Ducis, cuius causa hæc omnia acciderant: Adelbertus & Iwerin nobiles viri & alii multi interfecti sunt ibi. Ex altera parte ipse Manegoldus Comes, author huius congressionis, cecidit, & plures alii secum. Corpus Ernesti Ducis in Constantiam delatum, prius accepta indulgentia à potestate Episcopali, pro excōmunicatione, in Ecclesia S. Mariæ sepultum est. Corpus Manegoldi in Augia subterratum est.

al. Wchelo

Accidit hoc bellum semper miserabile multum,

XV. Cal. Septemb. Hoc cum nunciatum esset Imperatori, fertur dixisse,

Raro canes rabidi fœturam multiplicabunt.

RVDOLPHVS REX BVRGVNDIÆ OBIIT,

& Odo †regnum eius inuasit.

al. Vdo

ANno Dom. MXXXII. Rudolphus rex Burgundię, auunculus Giselæ Imperatricis
al. Vdo obiit in pace, cuius regnum Comes †Odo Frācigena, filius sororis suæ inuasit, & quædam castra munitissima siue ciuitates, seu dolo, seu bello ceperat: nec se Regem ausus est facere, nec tamen regnum voluit dimittere. Referebat quidam illum dixisse sæpe, quod nunquam rex fieri, sed tamen semper magister esse regis vellet. Eo modo magnam partem Burgundiæ distraxit, licet regnum Burgundiæ Cunrado Imperatori & filio eius Henrico regi, à Rudolpho rege, postquam ipse superstes non esset, per iusiurandum iamdudum confirmatum esset. Sed dum Odo Comes hæc in Burgundia faceret, Cunradus Imperator in Sclauonia cum armis fuerat. Quid ibi ageret, vel qualiter postea Odonem repulisset de Burgundia, consequenter dicam: Supra dictus Bolislaus Dux Bolanorum mortuus, reliquit duos filios, Misiconem, & Ottonem. Misico dum fratrem suum Ottonem persequeretur, expulerat eum in Russiam. Dum ibi aliquantum tempus miserabiliter viueret, cæpit rogare gratiam Imperatoris Cunradi, vt, ipso imperante & iuuante, restitueretur patriæ suæ. Quod dum Imperator facere vellet, decreuit, vt ipse cum copiis ex vna parte, ex altera frater Otto Misiconem aggrederentur. Hunc impetum Misico ferre non valens, fugit in Boemiam ad Vdalricum Ducem, cui tunc temporis Imperator iratus fuerat. Sed ille vt sic placaret Imperatorem, voluit sibi reddere Misiconē: quod pactum sceleratum renuit Cæsar, dicens, se nolle inimicum emere ab inimico. Otto restitutus patriæ, & Dux factus à Cæsare, dum post aliquod tempus minus caute ageret, à quodam familiari suo clam interfectus est. Tunc Misico omnibus modis quærebat gratiam Imperatricis Giselæ, & reliquorum principum, vt mereretur redire ad gratiam Imperatoris. Cæsar misericordia motus dedit sibi veniam, & diuisa prouincia Bolanorum in tres partes, Misiconem fecit Tetrarcham: reliquas duas duobus aliis commendauit: sic imminuta potestate minor facta est temeritas. Defuncto Misicone Casimirus filius eius fideliter seruiebat huc vsque Imperatoribus nostris.

QVOD IMPERATOR CVM FILIO SVO

Heinrico rege Burgundiam adiit.

ANno Domini MXXXIII. Imperator Cunradus cum filio suo rege Henrico natalem Domini in Argentina ciuitate celebrauit: Inde collecto exercitu per Solodorum Burgundiam intrauit, & veniens ad Paterniacum monasterium in purificatione Sanctæ Mariæ, à maioribus & minoribus regni, ad regendam Burgundiam electus est: & in ipsa die pro rege coronatus est: deinde quædam castella, quæ Odo inuaserat, obsedit, sed propter nimiam asperitatem hyemis, quæ tunc fuerat, valde impediebatur. De qua nimietate frigoris quidam de nostris centenos versus fecit, quos Imperatori præsentauit; in quibus tam mirandæ res dicuntur, quod equi in castris circa castellū Murat, si pedes infixissent terræ, per teporē diei aliquid moliti, per noctem ita gelati constringerentur, vt nequaquam, nisi securibus & sudib. de terra in circuitu gelata euelli potuissent. Quidam verò, qui non habuit adiutorium, equum proprium ita hærentem interfecit, & corium de cruribus sursum abstulit: reliquum terræ gelatæ infixum dimisit. Homines quoque multum confundebantur hoc algore: erat enim vna facies iuuenum & senum: omnes erant die & nocte cani & barbati propter horridum rigorem glaciei: licet plures iuuenes & imberbes fuissent ibi: & tamen

Vix hæc causa fuit, quod Cæsar bella reliquit.

Imperator reuersus ad Turcicum castrū peruenit: ibi plures Burgundionum, regina Burgundiæ, iam vidua, & Comes Hupertus, & alii, qui propter insidias Odonis in Burgundia ad Imperatorem venire nequiuerunt, per Italiam pergentes, occurrebant sibi: & effecti sui, fide promissa per Sacramentum sibi & filio suo Henrico regi, mirificè donati redierunt.

QVOD

QVOD IMPERATOR SVPER ODONEM CVM *exercitu venit.*

EIusdem anni æstate Imperator cum exercitu suo super Odonem Comitem in Gallias Francorum venit, dicens, si Odo in Burgundia res alienas iniuste quæreret, de suo proprio, iuuante Deo, aliquid perdere deberet. Tunc in regno Henrici regis Francorum, in prædiis tamen & beneficiis Odonis tantas deuastationes & incendia fecit Imperator, vt ipse Odo necessitate cõpulsus humiliter veniens, quæreret veniam, promittens, Burgundiam dimittere, & secundum iussionem illius sibi satisfacere. Sic Imperator cum suo honore, & Odonis damno reuersus est.

QVALITER IMPERATOR ODONEM EXPVlit *de Burgundia.*

ANno Domini MXXXIV. Imperator in Baioaria Ratisbonæ Sanctum Pascha celebrauit. Huius anni æstate dum Odo præfatus promissa nõ attenderet, sed adhuc quandam partem Burgundiæ, quam iniuste inuaserat, obtineret: Imperator Cunradus, expeditis Teutonicis & Italis, Burgundiam acute adiit: Teutones ex vna parte, ex altera Archiepiscopus Mediolanensis Heribertus & cæteri Italici, ductu Huperti Comitis de Burgundia, vsque Rhodanum fluuium conuenerunt. Augustus veniens ad Geneuensem ciuitatem, Geroldum principem regionis illius, & Archiepiscopum Lugdunensem atq; alios quàm plures subegit: & reuersus castrum Murat cum fortissimis militibus Odonis munitum obsidens, vi cepit, & quos intus inuenerat, captiuos duxit. Cæteri fautores Odonis hoc audientes, solo timore Cæsaris fugerunt: quos persecutus Cæsar omnino exterminauit de regno, & acceptis de principibus Burgundiæ multis obsidibus, rediit per Alsatiam ad Imperatricem. Nam dum ille in Burgundiam pergeret, Imperatrix secuta est eum vsque Basileam. Inde reuersa ad Argentinam ciuitatem, expectauit reditum Imperatoris. Eo tempore filia Imperatoris Cunradi & Giselæ Imperatricis Mathilda nimiæ formositatis puella Heinrico regi Francorum desponsata obiit Wormatiæ, ibiq; sepultâ est.

Mathilda filia Saliqui Cæsaris.

QVOD REX HEINRICVS SCLAVOS *subiugauit.*

INterea dum hæc, quæ superius dicta sunt, Imperator in Burgundia faceret, filius suus Heinricus Rex, licet in puerilibus annis non segnius Reip. cõsuluit in Bohemia & in cæteris regionibus Sclauorum: vbi & Vdalricum Ducem Bohemiæ, & reliquos quàm plures Cæsari aduersantes, strenue subiugauit, & redeunti patri occurrens, de duplici victoria duplex gaudium populis effecerat. Deinde collectis copiis de Saxonia super eos qui Luttizi (al. Lintizi) vocantur, quiq; olim Semichristiani, nunc per Apostaticam nequitiam omnino sunt Pagani, Imperator venit: ibique conflictum implacabilem mirabiliter diremit. Inter Saxones enim & Paganos fiebant ea tempestate multæ dissensiones & incursiones: Cumque Cæsar veniret, cæpit quærere, ex qua parte pax, quæ diu inuiolata inter eos fuerat, prius corrũperetur. Dicebant Pagani à Saxonibus pacem primitus confundi, id per duellum, si Cæsar præciperet, probari. Econtrà Saxones ad refellendos Paganos similiter singulare certamen, quamuis iniuste contenderent, Imperatori spondebant. Imperator consulentibus principibus suis, licet non satis caute ageret, hanc rem duello diiudicari inter eos permisit. Statim duo pugiles congressi sunt, vterq; à suis electus: Christianus in sola fide, quæ sine operibus iustitiæ mortua est, confidens, & non diligenter attendens, quod Deus, qui veritas est, omnia in vero iudicio disponit, qui Solem suum oriri super bonos & malos facit: qui pluit super iustos & iniustos: audacter pugnare cæpit. Paganus autem solam conscientiam veritatis, pro qua dimicabat, præ oculis habens, acriter resistebat. Postremò Christianus à Pagano vulneratus cecidit. Ex qua re Pagani in tantam elationem & audaciam

venerunt, vt nisi Imperator adesset, continuo irruerent super Christianos, sed Imperator ad compescendas incursiones eorum cõstruxit castrum Wirbinam, in quo præsidia militum locabat, & Principes Saxoniæ, vt vnanimiter resisterent Paganis, Sacramento & Imperiali iussione constringebat, deinde reuersus est in Franciam. Sequenti verò anno idem castrum à Paganis dolo raptum est, & plures nostrorum, qui in eo erant, ab eis occisi sunt. Hinc commotus Imperator iterum cum copiis vsque Albim fluuium venit. Sed cum Pagani transitum prohiberent, Imperator per aliud vadum fluuii, partẽ exercitus latenter transmisit: & ita fugatis hostibus, ipse per ripam, liberam regionem ingrediens, immensis deuastationibus & incendiis, vbiq; nisi in locis inexpugnabilibus sic humiliauit eos, vt censum ab antiquis Impp. propositum, & iam auctum Cunrado Imperatori postea persoluerent. Multum enim laborauit Cunradus Imperator prius, & tum in gente Sclauorum: vnde quidam de nostris quoddam breuiarium versifice fecit, quod postea Imperatori præsentauit. Ibi legitur, qualiter Imperator interdum in paludibus vsq; femora stabat, pugnans ipse, & exhortans milites vt pugnarent; & victis Paganis nimis acriter trucidabat eos pro quadam superstitione illorum nefandissima. Nam fertur, vt quodam tempore effigiem ligneam crucifixi Domini nostri Iesu Christi scelerato ludibrio habuissent Pagani, & in eam spuerent, atq; colaphis cæderent, ad extremum oculos eruebant, manus & pedes truncabant. Hæc vlciscens Imperator de captis Paganis maximam multitudinem pro vna effigie Christi, simili modo, truncauit, & varia morte deleuit. Idcirco in eisdem versibus, Cæsar vltor fidei vocatur, & Romanis principibus Tito & Vespasiano compatatur, qui in vltionem Domini triginta Iudæos pro vno nummo commutauerant, cum Iudæi Christum pro totidem denariis vendiderint. Reuersus Imperator, quicquid obstaculi in regno inuenit, imperiose disiecit. Eodem anno Adelbero Dux Carantanorum Imperatoris gratiam perdens, ducatum amisit, & in exilium missus est.

DE CONIVRATIONE ITALORUM.

ITem eodem tempore magna & modernis temporibus inaudita confusio facta est Italiæ, propter coniurationes quas fecerat populus contra Principes. Coniurauerant enim omnes valuasores Italiæ, & gregarii milites aduersus dominos suos, & omnes minores contra maiores, vt non paterentur aliquid inultum sibi accidere à dominis suis supra voluntatem ipsorum: dicentes, Si Imperator eorum nollet venire, ipsi per se legem sibimet facerent. Hoc cum nunciatum esset Imperatori, fertur dixisse: Si Italia modò esurit legem,

Concedente Deo bene legibus hanc satiabo.

Et præparans se anno sequenti, Italiam cum copiis intrauit. Interea principes Italici male conceptam coniurationem periculum generare posse scientes: conuenerunt simul cum minoribus, & prius exhortationibus & consiliis hoc recens malum destruere conabãtur: cum hoc non procederet, tentabant bello superare, sed inito prælio, minorum incredibilis multitudo sola impressione cæteruarum vicit. Ibi Episcopus Astensis indigna statione periit, cæteri fugerunt, & nimium confusi aduentum Imperatoris ægre expectabant.

QVOD REX HEINRICVS FILIAM †CVnittonis regis in coniugium duxerit.

al. Chunonis

ANno Domini MXXXVI. Heinricus Rex filius Imperatoris, Cnittonis Regis Anglorum filiam nomine Chunelindem pro regina consecratam, regalibus nuptiis in coniugium duxit. Eodem anno, vt dictum est, Imperator Cunradus cum filio Henrico rege Italiam intrauit cum exercitu, & celebrauit natalem Domini Veronæ, anno Dominicæ incarnationis MXXXVII. Inde ad Mediolanum veniens ab Heriberto Archiepiscopo magnifice receptus est in Ecclesia Sancti Ambrosii. In ipsa die (nescimus cuius consilio) pene grauis tumultus factus est populi Mediolanensis

nensis, quærentis ab Imperatore, si vellet fauere coniurationi eorum. Vnde commotus Imperator, præcepit, vt omnes in vrbe Papiensem ad generale colloquium venirent. Quod dum factum esset, cunctis reclamantibus, legem fecit Imperator. In ipso placito quidam Hugo Comes, & alii quàm plures Italici appellabant Archiepiscopum Mediolanensem pro multis causis, quibus eos offenderat. Imperator verò vocato Archiepiscopo, præcepit, vt satisfaceret omnibus. Quod dum Archiepiscopus renueret, sensit Imperator, omnem illam coniurationem Italiæ ipsius consilio factam esse. Et mox, comprehenso illo retinuit in sua potestate. Deinde commendauit eum in custodiam Poponi Patriarchæ Aquilegiensi, & Chunoni Duci Carentanorum, qui ab eis ductus est cum Imperatorio vsque Placentiam ciuitatem. Quidam nocte quidam de familiarib. Archiepiscopi collocauit se, vice ipsius, in lecto, quo ipse iacere solebat, & superducto coopertorio latuit, vt ita falleret custodes. Archiepiscopus adducto sibi equo à quodam, fugit, & veniens Mediolanū, à suis cum magno gaudio susceptus est. Deinde quicquid poterat moliri contra Imperatorem, non prætermisit. Imperator quæque castella sibi aduersa destruxit, & iniquas coniurationes Italiæ, iusta lege reducta, exinaniuit, & veniens Rauennam, Sanctum Pascha ibi celebrauit. Eodem anno in Italia tres Episcopi Vercellensis, Cremonensis, Placentinus apud Imperatorem accusati sunt: quos Imperator comprehensos exulari fecit. Quæ res displicuit multis, sacerdotes Christi, sine iudicio damnari. Referebant nobis quidam, piissimum nostrum Henricum Regem, filium Imperatoris, salua reuerentia patris, clam detestari præsumptionem Cæsaris in Archiepiscopum Mediolanensem, atque in istos tres: & meritò, quia sicut post iudicialem sententiam depositionis nullus honor exhibendus est, sic ante iudicium magna reuerentia sacerdotibus debetur. Eodem anno præfatus Comes Odo de Francia in regno Imperatoris quædam loca inuadens à Gozelone Duce Lothatingorū, & filio suo Godefrido, & Gerhardo Comite atque à militia Episcopi Metensis, pugna commissa cum illo, fugiendo interfectus est, & vexillum eius Cæsari in Italiam allatum, hostem interemptum testabatur. Eo tempore Imperator Mediolanenses nimium afflixit: & quoniam vrbem antiquo opere & maxima multitudine munitam, capere non poterat, quod in circuitu fuerat, igne & gladio consumpsit.

DE MIRACVLO QVOD ACCIDIT IN *die Pentecostes.*

EOdem tempore, dum Imperator quoddam castrum Sancti Ambrosii, quod Curbitum dicitur, iuxta Mediolanum obsideret: accidit ibi quod plures pro miraculo habuerunt. In Dominica Sancta Pentecostes ante horam tertiam de magna serenitate cæli subitò fulmina cum tonitruis eruperunt tantæ fortitudinis, vt multa pars hominum & equorum periret in castris: quidam præ tanto terrore in excessum mentis venerunt, ita vt post aliquos menses vix illis sensus redierit. Venientes autem, qui extra castra fuerant, nec vidisse nec audisse aliquid tale dicebant. Eo tempore Imperator archiepiscopatum Mediolanensem Ambrosio Mediolanensi canonico dedit, licet illi ista donatio parum profuisset. Nam ciues Mediolanenses, quicquid habuit idem Ambrosius in illorum territorio, demoliebantur, & suum archiepiscopum Heribertum vsque obitum eius cum honore retinuerunt, sed tamen cum gratia Henrici regis filii Imperatoris, quod plenius in gestis regis, si Deus voluerit, exequar. Eodem tempore Papa Cremonæ occurrebat Imperatori, & honorifice receptus, & dimissus, Romam reuersus est. Imperator dispersо exercitu per regiones ipse ad montuosa loca secessit, propter refrigerium, quoniam ea æstate magnus calor imminebat.

DE SEDITIONE, QVÆ FACTA EST *in Parma.*

EOdem anno hyberno tempore collecto exercitu, Imperator transcendens Padum ad Parmam ciuitatem venit, ibi natalem Domini celebrauit, inchoante an-

no Dominicæ incarnationis MXXXVIII. In ipsa die natiuitatis Domini inter Teutonicos & ciues Parmenses magna seditio orta est, & quidam bene valens vir Cunradus infertor ciborum Imperatoris cum aliis interfectus est. Vnde commotus exercitus gladiis & igne ciues aggreditur, & Imperator post incendium magnam partem murorum destrui præcepit, vt eorum præsumptionem non fuisse inultam hæc ruina aliis ciuitatibus indicaret. Deinde Imperator transcendens Apenninum montem in Apuliam tendebat. Imperatrix verò Romam, orandi gratia, venit, inde ad Imperatorem reuertitur. Imperator a. ad terminos imperii sui perueniens, Troiam, Beneuentanum, & Capuam, aliasq; ciuitates Apuliæ, lege & iustitia stabiliuit: Dissensiones, quæ erant inter Nortmannos extraneos & indigenas, sola iussione sedauit: & cunctis offensionibus de regno sublatis, fœliciter reuersus, Viennam venit. Ibi dispositis obsidionibus, & insidiis aduersus Mediolanenses, qui adhuc sibi rebelles fuerant, cæterisq; rebus ad voluntatem suam per regnum compositis, patriam reuisere decreuit. Eo tempore propter nimium calorem nimia contagio pestilentiæ exercitum inuasit: neq; ætatibus, neq; personis pepercit. Ibi regina Chunelindis, coniux Henrici regis XV. Calend. Augusti quasi in limine vitæ, ingressu mortis, occubuit, relinquens tantummodo solam filiolam de rege, quam postea pater Christo desponsans in Abbatissam consecrari fecit. Filius Imperatricis Hermannus, dux Alemannorum, iuuenis bonæ indolis, & in rebus bellicis strenuus, eadem peste grauatus; inter manus peritissimorum medicorum V. Calend. Augusti non sine magno imperii detrimento obiit. Eodem mense atque sequenti, maxima multitudo exercitus, morbo contacta, periit. Corpus reginæ tenerum & delicatum, aromatibus cõditum, cum Rege, & Imperatrice ductum ad Germaniam, in præpositura Lutburg sepultum est. De Duce statutum fuerat, vt in Constantiam ciuitatem Alemãniæ duceretur; sed calore nimio obstante in Tridento sepelitur.

Filia Henrici regis.

QVOD IMPERATOR FILIO SVO REGI *Burgundiam tradidit.*

EOdem anno Stephanus Rex Vngarorum obiit, relinquens regnum Petro filio sororis suæ. Reuersus Imperator in Baioariam, ægrotantem exercitum medicinis & consilio reficiebat: & dum omne regnum serenitate pacis inuenisset illustratum, eiusdem anni autumno Burgundiam adiit, & conuocatis cunctis Principibus regni, generale colloquium habuit cum eis: & diu desuetam atq; pene deletam legem tunc primum Burgundiam prælibare fecerat. Transactis tribus diebus generalis colloquii quarta die, primatibus regni cum vniuerso populo laudantibus, atque rogantibus, Imperator filio suo Heinrico regi regnum Burgundiæ tradidit, eique fidelitatem denuo iurare fecit. Quem Episcopi cum cæteris principibus in Ecclesiam Sancti Stephani, quæ pro capella Regis Soloduri habetur, deducentes hymnis, & canticis Deum laudabant, populo clamante, & dicente, quod pax pacem generaret, si rex cum Cæsare regnaret. Reuersus Imperator per Basileam descendẽs, Franciam orientalem & Saxoniam, atque Frisiam,

Pacem firmando, legem faciendo reuisit.

DE OBITV IMPERATORIS.

ANno Dominicæ incarnationis MXXXIX. dum Imperator Cunradus iam in filio suo rege Heinrico regni rem, imperii autem spem bene locatam confideret: cumq; pene omnia per regnum ad libitum suum inclinata videret, ipso anno diem sanctum Pentecostes apud Traiectum ciuitatem Frisiæ celebrauit, vbi cum sacratissimam solennitatem venerando, magnificè cum filio & Imperatrice coronatus procederet ad mensam, mediocri dolore correptus est, tamen ne tantæ diei lætitiam perturbaret, dolorem dissimulauit. Sequenti die, cum morbus letalis vehementer insisteret, Imperatricem cum filio rege ad prandium exire iubet de cubiculo. Interea Imperator finem sibi imminere sentiens, sicut in vita sanus, in actu semper constans & strenuus fuit, ita in extremis nihil segnioris fidei permansit: & vocatis Episcopis,

scopis, corpus & sanguinem Domini, & crucem sanctam cum reliquiis Sanctorum apportari fecerat: & erigens se cum lacrymis valde affectuosis, in confessione pura & oratione intenta, Sanctorum communionem ad peccatorum remissionem deuotissime accipiens, Imperatrici & filio regi Henrico per fida monita valedicens, ex hac vita migrauit XI. Nonas Iunii, feria II. indictione VII. Viscera Imperatoris apud Traiectum condita sunt, & rex locum sepulturæ donis & prædiis ampliauit. Reliquum corpus ab Imperatrice & filio rege, vt optime excogitari poterat, inuolutum & reconditum vsq; Agrippinam Coloniam vectum, per cuncta cœnobia illius ciuitatis atq; Moguntiæ seu Wormatiæ, siue illorum, quæ in medio fuerant, omni populo lo sequente & orante deportatum, incredibili oratione & †magnis eleemosynis pro redemptione animæ factis; tricesima octaua, qua obdormiuit, die, in Spira ciuitate, quam ipse Imperator, sicut & postea filius, multum sublimauit, honorifice sepultum est. Nam gratiam Cunrado Imperatori Deus addidit, quod non vidimus, neq; audiuimus tantas lamentationes vniuersorum, tot orationes, tales eleemosynas alicui Imperatorum corpore insepulto factas, & sicut percepimus referente Episcopo Henrico Lausanensi, cum cæteris Burgundionibus, qui illum de obitu vsq; sepulturam prosecuti sunt, filius Cæsaris, Heinricus rex ad omnes introitus Ecclesiarum, & ad extremum ad sepulturam humeros suos corpori patris vltra modum humili deuotione, suppossuit: & non solum quod filius patri in charitate perfecta, sed quod seruus Domino in timore sancto debet, hoc totum rex patri defuncto studiosissime exhibuit. Hæc de Imperatoris Cunradi gestis breuiter scripsimus, de quibus, si quicquam intactum omnino dimisimus; hoc inauditum esse à nobis credatur. Si autem aliquid strictius, quàm rerum magnitudo se extenderet, dictum est, illud propter commoditatem legentis factum esse veraciter attestabimur. Pro quo quidam de nostris cantilenam lamentationum fecerat, quam postea filio suo Henrico Regi in Constantia ciuitate præsentauit, quas lamentationes hic, quoniam eiusdem operis sunt inserere, non incongruum putauimus.

al. multis.

VERSVS PRO OBITV CVNRADI IMperatoris.

1 *Qui vocem habet serenam, hanc proferat cantilenam,*
De anno lamentabili & damno ineffabili
Luget omnis homo, forinsecus & in domo
Suspirat populus Dominum, vigilando per somnum,
Rex Deus, viuos tuere, & defunctis miserere.

2 *Anno quoque millesimo nono & trigesimo*
A Christi natiuitate nobilitas ruit late
Et Cæsar caput mundi, & cum illo plures summi,
Occubuit Imperator Cunradus legis amator,
Rex Deus, viuos tuere, & defunctis miserere.

3 *Eodem † fere tempore occasus fuit gloriæ,* al. verò
Ruit stella matutina Chunelindaregina,
Heu quantum crudelis annus, corruerat Herimannus
Filius Imperatricis, Dux † timidus inimicis al. timẽdus
Ruit Chuno Dux Francorum, & pars magna seniorum,
Rex Deus, viuos tuere, defunctis miserere.

4 *Imperatoris gloria sit nobis in memoria,*
Et recenti mentione, viuat vir indolis bonæ.
Fiat dominator probus, frequenti carmine nouus,
Præclara fama post mortem, vitæ præstet hunc consortem,
Rex Deus, viuos tuere, defunctis miserere.

5 *Regum sanguine genitus, omnes præcellit penitus*
Glorioſus in persona, pulcher † sub sua corona, al. fuit sub
Sceptrum, regnum, imperium, nulli erat plus congruum

Reimpublicam honeſtauit, huius cauſa laborauit.
Rex Deus, viuos tuere, defunctis miſerere.

6 *Poſtquam repleuit Franciam, per pacis abundantiam*
Mitigauit Alemannos & omnes regni tyrannos,
Saxonibus & Noricis impoſuit fræna legis,
Vidit ſua magnalia probabilis Italia.
Rex Deus, viuos tuere, defunctis miſerere.

7 *Roma ſubiecit ſe primum à ſummo vſque ad imum,*
Experti ſunt Rauennates in bello ſuo primates,
Sentiebant Veronenſes inuicti Cæſaris enſes,
Heſperia ſe proſtrauit, imperanti ſupplicauit.
Rex Deus, viuos tuere, defunctis miſerere.

8 *Reuerſus Alemanniam inuenerat calumniam,*
Quam hic diſſipauit Cæſar vt ventus pulueris inſtar,
Omnes ſimul perierunt, qui prædatores fuerunt,
al. ſunt exulati. *Et ciues præſtantiſſimi idcirco † facti exulari.*
Rex Deus, viuos tuere, defunctis miſerere.

9 *Nil moratus Imperator pacis vbicunque dator,*
Bellum intulit Paganis ne noceret Chriſtianis,
Non defendit eos palus, nulla fuit aquis ſalus,
Bene coercebat Sclauos, Barbaros, & omnes prauos.
Rex Deus, viuos tuere, defunctis miſerere.

FINIS WIPPONIS.

GERMA-

GERMANICARVM ANTIQVITATVM THESAVRVS:

Vel

Traditionum Fuldenſium Libri tres.

IN QVIBVS PRÆTER TEMPORVM ET FAMILIARVM EXPLICATIONEM EXACTISSIMA FVLDENSIS VETERIS PROVINCIÆ Chorographia & partium omnium deſcriptio continetur.

QVORVM LIBRORVM SIMILES SI MVLTI ET CVIVSque prouinciæ proprii ſupereſſent, deſiderari ad perfectam antiquæ Germaniæ illuſtrationem nihil poſſet.

PRIMVS LIBER POSSESSIONVM ET TRADITIONVM ECCLESIÆ FVLDENSIS.

TRADITIO BONORVM IN HIRVZFELD VEL BEOGO ET Hnutilingen & VVintgraben.

DOMINVS ac redemptor noſter DEI filius admonet dicens: date elimoſinam, & ecce omnia munda ſiunt vobis. Idcirco ego in Dei nomine Burgarad presbyter dono pro animæ meæ remedio, vt veniam in futuro conſequi merear, dono per hanc epiſtolam ad monaſterium S. Bonifacii in pago Grapfeld conſtructo in loco nuncupante, qui dicitur Fulda vbi ſtyrmi Abbas cum turbâ plurima monachorum præeſſe videtur, hoc eſt, in locis nuncupantibus: Hiruzfeld ſeu beogo, in marca & Niſartano & in hnutilingam vna hobunne. Et in alio loco nuncupante Wintgraba ſitum in pago Salageuui, quicquid ibidem ad me noſcitur peruenisſe, tam terris, domibus, ædificiis, ſyluis, campis, pratis, aquis, aquarumq; decurſibus: quicquid in hæreditatem mihi conuenit, ad præfatum monaſterium in elimoſynis, & ſubſtantia monachorum ibidem habitantium Chriſto protegente volo eſſe donatum atq; firmatum. Ea ſcilicet ratione, vt dum ad viuo, ipſa hæreditate ſub vſu beneficio tantummodo abſque vllo præiudicio & deminutione aliqua ipſius monaſterii per veſtram precariam ex colere debeam. Et poſt meum diſceſſum quandoq; vobis placuerit, vos & ſucceſſores veſtri in Dei nomine perpetualiter recipiatis poſſidendum, habendi, tenedi, & quicquid elegeritis faciendi liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Si quis vero (quod futurum eſſe non credo) ſi aliquis de hæredibus meis aut vlla oppoſita perſona vllo vnquam tempore contra hanc epiſtolam donationis meæ fieri decreuerit aut eam infrangere conatus fuerit, iuxta pœnam ſeculi inferat partibus ipſius monaſterii, cum cogente fiſco auri libras centum, argenti pondo centum eſſe multandum. Et quod repetit quiſquã euindicare non valeat. Sed præſens epiſtola donationis & deuotionis meæ firma & inuiolata permaneat ſtipulatione ſubnixa: actum ſub die XVI. Calend. Februarii anno IIII. regnante Carlo Francorum rege.

Traditio mancipiorum & bonorum Hadaburgi & ſororis.

AMmonente ac dicente filio Dei, date elimoſynam, & ecce omnia munda ſiunt vobis. Idcirco ego in Dei nomine Hadaburg atque huoca, ſoror mea tradi-

mus pro animæ noſtræ remedio vel pro abluēdis peccatis noſtris ad monaſterium, quod dicitur Fulda, vbi venerabilis vir abbas ſtyrmi, cum plurima turba monachorum præeſſe videtur, quicquid proprium habere & poſſidere videamur, totum & ad integrum tradimus atque transfundimus ad ſupradictum monaſteſterium: ita tamen, vt vſque ad obitum noſtrum per veſtram precariam poſſidere & excolere nobis poteſtatem tradatis. Poſtquam vero de hoc ſeculo migrauimus, Vos, & ſucceſſores veſtri quicquid nos proprium poſſidere videmur, cum omni parte meliorata in veſtram poteſtatem accipiatis. Hæc ſunt nomina mancipiorum, quæ tradimus, Libolf, Hruadrih, Egino, Hruadhart, Engilmiet, Anamuot, Adalhart, Theotmarato, Liutfrid, Hadufrid, Mierolt, Gundlind, Erpfgant, Theotgart, Totta, Theotſuuind, Eggihilt, Giſahilt, Hruadgart, Reginlind, Williſuuind. Siquis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi aliquis de noſtris amicis hanc traditionem infringere voluerit, iram trinæ Maieſtatis incurrat. Inſuper & ferat partibus ipſius monaſterii, cum cogente fiſco auri libras centum, argenti pondo centum, ſignum Ceruuig, ſignum Weringoz, ſignum Faſtolf, ſignum Sigiperaht, ſignum Weſant, ſignum Waning, ſignum Svvidmuot.

Traditio bonorum & mancipiorum in Lurungum, & in Sulzidorfer Marca.

EGo itaque Landrat trado in elimoſinam meam S. Bonifacio ad Fuldam totum quicquid proprietatis habeo in Lurungum, & in Sulzidorpfero Marcu, niſi tamen in Lurungum x x. morales, id eſt, lugeres & vnam arialem, hoc foras demitto in illa ſilua, quæ eſt in Lurungum. Cæterum in ſupradictis locis totum trado cum terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, ædificiis, omnibus adiacentiis. Et hæc mancipia, Hramuolf, Albuuart, Waldrih, Bilidrud, cum omnibus rebus & ædificiis, niſi tamen per veſtram præcariam illud habeam vſq; obitum vitæ meæ, poſt obitum meum hanc rem, vos & ſequaces veſtri vlterius habere firmiſſimam habeatis poteſtatem. Actum in monaſterio Fulda, die v i i. menſis Aprilis: Ego Aſger ſcripſi, ſignat Halux, † Regino, † Sigifrid, † Baldung, † Wigrih, † Bruni, † Nordman, † Madalheim, † Grifo † Bernger.

Traditio mancipiorum in Tulba.

EGo itaque Mima ancilla Chriſti trado in elimoſynam meam S. Bonifacio Chriſti martyri, in pago Salageuue, in villa, quæ vocatur Tulba hæc mancipia, cum omnibus rebus ſuis, Adalof, Anthad, Ata, Faſtun, Theotlind, Alatun, Chunirat, Erlolf, Hiltiburg, & filia eius iunior: hæc mancipia ſic trado ad ſupra dictum ſanctum, ea ratione, vt per veſtrum beneficium illa habeam mihi ad fruendum vſque obitum meum. Poſtea vos & ſequaces veſtri illa habere incontradicta perenniter firmiſſimam habeatis poteſtatem. Actum in monaſterio Fulda die i v. menſis Octobris ego Aſger ſcripſi & teſtibus confirmaui.

Signat mimum, quæ hoc fieri voluit & rogauit, † hruadperathes, † Thancrates, † Walafrides, † Neriperahtes, † Oten, † Hungeres, † Waren, † Muoten, † Anulen, † Meginoltes, † Waltolfes, & ſignum Ratfrides.

Traditio bonorum iuxta Scammunfuldam fluuium.

EGo itaque Freibraht trado ad monaſterium ſancti Bonifacii martyris terram, ſyluam & illam marcam, ſicut eſt mea iuxta fluuium Scammun fulda in elimoſynam meam, & coniugis meæ vnruohtu, & filii mei Amalhæres. Ita, vt poſt obitum noſtrum trium illi ſerui Dei, qui in ſupradicto monaſterio ſunt, habere perenniter firmiſſimam habeatis poteſtatem, culmo ſubnixam. Actum in monaſterio Fulda, die i. menſis Maii. Ego Aſger ſcripſi.

Traditio

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Hnutilingen.

EGo Nanduuig in pago Salageuue & in villa Hnutilingi quicquid proprietatis habeo, & quatuor mancipia, Starcolf, Vuillihelm, Ratila, Nandrih, cum omni sumptu eorum trado ad S. Bonifacium, & traditum sit post obitum meum vobis in vsum. Actum ad Fuldam die nona mensis Aprilis: Asger fecit.

De eadem villa.

EGo Leidrat in supradicto pago vel villa totum trado quicquid proprietatis habeo & tria mancipia, hartperaht, helmsuuind, hruadflat, & traditum sit post obitum meum ad S. Bonifacium in elimosinam meam.

Traditio bonorum in Muotuuinesheym.

EGo Rohing in pago Vueringeuue, & in villa Muotuuinesheim & in silua boehoma, iuxta alueum fluminis Sinna totum quicquid proprietatis habeo, trado ad S. Bonifacium & hæc mancipia: Perahtsuuind, Meginhart, cum omnibus rebus suis, traditumq; sit post obitum, in elimosinam meam. *Pagus VVeringoes.*

Traditio quinque mancipiorum.

EGo itaque Engilbertus & vxor mea Rosmuot non immemores facinorum nostrorum tradimus ad S. Bonifacium in elimosinam nostram mancipia quinq;, vt aliquam delictorum nostrorum veniam cõsequi mereamur. Et hæc nomina mancipiorum: Friduhart, Otgart, Alblaug, Willigart, Regingart. Hæc traditio facta est in villula Wilaresfelde intra basilica: hi sunt testes traditionis. Signum Engilberti, qui hæc tradidit, signũ Mattoni clerici, signum Ereanberti clerici, signum Sigiboti, signum Leidrati, signum Hruadheri, signum * Aitthuringi, signum Tolemari, signum Irpsingi. *Aitthuringi.*

Traditio bonorum in Ostheim & Munirichestat.

EGo itaque vuldarniu in elimosinam meam trado ad S. Bonifacium, quicquid proprietatis habeam in pago Salagauue, in villa Ostheim, & in villa in alio loco, qui vocatur Munirichestat, totũ & integrum, id est, arialis, domibus, ædificiis, terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, omnibusq; adiacentiis: & hæc mancipia cum cunctis suppellectilibus eorum: & omnibus rebus quicquid habent, quorum nomina hæc sunt: Snellung, Oadalmar, Vzzo, Ratsuuind, Wigheri, Meginheri, Oadalniuui, Helpfolf, Ima, Tuoto, Albniuui, Rihuuini, Willibraht, Reginniuui, Nãdheri, Ruadmar, Ratheid, hæc omnia cum illorum sumptu, & quicquid ex illis augmentatum & laboratum fuerit. Ea ratione, vt post obitum meum supra dictam rem melioratam & incontradictam absq; vllo homine, vos & sequaces vestri exinde vlterius perenniter possideatis. Et hæc traditio coram testibus inferius scriptis peracta est, & culmo subnixa. Actum in monasterio Fulda die VII. mensis Iunii. Et ego Asgen scripsi.

Signum Vnuuanes comitis, † Suuidperahtes, † Sigipotes † Theoleiches, † vverinoltes † leidrates † amalperahtes † eggeoltes, † hahperathes † adalmanes.

Traditio bonorum in Marca ad fluuium Slidinam.

IN Christi nomine ego Helpfrat quicquid proprietatis habeo in illa Marca, quæ est super fluuio fliedina ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi venerabilis Paugolf abbas præesse videtur, trado in elimosinam meam & coniugis meæ Anshilte, & filiæ meæ Hiltiu, totum & integrũ, id est, siluam, campum, prata, pascua, ædificia, alia confinia, quicquid sit mobile & immobile quadrupediarum, septem mãcipia cum omnibus rebus suis post obitum nostrum, id est, meum Helpfrates, & cõiugiis meæ Anshilte, & filiæ meæ Hiltiu, vt quisquis ex nobis lõgius vi-

uat per precationem supradicti venerabilis Baugolfes abbatis, & cunctæ familiæ S. Bonifacii habeat illud vsq; ad exitum vitæ suæ, post obitum nostrum vos, posterique vestri supradicta re frui vlterius sicut placet liberam firmissimamque habeatis potestatem, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda die 27. mensis Augusti.

Traditio bonorum in Baldmunteshut.

DOminus ac Redemptor noster Dei filius admonet: dicens date elimosinam, & ecce omnia mũda fiunt vobis. Idcirco ego in Dei nomine Gunderus trado ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi venerabilis vir paugolf Abbas præesse videtur, hoc est, quod trado partem meam, & quæ ad me pertinere videntur in loco nuncupato Baldmunteshus, ea scilicet ratione, vt ego & filius meus Batto illud dum ad viuimus habeamus, & qui alium super vixerit similiter vtatur illo censu dispositio, vt semper post tres annos amphoram mellis demus. Post obitum vero nostrum amborum vobis vel successoribus vestris illa causa, vt libet, in contradicta in omnicus sit potestas. Actum in monasterio Fulda sub die 111. Calendas Martii. Ego Einhart scripsi, signum gundheres, qui hanc chartam fieri rogauit, † signum Batten, filii eius, † signum Fertinges.

In Christi nomine ego Einhart & coniux mea Engilfrit donamus atque tradimus ad S. Bonifacium, vbi vir venerabilis Paugolf abbas, cum turba plurima monachorum monasterio præesse videtur, hoc est, quod donamus quicquid in vrithorpfe proprietatis habemus, exceptis vero haftunnis, & vno mancipio, quidquid aliud est, quod habeo, hoc trado, ea ratione, vt dum ego ad viuo habeam illud, similiter & coniux mea, si illa me super vixerit vtatur illico. Post obitum vero nostrum amborum vos & successores vestri, res memoratas vlterius perẽniter possideatis, stipulatione subnixa: Actum die VIII. Idus Iunii. Ego Einhart scripsi.

Liberalis traditio in multis Pagis & villis.

DOminus ac redemptor noster Dei filius admonet nos dicẽs, date elimosinam, & ecce omnia mundafiunt vobis. Idcirco ego in Dei nomine Matto, & frater meus Megingoz donamus pro remedio animarũ nostrarum, & pro abluendis peccatis nostris, vt veniam in futuro consequi mereamur, donatumque in perpetuum esse volumus per hanc epistolam traditionis ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, constructum in pago, Grapfeld, vbi venerabilis vir Paugolf abbas, cum turbâ plurima monachorum præesse videtur, sicut enim superius dictum est, donamus atque tradimus ad præfatum monasterium portionem hæreditatis nostræ, & quicquid proprium habere videbamur in locis, quorum hæc sunt nomina. Einfirst, hæc est cella nostra iuxta fluuium sala: Et in pago Asefeld, in quinque villis, in pago salageuue, in villa quæ dicitur Isanhus: In pago Grapfeld in villa, quæ dicitur Wangheim, in pago Weringrauue, in villa, quæ dicitur Hesinlar. Iterum in ipso pago, in villa, quæ dicitur tungidi. Similiter in villa, quæ dicitur Pinuzfeld: similiter in villa, quæ dicitur Haholtesheim: similiter in villa, quę dicitur Steti: similiter in villa, quæ Buhhulidi. Et in pago Rinahgauue, in villa vocata Gisenheim. In pago Grapfeld, in villa nuncupata Strocheim: Similiter in villa Sulzifeld, & in villa, quæ dicitur heripse, & in villa dicta suuollunga, & in villa nuncupata Theodorpf, & in villa nominata hrannunga, & in pago Gozfeld: in villa, quæ vocatur Suuanafeld: similiter in villa Isanesheim, & in villa Pleihfeld marcam in siluis iuxta ripam fluminis Moines, in villa nuncupata heidia, & in villa vocata Botolfestat, in pago Waldsaze, in villa Pirchanafeld, in istis locis omnibus duas partes quicquid Macco pater noster proprium habuit totum & integrum donatum esse volumus atq; firmatum. Ea scilicet ratione, vt dum ad viuimus, ipsam portionem sub vsu, beneficio tantummodo sine deminutione aliqua ipsius monasterii per vestram precariam excolere debeamus.

Pagus Asefeld.
Pagus Salageuue.
Pagus Grapfeld.
Pagus VVeringauu.
Pagus Rinngauu.
Pagus Gozfed.
Pagus VValdsaze.

Post

Post nostrum vero amborum discessum absq; vllius Iudicis interpellatione, vel contradictione vllius hæredis Vos & successores vestri cum omni re emeliorata, & in exquisita in quibuslibet rebus, quicquid postea inuentum fuerit, ad supra dictum monasterium, in Dei nomine habendi, tenendi & quicquid ex inde elegeritis faciendi, liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si aliquis de nostris heredibus & pro hæredibus vllo vnquam tempore contra hanc epistolam donationis nostræ venire tentauerit aut eam infrangere conatus fuerit, iram trinæ maiestatis incurrat & diuinam vltionem super se recipiat. Insuper & iuxta pœnam seculi inferat partibus ipsius monasterii cum cogente fisco auri libras, argenti pondo & quod repetit quisquam, vindicare non valeat: Sed præsens epistola donationis & deuotionis nostræ omni tempore firma & inuiolata permaneat, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda die XIII Calendas. Maii, anno viceſſimo, regnante Carlo rege Francorum & Longobardorum & Patricio Romanorum. Ego Einhart rogatus scripsi: signum mattonis & megingozi, qui hanc traditionem fecerunt, signum vnuanes comitis, signum Sigiboti † Votilo † suuidpraht † gerbraht † halabing, † adalbraht † theolcich † terbuuin † pernolt † Iaring † Phenteo † araheo † vvolahfrid † meginpraht † Wighart, † hreitolf. Item vestitionis testes iidem ipsi, qui & supra nominati sunt cuncti.

Traditio bonorum & mancipiorum in Perahtleibeshusen & wintgraben.

DVm vnusquisq; in hac fragili & caduca mortalis habitet vita, opus habet pro trãsactis cũ terrestrib⁹ substantialib⁹ æternã sibi cœlestẽq; vitã mereari & corporalia lucra in animæ vertere vsum. Idcirco Ego Suolista dono atq; trado in elimosinam meã & fratris mei perahtleibes per manum auunculi mei Engilbrahtes, traditumq; in perpetuum esse volo quicquid in pago salageuue, id est, in perahtleibeshuson iuxta flumen scuntra, & in villa Wintgrabom ipse supra dictus germanus meus perahtleib manu potestatiua mihi tradiderat. Et nobis ambobus nostri hæreditauerunt parentes, id est, in terris, siluis, campis, pratis pascuis, aquis aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt, sigimunt, gundacar, sallung, albung, sigimar, meginolt, aldolf, vvito, Eracar, vvalafrid, ratmar, fridurat, folerat, Baldung, adalger, meginharth, Vnare gozilo, foleuuin, nordhilt, alphilt, thiotbisg, thiotilt, baldhilt, magin, Sindhilt, vuerinniuui, Lantvviz, artuuin, meginuuart, neosta: cum omni eorum suppellectili & sumptu. Ea scilicet ratione trado hæc omnia vt per vestram precariam totũ illud possideã ad vitam meam, vt habeam vnde hoc mortale nutriam corpus & meam vetulam suffulciam senectutem. Post obitum verò meum & exitum de hac præsenti vita Vos & successores vestri tenendi, habendi, fruendi, possidendi firmam & incontradictam ad vtilitatem vestram & in elimosinam meam in omnibus habeatis potestatem. Scripta hæc chartula traditionis in monasterio fulda anno XXVIII. regnante domino Carlo glorioſissimo rege Francorum. die 2. nonis Iunii. Signat Engilperath, signat sigibot, signat suuidperaht, signat suuidbot, signat hruadperaht, signat adalman, signat leidrato, signat gerbrhat, signat Eggiolt, signat amalperath, signat liutheri, signat Irminperath, signat theoleih, signat folemar, signat gotahelm, signat Iring, signat sandarat, signat rihperaht, signat friduuuin, signat theotbald, signat adalhart.

Traditio bonorum & mancipiorum in VVintgraber & Hrannunger marca.

EGo in Dei nomine vvalahfrid dono atq; trado in elimosinam meam ad S. Boni faciũ quicquid proprietatis habeo in vvintgrabono marcu & in Hrannungero marcu, & quicquid mihi pater meus & mater & fratres hæreditauerunt, & proprio

elaboratu acquisiui,id est,in terris,siluis,campis,pratis,aquis,aquarumue decursibus,domibus,ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt: Vualdger, hruadmunt,vvalgoz,hruadroh,hruoduuart,asolf,otilo,freholf,vvizolf,vvaning, nuono, ratger,gisalheri,balduuig,belding,hiltrun,adalrun,vvoflind, liuta,gozhilt, rathilt, albuuiz,ratolf,onsuuind,reginburg,theotburg,Vota,vvillihilt,hruadhilt, alphilt, alpsuuind,Egimuot,Elimuot cum omni eorum supellecti & sumptu: Ea scilicet ratione trado hæc omnia, vt per vestram precariam illa omnia possideam ad vitam meam: Et post obitum meum vxor mea vvilliquema, & post nostrum amborum discessum filii & filiæ nostræ ad vitam illorum suas singuli possideant partes. Post omnium vero nostrum de hac præsenti vita discessum Vos & successores uestri ad vtilitatem vestram & in elimosinam nostram cuncta, quæ tradidi, tenendi, habendi,possidendi firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta hæc chartula traditionis in monasterio Fulda,anno XXXII. regni domni Caroli glorioſissimi regis Francorum,mense Augusto,die VI. calendas septembris. Signum vvalahfridi & vxoris eius vvilliquemum,qui hanc chartam traditionis fieri rogauerunt,† hruadprahti ✠ theoleichi † amalperahti ✠ suuidperahti † siginandi † leidrahtli, † gerbrahti † alauuih † suuidpoti † eggolti † ercampoti ✠ pohingi ✠ ercamprahti ✠ sandrati ✠ friduuini ✠ eginoni † vverinharti.

Traditio bonorum & mancipiorum in marca & villa Chizzige.

EGo in Dei nomine Hunger dono atque trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium quidquid in pago salageuue & in villa chizziche & in marcu eius proprietatis habeo,absq; XXII. iugerib. inter prata & terrã araturiã,& sex oues & duas vaccas cum totidem vitulis. Cæterum totum atq; integrum dono atque trado, id est,in terris, siluis, campis,pratis,pascuis, aquis, aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt: Prunolf, fridurat, blidrat, cum omni eorum suppellectili & sumptu: Ea scilicet ratione trado hæc vt per vestram precariam illud possideam ad vitam meam. Post obitum vero meum de hac præsente luce Vos & successores,tenendi,habendi,fruendi firmam & incontradictam in omnib⁹ habeatis potestatem. Scripta hæc chartula traditionis in monasterio Fulda, anno XXXIII. regni domni Caroli glorioſissimi regis Francorum,mense Iunii, die XI. Calend. Iulii † signum suuidperaht † signum Irminperaht † signum altcarli, ✠ signum alauuihes † signum ercanpot, ✠ ercanpraht, ✠ signum sigidegan ✠ signum dinguuin ✠ signum heribraht † signum ruadhart, † signum erpfung † & vvigbraht ✠ heriuuig, ✠ signum ratheri † signum ginoz, ✠ signum spiligern.

Donatio bonorum & mancipiorum in Adalfrideshusen.

EGo Lantfrid pro salute animæ meæ dedi in Ecclesiam beati Bonifacii martyris omne patrimonium meum,& omnem hæreditatem meam quicquid mihi Iure dimisit pater meus,& quicquid ego acquisiui post obitum eius, id est mancipia XIIII. quorum nomina sunt hæc,vverdheri, & vxor eius, nomine adalbirin & filii eorum his nominibus VValtheri, Baldheri,leobbirin,hruadbirin,vvilliperaht & vxor eius vvingdeo,& filli eorum regindeo, arndeo, Ostarhilt,liuto, & reginelf, & vxor eius liubila, & domus mea,& omnia quæcunque habere potui in mobilibus & immobilibus,& terram quam habui inuico nuncupato ad adalfrideshusum cum campo & silua, & prato & pascuis,& in alio vico qui situs est iuxta tulbam cum campo & silua, & prato & pascuis & omnia in omnibus quæcunque habere potui in Salageuue firma permaneant ad Ecclesiam S. Bonifacii supra scripti martyris.

Donatio bonorum in Hnutilinger marca.

In Dei

IN Dei nomine Ego itaque Buto quicquid mater patris mei Ichenilli in hnutilingero marcu hæreditauit, dimidiam partem de illo trado in elimosinam patris mei ad monasterium S. saluatoris quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius in corpore quiescit.

✠ signum buten, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, ✠ burguuarti, ✠ signum vvaltolfi † signum duoto † signum alttuom † signum rihmunt † signum Ebarolf, † signum meginolt, † signum gabo, † heio, † signum reginuuart, † signum reginheri † signum Eburhart, † signum hunolt, † signum vvortuuin † signat rathad rogatus.

Traditiones singulares, numero duodecim.

TRadit suoliſta quicquid proprietatis habuit in pago salageuue, id est, in berahtleibeshusum & in vvintgrabon, nomina mancipiorum hæc sunt: Sigimunt, gundacar, snallung, albung, sigimar, meginolt, altolf, vvito, Eracar, vvalahfrid, ratmar, fridurat, folcrat, baldung, adalger, meginhart, vvarg, gozilo, folcuuir nordhilt, albhilt, theotbirg, theothilt, magin, sindhilt, vverinniuui, Lātuuiz, meginuuart, neosta, hæc traditio fuit anno xxvi ii. Caroli: signant engilbraht, sigibot, suuidbot, hruodbraht, adalman, leidrat, gerbraht, amalbrhat, liutheri, Irminbraht, Theotleih folemar, gotahelm, Iring, sandrat, rihpraht, friduuuin, theotbald, adalhart.

II. Altpraht presbyter traold & fratrueles eius, id est, albuuin, presbyter & heimbraht, quicquid habuerunt in heimmengeshusum, & in ascfeldon nec non & in Niuuiheim. Nomina mancipiorum, Albraht, heliduuat, ferting, engiltrud, Vodildrut, ratgoz, folcleih, friduuuiz, folrat, zeiztomo, albhart, albgart, hruodila, hruodolf, egifrid, enstila heriolf, leibolf, adaluuih, folcmar, anno xxii. Caroli ✠ signum vvaldbraht, presbyteri, albuuin presbyteri, Heymbraht, hruodpraht, heribraht, gerhart, suuidpraht, hahpraht, meginpraht, alauuih, theothleih, ercanboto, berahtoloh.

III. Matto tradit & megingoz, id est, in einirste, & in Isanhus & pinuzfeld, similiter in haholtesheim & in stetim, & buchilidi; & in rinahgeuue, in gisanheim, & in stecheim, in grapfeld, & in lulzifeld, & in herphe, & in villa suollunga & theotdorf, & sannunga, & in gozfeldum. In sunanafeld & Isanesheim, & pleihfeld, & in heidia, & in botolfesstat, in pago vvoldsaze, prinnafeld anno xx. Caroli. Signum vneuuani comitis, mattoni, sigibot, Votilo, suuidbraht, gerbraht, halabing, adalpraht, theoleih, terbuuin, bernolt, phenteo, araheo, vvalahfrid, meginbraht, vvighart.

IV. Cunirat tradit ad smalabah, & Ascfeldum, & in Carogeldasbah, xl. & ix. agros, & duas areolas, & vnum pratum.

V. Wuldarniuui tradit in salageuue, id est, in Hoesteim quicquid habuit. Nomina mancipiorum, helpholf, tuoto, Mandheri, Irminburg, reginburg, ratburd, ratsuuind, merisuuind, rattrud, Wigheri, husuuart, Rihniuui, vvinlibraht, munigis, gerbald, Snellung, liobhilt, vveringoz, adalung, albuuar, Vodalniuui, gamanolf, vzzo, Sigimar, vvldarni tradoin grapfeld, & in munirihastatt. Nomina mācipiorum, recheleri, albung, ratgis, ratolf, vvolfmar, hruodmar, ✠ signum vvldarniuui, hludumar, reginheri, munirih, sigirih, reginbraht, folerih, baturih, folegeri albharti, reginhart, ortleih, sigifrid.

VI. Nidger tradit & filius eius Theotbald, in villa vvintgraba, & hæc mancipia, hruodolf, theotlind batufrid, vvilliburg, rihbraht, vvihlaug, anno xxxvi ii. Caroli ✠ signum nidger, theotbald, vvrmheri, vverinolt, Etgiluuart, arnhart, hugibraht.

VII. Bernuuas tradit in salageuue in villa Ostheim, duas huobas & mancipia hæc, adalbald, reginsuuind, anno x hludouuici † signum amo, hruodbraht, ertmar, ortuuin, manno, vvolfboto, sigiuuart, albuuin, aluuin, Herirat, heuadolf, haduмar.

VIII. Irminolf tradit q, Erming illi ad S. Bonifaciū tradendū in vvintgrabun,

duas areas & vnam piſcatoriam. In ſcuntru x. iugera,† ſignum irminotfes, ermingger,engilbrahtes,ernuſtes,buſgolfes,oten,anno III.ludouici.

IX. Tradit vvalahfrid quicquid habuit in vvintgraben, & in Ranugum. Nomina mancipiorum vvaltger,hruodmunt,vvaltgoz,hruoduuart,aſolf,Votilo,vvaning,ratger,gitalheri,balduuig,belding, hiltrum, adalrun vvolflind liuta,gozhilt, hruadhilt,anno XXXII. Caroli,† ſignant hruodbraht, theoleih,amalbraht,ſuuidbraht, ſiginand leidrat, gerbraht, alauuih, ſuuidbot, ercanbot, hroinig, ercanpraht. *Hrcing.*

X. Lantfrid tradit XIV. mancipia his nominibus,vverdheri,vvaltheri,baldheri, hruod,hruodbirin,vvillibraht,regintheo,oſtarhilt, liuto, reginolf,liubila, in villa adalfrideshuſom,in alia villa iuxta tulbam.

XI. Veginfrid, tradit in ſceibach,& in ſinnahgeuue id eſt vnam capturam, & hæc mancipia,heriuuig,alterat,berahtlind,herimot, berahtniuui cum duobus filius anno XLIV. Caroli † ſig meticho,Reginbraht,manolt,liutheri,Eggiolt,oto, amabraht,Irminbraht.

XII. Tradit bern, quicquid habuit in villa ſcuntra & in vvintgrabun, Bern. ſuuidbot,hruodbraht,amalbraht,gerbraht,Eggolt,heuorhing,liutheri,vvalahfrid, Sanelrat,theotbraht,Egilolf.

Traditio bonorum in Lutteru.

HElmolt & gozboto ſimul & vvalthbraht tradiderunt ad S. Bonifacium,quicquid proprietatis habuerunt in ſuperiore Lutturu ſeu inferiore in vveſtheimono marcu,in ædificiis & ſepibus,in campis,areis,pratis, ſiluis,aquis,aquarumq; decurſibus,paſcuis cultis & incultis, vel quidquid in captura ſupra dictorũ locorũ habere viſi ſunt, & econtra acceperũt cocambiũ in ſcunturu æqualẽ traditionis partẽ in latitudine & longitudine per manũ Alaſici(vel Alarici)aduocati,qui hanc traditionẽ accepit,& ſtipulatione ſubnixa firmauit. Signum domini Hadamari Abbatis, Askirih Præpoſiti, moricho, Haicho, adalges, eggihatt, alaſich † helmolt, gozboto, Waltbraht, qui hanc traditionem fecerunt. Ruoduuin. Reginhart. Waltbraht. friduuuin ſeuuolf. Item Friduuin, Ellinbraht, gebehart, Eggirich, Ecko,Eburhart,Atindeo,Gozbolo,Mendicho,Engilhart,Reginbold.

Traditio bonorum in VVintgraba & mancipiorum.

IN nomine domini Dei noſtri Ego Nidger & filius meus theotbaldus donamus atq; tradimus ad monaſterium ſancti Saluatoris, quod conſtructum in pago grapfeld conſtat, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore quieſcit, vbi & vir venerabilis Ratgarius Abbas multitudini monachorum præeſſe videtur, hoc eſt, duas huobas In pago ſalageuui in villa longa,quæ dicitur vvintgraba in marca ipſius villæ & mancipia ſex his nominibus,hruadolf,theotlind,patufrid,vvilliburg, rihperaht,vvihlaug.Ea ſcilicet ratione, vt dum filia mea giſalhilt vixerit, per veſtrum beneficium ſeu præſtationem habere poſſit ſi ipſa in ſancto propoſito permanſerit. Poſt eius vero obitum Vos & ſucceſſores veſtri hanc rem percipiatis & deinceps poſſideatis ſine vlla contradictione. Siquis vero hanc traditionem frangere voluerit, iram Dei incurrat, & tamen eam frangere non poſſit. Sed hæc traditio firma & inuiolata omni tempore permaneat. Et qui eam frangere conatus fuerit,inferat fiſco auri libras tres,& argenti pondera quinque. Acta traditio anno XXXVIII. regnante Carolo Imperatore piiſſimo,menſe Iunii,die eiuſdem meſis nono,ſtipulatione ſubnixa: Coram his teſtibus & manumiſſoribus quorum nomina & ſigna infra ſcripta ſunt.

† Signum Nidgeri, & filii eius Theotbaldi, qui hanc traditionem fecerunt, † ſignum * thedeuches, † ſignum vvrmheres, † ſignum vvihingi, † ſignum vverinolti,† ſignum Egiluuarti † ſignum arnharti † ſignum hugperahti. *Theoleichot.*

Traditio bonorum in Fliedinu.

EGo in Dei nomine Heio & coniux mea N. donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad S. Bonifacium in villa fliedinu vnam arialem cum sua structura, & ad illam pertinentem hobam, ea scilicet ratione, vt per vestram præstationem illa possideamus ad vitam nostram. Post obitum vero nostrum Vos, vel successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem, nullo, quod absit, contradicente.

Traditio bonorum in Svvabriot.

IN nomine Domini licet sint patua, quæ pro tantis offero delictis, tamen æquissimus Iudex non quantitatem muneris sed deuotionem pensat mentis. Idcirco ego Ratpraht pro me & coniuge mea & pro vniuersis liberis meis dono atque trado in elimosinam nostram, quicquid in loco, qui dicitur suuabriot, super ripam fluminis fliedina proprietatis habeo ad S. Bonifacium, id est, in terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, ea scilicet ratione, vt ego illud per vestram precariam ad vitam meam possideam, & siquis de liberis meis illud vult post obitum meum, tantum vnus in hoc seruitium possidere quo Ego illius per vestram præstariam ad vitam meam possideam & vtar. Post nostrum vero amborum de hac vita discessum Vos & successores vestri, tenendi, possidendi, fruendi firmissimam in omnibus habeatis potestatem, † signum ratprahti, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit † signum heio, † signum hugirat, † signum helpfrat, † signum heito, † signum Ernust, † signum herirat † signum Ripheraht, † signum nandger, † signum sindperaht, & signum reginperat & signum neriftein.

Traditio bonorum in eadem villa Svvabriot.

EGo in Dei nomine Sindperaht, & coniux mea vvasahilt donamus atque tradimus in elimosinam nostram quidquid proprietatis habemus ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi Sanctus martyr Bonifacius corpore sacro requiescit. Et vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor præesse videtur, traditumque in perpetuum esse volumus, hoc est, in fliedinero marcu, & in villa suuabriod & in pago salageuue, id est, terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, pecuniis, mobilibus & immobilibus, & quidquid nominari potest, & hæc nomina mancipiorum, porano, adalperaht, helidgart, Alazeiz, hunsuuind, cum omni sumptu & supellectili eorum. Ea vero ratione ista omnia tradimus, vt per vestram precariam ad vitam nostram nos & filii nostri & filii eorum hoc possideamus. Post obitum vero nostrum & filiorum nostrorum, & filiorum illorum Vos vel secutores vestri firmam & incontradictam possidendi & fruendi, nullo quod absit contradicente, habeatis potestatem. Facta charta traditionis in villa suuabriod, mense Nouembris die IX. Calend. Decembris, Anno XXXIX. regni domini Caroli glorioſissimi Regis Francorum, & isti sunt testes huius traditionis, † signum suuidperahti & coniugis suæ Basahiltu, qui hanc chartam traditionis fieri rogauerunt † Rathbrahti † signum reginprahti, † signum perngeri, signū huntol fi, † signum regingeri, † signum gerharti, signum vvaldrichi † signum hugirati, † signum hungeri † signum hartuuini † signum managolti † signum petenharti † signū vverinharti, † signa massoni, † signum salumani, † signum gebauuini † signum Rami, † signum habubaldi, † signum Iringi † signum hinadangi, † signum vvasuageri, † signum Rihprahti, † signum suuabperahti.

Traditio bonorum in villa Vrthorpe.

IN Dei nomine ego Engilberath cogitans pro remedio & salute animæ meæ dono atque trado ad S. Bonifacium, qui requieſcit in monaſterio, quod dicitur Fulda, & vbi Ratgarius abbas turbæ monachorum præeſſe videtur, in pago Salageuue, in villa Vrthorphe, & in terminis eiuſdem villæ duas huabas, & tres arriales, & res ad easdem pertinentes, hoc eſt, mancipia, cum omni eorum ſumptu, terris, campis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, mobilibus & immobilibus, totum & integrum ex mea propria hæreditate trado, vt ſupra dixi, traditumque in perpetuum eſſe volo, vt à die præſente hæc omnia, quæ trado nullo, quod abſit, cõtradicente veſtrę ſubiaceant poteſtati. Et hęc nomina mancipiorum, Sigimar, & coniux eius Gerhilt, Hruading, Altpera, & coniux eius Sitima, Egilbern, Freiburg, Ellinhart, Ellinburg, Wetinhart, Helinlind, Theotpraht. Facta charta traditionis anno XLV, regni Caroli glorioſiſſimi regis Francorum, quinto Idus Iunii XI. die menſis eiuſdem † ſignum Engilprahtes, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit, † ratpraht † lantpraht † altrih, helpfrih † ſalucho, † & theotfrid † eiiat, † vvarmunt, † ginand: bizun ſcripſi.

Bizerum.

Traditio bonorum in villa Langentorpf.

EGo in Dei nomine Mettihho & frater meus Reginperaht donamus atque tradimus in elimoſinam noſtram & patris & matris noſtri ad monaſterium ſancti Saluatoris, vbi S. Bonifacius requieſcit, & vir venerabilis Ratgarius Abbas præeſſe videtur, hoc eſt, quod tradimus in villa Langēthorpfe, & in pago Salageuue, id eſt, XX. Iugera: Ea vero ratione, vt à die præſente Vos vel ſecutores veſtri firmam & incontradictam habeatis poteſtatem. Facta charta traditionis in monaſterio Fulda, anno XLIII. regni domini Caroli glorioſiſſimi regis Francorum. Iſti ſunt teſtes, mettiho, & reginbraht, qui hanc traditionem fecerunt, † Gerberaht, † Manolt, † Liutheri † Eggiolt, † Thiotuuig, † Voto † Amalperaht, † Irminperaht.

Traditio bonorum in Sceipbach & Sinnageuue.

EGo in Dei nomine Reginfrid dono atq; trado in elimoſinã meam ad monaſterium ſancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius requieſcit in corpore, & vir honorabilis Ratgarius Abbas pius paſtor præeſſe videtur, hoc eſt, in loco Sceipbatz iuxta ripam fluminis Sinna, & in pago eodē nomine Sinnahgeuue, id eſt, vnam capturam cum terris, pratis, campis, ſiluis, aquis, aquarumue decurſibus, mancipiis, & hæc nomina illorum, heriuuig, altrat, herimuot, perahtniuui, cum duobus filiis, perahtlind, cum omni ſumptu eorum: ea ratione iſta trado vt à die præſente redeant in veſtrum dominium. Facta charta traditionis in monaſterio Fulda, menſe Iunii, die 8. Cal. Iulii Anno XLIII. regni domini Caroli glorioſiſſimi regis Francorum, & iſti ſunt teſtes † ſignum reginfridi, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit.

Traditio bonorum in villa VVintgraben.

EGo in Dei nomine Liba dono atq; trado in elimoſinam meam ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius requieſcit, & vir venerabilis Ratgarius abbas pius paſtor videtur, hoc eſt, in villa vvintgrabon & in pago Salageuue, id eſt, vnam arialem & pratum, ea ratione, vt firmam à die præſente habeamus poteſtatem & iſti ſunt teſtes † Libun † Ratperahti † Hugirati † Sindprahti, † Reginperahti † Dauid † Herirati † Mahtingi † Haholfi † Hinadanches † Rames † Hartuuini † VVaſugen † Nantgiſi † hadobaldi.

Tradi-

Traditio bonorum in Lihtolfesbach.

EGgo in Dei nomine vveringer dono & trado in elimosinā meam ad S. Bonifacium, hoc est, in loco lihtolfesbah, & in pago Salageuue id est, vnius capturæ tertiam partem: ea vero ratione vt Vos firmam & incontradictam habeatis pōtestatem. Facta charta traditionis in monasterio Fulda, anno XLIV. regni domini Caroli glorioſiſſimi regis Francorum: & iſti ſunt teſtes, ſignum, vveringeres qui hanc chartam traditionis fieri rogauit, † ſuuidboti, † Otocari, † ermingi, † germen, ✠ purgen.

Traditio bonorum in villa Vrtorphe.

EGo in Dei nomine Engilperaht dono atq; trado per manū Rohinges traditumq; in perpetuum eſſe volo in elimoſinam meam ad S. Bonifacium in pago Salageuue, in villa vrthorphe, duas hobas, & vnam arialem abſq; his quæ nuper tradideram & cuncta ibidē, quæ iure proprietatis meæ portioni contingunt dono atque trado per manum Rohinges, vt ſupra diximus id eſt, in terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, & partem ſtructuræ, quæ mihi & meo communis eſt patri: & mancipiorum, quæ ſubter nominabimus, tertiam, quæ me contingat, partem, id eſt, adalburg, otperaht, vvolfa, reginburg, ſalaram, reginhilt, Betto, cum tertia parte elaboratus illorum, ſicque trado hæc omnia, vt à die præſente ad longæuam veſtram vtilitatem vobis ſubiecta ſint, & mea per hoc coram domino maneat merces æterna. Scripta hæc chartula traditionis in monaſterio Fulda, anno XLIV. regni domini Caroli glorioſiſſimi regis Francorum, menſe Iulio pridie Idus menſis eiuſdem. Et iſti ſunt teſtes huius traditionis: ſignum rohinges, † ſignum gotacheo, † ſignum theotmanni, † ſignum adolfi, † ſignum adalhelmi, † ſignum liutmari, † ſignum albgeri, ✠ ſignum rohgiſi, ✠ eggihartus, ✠ gunzonis, ✠ fricken, † altrichi.

Traditio bonorum in Kizzehero marca.

EGo in Dei nomine Ercamperaht dono atque trado in elimoſinam meā ad mōnaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius requieſcit, & vir venerabilis Ratgarius Abbas videtur, hoc eſt, quod trado in Kizzehero marcu vnius capturæ partem meam, quæ mihi ibidem contingit & vnam partem vnius loci, quem nominamus fahſtat & hoc traditum ſit nullo contradicente. Iſti ſunt teſtes: ercamperaht, reginrot, amalperaht, liutheri, Irminperaht, Eggiolt, gerperaht, nahhad,* ſandarat. *Sandlaeus*

Traditio bonorum & mancipiorum in Chizzichi.

IN Dei nomine ego Bunzo dono atque trado pro remedio animæ meæ, & coniugis meæ Helispun, ad monaſterium S. Saluatoris, vbi S. Bonifacius corpore ſacro quieſcit & Vir venerabilis Ratgarius abbas præeſſe multitudini monachorum videtur, hoc eſt, quicquid proprietatis habeo in villa chizichi, & in marca eiuſdem villæ cum terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis, & omnia vt diximus præter vnam arialem, & vnam huobam, & vnum ambitum, quem nos bifang appellamus, hoc eſt, in loco qui dicitur Mazzaltrinaberg, & hæc nomina mancipiorum: Adalbald, franco, villimar, vvitmar, vvaltheri, liutmar, totta, vvillirate, gotalind, mahaldrud, reginniuui: Ea ſcilicet ratione, vt Vos & ſequaces veſtri ſupradictam rem habere, poſſidere firmam & inexquiſitam & incontradictam habeant poteſtatem in omnibus. Acta chartula traditionis in monaſterio Fulda, menſe Septembri, die VI. Calend Octobris anno XXXVI. regnante domino Carolo glorioſiſſimo rege Francorum, & tertio quo Cæſar ordinatus eſt, † ſignum bunzen, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit.

Traditio dimidiæ capturæ in Fliedinu.

EGo in Dei nomine hiltibold dono atque trado ad S. Bonifacium martyrem Christi dimidiam partem vnius capturæ in silua bochonia ab occidentali parte fliedinu Ea videlicet ratione vt à die præsente Vos & successores vestri firmam habeatis potestatem † signum hiltiboldi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, & gerbaldi filii eius † hiltiboldi † findgeri, † purgolfi, masso, † foleperahti, † geruuini † helidperahti † Ernusti.

Sylua bochonia.

Traditio mancipiorum quorundam.

EGo Itaque in Dei Nomine vvrmheri dono atq; trado ad monasterium quod dicitur Fulda, vbi glorioſus martyr Bonifacius corpore sacro requiescit, & vbi Ratgarius venerabilis Abbas pius videtur multitudini monachorum præesse pater, in elimosinam huochun, & blithruda, quicquiquid proprietatis habuerunt in illa participatione mancipiorum, quæ hadaburg ad S. Bonifacium tradidit. Ea scilicet ratione vt à die præsente, & deinceps Vos & successores vestri firmissimam & in contradictam possidendi, fruendi, vendendi & quidquid exinde elegeritis facere in omnibus habeatis potestatem. Scripta chartula traditionis in monasterio fulda mense Maio, vt. nonas eiusdem mensis, anno regni serenissimi ac glorioſissimi Imperatoris Caroli XLV. Et isti sunt testes traditionis: signum vvrmheres, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † Reginfrides, † Hiltigeri, † Williharti † Welltrih, † Heitung † Erlolf † Suuidger, Herimar, † Otgrim, † Hugibold, † Sunzen, † Ernusti † Witrichi.

Traditio bonorum & mancipiorum, non nominato loco.

EGo in Dei nomine gerboto dono atque trado ad monasterium S. Saluatoris quod dicitur fulda, vbi beatus ac precioſus Christi martyr sacro requiescit corpore, & vbi Vir venerabilis Ratgarius Abbas multitudini monachorum præesse videtur: hoc est, quod trado: x. Iugera in campis, & friderat, & filiam eius & vnam aream: Ea duntaxat ratione at Vos & successores vestri à præsente die in omnibus habeatis potestatem, facta traditionis charta, pridie calendas aprilis, † Gerboten qui hanc traditionem fecit, † Germon, † Egilharti, † Botonis, † Hugibaldi † Gerbranti † Engilperahti, † Suuidgeri, † Helpfrichi, † haidungi.

Traditio bonorum in Hnutilingon.

Ego in Dei nomine Altman & soror mea Reginhilt diuino admoniti inspiraculo, profuturum nostris animabus cogitare remedum, ideo sano consilio summaque mentis deuotione decreuimus de nostra propria hæreditate in pago Salageuue, in villa Hnutilingon donare atque tradere in elimosinam nostram ad monasterium S. saluatorius quod dicitur Fulda, Vbi S. martyr Bonifacius sacro requieſcit corpore, Et vir venerabilis Ratgarius Abbas turbæ monachorum pius præest pater, quicquid ibidem proprietatis habemus, absq; vna hoba, id est, in terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquas aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt: albhilt, albsuuind, bilihilt, ruadmar, fricceo, ruadgelt, vvallod, libheri, cum omni eorum supellectili & sumptu, sicq; tradimus, traditumque in perpetuum esse volumus in elimosinam nostram ad supra dictum locum, ea scilicet ratione: vt per vestram præcariam cuncta illa possideamus ad vitam nostram, vt habeamus, vnde sustentare possimus fragilitatem humanitatis nostræ, quam diu in hac præsenti vita viuamus, postque amborum exitum atque de hac luce discessum, illa cuncta aucta atque meliorata Vos & successores vestri in elimosinam nostram, & ad vtilitatem vestram, tenendi, habendi, possidendi firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta hæc charta traditionis in monasterio Fulda, iubente Ratgero abbate, anno

XXXV. regni domini Caroli glorioſiſſimi regis Francorum, imperii eius tertio, menſe ſeptembri, VIII. Calend. octobris, † ſignum Altmannes, & ſororis eius Reginhilte; qui hãc chartam traditionis fieri rogauerũt † vvigboto † rihperaht † boto, † vvillicomo, † ercanbald, † emazrat, † ginoz † vverolbrat † meginhart, † bicco † vvilliperaht † vvielperaht † nidgern, † vvinid † ſigiperaht.

Traditio bonorum in ſcuntra.

EGo itaque in Dei nomine Hruadmunt pro remedio animæ hruodperahti donó atque trado in elimoſinam illius dimidiam partem terræ araturiæ & prata & vnam arialem, & vnam domum in qua manſit Lilpi, ſeruus illius in villa, quæ dicitur Scuntra, trado ad S. Bonifacium ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius præeſt paſtor, ad veſtram vtilitatem & illius elimoſinam, ea ratione, vt à die præſente vos & ſucceſſores veſtri habendi, poſſidendi, colendique firmiſſimam in omnibus teneatis poteſtatem. Acta charta traditionis menſe nouembris die 3. eiuſdem menſis, regnante domino ſereniſſimo ac glorioſiſſimo Imperatore Carolo, anno XLV. Et ego Hruadolf cancellarius ſcripſi & coram teſtibus ſubſcriptis confirmaui † helmperaht † vvitrih † euadmunt † heriperaht † otuuin † egilolt † tiurbald † vveringer † vrminolf † meginheri & Dahhol † ſtarcheri † adalhelm.

Traditio bonorum in marca tulbu.

IN Dei nomine ego Tantolt pro remedio animæ meæ dono atque trado in elimoſinam meam ad S. Bonifacium, vbi Ratgarius abbas monachis præeſt pater, quicquid proprietatis habere viſus ſum in terris & in ſiluis, hoc eſt, in pago Salageuue & in marcu tulbu, ea ratione, vt à die præſente Vos & ſucceſſores veſtri in meam elimoſinam & ad vtilitatem veſtram tenendi, habendi, poſſidendi firmam & inuiolatam in omnibus habeatis poteſtatem. Acta charta anno XLV. regni ſereniſſimi ac glorioſiſſimi Caroli regis Francorum, menſe Iunii * octauo Calendas eiuſdem menſis, ſcripta in monaſterio Fulda, ego Hruadolf Cãcellarius à Lantolter rogat⁹ ſcripſi, † ſignũ Lantolti, qui hãc chartã traditionis fieri rogauit, † ſignũ Aſes, † ſignum nordalahi, † otrichi, † vvegelenzen, † Egilharti, † vvolfboten, † heitungi, † eginen, † amalgeri, † vveltrichi † ſtarcfridi, † gerhelmi, † engilperahti. * Maio.

Traditio bonorum in Egihelmeshus.

EGo in Dei nomine Hruadaloh dono atque trado, traditumque in perpetuum eſſe volo ad S. Bonifacium in elimoſinam meam & patris mei, & matris, quidquid mihi hæreditauerunt parentes, prope tranſitum fluuii Chinzicha in loco qui dicitur Egihelmeshus, id eſt, in terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis; quorũ nomina hæc ſunt: Maghelm, theotheri, vvillrih, vodilfrit cum omni eorum ſupellectili & ſumptu, ſicque trado vt hæc traditio firma & incontradicta ab vlla humana perſona maneat perenniter, vt nullus eam valeat per vim aut per fraudem aliquando irrumpere. Iſti ſunt teſtes, Aarfrid, reginger, managrat, Wanbernhelm, hludhart, hrenuing, ercanfrid, epco, Giſalfrid, vvinitate, altrat, hruadbero, amalger, arnhelm, ſtarefrid, Heido, Otram, reginfrid hagund.

Traditio bonorum in Elmaſa.

EGo in Dei nomine Gerbraht & Manolt, diuino admoniti amore donamus atque tradimus traditũq; in perpetuũ eſſe volumus ad monaſteriũ S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. martyr Bonifacius ſacro requieſcit corpore, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas turbæ monachorum pius præeſt paſtor, hoc eſt, quod donamus, id eſt, quidquid proprietatis habemus in illa captura in loco, qui dicitur elmaha, ſicque tradimus hanc rem vt firmiter atque fideliter à die præſente in

vestro maneat dominio nullo, quod absit, contradicente. Scripta hæc charta traditionis in monasterio Fulda, anno XLIV. regni domni Caroli glorioſiſſimi regis Francorum, menſe Iunii, die nonas eiuſdem mēſis, & hi ſunt teſtes, † ſignum Gerberathi & Manolti, qui hanc chartam traditionis fieri rogauerunt, † Amalberahti, † Eggiolti, † Gerberathi, † Theotwigi, † Ercanperathi, † Sandrathi, † Liutheres.

Traditio bonorum in Fliedener marca.

EGo in Dei nomine Hruadun, dono atq; trado in elimoſinam meam ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur, Fulda, vbi S. Bonifacius corpore requieſcit, & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius paſtor videtur, hoc eſt, in flidinero marcu & in pago Salageuue, id eſt, terris, ſiluis, pratis, campis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, domibus ædificiis, ea ratione vt poſt obitum meum vos & ſucceſſores veſtri firmam & incōtradictam in illa terra habeatis poteſtatem. Facta charta traditionis in monaſterio Fulda, anno xxxix. regni domini Caroli Regis Francorum, & iſti ſunt teſtes, † ſignū hruadunne, quæ hanc chartam traditionis fieri rogauit, † ratperahti, † hugirati, † ſindperahti, † reginperahti, † Dauid, † herirati, † mahtingi, † haholfi, † hinadano, † rames, † hartuuini, † vvaſugeri, † nantgiſi, † hadabaldi.

Traditio bonorum in villa Fliedinu.

IN Dei nomine ego Rihperaht, & Reginperaht, vna eum matre noſtra Abarhiltu donamus atque tradimus in elimoſinam noſtram, quicquid proprietatis habemus in villa Fliedinu, in loco qui dicitur ſuuabareod, iuxta ripam fluminis eiuſdē Fliedinu, id eſt, in terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc ſunt: franco, frumirat, cum omni eorum ſupellectili & ſumptu. Totum & integrum ſic tradimus abſq; eo quod ego Reginperaht extra traditionem vnam hobam, & ad eam pertinentem arialem cum integra ædificii ſtructura omittam & meam partem de pecoribus: Cæterum totum & integrum ſimul cum fratre & cum matre mea trado traditumq; in perpetuum eſſe volo: Ea ſcilicet ratione, vt per veſtram precariam totum, quod tradidimus, ego poſſideam ad vitam meam, & poſt obitum meum tantum partem meam poſſideat filius meus ad vitam ſuam, poſt omnium vero noſtrū exitum de hac præſenti luce, vos & ſucceſſores veſtri, tenendi, habendi, fruendi firmam & incontradictam in omnibus habeatis poteſtatem, † ſignum reginperaht, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † Heio, † vvaldger, † eborolf, † hugirat, † helpfrad, † herirat, † dauid.

Traditio bonorum.

EGo in Dei nomine Rihhart, dono atque trado, traditumque in elimoſinam meam in perpetuum eſſe volo, ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur, Fulda, vbi pretioſo corpore S. martyr Bonifacius requieſcit, hoc eſt, quod trado in loco qui dicitur chinziha, de terra araturia XL. iugera, ita vt à die & tempore præſenti in veſtro firmiter permaneant dominio, nullo quod abſit, contradicente. Scripta hæc charta traditionis anno XXXVIII. regni domini Caroli glorioſiſſimi Regis Francorū, menſe Iunio, die VI. Idus eiuſdem menſis: & iſti ſunt teſtes, † rihharti, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit, † vvrmheri, † vverinharti, † Eginonis, † remuingi, † meginperahti, † vvolfheren, † hruadalaches, † vvonatheres, † ſignum brahti.

Traditio bonorum in villa tulba.

IN Dei nomine ego Hruadperaht trado ad S. Bonifacium de mea propria hęreditate vnam arialem in pago Salageuue, in villa nuncupata tulba, pro remedio animæ meæ meorumque propinquorum XXX. in longitudine virgas, & duos

pedes

pedes à parte septentrionali ecclesiæ, in occasum, habentem à media ecclesia, quæ ibi construitur parte occidentali xxvi. virgas, in occasum xvi. virgas, de petra, quæ est contra mediam partem fluminis de fonte vnde illud procedit xxvii. In latitudine sursum & deorsum xxx. & duas virgas, atque in perpetuum traditum esse volo ex hac die & deinceps. Si quis vero de hæredibus & prohæredibus meis seu aliqua potens persona hanc chartã traditionis infringere tentauerit, quod futurum non credo, iram Dei non effugiat, quia contra Iustitiam contendit. Facta charta traditionis anno xliii. regni Caroli glorioſissimi regis Francorum, tertio Calend. Iulii, † signum hruadperahti, qui hanc chartulam fieri rogauit, † rihart, † vvenilo, † manolt, † amalperaht, † eggiolt, † gerbraht, † ratheri, † Sandarat, † suuarzman, † vvolfboto, † germo, † vvegalenzo & lantrat.

Traditio mancipiorum.

EGo itaque in Dei nomine Lustrat, cogitans pro redemptione animæ meæ vt & in futurum delictorum meorum veniam consequi merear, dono atque trado ad S. Bonifacium, venerabilem Christi martyrem, Fuldunensi monasterio quiescentem, vbi venerabilis Vir Ratgarius abbas Deo gubernante multitudini monachorum pius pastor præesse videtur, tria mancipia iure hæreditario paternâque donatione accepta & materna, sicut iam dictum est, in elimosinam meam ad supradictam Ecclesiam trado, ea quidem dispositione, vt & ego illis vsque dum huius vitæ curricula patior, ad sustentationem per vestram præcariam fruar. Hæc nomina eorum, thancolf, folrat, Attá. Post obitum ergo meum supradicti martyris custos illa supradicta mancipia habendi incontradictam, vel possidendi in omnibus habeat potestatem. Sed vt traditio hæc firmior habeatur, fidelium testimonio eam firmare vel manumissoribus studui, † signum lustrate, qui hanc traditionem manu potestatiua fecit, † amalperato, † eggiolt, † liutheri, † theotuuig, † vverinhart, † Egino, † vvrmheri, † neribraht, † theoleih, † burgeo.

Traditio bonorum in Ohsteym & Munirihestate.

LIcet parua & exigua sint, quæ pro immensis delictis meis offero: tamen scio æquissimum Iudicem plus deuotionem mentis offerentis aspicere, quam quantitatem muneris. Idcirco ego in Dei nomine vvuldarniuui simul cum Ritante cogitans pro remedio animæ meæ dono atque trado ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi preciosus Christi martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, quidquid propriæ hæreditatis sum visa habere in pago salageuue, in villa, quæ dicitur Ostheim, tam terris quam siluis, domibus, ædificiis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, mobilibus & imobilibus, mancipiis, quorum nomina hæc sunt, helbfolf, tuoto, nandheri, irminburg, reginburg, ratburg, albuuini, ratsuuind, merisuuind, tuomila, ratrut, vvigheri, husuuart, rihniuui, vvillipraht, munigis, geruuald, snellung, Liophilt, vveringoz, Adalung, Albuuar, Vodalniuui, gamanolf, vzzo, sigimar. Insuper hæc ego vvldarniuui iterum dono atque trado ad S. Bonifacium quicquid proprietatis visa sum habere in pago grapfelde, in villa quæ dicitur munirihesstate tam terris, siluis, domibus, ædificiis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursib⁹, mobilib. & imobilib. mãcipiis, quorũ nomina hæc sunt: Reheri cũ omni elaboratu suo, alburg, * similet, rantgis, Ratolf, leobuniuui, vvaldniuui, vvolfmar, hruotmar, vnamq; ecclesiã cum sumptibus, qui infra scripti sunt, id est duæ capsæ deautatæ, & vna cũ margaritis parata, & ix. vestimenta altaris, vnũ vas argenteum & patena vna, & sex velamina, casula cum alba, iii. petiu cum tribus capitalibus, duo vasa ad ministrandum, duo tintinabula, vna glogga, duo scrinia. Ea scilicet ratione vt per vestram præcariam ad sustentaculum vitæ meæ possim habere, & post obitum meum meliorata non minorata in vestrum dominium transeant, ✠ vuldarniuui, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit ✠ Hludumari, † Egilolfi, ✠ regingeri, ✠ Munirichi, ✠ Sigirichi, † reginbraht, ✠ folcrihi, † hludolfi, † maioni, † paturihi, † folgeri, † alpharti, † reginharti, † ortleibi, ✠ sigifridi.

Similiter.

Traditio in Hnutilinger marca.

EGo in Dei nomine Hradolt dono atque trado in elimosinam meam, quicquid proprietatis habui in Hnutilingero marcu donatum traditumq; in perpetuum esse volo: ea ratione, vt vos sequacesq; vestri firmam & incontradictam habeatis potestatem: hoc trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore sacro requiescit. Facta charta in monasterio Fulda, mēse Septembri die vero XVIII. Calend. Octobris, anno XXXIX. regni Domini Caroli gloriosissimi regis Francorum: & isti sunt testes Nanduuig, Boto, Asmund, Hagining, Willicomo, Swidger, Blidger, Bernung, Meginhart, Othelm, Rigibraht, Wigberaht, Willibraht, Hruadperaht, Hraban, Sindung, Radolt, Arndeo, Emez, Ratbuto, Theodoloh, Madalberaht, Helmfrid.

Traditio.

DOminus ac redemptor noster Dei filius admonet dicens, date elimosinam & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco ego Ratfrid, & vxor mea Rosmot, in Dei nomine damus, pro animæ nostræ remedio, donatumq; in perpetuum esse volumus, per hanc chartam traditionis nostræ ad monasterium, quod dicitur Fulda quicquid ibidem in villa, marca Cunticha, & Ohemesstat, ad præsens de alode parentū & qualibet ex causa ad me noscitur peruenisse, tam terris, domibus, ædificiis, duo mancipia hæc Herimot, Helpfrih, & ariales cum domibus & ædificiis, tam terris hobas tres, de pratis Karradas quinq;, pascuis, campis, siluis, aquis, aquarumue decursibus quicquid dici aut numerari potest, totum & ad integrum ad præfatum monasterium Fulda, in elimosinam nostram volo esse ad S. Bonifaciū donatum, atque firmatum, † signum Ratfridi, & vxoris eius Rosmote, qui hanc chartam traditionis fieri rogauerunt, † Hruadheri, † Bernhart, † Ato, † Heidenrih, † Hoto, † Herifrid, † Thuring, † Einhart, † Helmfrid, † Rihbald, † Ehinolf, † Notger, † Mahtvvini, † Nending, † Heriuuart, † Waltger.

Traditio bonorum in villa Haholfesbach.

IN Dei nomine ego Witmar, mediam partem hæreditatis meæ in villa Haholfesbach, trado ad S. Bonifaciū in elimosinam meam & cōiugis meæ, id est, in terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis. Ea videlicet causa, vt per vestrā precariam illud filius meus Liutmar, possideat vsque ad obitum vitę suæ. Post obitū vero eius vos & successores vestri in elimosinam vestram, & ad vtilitatem vestram firmissimam in omnibus habeatis potestatem.

Traditio bonorum in villa Scuntru.

IN Christi nomine ego Bern, dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore requiescit, & vir venerabilis Ratgarius abbas turbæ monachorum pius pastor videtur, in villa Scuntru, & in marcu Wintgrabono, quidquid proprietatis habeo, in ea vero ratione, vt à die præsente vos successoresque vestri liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem, † signum Bernes, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † Svuitbot, † Hruodperaht, † Amalbraht, † Gerberaht, † Eggiolt, † Rohing, Liutheri, † Wenilo, † Walafrid, † Reginfrid, † Sandrat, † Theotperaht, † Egiolf.

Traditio bonorum in villa Fliedinu.

EGo in Dei nomine Sinperaht, dono atq; trado in villa Fliedinu, in loco, qui dicitur Suuabreod, iuxta ripam eiusdem fluminis Fliedina, quicquid proprietatis habeo, id est, in terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, domibus, ædificiis, & vnum mancipium Hunsuuind: ea scilicet ratione, vt per ve-

per veſtram precariam illud poſſideam ad vitam meam: & poſt me filius meus vſque ad finem vitæ ſuæ. Poſt obitum vero noſtrum atque diſceſſum de hac præſente luce vos & ſucceſſores veſtri, tenendi, habendi, fruendi firmam & incontradictam in omnibns habeatis poteſtatem, † ſignum ſuuidperaht, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit,† heio, † hugirat,† helgfrat,† vvaldger, † eburolf, † herirat. Dauuid.

Traditio bonorum in villa Hnutilinga..

IN Dei nomine ego Leitrat dono atque trado ad S. Bonifaciũ & ad reliquias eius, traditumque in perpetuum eſſe volo, quidquid ex propria hæreditate mihi contingit in hnutilingheimero marcu & in villa nuncupata hnutilinga, hoc eſt, domibus, ædificiis ſiluis, terris, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus. Facta charta traditionis anno XLIII. regni Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum, menſe Iulii VII. calendas Auguſti, præſente domino abbate & teſtibus ſubter notatis, † ſignum leidrates qui hanc chartam traditionis fieri rogauit,† ſuuidbotes, † gerbrahtes,† gotahelm,† Irminbraht,† Egino, † vvinid; † adaluuatt, † ercanbald, † gunduuig,† aſmunt.

Traditio bonorum in Hnutilinger marca.

IN Dei nomine ego Wahſunte & Erbeo filius meus donamus atque tradimus in elimoſinam noſtram, quidquid proprietatis habeamus in hnutilingero marcu, donatum, traditumque in perpetuum eſſe volumus, ea ratione, vt vos ſequacesque veſtri firmam & incontradictam habeatis poteſtatem; hoc tradimus ad S. Bonifacium, qui in monaſterio, quod dicitur Fulda, corpore ſacro requieſcit. Facta charta traditionis in monaſterio Fulda mẽſe Septembris, die vero ſecundo Idus Septembris anno XXXIX. regni domni Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum, & iſti ſunt teſtes, nanduuig, fruming, helpfrid, ercanbald, aſmunt, hagining, bihco, ſahſinc, vvielpraht, ſuuidger, thurinbraht.

Traditio capturæ in fluuio Scuntru.

EGo itaque in Dei nomine Foleolt, pro remedio animæ meæ fratriſq; mei hartuuini dono atque trado ad monaſterium, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius Chriſti martyr requieſcit corpore ſacro, & Ratgarius abbas multitudinẽ regis monachorum, eam partem, quam mihi & fratribus meis pater noſter illius bifanges, qui eſt iuxta flumen ſcuntru, in hæreditatem dimiſit, in elimoſinam meam fratrumque meorum trado, traditumque in perpetuum eſſe volo, ea ratione, vt à die præſente vos & ſucceſſores veſtri hanc præſcriptam rem tenendi, habẽdi, poſſidendi colendiq; firmam & incontradictam in omnibus teneatis poteſtatẽ. Acta charta menſe Octobri, ſecũdo nonas eiuſdẽ menſis, anno regni ſereniſſimi ac glorioſiſſimi Imperatoris Caroli XLV. ego hruadolf cancellari⁹ ſcripſi, & coram teſtib. cõfirmaui, † ſignũ folcolti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † eginen, † hruadperen, † arnhelmi, † amalgeri, † gebolfi, † egilharti, † vttoni, † Irmingeri, † boten, † germen, † adalleibi, † vvaroni.

Traditio bonorum in hlutahu.

IN Dei nomine ego Mahtolf, dono atq; trado in elimoſinam meam ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. martyr Bonifacius corpore ſacro requieſcit, & vir venerabilis Ratgarius abbas monachorum turbæ pius paſtor videtur, traditumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt in loco hlutahu, & in pago ſalageue, id eſt dimidiam partem hæreditatis meæ in ſiluis, & terris, ea ratione vt vos firmam habeatis poteſtatem. Facta charta traditionis in monaſterio Fulda, † ſignum mahtolfi, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † rathades, † anuloni, † glauperahti, † mahtrati, † meginharti, † hartperahti, † aſgeri.

Traditio vnius iugeri.

IN Dei nomine ego Werinhart,& Waltrat tradimus ad S. Bonifacium vnum iugerum,sex virgarum latum,xxx.longum, ita vt ex hac die vestrę subiaceant potestati, † Berichoni,† Leidrati,† Hattoni,† Berngeri,† Hruadmoti, & Angandeo, † Vnarg,† Winigeri,† Hruadperahti.

Traditio bonorum in villa Suaberot cum mancipiis.

EGo in Dei nomine Reginperaht,& coniux mea Perahtilt, donamus atque tradimus in elimosinam nostram,quicquid proprietatis habemus, ad monasteriũ S.Saluatoris,quod dicitur Fulda,vbi S.martyr Bonifacius corpore sacro requiescit, & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor videtur, traditumq; in perpetuum esse volumus,hoc est,in Fliedinero marcu,& villa Suuabriod, & in pago Salageuue, id est, terris, siluis, campis,pratis, pascuis,aquis aquarumq; decursibus,domibus,ædificiis,mancipiis,pecuniis, mobilibus & immobilibus,& quicquid nominari potest,& hæc nomina mancipiorum: Adalolf, Germar, Ohilt, Rihfrid, Franco,cum omni sumptu & supellectili eorum, ea vero ratione ista omnia tradimus, vt per vestram precariam ad vitam nostram nos & filii nostri, & filii eorum hæc possideamus. Post obitum vero nostrum & filiorum nostrorum, & filiorum illorum vos & secutores vestri firmam & incontradictam possidendi, fruendi, nullo quod absit contradicente, habeatis potestatem. Facta charta traditionis in villa Suuabriod,mense Nouembri, die vero nono Cal. Decembris, anno xxxix.regni domini Caroli gloriosissimi Regis Francorum,& isti sunt testes huius traditionis,† Reginperahti,& cõiugis eius Perahthiltu,qui hanc chartã traditionis fieri rogauerunt † Ratperahti † Reginperahti † Berngeri † Regingeri † Gerharti † Huntolfi † Waltrihi † Hugirati † Hungeri † Hartuuini † Managolti † Perinharti † Werinharti † Massoni † Salumanni † Gebauuini † Rami † Hadubaldi † Iringi † Hinadangi † Wasugheri † Ridperahti † Suuabperahti.

Traditio bonorum in Chinzicha.

EGo in Dei nomine Folmot,dono atq; trado traditumq; in perpetuum in elimosinam meam esse volo ad monasteriũ S.Saluatoris,quod dicitur Fuldą, vbi precioso corpore S. martyr Bonifacius requiescit, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas,turbæ monachorum pius præest pastor,hoc est,quod trado in loco,qui dicitur Chinzicha, xxx. iugera de terra araturia, ita vt à die præsente absq; vlla contradictione in vestro iugiter permaneant dominio:scripta hæc charta traditionis in monasterio Fulda,anno xxxviii.regni Dn.Caroli gloriosissimi Regis Francorũ, mẽse Iunio,die tertio Idus eiusdem mensis, & isti sunt testes, † Folmoti, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † Reginfridi † Wolfperen † Wigeperahti † Adalhelmi † Giltinges † Gerharti † Rihharti † Wonadheri.

Traditio bonorum in marca Hamalunburg in villa Thiofbach.

IN Dei nomine ego Hadapurg,ancilla Dei cogitans pro remedio & salute animæ meæ dono atque trado ad reliquias S Saluatoris, & S Bonifacii martyris ipsius, quiescentis in monasterio Fulda, quicquid habeo ex propria hæreditate, in pago Salagauue, & in ipsa marca & immunitate Hamalunburg, & in villa nuncupata Thiofbach,hoc est, domibus, ædificiis,pratis,pascuis, aquis aquarũue decursibus, arialis, nec non & totum elaboratũ meũ & hæc nomina mancipiorũ, Otgis,otbirg, thiotbirg, ratbirg, ratburg, rihburg, thiotsuuind, vvillimar, rihmout,reginperaht, egibraht, perahthrud,oticha,cunibraht, rihbraht,otthrud,altwin,theobvvin, meginliub, thiotmunt, heisthilt,eburhart, vuillithrud,& isti sunt testes, † signũ hadaburge,quæ hanc chartam traditionis fieri rogauit, † theotvvig † rihhart † vvenilo † vverinhart † vurmheri † vvolfboto † Egilhart † nendicho † vueltrih † vvighelm,

heim, † Altman, † Gebauuin, † Gerbraht, & item Gerbraht, † Huto; † Leibung, † Hraaduuinbrun, monachus cancellarius hanc chartulam scripsit & superscripsit.

Traditio capturæ in fluuio Fliedina.

IN Christi nomine licet sint parua & exigua, quæ pro nostris immensis offerimus delictis, tamen nouimus æquissimum iudicem plus deuotionem mentis, quam quantitatē perpēdere muneris: Idcirco ego Atto & frater meus Haguno, sana mente, sanoq; cōsilio donamus atq; tradimus in elimosinam nostram, traditumq; in perpetuum esse volumus ad S. Bonifacium de illa captura quam habemus in silua bochonia, circa flumen, quod dicitur Fliedina duas partes, id est, meridianam partem eiusdem fluminis & occidentalem cum omni integritate, ita vt à die præsente in proprium vsum illam rem colatis atque augeatis in nostram futuram elimosinam & in vestram profuturam vtilitatem. Scripta hæc charta traditionis in monasterio Fulda, annō XLIII. regni domini Caroli glorioſissimi regis Francorum, mēse Maio, die VIII. Idus eiusdem mensis, hi sunt testes, † Atto, † Haguno, † Wasmot, † Pernolt, † Englinger, † Erlabald, † Rihbald, † Otrih, † Madalich, † Padanolf, † Nidolf, † Folemar.

Traditio bonorum in Fliedener marca.

EGo in Dei nomine Ratperaht, & cōiux mea Willicona donamus atq; tradimus in elimosinā nostrā quicquid proprietatis habemus ad monasteriū S. Saluatoris quod dicitur Fulda, vbi S. martyr Bonifacius corpore sacro requieſcit, & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudiui monachorū pius pastor videtur, traditumq; in perpetuū esse volum⁹, hoc est, in fliedinero marcu & in villa Suuabriod, & in pago Salagewe, id est, terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, domib. ædificiis, ea vero ratione ista omnia tradimus, vt per vestrā præstariā ad vitā nostrā nos & filii nostri, & filii eorum hoc possideamus. Post obitū vero nostrū & filiorū nostrorū, & filiorū illorū vos & secutores vestri firmā & incontradictam possidendi & fruendi nullo (quod absit) contradicente habeatis potestatē. Facta charta traditionis in villa Swabriod, mense Nouembri, die vero nono Cal. Decēbris, anno XXXIX. regni domini Caroli glorioſissimi Regis Francorū, & isti sunt testes huius traditionis, † signum Ratprahti & coniugis eius Willicomum qui hanc traditionis chartā fieri rogauerūt, † Ratperahti & Reginperahti, † Perngeri, † Regingeri, † Gerharti, ✠ Huntolfi, † Waltrichi, ✠ Hugirati, † Hungeri, † Hartuuini, ✠ Managolti, ✠ Pernharti, ✠ Werinharti, ✠ Massoni, ✠ Rami, † Salumanni, † Gebauuini, † Hadubaldi, † Iringi, † Hinadane, Wasugeri, † Rihprahti, † Suuabprahti.

Traditio bonorum in villa Chizzicha.

EGo itaque in Dei nomine Hruading, pro remedio animæ meæ trado vnum iugerum, id est, in pago Salageuue, in villa Chizziche ad monasterium Fulda, vbi beatus Bonifacius corpore requieſcit & Vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini præest monachorum, ea ratione, vt à die præsente Vos & succeſſores vestri prædictæ rei habendi, fruendi, colēdi, firmam in omnib. habeatis potestatem. Acta charta traditionis mēse martio, quinto nonas eiusdem mensis, anno 2. Imperii Hludouuichi glorioſissimi Regis Francorum, † signum hruadingi, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit, † Egilharti, † Steinolfi, † Brunichen, † Fricchen, † Friduharti † Ernusti, † Sindrati, signum Hruodolfi cancellarii, qui hāc chartam traditionis rogatus scripsit.

Traditio bonorum in villa VVintgraben.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi ego Irminolf, dono atque trado ad S. Bonifacium quicquid mihi Erming manu potestatiua tradidit tradendū ad S. Bonifacium his locis, hoc est, in pago Salageuue, & in villa vocata Wintgraba duas areas & vnam piscatoriam, in ipsa villa inter duas areas iuxta flumen, quod

dicitur sala, & in alio loco, qui dicitur scuntra x. iugera in ambitu Erminges, id est, in holz marcu, ea videlicet ratione vt à die præsente vos & successores vestri firmã & incontradictam in omnibus habeatis potestatem, † signũ Irminolfes, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † erminges, † arnuuiges, † engilprahtes, † vvasmotes, † ernustes, † burgolfes, † oten. Facta hæc traditio quarto idus februarii, regnante domino nostro Hludouuico glorioſissimo rege Francorum anno III. Ego Libherius scripsi.

Traditio bonorum in Arinebrunnen & Langendorf.

EGo in Dei nomine Walafrid, pro remedio & salute animæ meæ & Voten, quicquid mihi tradidit Gerbraht, dono atq; trado ad monasteriũ S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus ac precioſus Christi martyr Bonifacius sacro requiescit corpore & vbi Ratgarius abbas præesse videtur, hoc est, quod trado, in pago Salageuue, ad arinebrunnen, quartam partem vnius capturæ & in villa quæ dicitur langendorpf, de pratis mensuram quartæ dimidiæ Iurnalis, ea duntaxat ratione vt à præsente die vos & successores vestri firmissimam in omnibus habeatis potestatem anno II. regnante domino nostro Hludouico XVIII. calendas Augusti. Ego Hemmo rogatus scripsi, † vvalahfridi, † engilgeri, † sindacari, † otrammi, blidoln, † hruadleiches, † sigimanni, † theothelmi.

Traditio bonorum in Anrefrideshuſon.

EGo in Dei nomine Otram, trado ad reliquias S. Bonifacii quicquid proprietatis habeo in domibus, in agris, mobilibus, & immobilibus pro remedio animæ meę, hoc est, in pago Salageuue, in marcu chirizichheimero ad starefrides, husore, Idus martias, anno. II. regnante domino nostro Hludouico. Facta est hæc chartula. Ego hemmo rogatus scripsi, † otram, † reitgeri, † boten, † germen, † hagunen, † hruadberen, † amalgeti, † starefridi, † helpfrichi, † nidharti, † fricchen, † bruni-chen, † ernusti.

Traditio bonorum in Scuntra.

EGo itaq; in Dei nomine Meginperaht, pro remedio animarum Burguiza, & Suuidburga, dono ac trado ad monasterium Fulda, vbi beatus ac precioſus Christi martyr Bonifacius sacro requieſcit corpore, vbi etiam vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum præesse videtur. Quæ vero trado, in pago Salageuue, esse noscũtur in loco qui dicitur scuntra. In illo cepto duas hobas, vnam in sylua, & alteram in terra, & vnam arcolam in elimosinam supradictarum animarum & ad vestram vtilitatem, ea ratione, vt à die præsente vos & successores vestri huius rei superius nominatæ, habendi, possidendi, colendiq; firmam & incontradictam in omnibus teneatis potestatem. Facta charta mense martio, sub die quinto Cal. Aprilis, anno I. Imperii Iudouuici glorioſissimi Regis Francorum. Ego hruodolf, rogatus scripsi, ✠ meginperathi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit † vverinharti, sigimunti, † vvichingi, † Irminfridi, † ascrichi, † helpfrichi, † ernusti, ✠ friccheo, ✠ babo, ✠ gunzo.

Traditio bonorum.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Waldperaht, dono atq; trado partem hæreditatis meæ filio meo Isanpraht, id est, vnam Houestat, cum omnibus iacentiis tam in siluis quam in campis: post obitum meum tamen suæ hæreditatis partem haberet, ea videlicet ratione habendi, fruendi in omnibus habeat potestatem, † signum vvaldperahti, qui hanc traditionem fecit, † mahtperahti, ✠ Irpfingi, ✠ frichen, † hruadperahti, † sigiboldi, † otorahti, † grundpraht, † erharti, † gundheres, † herimari † Irminolfi, † Adalolti † vvitugouuen. Hæc rraditio facta est anno regnte domnio Hludouico secundo sub die XVIII. Calend. Decembris.

Traditio

Traditio pecorum & veſtium.

IN Dei nomine ego Liba trado in elimoſinam meam ad S. Bonifacium quicquid proprietatis in elaboratu meo viſa ſum habere, præter duos boues, totum & integrum. Id ſunt oues quinq;, porci x x. boues & vaccæ xxxvIII. duo caballi, omniaq; veſtimenta mea, ea ratione, vt quam diu viuam, illa per beneficium habeam, poſtq; obitum meum absq; vlla contradictione redeant ad. S. Bonifacium. Facta traditionis charta in monaſterio Fulda, Calendis Aprilis, anno II. regnante domino Hludouuico glorioſo Rege Francorum, & iſti ſunt teſtes huius traditionis Eggiolt, reginfrid, Adalhelm, geilo, Meginperaht, Folco, Aſerich, Betto, Nuoring, Nidhart, Bernhart. Ego Inguis rogatus ſcripſi.

Traditio bonorum in Lihtolfesbach, Aſcfeld & Bonland.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ego Engilperaht dono atq; trado in elimoſinam Adalperahti ad monaſterium, quod dicitur Fulda, vbi precioſus Chriſti martyr Bonifacius ſacro requieſcit corpore, hoc eſt, quod trado, quicquid propriæ hæreditatis viſus ſum habere de vno ambitu, in loco qui dicitur lihtolfesbah, & in alio loco, qui dicitur Aſcfeld, vnam hiobam in villa bonlant: Ea videlicet ratione, vt nullus hæredum & prohæredum meorum hanc traditionis chartam infringere poſſit. Vosq; & veſtri ſucceſſores firmam & incontradictam habeatis poteſtatem † ſignum engilperahti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † vvihingi, † vaſmoti † brunichen, † meginrati, † thiotolfi † lantheres † vvaldmoti, † hruaduuini, huochingi. Facta hęc traditio anno III. regnante domino noſtro Hludouico glorioſiſſimo Rege Francorum, ſub die nona Calend. aprilis.

Traditio bonorum in villa Tulba.

EGo in Dei nomine Hruadmunt, dono atq; trado ad S. Bonifacium quiquid Wittrih, mihi manu poteſtatiua tradidit ad S. Bonifacium tradendum in elimoſinam ſuam, hoc eſt, in pago Salageuue, in villa quæ dicitur tulba, vnam arialem, ea videlicet ratione, vt à die præſente vos & ſecutores veſtri firmam & incõtradictam habeatis poteſtatem, † Ruadmotes, qui hanc traditionem fecit † Wolfharti † Brunichen, † Helpfrichi, † Hruodolfi, † Aſolfi, † Hruadolfi, † Wagheres, † Thruanti, † Egimen, † Folcgeri, † Irmingeri, † Reginperahti.

Traditio captura in Salageuuono Marcu.

EGo in Dei nomine Ferting, pro remedio animæ meæ dono atque trado in elimoſinam meã ad monaſteriu S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius requieſcit corpore ſacro, vbi & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini præeſt monachorum, in pago Salageuue & in marcu Salageuuono partem capturæ meæ de illis arboribus, quæ nuncupantur Lahbouma duas virgas vſq; ad locum vbi illud diſtinctum habeo, ea ratione vt à die præſente vos & ſucceſſores veſtri habendi poſſidendi firmam & incontradictam in omnibus teneatis poteſtatem. Acta traditionis charta menſe februario ſub die XIII. Calend. Martii, anno primo imperii Ludouici glorioſiſſimi regis Frãcorum. Scripta à Rudolfo Clerico † ſignum fertinges, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † Batten, † Baldmunti † Mãdalgeri, † Vnruoh, † Wrmheres, † Gunzen, † Fricchen, † Engilperahti, † Bernolti, † Sinduuines, † Hartperahti † Maſſoni, † Creftingi, † Aſperahti, † Wolphrati, Otmunti, † Teorolfes, † Hruadolti, † Williheres, † Hruadheres, † Helperathi, † Bernmari, † Hartgeri, † Gundheres, † Helingeri, † Harperahti.

Traditio bonorum in villa Hohheim.

EGo in Dei nomine Meginperaht, pro remedio animæ meæ dono atq; trado ad monaſteriũ, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore quieſcit, & vbi dominus Ratgarius abbas præeſſe videtur, hoc eſt, q; trado in cãpis & in ſiluis, pratis, pa-

scuis, aquis, aquarumue decursibus, & quicquid mihi parentes mei reliquerunt sicut supra nominatum est, extra vnam ariolam & tria iugera, hoc est, in pago Salageuue & in villa hohheim totum & integrum in vestrum transfundo dominium, ea duntaxat ratione, vt à die præsente vos & successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem præfatæ rei. Acta traditionis charta anno II. regnante domino nostro Ludouico, sub VIII. Idus Iunii. Ego Hemmo rogatus scripsi, † meginperahti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † theoleiches, † vnnides, † folemari, † hunolti, † beldingi, † eltingi, † vverinolti, † erlungi, † regingeri, † ratheres, † purgolfi, † meginperahti.

Traditio bonorum in villa Vrdorpf.

Sigibelt. EGo in Dei nomine * Ribigelt, dono atq; trado in elimosinam hæredũ meorum atq; mei ipsius, vt dominus nobis vitam æternam tribuat, ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi Christi martyr Bonifacius requiescit in corpore, hoc est, quicquid propriæ terræ visus sum habere in pago Salageuue, in villa vocata Vrdorpf. Ea videlicet ratione, vt à præsente die vos firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Acta hæc traditio regnante domino nostro Ludouico rege glorioso Francorũ, anno secundo. Signũ sibigeltes, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † signum theoleiches, † signum huochinges, † signum liutmares, † signum egiluuartes, † signum folmotes, † signum eiioni, † signum suuidgeres.

Traditio bonorum & mancipiorum in VVighartesheym.

EGo in Dei nomine Arnhelm dono atq; trado ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi S. & piissimus Bonifacius sacro corpore requiescit, & vir venerabilis Rabanus abbas pius pastor præesse multitudini monachorum videtur, quicquid mihi Ruotboto & coniunx eius Ratlind manu potestatiua communibus manibus tradiderunt ad prædictum martyrem tradendum, hoc est, quicquid in vvighartesheim proprietatis habere videbantur & in finibus eius, tam terris, quam siluis, cãpis, pratis, domibus, ædificiis, mãcipiis, pecoribus, pascuis, aquis aquarũue decursibus: Et mancipiorũ nomina sunt hęc. Ruodolf, seliub, heribold, tiorolf, suabbrahr, ea videlicet dispositione vt per beneficium prædicti abbatis, res prædictas atq; successorum eius ad vitam nostram possimus habere, & post obitum nostrum rectores memorati monasterii, nulla persona contradicente, liberam in omnibus accipiendi, tenendi, habeant potestatem. Facta est hæc traditio in prædicto monasterio, anno XXII. regni Ludouici Imperatoris mense Maii, quarto idus mensis eiusdem, præsentibus his testibus † signum Arnhelmi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum hannonis, † Altrati, † ercanfridi, Irminfridi, ✠ ruodberonis, ✠ Vogonis, ✠ hunolti, † otacari, † vvigberti, ✠ megingozi, † eggirici, ✠ ellonis, ✠ ruodmunti, † liibharius iussus scripsi.

Traditio bonorum & mancipiorum, in loco non nominato.

EGo in Dei nomine Benedicta pro remedio & salute animæ meæ dono atque trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius sacro requiescit corporæ, & vbi vir venerabilis Eigil abbas præesse videtur, h oc est, quod trado, L. iugera, ariolã vnam, domũ vnam, aream vnam, & quicquid in pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, atq; mãcipiis, & hęc nomina mancipiorum: rihger, albuuin, himiltrud, thanguuib, fridugart, rihbilt, Vodilburg, theotgoz, Otheri, ea duntaxat ratione, vt ad tempus, & ad vsum vitæ meæ supra dictam rem, id est, sola illa mancipia vestro præstario habeam, & post discessum vitæ meæ supra dicta res absque vlla contradictione, perpetuo iure in vestram redeat potestatem, atq; successorum vestrorum. Acta chartula traditionis anno IV. regnante Hludouico glorioſissimo Imperatore Frãcorum, quarto calendas Iunii, † Ermenfridi comitis † ruadperahti comitis † Haponis, † ratuuigi, † tuotonis, † vvolfharti, ✠ regiboti, ✠ vvignandi, ✠ Vogonis, † hruadolfi, † Vttonis, ✠ ruodolfi, ego Hemo rogatus scripsi.

Traditio

Traditio bonorum in villa Vrdorf, & Chinziga, & Adelfrideshuſen.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ego Reifing & coniux mea Vodillind donamus atque tradimus pro remedio & ſalute animæ noſtræ ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, & ad reliquias S. Bonifacii ibidem requieſcentis, hoc eſt, quod trado in pago Salageuue, in villa Vrdopf, & Chinzicha, & Adalfrideshuſon, & in marca illarum villarum, quicquid proprietatis viſi ſumus habere, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumq; decurſibus, areolis, ædificiis, mobilibus & immobilibus, & hæc nomina mancipiorum, Orperaht, Adalbald, Irmingoz, Betto, Reginburg, Sigiburg, Willirat, & hęc omnia cum filiis & pecoribus, domibus, & cum omnibus vtenſilibus, ea duntaxat ratione, vt ego Vadillind ad vitam meam teneam, & poſt obitum meum vos vel ſucceſſores veſtri firmam in omnibus habeatis poteſtatem † ſignum reifinges, qui hanc cum coniuge ſua chartulam traditionis fieri rogauit, ✠ ſignum amalperahti ✠ ſignum Iringi, † ſignum folemari, † ſignum vverinharti, † ſignum leobſunes, † ſignum eginonis, † ſignum vvahhilen, ✠ ſignum Witrichi, † ſignum Eginonis, † ſignum engilharti, † ſignum burgo. Acta traditio hæc ſexto Idus Octobris, in loco qui dicitur tulba, anno VII. regnante domino Ludouico glorioſiſſimo rege Francorum. Eigili abbate iubẽte ego Hemmo hanc traditionis chartam ſcripſi.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Tulba.

DOminus ac redemptor noſter ammonet nos dicens, date elimoſinam & ecce omnia munda ſiunt vobis, ideo ego Albleih pro remedio & ſalute animæ meæ dono atq; trado ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, & ad ipſum martyrem Chriſti S. Bonifacium, qui ibidem ſacro requieſcit corpore, & vbi vir venerabilis Fuldanenſis abbas Eigil multitudini monachorum præeſſe videtur, hoc eſt, quod trado, in pago ſalageuue, & in villa, quæ dicitur tulba, & in ipſa marca XXVI. iugera & area domus, porci octo, equi. 2. mancipia quatuor, quorum nomina ſunt hæc, gerhart, ſigiheri, auleib, anſtrat, ea ſcilicet ratione, vt poſt obitũ meum vos & ſucceſſores veſtri firmam & incontradictam in omnibus poteſtatem habeatis. Facta hæc traditio anno VI. regnante Ludouico domino Imperatore, ſub die 3. Non. Maii, facta in loco rormulti, ego bernhoh ſcripſi, † ſignum albleihes, qui hanc chartam fieri rogauit, † ſignum amalperahti, † ſignum Egilharti, † ſignum germen, † ſignum vveltinges, † ſignum foleuuines, † arnhelmes, † ſignum haduperahti, † ſignum ruadgerahti, † ſignum ruadboten.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa VVintgraben.

EGo in Dei nomine Iring dono atque trado in elimoſinam meam ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore ſacro requiſcit, & vir venerabiles Hrabamus abbas præeſſe multitudini monachorum pius paſtor videtur, hoc eſt, quod trado traditumq; in perpetuum eſſe volo, in villa vvintgrabon & in pago Salageuue, quicquid ibidẽ proprietatis viſus ſum habere, id eſt, in terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis. Et nomina mancipiorum hæc ſunt, hruadolf & vxor eius, gerburg, hiltheri, & vxor eius hruadlaug, abarhilt & filii eius, ruadhilt, grimuuart, hruaduuart cum omni eorum ſuppellectili & ſumptu. Ea vero ratione iſta omnia de Iure meo in veſtrum dominium trado atque transfundo, vt per veſtram precariam ad vitam meam hoc poſſideam, nullo cõtradicente. Poſt obitũ vero meum vos & veſtri ſucceſſores firmam & incõtradictam nullo, quod abſit cõtradicente, in omnib. habeatis poteſtatẽ. Facta charta traditionis in villa Caragoltesbah, menſe Ianuario, die VII. Feb. anno X. regni domini Ludouici glorioſiſſimi regis Francorum. Et iſti ſunt teſtes, qui hãc traditionẽ viderunt ſignis prænotatis † Iringi, qui hanc traditionẽ fieri rogauit, & ita voluit, † egino comitis, † gerhart, † Haremã, † albuuin, † hupraht, † ercãperaht, † thioleih, † amalpraht, † deuit, † rohing, † ſindicho, † ratboto, † fri

duuin,†folemar,† egino,† engilperaht,† nahhad,†ruadperaht,†nandheri,† vvolfgoz,† samuel,† glauperaht,† sandrat,† vverinhart,† folcheri,† selimuot,† othelm, Aladran,ptesbiter hanc traditionem scripsit.

Traditio bonorum in Kizicchcr Marca.

EGo in Dei nomine Ratroe & Deuit donamus atque tradimus in elimosinam nostram ad monasterium S.Saluatoris,quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore sacro requiescit, & vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum pius pastor videtur, hoc est, quod tradimus in Kizicchero marcu quicquid ibidem proprietatis habemus,id est, terris pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus,ea ratione, vt à die præsente Vos in omnibus habeatis potestatem.Facta charta traditionis in villa Iuzenheim, anno x. regni domini Hludouici glorioſiſſimi regis Francorum, & isti sunt testes, † ratroches, & deuites, qui hanc chartam traditionis in perpetuum esse voluerunt,† starcmanni,† Iringi,† othelmi, † foleheri, † folemari,† emichen, † Irminbaldi, † heriolti, † freuuiperahti, † ebutolfi, † liutmari,† othelmi.

Traditio bonorum in Hengistorf.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi Ego Amalperaht cognomento fugal,trado in villa hengisthorpf, quæ est in pago salageuue vnam aream habentem in latitudine virgas xxiv.& in longitudine xxxv. cum omni ædificio, & vnam bizumam(sepimentum) cuius longitudo xxx,virgarum est, latitudo vero xv. & duo loca molendina, & Iugera v.in elimosinam meam ad S. Bonifacium matyrem Christi,qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore,vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinẽ regit monachorum,ea ratione, vt quam diu vixero, mihi liceat per præstationem prædicti abbatis ad sustentaculum vitæ meæ possidere.Post obitum vero meum atq; de hac luce discessum rectores memorati monasterii habeant,teneant,atq; possideant & firmissima potestate perfruantur. Actum in monasterio Fulda,anno x.regnante Ludouico imperatore, mense Iunio,die vi. mensis eiusdem coram subscriptis testibus, † signum raginharii, † signum brunichen,† signum Gunnen, † signum sundarharii, † albuuarti, † Rihbrahti, † tuotim, † hrabbrahti, † husuuarti,† theotbaldi,†gundhartii,† anen, † bartonis, † geruuini. Ruadolfus indignus subscripsi.

Traditio bonorum in villa nutalinga.

IN Dei nomine ego vvigbot trado in terminis villæ hnutilinga, quæ est in pago salageuue,iugera lx.in elimosinam meam & muamum & rihberchti ad S.Bonifacium, qui in monasterio Fulda corpore requiescit,vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum. Ea ratione,vt à die præsente prædictus abbas eiusq; successores firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem. Actum in monasterio Fulda,anno x.regnante Hludouico Imperatore, mẽse Iunio, die nono eiusdem mensis: coram subscriptis testibus † signum vvigbot, † signum ratolti,† signum Hruadmunti, † signum Hratboten, † signum burgen, † signum vvolfolti, † signum Iungrati.Ruodolfus indignus subscripsi subdiaconus.

Traditio bonorum in villa Tulba.

IN Dei nomine Ego Hruadmunt, trado in villa tulba, quæ est in pago salageuue ad occidentem Ecclesiæ,agrum. l. virgarum longum, & xiii. latum in elimosinam meã ad S.Bonifacium,qui in monasterio Fulda corpore requiescit,vbi vir venerabilis Hrabanus abbas præesse videtur: Ea ratione, vt à die præsente rectores eiusdem monasterii firmam obtineant potestatem,quicquid exinde elegerint faciendi. Actum in monasterio Fulda,anno x.regnante Hludouico Imperatore,mense Iunio,die Non. eiusdem mensis,coram istis testibus,† signum ruadmunt,† signum vvolfolt,† signum Iungrat, †signum vvigbot, † signum ratolt, † signum ratboto, † signum burgeo.Ruodolfus subdiaconus scripsi.

Traditio

Traditio bonorum in villa Ostheim.

IN nomine Domini DEI & Saluatoris nostri IESU CHRISTI, Ego Lantuuin trado ad S. Bonifacium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas monachis præesse videtur, quicquid terræ arabilis & in siluis, in terminis villæ Ostheim proprietatis visus sum habere, & vnã areolam in longitudine XXIIII. virgas, in latitudine VII. virgas habentem in villa quæ nũcupatur Tulba, in pago Salageuue, ea scilicet ratione, vt à die præsente prædictus abbas eiusq; successores, firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatẽ. Facta traditio in monasterio Fulda, anno X. Imperii Ludouici, mense Martio die quarto Calend. Aprilis. Theotmar indignus subdiaconus iussus scripsit. † signum Lantuuini, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Popponis comitis.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Ostheim.

EGO itaq; in DEI nomine Bernuuas trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas monachorũ turbæ pius præest pastor, duas hobas terræ arabilis, in pago Salagenue in villa Ostheim ipsius in marca Villę & mãcipia duo, his nominib.; Adalbold; & Reginsuuind; Ea scil. ratione, vt per beneficium supradicti abbatis, Hrabani mihi & coniugi meę Geruuizu eandem rem ad vitam nostram possidere liceat; Et post obitum nostrũ in illius & successorum eius absq; vlla contradictione redeat potestatem. Facta traditio in monasterio Fulda anno X. regni Ludouici glorioſissimi Imp. mense Martio. In Idibus eiusdem mensis, die dominico, in media quadragesima, Theotmar indignus subdiaconus iussus scripsit, † Amo, † Ruadperaht, † Expimar, † Ortuuin, † Wolfboto, † sigiuuart, † albuuin, † manno, † assuuin, † herirat, † eggi, † euodolf, † heriolt, † hadumar.

Traditio superioris Saltzbronnen prope Chizzicha in pago Salageuue.

EGO in DEI nomine Gotahelm trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda corpore requiescit, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum præesse videtur, meam partẽ in illo superiore salso fonte qui ebullire videtur in terminis villæ, quæ dicitur Chizzicha in pago Salageuue, iuxta ripam fluminis Sala, similiter & vnius capturæ meam partem trado, quæ in litore meridiano ipsius supra dicti fluminis constat, & in fine superius nominatæ villæ, ea scilicet ratione, vt ab hac die præsente in dominio, atq; in potestate sit supra dicti martyris Christi Bonifacii, & in ipsius superius nominati abbatis, vt quicquid exinde facere elegerit, faciat absq; vllius personæ contradictione. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda quinto idus Maii, anno X. regni domini Ludouici glorioſissimi Imperatoris. Ego Aserih indignus monachus hanc traditionis chartulam scripsi, isti sunt testes huius traditionis, † signum Gotahelmes, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit.

Traditio mancipiorum in villa Eschinabach.

EGO itaq; in DEI nomine ancilla CHRISTI Lustrat & soror mea Sahsinna prò remissione peccatorum nostrorum donamus, traditumq; in perpetuum esse volumus ad monasterium S. Saluatoris quod dicitur Fulda, vbi requiescit S. Bonifacius Christi martyr precioso corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas præesse videtur, quicquid proprietatis habemus in vlla Eschinabach, id sunt mancipia cum supellectili eorum, quorum nomina hæc sunt, thancolf, ata, perahtuuih, adaluuih, Ellenrat, eburrat, atta, Atta reginburg, rahhilt, perahthilt. Ea scilicet ratione vt per vestram præstariam possimus habere vsq; ad obitum vitæ nostræ: Post obitum verò amborum, Vos & successores vestri firmam & incontradictã, accipiendi, habẽdi, fruendi, in omnibus habeatis potestatem. Facta hæc traditio in villa hamalun-

burg anno x. Ludouici sereniſſimi Imperatoris menſe Aprili die XIIII. eiuſdem menſis coram his teſtibus, † ſignum luſtrata & ſahſinna quæ hanc traditionis chartam fieri rogauerunt. † ſignũ Hrabani abbatis, † gerbelòti monachi & præpoſiti, † Hemmoni Diaconi, † adalmanni, † aſſoni, † Herimoti, † hildilbeorati, † huntrichi, † gramanni, † reginolti, † hartalabi: hemmo diaconus ſcripſit.

Traditio partis de Saltzbronna prope Chizziga.

EGo itaque in DEI nomine Wigbraht in eleemoſynam meam dono atque trado ad monaſterium Sancti Bonifacii martyris CHRISTI vbi Hrabanus Abbas præeſſe videtur, talem partem in illo fonte vbi naſcetur Sal, qualis mihi contingit in eodem fonte, qui eſt in terminis Chizzihheimero in pago Salageuue, ea ſcilicet ratione vt à die præſente vos & ſucceſſores veſtri accipiendi, habendi, fruendi firmam & incontradictam in omnibus habeatis poteſtatem. Facta hæc traditio in monaſteriolo Brachauu, anno x. Ludouici Imperatoris menſe Aprili, die XIIII. eiuſdem menſis. † ſignum vuigbrahti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † ſignum folrati, † ſignum albharti, † ſignum altmanni, † ſignum eginonis, † ſignũ baturichi, † ſignum harimoti, † ſignum erconrichi, † ſignum birichonis, † ſignum ortleibi.

Traditio mancipiorum in pago Salageu.

IN DEI nomine ego Ruadniuh trado ad Sanctum Bonifacium VII. mancipia in pago Salageuue, quorum nomina hæc ſunt Sigibold, Meginhilt, Reginbold, Cunimuot, Rodoman, Macholf, Adalfrid, cum omni ſupellectili eorum, ea ratione, vt ea quam diu viuam per beneficium Hrabani abbatis monaſterii Sancti Bonifacii habeam. Poſt obitum quoque meum cuncta, abſque vlla contradictione redeant ad Sanctum Bonifacium. Facta eſt hæc traditio in monaſteriolo quod dicitur Mattencella, anno XI. regni Hludouici piiſſimi Regis Francorum, decimo quarto Calendas Iulii coram his teſtibus, † ercanberahti, † amalperahti, † friduuini, † eginonis, † iringi, vuerinharti, † adolharti, † folcmari, † nandharii, † foleuuini, † vuiſanti, † eltingi, † althelmi, † deuit, † Theotmar, indignus ſubdiaconus ſcripſi hanc chartam traditionis.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Mahtolfeshus.

IN DEI nomine ego Eggiſuuind trado ad Sanctum Bonifacium qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi Hrabanus abbas vir venerabilis multitudinem regit monachorum, quicquid proprietatis habeo in villa quæ dicitur Matolfeshus, quæ ſita eſt in pago Salagewe, id eſt, domibus, ædificiis, curtis, ariolis, terris, pomeriis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis aquarumue decurſibus, & mancipia v. his omnibus; thaneolt, batahilt, herimar, willigis, adalolf, & vnius pueri communis duæ partes nomine Ruadhelm cum omni ſupellectili eorum, ea tamen ratione, vt illa mancipia & LX. iugera cum vna ariola vſufructuariò tantum per beneficium ſupra dicti abbatis habeam ad vitam meam. Cætera vero quæ tradidi exceptis his ab hodierno die redeant cuncta & integra in poteſtatem Sancti Bonifacii martyris CHRISTI, & iam ſupra nominati abbatis, nec non & illa, quæ ad vitam meam per ſuum beneficium habeam, poſt obitum meum redeant in ſuum dominium. Facta eſt hæc traditio in monaſteriolo quod dicitur Mattencella, anno XI. regni Hludouici piiſſimi regis Francorum. XIIII. Calendas Iulii coram his teſtibus; † ercanperahti, † amalperahti, † friduwini, † egginonis, † iringi, † werinharti, † adalharti, † folcmari, † nandharii, † folwini, † wiſanti, † eltingi, † althelmi, † deuit, Theotmar, indignus ſubdiaconus hanc traditionis chartulam rogatus ſcripſit.

Traditio

Traditio bonorum in Karagoltesbach villa.

EGo in DEI nomine Werinhart & patruelis meus Rihuuart donamus atque tradimus in eleemosynam nostram, & pro debito quinque librarum fratris mei & patris eius Richartes ad monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi Sanctus martyr Bonifacius corpore sacro requiescit, & vir venerabilis Hrabanus abbas turbę Monachorum pius pastor videtur, hoc est, quod tradimus & in perpetuum esse volumus in villa Karagoltesbach, in pago Asefeldum x. iugera. Ea tradimus ratione, vt à die præsente vos firmam & liberam habeatis in illa re potestatem. Facta charta traditionis & debiti in villa Karagoltesbach, mense Iunio, die vero XIIII. Calend. Iulii in octaua pentecostes anno XI. regnante domino Ludouico Imperatore, glorioſissimo Rege Francorum. Isti sunt testes traditionis, † Werinharti & rihwarti, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauerunt, † ercanperaht, † friduuuin, † folemar, † nandheri, † amalperaht, † deuit, † elting, † egino, † item Egino, † folcuuin, † Irinus, † ercanbot, † nendilo, Item testes qui vestitionem viderunt, † Werinharti, † Rihuuarti qui in hanc vestitionem consensérunt & voluerunt, † vualtun, † folepraht, † othelm, † perahtrat, † sigiperaht, † stinding, aladran presbyter scripsit.

Traditio vineæ in villa Mahtolfeshus.

IN DEI nomine Baldrih, Eggirih, & Batto donamus atque tradimus ad Sanctum Bonifacium portionem vnius vineæ, in longitudine virgæ xx. in latitudine virgæ IX. traditumque in perpetuum esse volumus, hoc est, in villa Mahtolfeshus, in pago Salageuue, ea vero ratione tradimus, vt à die præsente vos & posteri vestri firmam habeatis potestatem. Et isti sunt testes, qui hoc audierunt & viderunt, giueridam, id est, amalperaht, siginand, pernuuig presbyter, Immo, baldrih, batto, eggirih, fugal, liutmar, noedpraht, Werinperaht, Wielant, nendicho, erbeo, Aladrā presbyter scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Karagoltesbach & in pago Asefeld.

IN DEI nomine, Ego Warmunt, & mater mea Ellensuuind donamus & tradimus in Eleemosynam nostram & patris mei Liutheres, ad monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi Sanctus martyr Bonifacius corpore sacro requiescit, & vir venerabibis Hrabanus abbas multitudini monachorum pius pastor præesse videtur, hoc est, quod tradimus, & in perpetuum esse volumus in villa Karagoltesbach, & in pago Asefeldum, quicquid ibidem proprietatis habere visi sumus, id est, in terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mancipiis & arialis, & nomina mancipiorum hæc sunt, Wenito, Liobuuini. Ea verò ratione ita tradimus, vt à die præsente vos firmam & incontradictam in omnibus nullo contradicente habeatis potestatē. Facta chartula traditiònis in monasterio, Sala mense Iunio, decimo quarto Calend. Iulii in octaua pentecostes anno XI. regni Domini Ludouici, glorioſissimi Regis Francorum. Isti sunt testes traditionis signum Warmunti, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † friduuuin, † ercanperaht, † nandheri, † adaluuig, † folemari, † Egino, † folenandt, † othelm, † foleuuin, † althelm, † theotfrid, † ruadfrid, † gotafrid, Item testes qui vestitionem viderunt, † Warmunti, qui in hanc vestitionē consensit, Sindicho, † ebanolt, † foltheri, † fruming, † reginherd, † vuerinhart, † vuigilo, † nordaloh, † ruadiperaht, † anthad, † manolt, † othelm. Aladran presbyter rogatus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Langendorf.

EGo in DEI nomine Gisalhilt, Sanctamonialis, trado ad Sanctum Bonifacium qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hraba-

nus abbas multitudini Monachorum præesse videtur, atque in eleemosynam meam transfundo quicquid proprietatis visa sum habere, in villa, quæ dicitur Langendorf, quæ constructa est in pago Salagewe, in terris, arialis, ædificiis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mobilibus & immobilibus rebus, & quatuor mancipia, quorum hæc sunt nomina Ratger, Othelm, Albolt, Hruadni, cum omni supellectili eorum. Ea tamen ratione, vt hæc omnia ad vitam meam per beneficium supradicti abbatis vsufructuariò habeam, postque obitum meum in illius iterum & successorum eius redeant potestatem nullo contradicente. Facta est hæc traditio in Hamalunburg, anno imperii Ludouici glorioſi regis Francorum XVII. mense Martio, VII. Idus, eiusdem mensis, coram testibus infra scriptis, † signum Gisalhiltæ, quę hanc fecit traditionem, † signum Sigimandi, † signum Reginolti, † signum Eginonis, † signum Iringi, † signum Eggiharti, † Eginonis Ruadhohi, † signum Eliwini, † signum Ercanberti, signum Nendichoris, † signum Iuzonis, † signum Ellengeri, † Theotfridi, † signum Leidrati. Theodrar indignus Diaconus iussus scripsit.

Traditio pecorum & supellectilis.

NOTITIA traditionis Muotanæ qualiter illa pro æterna retributione elaboratum suum tradidit, quicquid habuit, hoc est, inter vaccas & boues, XXIIII. porcos LXV. oues XXXIII. betiu III. puluilli V. sedalare III. mappæ II. manutergia I. bechin I. peluis I. lilahan I. coopertorium I. præsentibus his testibus, Eggihart, Engilhart, Meginolt, Herodhoh, Rathoh, Haguno, Waltman, Burgio, Zuadhart.

Traditio pecorum & mancipiorum.

NOTITIA traditionis Hruodboten, qualiter ille pro æterna retributione elaboratum suum omne tradidit, hoc est, porcos LX. vaccas VI. oues XII. Epiastros XL. Harimuot, Fridahelm, Altthuring, Arnhelm, Altrat, Otacar, Graman, Irminolf, Rihhart, Ercanger, Thiotrih, Nending.

Traditio capturæ in fluuio Elmahā.

DOMINUS ac Redemptor noster DEI filius per Euangelium suum admonet nos dicens, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco ego in DEI nomine Folco dono, trado, atq; transfundo ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Baugolfus abbas multitudini monachorum pius pastor præesse videtur, traditumque in perpetuum esse volo in eleemosynam meam patris mei Ruodmoti, quicquid ille mihi hæreditario iure proprietatis reliquit in illa captura, quæ circa fluuium Elmaha iacet, in loco eodem vocabulo nuncupato, qui infra terminum villæ quæ dicitur Kinzichā situs esse non ignoratur, totum & integrum cum omnibus adiacentiis suis, id est, Arealis, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, & quicquid in eadem captura ad meam proprietatem & paternam hæreditatem pertinere dignoscitur. Ea tamen ratione, vt quam diu præsentialiter viuam, per beneficium præfati abbatis & successorum eius vsufructuariò hoc, quod tradidi, habeam, postque obitum meum, ipse statim iterum & successores eius firmissimam habeant potestatem, quicquid inde facere voluerint. Actum in villa Eritale anno XXVIII. regni Caroli inuictissimi regis Francorum die XIIII. mensis Iulii, in præsentia testium quorum signa & nomina subscripta videntur, † signum Folconis, qui hanc traditionem fecit, † Amalbrahti, † Eggeolti, † Leihrati, † Adalmanni, † Ercanbrahti, † Egihelmi, † Iungarati, † Witrati, † Werilanti, † Herirati, † Eggiharti, † Herimoti, † Wentiles, † Ruadharii, † Winimanni, † Bettonis, † Marcriti, † Arfridi, † Irminfridi, † Weitheres, † Arahen, † Giltingi, † Wighelmi, † Ruadhelmi, † Adalharti, † Immonis, † Frethanti, † Reginharti, † Wanolfi, † Bettonis, † Attonis, † Eggiharti, † Ginozes, † Iungerati, † Theoleichi, † Fogati, † Wolfberen vasalli Baugolfi abbatis, qui huius traditionis vestituram pariter acceperunt.

ceperunt. Ego Asger indignus presbyter hanc traditionis chartam iussu Baugolfi abbatis scripsi, notauiq; diem, locum, & tempus supra scriptum.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Elmaha.

DOMINUS ac Redemptor noster DEI filius per Euangelium suum admonet nos dicens, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco ego in DEI nomine Araho, dono, trado, atq; transfundo ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Baugolfus abbas multitudini Monachorum pius pastor præesse videtur, traditumque in perpetuum esse volo in eleemosynam meam, quicquid proprietatis visus sum habere in villa Elmaha, quæ sita est iuxta fluuium eodem vocabulo nuncupatũ, totum & integrum cum omnibus adiacentiis suis, vt prædiximus ad meam proprietatem in terminis villæ præfatæ pertinentibus, id est, areolis, ædificiis, campis, pascuis, syluis, pratis, aquis, aquarumque decursibus, mancipiis, mobilibus & immobilibus, quicquid dici & nominari potest. Ea scilicet ratione, vt ab hodierna die, ac deinceps rectores prædicti monasterii, quicquid inde facere voluerint, firmissimam & incontradictam in omnibus habeant potestatem. Actum in præfata villa anno XXVII. regni Caroli inuictissimi Regis Francorum, die VIII. mensis Iunii, in præsentia testium, quorum nomina & signa subscripta sunt, signum Arahen, qui hãc traditionem fecit, † signum adalhelmi, † reginfridi, † vuolfberen, † vuigbrahti, † reginheri, † rahtingi, † arfridi, † egilhelmi, † meginbrahti, † Iagud, † vuinharii, † huohingi, † haichonis, † vuigharii, † giltingi, † folmoti, † vuanes, Eggi presbyter & monachus, & Theoleid Fogatus Sancti Bonifacii hanc traditionem atq; vestitionem acceperunt. Ego Asger indignus Presbyter hanc traditionis chartulam iussu Baugolfi abbatis scripsi, notauique diem, locum, & tempus supra scriptum.

Traditio capturæ in fluuio Elmaha.

DOMINUS ac Redemptor noster DEI filius per Euangelium suum admonet nos dicens, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco ego in DEI nomine Burgeo dono, trado atque transfundo ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Baugolfus abbas multitudini monachorum pius Pastor præesse videtur, traditumque in perpetuum esse volo in eleemosynam meam & patris mei, Suuidmoti, quicquid ille mihi hæreditario iure proprietatis reliquit in illa captura quæ super fluuium Elmaha iacet in loco eodem vocabulo nuncupato qui infra terminum villæ, quæ dicitur Kinzicha situs esse non ignoratur, totum & integrum cum omnibus adiacentiis suis, id est, areolis, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis aquarumq; decursibus, & quicquid in eadem captura ad meam proprietatem ex paterna hæreditate pertinere dignoscitur, ea tamen ratione, vt quam diu præsentialiter viuam per beneficium præfati abbatis & successorem eius vsufructuariõ hoc, quod tradidi, habeam, postque obitum meum ipse statim iterum & successores eius firmissimam habeãt potestatem, quicquid inde facere voluerint. Actum in villa Eritate anno Domini XXVIII. regni Caroli inuictissimi Regis Francorum die XIIII. mensis Iulii, in præsentia testium, quorum signa & nomina subscripta videntur, † signum Burgeonis, qui hanc traditionem fecit, † amalbrahti, † eggeolti, † leidrati, † adalmanni, † gerbrahti, † egilhelmi, † iungarati, † vuitrati, † vuerriarti, † herirati, † eggiharti, † herimoti, † vuenteles, † ruadharii, † auuinimanni, † bettonis, † marcriti, † arfridi, † irminfridi, † vueifheres, † arahen, † giltingi, † vuighelmi, † ruadhelmi, † adalharti, † immonis, † frethanti, † reginharti, Wanolfi, † attonis, ginozes, tleoleichi, fogati, vuolfheren, &c. vt supra.

Recuperatio capturæ Monasterio ablatæ.

ANno dominicæ incarnationis DCCCXXXVIII. indictione prima, mense Iunio, XVIII. Calend. Iulii facta est contentio Gozboldi & Hrabani, abbatis coram Imperatore Ludouico & filiis eius Ludouico & Carolo, nec non & principibus eius in Palatio apud Niomagum oppidum constituto, de captura quam Folco, & fratres eius Buirgo & Hroo tradiderunt ad S. Bonifacium, vbi & Gosbertus conuictus charta traditionis & testibus idoneis, hoc est, Eggiharto, Burgone, Engilharto, Mechone, Lintgario, Hisinfrido, Ruadhoo, Meginolto, Ercanfrido, Haltrato reddidit iussu Imperatoris coactus quod iniustè per fraudem de eadem traditione abstulit coram his testibus, Trugone archiepiscopo, Otgario archiepiscopo, Radolto episcopo, Helmgaudo episcopo, Gerfredo episcopo, Theotgrimo episcopo, & Baturato episcopo, Adalberto comite, Helphrico comite, Albrico comite, item alio Albrico comite, Popone comite, Gebawino comite palatii, Ruadharto similiter comite palatii, Hattone comite, Madalgero comite, Gebaharto comite, Adalgario comite, &c. innumerabilibus Vasallis dominicis.

Restitutio eiusdem captura

Item eodem anno mense Iulio sexto Idus eiusdem mensis coram Hesse comite in conuentu publico, in pago Salagewe, in villa quæ vocatur Karagoltesbah, Freibraht vocatus, Gozwaldi, Conwadio restituit Leidrato aduocato domini Rabani, præcipiente comite & Scabinis iudicantibus, hoc ita iustum fieri, & huius causæ Otacar fideiussor extitit, totum & integrum, quicquid præfatus Gosbaldus, & fratres eius de potestate Sancti Bonifacii iniustè abstulerunt in Chinzichero marcu de captura quã Folco & fratres eius Biurgo & Hroo tradiderunt ad S. Bonifaciũ, præsentibus his testibus: Hesse comite, Ercanbraht, Friduwin, Althuring, Nandderi, Ratboto, Samuel, Sinelicho, Marcolt, Samanolt, Otacar, Hruodbraht, Engilbraht, Othelm, Adalwig, Folcheri, Thotrih, Nahhad, Sigibraht, Eggiolt, Stinding, Adalman, Thingbraht, Otbraht, Buobo, Eggihart, Hruadbraht, Folcolt, Grindeo, Folcmar, Wenito, Batarih, Adalger, item testes vestitionis, † signum Freibrahti, & Otocari, qui hanc vestitionem fecerunt, Friduuuin, Althuring, Folckheri, Adalman, Leidrat, Hruodhelm, Sigimunt, Hanno, Remming, Reginfrid, Hruodhoh, Burgo, Werinhart, Irminbraht, Hruodhart, Gerhart, Hutto, Gebauuin, Arnhelm, Suuabbraht, Hartuuin, Anshelm, Starcfrid, Hruodbero, Elting, Sibicho, Engilhart, Altraht, Ercanfrid, Folcrat.

Traditio capturæ in Elmaha infra terminum Kinziga.

DOMINVS ac Redemptor noster DEI filius per Euangelium suum admonet nos dicens, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco ego in DEI nomine Raho dono, trado, atque transfundo ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Baugolfus abbas multitudini monachorum pius pastor præesse videtur, traditumque in perpetuum esse volo in eleemosynam meam & patris mei Suuidmoti, quicquid ille mihi hæreditario iure proprietatis reliquit in illa captura, quæ circa fluuiũ Elmaha iacet in loco eodem vocabulo nuncupato, qui infra terminum villæ quæ dicitur Kinzicha situs esse non ignoratur, totum & integrum cum omnibus adiacentiis suis, ideſt, arealis, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis aquarumq; decursibus, & quicquid in eadem captura ad meam proprietatem ex paterna hæreditate pertinere dignoscitur, ea tamen ratione, vt quam diu præsentialiter viuam, per beneficium præfati abbatis & successorum eius vsufructuariò hoc, quod tradidi, habeam, postq; obitum meum ipse statim iterum & successores eius firmissimam habeant potestatem quicquid inde facere voluerint. Acta in villa Eritale anno XXVIII. regni Caroli inuictissimi Regis Francorum, die XIIII. mense Iulii. In præsentia testium, quorum signa & nomina subscripta videntur, † signum Rohen, qui hanc traditio-

traditionem fecit, † signum Amalbrahti, † Eggiolti, † Leidrati, † Adalmanni, † Gerobrahti, † Egihelmi, † Iungurati, † Witrati, † Werilanti, † Herirati, † Eggiharti, † Herimoti, † Wentiles, † Hruadharii, † Winimanni, † Beteonis, † Marcriti, † Arfridi, † Irminfridi, † Weifheres, † Arahen, † Giltingi, † Wighelmi, † Adalharti, † Hruadhelmi, † Immonis, † Fretharti, † Reginharti, † Wanolfi, † Attonis, † Ginozes, † Theiolechi Fogati & Wolfberea Vasalli Baugolfi abbatis, qui huius traditionis vestituram pariter deceperunt. Ego Asger indignus presbyter hanc traditionis chartulam iussu Baugolfi abbatis scripsi, notauique diem, locum & tempus supra scriptum.

Traditio bonorum in pago Salageuu.

IN DEI nomine Mahtger & Riholt donamus atq; tradimus ad Sanctum Bonifacium in eleemosynam Arnolti in pago Salagewe, in terminis villæ quæ dicitur N. v. iugera, ea verò ratione tradimus, vt à die præsente Vos & successores vestri firmam habeatis potestatem. Et isti sunt testes, qui hoc audierunt & viderunt, signum † Friduwin, Altduring, Eginot, Otbrahti, Eggolt, Buricho, Eliwin, Theotfrid, Hruodfrid, Arnhelm, Eburmunt, Nendicho.

Traditio bonorum in villa Bolanten.

EGO in DEI nomine Grimbolt dono atq; trado ad monasterium quod dicitur Fulda, vbi martyr CHRISTI Bonifacius sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, totum quod propriæ hæreditatis visus sum habere in villa, quæ dicitur Bonlanta, excepta vna areola, & vna Huoba, id est ast, areolis, terris, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus. Ea verò ratione, vt à die præsente vestro fiant dominio subiecta tam firmiter vt nullus contradicere valeat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno XXV. regni Ludouici Imp. quinto Calend. Nouembris, † signum Grindeoni, qui hanc traditionem fecit, † Hessi, † Hruodheri, † Althoh, † Hahgrim, † Hanno, † Wigbore, † Stephan, † Helmolf.

Traditio census de bonis in Scunterun.

NOTUM sit tam futuris quàm præsentibus, Lidum quendam nostrum nomine Herolt in villicationem nostram Hamelenburc pertinentem, villam Scunderun inhabitasse: & vxorem de Nuhthermes nomine Osterlint in Gingium duxisse, & eam prædio quod iure proprietatis possiderat ibidem dotasse: hæc pertinuit ad curiam cellarii nostrorum Fuldensium fratrum. Genuit autem eodem Osterlint marito suo duos filios, & duas filias, quorum nomina hæc sunt Helewic, Wolbbero, Folcrat, Adelgund. Volentes ergo præfati, tàm prole sua, quàm nepotibus in futurum prospicere, ipsa prædia, quæ in denominata villa possederant, ad curiam cellarii nostri hac conditione delegauerunt, vt singulis annis in festo Sancti Martini, tàm ipsi, quàm hæredes sui cellario nostro duos solidos, de eodem prædio persoluant; nec violentia alicuius ad possidenda alia beneficia nostrę Ecclesię cogantur. Acta sunt hæc anno incarnationis dominicæ MCLVI. Indictione VI. imperante glorioso Romanorum Imp. Friderico Marewardo, abbate Godefrido aduocato maioris domus. Dudone cellario, & hi sunt testes qui viderunt & audierũt, Williart, Rudipraht, Adalun, Ripraht, Lordan, Meginfrit, Wigger: hæc qui irrita fecerit, anathema sit.

Traditio bonorum in Westheim, Asefelden & Ascahu.

EGO itaq; Adala in DEI nomine in eleemosynam meam trado ad S. Bonifacĩũ quicquid proprietatis habeo in Westheim, in Asefeldun, & in Ascahu, totum

& integrum, id est, terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, domibus, ædificiis, omnibusque adiacentiis, & hęc mancipia cum omni supellectili eorũ, & quicquid ex eis augmentatum fuerit: & hæc nomina mancipiorũ, Strangolf, Adalolt, Witugauuo, Williperaht, Paturih, Folscuuind, Mahtlind; ea ratione vt post obitum meum prædictam rem melioratam & incontradictam ab vlla persona in perpetuum habere vel possidere firmissimam habeatis potestatem, Vos & successores vestri, vt mercedem habere mereat in futuro apud Dominum; & hoc sit actum coram testibus subter positis culmo subhixum. Actum in monasterio Fulda die septimo mensis Iunii, & Ego Asger feci; signum Baugolfes abbatis, Ercanperahtes Episcopi, † Sigipotes, † Leidrates, † Filudaneches, † Eggioltes, † Thioleches, † Menniſgen, † Eginen, † Birichen, † Wolftheres.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Asefelde.

DOMINVS ac Redemptor noster salubriter & sancte nos in Euangelio admonet, dicens, date eelemosynam, & ecce omnia munda sunt nobis. Idcirco ego Werinburg dono atque trado in eleemosynam meam, & pro absol tione peccatorum meorum in pago Asefelde, & in villa eodem nomine Asefelde, quicquid iure proprietatis habeo, id est, in campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt, Elting, Gerwart, Altperaht, Wielant, Suomolf, Egirih, Werinhilt, Leobswind, Otswind, Albheid, Regindruh, Liutswind, Liobwart, Nordman, Wolfsuuiind, cum omni eorum supellectili totum & integrum, quicquid proprietatis habeo absque vna areola trado ad Sanctum Bonifacium, vti ego consequi merear peccatorum meorum apud Dominum per ipsius intercessionem veniam. Ea ratione, vt ego ipsa quam diu viuam, hoc incontradictum possideam, post exitum meum de hac vita Vos & successores vestri, tenendi, possidendi, fruendi, & quicquid volueritis, faciendi liberam firmissimamque æterna astipulatione subnexam in omnibus habeatis potestatem. Acta hæc charta traditionis in tertia Calend. Februarii anno XXVIII. regni domini Caroli gloriosissimi Regis Francorum, † signum Werinburgæ, quæ hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † Sigiboti, † Engilperahti, † Liutheres, † Manolti, † Eggiolti, † Weniloni, † Fridwuini, † Riotwini, † Theotperahti, † Eginoni, † Werinharti, Folcmari, † Theoleiches, Engilheres.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Asefeld & Bonlanten.

NON est incognitum cunctis fidelibus quod Leobataga tradidit ad Sanctum Bonifacium in eleemosynam suam, partem hæreditatis suæ, id est, Ecclesiæ suæ, quod ad eam pertinet, terris, prătis, pascuis, mancipiis, ædificiis, in villa nuncupante Asefeld, & illam Houestat, in qua ædificatum habet & sedet, & hæc nomina mancipiorum Hadarih, Liutrat, Ernanrih. Immina cum tali supellectili quã Hadarih habet in villa Bonlantũ, & omnia ad se pertinentia. Ideo ego Paugolfus abbas cum consensu & voluntate fratrum nostrorum præstabo tibi Leobatagun ad vitam tuam, has supra dictas res quæ manu potestatiua tradidisti ad Sanctum Bonifacium, insuper & de nostro sumptu tria mancipia, id est, Adalrat, Theotwit, Hruotrad, cum supellectili eorum, has res supra scriptas habendi, fruendi, non minuendi, sed meliorandi firmissimam in omnibus habeatis potestatem per nostram præstariam, & post obitum tuum possideamus nos hoc ipsum, & successores nostri, † Paugolfi abbatis, † Hratmuolti presbyteri, † Amales presbyteri, † Gerberti diaconi, † Wolfbotẽ presbyteri, † Megingozi monachi, † Theganheri monachi. Item hi testes, Engilperaht, Adalman, Freibraht, Siginand, Eggiolt, Manolt,

holt, Amalperaht, Gerperaht, Leidrat, Liutheri, Sandrat, Theotbald, Theoleih, & annis singulis tibi ad vitam tuam de nostris causis donetur vna situla mellis plena, & porcus vnus, qui assumitur pro pretio anni.

Traditio bonorum & mancipiorum in Hemmingeshus & Niuuheim.

LICET sint parua & exigua quæ pro immensis nostris offerimus sceleribus, tamen scimus æquissimum iudicem plus deuotionem mentis quam quantitatem perpendere muneris. Idcirco ego Waldperaht presbyter, istique duo mei fratueles, Albuuin presbyter & Heimberaht, sana mente, deuotaque voluntate donamus atq; tradimus in eleemosynam nostram ad Sanctum Bonifacium, quicquid in loco qui dicitur Hemmingeshus in sylua Bochonia iuxta ripam fluminis, quod dicitur Sinna, proprietatis habemus, similiter quicquid habemus in Asefeldono marcu, nec non & hoc quod ego Waldperaht acquisiui pretio in villa Niuuiheim, id est, in terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt, Albraht, Leobgis, Gozperaht, Helihwar, Ferting, Engilthrud, Farolf, Adalthrud, Vadilthrud, Ratgoz, Folcleich, Friduwiz, Folerat, Zeizcoma, Alphart, Alpger, Hruodila, Alphilt, Hruodolf, Egifrid, Enstila, Heriolf, Benno, Hunbald, Rantwin, Perahtrat, Heimirih, Leobolf, Adalwid, Folcmar, cum omni eorum supellectili & sumptu, sicque tradimus integrũ & totum, quicquid de mobilibus & immobilibus dici & nominari potest, quod in nostra sit hæreditaria potestate.

Ea scilicet ratione, vt per vestram præstariam cuncta quæ tradimus, possideamus ad vitam nostram, vti illud ritu vsuario valeamus colere atque augere, & inde acquirere nutrimentum fragilitati nostræ, donec in hac præsenti vita viuamus: Post obitum verò nostrum, atque de hac præsenti vita exitum Vos & successores vestri illa omnia aucta atque meliorata in eleemosynam nostram, & ad vtilitatem vestram tenendi, habendi, possidendi, fruendi firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem.

Scripta hæc chartula traditionis in monasterio Fuldâ anno XXXII. regni domini Caroli glorioſissimi regis Francorum mense Martio, die XI. Calend. Aprilis, † signum Waldperaht presbyteri, † Albwini presbyteri, † Heimperahti Clerici, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauerunt, † Huadperahti, † Gerbrahti, † Suuidprahti, † Suuidpoten, Hahperahti, † Meginperahti, † Alauuites, † Gotahelmes, † Theoleches, † Ercampoten, † Perahtolohes.

Traditio bonorum in Obasesfeld & in pago Asefelden.

EGO in DEI nomine Nahhand trado ad Sanctum Bonifacium III. iugera in villa Obasesfeld, & in pago Asefeldun, ea ratione trado, vt à die præsenti redeat in vestrum dominium, facta traditio in monasterio Fuldâ anno XLIII. regni domini Caroli glorioſissimi regis Francorum. Isti sunt testes Nahhad, Reginroc, Amalperaht, Liutheri, Sandrati, Ercamperaht, Irminbraht, Gerbraht, Eggiolt, Weniro, Theotrih.

Traditio mancipiorum in Hunzesfeld.

IN CHRISTI nomine ego Muotheri dono atque trado in eleemosynam meam ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fuldâ corpore quiescit, vbi Ratgarius abbas turbæ monachorũ pius pastor videtur in villa Hũzesfeld, & in Asefeldo marcu duo mãcipia, Leobran, Leobmuot. In ea verò ratione vt ab hac die præsente, vos & successores vestri liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Et isti sunt

testes, Muotheri, suuitbot, hruadperaht, amalperaht, gerbraht, eggolt, rohing, liutheri, vuenilo, vuenito vueringer, vuighelm, reginfrid, sandrat, theotaraht, egilolf, fridùvuin, rihhart, rathelm, selimuot, reginboto, nandheri, hartrat.

Traditio mancipiorum & bonorum in villa Asefeld.

EGo in DEI nomine Sindroh, Friduwin & Folemar pro remedio & salute animarum nostrārum donamus atque tradimus ad monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hratgarius abbas præesse videtur, hoc est, quod tradimus, quatuor mācipia, Egilolf cum sua hoba, extra aream, & cum toto elaboratu eius, & gereloh, ata cum filio & cum elaboratu suo, & dimidiā partem, quicquid ptoprietatis Lindroh habuit extra vnam aream, & extra duorum seruorum huobas, in pago Asefeld, & in ipsa villa, & in ipsa marca, Ea duntaxat ratione vt à præsente die vos & successores vestri firmissimam in omnibus habeatis potestatem, † friduvuini & folemari, qui hanc traditionē fecerūt, † gerbraht, † egino, † conduperaht, † vuocfboto, † egino, † germo, † vtto, † meginrat, † ermanolt, † heriboto, hruadgeri.

Traditio prati in vico Asefelden.

EGo in DEI nomine Ratolf dono atq; trado, traditumque in perpetuum esse volo ad Sanctum Bonifacium in eleemosynam Ilinun quondam coniugis meæ in pago Asefeldom & in vno eiusdem nominis vnum pratum, quod à die præsente vestro fiat dominio subiectum tam firmiter, vt nullus contradicere valeat. Et isti sunt testes huius traditionis Ratolfi, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit, † amalberthi, † eggiolti, † suuartmanni, † amanolti, † sigibrahti, † hruadprahti, theotrihi, † Warolfi, † ermanolti, † otvuini.

Traditio bonorum in Asefeldermarca.

EGo in DEI nomine Engilperaht dono atque trado ad Sanctum Bonifacium quinque iugera de aratura terra, hoc est, quod trado in Asefeldom marca, Ea ratione vt a die præsente vos & successores vestri firmam accipiendi, habendi, habeatis potestatem, † engilperahti qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, † signum ernusti, † signum vuasmoti, † signum theotolfi, † signum hludumari, † signū asiloni, † signum libuuini.

Traditio bonorum in Bonlanten.

IN DEI nomine ego Warmuot ancilla DEI trado ad monasterium quod dicitur Fulda, vbi Sanctus Bonifacius corpore quiescit, in pago Asefeld, in villa quæ dicitur Bonlant, quicquid ibidem proprietatis habere videor, hoc est domibus, ædificiis, terris, pratis, pascuis, quicquid dici vel nominari potest. Ea scilicet ratione vt dum ego vixero per vestrum beneficium habere possim, post obitum vero meum vos & successores vestri rem supra scriptam accipere, habere, & quicquid exinde facere elegeritis, habeatis potestatem. Facta charta in villa Hamalunburg, anno XLV. regni D. Caroli Imp. Secundo Calend. Nouemb. Ego Inguis rogatus scripsi, † vuarmote, quæ hanc traditionem fecit, † reginroc, † eggiolt, † crispo, † theoleih, rihhart, † sindacar, † vuagpraht, † hruadberto, † amalger, † vuighelm, † gebolf, † gerunig, † Irminger, † coufman, † amalpraht, † othelm, mancipia quæ tradidit ita nominantur, starcheri theotolf, vualtheri gerbirg, theota.

Traditio bonorum in villa Aſefeld.

EGo in DEI nomine Friduberaht dono atq; trado pro remedio animæ meæ, & in eleemoſynam patris mei Fricken, ad monaſterium quod dicitur Fulda, vbi pretioſus CHRISTI martyr Bonifacius corpore requieſcit, & vbi vir venerabilis Hratgarius abbas multitudini monachorũ præeſſe videtur, hoc eſt quod trado, vnam ariolam, & tres hobas, cum ſyluis & campis; id eſt, in pago Aſefelde & in antiqua villa Aſefelde, ea videlicet ratione, vt à die præſente Vos firmam & incontradictam in omnibus habeatis poteſtatem, † friduberahti, † qui hanc chartam fieri rogauit, † ſchwarzzmannes, † ercanfrides, † warmotes, † hruadinges, † volmotes, † heien, † hruadleiches. Facta eſt hæc traditio regnante domino noſtro Ludouico, glorioſo Rege Francorum, anno II. ſub die II. Idus menſis Nouembris. Ego Libheri clericus hanc traditionis chartam rogatus ſcripſi.

Traditio bonorum & mancipii vnius in villa Iuzenheim.

IN DEI nomine ego Foleger dono atque trado pro remedio & ſalute animæ meæ, quicquid proprietatis habeo in villa nuncupata Iuzenheim in comitatu Wigbaldes, & in pago Weringawe ad Sanctum Bonifacium, traditumque in perpetuum eſſe volo, & vnum mancipium, cuius nomen eſt Suuabhilt, in eodem loco. Ita igitur hæc omnia trado, vt ex hoc die, & deinceps in Sancti Bonifacii & familiæ eius perſeuerent dominio, nullo quod abſit contradicente. Facta charta traditionis in monaſterio Fulda ſexto Calendas Aprilis, die palmarum, anno XLII. regni Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum, † Brunes cancellarii, qui hanc chartulam traditionis rogatus ſcripſit, & teſtibus ſubter firmauit, Folegeres qui hanc chartham fieri ſuæ traditionis rogauit, † wago, † hiltiuuig, † albuuin, † eburhart, † eggiolt, † theoleih, † ecco, † ſuuidger, † egiluuart, † reginheri, † fruming, † vurmheri, vuolfboto, † vualting.

Pagus Weringau. *Comitatus Wigbaldus.*

Traditio bonorum in villa Graſetelli.

IN nomine Domini noſtri IESU CHRISTI ego Reginperaht dono atque trado ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI XXX. iugera in eleemoſinam Proſſen & Hruadua, quæ ab illis mihi tradita fuerunt, hoc eſt in pago Werangeuue in villa Graſetelli. Ea videlicet ratione, vt à die præſente Vos & ſucceſſores veſtri in contradictam ab omni perſona habeatis poteſtatem, Reginbrahti, qui hanc traditionem fecit, † berichen, † Werdantes, † vodalriches, † botea, † brunuuartes, † germen, † eginen, † buoben, † amalgeras, † matichen, † vualthriches. Libheri ſcripſit.

Traditio bonorum in villa Muotinesheim.

IN DEI nomine Ego Sigimunt pro remedio & ſalute animæ filii mei defuncti Rantuuiges X. iugera ex mea propria hæreditate dono atque trado ad Sanctum Bonifacium in villa Muotinesheim in Werangeuuono marcu, ita vt ex hac die, & deinceps firmiter & incontradicte veſtræ ſubiaceant poteſtati, Dranonis monachi, qui hanc chartam traditionis rogatus ſcripſi, & teſtibus ſubter firmaui, † ſignum Sigmunti, qui hanc chartulam traditionis rogauit, † vto, † tuoto, † hugibold, † heitung, † otgrim, † ernuſt, † egino, † vuitrih, † herimar, † hiltiger.

Traditio bonorum in villa Arcahu in pago Vueringauu.

EGo itaq; in DEI nomine Lrutperaht pro remedio animæ meę trado, ad Monaſterium Fulda, vbi beatus CHRISTI martyr Bonifacius corpore requieſcit,

& Hratgarius Abbas multitudini præest monachorũ, hoc est in pago Weringewe in villa arcahu xxx. iugera & vnam areolam in longitudine xvii. & in latitudine iiii. virgarum ea ratione, vt per vestram præstationis chartam ad vitam meam illud habere possim, post meum quoq; de hac luce discessum. Vos & secutores vestri prædictę rei habendi, possidendi, colendiq; firmam in omnibus habeatis potestatem. Acta hęc traditio in mense Nouembri, sub die xiiii. Calend. Decemb. anno primo imperii Ludouici glorioſissimi regis Francorum, & ego Hruodolf iussus scripsi † signum liutperahti, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, † sigiperahti, † Irmingeri, † pricken, † wigrihi, † eburrati, † hugirat, † huachingi, † perahtgozi, † madalgeri.

Traditio bonorum in Tungide villa.

Tungide villa.

EGo itaq; in Dei nomine Hruadgoz tibi fratri meo Megingoze manu potestatiua dono tradoq;, quidquid paterna hæreditate atq; iure proprietatis mihi contingit in villa, & in compitis nuncupata Tungide, hoc est, tam terris, quam syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, arialibusq; quicquid dici, sicut iam dictum est, & nominari potest: quam enim traditionem fidelibus conabor testibus confirmare, ne iterum sit necesse tandem traditionem nouis renouare subscriptionibus, † hruadgozi, qui hanc traditionem fecit, † rihperaht, † burguuart, † hraban, † bozo, † nanduuin, † ortwin, † geoperaht, † theotperaht, † witger, † vtto, † eburharti, † reginwart, † Sigifrid, † brozo, † altman, † vueris, † graman, † catto, † liuto, † reginperaht, † meginheri, † otgis, † suuidgero, † bernger, † egibraht, † megingoz, † beongoz, † otperaht, † ratperaht, † watto, † ecco, † menniſco, † elphilt cum filiis suis.

Traditio bonorum in villa Hesinlar.

IN Dei nomine ego Ercantger pro remedio & salute animæ meæ dono atq; trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Eigil abbas præesse videtur, hoc est, quod trado in Weringewe, & in villa Hesinlare, & in ipsa marca aream vnam, & vnam Hobunnam: Ea duntaxat ratione, vt à præsente die vos vel successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta hæc traditio anno vi. regnante Ludouico glorioſissimo Rege Francorum sub die v. Idus Aprilis. Acta & scripta in loco, qui dicitur Fulda. Ego Hemmo rogatus scripsi, † Ercangeor, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, † huoti, † ingelt, † hramuolt, † perahteri, † hruodolf, † hugibraht, † werinolt, † waltheri, † hartelah.

Traditio bonorum in Waldsaze & Himmineſtat.

EGo in Deo nomine Hramuolf pro remedio animæ meæ dono atq; trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Eigil abbas multitudini monachorum præesse videtur, hoc est quod trado in pago Waldsaze, & in pago Weringeuue duas capturas pertinentes ad vallem Hrichuntal, & integram hæreditatem quam video habere in villa Himmineſtat, & ad ipsam marcam pertinentem, hoc est, in terris, areolis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, ea duntaxat retineret à præsente die totum & integrum in vestrum redeat dominium. Et vos & successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis posteſtatem, † signum Hramuolfi, qui hanc chartam fieri rogauit, † Hulis, † theodhad, † tunolt, † Hunperaht, † theotrih, † haholf, † Warolf, † meginhart, † folcolt, † Wanbald, † genesus, † liutram, † theoto, † ercanbald, † hartger, † heribraht, † Wago. Facta est traditionis chartula anno vii. regnante Ludouico glorioſissimo rege Francorum sub die ix. Cal. Octobris in loco Holzchyricha, ego Bernhoh in vice Hemmonis scripsi rogatus & iussus.

Traditio

Traditio bonorum in villa Chizzichi.

SI aliquid de facultatibus noſtris beneuola deliberatione ad loca Sanctorum pro remedio animæ noſtræ conferimus, æternæ beatitudinis remunerationem, nos procul dubio inde accepturos eſſe ſperamus. Idcirco ego in Dei nomine, benedicta, dono atque trado in eleemoſynam meam ad S. Bonifacium martyrem Chriſti, qui in monaſterio Fulda ſacro requieuit corpore, vbi vir venerabilis abbas multitudini præeſt monachorum, quicquid proprietatis hodierna die in terminis villæ, quę dicitur Chizzichi viſa ſum habere, quæ eſt in pago Salagewe, præter vnam areolam & iugerum vnum & duas virgas de pratis, hoc eſt, quod trado in areolis, ædificiis, campis, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, pecoribus, iumentis, mobilibus rebus & immobilibus, & mancipiis, quorum nomina hæc ſunt, Wonatmair, Gerlind, Himminuilla, Theotbald, Intaniwi, Gozbald, Wenilo, Blidhilt, Vodalrat, Alahuuar, Hruoduuar, Perahtun, Hruadgis, Otburg, Zrminolf, Sigibald, Theotuuih, Theotgund; cum omni eorum ſupellectili & ſumptu, ea tamen ratione præſcriptas poſſeſſiones in eleemoſynam meam ad præfatum Chriſti martyrem trado atque transfundo, vt liceat mihi eos per beneficium prædicti venerabilis abbatis ad vitam meam vſufructuariò habere, augere, emeliorare, poſtque obitum meum atq; de hac luce diſceſſum, tam iſte præfatus abbas, quàm ſucceſſores eius, in omnibus habeant poteſtatem, ſuiſq; poſteris perpetuo poſſidenda relinquant abſque vllius contradictione. Facta eſt hæc traditio in eadem villa, id eſt, in Chizziche, anno primo, regnante iuniore Ludouico rege in orientali Francia octauo Calen. Martii coram teſtibus, quorum nomina & ſigna infra annotata ſunt. † ſignum Benedictæ, quæ hanc traditionis chartam fieri rogauit, † ſignum Ercanberti, † ſignum Vtonis, † ſignum Adeluuarti, † ſignum Eginonis, † ſignum Meginuuarti, † ſignum Hruadharti, † ſignum Otprahti, † ſignum Watdeonis, † ſignum Antgeri, † Suuabprahti, † Adalhelmi, † Waningi, † Hunprahti, † Ratingi, † Witgeri, † Gunduuigi, † Alauuihi, † Williprahti, † Hungeri, † Albuuini, † Ereanolfi, † Egilwarti. Theotmarus Indignus diaconus hanc traditionis chartam rogatus & iuſſus ſcripſit.

Traditio bonorum in villa Metichenfeld.

EGo in Dei nomine Iſanhart dono atq; trado in eleemoſynam meam atq; matris meæ Ratfridæ, ad monaſterium, quod dicitur Fulda, vbi precioſo corpore requieſcit S. Bonifacius Chriſti martyr, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas pręeſſe videtur, traditumq; in perpetuum eſſe volo, in villa, quæ dicitur Metichenfeld, id eſt domibus, cæteriſq; ædificiis campis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumve decurſibus & mancipia, quorum hæc ſunt nomina, Rihbald, Willihilt, Wigbald, Madalhilt, Reginolt, Meginrih, Tuota, Buoto, Thanerat, Mutila, Willimunt, Wolfbirin. Ea ſcilicet ratione, vt per veſtram præſtariam illud totum atq; integrum poſſideam ad vitam meam, & mater mea mecum vſufructuariò: poſt obitum verò noſtrum atque diſceſſum de hac luce, vos & ſucceſſores veſtri tenendi atque fruendi firmam & incõtradictam in omnibus habeatis poſſeſſionem. Facta eſt hæc traditionis chartula in monaſterio Fulda, menſe Maio, 11. Calend. Iunii anno xxiv. Ludouici Sereniſſimi Imp. coram his teſtibus, † ſignum Iſanharti, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † Liutbald, † Meginderi, Heriman, † Irminolf, † Griuzing, † Halabing, † Engilhoh, † Bernger, † Thiolleich, † Waltolf, † Eburhart, † Sigiman, † Wigbraht, † Waltrid, Gerolfus iuſſus ſcripſit.

Traditio capturæ in fluuiis Fleidinæ & Dulbæ.

IN nomine Dn. & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ego Albrat dono atq; trado in eleemoſynam meam & Werinhiltæ vxoris meæ ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi B. Bonifacius ſacro requieſcit corpore, & vbi venerabilis Hrabanus abbas præeſſe videtur, hoc eſt, quod trado, in pago Salagewe: vnam capturam in Buochonia infra terminos duorum fluminum, id eſt, Fleidina & Dulba, in Chiz-

zichero marcio, nec non & illam partem quæ mihi iure constat illius syluæ ad Hurdorpf totum & integrum trado, traditumq; in perpetuum esse volo, ita vt à die præsente in proprium vsum per supra nominatas colatis atque augeatis in nostram futuram eleemosynam & in vestram profuturam vtilitatem. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda anno XXIV. regni Hludouici glorioſissimi regis Frãcorum, mense Iunio, XXIV. die eiusdem mensis, †signum Albrati qui hanc traditionis chartam fieri rogauit † Ezzilo, †Vadalrih, †Sigihart, †Elbirih, †Bruni, †Erpfrat, †Lantolt, †Widarolt, †Nending, Gerolfus indignus diaconus iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Hramnuinga vel Hramnumga. 18

IN nomine Domini nostri Iesu Christi ego Otwin dono atque trado in eleemosynam meam & filii mei Madalwini ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi XV. iugera, in villa quæ appellatur Hramnumga, hoc est in pago Salagewe, ea videlicet ratione, vt à die præsente vos & successores vestri incontradictam ab omni persona habeatis potestatem. Actum in monasterio Fulda anno XXIV. regni Hludouici piissimi regis, mense Iunio, XXIV. die eiusdem mensis, †signum Otwini, qui hanc traditionem fecit. Ego Gerolfus rogatus scripsi.

Traditio bonorum & mancipiorum sine nomine loci. 18

DVm vnusquisque in hac peregrinationis miseria, necesse habet tractandũ, qualiter ad vitam perennem peruenire possit, quamobrem ego in Dei nomine Benedicta non coacta, sed spontanea voluntate propter spem vitæ æternæ dono atque trado ad monasterium Fulda, vbi preciosus Christi martyr Bonifacius sacro quiescit corpore, & vir honorabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum, pius pastor esse dignoscitur, quicquid hodierna die proprietatis visa sum habere, tam in mancipiis, pecoribus, quàm in cæteris rebus necessariis. Et mancipiorum nomina hæc sunt: Dalger & vxor eius, Williburg, Friduburg, Adalburg, Rihburg, Geila, Winifrid, Elilant, Wonatheri, Emmezrat, Egihilt, Mandhilt, Frumihilt, Hruodloug, Nandheri, Werinheri, Suuidbrahti, Meginheri, Sindhilt, Hadaburg, Ellinburg, Otburg, Leobhilt, Merisuind, Salucho, Haduger, Liobsuind, Hiltimuot, Lantrih, Diusia, Thiothilt, Gerburg, Tuothil, Eggolf, Holzman, Gotaniwi, Thiotfrid, Bernfrid, Willihart, Waldburg, Mahtfrid, Hruodloug, Meonat, Einwig, Rantwig, Brunicho, Ratgund, Patniwi, Gerniwi, Hruodung, Hadaburg, Liuthart, Friduart, Wolfbirg, Amalheri. De elaboratu meo sunt hæc: boues XXXIX. porci LXXII. oues XX. mappas IV. manutergia duo, plumacia VI. opertoria II. pallia linea VI. puluilli XIV. lectisternia VI. pallia sedilia II. crux vna, caldarii VI. ea videlicet dispositione, vt ea per beneficium prædicti abbatis ad sustentandam humanam fragilitatem, quamdiu vixero in hoc carceris tabernaculo possim habere. Et post discessum meum emendata atque emeliorata rectores prædicti monasterii in omnibus, accipiendi, fruendi habeant potestatem. Facta est hæc traditio anno XXIV. Ludouici Imp. †signum Benedictæ, quæ hanc chartulam traditionis fieri postulauit, †signum Hessi Comitis, †Stindingi, † Friduuuini, †Folemanni, † Leidratii, † Abtduoni, † Grindeonis, †Hruodmunti, † Geruuigi, † Waltrici, † Arnhelmi, † Emichonis, † Hruodfridi, †Theotfridi, †Ercamberti, †Hruodharti, †Eliwini, †Nendichonis, †Irminolti, †Eburmuntii. Lubharius iussus scripsit.

Traditio bonorum in Asefelder marcâ.

EGo in Dei nomine Adalwig dono atq; trado, traditumq; in perpetuum esse volo ad S. Bonifacium martyrem Christi, vbi vir honorabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, in eleemosynam Gundhiltæ quondam cõiugis meæ in Asefeldono marcu XX. iugera, ea ratione, vt à die præsente vestro fiant dominio subiecta tam firmiter, vt nullus contradicere valeat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno XXIV. regni Hludouici Imp. tertio Cal. Sept. †signum Adaluuigi, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit.

Traditio

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Scuntra.

IN Dei nomine ego Liutbald pro remedio & salute animæ meæ dono atq; trado ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi Beatus Bonifacius Christi martyr sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas præesse videtur, hoc est, quod trado, in Salageuue & in villa quæ dicitur Scuntra III. hobas & quinq; mancipia, quorum hæc sunt nomina, Cotgelt, Vuolfbald, Vualger, Adalrath, Otila, ea videlicet dispositione, vt ea per beneficium prædicti abbatis ad vitam meam licitum sit possidere, post meum quoq; de hac luce discessum, vos & successores vestri prædictam rem habendi, possidēdi, colendiq; firmam in omnibus habeatis potestatem. Facta est hæc traditio in villa iam supra nominata, anno XXV. Ludouici serenissimi Imperatoris quinto Cal. Februarii, † signum Liutbaldi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Heriman, † Meginheri, † Irminolfi, † Bernolt, † Sigo, † Nendicho, † Rumolt, † Altolfi, † Tsabolfi, † Meginfrid, † Irinhart, † Halabinus, † Atalo, † Engilhoh, † Iungrat, † Egilolt, † Waltolf, † Ercanbald, † Eburhart, † Wolafrid, † Theoleih. Gerolfus indignus diaconus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in Scuntra marca.

EGo in Dei nomine Ratfrid dono atque trado in eleemosynam meam ad Sanctū Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, traditumq; in perpetuum esse volo, in pago Salagewe in Scundra marcu, quicquid hodierna die proprietatis visa sum habere, id est, areis, domibus, ædificiisq; cæteris, campis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici & nominari potest, cum omni elaboratu meo. Et mancipia, quorum hæc sunt nomina, Willihilt, Madalhilt, Wigbald, Rihbald, Reginolt, Megintih, Meginfrid, Tuota, Thanerat, Mutila, Willimunt, Sigibirn, Hiltiloug, Otrih, Irminsuind; Eadūtarat ratione hæc omnia iam memorata trado, vt à præsente die vos & successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta est hæc traditionis chartula in monasterio Fulda, anno XXVI. Hludouici glorioſissimi Imperatoris, sub die XVI. Calen. Augusti coram his testibus, † signum Ratfridæ, quæ hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Meginheri, † Heriman, † Rutagoz, † Remuuing, † Sigo, † Walah, † Beringer, † Halabing. Gerolfus indignus presbyter iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Nittalinga.

SI aliquid de æternis facultatibus nostris beneuola deliberatione ad loca conferimus Sanctorum, procul dubio inde nos in æterna beatitudine remunerandos fore confidimus. Idcirco ego Rantpraht & coniunx mea Scafhilt tradimus in eleemosynam nostram ad S. Bonif. qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini cœnobitarum pius præest pastor, hoc est in pago Salagewe, in villa, quæ dicitur Nittalinga, & in illa marca, quæ ad illam villam pertinet, quicquid proprietatis habemus, communibus manibus tradimus, id est, in areis & ædificiis, campis, pratis, aquis, aquarumque decursibus & decem capturas cum omnibus adiacentiis ad nostram proprietatem pertinentibus, & mancipium vnum, nomine Irminbirg, & quicquid dici & nominari potest, ex mobilibus & immobilibus, ea videlicet ratione, vt à die præsente in potestatem supra dicti martyris Christi, ipsiusq; monasterii abbatis redeat, ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. Acta est hæc traditio in supra iam dicto vico Nittalinga, quarto nonas Aprilis anno II. Ludharii piissimi Imp. Francorum coram testibus inferius nominatis, † signum Rantprahti & coniugis eius Scafiltę, qui hanc traditionem fecerunt, † Wichingi, † Etindingi, † Frumolti, † Witolti, † Marcolti, † Ratolti, † Ratfridi, † Rumolti, † Berolti, † Altcarli, † Onantoni, † Aſcrihi, † Arahoni, † Adalharti, † Willibrahti, † Waltoni, † Wardeoni, † Erpfrungi, † Nandprahti, † Suapprahti, † Hahprahti,

†Theotharti, † Otmunti, †Herimannes, †Rihmunti, † Watmunti, †Hruodruigi, †Bernwigi, †Baldwigi, † Erpharii, †Rimigozi, †Gerolf indignus presbyter scripsit.

Traditio bonorum in villa Nittilinga.

EGo in Dei nomine Engilhart trado atque dono in eleemosynam meam ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est quod trado in pago Salagewe, infra terminos villæ quæ dicitur Nittilinga quicquid ibidem moderno tempore visus sum habere, hoc est, areis, ædificiis, pratis, campis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus. Ea scilicet ratione, vt ab hodierna die rector supra dicti monasterii in omnibus firmissimam teneat potestatem, quicquid inde facere voluerit nullo contradicente. Facta est hæc traditio anno secundo Ludharii glorioſissimi regis Francorum, quarto nonas Aprilis coram his testibus, †signum Engiharti traditoris, †Wichingi, †Stindingi, †Frumolti, †Witolti, †Ratolti, †Marcolti, †Rumolti, †Berolti, †Altcarti, †Mantoni, †Ascrih, †Arahoni, †Adalharti, †Theotharti, †Willibrahti, †Nandrahti, †Suapprahti, Hadprahti, †Otmunti. Gerolfus indignus presbyter rogatus scripsit & subscripsit.

Traditio bonorum in villa Nutilinga.

EGo in Dei nomine Eggibraht & coniux mea Niwirat donamus atq; tradimus in eleemosynam nostram ad S. Bonifacium martyrē Christi, qui in monasterio Fulda requiescit corpore, vbi vir venerabilis *Batto abbas præesse videtur, hoc est quod tradimus in pago Salagewe, in villa, quæ vocatur Nutilinga, quicquid proprietatis visi sumus habere, id est, areis, domibus, ædificiisq; cæteris, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, mobilib. & immobilibus, & mancipia duo, quorum nomina hæc sunt, Altmuot, & N. ea scilicet ratione, vt per vestram præstariam hoc, quod tradimus, possideamus ad vitam nostram, vt inde habeamus nutrimentū quanto tempore in hac præsenti vita viuamus. Post obitum verò nostrum atque discessum de hac vita, vos & successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta est hæc traditionis charta in monasterio Fulda, anno tertio Imp. Ludouici regis orientalium Francorum, secundo Cal. Decemb. †Eggibrahti signum, & vxoris eius Niwirat (aliàs Wirat) qui hanc traditionem fecerunt, Isti sunt testes vestitionis, †signum Adalwarti, †signum Meginwarti, †signum Egilwarti, †signum Geburti, †signum Alawiht, †signum Berolti, †signum Reginbrahti, †signum Frumolti, †signum Ratolti, †signum Witolti, †signum Marcolti, †signum Ratfridi, †signum Attearli, †signum Buggoni, †signum Wihingi, †signum Snaringi, †signum Manolti, †signum Wartheoni, †signum Lutbrahti, †signū Waltmunni, †signum Romolti, †signum Rantbrahti. Gerolf scripsit.

Hatto

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Vridorf & Nutilinga.

DOminus ac Redemptor noster admonet nos clementer, dicens, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco ego Wigbald & coniux mea Perahttulp, cogitantes pro remedio animarum nostrarum damus atq; tradimus ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi preciosus martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Hatto abbas multitudini monachorum pius præesse pater dignoscitur, hoc est quod tradimus in pago Salagewe, in villa quæ vocatur Vridorf, & in altera villa quæ nominatur Nutilinga, & in terminis earum totum & integrum quod proprietatis visi sumus habere absq; auro & argento, id est, in areis, domibus, ædificiisq; cæteris, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursib. mobilibus & immobilibus, ac mancipiis, quorū nomina hæc sunt, Reginfrid, Muotfrid, Liobswind, Folcswind, Altrih, Gundwih, Aba, Fridurat, Vulfniu, Iuneman, Diltifrid, Brunhart, Liobswind, Baldheri, Ruodheid, Meginwart, Frahniu, Wolfbero,

bero,Reginwih,Otwin,Fridumūt, Otger, Muotliob,Vulfbirg,Ruodolah,Albniu, Regindrud,Meginolt,cum omni ſupellectili eorum & ſumptu,ea videlicet ratione, vt cuncta ſuperius comprehenſa, per beneficium præfati abbatis & ſucceſſorum eius habere nobis liceat, ad ſuſtentaculum humanæ vitæ, quamdiu in hac præſenti vita viuamus: poſt obitum quoq; amborum atq; de hac luce diſceſſum,abbas & ſucceſſores eius firmam & incontradictam in omnibus habeant poteſtatem. Facta eſt hæc traditionis charta in monaſterio Fulda, menſe Octobri, tertio Idus eiuſd.menſis anno III.imperii Ludouici regis orientalium Francorum, †ſignum Vuigbaldi & Perahttulpæ vxoris eius,qui hanc traditionem fecerunt coram his teſtibus.

Deſunt teſtes.

Traditio bonorum in Vridorf & Adalfrideshuſun.

EGo in Dei nomine Vuanbald & vxor mea Burgunt, tradimus atq; donamus in eleemoſynam noſtram ad S.Bonifacium,qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas monachis præeſſe videtur; in pago Salagewe,& in vicis duobus,quę iſtis nuncupantur nominibus,Vridorf,& in illa marca quicquid proprietatis habemus,& in Adalfrideshuſun in Salagewono marcu, in ædificiis,campis,ſyluis,pratis,paſcuis,aquis, aquarumque decurſibus, & mancipiis, quorum hæc ſunt nomina, Reginbald, Vuolfuind, Thiotuuart, Ratgoz, Frenkin, Hadaburg,Sigileib, Berethniui. Ea videlicet ratione, vt quamdiu vixerimus, totū illud per præſtariam ſupra dicti abbatis poſſideamus, poſt obitum verò noſtrum auctum & melioratum ad rectores memorati monaſterii reuertatur. Acta traditionis chartula menſe Aprili, die ſexto eiuſdem menſis, anno XII.regnante Ludouico glorioſiſſimo rege Francorum, & hoc totum factum eſt coram his teſtibus, Bathari, Egino, Hruodhart, Habpo, Nanduuig, Vuigbald, Toto, Berchtgeſ, Iuzo, Sigiman, Vualtbraht,Einuig,Lantolt,Nerbing, Gozbraht, Thuotmar, Ingumar, Adalbraht, Eigiluuart, Recheri.

Traditio bonorum in Matolfeshus.

IN nomine Domini ego Eggiſuuind dono ad S.Bonifaciū, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini cænobitarum præeſſe videtur, atq; in eleemoſynam meam trado,quicquid proprietatis habeo in villa,quæ dicitur Matolfeshus, quæ ſita eſt in pago Salageuue,cuncta quæ ibidem & in villa ſupra nominata iure proprietatis viſus ſum poſſidere, in areolis, ædificiis,agris,ſyluis,pratis,paſcuis,aquis,aquarumq; decurſibus, mancipiis, mobilibus & immobilibus, quicquid dici & nominari poteſt, mancipiorū autem nomina hæc ſunt, Batahilt, Vuilligis, Meginfrid, Otſuuind, Hiltiſuuind, Frideuuart, Wolfhart, Adalleih,Ratheri,Hruodhelm, Vuiela, Amalthrud.Ea quoq; ratione, vt cuncta quæ ſupra memorata ſunt per beneficium præfati abbatis & ſucceſſorum eius, quamdiu vixero,liceat mihi habere,& vſibus meis deſeruire: poſt obitum verò meum rectores Fuldenſis cænobii cum integritate & augmētatione habeant atq; poſſideant, ſuiſq; poſteris perpetualiter poſſidenda relinquant. Facta eſt hæc traditionis charta in monaſterio Fulda anno III.Ludouici regis orientalium Francorum menſe Maio, die autem II.Idus eiuſdem menſis,†Eggiſwindæ,quæ hanc traditionem ad S.Bonifacium fecit; † Thiotbrahti, † Hruodfridi, † Thiodfridi, † *a* Altuomi, † Arnhelmi, †Phentioni, †Vuerianti, †Gramanni, †Haridoni, †Vualtrihi. Vuolficoz indignus diaconus ad vicem Gerolfi presbyteri, ſcripſit. *a* Altcuomi

Traditio vineæ in Tulba villa.

EGo in Dei nomine Hagano trado in eleemoſynam meam ad monaſterium Sancti Bonifacii, quod eſt conſtructum in pago Grapfeld ſuper fluuium Fulda; vbi vir venerabilis Hatto abbas turbæ monachorum regulariter degentium præeſſe videtur pater,hoc eſt quod trado in pago Salagewe,in villa quæ vocatur Tulba, vineā vnam, ea videlic.ratione, vt à die præſente ex mea poteſtate in ſupra dicti abbatis & ſucceſſorum eius redeat dominium, & quicquid exinde facere voluerint, liberā ac

firmissimam in omnibus habeant potestatē. Facta est hæc traditionis charta in monasterio Fulda, anno III. Ludouici regis orientalium Francorum mense Maio, die autem II. Idus eiusdem mensis, † signum Haganoni, qui hanc traditionem ad S. Bonifacium fecit, † Thiotbrahti, † Hruodfridi, † Thiotfridi, † Alttuomi, † Arnhelmi, † Phentioni, † Werianti, † Gramanni, † Haridoni, Waltrihi. Wolflooz indignus diaconus ad vicem Gerolfi presbyteri scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Altendorf.

EGo in Dei nomine Pfenzo, trado traditumq; in perpetuū esse volo de iure meo, in potestatem & dominationem S. Bonifacii martyris Christi, qui in monasterio quod vocatur Fulda, sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudinem regit monachorum, totum & integrum quicquid moderno tempore iuste & legaliter proprietatis teneo in pago Weringew, & in villa Altendorf, quæ sita est in marcu Gruonbechero cum domibus, ædificiis, campis, syluis, aquis, aquarumque decursibus & mancipiis, quorū hæc sunt nomina, Muotheri, Hruothero, Hartwin, Folerih, Gozheri, Ermunt, Bruning, Otrih, Wimbald, Reginfrid, Hruadniwi, Totdel, Hrothniw, Totdel, Reginniwi, Werinburg, Herimuot, Ota, Berahtheid, Meginling, Alblind, Willicoma, Ratburg, Williheid, Zeizinwi, Ellinrat, Liobsuind, Adalhilt, Willihilt, Glismuot, ea scilicet conditione, vt ego quamdiu vixero per beneficium præfati abbatis vel successorum eius ad sustentaculum humanæ vitæ easdem res vsufructuariò possideam: post obitum verò meum rectores præfati cænobii cum integritate & augmentatione habeant atq; possideant, suisque posteris perpetualiter possidenda relinquant, & vt nulli clericorum & laicorum aliquando res ipsæ, quas tradidi in beneficium, præstentur, sed ad locum, quo præfatus martyr corpore quiescit, perpetuò deseruiant, & fratribus ibidem manentibus ac Deo seruientibus ad necessaria humanæ vitæ procuranda proficiant in augmentis. Actum publice in villa Altentorf, anno IX. regnante Hludouico glorioſissimo rege Francorum, VI. Cal. Aprilis, coram his testibus, signum Pfentonis, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Leidrati aduocati nostri, † Altom, Liudo, Ratbald, Rūning, Thancolf, Althoh, Voto, Pirnicho, Waltger, Reginwart, Witrih, Eigilrat, Eginno, Prunicho, Alttag. Meginhart indignus acoluthus scripsit.

Traditio bonorum in Hessorum prouincia sex villis.

EGo in Dei nomine Gozmat trado & dono S. Bonifacio, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini monachorum pius pastor præesse dignoscitur, traditumq; in perpetuum esse volo, quicquid proprietatis habeo in prouincia quam Hessi inhabitant, in locis & villis, quæ vocantur Affeltra, Gilihha, Buohloha, Frormenni, Scroufihageni (aliàs Scroufi, Hagini,) Mehilina, & quicquid proprietatis habeo in supra dictis villis, & in cunctis terminis earum totum & integrum trado ad supra dictum Sanctum Dei, in terris, domibus, ædificiis, mancipiis, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, rebus exquisitis & exquirendis, in totum & integrū, sicut à me moderno tempore possessum est, ita à rectoribus præfati monasterii liberaliter in perpetuum possideatur. Nomina quoq; mancipiorum inserere placuit cum omni eorum elaboratu & supellectili, ista sunt nomina, Waltò & vxor eius Heliggund cū filiis suis, Theothart & vxor eius Rihbirg cum filiis suis, Adheri cum filiis suis, Waltbur, Thanbald, Hunbald & vxor eius Wizzirat cum filiis suis, Hahger & vxor eius Perahta, Meginleib & vxor eius Fagalind cum filiis suis, Adalgelt & vxor eius Hruodwar cum filiis suis, Willirih & vxor eius Nihburg cum filiis suis, Starcrat & vxor eius Adalswind, Hruodheri & vxor eius Goza cum filiis suis, Milo & vxor eius Suuind cum filiis suis, Ratsuuind cum filiis suis, Megilo: Ea conditione nimirum, vt cuncta quæ supra memorata sunt per beneficium præfati abbatis & successorum eius, quamdiu vixero, liceat mihi easdem res habere & vsibus meis deseruire: post obitum verò meum rectores Fuldenses cænobii cum integritate & augmētatione habeant atq; possideant suisq; posteris perpetualiter possidēda relinquant. Facta est hæc traditio in loco, qui

dicitur

dicitur Affeltra anno Dominicæ incarnationis DCCCL. indictione XIII. regni verò Hludouici glorioſiſſ. regis orientalium Francorum, anno X. coram his teſtibus, Gozmar qui hāc traditionis chartam fieri rogauit, Tettih, Wonamar, Warmuot, Marcwart, Heriger, Adalolf, Liutheri, Buobo, Theotger, Heririat, Hadabald, Vuerinbraht, Gerrat, Hunratheri, Eruuin, Nendrih, Gerbraht, Thiotbraht, Hahgrim, Amaluuin, Betto, Anolf, Ritant, Vuarmunt, Eigilbraht, Altuuin, Gerleib, Eigilgoz, Adalolf, Albtag, Hruodo, Berngoz, Berahtram, Helinger, Albuuin, Hiltuuart, Batagelt, Hiltiu, Eggimūt, Sigiuuart, Gundhart, Hruodleib, Vuolfgrim, Thancrat, Volfleoz indignus diaconus iuſſus ſcripſit.

Traditio bonorum in villa Vrthorpf.

DIuina inſtigante clementia, ego Recco cogitans pro remedio & ſalute animæ meæ, trado in eleemoſynam meam & matris meæ Babæ, omniumq; amicorū meorum ad S. Bonifacium martyrem Chriſti, qui in monaſterio quod dicitur Fulda, ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini monachorum ſub regula S. patris Benedicti militantium pius pater præeſſe cernitur, id eſt, in prouincia Salagouenſium, in villa quæ dicitur Vrthorpf, duas partes vnius areæ, quę iuſte & legaliter ad me pertinent, & quicquid in finibus illis proprietatis viſus ſum habere in campis, pratis, ſyluis, paſcuis, aquis, aquarumq; decurſibus, ita videlicet, vt à die præſente ſupra dictus abbas vel ſucceſſores eius libero perfruantur arbitrio, & quicquid inde agere eligunt, libera poteſtate faciant, nullo contradicente. Facta eſt hæc traditio in monaſterio Fulda, anno regni Domini Ludouici orientalium Francorum regis XVI. menſe Iunio, die XVI. eiuſdem menſis coram teſtibus iſtis, †ſignum Recconis, qui hanc traditionis chartam ſcribere rogauit, †Heriuuarti presbyteri & monachi, †ſignum Votoni clerici, ſignum Meginharti diaconi, qui hanc traditionem iuſſus ſcripſit.

Traditio bonorum & mancipiorum in Hohheim Weſthuſen Geruuineshuſen.

LIcet parua & exigua ſint, quæ pro immenſis peccatorum ponderibus ad conſequendam gratiam diuinæ miſericordiæ effecerimus, tamen æquiſſimū iudicem ſcimus non quantitatem munerum, ſed deuotionem offerentium intueri. Idcirco ego Seſſa & mater mea Hruodhilt tradimus Deo & S. martyri eius Bonifacio, qui in monaſterio Fulda precioſo corpore quieſcit, vbi vir venerabilis Hatto abbas monachorum in cœnobio pie conuerſantium venerandus rector & moderator eſſe videtur, id eſt, in prouincia Grapfelde, in villis hoc modo nominatis, Hohheim, Vueſthuſem, Geruuineshuſen, quicquid proprietatis moderno tempore viſæ ſumus habere in areis, domibus, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumq; decurſibus & mancipiis, quorum hæc ſunt nomina, Vuigfrid, Vuolfrid, Engilbraht, Eburmunt, Reginboto, Altmunt, Villihilt, Filuliub, Suomrat, Reginhilt, Villih lt, Thuringer, Vuilla, Ruotfrid, Ruodhilt, Madalhilt, Vuillimuot, Ruodgart cum omni eorum ſupellectili & ſumptu. Eā ſcilicet ratione, vt à die præſente in poteſtatem & dominationem S. Dei martyris ac memorati abbatis vel ſucceſſorum eius integre cedat. Actum publice in villa Hohheim anno VI. domini Hludouici ſereniſſimi regis orientalium Francorum, II. Calendas Martii coram teſtibus iſtis, ſignum Siſſæ & matris eius Reginhiltæ, quæ hanc chartam traditionis fieri rogauerunt, ſignum Aſolti, ſignum Erlonis, ſignum Herimurti, ſignum Luitboten, ſignum Fridurati, † Vuidarolti, †Guntbrahti, ſignum Meginharti diaconi, qui chartā traditionis iuſſus ſcripſit.

Traditio bonorum in Helmriheſſon.

EGo in Dei nomine Altbraht & mater mea Vualtdrud cogitantes pro ſalute & remedio animarū noſtrarum, tradimus Deo & S. Bonif. martyri eius, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini monachorū præeſſe videtur, in prouincia Grapfeld, in villa Helmriheſſon quicquid

proprietatis habemus in areis, campis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumque decursibus, ea scilicet ratione, vt à die præsente in dominationem S. martyris & prædicti abbatis & successorum eius redeat, nulla contradicente persona. Actum publice in villa Helmrichesshusen coram testibus istis, signum Altprahti & matris eius, qui hanc traditionem fecerunt, †Egilmari, †Herimuoti, †Gerhohi, †Warmunti, †Wagen, †Wargeri, †Werdolfi, †Voles, †Liutheri, †Waltger, †Ruodhohi nerben, †Manolti, †Adalolfi, †Nordgeni, †Nangeri, †Abbuuini, †Adalungi, †Guntprahti, signum Meginharti diaconi, qui hanc chartam iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Vrtorph.

Thioto abbas. EGo in Dei nomine Bruning, trado ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem monachorum regere videtur, hoc est, quicquid Lelia manu potestatiua in prouincia Salagoe, in villa Vrdorph, & in terminis eius meæ fidei commendauit Deo & Sancto Bonifacio ad tradendum in areis, agris cultis atque incultis, & omnibus legitime adiacentiis, ea videlicet ratione, vt à die præsente in dominio & potestate martyris prædicti & memorati abbatis vel successorum eius sine vlla controuersia consistat. Actum in monasterio Fulda anno incarnationis Domin. DCCCLXIII. mense Maio, sexto Calendas Iunii coram testibus istis, signum Bruninges, qui hanc traditionem fecit, †Thiotrih, †Hunger, Eburdart, Billing, Vhwan, Ruoding, Othart, Altger, Harid.

Traditio mancipiorum quatuor.

IN nomine Domini ego Wolfboto trado ad S. Bonifacium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum, mancipia quatuor, quæ mihi Loppo (vel Ioppo) manu potestatiua tradendo commendauit supra dicto martyri ad tradendum Siuorobinne videlicet & eius filiam cum duobus liberis, ea scilicet ratione, vt à die præsente ad S. Bonifacium & memoratum abbatem sine vllius personæ contradictione cedant & seruiant. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione Dominica DCCCLXIII. regni verò Domini Ludouici piissimi regis XXIII. mense Decembr. in Idibus eiusdem mensis, coram testibus, † signum Wolfboten, qui hanc traditionem fecit, †signum Domini Thiotoni abbatis, †Adalfridi presbyteri, Wolfharti presbyteri, Meginharti presbyteri, Reginbrahti monachi, Arfridi, Leipuuarti, Starefridi, Arnolti, Liubisi, Miloni, Badanolfi presbyteri.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Scuntra.

IN Dei nomine ego Halabing & vxor mea Leobgunt, tradimus Deo & S. Bonifacio martyri eius, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas piorum congregationem regit monachorum; hoc est quod tradimus in prouincia Salagoe, in villa quæ dicitur Scuntra, duas quidem areas, vnam cum ædificiis, & alteram ædificio priuatam. Insuper etiam de terra culta XXX. iugera, cum pratis ad nos in eadem villa pertinentibus, & mancipia quinque integra, quorum nomina hæc sunt, Sigileich, Kristana, Ashilt, Wolfbrin, Gernand, sextum verò dimidium, quod nominatur Adalbur, ea videlicet lege, quàm diu viuamus, vsufructuario hoc quod tradimus, possideamus: post obitum verò nostrum ad prædictum martyrem, & rectores memorati monasterii cum omni integritate auctum & melioratum cedat & seruiat. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Dominica DCCCLXIII. regni verò Dom. Hludouici regis XXIII. mense Decemb. IV. nonas eiusdem mensis coram testibus †signũ Halabinges, & Leobguntæ, qui hanc traditionẽ fecerunt, †signum domini Thiotonis abbatis, †signũ Adalfridi presb. †Reginbrahti monachi, †Egilwarti monachi, †Meginharti presb. & monachi,

hachi, Thatholf, Atulo, Eburhart, Hunger, Bernung, Heio, Winileib, Werinbraht, Stracher, Folebraht, Halabing, Waltolf, Adalhelmi, Willibraht, Ebracar, Eribo, Menginfrid, Walahfrid, Richolt, Cunibraht, Wertbraht, Hruodolt, Wagheri, Hruodant, Reginolt, Lagoz.

Traditio in villa Suinfurt.

EGo in Dei nomine Reginhart pro fratribus meis N. videlicet & N. trado ad Sanctum Bonifacium martyrē Christi, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudini monachorum præesse dignoscitur, hoc est, quod trado in prouincia Grapfeld in finibus Gerstheresheimono, in villa Suinfurt de terra culta atq; arabili LIV. agros, ea videlicet ratione, vt à die præsente ad prædictum martyrem & memoratum abbatem vel successores cum omni integritate pertineat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Dom. DCCCLXVI. regni verò Domini Hludouici regis orientalium Francorum XXVI. mense Decemb. xx. die eiusdem mensis coram testibus istis †signum Reginhartes, qui hanc traditionem fecit, Fridurih, Friduuuin, Nuhdeo, Helidmunt, Buobo, Ruodger, Meginharti presbyteri, qui hæc scripsit.

Traditio capturæ prope cellam Lihtolfes.

IN nomine Dn. Dei æterni ego Siginand trado in eleemosynam meam meorumq; parentum atq; propinquorum ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi largus vir Thioto abbas multitudini monachorum pius pastor præest, hoc est quod trado in finibus Salagoeno vnam capturam quæ contigua est cellæ illi, quæ vocatur Lihtolfes cum Dominicali aliisq; ædificiis, areis, campis, atque omnibus legitime pertinentibus illuc. Ea scilicet ratione, vt ab hac die ad præfatum martyrem & iam dictum abbatē & successores eius pertineat. Acta est traditio in monasterio, anno ab incarnatione Dominica DCCCLXVII. mense Maio, XV. die eiusdem mensis, coram testibus istis, signum Siginandi, qui hanc traditionem fecit †Lantpraht, †Gundicho, †Vuagbrant, †Thiotman, Meginhart peccator scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in Bonlanten.

EGo in Dei nomine Engilbraht & coniux mea N. tradimus ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi Theoto abbas multitudinem regit monachorum, hoc est, in regione Salagoeno, in villa Bonlanto, quicquid ibidem visi sumus habere in areis, ædificiis, pomeriis, aquis, aquarumq; decursibus, & omnibus legitime accidentibus, & mancipiis XII. quorum hæc sunt nomina, Sundatheri, Hugimunt, Ortpraht, Hartpraht, Wosago, Bahtun, Freibirg, Reginger, Waltger, Adalhart. Hehith, Hiltimar, ea videlicet ratione, vt quàm diu viuamus, vsufructuariò possideamus: post obitum verò nostrum ad prædictū martyrem & memoratū abbatem vel successores eius cum omni integritate reuertātur. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno incarnationis Dom. DCCLIX. mense Iunio, coram testibus istis, signum Engilbrahti & vxoris eius, qui hanc traditionem fecerunt, †Grinder, †Alttuom, †Ratolf, †Reginhart, †Sigibraht, †Wenito, †Wighelm, †Othelm, †Ratuuin, †Sigibraht, †Heriger, †Hartrat, †Folerat, †Murtuuin, †Hartuuin, †Wolfgis, †Luithelm, †Wenilo, †Wagheri, †Luithelm, †Hahpraht, †Vadilbraht, †Sigibraht, †Liobsun, †Ercanbraht, †Huoching, †Boto, †Adalger, †Wagolf, †Fruming.

Traditio bonorum in villa Kizicha.

EGo in Dei nomine Egilhart trado ad Sanctum Bonifacium, vbi vir venerabilis Sigihart abbas esse videtur, quicquid habeo proprietatis in pago Salageuue in villa Kizicha, hoc est, duas areas, & inter campum & syluas huobas v. pro remedio animæ meæ, ea videlicet ratione, quatenus mihi & sorori me ad vitam nostram nobis concessum sit, & præterea absque vllius contradictione firmum maneat

ad seruitium præfati Sancti. Isti sunt, qui ibi præsentes fuerunt, signum Egilhartl, Roodung, Albhart, Hunger, Vrolf, Wuotan, Hiberin, Ratolt, Wigger, Ruodheri.

Traditio bonorum & mancipiorum in Brunnostetin, Wigreshusin, Speozesheim, *& Grezzesstat.*

DIuinæ sanctionis penitus fidem gerens, qua dictum est, date eleemosynam & omnia munda erunt sicut aqua, quapropter ego Adalolt indignus presbyter dono atq; trado in eleemosynam meam parentumq; meorũ ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in loco, qui dicitur Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Sigihart multitudini præesse dignoscitur monachorũ, quicquid iure proprietatis visus sum habere in locis nuncupatis in pago Folcfelde, in villa, quæ dicitur Brunnonstetin, & Wigriheshusun, & in Speozesheim, & in Grezzesstat, quicquid in prædictis locis possideo, in quibuscunq; rebus mobilibus & immobilibus, ædificiis, septis, locis cultis & incultis, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, mancipiis, equis domitis & indomitis, & omni supellectili intrinsecus & extrinsecus. Ea scilicet ratione, vt ad dies vitæ meæ cum rebus à prænominato monasterio in beneficium mihi concessis frui licitum sit, & post dies vitæ meæ nullo contradicente cohæredum meorum, in prædicti martyris propria seruitute permaneat, & si quis huius traditionis contradictor, quod minime reor existat, eius malitia in seipsum retorqueatur, & quod velit perficere, nequeat. Facta hæc traditio anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXX.

Pagus Folcfeld.

Traditio bonorum in villis Celling, Rostorf, Duesta, & Ruomfeld.

DOminus ac Redemptor noster Dei Filius salubriter admonet nos, dicens, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Ego quidem Eggihart illius Dominicæ sententiæ memor cogitans pro remedio animæ meæ atq; progenitorum meorum, & ideo placuit mihi quicquid habere visus sum in villis nuncupatis, hoc est, in Cellinga, & Rosthorf, Duesta, Ruomfeld, totum id dono atque trado in eleemosynam meam ad cænobium Sancti Bonifacii martyris, quod dicitur Fulda, in sylua Boconiæ, in pago Grapfeld consitum, & vbi vir venerabilis Sigihart abbas pio moderamine multitudini monachorum præesse videtur, quicquid numeratis villulis possedi atque habui, tam in terris, quàm domibus, mancipiis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, cæterisq; rebus, quæ dici & nominari possunt, ea scilicet ratione, vt deinceps pro æterna requie animæ meæ ad seruitium monachorum absque vllius contradictione personæ, propinquorum meorum, Dei misericordia cum stipulatione subnixa, in perpetuum remaneat, coram testibus inferius nominatis, signum Eggiharti Comitis, qui hanc traditionem manu potestatiua fecit, †Erolf, Zoran, Ruadolt, Hiltiger, Truago, Liutheri, †Laitheri, †Liobsun, †Ratuuin, †Sandrat, †Irminhart, †Simdicho, †Ratbraht, †Albrih, †Huozzi, †Laitbraht, †Waldrih, †Berahtrih, †Geltraht, †Hartbraht, †Hartbald, Folemand, & Helpfrih, Wicnand, Friduuuin, Vago, Brunicho, † Wenibraht, † Gerhart, †Ratheri, †Erlebraht.

Traditio bonorum infra terminos villæ Cellingæ.

EGo in Dei nomine Graman trado Deo & S. Bonifacio ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi venerabilis abbas Sigihart multitudinem regit monachorum, quicquid ego & frater meus Saluman proprietatis habemus infra terminos illius villæ, quæ dicitur Cellinga, præter IV. iugera, terris, syluis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici & nominari potest, totum & integrum transfundo ad præfatum locum perpetualiter possidendum, & in monachorum ibidem Deo famulantium vsus vertendum. Acta hæc traditio anno Dom. incarnationis DCCCLXXXIX. mense Ianuario coram his testibus, Sigihart abbas, presbyter

presbyter & monachus, Huogi presbyter & monachus, Thiotmar diaconus & monachus, Fridurih presbyter & monachus, Vuanger presbyter & monachus, Thioto presbyter & monachus, Lietolf presbyter & monachus.

Traditio bonorum & mancipiorum in pago Salageuue.

EGo in Dei nomine Sigimunt trado ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, quod situm est in pago Grapfeldon, vbi vir venerabilis Sigihart monachorum pius pater esse dignoscitur, quatuor huobas, in pago Salageuue, & areolas quinque, & quicquid ad easdem huobas pertinet in ædificiis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mancipiis XII. quorum hæc sunt nomina, Sigibraht, Hruoding, Gerhelm, Berahtdilt, cum filiis quinque, Libhilt cum filia, Merisuuint, Freuuihilt cum duobus filiis, Albhilt. Ea videlicet ratione, vt quamdiu ego & coniunx mea vixerit, vtendum possi deamus omnia prædicta, post obitum verò meum & coniugis meæ totum & integrum absq; vllius cõtradictione à procuratoribus monasterii S. Bonifacii possideatur. Hæc traditionis chartula facta est anno DCCCLXXXIX. mense Maio, iussu domini Sigihardi abbatis à Vuangario presbytero.

Traditio bonorum in villa Binuzfeld.

SI aliquid de terrenis facultatibus nostris beneuola deliberatione ad loca conferimus Sanctorum, procul dubio inde nos in æterna beatitudine remunerandos fore confidimus. Ideirco ego Isanbraht trado in eleemosynam meam ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerandus abbas Sigihardi, pius est pastor Domin. gregis, quicquid proprietatis habeo in pago Weringewe in villa quæ dicitur Binuzfeld, & in illa marca, quæ ad præfatam pertinet villam in ædificiis & areis, campis, pratis, syluis, vineis, excepta vna paruula, quam filio meo tradidi, pascuis quoque & aquis aquarumq; decursibus, & omnibus adiacentibus iure pertinentibus ad meam proprietatem tam mancipiis, quàm etiam omnibus, quæ dici vel nominari possunt, ea videlicet ratione, vt id ipsum ob beneficium præfati abbatis, & aliud inde acceptum cum annosa pecunia, quam condiximus, ad meam possideam vitam, & postea ad prædicti monasterii dominium redeat firma & incontradicta alicuius potestate. Acta est chartula hæc traditionis anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXIX. indictione III. regnante Carolo piissimo Imperatore. Traditio autem ista eodem anno acta est in comitatu, qui dicitur Gozfelda coram his testibus, Herman, Vuiderolt, Gundheri, Ratolf, Karcholf, Gerwie, Beretrih, Meginrih, Vuillolf, Fruming, Aldrod, Brunihho, Reginuuart, Sigiman, Erkenbald, Sindihho, Engilbraht, Meribald, Eltibraht, Vualtheri, Merling, Stur, Icho, Ruodhoh, Garrat, Brunhart, Sigihart, Thanguuart, Isinhart, Egilolf, Anulo, Ruodlant, Bald, Folewart, Ruedung, Vuarolf, Adalolt, Herimuot, Rabboto, Hartroh, Adalman, Ruodheri, Foleger, Lunimũt, Berolt, Gerhelm, Alberih, Irminhart, Ratger, Ratwin, Vuolfwin, Erphung, mancipiisq; sic nominatis Bliding, Helmerih, Hugifrid, Egizo, Gezo, Vuillihilt, Vuillibold, Facco, Liutfrid, Ruotfrid, Libdrud, Ercanbold.

Pagus Vueringew.

Comitatus Gozfeld.

Traditio capturæ in Beinereſtat & Drosſeſtat.

NOuerit cunctorum sagacitas fidelium, quod quidã vir nomine Meginfrid proprietatem sibi traditam à Ludouico rege in loco, qui dicitur Beinereſtat, & ab his locis legitimis captam capturam in Drosſeſtat, quam etiam iniuſte præpeditam sibi, postea coram Imperatore Carolo in suam requisiuit potestatem, volens tradere ad Sanctum Bonifacium Christi martyrem almificum, vt econtra aliquid suæ proprietatis acciperet, sed venerandus abbas Sigihartus sua fruens prudentia, recusauit cum eo concambire, nisi in præsentia sereniſſimi regis Arnolphi cõtigerit. Interea regali iussu venerunt omnes principes regni eius ad palatium Francofurt ad regales tractandum causas, & iste iam dictus vir petens præsentiam regis, postulauit, vt cum ipsi liceret suo iussu & consensu iam dictam proprietatem cum tota captura in ius tradere Sancti Bonifacii. Iste autem rex suum proferens con-

filium iussit istum istam proprietatem tradere in sua præsentia Gebeharto Comiti, vt ipsa concambitio quam inire voluit, firmior esset. Fecit ergo vt iussus est, & Gebehartus Comes regale adimplens consilium & consensum, imò iussum tradidit, statim ad Sanctum Bonifacium, quicquid Ludouicus rex proprietatis habuit, & Meginfrido gessit in Beinrestetono marcu in pago Grapfelde in Comitatu Adilbrahtes, iam dicto in loco Beinrestat, & in captura Drosselstat totum & integrum in areis & ædificiis, campis, syluis, pascuis, pratis, aquis, aquarumque decursibus viis & inuiis, reditibus & exitibus, terminis & capturis in ius & dominium transfudit præfati Christi martyris. Abbas verò contra dedit Meginfrido quicquid Christi martyr Bonifacius proprietatis habuit in Gunnissiu in pago Lagenahe. Vestitura quoque totius concambii coram rege acta est anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXIX. indictione VII. mense Maio, die XX. coram istis testibus Hattho episcopus, Adalbertus episcopus, Duato episcopus, & cæteri, Walah comes, Cuonrat comes, Liutfrid comes, Eberhard comes, Ruoccheri comes, Burchart comes, Erholf comes, & cæteri, Heimo, Witnidheri, Hartman, Wignand, Ratbald, Gerhart, Werdant, & Rehholf, Hadaleih, Warmunt, Altuuin, Vnan, Ruotbraht, Gerlah, Alarih, Adalolf, Adalung, Germunt, Albarih, Folenand, Gunzo, Hartrat, Engilrih, Embricho, Walto, Leggi, Bald, Cunibraht, Suuarzalah, Sigfrid, Erlabraht, Wargast, Liutbraht, Volmund, Fricco, Cunibraht, Asuuin, Adalman, Hadabraht, Zazo, qui hanc traditionem & vestituram cum abbate accepit, & cum suo nuncio Thangmaro monacho, in ius Sancti Bonifacii consedendo quæsiuit. Isti sunt testes qui viderunt & audiuerunt, quod Meginolt tradidit Sancto Bonifacio quicquid proprietatis habuit in pago Salageuue in loco qui dicitur Dulba & in ipsis terminis, in areis, ædificiis, sepibus, terris, syluis, aquis, aquarumque decursibus, pratis, pascuis, & in omnibus, quæ ipso die ibidem habere visus est, totum & integrum in eleemosynam patris sui & sororis, in ius præfati martyris Christi transfudit, Huoggi abbas, Otto diaconus & monachus, Himilger diaconus & monachus, Liutbraht diaconus & monachus, Asseholf subdiaconus & monachus, Meginolt, Gerhoh.

Comitatus Adalbrahti.

Traditio Hessi Comitis in loco Ziuncilesbach.

Comitatus Hessi.

HEssi Comes tradidit ad Sanctum Bonifacium in loco Ziuncilesbah in pago Salagewe in comitatu ipsius, quod illi Ludouicus rex ibidem in proprietatem dedit, quando sibi & alia loca cum immunitatis autoritate dedit, hoc est, quicquid rex sibi in eodem loco donauit, in areis, campis, pratis, pascuis, syluis, viis & inuiis, aquis, aquarumque decursibus totum & integrum in ius præfati martyris Christi coram istis transfudit testibus Huogge abbate, presbytero & monacho, Thangmaro presbytero & monacho, Norde presbytero & monacho, Ottone diacono & monacho, Liutberte diacono & monacho, Vualten diacono & monacho, Ligifride diacono & monacho, Hartuchen presbytero, Ruotbrahte, Ratolfe, Fridewine, Managolte, Gerbrahte, Sigifride.

Traditiones diuersæ.

I GIbraht dedit ad Sanctum Bonifacium quindecim iugera ad Marchereshusen.

II Thietrih tradidit ad Sanctum Bonifacium huobas X. areas IV. & pomerium in pago Grapfelde, in captura Sulzahu, & in termino Nordheim wizzideg halb, & in termino Astheim suæ proprietatis wizzidiges dimidietatem coram istis testibus, Vuolfmunte, Hetimuote, Vualten, Suuarzalahe, Vuigen, Ramuolte, Thiotbalde, Aten, Egilharte, Herolde, Vualmunte, Iuzen, Hegilen, Vualddante, Thiotbalde, Liobsune, Einharte, Recchen, Reginbrachte, Vadilramme, Otuuine, Ruotgere, Ezilen, Altmanne, Gozbrahte, Altmanne, Dagafride, Meginbalde, Adalotte, Friderihe, Vuargaste, Brungere, Inten, Erlbrahte, Meginen, Embrichen, Tusamanne, Elle, Salramme.

III. Traditio Alberiches & Cunimuntes, ad Brunnunstat areas & XX. huobas, ad Gruon-

ad gruenbah in vveringouue, quicquid ibidem habuerunt ad Rezziſtat, vineas; quas ibidem patruus eorum habuit Alberich, ſeparatim tradidit ad barahtorf, areas & huobas x. cunimunt vero ad gebolfeshuſon, quidquid ibidem proprietatis habuit.

Traditio comitis Heßi in Otekareſdorf.

IV. TRaditio Heſſes comitis ad Otekaresdorf, in pago Salageuue, in comitatu ipſius & in Kinzichero marcu, hoc eſt, quicquid ibidem habuit in huobis, mancipiis, ædificiis, areis, cãpis, pratis, paſcuis, ſiluis, viis & inuiis, aquis aquarũq; decurſibus totũ & integrũ in ius S. Bonifacii martyris Chriſti donauit. Iſti ſunt teſtes, qui hoc viderant & audierũt, Ruodolf, filius ipſius præfati heſſes, qui hanc traditionem fieri iuſſit, Vuolmunt, vvalah, ato, helperih, aſcrih, albart. Hæc traditio facta eſt anno dominicæ incarnationis DCCCCXXIII. indictione XI. menſe octobri, regni vero domni Heinrici Regis quinto, Hiltiberto venerando abbate præſente multiſque ſibi monachis ſubiectis aſiſtentib. qui ad Fuldam coram tumulo S. Bonifacii Chriſti teſtis. Traditio hæc acta eſt, & eodẽ die vno eodẽq; momento tradidit ſtarcman, & ſoror eius Gotahilt, ad S. Bonifacium quicquid proprietatis habuerunt in loco, qui dicitur Fuſſesſtat in pago Salageuue, hoc eſt in huobis, mancipiis, & quicquid dici & nominari poteſt, quod illis iure pertinebat. Hi ſunt teſtes, vvaltrih, qui hanc traditionem fecit, vualah, thiomman, Reidolf.

Traditio bonorum in cella & aliis locis.

IN nomine S. & indiuiduę trinitatis ego *Einhilt ad S. Bonifacium martyrẽ Chriſti, qui in monaſterio Fulda ſacro pauſat corpore, vbi vir venerabilis largus atq; laudabilis Haicho abbas, cum ſumma caſtitate atq; ſuauitate multitudinem monachorũ ad Dei militiam regere videtur, hoc eſt, quod trado in prouincia grapfeld, in finib. haginiu, quicquid ſum viſus proprietatis habere in loco, qui dicitur Cella, in areis, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis aquarumq; decurſibus mobilib. & immobilib. & in omnib. his locis, quę dicũtur ſehilturod, & in finibus Marahesfeld, atq; vvihtageshuſon, & in Eigilgereshuſen, & in Luhhuſen, legitime adiacentiis, & mancipiis, ea ſcil. ratione hæc omnia trado, vt quã diu viuã, vſufructuario poſſideã, poſt obitum vero meum omnia, quæ ſupra memorata ſunt, meliorata nõ minorata Deo donante ad prædictũ Chriſti martyrem & memoratũ abbatẽ vel ſucceſſorem eius, cum omni integtitate reuertãtur. Iſti ſunt teſtes, Egilbraht presbyter, Ratbraht diaconus, Ruoduuin presbyter, Altbolt diaconus, Wolmunt, Walah, Odalah, Zazo, Wigo, Buobo, Herimuot, Thiommã, Wolmunt, Adalfrid, Helibbraht, Raban, Vuidaroct, Heribraht, Thiothart, Orleib, Item orleib, Vodilbraht, Reginmar, Nidhart, Gerolt, Ratolf, Ruodicho, Betto, Maroholt, Haicho, Belding, Otuuin, Milo, Wacho, Ruotfrid, herting, Renifing, Ezelfrid, Berehtuuin, Vuolfbero, pro illa ratione iſta traditio firma ſit, vt nulli laico ab vllo abbate in beneficium donetur, ſed omnino ad ſingulare abbatis firmumq; ſeruitium omnia iſta pertineant. *Einhild.*

Ruodolf comes tradidit ſuum ſeruum Willibrahtan ad S. Bonifacium iſtis præſentibus, Ruoduuin, Albrih, Erih, Fridehelm, Adalm, Hatto, Egilberbern.

Reginuuald & Otuuin fecerunt veſtituram in præſentia heſſes & ego vvigger accepi.

Ebo aduocatus S. Mariæ vaſallus Cuonrati comitis tradidit ad S. Bonifacium iſta mancipia, Bilinin, Vunnigart, Vuignand, Thiotmar, Ruodekar, Eggiunit, Vvilliger, mahtroud, Otuuar Vuinleih, germunt, adalmuot, hadabraht, Ruoduuar, Ruotbald, Vuillinam, Richolf, Fridihilt, Otger, Lantfrid, Liobetaga, Nanz, Vualmar, iſti ſunt teſtes, hadamar abbas, adalhart presbyter & monachus, Egilolf ſubdiaconus Rihhelm diaconus eggiharr, ſierrat, Heſſi, Ratgeil, Hietbarht, Berehtolt, Vuigger.

Hampho tradidit ad S. Bonifacium in Kalbaharus marcu quinquaginta iugera, cum vna menſa cum domo & horreo, Thiothart etiam totidem iugera cum area

domo & horreo. Sgihelmi xxx. iugera, Reginbraht, tantundem iugerũ numerum implenit in eodem termino cum area, omma & ædificiis, horum omnium vestituram cum stipulatione subnixa perfecit.

Vualahfridi tradidit ad S. Bonifacium pro redemptione animæ suæ & parẽtum suorum quicquid propriæ hæreditatis habuit in scũtarahu marcu, in pago Salageuue, in campis, siluis, cultis & incultis, aquis aquarumque decursibus & vnum mancipiũ nomine Giselbraht, præsente domino Hadamaro abbate, hattone presbytero, Haithono presbytero, vviggario presbytero, eggihardo diacono. signum Fridahelmi laici, signum ipsius vvalahfridi.

SECVNDVS LIBER TRADITIONVM ECCLESIÆ FVLDENSIS.

Ecclesia in Huna dedicatio.

ANno Dominicæ incarnationis millesimo xc iii. indictione xi. Calendis Octobris dedicata est ecclesia in huna, ab Emehardo vvirziburgensis sedis præsule, rogatu venerabilis abbatis Ruothardi in honorem domini nostri & S. Mariæ matris eius & S. Margaretæ virginis. Istæ sunt reliquiæ de sepulchro Dómini, de & de loco ascensionis eius: reliquiæ S. Bonifacii martyris, Sixti papæ, Alexandri papæ, Hypoliti martyris, Sebastiani martyris, Cyriaci martyris, Proti & Hiacinthi martyrũ, Hermetis martyris, Antonii monachi, Anastasiæ Virginis.

Eiusdem Ecclesiæ limites.

Hæc est terminatio eiusdem Ecclesiæ, de ecclesia vsq; in Herbach, ab eo sursum vsque in Wolfesbouhil: deinde vsque in Ruodolfesteyna, deinde ad fontem iuxta Nuvvensteti, ab eo fonte vsque in gensibach, de illo in Zigerbach, & sic sursum vsque in forestem, mascur, ab eo rursus in semitam antiquam, ab ea in Kindibrũnen, deinde vsque in villam serudolfes: & sic vsque in Santberg. Deinde superius vsque in torrentem Santbahe, & sic vsque in Brunbach: à brunbach vsque in martbach: deorsum in flumen hunam: ab ea sursum vsque in Roffeberg, deinde vsque in fontem * abbis: ab eo vsque in fontem, qui est iuxta Bagemaresbach & sic in villam bagemaresbach: deinde vsque in Smalunhusdi & sic per siluam vsq; in Beggeres boug, ab eo vsque Deychenstein & sic in directum vsq; in Kedelenberg: deinde in habelenberg, ab eo vsque in mundiberg, & sic vsq; in flumẽ vlstram: ab vlstra sursum in locum vbi vraha intrat in vlstram, ab ea rursus vsq; in flumen quod dicitur Dyuelaha, deinde vsq; in villã Eydes & sic in directũ vsq; in steynunvvant: ab ea in santbach: à Santbach vsq; in snegilesberg: deinde in Eggihardesberg, ab eo vsq; in freschenaha, in Wezdestrot. Deinde in Kuffihoug, à Kuffihoug in flumẽ vsque Hunam, de huna in herbach, de herbach rursus in ecclesiam Hunam.

abberis.

Fines Ecclesiæ in Cella.

Hęc est terminatio ecclesię in cella cõstructę, de liederbach ascendẽdo vsq; ad holobach: de holobach ascendendo vsq; ad middelesdanberk: de middelesdanberge vsq; ad gecelines struad, de Gecelinesstruode descẽdẽdo vsq; ad Vdelgeresbrunnũ: de Vdelgeresbrunnẽ in Sualmana ascẽdendo vsq; ad durrenaha, de durrenaha circumeundo prædium albuuini & Adelingi vsq; ad risgehdenbere: inde ad bockendunbiscun vsq; ad vvidenanse, inde ad Cheisteriche vsque ad ouchenbach: de ouchenbach vsque ad anatrefa: de anatrefa vsq; ad liederbach.

Fines salichẽ munster.

Hinc incipit terminatio q̃ pertinet ad salechen mõster vbi aqua alesbach influit in Kinciham, & sic sursum ad locũ beldinckesberg: inde ad frigesomannouelt vsq; rerbach & sic ad ellenstein vsq; in iazaha, & sic sursum, in herlihẽbrunnẽ ad dõmũ vvilderouuibo, vsq; de lebrunno: inde in heidenessot vsq; ad viã Renniueg, & sic deorsum vsq; ad scalcobrunnõ & sic deorsũ inter duos vicos in Kincihã, huuenoua & herigiseffelt, & sic sursum iuxta ripam vsq; in brahdaha & sic sursum vsque in

Sot-

Sordesbach, & sic sursum in Arezbach: inde sursum in Sũderebach, & sic deorsum vsq; in Salzaha, inde sursum in Flascunbach, inde vsternaha vsq; in cressunbach, & sic deorsum in steinacha, inde deorsum ad luoderihesnol, & super ipsum collem vsque in crebezbach, & sic deorsum in Kinciham.

Traditio bonorum in Luchisono & in Kazrhono.

EGo in Dei nomine Rihbrath, trado ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda, sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini monachorum pius pastor præesse videtur, traditumq; in perpetuũ esse volo, quicquid in Luchisono & in Kazahano marcu proprietatis visus sum habere in terris, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarũq; decursibus, mobilibus, & immobilibus, cũ vna dimidia captura circa flumẽ Elmaha, & tribus mancipiis: quorũ hæc sunt nomina, Gozolt, Berta, Liobsuuihdi, ea scilicet ratione, vt quam diu vixero prædicta omnia ad vsum humanum per beneficium præfati abbatis possideam & post discessum meum de hac luce ad rectorem prædicti monasterii cuncta reuertantur. Facta est hæc traditionis chartula anno dominicæ incarnationis DCCCLII. regnante Ludouico glorioſissimo rege orientalium Francorum coram his testibus, signum Rihbrahti, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, signum thiodolti, † vvidarolti, † adalolti, † herimuot, † hartuuig, † adaltag, † adalman, † fastman, † folgeri, † ato, † freibraht, † fridubraht, † vvarmunt, † Neirolf, † gouuolf, † nandarat, † helmgoz, † einrat, † altgast, † ecco, † reitger, † harit, † arndio, † adalbraht.

Traditio villæ Mareesfeld.

IN Christi nomine ego Germunt, dono atq; trado omnem proprietatem meã ad S. Bonifacium, qui in monsterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Rabanus abbas multidinem regit monachorum; in pago Grapfelde, in villa, quæ dicitur mareesfeld, & in ipsa marca, id est, in siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, pecoribus & mancipiis, quorum nomina hæc sunt, Berefrid, otmunt, ruotbald, hunolt, vvalahheri, hunrat, hiltimuot, leobmuot, holomot, rosmot, theotulf, adalniuui, rihhelm, herimar, fridiuuini, goteuuin, herisuuid, cum omni supellectili eorum: Ea tamen ratione, vt ad vitam meam ipsas res vsufructuario possideã: post obitum vero meũ cuncta, quæ tradidi absq; vlla contradictione in potestatem supra dicti abbatis redeant, aucta & meliorata, nõ minorata. Actum anno dominicæ incarnationis DCCCXXV. indictionis tertiæ, XIII. Calendas Martii, anno XII. regni Ludouici piissimi regis, & signum germunti, qui hanc traditionem fecit, signum Beraharti † vvaltolfi, † herimoti, † vvahoni, † reginharti, † folcgeri, † ratgasti, † Isanharti, † lantfridi, heitoni, † herimari, † adalharti, † assonis, † reginheri, † ellingeri, † eburharti, † altmanni, † theotmar scripsit, Attamat, gundolf, stillimuot, theotuuin, sigiman.

Traditio bonorum in Luchisono.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis ego Egilhart, trado ad S. Bonifaciũ, martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro pausat corpore, vbi vir venerabilis, Largus atq; laudabilis Thioto abbas, cum summa charitate atq; suauitate multitudinem monachorum regere videtur, hoc est, quod trado in prouincia grapfeldono, in finibus, in luchisono, quicquid ibi proprietatis visus sum habere, in areis, ędificiis, campis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus & omnibus legitime adiacentiis, & mancipiis, quorum hæc sunt nomina, gotauuin, salucho, vnuuan, uending, vvnnisuind, ea scil. ratione hæc omnia trado, vt quamdiu viuã, vsufructuario possideam: Post obitum vero meum, omnia, quæ supra memorata sunt & meliorata, Deo donante, ad prædictum martyrem & memoratum abbatem & successores eius cum omni integritate reuertantur. Acta est hæc traditio in monasterio rore ab incarnatione dominica DCCCLXVI I. ann. regni vero Ludouici piissimi regis XXVII. coram testibus istis, † Adolot † suitboto † zazo † herimuot † ruoding † alamar † truogo † vviching † adalman † nerolf † vvernolf † fridurih † folcbraht † regihart † cadolt.

Traditio bonorum in Luchiſerana Marca & in villa Niunbrunn.

IN Dei nomine ego Reginhart & Albuuiz coniux mea tradimus ad S. Bonifacium, martyrem Chriſti, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas pio præeſt grægi monachorum, ſub regula S. Benedicti Deo militantium quicquid proprietatis habuimus in Luchiſerano marcu, & in villa Niunbrunni, in areis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumq; decurſibus, mobilibus, & immobilibus, mancipiis, nec non & omni elaboratu, excepto auro & argento, veſtimentoq;, ea videlicet ratione, vt vterque noſtrum quam diu viuat, iam memoratam traditionem, & illud quod nobis prædictus abbas in ſupra memoratis villis præſtitit per beneficium illius ſine vlla contradictione poſſideat: poſt obitum vero noſtrum rectores præfati monaſterii vtraq; beneficia aucta atq; meliorata ſine vllius perſonæ contradictione ſuſcipiant & quicquid inde agere voluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem. Facta eſt hæc traditio coram teſtibus ſubter ſignatis † Widarolt † Nerolf † Gauolf † Adaldag † Foleger † Adalman † Ratgaſt † Faſtman † Thiotbraht, Freibraht † Rihibraht † Altgaſt † Ecco † Ato † Thiothart † Reitger † Hilting † Hagano, indignus iuſſus ſcripſit.

Traditio bonorum in villa Frihus.

IN Dei nomine ego Minua & filius meus Geborolt tradimus ad S. Bonifacium quicquid propriæ hæreditatis in villa quæ vocatur friehus habemus, in comitatu Kriſtani, id eſt, domib⁹, ędificiis, pratis, agris, aquis, paſcuis mobilib⁹ & immobilib⁹, ſyluis, căpis, & hæc măcipia tradebamus nūcupata his nominibus, bereleih & vxor eius cū filiis, Reginolf, Abuuar, Otuuar, Bereleih, Albloug, Librat, cum omni eorū ſupellectili, ita tamen vt ea cuncta ad vitam meam vſufructuario poſſideam, & vt mihi per ſingulos annos, aut vnum ſagum, aut Frisgung, vel aliquid conſolationis à magiſtro, qui ſcolaſticos procurat, abſque dilatione vlla detur. ſignum truogo † Thiothart, Halmuot, Huoz Otuuin, Helmrih, Reginbald. Nanzo, Reitger, Ratger, Rathelm, Gerhelm, Lantuuart, Rotolt, Fridahelm.

Littera repetita. Ego in Dei nomine Rihbrat trado ad S. Bonifacium martyrem Chriſti, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis hatto abbas multitudini monachorum pius paſtor præeſſe videtur, traditumque in perpetuum eſſe volo quicquid in luchiſono & in Kazahono marcu proprietatis viſus ſum habere in *Vichi.* terris, campis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumq; decurſibus, mobilibus & immobilibus cum vna dimidia captura circa flumen elimaha, & tribus mancipiis, quorum hæc ſunt nomina, Gozolt, bettu, liobſuuind, ea ſcilicet ratione, vt quam diu vixero prædicta omnia ad vſum humanum per beneficium præfati abbatis poſſideam, & poſt diſceſſum meum de hac luce ad rectores prędicti monaſterii cuncta reuertantur. Facta eſt hæc traditionis chartula anno dominicæ incarnationis DCCCLII. regnante Ludouico glorioſiſſimo Rege orientalium Francorum, coram his teſtibus; ſignum Rihbrahto qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, ſignum thiotdolti † vvidarolti † adololt † herimuot † hartuuig † adaltag, adalman † faſtman † Ato † folcger † freibraht † fridubraht † vvarmunt † neirolf † gouuolf † nandrat † helmgoz † einrat † altgaſt † Ecco, reitger † harit † arndeo † adalbraht.

Traditio bonorum in luchiſono Marcu.

EGo in Dei nomine Hilting dono atque trado in elimoſinam meam in cœnobium S. Bonifacii martyris, quod dicitur Fulda, Vbi Sigihart abbas multitudini monachorum præeſſe videtur quicquid proprietatis habeo in luchiſino marcu, hoc eſt, iugera xc, & vnum hominem marcolt, coram his teſtibus, qui hic infra annotati ſunt, ſigihart, milone presbytero † otuuino presbytero † adalger diacono, † adalraban presbytero † ortrih † adaldag † neriolf † bubucho, † berolf † Iſanhart † fridubraht † cumbraht † embricho † tugolf.

CON-

CONCAMBIVM DOMINI HADAMARI ABBATIS ET Ruodolfi Comitis.

Deest.

Traditio bonorum in Marca Lutturu.

EGo Albuuin Trado & duo filii mei donamus albuuuin & racholf, ad S. Bonifacium, quicquid proprietatis habere visi sumus in Lutturu marcu, in campis, siluis, pratis, areis; ædificiis; aquis, aquarumue decursibus, coram istis testibus, quorum nomina hæc sunt, † D. Hatto abbas, Einhart presbyter Wernheri, Witger, Gerbraht, Starcman, Sigibelt, item Gerbraht, † Otuuin, Meginfrid, Engilheri, Engilhart, Friduuin, Seuuolf, Snello, Gundecar, item Friduuin, goteram.

Hæc est terminatio Ecclesiæ in Creynfeld, à muores Brink, sursum vsus ad Berhdoldes sneida, inde ad fontem S. Bonifacii, Item Hasanbach deorsum vsq; in Hasalaha, & inde in Slerepha, deorsum vsq; ad Nortenhoug, inde ad Huocesrode, supra Steigira ad holos, Inde mura sursum vsque ad muresbrine. *Limites Ecclesiæ in Crynfeld*

Hæc est terminatio Ecclesiæ in Slierefa, de Habuhesbahe vsq; ad Hadamundes, ad Sdiedenuueg: Inde ad vlteriorem Slierefam, Inde ad sweberfeld, Inde ad Stentenbrunnen, inde ad Landestrazum intra medium lyobolses, & Sterrenrodes, inde ad Wignandesfanck: inde ad birchenense inde ad Slierefam, vbi Ecclesia constructa est. *Limites Ecclesiæ in Slierefa.*

Hæc est terminatio matris Ecclesiæ in Winegereshusum, vbi nitigis fluuius defluit deorsum in hamerstein, & sursum in montem vsq; lindum, & deorsum in Holzbah, inde ad Pfaffenhelm, inde in Magesbah, inde sursum ad montem Bermberg, inde ad Ascberg, inde ad Salechenrod, inde in nitigis, & sic sursum vsque ad Steinbah, & sic sursum in caput ipsius Steinbah, inde ad Houuistrazun, & sic sursum ad fontem S. Bonifacii, super Suueberfeld, inde per berdoltes sneida vsque in Brahdaha, & sic deorsum in fuldere Strazun & per illam in Heistolues eigan, inde in nitorn & sic deorsum in Windebrunnua, inde sursum ad caput ipsius fontis, inde deorsum in Eggihardebah, & sic deorsum in nitigis, & sic sursum ad Hamerstein. *Limites Ecclesiæ in vuinegereshusa.*

Hæc est terminatio, quæ pertinet ad Ecclesiam Lutera, vbi Scanuulta defluit vsq; in Renniphat, inde in Hellendemberg, inde Rodenbach, inde in mura, inde Lutera, inde in Huozemannesbrunnun, inde in Steckendenstein, inde super Ascgeren in Marckbach, inde in Slitesa, inde in Steinberg, inde in Mellenberg, inde super Sinderesberg, inde in Cilbah, inde in Bircananse, inde in Aschzgruobun inde super Smerberg vsque in Fuldam. *Limites Ecclesiæ Luttura.*

Hæc est terminatio Ecclesiæ Slitise in qua iacet capella, quæ vocatur Ludenbach: Est quidam lapideus pons inter Landeshuson & Zangenesbach, ibi incipit de illo ponte vsque ad fontem qui est in villa, quæ vocatur Vngefuores: de Vngefuores ad Sterrenrode, de Sterrenrode, ad Libolfes: deinde vsque in syluam, quæ vocatur Musles: de Musles vsque ad Linberg: de Linberge vsque ad Vuighardes: inde ad superiorem Lutderenbach: de superiore Luderenbach vsque in riuum, qui est ad Heuencides: de illo riuo sursum vsque ad illum locum qui vocatur Vuarta, de Vuarta, vsque ad caput Holenbahes: inde deorsum vsque in Sualmana & per illam deorsum vsque ad tumulum, qui est infra molendinum, qui est, Ruobnahdes: de illo tumulo vsque ad publicam stratam: de illa sursum vsque ad arborem quæ vocatur, Linda: inde recte in Antrefa: de Antrefa vsque ad Fronerot: de Fronerot vsque ad stratam: inde deorsum vsque in Breidenbach: de Breidenbach vsque ad Elbuuinesrode: de Elbuuinesrode inferius vsq; in Vehenbach: de Vehenbach deorsum vsque ad Antrefa: de Antrefa in Luzzelaha de Luzzelaha vsque ad Hegenetdenberg: Inde ad Liderbah: de Liderbah vsque ad Glihenbucholon: de Glihenbucholon vsque ad Vuolf helmesbrnnen: de illo deorsum *Slitensusis Ecclesiæ limitat.*

vsq; in Sualmana: de Sualmana sursum vsq; ad Breidenbach, de Breidenbach sursum vsq; ad Stratam: de illa Strata, vsq; ad Segenboldesrode: de Segenboldesrode vsque ad Engizenhoge, inde vsque ad Esginebach.

Reginhart, Otto, Hunger, Othelm, Moio, Gerloh, Thiotrih, Ratbot, Brunhart, Othelm, Woheri, Meginheri, Hadabrant, Arolf, Otgrim, Lantolt, Thiotrih, Hrocolf, Adalhram, Egolf, Waltbraht, Folcrit, Liuto, Rihbraht, Terminar, Adalman.

Traditio mancipii.

EGo in Dei nomine Gerlah trado in elimosinam Irmingeri, vnam ancillam ad S. Bonifacium martyrem Christi nomine Rihburg, cum filiis suis, ea scilicet ratione, vt aliud seruitium non faciat, nisi vt per singulos annos quinque denarios siue pretium eorum in cera persoluat, ad Ecclesiam S. Bonifacii. Facta est autem hæc traditionis chartula in monasterio Fulda, anno I v. Hludouuici Regis orientalium Fancorum, sub die 2. Non. Martii, signum Gerlahi, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit, † signum Egiolt † signum Swidger † signum Biotuit † signum Riheri † signum Theotheri † signum Gundfrid † signum Theottag † signum Hunhart. v I. Cal. Iul.

Traditio bonorum in Vuolfeshard.

Stoghemener Marca.

GErbraht & vxor eius Engilsuind, quicquid proprietatis habuerunt in Wolfeshard, ad S. Bonif. tradiderunt, III. Cal. Nouemb.

Waltrih tradidit ad S. Bonifacium in Grapfelde, in Stoghemeno marcu XII. iugera.

Traditio bonorum in villa Gohhusa sub Abbate Styrmio.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, licet sint parua & exigua, quæ pro immensis peccatis meis & vitiis offero, tamen pius dominus noster Iesus Christus non quantitatem muneris, sed deuotionem animi perspicit offerentis, ideoque ego Manoltus sana mente, sanoque consilio pro malis peccatis meis, vt in futurum veniam aliquam promereri merear, dono ad monasterium S. Saluatoris, quod est constructum super fluuium Fulda, vbi sanctus Bonifacius requiescit in corpore, hoc est, quod dono in pago Grapfelde, in villa cuius vocabulum est Gohhusa, hæreditatem meam, quam pater meus mihi moriens dereliquit, in areis, terris, araturiis, campis, pratis, siluis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, inculta seu culta, mobilia & immobilia, sicut superius diximus, totum & integrum à die præsente ad iam dictum monasterium S. Saluatoris, iam dictam rem habeatis, teneatis, possideatis, vel quicquid inde facere volueritis, liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut aliquis de hæredibus meis, & prohæredibus, & quælibet vlla opposita persona extranea, quæ contra donationem istam venire tentauerit, aut eam infringere voluerit, in primitus ipsam Dei omnipotētis pœnam incurrat, & ab omni loco sanctorum excommunicatus appareat, & insuper soluat ad iam dictum monasterium S. Saluatoris auri vncias v. argenti pondera x. multa componat: & quod repetit, euindicare non valeat: sed præsens donatio ista omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Facta donatio sub die 5. Calend. Augusti, Anno VII. regnante domino nostro Pippino Rege. Ego Wofframnus emanuēsis rogatus scripsi, & notaui diem, tempus quod supra, & signum Manolti, qui hanc donationem fieri rogauit.

Charta super bonis in Geltresheim & Hengistdorf.

Dum & nobis fuit pietas & Dei voluntas, pro animæ nostræ remedio nos bini, Hahbertus & coniux mea nomine Hruada, à die præsente portionem nostram tradimus in manum Styrmes abbatis, & in manum Hruadlauge abbatissæ in nostrā elimosinam carradas duas: In summa sunt mancipia XII. Mansoes duas, in Geltresheim, cum terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, & in Hengistdorpfe terram, quantum nobis contigit à die præsente, pro mercede

animæ

animæ noſtræ donamus atq; tradimus per manus illorum medietatem ad caſam S. Bonifacii martyris, & medietatē ad caſam S. Mariæ, quātum nobis genitores noſtri dimiſerunt, & nos ipſi conlaborati habemus, donamus atq; tranſſcribimus, & poſt noſtrum amborum diſceſſum, quantum cōlaborauimus, totum & integrum habemus donatum atq; tranſſcriptum, ad ipſa loca ſancta ſuperius denominata. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, quod ſi nos ipſi, aut vllus de hæredibus ac pro hæredibus noſtris, aut quælibet oppoſita & immiſſa perſona, quæ contra hanc donationem & traditionē iſtam venire, aut irrumpere voluerit, imprimitus iram Dei incurrat, & à manibus ſacerdotum, & liminibus Eccleſiarum excōmunicatus appareat, & inſuper intulerit fiſco ſociante ſolidos c c. mulcta cōponat, & quod repetit, euindicare non valeat, ſed hæc traditio firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum eſt ad Geltresheim, in villa publica anno x i i. regnante domino noſtro Pippino Rege Francorum. Signum Hahberti, & Hruadlauge, qui hanc traditionis chartam fieri rogarunt: † ſignum Altthuringi † ſignum Adalolti † ſignum Megingozi epiſcopi, † ſignum Hrabaningi † ſignum Gerbaldi † ſignum Hruadharti † ſignum Theotuuigi † ſignum Rihberti † ſignum Shrangolfi † ſignum Stahalolfi † ſignum Althelmi † ſignum Hramaolti † Leibolfi † Nendingi † Wiganti. Ego enim Sadrebaldus ſcripſi & ſubſcripſi.

Traditio bonorum in Mitileſdorpf.

IN nomine Domini Ieſu Chriſti, anno x i. regnante Carolo Rege Francorum, ego in Dei nomine Arndeo pro intuitu, vel pro redemptione animæ meæ, vt veniam delictorum conſequi merear in futuro, dono atq; trado ad monaſteriū S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi Styrmi abbas præeſſe videtur, poſt obitum meum, quicquid inibi ex iure patris mei in hæreditatem conuenit, id eſt, in pago Tollifeldum, & in villa nuncupante Mitileſdorf, totum & integrum in elimoſinam meam, & in pago Grapfelde, in villa nuncupante Stocheim, quæ eſt iuxta ripam fluminis, quod dicitur Streuue, vna arialis, & vna hoba, quod eſt, x x x. iugera terræ arturiæ: & mancipia, quorum nomina hic recenſemus, Sigimunt, Suanahilt, Wigpraht, Otuuin, Theothilt, Vodalpraht, Reginuuih, Geilrat, Zteger, hæc omnia cum ſupellectili eorum ſicut ſupra dictum eſt, trado poſt obitum meum, vt vos ſeu ſequaces veſtri habendi, perenniter fruendi in omnibus habeatis poteſtatem, ſtipulatione ſubnixa: Actum in monaſterio Fulda, die i. menſis Decembris: Ego Aſger rogatus chartulam feci.

Traditio bonorum in Nordtheym.

DOminus ac redemptor noſter Dei filius admonet dicens, Date elimoſinam, & ecce omnia munda fiunt vobis, idcirco ego in Dei nomine Neriperaht, & cōiux mea Râtburg, per hanc chartulam donationis, ſiue teſtamētum dono ad S. Bonifacium martyrem, qui in corpore quieſcit, in pago Grapfelde, ſiue in monaſterio, quod dicitur Fulda, & vbi Styrmi abbas præeſſe videtur, donatumq; in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in pago Grapfeld, & in loco nuncupante Nordheim, poſt obitum noſtrum quicquid in hæreditatem nobis conuenit. Omnia tradidimus ad S. Bonif. cum terris, domibus, ædificiis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, cum mancipiis, & hæc nomina eorum Hruadaloh, Perahthilt, Waltthrud, Gozftid, Adalvvart: Sicut ſuperius diximus, poſt obitum noſtrum hæc omnia tradimus atque transfundimus, ita vt habeatis poteſtatem habendi, tenendi, commutandi, vel quicquid exinde elegeritis liberum arbitrium habeatis ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die pridiarum Martii nonarum, anno v i. regnante Carolo Rege Francorum, ſignum Neriperahti, & coniugis eius, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauerunt: † Ratburge † Maraholt † Rihperaht † Pirnicho † Reginperaht † Hramperaht † Wolfmunt † Otrih † Helmerih † Engilrih † Hegilo † Cunirih, † Hitiperaht † Albarat † Rimis † Buobo † Hruadvvig † Milo † Germar.

Traditio bonorum in Muneriherſtad & Haholtesheym.

DOminus ac redemptor noſter admonet dicēs, date elimoſinam & ecce omnia munda ſiunt vobis, idcirco ego in Dei nomine Egi, & coniux mea Sigihilt, donamus pro animæ noſtræ remedio, donatumque in perpetuum eſſe volumus ad monaſterium Fulda, in pago grapfeld conſtructum, vbi venerabilis vir Styrmi abbas, cum turbā plurima monachorum præeſſe videtur, hoc eſt, in loco nūcupante, muniriheſtat, ſitum in pago grapfeld & in haholtesheim ſitum in pago vverangeue quicquid ibidem ad nos noſcitur peruenisſe tam terris, domibus, ædificiis, accolabiis, mancipiis quorum nomina hæc ſunt, vvenilo, Egilolf, reginolf, otuuin, leoholf, megina, perahthilt, ezzilo, cuius ad nos tertia pars pertinet, ſimiliter Ruadbirge, ratbirg, Vuonatheri, vvaho, adalger, abbo, managolt, ratuuar, himildrud, egina, Liba, cum vineis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici aut nominari poteſt, totum & ad integrum ad præfatum monaſterium in elimoſinis monachorum ibidem habitantium & libeeam ac firmiſſimam, tenendi, habendi, & quicquid elegeritis faciendi in omnib. habeatis poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe nō credimus, ſi aliquis de hæredibus noſtris & prohæredibus, contra hanc epiſtolam donationis noſtræ venire tentauerit aut eam infringere conatus fuerit, iram trinæ maieſtatis incurrat & inſuper iuxta pœnam ſeculi inferat partibus ipſius monaſterii cum cogente fiſco auri libras duas, pondera argenti quinque, & quot repetit, euindicare non valeat, ſed donatio noſtra firma & inuilota permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die quinto Calend. Ianuarii, anno tertio, regnante Carolo glorioſiſſimo Rege Francorū. Signum Eges, qui hanc chartulam fieri rogauit, † ſignum ſtyrmi abbatis, † ſignū theot peraht, † ſignum habperaht, † ſignum rumpraht.

Traditio bonorum in VVeſthuſ.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno octauo regnante Carolo rege Francorum ego Ruduch, trado ad monaſterium S. Bonifacii in villa, quę dicitur vveſthus in pago grapfeld pecuniam meam, quicquid fuerit in domibus, ædificiis & omnem laborem meum, totum & integrum, & vnum puerum nomine otger cum omni labore ſuo quicquid habet, ſicut ſuperius dictum eſt, totum & integrum omnem laborem meum, poſt obitum meum vos & ſucceſſores veſtri perpetualiter poſſidēdi in omnibus habeatis poteſtatem, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Fulda in die VIII. menſis Iunii: ego aſger recognoui.

Traditio bonorum in pago Paringe & in villis Sandheym, Northeym & Pladungen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ego Fricceo, & cōiux mea Itmuot, ob metum gehennæ æternæ & premium vitæ æternæ ſeu pro remedio animæ noſtræ aut remiſſione peccatorum noſtrorum, vt veniam delictorū atq; ſcelerum noſtrorum conſequi mereamur in futuro, Dei gratia nos admonente, donamus atq; tradimus traditumq; in perpetuum eſſe volumus, ad S. Bonifacium martyrem Chriſti, ad monaſterium quod vocatur Fulda, vbi venerabilis & præclarus abbas cum multā turba Deo ſeruire monachorum videtur, quicquid proprietatis habemus ex iure parentum, & alio quocunque modo acquiſitum, in pago Paringe & in villis iſtis, ſundheim, & in northeim, & in Pladungom, ſimiliter & hoc quod in iſta bochonia iuxta ripam fluuii quæ vocatur huna, totum & integrum cum terris, ſiluis, ædificiis, campis, pratis, aquis aquarumue decurſibus & omnibus adiacentiis, & mancipia XIII. quorum nomina hæc ſunt: Ruadolf, anno, māno, haguſtalt, truogo, vvaldman, otan, vvillicoma, Irmingart, adalgart, peiarin, vvatrat, vviglind, otgart, cum omni ſupellectili eorum, ſic in elimoſinam noſtram tradimus, ſicut ſupra ſcriptum eſt, ita vt per precationem noſtram, & per veſtrum beneficium nos illam rem v-

Bochonia.

ſuario

ſuario modo excolendam tenere permittatis vſque obitum vitæ noſtræ, & poſt obitum noſtrum amborum ſupradictam rem vos & poſteri veſtri perenniter habere firmiſſimam habeatis poteſtatem culmo ſubnixam. Actum in monaſterio Fulda, anno xx primo regnante Carolo glorioſo Rege Francorum die xxvii. menſis Februarii, & ego Aſger iuſſus, indignus presbyter ſcripſi. *Beimhalmen.*

Cambium areæ in villa Herifa

EGo itaque in Dei nomine Paugolf abbas: omnibus fidelibus noſtris non habetur incognitum quod ego ab ipſis vnam arialem, id eſt, houaſtat cambiaui, id eſt, mutaui, in villa, quæ dicitur herifa, id eſt, ſtarcfrid, & vvigfrid, & thancrat, tradideruntque mihi ad monaſterium S. Bonifacii quod dicitur Fulda, illam arialem, quæ ad proprietatem eorum fuerat, id eſt, ex his vnuſquiſque ſuam partem ad poſſidendum, ad excolendum à die præſente ita vt nos nunc & poſteri noſtri vlterius illam habere frui liberam, firmiſſimamque in omnibus habeamus poteſtatem ſtipulatione ſubnixam.

Traditio bonorum in Sala.

EGo itaque Poto in elimoſinam meam S. Bonifacio, in villa, quæ vocatur Sala per manum Gludes, & Hruadheres quicquid ibi proprietatis habeo in terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, ædificiis, domibus, aquis, aquarumue decurſibus, totum & integrum, & hæc mancipia, Habrit, Haholt, Otmunt Willa, Ashilt, cum omni ſuppellectili eorum, ea ratione vt poſt obitum meum hanc rem in elimoſinam meam, inexquiſitam & incontradictam vos & poſteri veſtri habere perenniter firmiſſimam habeatis poteſtatem ſtipulatione connexam. Actum in monaſterio Fulda, die 20. menſis Auguſti. Ego Aſgur rogatus ſcripſi, & Hludes, & Hruadheres.

Traditio bonorum in Bochonia.

IN nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ego Hruadhart & frater meus Leobhart pro remiſſione peccatorum noſtrorum in elimoſinam noſtrã ſeu coniugis meæ Hruadhartes lihruge tradimus ad monaſterium S. Bonifacii martyris, quod dicitur Fulda, vbi Paugolf venerabilis abbas præeſſe videtur, quicquid in iſta Bochonia in ripa flũinis quod dicitur Fulda proprium habemus, id eſt, terris, ſiluis, campis paſcuis, ædificiis, pecuniis quadrupediis & quicquid ſit, ea ratione, vt ego & frater meus Hruadhart & Liobhart vſque ad obitum noſtrum ſupradictam rem nobis ad nutrimentum per beneficium veſtrum habere poſſimus, poſt mortem noſtram vos & ſecutores veſtri habere perenniter ſupra dictam rem, firmiſſimam habeatis poteſtatem. Actum in monaſterio Fulda die xix. menſis Ianuarii.

Traditio mancipiorum, agrorum & pratorum in villa Roſtorphe.

EGo in Dei nomine famula Dei Folmuot & ſoror mea Frahunt donamus in elimoſinam noſtram ad monaſterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi Paugolf abbas præeſſe videtur, quicquid proprietatis habemus in pago tolliueldum, in villa nuncupata Roſthorphe duo mancipia, id eſt, hruadheri, baldhilt, & XL. iugera terræ aratæ & prata in terambos ſed & aliter ſicut iam ſupra dictum eſt, totum & integrum, id eſt, pecuniæ, quadrupedis vtriuſque ſexus, quidquid ſit extra vnam arialem, id eſt, houaſtat, poſt obitum noſtrum amborum, ea videlicet ratione vt poſt exitum vitæ noſtræ ſupra dictam rem incontradictam vos & poſteri veſtri habendi perenniter liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Actum in monaſterio Fulda die vi. menſis Auguſti: Ego Asger indignus presbyter rogatus ſcripſi, † Folmuote & ſororiscius Frahunte, quæ hanc chartulam fieri rogabant, † Herirates † Leibuuartes presbyterei † Rimoltes † Nortgeres † Genozees † Ratolfes † Helmperahtes † Sandoltes † Franchen † Gernandes † Gozmuntes.

Traditio bonorum & mancipiorum in Stocheim & Wancheim.

IN Christi nomine ob desiderium vitæ æternæ & pro remissione peccatorum, vt veniam consequi merear in futuro, ego itaque Helpfolf trado S. Bonifacio Christi martyri talem traditionem, qualem mihi pater meus Egilolf, & frater meus Husuuart tradiderunt, sic trado ego Helpfolf, quod est in pago Grapfeldum, in villa stocheim, id est, tertiam partem patrimonii sui, sicut reliquerat ei, id est, Egilolfe patri meo eius pater huntolf, similiter in Wancheim ex iure proprietatis suæ quod mihi in proprietatem pertinet, id est, tertiam partem trado ad S. Bonifacium in elimosinam meã, id est, in supra dictis locis de tali portione, sicut supra dictum est, tam in terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus & hæc mancipia, Ratperaht & coniux eius, Werinburg, filia eorum Vueltila & filius ipsius Vueltilun, Liutperaht & illum Ratprahten, cum omni suppellectili sua, quæ ad eum pertinet, Otheri, Vualdger, Freido, Hemmo, Inga, Adalrih, Icha, Adalbirg, Vualumarah, cum tali portione sicut Helpfoluan pertinet, & Vuitsind. Hæc sicut hic continetur scriptum, sic traditum esse volo in perpetuum in elimosinam meam S. Bonifacio, à die præsente huic familiæ, quę nunc hic, Deo seruire videtur, & secutoribus, habere perenniter ad fruendum incontradictam firmissimamque habeatis potestatem culmo connexam, vobis ad roborandum & vos ad induendum. Actum in monasterio Fulda die 6 mensis Februarii, ego Asger scripsi, testes traditionis huius Sigifrid, heriperaht, adalram, adalfrid, hruading, hruadmar, einhart, erolt, friduhelm, albarat, erhart, sigimunt, ebur, arn, helmuuart, heimo, albthonar, heriuuart, parinc, adalrih.

Traditio bonorum in Nordheim, Hoitine, Herifatorf, Sulzifeld, Svvallungen, Chunitorpen, Pargdorf, & multis aliis locis.

EGo itaque in Dei nomine Egilolf, in elimosinam meam & filii mei Helpfolfes, S. Bonifacio martyri trado hanc partem ex iure proprietatis meæ, sicut mihi pater meus Huntolf, in hęreditatem reliquit, id est, in istis locis, in pago Tollifeldũ, in villa nordheim tertiam partem, similiter in hoitine tertiam partem, & in pago grapfeldun, in villa herifatorphe tertiam partem, & in sulzifelde & in suuallungom tertiam partem, in Chunithorpfe, & in pargthorfum, in potolues steti & in vveterungom, similiter tertiam partem in sclauis, in heidu, & in truosnasteti tertiam partem, in pago gozfeld, in villa Suuanafeldum tertiam, in pago Eegeuui in scegifeldum tertiam partem, in pago rinahgeuue, in villa gisenheim tertiam partem. In his supra dictis locis sicut hic scripũ est, sic volo esse traditũ ad supra dictum sanctum tertiam partem, in terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursib. domibus, ædificiis, vobis, & posteris vestris absque vllius personæ contradictione vos & successores vestri ad possidendũ & ad fruendum in elimosinam meam vlterius perenniter firmissimam habeatis potestatem, stipula confixum vobis ad roborandum & ad * tuendum. Actum in monasterio Fulda, die 6. mensis februarii. Ego Asger scripsi: ecce hic testes illius vestitionis qualiter egilolf tradiderat S. Bonifacio in suuanafeldum, † ato, † liulo, † ato, † alatolf, † vveringer, † erolt, † thilo, † ferting, † rihelm, † hahger, † einhart.

Ecce isti testes sunt supra in vvangheim, † othelm, † germo, † ludumar, † Raban, † pero † Erpf, † gundmar, † ortleib, † hunpetaht, † vvolfleih, † fridumar, † orentil, † lud.

Ecce testes in heriffu, † starcfrid, † thancrat, † vvigfrid, † tenihart, † adalrih, † heripraht, † vodalhari, † thruadland, † flampraht.

Tollefeld. pagus. *Grapfeld. pagus.* *Gozfeld. pagus* *Eegeuu. pagus.* *Rinahgouu. pagus.* *induendum.*

Traditio

Traditio bonorum in marca hengisthorf & hrannungen.

EGo in Dei nomine Prēdo trado ad monasteriū S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi Paugolf abbas præesse videtur, quicquid propriū habeam, quod est in pago grapfeld, in marcu Hengistorpfe & in hrannungen, post obitū meum quicquid sit in elimosinam meam, id est, terris, siluis, campis, pratis, pascuis aquis, aquarumue decursibus, mancipiis, Gerolf, Irmingund, vvolbirin, Hruadheri, Rihthrud, meno, Puozzolf, Sinda, Moruh, althilt, cum omnibus rebus eorum, ea scilicet ratione vt post obitum vitæ meæ prædictus abbas & cuncta congregatio illa totum & quicquid exquisitum & laboratum sit in die mortis meæ vos & secutores vestri habendi, per petualiter possidendi in omnibus potestatem habeatis, stipulatione subnixa. Actū in monasterio Fulda, anno xiii. regnāte Carlo Rege Francorū, die xxx. mensis Nouembri. Ego Asger chartulā feci. Testes traditionis huius † gundhram, † rihperaht, † egiolf, † Hrodiu, † reginbald, † nidger, † theotholt, † vvaldger, † hrunzolf, † engilperaht † friduperaht, † tabaris, † sigiboto.

Traditio bonorum in Suuinfurter Marca & aliis Marcis.

DOminus ac redemptor noster Dei filius admonet dicens, date elimosinam & ecce omnia munda fiunt vobis, idcirco ego in Dei nomine Hiltrih pro me & coniuge mea Hruadunne dono atque trado, quicquid in Suuinfurtero marcu ego Hildrih, proprietatis habui, excepta vna huoba, & quicquid coniux mea Hruadun- *Suuinfurter marca.*
in coldiesbesheim, id est, in Folcfeldero marcu proprium habuit & in spiozesheim, *Folcfelder marca.*
& quicquid in vvinido marcu nos simul habuimus & quicquid in Ascahu absq; *VVinido marca.*
tribus hobunnis, id est, in vveringuuero marcu, & ista mancipia, vvolfgelt, Rihhilt, vvidargelt, nordman, herigart, leobviuui, hæriggo, frenehin, suuabin, nending, suuanahilt, glaumunt, gotalind, gotesgis, adalbirg, Imma, houauuib, guotuuiz gerbald, altthrud, vvolfbero altbero, adalbero, huohmunt, mahtfrid, totum & integrum, quicquid prænomiuaui, trado ad S. Bonifacium pro me & coniuge mea, ea scilicet ratione, vt dum ego viuo habeam illud, & vtar sub vestra precaria, post obitum vero meum vos vestriq; successores vlterius sine vlla contradictione possideatis, hæcque donationis charta firma & inuiolabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda, pridie iduum Sebtembrium. anno xxiii. regnante Carlorege Francorū. Ego Einhart scripsi & quiquid Ruadun proprium habuit: in Vringosteti

Traditio Vuillibaldi Episcopi in terris & mancipiis.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Willibald cōcedēte gratia diuinę maiestatis episcopus, imo & catholicæ Christi vernaculus ecclesię, iuxta quod testantur diuina oracula, date elimosinam, & ecce omnia munda fiunt vobis, idcirco cogitans, quomodo aqua ignem extinguit, ita elimosinarum largitio resistere queat peccatis, in elimosinam meam, & remissionem peccatorum meorum trado ad monasterium S. Bonifacii, quod est constructum super ripam amnis, qui dicitur Fuldanensis, Vbi religiosus & præclarus Paugolf abbas, cum magna monachorum multitudine Deo seruire cognitum est, post obitum meum, id est, in supra dicto loco nouem trado colonias (hoc sunt Hobunnæ) integras cum omnibus adiacentiis & finibus suis, in arialis, in terris arduriis, in siluis, in campis, in pratis, in pascuis, aquis, aquarumue decursibus, ędificiis, molinariis, mancipia cum omni supellectili eorum, & hæc nomina seu numerus eorum. Egiluuart cum coniuge eius & cum vno infante Adaluuih, & duo infantes cum ea, & vna fæmina Tagalind nomine, Irminfrid & coniux eius cum duobus infantulis, adalhart & vxor eius, & quatuor infantes cum eis, meginhilt cum duobus paruulis, Ruodolf cum vxore sua & tribus infantulis, gozleih, ferahpald, omniumq; viginti octo, & in villa nuncupata Ibes-

stat vnam coloniam sicut supra dictum est, in elimosinam meam trado ad iam dictum monasterium, totum & integrum, scilicet vt post exitum vitæ meæ supra dictam rem, domino volente, melioratam & inminutam & incontradictam in omnibus rebus vos & secutores vestri habere vlterius, frui perenniter, sicut hæc præsens traditionis continet chartula, cum testium manibus suppositis & signis adhibitis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem, cum stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fuldanensi, anno xviii. regnante Carlo glorioſissimo Rege Francorum & Langobardorum atq; patricio Romanorum, die 8. mensis Octobris, & ego Asger indignus presbyter rogatus scripsi, ✝ signum Eburacares comitis, ✝ Eggi, ✝ Erpes, ✝ Ihro, ✝ Siczger, ✝ Wahho, † Wlfmar, † Hurum, † Friccheo, † Waldmunt, † Hogo.

Traditio bonorum in Landfrideshus.

IN Dei nomine licet sint parua & exigua, quæ pro meri immẽsis offero sceleribus, tamen scio æquissimum iudicem plus deuotionẽ mentis, quam quãtitatem perpendere muneris. Idcirco ego, Theotricus, inspirante Dei gratia, sana mente, deuotaq; voluntate dono atque trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium, qui corpore requiescit in pago Grapfelde, in silua bochonia prope ripam fluminis Fuldæ, vbi vir venerabilis Paugolfus, abbas turbæ monachorum pius præest pater, dimidiam meam paternalem hæreditatem & duas partes de meo elaboratu in loco qui dicitur Lantfrideshus prope ripam fluminis Fuldæ, id est, terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumq; decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt, Nandger: Theotuuih, Prunhilt, cum omni eorum supellectili & sumptu. Ita vt à die præsente omnia illa in meam elimosinam, in vestrum transeant dominium vt firmissimam in omnibus habeatis potestatem facere de illa re quicquid nobis placuerit, nullo quod absit contradicente.

Silua Bochonia.

Traditio bonorum in pago Alsecinx in quibusdam villis.

OPortunum est vnicuiq;, dum in hoc mortali corpore viuit, de futura vita, vbi immortaliter perpetuoq; viuere sperat, dum licet cogitare, ideoq; ego Huchus dono pro anima mea seu pro anima filii mei Halichone, pro æterna indulgentia peccatorum nostrorũ ad monasterium, quod dicitur Fulda, quod est in honore S. Bonif. & S. Saluatoris, in pago qui dicitur Grapfeld, & cęterorũ sanctorũ, vbi in Dei nomine Paugolfus abbas vna cum monachis suis ibidẽ consistentibus, regulariter degere videtur, donatumq; in perpetuũ esse volo, hoc est, in pago alsecinse in villis denominatis in Ostheim, & in Chanaesheim & in terminis earũ, id est, cum terris, domib. ædificiis, acolabiis, mãcipiis, vineis siluis, arealis, casis, casalis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, quantumcunque in ipsis terminis homine meo Badarico, condonaui in beneficio meo, cum omnibus adiacẽtiis ad beneficium ipsum pertinentibus, totum & integrum in ipsa marca, Onehiisasheim, vinea vna, quam ipse in beneficio tenuit, in loco qui dicitur Sichoholdesberga, quantum ibidem vineas in beneficio meo ipse badaricus tenuit, ad integrum à die præsente ad ipsum locum sanctum trado atq; transfundo, vt ab hac die ipsas res superius denominatas, ipsa casa Dei vel congregatio eius teneant atque possideant & eorum successoribus Christo propitio derelinquant, & faciendi, quod voluerint, liberam habeant in Dei nomine potestatem. Si quis vero, quod futurũ esse nõ credo, ipse aut hæredes mei vel vlla opposita extranea persona, quæ contra hanc donationem à me factam venire tentauerit aut irrumpere voluerit, tunc inferat vobis & vestris successoribus dupla repetitione sociante fisco auri libras x. argenti pondera x. quæ coactus exsoluat, & quod repetit, euindicare non valeat, sed præsens donatio omni tempore firma sit cum stipulatione subnixa. Actũ ad Patrebrunna xiii. Idus Iulii, anno xvii. regni domini nostri Caroli Regis Francorum, † signum Hugone, qui hanc donationem seu testamentum fieri Rogauit, † Widerico, † Winihardo, † Wilone, † Hericherno, † Haimerico, † Oaticone, † Waltberto, † Rofrido, † Adalberto.

Pagus Alsacinse Alsus. Ostheim. Choanesheim.

Traditio

Traditio in Tagamar, Peinheristeti, Trosseſteti, Marahesfeldum.

EGo in Dei nomine ancilla Chriſti Seſſa & ſoror mea vvaltun tradimus ad S. Bonifacium quicquid proprietatis habemus in iſtis villis, id eſt, in Tagamari, & in Perinheresſteti, & in troſſeſteti, & in duob. marahesfeldum, totũ & integrum, terris, ſiluis, cãpis, pratis, paſcuis, aquis, molinariis, ædificiis, apium aluearíis, mancipia quorum hæc ſunt nomina, Ercanfrid, Waltolf, Appo, Adalger, Notto, Reginhart, Franco, Heimo, Altolf, Eburhart, Nandgoz, Sindilo, Oto, Zitcoma, Geruuih, gozmar, Fridulind, Adalgart, Willigart, Hruaduuar, helidniu, Adalniu, Willimuot, Stilimuot, Rihmuot, Otila, Anshilt, Elihilt, Paldhilt, meginſuuind: hæc omnia cum omni ſupellectili eorum, ſicut ſupra dictum eſt, tradimus ad S. Bonifacium in elimoſinam noſtram, ea ratione vt per beneficium veſtrum, qui ibi ad illum S. martyrem habitant, ego Seſſa & ſoror mea vvaltun iſtam rẽ ad fruẽdum habeamus poteſtatem vſque ad obitum vitæ noſtræ poſt exitum vero vitæ noſtræ ambarum vos & poſteri veſtri ſupra dictam rem perenniter poſſidere firmiſſimam habeatis poteſtatem culmo ſubnixam. Actum in monaſterio Fulda, die xxix. menſis martii, Ego Aſger indignus presbyter ſcripſi.

Traditio bonorum in pagis Grapfelden & Gozfelden.

NOn eſt incognitum multis fidelibus, quod Reginhilt & ſoror eius Gũdhilt trãdiderũt in elimoſinam ſuam ad S. Bonifacium quicquid propriùm habere viderentur in pago Grapfeldum & in pago Gozfeldum: ideo ego Paugolfus abbas cum conſenſu fratrum noſtrorum' omnium præſto tibi reginhiltu, & gundhiltu ad vitam ſuam quicquid manu poteſtatiua tradiderunt ad S. Bonifacium, extra illa loca tria, quæ nobis in præſenti modo ad ſeruiendum dimiſiſtis in tungide, & in Pleihfeldum & in Buhhiliden & contra iſta loca tria præſtamus tibi Reginhiltu, & Gundhiltu, de noſtris propriis, in loco qui appellatur brahouua vt habeãt ad vitam ſuam, cum cæteris locis tibi conceſſis habendi, fruendi non minuẽdi ſed meliorandi firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem, in noſtram prę̃ſtariam, & poſt obitum veſtrum poſſideamus nos & ſucceſſores noſtri, ſignum Paugolfi abbatis, qui hanc præſtariam fieri iuſſit, ✠ Prezzolti presbyteri † ſignum Hruadharti presbyteri, ✠ ſignum Hruadfridi presbyteri, † ſignum Ortrohi monachi, † ſignum Gerbrahti diaconi † Nandharii diaconi † ſignum Hramuolti presbyteri, facta præſtaria tertio Calend. Iulii.

Traditio bonorum & mancipiorum in Adreodum.

IN Dei nomine ego voto pro remedio animæ meæ, & cõiugis meæ, trado ad monaſterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi ipſe corpore requieſcit, & venerabilis Paugolf abbas præeſſe videtur, in villa, quæ nuncupatur adreodum, in pago tullifeld, in cõfinio ſundheim, hoc eſt, in Siluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, & mancipia, quorum nomina ſubter poſita, azzo & vxor eius Gozzila & filii eius parahtrat, Wangund, hiltibald, & vxor eius vvolfrit, & filii eius Trenuolf & eburuuin, & tota, Egilperaht, & vxor eius vvilliburg, & filii Folcperaht, adelgoza, & filius eius hartrat, & egguip, & niuuirat, & pueros nomine thancmar, & thiholf & foleuuor & puellam Sindhilt, & quicquid proprium videntur habere & partes duas meginheres, & tettiam partem dimidiam, ſimiliter & ancillæ tertium duas partes & tertiam partem dimidiam & filiæ eius tertiam partem dimidiam, & freholf, & duo perahtrati, & vnius vxor, nomine vvuldargoza, & quicquid proprium videntur habere, & eam in villa nuncupata vviſuntaha & quicquid proprium mihi videtur de ſupellectili habere, & de grano ſiue ſegete, ſiue alicubi ſit ſeminatum, & ſex examina apium & ſeptimi duos partes & duos caballos, & boues, & vaccas xii. & nouem capras cum hircis, & porcos xxix. ſicut ſupra dictum eſt trado ad monaſterium S. Bonif. Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi aliquis de hæredibus infringere conatus fuerit, iram trinæ maieſtatis incurrat & diui-

nam vltionem,& quot vvult euindicare non possit, sed præsens traditio inuiolatã permaneat,stipulatione subnixa.Facta traditio regnante Carolo anno XXVIII.

Traditio bonorum in Marchereshusen villa.

IN nomine Dei Patris & Filii & Spiritus S. licet parua & exigua sint, quæ pro immensis peccatis meis & debitis offero, tamen pius inspector Dominus noster Iesus Christus non quantitatem muneris sed deuotionem pensat mẽtis, & non quantum sed ex quanto in illius conferatur sacrificium, idcirco ego griuzing dono atq; trado in elimosinam meam ad monasterium quod dicitur Fulda,vbi S. martyr Bonifacius corpore requiescit,& vbi vir benignus Pangolf turbæ monachorum præesse videtur abbas,in pago Grapfelde, & in villa marcheres husom, quicquid proprietatis habere videor, h. e. quatuor hobas in siluis,in campis,in pratis, in pascuis, in aquis,in aquarum decursibus,in molinariis,in ædificiis, in mãcipiis quorum nomina hæc sunt,Ruadmũt,& seruus eius, Theotbirg,Ecca,Hruadalah, Hitta, Hruadolf,Hruadgoz,Tunta,Cunimunt,cum omnisupellectili eorum, & sicut superius dictum est,totum & integrum per hanc chartulã traditionis quicquid in supra dicta villa proprietatis habeo,trado ad S.Bonifacium, vt per illius patrocinium apud piissimum iudicem veniam consequi meorum merear delictorum, ea scilicet ratione vt ego illud incontradictũ ab omni homine habeam ad vitã meã. Postobitum vero meum vos & successores vestri eorum,quæ in supra dicta villa tradidi, siue in mobilib.siue in immobilib. quicquid dici & nominari potest nullo contradicente firmissimam in omnibus habeatis potestatem, nec nõ & ego in aliis duabus villulis duas tradidi hobas in Guogileibu,& in Eigesleibu,illas à tempore traditionis in vestra firmiter stare volo potestate. Acta hæc traditionis chartula sub die tertia Calẽd. Septembris anno XXVIII.regnante Carolo glorioſissimo rege Francorum.

Traditio bonorum in Geltersheym, Hengistorph, Roumfeld, Machesbach, Gohhesheym.

EGo in Dei nomine Hahbraht trado ad monasterium S.Bonif.quod dicitur Fulda,quicquid proprium habeam in Geltresheim & in Hengistorphe & in roumfeldum,in Machesbah,in Gohhesheim extra duas hobunnas totum post obitum meum,& hæc mancipia Willimar,Adalmar, Vuolfmar, Vuonatmar, Vuerinfrid, Vuoldmanat,Tomanaht,Hiltigund,Houalind,Sandheri cum omnibus rebus suis, vt vos,successoresq; vestri post exitum meũ habendi vlterius habeatis potestatem, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Fulda,ego asger feci.

Traditio bonorum in Torncheim.

LIcet sint parua & exigua quæ pro immensis meis offero sceleribus, tamẽ scio æquissimum iudicem plus deuotionem inspicere mentis quã quantitatẽ perpendere muneris,idcirco ego Vuituram,deuota sanaq; mẽte pro remedio animæ meæ cogitans dono atq; trado in elimosinã meam ad S. Bonifaciũ, qui corpore requiescit in monasterio Fulda, quod constructũ est in pago grapfelde, in silua bochonia, vbi vir venerabilis Pangolf abbas turbæ monachorũ cũ summa moderatione præesse videtur,quicquid in hac die præsente,in villa Thorneheim proprietatis habeo, id est,in terris,siluis,cãpis,pratis,pascuis,aquis,aquarũq; decursib. domib. ædificiis asq; pecoribus & iumẽtis,quæ ibidem habeo,& hæc mancipia trado, Grauuolf,Gomosuuind, Vuolfhart, Hiltidrud, Hecka,cũ omni eorum supellectili & sumptu. Ea scilicet ratione trado hæc omnia vt per vestram precariam illud possideam ad vitam meam vt habeam,vnde alam & nutriã fragilitatem humanitatis meæ, quam diu in hac præsenti vita viuam. Post obitum vero meum atq; discessum de hac præsenti luce vos & successores vestri in elimosinam meam, & vtilitatem vestram, tenendi, habendi, fruendi,firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta hæc charta traditionis in monasterio Fulda,anno XXXIII. regni domini Caroli glorioſi Regis Francorũ,mẽse Aprilis,die X I.Calẽd. maii † signum

Vuitu-

Wituramni † Hruadberti comitis † Zezzonis † Waluram † Moring † Hiltuuig † Warmam † Reginheri † Gerolt † Batugis † Hruading.

Traditio bonorum in Munericheſtet, Hengiſthorf & Rannungen & Salu.

LIcet ſint parua & exigua, quæ pro meis immenſis offero peccatis: tamen ſcio æquiſſimum iudicem plus deuotionem perpendere mentis quam quantitatem muneris, idcirco ego Heiiat, cũ ſumma mẽtis deuotione dono atq; trado in elimoſinã meã ad S. Bonif. qui corpore requieſcit in monaſterio Fulda, q̃ eſt cõſtructũ in pago Grapfelde, in ſilua bochonia, vbi vir venerabilis atq; inluſter Paugolfus abbas turbę monachorũ pius pẽſſe videtur pater, quicquid ꝓprietatis habeo in pago grapfelde, in iſtis ſub nominatis locis id eſt in villa muniriheſteti, & in villa hengiſtorphe, & in villa ramnungen, & in villa ſalu, id eſt, in terris, ſiluis, cãpis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc ſunt, heimarih, Hruadgart, meginolt, meriuuih, Icha, ratan, Iring, ebur, otulf, encheo, cũ omni eorũ ſupellẽctili & ſumptu, ſicut ſupra dixi, totũ & integrum, quicquid de mobilibus & immobilib⁹ dici & nominari poteſt, trado ad S. Bonifaciũ in elimoſinã meã, vti per illius patrociniũ infernalia valeã vitare tormenta, & æterna cælorũ adipiſci gaudia: Ea ſcilicet ratione vt quod trado per veſtram prẽſtariam ad vitam meam poſſideam & habeam, quam diu in ſeculo hoc viuam, vnde poſſim humanæ fragilitatis ſuſtentare miſeriam. Poſt exitum vero meum de hac præſenti luce vos & ſucceſſores veſtri tenẽdi, habendi, poſſidẽdi, fruendi firmiſſimã & incõtradictã in omnibus habeatis poteſtatem. Scripta hęc chartula traditionis in monaſterio Fulda, die Nonis menſis Iunii anno xxviii. regni domini Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum, & hi ſunt teſtes, ſignum Eiiates, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † ſignum thruhtleibes † alcar † albuuin † vvolfhart † pappo † helpfrih † ercampald † vvolftheo † baldheri † azzo † ſundrolf † adalman † altmar † Htuadman, † ſigiman, † hiltibald.

Traditio bonorum in Salu.

IN Dei nomine, licet ſint parua & exigua quæ pro noſtris magnis offerimus facinoribus, tamen ſcimus æquiſſimum iudicem plus deuotionem mẽtis quã quantitatem perpendere muneris. Idcirco ego Sigifrid & duæ ſorores meę, id eſt, gunza, & leobniuus, ſana mẽte deuotaq; voluntate donamus atq; tradimus, donatumq; in perpetuum eſſe volumus ad S. Bonifacium, qui corpore requieſcit in monaſterio Fulda, vbi Paugolfus abbas turbæ monachorum pius præeſſe videtur, quicquid in pago grapfelde, & in villa Salu & in marcu eius de poſſeſſione agricultura proprietatis habemus id eſt, in terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quæ ſunt ex mea parte & ſororis meæ Gunzon, quorum nomina hæc ſunt, vvolfpraht, hiltigart, amalgart, rihhilind, liobbot, herileih, tagapraht, adolpern, adala, cum vno filio nandgat, cum omni eorum ſupellectili & ſumptu, ea ſcilicet ratione tradimus hæc omnia in veſtram poteſtatem vt per veſtram præſtariam ego & gunza ſoror mea illa poſſideamus ad vitam noſtram, vt habeamus, vnde poſſimus in iſtius vitæ via ſuſtentare & alere infirmitatem imbecillitatis noſtræ, poſt obitum vero noſtrum vos & ſucceſſores veſtri in elimoſinam & ad vtilitatem veſtram, tenendi, habendi, fruendi firmam & incõtradictam in omnibus habeatis poteſtem, nullo quod abſit contradicente. Scripta hęc charta traditionis in monaſterio Fulda anno xxxiii. regni domini Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum, menſe martio, die xiiii. Cal. Aprilis.

Traditio bonorum in Baldmunteshuſen.

DOminus ac redemptor noſter Dei filius admonet dicens: date elimoſinã, & ecce omnia munda fiunt vobis, idcirco ego in Dei nomine Hartger & filius meus Hruadmunt tradimus atque donamus quicquid in baldmunteshuſum terræ ha-

buimus,excepta vna ariale ad monasterium S. Benifac. quod dicitur Fulda,vbi vir venerabilis Paugolf abbas,cum multa turba monachorum præesse videtur, ea scilicet ratione,vt quoad viuimus, illo nobis vti liceat, & si alius alterum superuixerit è nobis duobus, similiter illud sub vestra habeat præstaria,post exitum vero amborum firmam & in contradictam habeatis potestatem in omnibus, quæ tradidimus: Actum in monasterio Fulda,sexto idus Martias. Ego Einhart scripsi, † signũ Hartgeres,& Ruadmantes filii eius, qui communibus manibus hanc traditionem fecerunt.

Traditio bonorum in villa Marchereshusen.

IN Dei nomine, licet sint parua & exigua, quæ pro meis immensis offero sceleribus,tamen scio æquissimum iudicem,plus deuotionem mentis, quam quantitatem perpendere muneris. Idcirco ego Gundacar,nutu Dei dono atq; trado in elimosinam meam ad S.Bonif.qui corpore in monasterio Fulda requiescit, quicquid in villa Marchhereshusen,quæ sita est in pago Grapfelde,in ædificiis,domibus,terris,siluis,campis,pratis,& vnum pomerium habeam proprietatis, sicut superius dixi, totum & integrũ, supra nominatas res trado ad S. Bonif. vti per illius patrociniũ meorum consequi merear delictorum veniam,ea scilicet ratione,vt quod tradideram absq; contradictione omnes dies vitæ meæ possideam: Post finem vero dierũ meorum vos & successores vestri tenendi,habendi, fruendiq; in omnibus firmissimam habeatis potestatem. Scripta hæc charta traditionis in monasterio Fulda,die 2.Calend.Decembris,anno xxviii. regni domini Caroli glorioſissimi Regis Francorum,† signum Gundacares,qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit: † signũ Liuuichoni comitis,† signum Sigifridi,signum Nebi, signum Adalrammi, signum Sigifridi, signum Gisal, signum Ruadiparahti, signum Ratfridi, signum Tagafridi, signum Roffolti,signum Gerbrahti,signum Husuuarti.

Donatio facta Monasterio Milize.

Emhilt IN nomine Dei summi ego Emhilt Abbatissa,memor humanæ conditionis, quia breuis vita hominis super terram,totam me in futuram extendens, & ad superna erigens, vbi nostra absconditã cum Christo vita in Deo est, atque vt amplior mihi portio in terra viuẽtiũ reddatur: Quocirca ꝓpriæ hæreditatis meæ terrã in diuersis videlicet locis tam paterno, quã & de materno iure ad me pertinentẽ dono, trado, atque concedo, pro animæ meæ remedio omnipotenti Saluatori nostro Deo,& S. Dei genitrici Mariæ atq; ancillis Dei,quę in monasterio meo ad Milize,die noctuque Domino Deo sub regula S.Benedicti deseruiunt,& stabilitatem ibi habẽt promissam, & in antea promittũt,his etiam ista donatio & traditio firma permaneat & stabilis,i.e.in loco,qui priscorũ vocabulo dicitur,Milize,& in Hẽdingen,& in trib. Hoheimis,in Sulzdorfe,& in tribus Geochusis & in trib. Percuhis, in cõquisito & paterno,& in Wielantesheim,& in Helidongom,& in aliis locis quãplurimis,quæ paterni & materni iuris mei,& mei proprii cõquisitus sunt,vna cum domibus,ædificiis,mancipiis,siluis,pratis,pascuis,aquis,aquarumq; decursibus,cum pecuniis omnis generis,cum mobilibus & immobilibus,cum omni adiacẽtia eorum, & cum monasterio super posito, quæ ego ipsa proprio labore construxi & ædificaui,omnia ad integrũ sine vllius hominis præiudicio: sana mente sanoq; consilio, vt supra dixi, dono,trado,atq; transfundo omnipotenti Saluatori nostro Deo, & S. Dei genitrici Mariæ,& ancillis Dei,quæ in isto monasterio recte & regulariter, secũdũ regulam monachorũ Dei fideliter sine vllã falsitate deseruiunt,& nullã vnquã volunt vagãdi habere potestatẽ, de isto monasterio, sed semper stabiles hic & firmæ permanẽt. In ea tamen ratione,vt dum ad viuo monasteriũ hoc habeam semper sine vllius cõtradictione hominis,& post obitũ itaq; meũ atq; de hac luce discessum,tũ cõgregatio ipsa hanc donationẽ habeat,teneat,atq; possideat,quam ego nũc testibus coram astãtib.trado Domino Deo,& S.Mariæ,ad illas S.Marię reliquias,quę proprię meę sunt,quæ ego ipsa cõquisiui,& quæ in ipsa capsa mea propria sunt, & Chrismale,ad quas ancillæ Dei, quæ in hoc eodẽ monasterio Dn. deseruiunt, votũ primitus sanctitatis & monasticę cõuersationis & religionis ordinẽ ꝓmiserũt, & quicquid proprium

prium & terris & mancipiis & aliis rebus habuerunt, donarunt, hæc vero congregatio præfata vt dixi post obitum meum habeat potestatem cum consilio sacerdotum, id est, spiritalium magistrorum de ipsa familia talem sibi abbatissam eligere quæ secundum Deum ipsam congregationem firmiter regat & custodiat, quæ non dissipet sed plantet, ædificet & corrigat & ad potestatē æternæ beatitudinis ipsam congregationem adducat, incitet atque erudiat. Vtensilia vero monasterii mei ex parte ad ipsum monasterium dono, ex parte vero pro animæ meæ remedio, episcopis, presbyteris, monasteriis, pauperibusq; erogentur. Hæc vero omnia subtus à me denominata ad ipsas Iesu Christi & S. Mariæ reliquias, quæ proprie sine communione alterius hominis meæ sunt, vt dixi, veraciter pertineant, in quibus non est communio cum reliquiis illis; quæ in altari sunt: quomodo, quæ in illa capsa sunt, singulariter meæ sunt, & omnes donationes, quæ nobis in commune traditæ fuerunt, ad ipsas omnimodis sunt donatæ, & ad illas nunc spondanee tradidi, quæ supra scripta sunt & trado, quæ subsequuntur, id est, patinas argenteas, & calices offertorios, & thuribula, capsas, & cruces, fabricaturam altaris, & omnia indumenta altarium, & missarum vestimenta, cortinas & aquæ manilia, vrciolos, nec non & conchas, & diuersorum patrū sanctorum veteris & noui testamenti libros quamplurimos, cul citras & ceruicalia: omnia vero alia, quæ remaneant, ita diuidētur, vt prędixi, id est, lectaria, siue villosi, siue manutergia, siue cauifelli, siue cuiuscunq; sint vestimenta, linea vel lanea. Hanc vero donationem ita firmare & roborare curaui, vt ab omni secularium hominum potestate sit separata & in sororum potestate in commune Deo, sub regula S. Benedicti Patris seruientium post obitum meum permaneat. Siquis vero, quod fieri non credo, si ego ipsa aut aliquis de hæredibus aut pro hæredibus meis aut alia vlla opposita persona, quæ cōtra hanc donationem meā venire conata fuerit, aut eam infringere voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat. & S. Dei genetricis Mariæ offensam: insuper inferat iuxta pænam seculi cum cogente fisco partibus ipsius Ecclesiæ aut agentium suorum auri libras duas, argenti pondera quinq; esse multandos, & quod repetunt, euindicare non valeant, sed prę-sens donatio ista omni tempore firma & perennis maneat testium & manumissorum sub stipulatione subnixa. Actum in vico publico & villa quæ dicitur milize, anno incarnationis Christi DCCLXXXIII. & anno regni domini nostri Caroli Regis Francorum XVI. die quo fecit, mensis martii die XXV. Isti sunt testimoniales, qui viderunt istam donationem, roggo, comes, gundacar, nercolf, friccheo, nordberaht, nordiu, egeold, hemming, liutfrid, ercanheri, hartger, otperaht, fresco, hroggger, vvigperaht, hoz.

Notitia qualiter postquam ista donatio facta fuerat, Eboracar ille comes, & Hruodharto, & Iob, & Roggo ille comes, portiones illorum, quas habuerūt in villa basilica, ad milizes vna cum reliquiis quæ sunt in illo altari, & terris, ac mancipiis, quantum partes eorum illis hæreditarunt, & quantum ad illos pertinebat, totum & ad integrum tradiderunt coram testibus & regenburgis ad ipsas reliquias, quas Einhildis abbatissa donauit & tradidit illis nonnanis ad milize quorum nomina subter scripta sunt, qui omnia hæc viderunt & veraciter videndo cognouerunt. Ego Einhildis abbatissa hanc donationem à me factam subscripsi ✠ signum vvillibaldi episcopi, qui hanc donationem Einhildæ abbatissæ subscripsit, ✠ signum Eburacar comitis ✠ signum Iob ✠ signum Hrodharti ✠ signum ortolt ✠ signum ercanheri ✠ signum frumolt ✠ signum frehholf ✠ signum reginhart ✠ signum vvelpf ✠ signum rihperaht. ✠ signum vntuuint ✠ signum gegihart ✠ signum nordiu ✠ signum Elis ✠ signum erpfeld ✠ signum sigifrid ✠ signum vvolfmunt ✠ signum sino ✠ signum vverinolt ✠ signum ermanolt ✠ signum Arnolt ✠ signum nerolf, ✠ signum Erlo † signum nordperaht † signum guntfrid † signum matto † signum ecgi † signum Isanperaht † signum dencolt † signum fricco † suidger † signum hartnagal † signum embrico presbyter † signum vvalperaht. Ego theotolfus presbyter rogatus scripsi ab einhilde abbatissa.

Traditio Abbatissæ Emhildæ quam fecit Monasterio Fuldensi.

DOminus ac redemptor noster Dei filius admonet dicens, date elimosinam, & ecce omnia munda fiunt vobis, idcirco ego Emhilt ancilla Christi memor humanę cõditionis, quia breuis est vita hominis super terrã, de supernis cogitans, atq; ad æterna me erigens & vt amplior mihi portio detur in terra viuentium, huius terræ, in qua temporaliter viuimus, partem & portionem ad me pertinentem, diuersis videlicet locis tam de paterno, quam de materno & aliunde exquisito dono, trado atq; concedo pariter cum cæteris sororibus, pro remedio animarum nostrarum ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi S. & preciosus Bonifacius Christi martyr in corpore quiescit, quod situm super ripam fluminis ipsius Fuldæ, in pago Grapfeld constructum est, vbi & venerabilis vir Paugolfus abbas multitudini mõnachorum præesse videtur, hoc est in locis nuncupatis, milize, Hentingi, & in trib⁹ Hohheimis in Sulzædorfe, & in tribus Iuchisis, & in tribus Becchohis & in Widantesheim, & in Helidurgam, & in Baringe, & Rotermulte, Hintifeld, Duristodla, Widano, Geltesstat, Dagamari, Beinheresstat, Trosestat, Tingesfleia, Strufidorf, Norddorf, & Siduchesstat, Greifesdorf, & duo Eichesfeld, & Hishereshus, Heriolfesstat, Othelmeshus, Irminosteshusum, Geruuiheshus Wigfrideshus, Vuullinastat, Grimdeostat, in istis locis superius comprehensis vna cum domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, pratis, pascuis, siluis, campis, aquis, aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici & nominari potest, totum & integrum cum ipso monasterio, quod ego ipsa proprio labore construxi & ædificaui, omnia ad integrum sana mente sanoq; consilio vt supra diximus, donamus, tradimus, atq; communibus manibus transfundimus, ego videlicet Emhilt & cæteræ sorores, quarum nomina hæc sunt, Leobuuiz, Glisnot, Triuhilt, Masa, Vuerinburg, Turnuuiz, Immina, Villisuuind, Vualtrat, Gotasuuind, Leobhilt, Folesuuind, Mahthilt, Deotrat. Eouui⁹, Bilihilt, Deotburg, Engiluuih, Tota, Heilaguuih, Reginuuih, Æle na. Hæc sunt ornamenta Ecclesiæ huius monasterii, id est, altare primum auro paratum, cruces tres auro paratæ, capsæ auratæ xi. calices argentei iiii. totidem patenæ, tres ampullæ argenteę, calices cuprini, cũ patenis tribus, imagines auratæ ix. corona vna aurea, casulæ purpureæ duæ, cæteræ diuersi coloris xii. Dalmaticæ ii. cæterę albæ sex, glockæ iiii. & vnum tintinabulum, altarium, vestimẽta purpurea ix. palliola iiii. reliqua vestimenta altarium ix. manicę vi. auroparatę, oraria purpurea iv. fanones (fahnen) auro argentoq; parati vii. cætera purpurata, iii. manicæ purpureæ x: Ea duntaxat ratione vt dũ nos viuimus, per vestrum beneficium vsualiter ad nutrimentũ & ad vtilitatem necessariorum nostrorum, omni tempore isti⁹ vitæ habeamus. Post obitũ vero nostrũ, & discessum de hac luce monasteriũ istud seu congregatio loci istius sub vestro dominio vestroq; auxilio & defensione seu Mundeburde omni tempore secura consistat. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si ego ipsa & aliquæ de istis sororibus aut aliquis de hæredibus & prohæredibus nostris, aut vlla opposita persona, quæ contra hanc donationem nostram venire tentauerit, aut eam infringere voluerit, iram trinæ maiestatis incurrat, & offensam S. Bonif. martyris Christi mereatur: insuper inferat iuxta pænam seculi cogente fisco partibus ipsius monasterii aut agentium eorum auri libras duas, argenti pondera lx. & quod repetit, euindicare non valeat, sed hæc traditio firma & inuiolata omni tempore permaneat, stipulatione subnixa. Actum vico publico, qui dicitur miliza, anno dominicę incarnationis dccc. & anno regni domini nostri Caroli glorioſissimi Regis Francorum xxxi. sub die tertia mensis Februarii, præsentib⁹ his testibus, quorum nomina subter annotauimus † signum Emhilte abbatissæ & cęterarum sororũ, quæ cum ea pariter cõmunibus manibus traditionem fecerunt, quarũ nomina superius cõprehendimus, † signum Erpfeoli † Alarichi † Gerberhti † Sigifridi, † Vuachoni † Husuuarti † Sinoni † Adalgeri † Fricconi † Frohhelfi † Hunrichi † Heioni † Gerolti, † Gerbrahti † Brungeri † Vuolfhelmi † Rises † Erloni † Mahtrati † Arnolti † Luitperahtt † Galamãni † Vuerinolti † Euuihii Eigises,

ſes,(vel Etgiſes) † Megingozi,† Theotrichi † Sigimari † Widarolti † ſignum Reccheoni,Fuldanenſis eccleſiæ diaconi,qui hanc traditionis chartulam rogatu Emhiltæ abbatiſſæ ſcripſit & ſubſcripſit, ſed & iſte breuiarius ad ornamentum Eccleſiæ pertinet,id eſt,turibula deaurata II. cortinæ XII. orciarii IIII. manile vnum, conchæ IIII.bechin II.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Strevv.

LIcet ſint parua & exigua,quæ pro immenſis meis offero ſcelerib.:tamen ſcio æquiſſimum iudicem plus deuotionem perpendere mentis quã quantitatẽ muneris,idcirco ego Ernuſt & coniux mea Wartrũ donamus atq; tradimus in elimoſinam noſtram ad S. Bonif. quicquid in pago Grapfeld,in villa ſtrevv nobis ex parentali iure hæreditauerunt patres noſtri, id eſt,in terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis,aquis,aquarumq; decurſibus,domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc ſunt, Wolfhilt, Erpfheri, Wielrat, Vuerant, Vuirunt, Biricho, Ercanrat, Ota, Imma,Richolf, Theotuuih, Iungolf, Otger, Ratſuuind, Theotſuuind, Vunnifrid, Hruadperaht, Vuolfgis, Vuolfbirg, Mathuuin, Brunhart,cum omni ſuppellectili eorum & ſumptu,& omne quicquid dici & nominari poteſt,de mobilib. & immobilib. de iumentis & animalib. & omnẽ elaboratum noſtrum,quicquid deinceps elaborauim⁹,totum & integrum tradimus ad S. Bonif. præter vnum ſeruum caſatum quẽ cum omni domo ſua extra traditionẽ omittimus:ea ſcilicet cauſa vt quod tradimus,per veſtram præſtariam poſſideamus ad vitam noſtrã, & ſi alius ex nobis alium ſuper vixerit,illud habeat ad vitam ſuam. Poſt noſtrum vero amborum obitum, vos vel ſucceſſores veſtri tenendi, habendi, fruendi firmã & incontradictam in omnibus habeatis poteſtatem & hi ſunt teſtes † ſignũ Ernuſtes & coniugis eius, Vuartirunu,qui hanc traditionem fecerunt † ſignum Liuuichen comitis † ſignum Gundheres † ſignum Regingeres, † ſignum Purgoltes † Huomen † Hruadinges † Hahmuntes † Marcuuines † Foletoges † Haholtes † Heuuinoltes † Lantprahtes † erpfgeres.

Traditio mancipiorum in pago Tollifeld *& Grapfeld.*

DOminus ac redemptor noſter Dei filius admonet dicens, date elimoſinam, & ecce omnia munda fiunt vobis,idcirco ego in Dei nomine Voto pro remedio animæ meæ & coniugis meæ Rathiltæ dono atq; trado,donatumq; firmiter ac perpetualiter eſſe volo ad monaſterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi ipſe corpore requieſcit, & venerabilis abbas Paugolf præeſſe videtur, hoc eſt, in locis ſubter nuncupatis,in pago Tollifeld & Gropfeld quicquid terris, domibus, ædificiis, aquis,aquarumue decurſibus,mancipiis ad reodum in confinio Sundheim, & nomina mancipiorum: Azzo, Gozila, Perahtrat, Vuangund, Hiltibald, Vuolfrit, Treuuolf, Eburuuin, Tota, Egilperaht, Vuilliburg, Foleperaht, Adalgoza, Hartrat, Eggilp, Niuuirat, Thancmar, Thiholf, Foletuuart, Sundhilt, Liuting, Suuabin, Heriman, Suuab, Starcpraht, Gozpraht, Ottruh, Grimpraht, Herting, Liutbrũ, Hemma, Liuiſo, Leobolf, Guololf,& quicquid proprium poſſidere videntur, & duas partes Meginheres, & tertiam partem dimidiã,ſimiliter & Tettæ & filiæ eius tertiam partem,dimidiam Frehholf, Perahtrat, iterum Perahtrat, Vuldargoza, & in confinio Vueſtheim in villa antiqua quicquid in campis, ſiluis, aquis,aquarũue decurſibus & quartam partem thesbifanges ad Vueſtahu,quicquid in Sundheim in campis & agris habere proprium videbatur, & in Nordheim, quod acquiſiuit Agerhohe & mancipia,quæ ſupra memoratia ſunt, & caſa in villa nũcupata Vuiſuntaha,& quicquid ibi proprium videtur habere,& de grano ſiue ſegete, ſiue alicubi ſit ſeruatum, & ſex exanima apium,& IV. & V. duas partes,caballos duos & XII. boues cũ vaccis IX. porcos XXIX. ſicut ſupra ſcriptum eſt,omnia iſta trado ad monaſterium S. Bonifacii. Siquis vero,quod futurum non credo,de noſtris hæredibus aut vlla oppoſita perſona contra hanc epiſtolam donationis meæ venire tẽtauerit, aut infringere conatus fuerit , iram trinæ maieſtatis incurrat & quod vult, euindicare non valeat , & inſuper iuxta pœnam ſeculi , inferat partibus ipſius monaſterii

cum cogente fisco auri libras tantum argenti pondus, & præsens epistola donationis meæ firma & inuiolata permaneat, stipulatione subnixa. Actum sub die x. Calend. Ianuarii, anno xxvi i. regnante Carolo rege Francorum † signum Adalram, signum Geroh, signum Vodalheri, signum Thiotrih; signum Ratgast † Fruming † Vtto † Freido † Reginolt.

Traditio bonorum in VVangheimer marca.

IN Christi nomine ego itaque vltimus exiguusque Dei seruorum famulus Matto, sed & ego, nuncius fidelis Othelm diligenter deuotus in elimosinam Iulianæ Dei famulæ & abbatissæ pro remedio animæ suæ, sicut ipsa mihi manu potestatiua ex iure proprietatis suæ, in Vuangheimero marcu tradiderat, similiter & ego Matto in supra dicto loco vbi supra dicta Iuliana soror mea totum & integrum S. Bonifacio per manum Othelmes tradiderat, ita & ego in villa eadem portione, & ex illa quãtitate, quantum mihi ibidem adiacet proprietatis, sicut aliis testibus perpluribus cognitum est, ita vt ego Matto supra dicto loco in elimosinã meam & fratris mei Megingozes, & eorum quibus debitor sum, sicut & illa supradicta Iuliana soror mea, per manũ supradicti Othelmes, sic trado, quicquid ad meam pertinet proprietatem totum & integrum, sic & ille Othelm, nos simul trademus, sicut supra dictum est, in Wangheimero marcu, id est, illam ecclesiam & monasteriolum cõstructum cum illis Sanctorum reliquiis, & cum omni proprietate, id est, tam terris, siluis, cãpis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, ædificiis, domibus, aialis, coloniis, qualiter & quomodo hæredatum à parentibus & à nobis elaboratum aut exquisitum sit, peculiari vtriusque sexu, mobilibus & immobilibus, quicquid dici aut nominari queat, & hæc mancipia, quorum hæc sunt nomina, Welato, Wahho, Liobgund, Buobila, Helidgund, Liutman, Frahamuat, Theotniuui, Hruadperaht, Fruma, Richolf, Prahtuuar, Theotmuot, Altger, Snelburg, Meginhilt, Irminburg, Hiltigund, Theotmar, Trebo, Wintarhilt, Aso, Oto, Wolfgund, Hruadhilt, Adalalt, Adalolf, Appo, Lubarizzafiu, Mãno, Mahtgund, Horscolf, Nefauuin, Liutgart, Hiltigarti, Othilt, Asolf, Lãtger, Reginhilt, Willithrud, Perahtsuuind, Thiha, Willihilt, Helidulf, Rihgund, Ellengũd, Wigolf, Alahuuin, Pilimuot, Werdolf, Snello, Snelhart, Eggeolt, Aba, Ludiup, Hruadulp, Gotzperaht, Thiholf, Adalger, Wiglind, Eburhart, Helmolf, hæc mancipia cũ omnib. adiacentiis & supellectilib. suis, totum & integrum à die præsente sic volumus esse traditum atque firmatum in elimosinam illorum supra scriptorum, ea scilicet ratione vt hanc rem ab vlla persona nostrorum cohæredum incontradictam & inexquisitam vos & posteri vestri habere, frui, perenniter firmissimam habeatis potestatem, culmo conexam vobis ad vestiendum & ad inducendum & ad roborandum. Actum in monasterio Fulda, die x. mensis Martii. Ego Asger rogatus scripsi & testes firmaui † signum Mattan, signum etiam Othelmes, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauerunt † signum Frehholfes † signum Hludumares † signum Germẽ † signum Ratgeiles † signum Erben † signum Purghartes † signum Reginheres † signum Wiharoltes † signum Reginperahtes † signum Gerhartes † Ratheres † Wolfleibes † Witmares † signum Erphes.

Traditio bonorum in villa Madibach.

IN Christi nomine ego Altfrid & coniux mea Folcrat, in elimosinam nostram ob desiderium vitæ æternæ & pro remissione peccatorum nostrorum & matris & sororum & filiorum filiarumque & omnium parentum & fratrum atque cognatorum, quorum cohæredes sumus in aliqua parte, tradimus ad monasterium S. Saluatoris, vbi S. Bonifacius præclarissimus martyr requiescit, & vbi vir venerãdus Paugolf abbas cum multa turba monachorum Deo seruire videtur, sic tradimus quicquid in Geltresheimero marcu & in hengisthorpfero marcu proprietatis habemus ad villam quæ vocatur madibah, sicut ibidem ad nos ius proprietatis pertinet extra illum cæptum (id est bifang,) qui est in giusungom, cœptum illũ foras dimitto. Cæterum

terum ſicut dictum eſt, totum & integrum tradimus cũ terris, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, molinariis, ædificiis, domibus cum omnib. adiacentiis pecuniæ, vtriuſq; ſexus, mancipia, quorum hæc ſunt nomina, Liuthram, Williger, Sigihart, Adalbald, Wolfthane, Waning, Adalman, Gebauuar, Herimã, Starcman, Wini, Thiotrih, Pilihilt, Ratulp, Vuolfbald, Vuillibald, Perahtuuar, Theotniuui, ſic tradimus cum omni ſupellectili eorũ: Ea ſcil. ratione, vt per noſtrã petitionem, & veſtrum beneficium nobis cõceſſum ſit à vobis, frui vſq; ad diem vltimum vitæ noſtræ amborum imo & filii noſtri Altthuringes, vt ſiquis ex nobis longius viuat, illud habeat vſque ad finem vitæ ſuæ, poſtea ſupradictam rem inexquiſitam & incontradictam abſq; vllo homine vos & ſucceſſores veſtri habere, perenniter poſſidere firmiſſimam habeatis poteſtatem culmo connexam. Actum in villa ſupra dicta madibah anno XXIII. regnante Carolo rege Francorum die 6. Calend. Auguſti, & ego Aſger rogatus ſcripſi, & cum teſtibus firmaui † ſignum Altfrides & Folratu coniugis meæ, qui hanc chartam fieri rogauimus † ſignum Irmintheo, Hiltibald, † Ermperaht † Atto † Heriperaht † Adalman † Geruuines † Paldman † Otacar † Sigiuuart † Rihheri † Geruuintil † Lantfrides † Sundarolfes † Gerhelm † Glauprahtes † Ratuuiges † Theotmãnes † Otpold † Werinperahtes † Ruadoltes † Patufeides † Eburacar † Hagunen † Theotheres † Grimperahtes † Althuringes † Hegilen † Altmares, † ſignum Sigolaches.

Traditio bonorum in Ramnunger & Mahbesbacher & Hẽgiſtorfer marca, ad villam Giuſungen.

IN Chriſti nomine ego Altfrid & coniux mea Folrat, in elimoſinam noſtram ad monaſterium S. Saluatoris quod dicitur Fulda, S. Bonifacio præclariſſimo martyri, vbi venerandus Paugolf abbas præeſſe videtur, tradimus in pago Grapfeldero marcu, id eſt, in Ramnungero marcu & in Mahbesbahero marcu tertiã partẽ, ſicut ibi nobis congruit, & item in Hẽgiſtarpfero marcu ad illã villam, quæ vocatur Giuſunga totum & integrũ, quod mihi Altfride pater meus Althuring, ex iure proprietatis ſuæ in hæreditatem reliquerat & omne quod poſtea ibidem exquiſitum & elaboratum habemus ſic tradimus ad ſupra dictum ſanctum, id eſt, tam terris, ſiluis, arialis, campis, pratis, paſcuis, aquis, ædificiis, omnibus adiacentiis, totũ & integrum, quod ad meam Altfrides, & coniugis meæ Folratu proprietatem pertinet, & hæc mancipia, Sinding, & coniux eius Gerburg, Willifrid, vxor eius Hohburg, Otheri, Vuiela, vxor eius Gozbold, coniux eius Gerflah, Thiothelm, & vxor eius Otun, Eleolph, Sigimar, Heilagthrud, Hiltilaug, Gerhilt, Pilimar, Genze, Vualtun & filia eius, quam cõparaui Liobmar, Vuillirih, Reginhelm, Thiotuuin, Emita, Imma, Reginbald, Gunza, Adallind, Hruadbald, Meginbirg, Sigimunt, Truhtila, Vuilliheri, Hiltirat, Vuanperaht, Guli, Liutgoz, Thiothelm, alaburg, peiari, Heriman, Bilihilt, Fridubirg, Frahamot, Nandolt, Vuolfhart, Hunolt, Hruadolt, Vuitta: hæc omnia cũ cunctis ſupellectilibus ſuis à die præſente, & deinceps ſicut habẽt, ea ratione tradimus hanc rem vt hoc habere, & frui poſſimus vſque ad obitum vitæ noſtræ amborum, poſt exitum vitæ noſtræ hanc rem vos & poſteri veſtri habete, perenniter poſſidere vlterius inexquiſitam, & incontradictam firmiſſimam habeatis poteſtatem culmo connexam. Actum in villa, quæ vocatur Gyuſunga coram teſtibus inferius conſcriptis anno XXIV. regnante Carolo Rege Francorum, die v. Menſis Iulii, ego Oſger ſcripſi & teſtibus fixi † ſignum Prezzoltes presbyteri & monachi † ſignum cuniprahtes presbyteri, fratris altfrides, qui hoc perficiebat, † ſignum ipſius altfrides, & coniugis eius folratu † ſignum adalmannes † ſigimãnes † ſignum Irminteoſes † ſignum adalmannes † ſignum eimperahtes † ſignum hruadmannes † ſignum theotmannes † ſigiuuartes † ſignum vvaldmannes † ſignum nanduuiges † leidrates † ſignum zecchen † ſignum nidprahtes † ſignum ſigolahes † ſignũ theotprahtes, † ſignum nidgotes † adalhartes.

Traditio bonorum in Hoitono marcu.

WIlliperaht & vxor eius Hiltiburg tradiderunt ad S. Bonifacium partem hæreditatis suæ, tunc contigit quod vvilliperaht obiit & de hac luce migrauit, & tunc gener eius Wolfhart, qui suam habuit filiam, iniuste consedit illam traditionem; quam tradidit Williperaht, & vxor eius Hiltuberg, tunc centurio Sigifrid, qui aduocatus noster fuit; & vna fratres nostri cum eo placitum constituerunt ad sundheim, & ille Wolfhart supra dictam rem iniuste consessam coram centurione illo & ortrohe & Hungere & corã hominib. multis reddidit, cum suo iure, & emendauit quod iniuste consedit illam traditionem cum tali parte qualem vvilliperaht suæ tradidit filiæ, & nunc iterum, quod ante reddidit, possidet & fruitur in hoitono marcu, in illa captura nostra vnam stirpem factam habet.

Traditio bonorum & mancipiorum in loco Brahtaphu.

IN nomine Domini nostri Iudicis & Regis Iesu Christi, ego Hartman dono atque trado ad S. Bonifacium quidquid in Brahtaphu habere visus sum in mancipiis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, aquis aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus & quicquid dici aut nominari potest pro remedio animæ meæ parentumque meorum. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, dignissimo hadomaro abbate astante cunctisq; fratribus, isti sunt testes qui visu & auditu istius traditionis affuerunt, meginheri, Anzo, gunduuin, thietrih, Hruodacar, Bruobbraht, Ingilbold, regnante Henrico rege, anno vero eius regni x 1.

De Satesdorf Marca & Soresdorf.

Satesdorf. DE illa marca quæ ad * Satesdorf pertinet, & de terminis eius sicut ab antiquis accepimus, literis expressimus, ne aliquis error per obliuionem, negligentiamue posteris nostris nasceretur inprimis in Hasalachastein, & sic per illam Hasalacha vsque ad alteram Hasalacham, inde, sursum ad Onheresfontem abinde vsque ad ettrata Gispringum, deinde in bogenhroh, deinde ad introitum Rataha in Soraha, inde etiam ab ora fluminum in Gugenberg, inde in orientem Griuzinebach, inde in Fyrst, quæ lapidea dicitur, inde eburessol, exinde in album fontẽ & sic per nostra signa (id est Laha) in Widinonseo, inde in seoniunberg, inde iterũ in Hasalahastein. Hanc igitur marcam Ratesthorf, videlicet, cum terminis superius comprehensis tradiderunt ad S. Bonifacium Roggo comes, Hatto comes, Nordiu frater illorum, Brunicho comes & moricho frater ei°, Eggihart & Iob frater, Emtilt abbatissa, huetisque supra dictæ villæ termini, nunc ad eam quæ Soresdorf vocatur; villam vertamus calamum, inprimis in eitraha, inde in Huulpegimundi, deinde in vtital, ab inde in Tubuntreis, inde in grazberg, aquilonem, inde igitur in antiqua sepulchra, obinde in Husfeld, supremum inde in Gugunberg, abinde in bogenbroch, deinde in Hunaberg, inde vero in eitraha gispring: Marcam vero Soresторpes cum terminis suis præscriptis tradiderunt ad S. Bonifacium, Brunicho comes, Hadubraht, Ingelt, Degan Ælis, Erlolf comes, Ruadpraht pater Cancures.

Laha (Lach)

Traditio bonorum & mancipiorum in Geltresheim.

EGo in Dei nomine Hruadburg dono atque trado in elimosinam meam ad monasterium S. Saluatoris quod dicitur Fulda, vbi precioso corpore S. martyr Bonifacius requiescit, & vbi vir venerabilis Hratgarius abbas turbæ monachorum pius præest pastor, traditumque in perpetuum esse volo, hoc est, quod trado, quicquid propriæ hæreditatis habui in loco qui dicitur geltresheim & in pago grapfeld id est, terris, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, & hæc sunt nomina illorum, Sigiperaht, & filius eius cum omni sumptu eius, ita vt à die præsente absque vlla contradictione in vestra iugiter permaneant potestate

state. Facta hæc charta traditionis in monasterio Fulda, mense Maio, die vero Cal. Iunii anno XXXVIII. regni Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum, & iſti ſunt teſtes, † ſignum Ruadburgæ, quæ hanc traditionis chartam fieri rogauit † ſignum haguoni, ſignum attoni, ſignum ſundarolfi, ſignum baldmanni, ſignum Theotmanni, ſignum meginperahti, ſignum herimanni, ſignum rendingi, ſignum orentil, ſignum babo, ſignum belaz, ſignum hegilo, ſignum vvarmuot, ſignum rohinges, ſignum haduprahtes.

Traditio bonorum in Theotricheshus in pago Grapfeld.

IN Chriſti nomine ego Theothart, & frater meus Alphart, donamus atque tradimus in elimoſinam patris noſtri Theotriches, ad monaſteriũ S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius martyr corpore requieſcit, & vir venerabilis Hratgarius abbas pius paſtor monachorum videtur, traditumq; in perpetuum eſſe volumus, hoceſt, in loco, qui ſuo nomine nũcupatur Theotricheshus, & in pago grapfel de ſitus eſt ſuper ripam fluminis huna, id eſt, vnam arialem & tres hobas, cum terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus: Ea vero ratione, vt à die præſente vos & ſucceſſores veſtri habendi, fruendi, poſſidendi & quicquid exinde faciendi firmam & incontradictam habeatis poteſtatem. Facta charta traditionis in monaſterio Fulda, menſis Auguſti, tertio nonas eiuſdem menſis anno XLII. regni domini Caroli Regis Francorum, & iſti ſunt teſtes illius traditionis, † ſignum Theotharti & Apharti, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauerunt, † ſignum Wolfolti † Erpfmari, † Wolfgeri † Lantperahti † Richolti † Einharti † Meginharti † Comanni † Voten, † Engilharti † Heien † Comano.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Salu, in pago Grapfeld.

IN Dei nomine ego Gundacar & coniux mea Regingund donamus atq; tradimus ad monaſteriũ, quod dicitur Fulda, vbi pretioſo corpore S. martyr Bonifacius requieſcit, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas turbæ monachorum pius præeſt paſtor, quicquid proprietatis habemus in pago Grapfeld, in villa Salu absq; tribus iugeris, id eſt, in terris ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc ſunt, rihheri & coniux eius freuuihilt, gundheri, & coniux eius theotbirg, Liutheri & coniux eius eburuuind, cum omni eorum ſupellectili & ſumptu, ita tradimus vt in perpetuum hæc traditio in noſtram elimoſinam, firma atq; ſtabilis fiat, nullo quod abſit contradicente, & hi ſunt teſtes: ſignum gundacares & coniugis eius regingundæ, qui hanc chartam traditionis fieri rogauerunt, † ſignum francolti † ſignum tagafridi † ſignum gotafridi † ſignum hahheri † ſignum ſigifridi † ſignum ſigiharti † vvidarolti † ſignum hiltiperahti † ſignum prungeri † ſignum hiltuuini † ſignum bernungi. Acta traditio in monaſterio Saluatoris, quod dicitur Fulda, ſub die XVI. Calend. Februarii, anno XXXVIII. regnante Carolo rege.

Traditio bonorum & mancipiorum, in Orthereshuſ.

EGo in Dei nomine Gundo dono atque trado in elimoſinam meam perpetuam ad S. Bonifacium, in pago Grapfelde in loco, qui dicitur Orthereshuſa omnem meam poſſeſſionem in iumentis & pecoribus & hæc mancipia, Hugimunt, Duamhilt, Warmunt, Willicoma, Zitcoma: Herilind cum omni eorum ſupellectili & ſumptu, ſicq; trado hæc omnia vt à die præſente cuncta illa in veſtrum longæuum tranſeant dominium, nullo quod abſit contradicente. Scripta hæc chartula traditionis in monaſterio Fulda, anno XLIII. regni domini Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum, menſe Maio, die XIV. Calendas eiuſdem menſis † ſignum gunden, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † ſignum vvegalenzen † hugilbaldi † frichen:

Traditio capturæ in villa Berghohe.

IN Dei nomine ego Walto & socii mei quorum nomina hæc sunt, id est, Theotung, Altolf, Otrih, adalrih, Perahtger, Matto, Farolf, Meginbald, Otto Amanolf, Hetimuot, megis, lantolt, lungan, damus atque tradimus in elimosinam nostram ad S. Bonifacium captuuram hanc quæ de villa berghohe capta est, & hæc sunt nomina locorum, quibus illa per gyrum determinatur, à Tunibach sursum vel susum tunibach vsq; ad treniches eichi, deinde sursum in bramfirit, deinde in caltenbahhes haubit, deinde in ruhunbah, deinde in des Kunigsuueg per ambashagon, inde in suuarzæhafurt, deinde in daz smala, eihahi, deinde after, dero, firsti in Rinachahaubit, deinde iterum in Tunibach, sicq; tradimus illam, vt à tempore instanti, & à die præsenti in nostram elimosinam in vestrum transeat dominium, vt illum colatis illiusq; vtilitatem habeatis semper vos & successores vestri, nullo, quod absit, contradicente. Facta hęc tradito anno xxxiii. regni domini Caroli, gloriosissimi Regis Francorum, mensis martii, die v. Idus eiusdem mensis, † signum egino presbyter † suuanupraht † signum nordman † haduperaht, Voto, † gisalfrid † signum helmrih. ego Racholfus cancellarius scripsi.

Traditio duorum mancipiorum.

EGo in Dei nomine Gozperaht & filius meus Baldro donamus atq; tradimus ad monasterium S. Saluatoris, vbi S. Bonifacius corpore in sepulchro quiescit, & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum præesse videtur, id est, duo mancipia, vverinthrud & arolf, ea ratione vt in illis habeant potestatẽ. Isti sunt testes, † Gozperaht † baldroh, suuidger † sturmi † beringer † hruadolf † ermanolt.

Traditio bonorum in Geltresheim.

IN Dei nomine ego Adalman dono atque trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium in marcu geltresheim xxx. iugera xv. iam stirpata & ad arandum in planitiemque campi parata & alia xv. adhuc siluis occupata, ita scilicet, vt per vestram præstariam illa quæ sunt ad arandum parata possideam ad vitam meam, alia vero nemoribus adhuc sita à die præsenti in vestrum transeant dominium, postque obitum meum cum omni integritate omnium simul liberam in omnibus habeatis potestatem.

Traditio XIII. mancipiorum.

EGo in Dei nomine Adalperaht dono atque trado per manum Prungeres in elimosinam Marcuuizu & patris mei Geroltes ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore requiescit, & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius pastor videtur, hoc est, quod trado xiii. mancipia, traditumque in perpetuum esse volo, & hæc nomina mancipiorum: Hruaduuart, heriuuart, astolf, geruuin, figur, muotlaug, thangburg, nerihilt, villicoma, vvillihilt, meginhilt, theotlind & filius eius cum omni sumptu eorum, ea scilicet ratione hæc mancipia trado vt post obitum marcuuizu in vestrum redeant dominium, & ita seruiant, sicut præstationis chartula continet. Facta chartula in monasterio Fulda, anno xxi. regni domini Caroli Regis Francorum.

Traditio bonorum in villa Beinseggesuuang Grasatell.

EGo in Dei nomine Gerhart vt & frater meus Ippin vt ęternã mereatur accipere requiem, in elimosinam eius dono atq; trado in villis subter nominatis, donatumq; in perpetuum esse volo ad S. Bonifacium venerabilem Christi martyrẽ honorifice in monasterio Fulda sepultum, in pago grapfelde supra ripam fluminis eiusdem nominis Fuldæ, hoc est, in Geltresheimono marcu & Brinseggesuuang in antiqua villa quicquid nos vtrosque iure hæreditatis conuenit, sed & in Grasatelle, & in Eibingono marcu, id est, in Bunahu, & in Tasu, & in ebilihfeldono marcu, id est, in Bratingum, in Hengesfelde, & in Sentinabach, & in Wa-

Wazerlosum quicquid solum Ippinem constat totum & integrum, sicut iam supra dictum est, tam terris, quam syluis, pratis, arialibus, pascuis, aquis aquarumq; decursibus ad supradictum monasterium trado, vbi vir honorabilis Ratger abbas maximæ multitudini Monachorum pius pastor præesse dignoscitur, sed vt hæc traditio firmior habeatur, testibus eam volo præsentibus confirmare, † signum Gerharti, qui hanc traditionem fecit, signum Asger, signum Otrih, signum Albgar, signum Haholt, signum Sigiman, signum Altfrid, signum Sundrolf, signum Werinolt, signum Atto, signum Haguno, signum Lantger, signum Altolf, signum Wagpraht, signum Heidanrih, signum Hatto, signum Althuring, signum Lantwart, signum Belaz, signum Baldhart, signum Bernfrid. Acta hæc traditio in villa publica Geltesheim anno ab incarnatione Domini DCCCII. regnante domino Carolo, pio Imperatore XXXVI. quarto nonas Iulii, feria secunda IIII. die mensis Iulii, & ego notaui diem, tempus & annum.

Traditio bonorum in Swinfurtin, Eitrungesbach, Gelthersheim, Grasatellin & Ebalihbechin.

NOTUM sit omnibus fidelibus nostris quod ego Gerhart, quicquid de propria mea hæreditate in subter nominatis villulis habeã, id est, in Swinfurtin & in Eitrungesbach, & in Gelthersheim, & in Grasatellin, & in Ebalihbechin, totum atq; integrum: illud trado coram testibus in manum amici mei Rhamolfi, vt ille hoc cum omni integritate pro salute & remedio animæ meæ tradat, ad Sanctum Bonifacium, vt ibi in illa congregatione sancta mea æterna mereatur esse memoria, & isti sunt testes ipsius traditionis, Albuuin, Wolfgrim, Wolfhetan, Heriger, Ratuuin, Engilbald, Nidger, Reginheri, Hatto, Theotbald, Ercanhart, Sanauuart, Suuarzaloh, Folcger, Engilscalc.

Traditio bonorum in iisdem villis.

EGO in DEI nomine Hramuolf dono atq; trado, traditumq; in perpetuum esse volo ad S. Bonifacium, quicquid mihi Gerhart de sua propria hæreditate in istis subter nominatis villulis tradiderat, id est, in Suuinfurtin, & in Eitrungesbah, & in Gelthersheim, & in Grasatellin, & in Ebalihbechin, cum omni integritate trado, sicut ipse mihi tradiderat, id est, in terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarũue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, & de omnibus rebus quicquid dici & nominari potest, ita, vt à die præsente cuncta transeant in vestrum dominium, nullo quod absit contradicente, & isti sunt testes illius traditionis, Albuuin, Wolfgrim, Wolfhetan, Heriger, Ratuuin, Engilbald, Nidger, Reginherti, Hatto, Theobald, Ercanhart, Sarauuart, Suuarzaloh, Folcger, Engilscalc.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Paringen.

IN DEI nomine ego Egilolf dono atq; trado in eleemosynam meam ad Sanctum Bonifacium dimidiam partem hæreditatis meæ, in pago Grapfelde, & in villa Paringe, id est, in terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt, Fastolf, Zeiza, cum omni eorum supellectili & sumptu, Ea scilicet ratione trado hæc, vt per vestram præstariam illud possideam ad vitam meam, post obitum meum Vos & successores vestri tenendi, habendi, fruendi in eleemosymam meam, & ad vtilitatem vestram firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem.

Traditio bonorum in villa Oppahu.

IN DEI nomine ego Atto pro salute & redemptione animæ meæ trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius requiescit corpore, & vbi Ratgarius abbas monachis probatur præesse pastor, quicquid in illa

mensura proprietatis habeo in villa Oppahu, in Geltaresheimaro marcu in pago Grapfelde trado, traditumque in perpetuum esse volo in eleemosynam meam, & ad vtilitatem vestram, & de meo iure in vestrum ius & dominationem, ea ratione, vt à die præsente & deinceps ista charta traditionis stabilis, & firma & inuiolabilis permaneat. Acta charta anno regni serenissimi Imperatoris Caroli XLV. mense Maii, septimo Idus eiusdem mensis, † signum Atten, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, † signum Hagunen, † signum Rihbold, † Rihperahti, † signum Engilger, † signum Erlabold, † signum Inicho, † signum Sigimar, † signum Hunolti, † signum Eginen, † signum Sunzen, † signum Hiltiger, † signum Heitunges.

Traditio clerici vnius & capsæ.

EGo itaque in DEI nomine Brunger pro remedio animarum Vuihmota & Burginwa dono atque trado ad monasterium Sancti Saluatoris quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius CHRISTI martyr requiescit corpore sacro, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini Monachorum pius præest pastor, vnum clericum nomine Regimunt, quem ipsa Wihmot mihi coram testibus subter nominatis manu potestatiua tradidit, & vnam capsam, ea ratione, vt per vestrum beneficium quam diu in hac præsenti vita vixero, illum clericum, & illam capsam habere possim, post meum quoque de hac luce discessum Vos & successores vestri habendi, possidendi, firmam & incontradictam in omnibus teneatis potestatem. Acta traditio mense Decembri Idibus eiusdem mensis, regni quoque serenissimi ac glorioßimi Imperatoris Caroli, anno XLV. & ego Hruodolf cancellarius scripsi & subscripsi, † signum Brungeris, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, & eorum, qui præsentes fuerant, vbi illi prædicta fœmina tradidit, † signum Galamanni, † signum Offen, † signum Theotmari, † signum Werinperahti, † signum Zizen, † signum Herimuoti, † signum Wolfmunti, † signum Reginfridi, † signum Sigimundi, † signum Reginheres, † signum Ermprahti, † signum Buoblini, † signum Friduhelmi.

Traditio octo mancipiorum.

IN DEI nomine ego Luitbirg tradidi per manū Adalhelmi ad Sanctum Bonifacium ista mancipia, quorum nomina hæc sunt, Hertgund, Hruodicoma, Heilaggart, Tuomolf, Thrasamunt, Gerlind, Alagundi, Rihgund, ità vt duo ex his habeam per vestram præstariam ad vitam meam, vt meos infirmos & vacillātes artus quanto tempore hic viuam, suis sustentent ministeriis. Ista alia mancipia deinceps à die præsente in vestrum transeant dominium, nec non & illa duo post obitum meum similiter faciant. Scripta hęc chartula traditionis in monasterio Fulda, anno XXXIII. regni domini Caroli glorioßimi regis Francorum.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Atthusen.

EGo in DEI nomine Purghart, & coniux mea Frewirat donamus atque tradimus in eleemosynam nostram ad Sanctum Bonifacium in pago Grapfelde in Munirihstetono marcu in villa Atihusom, quicquid proprietatis habemus, id est, in terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mācipiis, quorum nomina hæc sunt, Thrudolf, Wahho, Vuolfwar, Einhilt, Vuigrihasa, cum duobus filiis, Vto, Heimolf, cum omni eorum supellectili & sumptu, ea scilicet ratione, vt per vestram præstariam illa omnia ambo possideamus ad vitam nostram, vt sit nobis vnde possimus sustentare fragilitatem nostram, quam diu in hac præsenti vita viuamus, postq; obitum nostrum, atq; amborum dē hac vmbratili vita discessum vos & successores vestri tenendi, habendi, possidēdi firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatē, nullo quod absit contradicente. Scripta hęc chartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXV. regni domini Caroli

roli glorioſiſſimi regis Francorum menſe Iunio die, nonis eiuſdem menſis, † ſignũ Purgharti & cõiugis eius Frewirata, † ſignum Eraperaht, † ſignũ Sigiman, † ſignum Hiltibald, † ſignum Prunger, † ſignum Erdpraht, † ſignum Werinolt, † ſignum Swarzman, † ſignum Ruadmunt, † ſignum Theoleih, † ſignum Altfrid, † ſignum Ruadperaht, † ſignum Toto, † ſignum Amalperaht, † ſignum Herman, † ſignum Sturmi, † ſignum Theotrih, † ſignum Erpheol, † ſignum Eggeolt, † ſignum Liutheri.

Traditio bonorum in villis Oſtheim, Sundheim, Weſtheim, Elſpiu & Mittilesdorf.

EGo in DEI nomine Engilrih, dono atque trado in eleemoſynam meam ad monaſterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi Sanctus martyr Bonifacius corpore ſacro requieſcit, & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum pius paſtor videtur, hoc eſt, quod trado, in ſubter nominatis pagis & villulis, id eſt, in pago Paringe, & in villa Oſtheim, Sundheim, Weſtheim, & Eſpiu, & quicquid proprietatis habeo in illa captura, quæ eſt iuxta fluuium qui vocatur Huna, & iuxta Hlutra & ipſam capturam nominamus Theotricheshus, & Engilriches, ſimiliter in pago Tullifeldon trado, id eſt, in villa Weſtheim & Sundheim Mitilesdorf, traditumque in perpetuum eſſe volo, ſicque in ſupradictis villulis totum & integrum trado cum terris, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, domibus, ædificiis mancipiis, & hæc nomina illorum, Lantheri, Alawih, Liutfrid, Samwih, Gerolf, Theotperaht, Nerolf, Libthrud, Zitolf, Albolf, Leobwar, cum omni eorum ſupellectili & ſumptu, ea ſcilicet ratione iſta trado, vt à die præſente nullo, quod abſit, contradicente redeat in veſtrum dominium, poſtque obitum meum Vos & ſucceſſores veſtri firmam, & incontradictam in omnibus habeatis poteſtatem. Facta chartula traditionis in monaſterio Fulda, menſe Auguſto, die vero pridie Idus diei eiuſdem menſis, anno XXXXIIII. regni domini Caroli glorioſiſſimi Regis Francorum. Iſti ſunt teſtes de illa traditione, † ſignum Engilrichi, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † Liutpraht, † Wahhoni, † Friduricht, † Frieſoni, † Sigwarti, † Waltheres, † Gerprahti, † Erpfmari, † Helmdioni, † Altmundi, † Heliperahti, † Folcwarti, † Ratrochi, † Sigitagi, † Auilanti, † Helmprahti, † Gerwigi, † Hruadgaſti, † Bichonti, † Theotharti. Item teſtes de villa Weſtheim, † Liutpraht, † Wahhoni, † Wattoni, † Theotharti, † Helidperahti, † Liubichoni, † Thuringes, † Bodololti. Item teſtes de villa Sundheim, † Sulboni, † Gundacres, † Folcgeri, † Prunes, † Heriperahti, † Wiſparahti, † Theotharti, † Heioni, † Williadi. Item de Sundheim, † Theotharti, † Aberi, † Gundperahti, † Heriwarti, † Nerben, † Nandgeri, † Teiten, † Heien, † Vuerinperaht, † Heriuuarti. Item teſtes de villa Mitilesheim, † Hartrati, † Otanes, † Gundperahti, † Nerben, † Nandgeri, † Vuertinperahti, † Geitoni, † Heioni, † Theotharti, item, † Thiotharti, † Frieſoni, † Heioni, † Bodotolti, † Liobharti, † Helmprahti, † Herimari, † Wolfharti, † Liutperahti, † Aſeriches, † Heuodolti.

Pagum Paringen.

Traditio mancipiorum.

OMnibus non habetur incognitum qualiter ego Hahho pro remedio animæ venerandæ matronæ, Vuihmota, VII. mancipia ad Sanctum Bonifacium tradidi, id eſt, ſeruum nomine Villiram, & vxorem eius Rattrud, cum filiis eorum, & cum omni ſupellectili eorum, traditumque in perpetuum eſſe volo, ea videlicet ratione, & dum ipſa ſupra dicta fœmina ſeuixerit per veſtrum beneficium, ea mancipia habere permittatur, poſt obitum vero illius Vos, & ſucceſſores veſtri ea habere, poſſidere, vendere, vel quicquid ex eis elegeritis facere in omnibus ditionem habere poſſitis. Acta traditionis chartula anno XLV. regnante ſereniſſimo, ac glorioſiſſimo Carolo Rege Francorum menſe Aprilis ſexto Calend. Maii.

Traditio bonorum in villa Hlurunga.

IN nomine domini ego Gozperaht in eleemosynam meam dono atque trado, ad Sanctum Bonifacium x. iugera ex mea propria hæreditate in superiore villa, quæ nuncupatur Hlurunga in Grapfeldoro marcu, vt ex hoc & deinceps possidendi, fruendi, firmam & incontradictam habeatis potestatem. Facta charta traditionis anno XLIII. Caroli glorioſiſſimi regis Francorum ſeptimo Idus Aprilis, die x. menſis eiuſdem, ſignum Gozperahtes, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † Arnwis, † Brunicho, † Hugibald, † Ernuſt.

Traditio bonorum in Munirichesſteti.

IN nomine domini ego Irminperaht trado ad Sanctum Bonifacium vnam ariam in Munirichesſteti, in pago Grapfelde, & iſti ſunt teſtes qui ſubter notantur. Facta chartula traditionis in monaſterio Fulda, anno XLIII. regni Caroli glorioſiſſimi regis Francorum, nonis Iunii, v. die eiuſdem menſis, † ſignum Irminperahtes, qui hanc traditionem fecit, † Reginroc, † Liutheri, † Landarat, † Gerperaht, † Eggiolt, † Nahhad, Wenito, † Theotrih.

Traditio ancillæ.

IN DEI nomine ego Theotgero trado Ratgario abbati acceptionem ab eo vnius Caballi, & vnius ſcuti addita lancea, propriam ancillam meam nomine Wanburg, & iterum pro remedio & ſalute animæ meæ & coniugis meæ, liberorumque meorum trado ad Sanctum Bonifacium totum elaboratum ſupra dictæ ancillæ, id eſt, Vuanburg, ita vt nihil eorum quæ poſſidet omnino exceptum relinquo, † ſignum Brunoni monachi cancellarii, qui hanc chartulam traditionis rogatus ſcripſi, & teſtibus ſubter firmaui, † ſignum Theotgeres, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † Friduhelm, † Reginhart, † Deuid, † Hugibald, † Ernuſt, † Herimar, † Suuidger, † Reginolt.

Traditio bonorum in Zuuiſgenfaccho in Fahhoner marca.

IN DEI nomine ego Gerleib dono atq; trado ad Sanctum Bonifacium, quicquid mihi Saxo pater meus tradendum ob ſalutem ipſius animæ & patris eius Gerleibes, in Zuisgenfaccho, hoc eſt, arialis, terris, ſyluis, aquis, praris, & totum quod pertinet ad illa loca in illis ſupradictis villis in Zuisgenfacchon, in Fahhonoro marcu poſitis, † ſignum Gerleibes qui hoc tradidit, † Otrih, † Herolt, † Reginuuart, † Etlicho, † Sigibald, † Haguno, † Hiltrih, † Theoto.

Traditio bonorum in villa Oſtheim, & Wolfoltesſtreuua.

LICET ſint parua & exigua quæ pro grauibus peccatis noſtris offerimus, tamen ſcimus æquiſſimum iudicem plus deuotionem mentis, quam quantitatem perpendere muneris. Idcirco ego Waldman & coniux mea Wihmunt ſano conſilio, deuotaque mente donamus atque tradimus in eleemoſynam noſtram ad monaſterium Sancti Saluatoris quod dicitur Fulda, vbi ſacroſanctus martyr Bonifacius requieſcit corpore, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas ſumma cum moderatione agmini monachorum pius præeſt paſtor, quicquid Wolfmunt filiæ ſuæ Wihmuntu coniugi meæ in pago Paringe, in villa Oſtheim hæreditauerat, & quicquid mihi pater meus Eizo & mater mea Theotlind de agricultura terra in alia villa quæ antiquovocabulo appellatur Puotritesſtreuua, nunc vero dicitur Wolfoltesſtreuua hæreditauerunt, & vnum caſſatum ſeruum ibidem, qui dicitur Thincperaht cum omni ſupellectili ſua, & ſumptu, & in alia ſupra dicta villa hæc mancipia, Ianhart, Ruſto, & coniux eius Adalrat cum filiis ſuis, & cum omni eorum poſſeſſione, ſicque tradimus hæc omnia, traditaque in perpetuum eſſe volumus, vt per veſtram præſtantiam illa cuncta poſſideamus ad vitam noſtram, vt habeamus vnde poſſimus ſuſtentare, & alere infirmitatem fragilitatis noſtræ, donec moramur in

Pagus Paringe.

incolatu

incolatu huius mundi, postque ambarum obitum; atque de hac præsenti vita exitum cuncta illa acta, atque meliorata in eleemosynam nostram, & ad vtilitatem vestram Vos, & successores vestri, tenendi, habendi, possidendi, fruendi, firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem; nullo quod absit, contradicente. Scripta hæc chartula traditionis in monasterio Fulda anno XXXVI. regni Domini Caroli gloriosissimi regis Francorum mense Maio, die II. nonis eiusdem mensis.

Traditio bonorum in Westhus cum mancipiis.

IN DEI nomine ego Sigihart & filius meus Gotethanc donamus atque tradimus ad Sanctum Bonifacium ex nostra propria hæreditate, in pago Grapfelde in Westheimero marcu, & in villa nuncupata Westhus duo Huoba serui, & mancipia hæc, quorum ista sunt nomina, Ratger, & coniux eius Irminhilt, cum omni eorum supellectili, & sumptu absque ædificiis, Vadalhilt, Ostuuind, Reginfrid, Reginmar, ita vt supra dixi totum, & integrum trado, absque illius serui ædificio, traditumque in perpetuum esse volo, vt à die præsente hæc omnia quæ tradidi, nullo, quod absit, contradicente, in vestram redeant potestatem. Facta chartula traditionis anno XLV. regni Caroli gloriosissimi regis Francorum, quarto Calend. Iulii, ego Brun scripsi, & testibus subter firmaui, † signum Sigihartes, & Gotethances, qui hanc chartam traditionis fieri rogauerunt, † Amalger, † Germo, † Brunicho, † Hugibald, Helpfrid, Ernust, Weltrih.

Traditio bonorum in Munirichesstat.

EGo itaque in DEI nomine Azzo pro remedio animæ Gamalperahti dono atque trado ad monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus, ac precioſus CHRISTI martyr sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum præesse videtur in pago Grapfelde, in villa Munirichesstat, tria iugera terræ araturiæ, similiter & ego Egilhart in eleemosynã Eginen ad prædictum monasterium, & in pago superius comprelienso, in eadem quoq; villa trado x. iugera Saltus. Ea scilicet ratione, vt à die præsente Vos & successores vestri pro salute animarum, in quarum eleemosynam illud tradimus, habẽdi, possidendi, colendiq; firmam & incontradictam in omnibus teneãtis potestatem. Acta traditionis chartula mense Februario, vndecimo Calend. Martias. Anno primo Imperii Hludouici serenissimi ac gloriosissimi Regis Francorum, scripta à Hruodolfo clerico, † signum Azzen & Egilhartes, qui hanc traditionis chartulam fieri rogabant, † signum Baben, † signum Burgolfes, † signum Fricchen, † signum Witrichi, † signum Wahlafrides, † signum Gunzen, † signum Friachen, † signum Rohinges.

Traditio bonorum in marca Munirichesstati.

EGo itaque in DEI nomine Sigiram pro remedio animæ Adalrammi trado ad monasterium Fuldæ, vbi beatus Bonifacius facto requiescit corpore, & vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini præest monachorum, hoc est, in pago Grapfelde, in marcu Munirichesstati, partem vnam pratorum, & tria iugera terræ araturiæ, ea ratione, vt à die præsente Vos & successores vestri prædictæ rei habendi, possidendi, colendiq; firmam in omnibus habeatis potestatem. Acta traditionis chartula mense Nouemb. sub die 9. Calend. Decemb. anno primo imperii Hludouici gloriosissimi regis Francorum, † signum Sigirammi qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, † signum Werinolti, † signum Irmingeri, † signum Wasmati, † signum Suuidgeri, † signum Fricchen, † Sindacares, † signum Huachinges, † signũ Reginolti, † signum Eburrat, † signum Lentriches, † Sigiharti, † signum Eburacares, † signum Winimannes, ego Hruadolf iussus scripsi.

Traditio bonorum in pago Paringen.

EGo in DEI nomine Gotedeo, dono, trado, quicquid mihi Gotehelmo tradiderat ad Sanctum Bonifacium, hoc est, quod trado in Vueſtheimero marcu, & in pago Paringe, id est, vnam arialem, & IX. iugera, ea ratione ista trado, vt à die præsente redeant in vestrum dominium. Isti sunt testes, Gotedeo qui hanc traditionem fecit, † Theothart, † Rohing, † Hraadperaht, † Slaugart, † Bernharto, † Throant, † Amanolt, † Haholt, Eburhart, † Gerfrid.

Traditio bonorum in Munirichesstat.

EGo in DEI nomine Sigiram dono atque trado ad monasterium quod dicitur Fulda, vbi preciosus Christi martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, quicquid pater meus Saluram, atque mater mea Vmma propriæ hæreditatis visi sunt habere excepto vno prato, in pago Grapfelde, in loco qui dicitur Munirichesstat in orientali parte Grapfeldonoburgi, ea videlicet ratione, vt à die præsente Vos vel successores vestri firmam & incontradictam habeatis potestatem, signum Sigirammes qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, † Rhuadharti presbyteri, † signũ Haduriches, † signum Grimoltes, † signum Cancures, † signum Ernustes, † signũ Hagunen, † signum Luoten, † signum Heriboten, † signum Arnhelmes.

Traditio bonorum in Grimaha.

EGo in DEI nomine Hremuolt dono atque trado ad S. Bonifacium quinq; iugera in eleemosynam Swarzolohes in pago Grapfelde, in loco qui dicitur Grimaha præsentibus his testibus, † Baben, † Ernustes, † Brunichen, † Burgolfes, † Hagunen, † Magolfes, † Vuasmotes.

Traditio bonorum in villa Hunperatheshusen.

EGo itaque in DEI nomine Vuerinolt, & Halbthuring donamus atque tradimus in eleemosynam nostram ad monasterium quod dicitur Fulda, vbi beatus, ac preciosus Christi martyr sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Ratgaus abbas multitudini monachorum præesse videtur in pago Hasagewe in marcu Eugiheimono in villa Hunperateshusum, duas hobas seruiles, & in Bunahu talem cœptum, qualem ibi habuimus, & mancipia quorum nomina hæc sunt, Ratmunt, Ruadwar, Hohwin, Vulfila, Winibald cum omni eorum supellectili atque elaboratu ea scilicet ratione, vt à die præsente Vos & successores vestri huius rei superius comprehensæ firmam habendi, possidendi, colendiq; in omnibus teneatis potestatem. Acta traditionis charta mense Februario sub die VI. Calend. Martii, anno primo Imperii Hludouici glorioſissimi regis Francorum, scripta à Hruodolfo clerico, † signum Werinolti, † Halbthuringi, qui hanc chartulam traditionis fieri rogabant, † signum Hruodolfi, † Seggi, † signum Otacares, † signum Ercanbaldi, † signum Nidmari, † Burgolfi, † signum Wigfridi, † signum Mannen, † signum Gerrieches, † signum Lantwartes, † signum Aëifinger.

Traditio bonorum in Herifathorpf, Hoitine, Izzentheim & Wagenhusen.

Dreirothe. IN DEI nomine ego Vodalheri in Herifathorpfe extra vetera prata, & extra tres laboraturas syluæ, quod nos diximus Thriurothe trado in eleemosynam meam Sancti Bonifacii tres virgas Houasteti in latum & dimidiam partem quicquid ibidem mihi contingit, & in Hoitine, Izzentheim, Wagenhusum, quicquid Gerratu in partem euenit in Boreali plaga supra dictæ villulæ sic trado, traditumq; in perpetuum esse volo, mihi & matri meæ ad retributionem æternam. Actum in monasterio Fulda die XXVI. mensis Martii.

Traditio

Traditio bonorum in Geltresheim cum mancipiis.

EGo in DEI nomine Parahtolf vna cum socio meo nomine Otleih, & cum vxore eius nomine Abathilt donamus omnia, quæ habemus ad Ecclesiam beati Bonifacii martyris pro salute animæ nostræ, & quicquid deinceps elaborare poterimus, seu in agris seu alia pecunia, & nunc hodie tradimus terram, quam habemus in vico nuncupato Gelthersesheim cum campis & syluis, pratis, aquis, & in omnibus finibus eiusdem vici, similiter inter seruos & ancillas XII. & porcos XL. & inter boues & vaccas capita XXVII. & caballos duos, & domus nostras, & quod in domibus habemus in immobilibus, & mobilibus, omnia in omnibus damus ad Ecclesiam supra scripti beati Bonifacii.

Traditio Comitis Erpholdes in Sonesdorf.

HÆc est traditio Comitis Erpfoles in Sonesdorfe in Herfiu, in Berchohe, in Erpfolesstetin, in Zwisgen Marahesfeldũ, in Iuhhisomthrim, in Rore, in Hentinge, in Fistersdorfe, in Asifelde, in Vualabure, in Helidungom, in Altunsteti, in Bololfestat, in Greifesdorf, in Zwisgemeichesfeldum, in Sulzithorfe, in Marcheresshusum, in Othelmeshusum, in Birchinafelde ad Sanctum Cilianum in Quirnahu, & in Bleichfeldum, in Thuringia, in Tungide, in Swabohusum, in Zimbrom, in Gutorne, in Leobah, in Thurnilohum, in Vuanenreodum, in Brustlohum, in Raxahu, in Tonnahu, & quicquid in Thuringia habet & in Grapfeldum. Hi sunt testes, Ruadhart, Eggihart, Sigifrid, Vuahho, Gundacar, Otacer, Tagolf, Isanperaht, Vuerinolt, Galuman, Nahho, Rihperaht, Gerrih, Nordperaht, Erdperaht, Heio, Arnolt, Teneolt, Friducho, Theotrih, Gerdt, Vuerinolt, Herman, Vuiderolt, Ratperaht, Vualtolf, Hahger, Nithhater, Ato.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Rannungu.

EGo in DEI nomine Asolf dono, atque trado ad monasterium Sancti Saluatoris quod dicitur Fulda, vbi beatus ac preciosus CHRISTI martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum præesse videtur, hoc est, quod trado, v. mancipia, & duas hobas vnam in campis, & alteram in syluis, & hæc sunt nomina mancipiorum, Gũdolf, Taugolf, Reginger, Vodilburg, Adalwih & hoc in pago Grapfelde in villa Rannũgu, & in ipsa marca, Ea duntaxat ratione, vt post obitum meum, & de hac luce discessum & coniugis meæ in vestrum transfundo dominium, firmam & incontradictam præfatæ rei in omnibus habeatis potestatem Vos, & successores vestri. Acta traditionis chartula anno secundo regnante domino nostro Hludouico glorioſissimo rege Francorum, nonis Maii. Ego Hemmo monachus scripsi, † signum Asolfi, qui hanc traditionis chartulam scribere rogauit, † signum Ercanbaldi, † signum Reginbaldi, † signum Meginharti, † signum Brunnarti, † signum Gerolti, † signum Harites, † signum Hitibrandi, † signum Otwini, † signum Hattonis, † signum Wiganti, † signum Walahfridi, † signum Blidmanni, † signum Hadumari, † signum Vuielanti.

Traditio bonorum in Rannunger marca.

EGo in DEI nomine Bernhart, & coniux mea Einhilt, donamus tradimusque ad Monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus ac preciosus CHRISTI martyr Sanctus Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis, Ratgarius abbas multitudini monachorum pio moderamine præesse videtur. Trado in pago Grapfelde, in marcu Rannungero, hoc est, quod trado decem iugera, & vnum caballum, & boues tres, domum vnam, & aream vnam, & pus vnum, XX porcos, ea duntaxat ratione vt post obitum nostrum,

Vos & successores vestri in omnibus habeatis potestatem, tota & integra possessio nostra in vestrum transfundetur dominium. Acta traditionis charta anno 11. regnante glorioſissimo imperatore Hludouico, octauo Calend. Martii. Ego Hemmo hanc traditionis chartulam rogatus scripsi, † signum Bernharti & coniugis eius Einhiltæ, qui hanc traditionis chartam fieri rogauerunt, † Bernharti, † signum Theoleiches, † signum Walafrides, † signum Eburharti, † signum Aholfi, † signum Siggen, † signum Meginbaldi, † signum Wiganti, † signum Mattonis, † signum Folcperahtis, † signum Blidmanni, † Walamunti.

Traditio bonorum in villa Theodorf & Sundheym.

EGo in DEI nomine Arndeon pro salute & remedio animæ meæ dono atque trado ad monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus ac precioſus CHRISTI martyr Bonifacius sacro requieſcit corpore, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini præest monachorum, in pago Tollifelde, & in villa Theodorfe, sed & in pago Baringe, & in villa Sundheim, quicquid proprietatis habeo, hoc est, terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus, & vnum seruum nomine Leibolf, cum omnibus quæ habet, ea videlicet ratione, vt à die præsente Vos & successores vestri præfatę rei formam habendi, possidendi, colendiq; absque vlla contradictione in omnibus teneatis potestatem. Acta traditionis chartula mense Nouemb. sub die v. Idus, eiusdem mensis, anno primo imperii Hludouici glorioſissimi regis Francorum, & ego Hruodolf cancellarius coram testibus scripsi & subscripsi, † signum Arndoen, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Brungeri comitis, † signum Altperahti, † signum Ortheres, † signum Friduriches, † signum Otrichi, † signum Eintrati, † signum Perahtgozi, † signum Sigiperahti, † signum Wigrichi, † signum Suuidgeri, † signum Engilperahti, † signum Reginolti, † Huochingi.

Traditio bonorum in Birchafeldona marca.

EGo itaque in DEI nomine Reginolt pro remedio animæ meæ dono atque trado ad monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus ac precioſus CHRISTI martyr Bonifacius sacro requieſcit corpore, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas multitudini monachorum præesse videtur, quicquid mihi parentes mei Wiecheo & Walthrat iure hæreditario reliquerunt in pago Grapfeld, in marcu Birchinafeldono in ipsis geminis, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus totum & integrum in vestrum transfundo dominium. Ea duntaxat ratione, vt à die præsente Vos & successores vestri præfatæ rei habendi, possidendi, colendiq; absque vlla contradictione firmam in omnibus habeatis potestatem. Acta traditionis chartula mense Octob. sub die septimo eiusdem mensis, anno primo imperii Hludouici glorioſissimi regis Francorum, scripta à Hruodolfo scholastico, & coram testibus firmata, † signum Reginolti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Bruniges, † signum Gundperahti, † signum Amalgeri, † signum Egilhalti, † signum Starkfridi, † signum Eginen, † signum Gerwigi, † signum Engilperahti, † Folmoti, † Swidgeri, † signum Reginolti, † signum Regilperahti, † signum Heriboten.

Traditio capturæ in villa Grazzesstat.

IN DEI nomine Erluuin pro remedio animæ meæ dono atque trado ad monasterium Sancti Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus ac precioſus Christi martyr Bonifacius sacro requieſcit corpore, & vbi vir venerabilis Ratgarius abbas præesse videtur, in pago Grapfelde, in villa Grazzesstat, & in ipsa marca, hoc est, quod

quod trado, vnam capturam in ſyluis, ea duntaxat ratione, vt à præſente die Vos, vel ſucceſſores veſtri præfatæ rei firmam & incontradictam in omnibus habeatis poteſtatem, † ſignum Erlwines, qui hanc traditionem fecit, † ſignum Theoleiches, † ſignum Ruadolfes, † ſignum Welfhartes, † ſignum Werinoltes, † ſignum Ludheres, † ſignum Ruadperen, † ſignum Otgrimes, † Engilperahtes, † ſignum Irmingeres, † ſignum Wigriches, † ſignum Gerwiger, anno II. regnante domino noſtro Hludouico glorioſiſſimo rege Francorum ſub die II. nonas Iunias. Ego Hemmo rogatus hanc traditionis chartam ſcripſi.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Munrichſteten.

EGo in DEI nomine Arthraban trado ad Sanctum Bonifacium, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Ratgarius abbas multitudinem regit monachorum in pago Grapfelde, in villa Munirichesſteti dimidiam partem totius proprietatis meæ in areolis, in campis, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, mancipiis, quorum nomina hæc ſunt, Herimunt, Balduuin, Altmunt, Liutmunt, Adolrat, Adalburg cum omni ſupellectili eorum, ea ſcilicet ratione, vt per beneficium ſupra dicti abbatis ea quæ tradidi tantum ad vitam meam poſſideam. Et poſt obitum meum iterum abſque vlla contradictione in ſuam, ſucceſſorumque eius vniuerſa aucta, & meliorata redeant poteſtatem. Acta chartula anno XL. regni domini Caroli glorioſiſſimi regis Francorum coram his teſtibus, † ſignum Arthrabanes, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † ſignum Gerolti, † ſignum Hagunonis, † ſignum Suuarzalohes, † ſignum Attonis, † ſignum Azonis, † ſignum Baldheres, † ſignum Hludumari, † ſignum Gereperahti, † ſignum Theotperahti, Altcatli, ſignum Gundfridi, † ſignũ Truthleibi, † ſignum Waldmunti, † ſignum Egilolfi, † ſignum Edilingi, † ſignum Lolen, † ſignum Altrichi, † ſignum Perahtheres, † Hahwarti, † ſignum Drahuuines, † ſignum Nidharti.

Traditio tredecim mancipiorum.

MAruuiz tradidit Prungero mancipia XIII. quorum nomina hæc ſunt, Ruaduuart, Heriuuart, Altof, Sigurgeruuin, Thaneburg, Williquema, Willihilt, Meginhilt, Muotlaug, Nerihild, Theotlind, Eburuuin, ea ratione, vt ille rurſum ea ad Sanctum Bonifacium in eleemoſynam illius traderet. Et hæc traditio coram teſtibus infra nominatis facta eſt Liuuicho comite, Huſuuart, Adalfrid, Erpfperaht, Ruadi, Liutperaht, Folcmar, Sturmi, Waltheri, Herman, Megingoz, Werinperaht, Wolfolt, Lantperaht, Theothart, Slenelmuot, Herolt, Waſgo, Alphart, Fumo, Gundperaht, Haduperaht, Engilperaht, Vuilliboto, Theothart, Burghart, Sullo.

Traditio mancipiorum & bonorum in Oſtheim, Sundheim, Weſtheim & Elſpa.

HÆc mancipia tradidit Harpfa, Wolfmunt, Suuidperaht, Ruadger, Helmrih, Engilrih, Theotrih, Ercantheo, Ruadperaht, Vuan, Theoleih, Vuigger, Helidmar, Leobſun, Friduniu, Leobman, Horſcolf, Vuillolf, Vodalhilt, Paldsuuind, Bero, Tata, Vuillifrid, Reginhart. Similiter in iſtis villulis ſubter nominatis, Oſtheim, Sundheim, Vueſtheim, Elſpa extra vnam arialem.

Cambium Abbatis Hadamari cum Werino.

CONCAMBIUM iſtud actum eſt in Fulda à pio patre, videlicet Hadamaro abbate cum Vuerine, hic ipſe tradidit ad Sanctum Bonifacium quicquid in Buochun habere viſus eſt proprietatis in campis, ſyluis, pratis, aquis, aquarumue

Comitatus Ottonis in Wetareibu.

decursibus seu mansis: & datũ est in manum prędicti patris, estque iacens in Wetareibu, in comitatu Vtonis comitis, ea ratione, &c.

Consecratio templi in Sliereta.

ANNO dominicæ incarnationis DCCCLXXXV. indictione III. quinto Calendas Septembris dedicatum est hoc templum à Liutberdo Moguntinæ Ecclesiæ archiepiscopo rogatu Sigihardi Fuldensis abbatis in honorem domini nostri IESU CHRISTI, & S. Mariæ virginis, sanctiq; Viti martyris. Continetur hic de ligno Domini, de sepulchro Domini, reliquiæ S. Mammetis martyris, sanctorumque confessorum, Antonii monachi, Benedicti abbatis, Columbani abbatis, hæc est terminatio à præfato archipræsule eidem loco delegata, de Abechesbach, vsque ad Hadamundes, deinde ad Scliedinuueke, inde ad veteriorem Schlyerefam, inde ad Sucberuelt, inde ad stantem pontem, inde ad Landestrazam, inter medium Lyebolfes, & Sterrenrodes, inde ad Wighandesfane, inde ad Birchenense, de Birchenense vsq; ad Slierefam, vbi constructa est Ecclesia.

Cambium Brunonis fratris Othonis Imp. & Abbatis Hadamari.

CONcambium quod dedit Brun, frater Regis Ottonis domino abbati Hadamaro, Detalbaha iurnales mille I. & DCCC. XXX. de Bruninges & Sanderates & Vuigbrahtes, iurnales CCC. & LXX. familiæ Otuuin, Thietida cum duobus filiis, Thiotolf, Vmmuot cum duobus filiis, Trasemunt, Wighilt, Vuolrat Hiltiburg cum quatuor filiis, Sanderat, Ruotswind, cum tribus filiis, Willifrid, Adalrat cum vna filia, Baldheri Mahttrud & vnum filium, item Vuolrat, Adalbirg cum filio vno Thioto, Gisalmu, cum duobus filiis, itẽ Mahtrad & vna filia, Anelo, & Liobhilt, item Vuillifrid, Werinfrid, Irminheid cũ duobus filiis, Haberhilt, cum filio vno, Suaneloug Albrun, cum quatuor filiis, Liutrat cum quatuor filiis, Hiltrud cum tribus filiis, Himildrud cum duobus filiis, Arindo, Vnlaz, Ruotbirg cum duobus filiis, Engilhelm, Vuillimuot, cum filio vno de Elmaha & Steinaha, iurnales, duæ millæ & CC. familiæ.

De Steinahu iurnales, Adalhelm, Liobhilt cum quatuor filiis, Gisilbraht, Rihheid, Nending, Focca, cum duobus filiis Thiotbald, Mila, cum duobus filiis, Liutheri, Imma, cum duobus filiis, Ratant, Vualtburg cum sex filiis, Herrat, Vuericho Rabraht, Vuigolt, Eggilind cum tribus filiis, Meginhilt cum quatuor filiis, Vueldrud cum quatuor filiis, Adalniu, Folscuind, Germuot cum duobus filiis, Albges, Heitunar cum duobus filiis, Baldger, Suoshilt cũ tribus pueris, Thiothart & vxor eius cum vno filio, Altolf & vxor eius cum duobus filiis, item Altolf & vxor eius cum vno filio, Albloug cum V. filiis.

Traditio prædii & mancipiorum in Wolfesharoder marca.

LIunnand tradidit ad Sanctum Bonifacium prædium suum in loco qui dicitur ad Liunnandes in Vuolfes Harodi marcu, id est, duas mansas cum ædificiis suis, & capturam suam in campis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, & arabilis terræ iugera C. VI. † Adalger presbyter, Vuigger presbyter, Egilolf diaconus, Gerbraht presbyter, † Reginbald, Liunnandi Otuuin, Reginhart, Meginfrid, Meginhart, Otger, Dietger, Gerbraht, Ruotbern, Diothart.

Terminatio & dotatio Ecclesiæ in Estigenfeld.

HÆC est Dos & terminatio, cum qua dotatur & sanctificatur Ecclesia Estigenfeld ab Erhenbaldo archiepiscopo, quando simul abbas, & Episcopus extitit.

tit Branthoho præpoſito, & Bernhardo aduocato in Burchardesrode, i. manſam in Swigershuſum, x. m. de Curte, terminum Muſosbrine ſurſum vſque ad Bertholdesſneida, & inde ad fontem S. Bonifacii, item Haſenbach deorſum vſque in Baſalaha, & inde in Sleirpha deorſum vſque ad Noſtenhuc, inde ad Huobetrode, ſuper Steigira, ad Holoſtum autem muſa ſurſum, hanc autem terminationem ſiquis deſtituere, vel in aliquo defraudare cupiat, anathema à CHRISTO perſiſtat.

Traditio bonorum & mancipiorum in Sigifrides, Scambach, Weſtheim & Mutilesdorf.

IN nomine Sanctæ Trinitatis, quia procul dubio nobis profuturum credimus, quicquid pro remedio animarum DEO & ſanctis eius ex noſtris deuote offerimus, ego Duidecha pro anima filii mei Reginhardi trado ad Fuldenſe Cœnobium pro amore CHRISTI & Sancti Bonifacii quicquid habeo in locis ſubter nominatis in Sigifrides, & Scambach, & Weſtheim, duas etiam hobas in Mutilesdorf, trado præterea ſeruos, quorum hæc ſunt nomina, Reginbordo, Hertwin, Benno, Duodo, Reginwart, & Hertuuin, cum vxoribus & filiis, & omni cognatione, & omnigena poſſeſſione. Et quia ſpem generandæ prolis non habeo, ſancto martyri CHRISTI Bonifacio vitam & animam voueo, vt ſit mihi Sponſus & auxiliator in conſpectu Domini, pro cuius amore quicquid hæreditario iure poſſideo ad Fuldenſium fratrum ſeruitutem deuotiſſimè dono, & concedo pro anima mea, & dilecti filii mei Reginhardi. Acta ſunt hæc Beberaha, coram Egiberto abbate, anno dominicæ incarnationis m. lleſimo LVII. indictione IX. teſtes ſunt traditionis Gerhardus aduocatus, qui hanc veſtituram ſuſcepit, Sigebodo comes, Dammo comes, Gozuuin comes, Bobbo, & Godebolt, Adelbraht de Dunedorf, Adelbrath de Bilirieth, Riemunt, Berengoz, Lyuf, Manegolt, Hildibolt, Burchart, Izo, Ruobrath, Berengoz, Diomo, Benno, Berenhart, & alii multi.

Cambium Abbatis Hadamaricum Vaſallis ſuis.

CONcambium domini Hadamari abbatis & Vaſalli eius Bernes & Arnes; Arn tradidit DEO & Sancto Bonifacio & abbati Hadamaro quicquid in Kaſabach habuit proprietatis, in ædificiis & ſepibus, areis, campis, ſyluis, pratis, paſcuis, in Molendina, aquis, aquarumue decurſibus, exitibus, & reditibus, & in Duotiruod quatuor huobas, & quicquid illic habere viſus eſt in Buotiruoduno marcu, campis & ſyluis & VI. mancip a circa tria alia mancipia, & hæc nomina eorum ſex, Degaumar, Wolffrith, Rihheri, Meginheri, item Meginheri & ſoror eius, & Bern tradidit in Cellingun DEO & Sancto Bonifacio Molendinam vnam, & aream molarem vnam & duas manſas, & iugera duo vinearum erga decem mancipia, & idem Bern tradidit in Cellingoro marcu quatuor Huobas in Concambium, vt acciperet ſupra memoratum prædium in Buotiruod erga prædium, quod eſt in Ruodihchesheim, & addidit XXV. iugera plus, vt illi peccati ratio non adiiceretur.

Traditio bonorum & mancipiorum.

EGO in DEI nomine Trudhilt DEO ſacrata, trado ad monaſterium Sancti Saluatoris quod dicitur Fulda, vbi Sanctus Bonifacius ſacro requieſcit corpore, & vbi Eigil abbas multitudini Monachorum præeſſe videtur, hoc eſt, quod trado, propter remedium animæ meæ, & ſororis meæ, nomine Suuidmot, id eſt, mancipia VII. his nominibus Vuitbern, Iſingrim, Vuieda, Vuermela, Vuicuuas, Ratmar, Leobuuini cum omni ſupellectili eorum, & quicquid ego viſa ſum habere, vel in antea acquirere poſſum, ab omni integritate ad ſupra dictum Monaſterium trado. Ea videlicet ratione, vt dum ego viuo in

hoc seculo vsufructuariò per vestrum beneficium habeam, post obitum verò meum Vos & successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta chartula traditionis sexto nonas Augusti, anno IX. regnante domino nostro Hludouico piissimo Imperatore, † signum Thrudhilt, quæ hanc chartulam fieri rogauit, † signum Brunger, † signum Waltheri, † signum Embrico, † signum Heridegan, † Egilmar, † signum Regisperaht, † signum Engilhart, † signum Elli.

Traditio bonorum in villa Nordheym.

DOMINUS ac Redemptor noster non quantitatem muneris, sed deuotionem aspicit offerentis, ideo ego in DEI nomine Engilsuuind pro remedio & salute animæ meæ dono ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio S. Saluatoris quod dicitur Fulda, sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Fuldanensis Eigil abbas præesse videtur, hoc est, quod trado in pago Grapfelde, & in villa Nordheim, & in ipsa marca duas partes quicquid proprietatis visa sum habere in terris, pratis, pascuis, tyluis, aquis aquarumue decursibus, & aream vnam, ea duntaxat ratione vt post obitum meum Vos & successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta hæc traditio anno VI. regnante domino nostro Hludouico glorioßissimo rege Francorum sub die quarto nonas Maii, ego Berinhoh scripsi in vice Hemmonis. Facta & scripta in loco qui dicitur Nordheim, † signum Styrmi, † Engilhad, † Egilolf, † Hiltiger, † Asi, † Reginhart, † Auerhelm, † Auaruuan, † Magolf, † Waltheri, † Ermanolt, † Ercanrih, † Benno.

Traditio bonorum in terminis Gohhesheim.

EGo in DEI nomine Hebo trado in pago eleemosynam meam ad Sanctum Bonifacium, VI. iugera in pago Grapfelde, & in terminis Gehhesheimono, ea ratione, vt à die præsente possessores ipsius, & successores eorum firmam in omnibus habeant potestatem. Facta traditionis chartula anno VI. Hludouici regis Francorum mense Maio, die XXIII. eiusdem mensis, † signum Hebonis, qui hanc traditionis chartulam fieri voluit & rogauit.

Traditio bonorum in terminis villarum Westheim & Elispa.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi ego Albhart trado ad monasterium Sancti Saluatoris, quod vocatur Fulda, vbi electus Christi martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Eigil abbas multitudini monachorum præesse cognoscitur, in pago Grapfelde, & in terminis villarū Westheim, & Elispa XIII. Hobas & curtam cum pomerio ac domo, & cunctis ædificiis in eleemosynā Theotharti fratris mei & Wolcanthrude, ea ratione, vt à die præsente Vos, vel successores vestri præfatæ rei firmam, & incontradictam habendi, possidendi, colēdiq; in omnibus habeatis potestatem. Facta traditionis charta anno VI. imperii Hludouici glorioßissimi regis Francorum, mense Nouembris, die verò XXIII. eiusdem mensis, † signum Albharti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Popponi comitis, † signum Wotani, † signum Theodolti, † signum Matonis, † signum Suuarzolohi, † signum Friccheonis, † Reginolti, † signum Isanharti, † signum Einuuigi.

Traditio 12. iugerum in terminis Ostheimen.

EGo in DEI nomine Albrat trado in eleemosynam meam Altmunti ad S. Bonifacium XII. iugera in pago Grapfelde & in terminis Ostheimono ea ratione vt à die præsente possessores ipsius monasterii vel successores eorum firmam in omnibus habeant potestatem. Facta traditionis chartula anno VI. Hludouici piissimi regis Francorum mense Maio die XXIII. eiusdem mensis, † signum Albrati, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit.

Traditio XI. mancipiorum in pago Grapfeld.

EGo itaq; in Dei nomine Wolfmunt trado in eleemosynam Ruadrata ad S. Bonifacium Christi martyrem, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Eigil abbas multitudini præest monachorum, XI. mancipia in pago Grapfeld, quorũ nomina hæc sunt, Gozperaht & vxor eius Liobwiz cum filiis suis, Swabolf, Willa cum filiis suis. Ea ratione, vt quamdiu præfata Ruadrata vixerit, eadem mancipia per beneficium ante dicti abbatis habeat atque possideat, post obitum quoque eius absque vlla contradictione ad rectores supra dicti monasterii reuertantur. Facta charta traditionis anno octauo regni Lludouici Imp. mense Iunio, die verò XI. Cal. Iulii, isti sunt testes, Biricho, Herimot, Ercanrih, Theotmar, Benno.

Traditio bonorum in villa Gruonbah.

IN Dei nomine Engilthrud & nVorburg donamus atq; tradimus in eleemosynam nostram ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Eigil abbas monachorum pius pastor præesse videtur, hoc est quod tradimus in villa Gruonbah, in pago Gozfelde, id est, in terris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumve decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis numero XII. Ea verò ratione, vt post obitum nostrum vos & secutores vestri firmam & incõtradictam in omnibus his rebus habeatis potestatem. Facta chartula traditionis in monasterio Fulda, & isti sunt testes, †signum Engilthrudæ & Vosburgæ, quæ hanc chartulam traditionis fieri rogauerunt, †signum Emichonis, †signum Ibonis, †signum Gerlohi, †signũ Rodolfi, †signum Werin, †signũ Folcgeri, †signum Paturici, †signum Moratahi, †signum Isanperahti, †signum Walahes. Vosburgk

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Rosdorf & in Turingia in villa Teitelebu.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Gerthrud cogitans pro remedio animæ meæ dono atque trado in eleemosynam meam ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda constructum in pago Grapfeld super ripam fluminis ipsius Fuldæ, vbi preciosus Christi martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Eigil abbas multitudini monachorum præesse videtur, quicquid proprietatis visa sum habere in villa Rosdorf, quæ sita est in pago Grapfeld absque vna dimidia areola legali, terris, domibus, ædificiis, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, mancipiis, quorũ nomina hæc sunt: Warolf, Williswind, Gundilt, Megina, Theotniwi, Engilburg, Helmlind, Reginger, Willicoma, Nandheri, Adalrih, Wolfung, Madalhild, Erpfolf, Leobniwi, Willniwi, Helpfung, Mahthilt, Tancolf, Hiltifrid, Helidgũd, Rantolf, Perahtgis, Theotburg, Scerpfolf, Helmolf, Ratgea, Gundleri, Alphilt, Wolfart, Runhilt, Otsuuind, Wolago, Theganolf, Hadolf, Graholf, Ratuuin, Ferahuuin, Nandharti, Gundloug, cum omni supellectili eorum, & in Thuringia, in villa Teitilebu dimidiam terræ partem, & totum ædificium meum, & illas ariolas, quæ ad ipsa ædificia & ad illam curtam pertinent, & duas mansas vestitas cum omnibus suis substantiis, hæc omnia trado atq; transfundo de iure meo in ius Domini atq; S. Bonifacii martyris Christi, traditaq; in perpetuum esse volo. Ea duntaxat ratione, vt illis Sanctis monialibus, fæminis ibidem habitare ac Deo seruire liceat, & vt ego quamdiu in hoc seculo viuam, vsufructuariò habeam per vestrum beneficium, post obitum quoq; meum, si aliqua digna fuerit hoc honore hoc fiat, sin autem ille abbas monasterii Fuldæ, præuideat hoc, & sicut illi videatur, sic faciat. Acta traditionis chartula in monasterio magno Fulda, duodecimo Calend. Martii, indictione III. sub die XVIII. Febr. anno VI. regnante Domino nostro Hludouico glorioſissimo Imperatore coram his testibus, †signum Gerthrudæ, quæ hanc traditionis chartulam facere rogauit, †Hiltiger, †Friduhelm, Wotan, †Sturmi, †Eggiperaht, †Abraham, †Helmolt, †Rih-

mar, †Theotmar, † Otto, † Nordmar, † Folcmar, †Amalrih, †Engilolf, †Ratmar, †Nordiu, †Hunrih, †Ercanrih, †Biricho, †Gundhart, †Hartalah, †Magolf, †Frehholf, Alpuuin, †Starcfrid, †Otperaht, †Arnhelm, †Arndeo, †Blidger, †Herimar, †Perahtrih, †Stinding.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Greuuisunga.

NOtum sit omnibus fidelibus nostris tam præsentibus, quàm & futuris, quod ego Altfrid diuino admonitus instinctu trado ad S. Bonifacium Christi martyrem res proprietatis meæ, qui in monasterio S. Saluatoris, quod dicitur Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Eigil abbas multitudini præest monachorum, hoc est, in pago Grapfeld & in villa vocabulo Grewisunga, quæ sita est in finibus Hramnungero & Mahesbahero quicquid moderno tempore proprietatis habeo in terris, domibus, ædificiis, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, seu incursibus, cum omni integritate trado ad prædictum martyrem Christi, sed & mancipia XXXII. quorum hæc sunt nomina, Willifrid, Waltun, Hunolt, Ruadolt, Theotmuot, Ruadger, Wolfger, Gerburg, Wolfhart, Gozbold, Adallind, Thrudila, Wolfbold, Otbold, Emita, Albhart, Gundrat, Willa, Reginger, Adalgrim, Thiotwin, Friduswind, Folcswind, Gunza, Gerflat, Thiotrud, Helidwar, Reginbold, Ruodbold, Meginbirg, Liobmar. Hæc igitur cuncta, quæ supra notaui, trado, vt iam dixi, ad præfatum Sanctum Bonifacium Christi martyrem, ea quidem ratione, vt à die præsente prædictus abbas & successores eius firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem. Facta est igitur hæc traditionis charta anno Dominicæ incarnationis DCCCXXII. indictione XV. regni verò Domini Hludouici glorioßissimi regis Francorum anno octauo, mense Maio, die XXIV. mensis eiusdem, scripta in monasterio Fulda à Hruodolfo indigno subdiacono in vice Altthuringi, presbyteri, nomina quoque testium hæc sunt, Hatto, Blionung, Heidanrih, Ercanperaht, Gerentil, Wahho, Ermperaht, Ostorolt, Liuthart, Lantperaht, Ruodolf, Adalhart.

Traditio bonorum in Vualgereshus.

Wentcumut IN nomine Domini nostri Iesu Christi ego Rihhart & coniux mea †Wenitumut cogitantes pro salute & remedio animæ nostræ, vt in futuro veniam peccatorum nostrorum adipisci mereamur, donamus atque tradimus ad monasterium quod vocatur Fulda, vbi Beatus Bonifacius Christi martyr sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Eigil abbas multitudini monachorum præesse videtur, res proprietatis nostræ in pago Tullifelde, & in villa, quæ nuncupatur Waltgereshus, quæ sita est super ripam fluminis VIstra, quicquid in prædicta villa proprietatis habemus, totum & integrum ad præfatum locum manu potestatiua concedimus, hoc est, in terris, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, quorum hæc sunt nomina, Burgwart, Adalmuot, ea ratione, vt per vestram præstationis chartulam, ea quæ tradimus, ad vitam nostram habere liceat, post obitum verò nostrum, Vos & successores vestri firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta est hæc traditionis chartula mense Martio, pridie Calendas Aprilis, anno sexto imperii Hludouici generosissimi regis Francorum, †signum Rihharti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, †signum Hruodolfi, qui hanc chartam scripsit, †signum Ecco, †signum Reginperaht, †signum Wolfger, †Sigipraht, †Elting, †Auaran, †Wentilger, †Reginwart, †Egilmunt, †Theoto, †Helingoz, †Ercantheo, †Ruadperaht, †Erpfolah, †Adalwart, †Adalger, †Haduperaht, †Nidger, †Adalhart, †Ratheri.

Traditio

Traditio bonorum in Nordheim, Lengifeld, Stocheim, Sultzfeld, Eppe, Iſanesheim, & Bleichfeld.

LIcet ſint parua & exigua, quæ pro immenſis peccatis meis offero, tamen ſcio Omnipotentem plus deuotionem mentis inſpicere, quàm quantitatem muneris offerentis, idcirco ego in Dei nomine Reginolt dono atq; trado pro æterna remuneratione, & vt in futuro vitam æternam conſequi merear, ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Chriſti martyr Bonifacius ſacro requieſcit corpore, & vbi vir venerabilis Eigil abbas multitudini monachorum præeſſe videtur, & quod ſitum eſt in pago Grapfeld, iuxta ripam eiuſdem fluminis Fuldæ, hoc eſt quod trado & in perpetuum traditum eſſe volo quicquid proprietatis viſus ſum habere, tam terris quàm ſyluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, domibus, ædificiis, mancipiis, pecoribus, in pago Grapfeld, in villa Nordheim, & Lengisfeld, & Stocheim, & Sulzifeld & Erpfe. In pago Folcfeld, in villa Iſanesheim. In pago Gozfeld, in villa Bleihfeld, in pago Weringewe, iuxta flumen quod dicitur Sinna, & hæc mancipia cum omni poſſeſſione eorum, Gunzo, Babo, Liutburg, Adalniu, Vodalniu, Alochilt, Wineo, Hadugrim, duo Sigihere, Liobrat, Reonhilt, Theothrud, Gundarat, Recheri, Lantwig, Theotrat, Hundwig, Ratling, Fareman, Taragun, Ruadunnæ duæ, Tuota, Waltun, Herimuot, Fritun, Adalwih, Otwih, Batucho, Ratfrid, Wirtun, Ecca, Mahtfrid, Reginhilt, frahamot, Thiotgart, Morbraht, Werinhart, Bernhart, Heriperaht, & duo pueri Himilthrud, Stillihere duæ, Amalthrud, Mohtſwind. Facta hæc traditio in conuentu publico in villa Sundheim, coram Comite & iudicibus ſuis, Popo Comes, Adalfrid, Galaman, Liutperaht, Friduhelm, Offo, Helmrih, Theotmar, Einrat, Ortheri, Alphart, Werinmunt, Gundperaht, Vadilheri, Wotan, Sturmi, Fridurih, Gozperaht, Grimolt, Brunman, Engilger, Hiltiger, Vadalheri, Altung, Irminger, Herimuot, Elliotrih, hucuſq; traditionis. Nũc veſtitionis, Liutperaht, Galaman, Offo, Ortheri, Fridurih, Hiltiger, Vadalheri, Hugideт, Wotan, Brun, Friduhelm, Sturmi, Reginperaht, anno Dom. noſtri Ieſu Chriſti DCCCXIX. indictione XII. regni verò ſereniſſimi Imperatoris Hludouici VI. menſe Nouembri, feria quarta eiuſdem menſis. Reccheo presbyter ſcripſit hanc traditionis chartam.

Pagus Grapfeld. Pagus Folcfeld. Pagus Gozfeld. Pagus Weringeua.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Madibach.

NOtum ſit omnibus fidelibus noſtris, quod ego Altfrid diuina admonente gratia, pro remedio & ſalute animæ meæ dono atque trado ad monaſterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi B. requieſcit corpore Chriſti martyr Bonifacius, & vbi venerabilis Eigil abbas multitudini monachorum præeſſe videtur, hoc eſt quod trado in pago Grapfeld, & in villa Madibah, in Geltresheimero marcu, & in Hengiſtesdorfero marcu, quicquid proprietatis viſus ſum habere, in terris, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, ædificiis, mancipiis, & hæc nomina mancipiorum, Heriman, Ratfrid, Willihelm, Heriman, Adalbald, Liuthram, Thiothelm, Anthelm, Guotheri, Ratulpwini vxor eius Bilihilt, Hiltibirg, Zitleich, vxor eius Tama, Rihſwind, Fridubirg, Adalſwind, Altheri, Ratſwind, Guli, vxor eius Gerhilt, Otenzer, Perahilt, Williheri, Brunman, Sigimar, Willirih, Heilagthrud, Ruadan, Otan, Willihelm, Bilimes. Ea ſcilicet ratione, vt à præſente die vos & ſucceſſores veſtri firmam & incõtradictam in omnibus habeatis poteſtatem. Facta autem hæc traditio anno Hludouici regis Francorum glorioſiſſimi ſub die IX. Calend. Iunii, in monaſterio Fulda, ego Hemmo in vice Altthuringes iuſſus ſcripſi. † ſignum Altfrid, qui hanc chartulam traditionis fieri rogauit, † Ato presbyter, Hagano, Orentil, Theotleih, Altman, Remming, Gerbold, Nordman, Nandung, Ercanperaht, Wagperaht, Rahhart, Aſaloh, Widuh, Sundarmuot, Stahalolf, Heriperaht, Ermanolt, Gernand, Madalrih, Perahtger, Wolfboto.

Traditio bonorum.

EGo in Dei nomine Helmrih dono atq; trado in eleemosynam fratris mei Engilriches & Engilhades, sicut ipsi mihi tradiderunt ad S. Bonifacium tradendum, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Eigil abbas multitudinem regit monachorum, hoc est quod trado, quartam partem Treisbaches, ea ratione scilicet, vt à die præsente firmam & incontradictam huius traditionis abbas supra dicti monasterii habeat potestatem, suisq; posteris possidendum perpetualiter relinquat. Facta traditio anno octauo domini nostri Hludouici glorioſissimi ac piissimi regis Francorum sub die nono Calen. Iunii, coram his testibus Poppo Comes, Adalfrid, Galaman, Liutperaht, Friduhelm, Offo, Helmrih, Theotmar, Einrat, Ortheri, Alphart, Werinmunt, Gundperaht, Vadalheri, Woatan, Sturmi, Fridurih, Gozperaht, Grimolt, Brunman, Engilger, Hiltiger, Altung, Irminger, Herimuot, Elli, Otrih.

Traditio prædii Barahæ.

Comitatus Gebhardi.

IN nomine Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, ego Ernust & coniux mea Godestiu nomine, prædium nostrum Baraha dictum, in pago Grapfeld situm, in comitatu Gebeharti comitis cum omnibus ad id pertinentibus ad S. Bonifacium Fuldæ corpore quiescentem, vbi piissimus pastor Bobbo gregi inibi Deo militanti præest, tradimus, & econtrà in loco qui dicitur Sewa, hobas xxxiii. ad vtriusq; nostræ vitæ finem, ea ratione recepimus, vt dum ambo viuamus pariter teneamus. Siquando autem, Deo iubente, separati fuerimus, superstes ad suæ vitæ exitũ recepto fruatur: post amborum verò terminum in prædicti martyris Christi redeat dominium, vt de eo quod dedimus, similiter & quod recepimus, prænominati abbatis successorumque eius quodlibet faciendi subiaceat potestati. Et vt nulla occasio hanc traditionem destruendi hæredibus nostris contingeret, quod donauimus, nihil inde retinentes, sed omnino nobis alienantes, statim in manus prædicti pastoris concessimus, & quod nobis dedit ingressi sumus. Isti sunt testes, qui hæc audierunt & viderunt, Cunimunt, Eneger, Gozmar, Bobbo, Reginbodo, Engilhart, Beddo, Cadeloch, Razo, Reginhart.

Traditio bonorum & mancipiorum in Baringheimer marca.

EGo in Dei nomine Regingund dono atque trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi Beatus Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hrabanus est, quod trado in Baringheimero marcu, quicquid proprietatis visus sum habere, id est, vnam hobam cum omnibus ad eam pertinentibus, & quinq; mancipia, quorũ hæc sunt nomina, Wolfheri, Liutsuind, Ruadgart, Theotger, Wolfger, ea scilicet ratione, vt à præsente die prædictus abbas vel successores eius firmam in omnibus habeant potestatem, † signum Regingundæ, quæ hanc traditionis chartulam scribere rogauit, † signum Ramnolti, † signum Widalrolt, † signum Sigimunt, † signum Alarih, † signum mot, † signum Frumolt, † signum Altger, † signum Friderat, † signum Seggi, † signum Herimuot, † signum Altman, † signum Rihfrid, † signum Ruadgart, † signum Nandger, † signum Ratperaht, † signũ Nandgoz. Facta hæc traditionis chartula anno ix. regnante glorioſissimo rege Francorum Hludouico sub die vii. Calend. Ianuarii, ego Hemmo iussus scripsi.

Traditio bonorum in terminis Haholfesbahhono.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi ego Ermperaht pro retributione vitæ æternæ dono ad monasterium quod dicitur Fulda, vbi B. Bonifacius Christi martyr sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, imo etiam promptissima deuotione trado in pago Grapfeld, in terminis Haholfesbahhono, quicquid ego & soror mea Waltrat iuste & legaliter à parentibus dimissum moderno tempore proprietatis habemus. Ea scil. ratione,

tione, vt à die præsente prædictus abbas eiusque successores perpetualiter habendi, fruendi,& quicquid exinde elegerint,faciendi liberam ac firmam in omnib. habeat potestatẽ. Facta traditio in monasterio Fulda, anno Dominicæ incarnationis DCCC XXII. indictione XV. regni verò domini Hludouici Imp. anno IX. mense Octobri, die V. Calend. Nouembris, coram subscriptis testibus; Pato, Teino, Williperaht, Theotholh, Gozmar, Magolf, Eggihart. Hrudolfus indignus subdiaconus iussu domini Hrabani abbatis, & rogatu Ermperahti, scripsit.

Traditio in villa & marca Chizzinga & Lullubach.

EGo in Dei nomine Iring, pro remedio & salute animæ meæ dono atque trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi B. Christi martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorũ præesse videtur, hoc est quod trado in pago Grapfeld, in villa Chizzinge, & in ipsa marca, & in villa Lullubach, & in ipsa marca quicquid proprietatis visus sum habere, syluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, ædificiis, mancipiis, quorum hæc sunt nomina, Hiltrih, Cunihilt, Ginoz, Meribrun, Thancmar, Werinthrud, Amalung, Swidleib, Sigimar, Adalfrid, Altrih, Scohilt; ea scilicet ratione, vt post obitum meum prædictus abbas vel successores eius firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem. Facta hæc traditionis chartula anno IX. regnante glorioßissimo Francorum rege Hludouico sub die octauo Cal. Ian. in loco qui dicitur Fulda, †signum Iringes, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, †Ercanperaht, †Liutheri, †Amalperaht, †Ruadfrid, Theotfrid, †Swabberath, †Welting, †Swabger, †Reginheri, †Hunrih, †Reginolt, †Asse, †Biricho, †Wonat, †Gerperaht, †Ruadmuot. Isti sunt testes vestitionis, Hungbraht, Sigibot, Ercanbot, Thurphing, Egino, Ortleib, Theotrih, Helpfrid, Hunolt, Eggipraht, Asmunt, Wardeo, Antger, Swabperaht, Birnicho, Ruodheri, Ercanperaht, Amalperaht, Winid, Fruming, Egilperaht, Thuringbraht, Ludperaht, Adalwart, Meginwart, Medalperaht, Albung, Otmurt, Folcwart, Gotahelm, Alawih, Waning, Hiltiger, Buotrit.

Traditio mancipiorum.

EGo in Dei nomine Wuldarniwi dono atq; trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi B. Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorũ, traditumq; in perpetuum esse volo omnem elaboratũ meum, & insuper memetipsum, vt quicquid deinceps laborauero, vel acquisiero ad eum pertineat, cuius me mancipaui seruitio, & mancipia sex, quorum nomina hæc sunt, Nortmunt, Neosta, Albthrud; Lustrat; Libthrud, Amalthrud, & omnia quæ in præsenti die propria habere videor, trado ad supradictum Sanctũ Dei, ea ratione, vt nepti meæ, quæ vocatur Wuldarniu, liceat vnum ex mancipiis Libthrud nomine, quamdiu vixerit, in beneficio possidere, & similiter alterum mancipium vocabulo Amalthrud, Ruadswindu nepti meæ, eadem conuentione ad vitam suam liceat possidere. Cætera ego ad sustentaculũ vitæ meę per præstationis chartulam ad dies meos permittar habere, post obitum verò meum & illarum, quas prædixi, neptium mearum absque vlla contradictione vel diminutione ad rectores præfati monasterii reuertantur. Actum in villa Munitiches-stat anno X. regni Hludouici Imp. mense August. die IV. coram subscriptis testib. †signum Hludolfi, †signum Hludumari, †signum Dingruini, †signum Folctichi, †signum Ottonis, †signum Hemmonis, †signum Watmari, †signum Otgeri, †signum Wolf, †signum Hrodolfi, †signum Cummunti, †signum Leobgeri, †signum Haicho, †signum Sigiharti, †signum Regingeri, †signum Baturich. Huodolfus indignus subdiaconus scripsi.

Traditio duorum mancipiorum.

EGo in Dei nomine Engillind dono atq; trado pro remedio animæ meæ ad S. Bonifacium martyrem Christi mancipia duo, quorũ nomina hæc sunt, Perahtlind, Ouhthilt, ea videl. ratione, vt per beneficiũ vestrum, ea possim habere vsq; ad obitũ

vitæ meæ, & post obitum meum in vestram transeat potestatem, præsentibus his testibus, †signum Ginozes, †signum Brunichonis, †signum Gerperahti, †signum Ellingeri, †signum Reginolti, †signum Heritati, †Reginharti, †signum Gundalahi, †signum Herimoti, †signum Nebi, †signum Herigelti, †signum Nordprahti. Acta hæc traditio in monasterio quod dicitur Ratesdorf, anno ab incarnatione Domini DCCCXXV. regni verò serenissimi Imperatoris Hludouici anno XI. mensis Aprilis, sub die XVII. Calend. Maii.

Traditio bonorum in villa Sala.

EGo in Dei nomine Gotehram trado ad S. Bonifacium, quicquid ego & Sigirham filius patrui mei in villa quæ dicitur Sala, proprietatis habemus, exceptis legitimis areis, hoc est in pago Grapfeld. Ea videlicet ratione, vt à die præsente cuncta, quæ in nostram trado eleemosynam, ad supra dictum pertineant Sanctum. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda anno XII. Hludouici regni piissimi Imperatoris Francorum, quarto nonas Augusti.

Traditio capturæ in Biberahu.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi ego itaq; Egilmar & Meginolt tradimus in eleemosynam nostram ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi S. Bonifacius corpore requiescit, & vir venerabilis Hrabanus abbas præesse videtur, in villa Bibarahu quicquid proprietatis habemus in illa captura, quæ capturæ cohæret S. Bonifacii, ea ratione, vt à die præsente ad præfatũ pertineat locum, quicquid nos in illa tradimus captura. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda anno XII. regni Hludouici piissimi regis Francorum, quarto idus Septembr. coram testibus subscriptis, †signum Hagunonis, †signum Wasgonis, †signum Leitingi, †signum Ellingeri, †signum Theotrichi, †signum Heriperanti, †signum Rantwigi, †signum Hartwigi, †signum Nandharii, †signum Hruadharti. Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis chartam scripsit.

Traditio bonorum in terminis villæ Ostheim cum quatuor mancipiis.

IN Dei nomine ego Inguhilt trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas monachorum turbæ pius præest pastor, duas hobas terræ arabilis, in pago Grapfeld, in terminis villæ Ostheym, & mancipia quatuor his nominibus, Eburhilt, Triuhilt, Liutrih, Adalheri, ea conditione, vt à die præsente prædictus abbas eiusq; successores firmam & incontradictam eorum quæ tradidi, in omnibus habeant potestatem. Facta traditio in villa Nordheim, anno X. regni Hludouici Imp. mense Ianuario, die octauo eiusdẽ mensis. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit, †signum Gozperahti, †signum Sturmi, †signum Werinolti, †signum Friduhelmi, †signum Herimoti, †signum Sigiperahti, †signum Abraham, †signum Ellenharti, †signum Magolfi, †signum Gundharti, †signum Theotmari, signum Ruodmari, †signum Eggibrahti, †Weltingi.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Sala.

IN Dei nomine ego Hruadun trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda requiescit, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas monachorum pastor esse dignoscitur, traditumq; in perpetuum esse volo, in villa Sala, quæ est in pago Grapfeld, vnam hobam, & mancipia VII. his nominibus, Albhart, Luithilt, Theotbirg, Erpfuuar, Sigiwar, Sigilind, Werdhilt, ea ratione, vt per beneficium prædicti abbatis eadem mihi liceat possidere, quamdiu præsentialiter vixero, & post meum discessum ipse & successores eius habeant, teneant, & perpetualiter possideant in eleemosynã meam & vtilitatem monachorum ibidem Deo seruientium. Actum in villa Muniriches-stat, anno X. regni Hludouici Imperatoris, mense August. die quarta, coram subscriptis testibus, †signum Hludolfi, †signum Hludomari, †signum Dingwini, †signum Folcrichi,

Folcrichi, †signum Ottonis, †signum Hemmonis, †signũ Hludolfi, †signum Watmari, †signum Cunimunti, † signum Otgeri, † signum Leobgeri, †signum Wolfi, †signum Hahicho, †signum Sigiharti, †signũ Reginheri, †signum Baturichi. Hruodolf indignus subdiaconus scripsit.

Traditio ancillæ.

IN Dei nomine ego Blidhilt trado ad S. Bonifacium ancillã meam nomine Frenchin in pago Grapfelde, ea ratione, vt per beneficium Hrabani abbatis mihi liceat eandem ad vitam meam possidere, post obitum verò meum in illius vel successorũ eius cum omni acquisitione sua, transeat dominium. Actum in villa Nordheim anno x. regni Hludouici Imperatoris, mense Ianuario, die VIII. eiusdem mensis. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit, †signum Gozpraht, †signum Sturmi, †signũ Werinolt, † signum Fridúhelm, † signum Herimuot, †signum Sigipraht, †signum Abraham, †signum Ellenhart, †signum Magolf, †signũ Gundhart, †signum Theotmar, †signum Hruadmar.

Traditio bonorum & mancipiorum in villis Rosdorf & Vulfricheshusen.

NOn habetur incognitum qualiter ego indigna ancilla Dei Sigiloug pro remedio animæ meæ & parentum meorum ad S. Bonifacium martyrem Christi particulam quandam in eleemosynam meam tradidi, hoc est in pago Grapfelde, in villis nominatis Rosdorf & Vulfricheshus VII. hobas cum his mancipiis, Theotpraht, & vxor eius Wonathilt, Theothilt, Lantrat, Otheri, Albwin, Theotmuot, Reginmot, Ruadmot, Ratwar, Adalwar, Elisso, Ratgund, Ratgart, Altheri, Otwin, Nidgoz, Ratmot, Liubilo, Albolf, Liobwar, Buozolt, ea scilicet ratione, vt post obitũ meum vos vel successores vestri firmam & incontradictam ab omni persona accipiendi, fruendi, in omnibus habeatis potestatem, †Sigilaugæ, quæ hanc traditionis chartam fieri rogauit, †Ginoz, †Brunicho, †Gerbraht, †Ellinger, †Reginolt, †Herirat, †Reginhart, †Gundalah, †Herimot, †Nebi, †Herigelt, †Nordpraht. Acta hæc traditio ad monasterium quod dicitur Ratesdorf, anno ab incarnatione Domini DCCCXXV. regni verò serenissimi Imp. Hludouici, anno XI. mense Aprili, sub die XVII. Cal. Maii.

Traditio serui in pago Grapfeld.

IN Dei nomine ego Thrudhilt trado ad S. Bonifacium vnum seruum nomine Ercambald in pago Gozfelde manentem, ea ratione, vt per beneficium Hrabani abbatis mihi liceat eundem seruum ad vitam meam possidere, & post obitum meum in illius & successorum eius cum omni elaboratu suo trãseat potestatem. Facta traditio in villa Nordheim, anno x. regni Hludouici Imp. mense Ian. die octauo eiusdẽ mensis. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit, † signum Gozperahti, †signum Werinolti, †signum Sturmi, †signum Friduhelmi, †signum Herimoti, †signum Sigibrahti, †signum Abraham, †signum Ellenharti, †signum Magolfi, †signũ Gundharti, †signum Theotmari, †signum Hruodmari, †signum Eggiprahti.

Traditio trium iugerum in villa Frisenhus.

EGo in Dei nomine Frieso trado ad S. Bonifacium in eleemosynam meam & Cunibrahti tria iugera in villa, quæ dicitur Frisenhus, quæ est constructa in pago Grapfeld, ea ratione, vt à die præsente eius dominationi perpetualiter subiaceant. Actũ in monasterio Fuldà anno XI. regni Hludouici Imp. XV. Cal. Aug. coram his testibus, †signum Friesonis, qui hanc chartam fecit, †signum Walahes, †Eginonis, †signum Nendingi, †signum Heriolti, †signum Reginheri, †signum Ellingeri, †Snelharti. Theotmar scripsit.

Traditio vnius prati in villa Sundheim.

IN Dei nomine ego Wigger trado ad S. Bonifaciũ, qui in monasterio Fulda corpore requiescit, & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas esse videtur in pago Tullifelde in villa Sundheim vnum pratũ. Ea ratione, vt à die præsente ipse & eius successores

firmam, & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Actum in villa Sundheim anno x. regni Hludouici Imp. mense Ianuario, die ix. eiusdem mensis Hruodolphus indignus subdiaconus scripsit; †signum Wiggeri, qui hanc traditionem fecit, †signum Eintati, †signum Sturmi, †Werinolti, †Friduelmi, †signum Herimoti, †Abraham, †signum Magolfi, †Gundharti, Theotmari.

Traditio bonorum in villa Thurpfilin.

EGo in Dei nomine Nidgoz trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, traditumque in perpetuum esse volo ob remedium animæ Huswarti, quicquid proprietatis habeo in villa, quæ vocatur Thurpfilin, iuxta ripam fluminis Moin, in regione Sclauorum, ea conditione, vt à die præsente tam prædictus abbas, quàm successores eius in eleemosynam Huswartes & in ipsorum vtilitatem, habeant, teneant, atque possideant, suisque posteris perpetuo possidendũ relinquant absque vlla contradictione vel impedimento aliorum. Actum in monasterio Fulda anno xi. regni Hludouici Imp. mense Februario, die xvi. eiusdem mensis, coram istis testibus; †signum Nidgozi, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, signum Albolti, †signum Bernolfi, †Ermingi, †signum Massonis, †Herirati, †signum Nandgisi, †Gerperahti, †signum Nordprahti, †Hadumari. Hruadolf indignus subdiaconus iussus scripsit.

Flumen Moin. Regio Sclauorum.

Traditio bonorum in villa Gelthersheim.

SI aliquid de facultatib. nostris à Deo nobis concessis, locis Sanctorũ concedimus, pro hac nos procul dubio in æterna beatitudine mercedem recepturos esse confidimus, idcirco nos Asger scilicet & Haduger tradimus ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, traditumq; in perpetuum esse volumus in villa Gelthersheim, quæ est in pago Grapfelde, ædificium nostrum, & iugera x l. & cuncta, quæ in ipsa & in omnibus finibus eius iuste & legaliter ad nos pertinere videntur, tradimus in eleemosynam nostram ad supra dictum S. Dei, ea ratione, vt per beneficium præfati abbatis non vterq; nostrum, sed Haduger easdem res ad tempus vitæ suæ possideat. Post obitum verò eius rectores supra dicti monasterii firmam & incontradictam perpetualiter in omnibus earundem rerum obtineant potestatem. Actum in villa Gelthersheim anno x. regni domini Hludouici Imp. mense Nouembr. die xxvi. Hrudolfus indignus subdiaconus iussus scripsit, †signum Asgeri & Hadugeri, qui hanc traditionis chartam fieri rogauerunt, †signum Hagunonis, †signum Rahhanti, †signum Gerbaldi, †signum Perahtgeri, †signum Belaz, †signũ Engilgrahti, †signum Adalwigi, †signũ Reginmunti, †signum Bernharti, † signum Engilgeri.

Traditio partis capturæ in Baringe in terminis villæ Sundheim.

IN Dei nomine ego Folchram trado in terminis villæ Sundheim, quæ est in Baringe, partem capturæ illius talem, qualem mihi patet meus iure hæreditatit, in eleemosynam meam ad S. Bonifacium; qui in monasterio Fulda requiescit; cui vir venerabilis Hrabanus abbas præesse videtur. Ea ratione, vt à die præsente rectores memorati monasterii, firmam in omnibus obtineant potestatem. Actum in monasterio Fulda; anno decimo, regnante Hludouico Imperatore; mense Iunio, die ix. eiusdem mensis coram istis testibus, †signum Folchrammi, †signum Wotani, † signum Ginozes, † signum Waltharii, † signum Ellengeri. Hrudolfus indignus subdiaconus scripsit & subscripsit.

Traditio

Traditio duarum salinarum in terminis villæ Kizziche cum pratis & agris.

IN nomine Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, ego Ercanperaht ob desiderium vitæ æternæ, vt in futuro veniam peccatorum meorum cõsequi merear dono ad reliquias Sancti Bonifacii, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus turbæ monachorum præesse videtur, immò promptissima deuotione trado res proprietatis meæ in pago Grapfelde, in terminis villæ Kizziche duarum salinarum, superioris scilicet & inferioris partem, quæ ad me iuste & legaliter pertinet, & iuxta inferiorem pontem, vbi vicinius habeo tres virgas de pratis in latitudine, & longitudine quanta ipsa constat latitudo, & iuxta sepẽ Williharii serui S. Bonifacii tres virgas in latitudine cum sua longitudine agrorum arabilium ad areas, ea ratione, vt à die præsente prædictus abbas eiusque successores rerum supradictarum firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem. Facta est igitur hæc traditio in monasterio Fulda anno x. regni Hludouici Imperatoris, mense Februario, die IV. mensis eiusdem, coram subscriptis testibus, †signum Ercanperahti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, †signum Gunnonis, †signum Assonis, †signum Sturmi, †signum Gerprathi, †Eggi, †Gerperathi, †Gundacari, †Hruodolfi, †Theodmari, †Hadumari, †signum Allingeri. Hruodolfus indignus subdiaconus iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Wolfeshard.

EGo in Dei nomine Hluading trado ad Sanctum Bonifacium, qui in monasterio Fulda corpore requiescit, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas monachis præesse videtur, traditumq; in perpetuum esse volo, quicquid proprietatis habeo in Wolfeshart, quæ est in pago Grapfeld, ea scilicet ratione, vt prædictus abbas & successores illius ab hac die, & deinceps habendi ac possidendi firmam & incontradictam in omnibus obtineant potestatem. Actum in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouici Imp. mense Maio, die VIII. coram infra nominatis testibus, †signum Hruodingi traditoris, †signum Mordperahti testis, †signum Eggi testis, †signum Heriolti testis, †Herirati testis. Hruodolfus scripsit.

Traditio bonorum in Heilingo & in Lurungo marcis.

IN Dei nomine ego Hruadhelm trado in eleemosynam meam ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas turbæ monachorum pius præesse videtur pastor in pago Hasagewe, in Heilingo marcu iugera duo, & in Grapfeld quinquaginta iugera, in Lurungo marcu similiter. Ea videlicet ratione, vt à die præsente in potestatem supra dicti martyris Christi, ipsiusque monasterii abbatis redeat, ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno XI. regni Hludouici piissimi Imperatoris nonis Iunii, coram his testibus, †signum Hruadhelmi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, †signum Antolfi, †Rathelmi, †signum Gotafridi, †Leibolfi, †signum Adalboldi, †Ratroc. Ego Ascrih indignus ostiarius scripsi & testibus confirmaui.

Pagus Hasageuua.

Traditio vnius iugeri in villa Vueithaha.

EGo in Dei nomine Theotger trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda requiescit corpore sacro, vbi Hrabanus abbas præesse cognoscitur, hoc est quod trado vnum iugerum in pago Tullifeld, in villa Weithaha. Ea ratione, vt à die præsente in vestrum redeat dominium. Facta traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouici Imp. mense Febr. idibus eiusdem mensis, coram his testib. †signum Theotgeri, qui hoc tradidit, †Hugprahti, †signum Blidgeri, †Theotrichi, †signum Nandheri, †Buobonis, †Adolphi, †Edolti, †Herirati, †Hadumari, †Nordprahti, †Gerprahti. Aschus iussus scripsit.

Traditio duorum ſeruorum.

EGo in Dei nomine Reonolf trado ad Sanctum Bonifacium in pago Grapfeldun, in villa Atihuſum, ſeruum vnum cum Suahoba, cuius nomen eſt Walthrud, & alium nomine Hruadolt, ea videlicet ratione, vt hos habeam ad meam vitam, poſt obitum quoq; meum, eccleſiæ rectores S. Bonifacii tenendo, fruendo, firmam in omnibus habeant poteſtatem. Facta traditio in monaſterio Fulda anno xi. regni Hludouici Imp. menſe Auguſto, coram his teſtibus, †ſignum Reonolfi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, †ſignum Gundwini, †Wihingi, ſignum Rimiſteini, †ſignum Ercanrichi, †ſignum Burgolfi. Ego Aſchrichus iuſſus ſcripſi.

Traditio duorum iugerum in Heilingo marcu.

EGo in Dei nomine Zitwart trado ad S. Bonifacium ii. iugera, vbi Hrabanus abbas præeſſe videtur, in pago Haſagewe, in Heilingo marcu, Ea ratione, vt à die præſente redeat in prædicti abbatis poteſtatem. Facta eſt hæc traditio in monaſterio Fulda anno xi. regni Hludouici Imper. nonis Iunii, coram his teſtibus, †ſignum Zituuarti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, †ſignum Antolfi, †Rathelmi, †ſignum Gotafridi, †Leibolfi, †ſignũ Adalboldi, †Ratrog. Ego Aſcrih iuſſus ſcripſi.

Traditio capturæ in fluuio Haſelaha & in Marcbahhes in marca Mareesfeldes.

IN Chriſti nomine nos itaque, ego Bernhart & coniux mea Hadaburg communibus manibus tradimus vnam capturam in eleemoſynam noſtram ad S. Bonifaciũ, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum præeſſe videtur, in pago Grapfelde, in marcu Mareesfeldes, in meridiano littore fluminis, quod dicitur Haſalaha, & in vtroque littore Marcbahhes, qui mediam interfluit villam vnam, traditumq; in perpetuum eſſe volumus. Ea ſcilicet ratione, vt à die præſente dominatui ſubiaceat ſupra dicti abbatis, in vtilitatem illius, ſucceſſorumq; eius, & in noſtram perpetuam eleemoſynam. Actum in monaſterio, quod nuncupatur Rora, menſe Octobri, xi. Calend. Nouemb. anno xi. regni Hludouici piiſſimi Imper. coram his teſtibus, †ſignum Berahartes & coniugis eius Hadaburgæ, qui hanc traditionem fecerunt, †ſignum Widarolt, †Herimoti, †ſignum Aſſen, †Gerhohes, †ſignum Epfem, †Rruadfrides, †ſignũ Theotfrides, †Reginheres, †Adalharti, & ipſi teſtes ſunt veſtitionis huius traditionis, quæ ſupra dicto abbati in eodem die ab ipſis traditoribus facta eſt. Theotmar indignus ſubdiaconus hanc traditionis chartam iuſſus ſcripſit.

Traditio capturæ & bonorum ad fluuium Hlutraha in ſylua Bochonia cum mancipiis.

SI aliquid de terreno beneuola deliberatione ad loca Sanctorum conferimus, elaboratum pro hac iterum remuneratione aliquam æternæ hæreditatis partem nobis donari non diffidimus, qua ſpe exhortatus ego Poppo Comes trado ad S. Bonifacium martyrẽ Chriſti, qui in cœnobio Fulda, vbi venerabilis vir Hrabanus abbas eſſe dignoſcitur, ſacro pauſat in corpore, atq; in eleemoſynã meam dono capturã vnã in ſylua Bochonia cõprehenſam, iuxta fluuium, qui dicitur Luttaha, quod eſt in pago Grapfeld, totum & integrũ quicquid in ambitu illius capturæ proprietatis viſus ſum habere in campis, & ſyluis, ariolis, ædificiis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, pecoribus ac mancipiis, quorum hæc ſunt nomina, Wolfmunt, Citger, Berolf, Ruadmũt, Bernger, Muſgo, Sito, Thragabold, Wottizo, Lantburg, Tiurhilt, Sconea, Waldger, cum omni ſupellectili eorũ, ea ſcilicet ratione, vt ex hac die præſente in poteſtatem redeat S. Bonifacii & ſupra dicti abbatis, ſucceſſorumq; eius, ac perpetualiter in illo permaneat dominio, nemine cõtradicẽte. Facta eſt hæc traditio in mo-

in monasterio Fulda anno XIII. Hludouici regni Imperatoris Francorum Cal. Febr. coram his testibus, † signum Popponi Comitis, qui hanc fecit traditionẽ, † signum Adalfridi, † signum Arnes, † signum Galamanni, † signum Friccheonii, † signum Wotarri, † signum Theotheri, † signum Albharti, † signum Vagasti, † signum Iuzonis, † signum Romanni, † signum Erpf, † signum Hiltwigi, † signum Wargeri, † signum Hahgrimi, † signum Gerhohi, † signum Assonis, † signum Morichonis, † signum Hruadfridi, † signum Theotfridi. Theotman indignus subdiaconus hanc traditionis chartulã scripsit, item testes vestitionis, Adalfrid, Friccheo, Thiotheri, Albhart, Erpf, Hiltwig, Hruadfrid, Theotfrid.

Traditio duorum iugerum in Gerinesheima marca.

EGo in Dei nomine Egilhart trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit in corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas pius præesse videtur pastor, iugera duo, in pago Grapfeld, in marcu Gerinesheimo, ea videlicet ratione, vt à die præsente, in potestatem supra dicti martyris Christi, ipsiusq; monasterii abbatis redeat, ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouici piissimi Imp. nonis Iuniis coram his testibus, † signum Egilharti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum Herimoti, † signum Ergilharti, † signum Woatani, † signum Hruadfridi, † signũ Friduarti, † Reginharti, † signum Abraham, † signum Wonatii, † signum Frehholfi, † Hruadmari. Ego Aserih indignus ostiarius hanc traditionis chartulam iussus scripsi & testibus confirmaui.

Traditio quinque iugerum in Heilingo marcu.

EGo in Dei nominẽ Folcrat trado in eleemosynam meam ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas turbæ monachorũ pius præesse videtur pater, in pago Hasagewe, in Heilingo marcu iugera LV. ea scilicet ratione, vt à die præsente in potestatem supra dicti martyris Christi, ipsiusq; monasterii abbatis redeat, ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda anno XI. regni Hludouici piissimi Imp. nonis Iuniis, coram his testibus, † signum Antolfi, † signum Rathelmi, † Gotafridi, † signum Leibolfi, † Adalboldi, † signum Ratroc, † Folcrati, qui hanc traditionis chartam scribere rogauit. Ego Ascrichus indignus ostiarius hanc chartulam traditionis iussus scripsi, & testibus confirmaui.

Traditio bonorum in pago Paringe cum mancipiis.

Hahho Comes.

EGo in Dei nomine Hahho comes, & Adalpraht tradimus in eleemosynam Hiltiburgæ, quicquid illa nobis manu potestatiua tradidit, tradendũ ad monasteriũ S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi ipse S. Dei, ac glorioſus martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorũ regulariter degentium pius præesse videtur pater, hoc est quod tradimus in Sundheimo marcu, & in Nordheimo, quicquid supra dictæ Hiltiburgæ Bald illic hæreditauit in pago Paringe, mansas quinquaginta tres cum XVI. mancipiis, & vnam domum cum congrua structura, & hæc sunt nomina mancipiorum: Hruadleih, Leobhilt, Leobwih, Leobnod, Meiol, Irmingart, Theotgart, Werinburg, Tagawart, Rumhilt, Liutburg, Werdpraht, Adalhart, Waltolf, Theotburg. Ea scilicet ratione, vt hæc omnia Hiltiburg habeat ad suam vitam, & post obitum illius, supra dictus abbas, vel successores illius, perpetualiter possidendi firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno XI. regni Hludouici Imperatoris, mense Augusto, secundo Calend. Septemb. coram his testibus, † signum Hahhonis, & Adalprahti, qui hanc traditionem fecerunt, † Meginbaldi, † Wolfolti, † Ercantichi, † Reginharii, † Ermanolti, † Germoni, † Williprahti, † Hadumari, ego Ascrichus iussus scripsi.

Traditio bonorum & captura mancipiorum in villa Wihtungen & Embrichenhusen.

EGo in Dei nomine Orintil pro remedio animæ meæ & cõiugis meæ Francswindæ, dono atq; trado ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi Beatus Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum præesse videtur, hoc est quod trado in pago Grapfeld, in villa Withtungun, & in ipsa marca aream vnam LXX. virgis longam & vnius virgæ latam cum adiacentibus sibi duabus hobis, & locis *pascalibus, & vtensilibus, & in illa captura, quæ est ad Embrichenhusen, talem partem ad prædictum locum trado, qualis mihi iure hæreditario contigit, & etiam XXX. caballos indomitos trado, & tria mancipia, quorum hæc sunt nomina, Wigimar cum vxore sua Aralinda, & filia eorum Baldswind, ea scilicet ratione, vt post obitum meum & vxoris meæ Francswindæ ex integro prædicta res in stipendium prædicti redeat loci. Facta est hæc traditio anno XII. regnante glorioßissimo Francorum Imp. Hludouico, X. Calend. Octobris, in loco qui dicitur Fulda, coram his testibus, †signum Orintil, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit, †signum Belsonis, †signum Rahhanti, †signum Salamini, †Hungeri, †signum Germenis, Ellingeri, †signũ Theotmanni, †Erpfonis, †signum Wolfrahtis. Isti sunt testes vestitionis, †Orintil, †Belso, †Otgrim, †Berahtolt, †Berrih, †Erlolf, †Gerimunt, †Sigimar, †Wolfmar, †Hruadman, †Albrih, †Mahtwin, †Hartuuin, †Liuto, †Eburacar, †Egilhart, †Hunrat, †Wolfrat, †Eggibold, †Vnlaz, †Sigiman, †Werin, †Sinheri, †Folcpraht.

pascualibus

Traditio bonorum & mancipiorum in villis Sundheim Notdheim & Streuuia.

EGo in Dei nomine Hiltiburg, vt æternam salutem consequi merear, trado ad reliquias S. Bonifacii martyris, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas conuentui cœnobitarum præesse videtur, quicquid in tribus villis, Sundheim scilicet, Nordheim & Strewia, quæ sunt in pago Tullifeld proprietatis iuste & legaliter moderno tempore possidere videor, vna cum domibus, terris, ædificiis, mancipiis, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, & quicquid de mobilibus siue immobilibus dici aut nominari potest. Mancipiorum autem hæc sunt nomina Suuabperaht, Liobswind, Atta, Reginwiz, Franco, Adalwiz, Theotger, Geroh, Gerrih, Tetta, Burgwih, Engilperaht, Bernwart, Sindperaht, Hiltrat, Gerrat, Otfrid, Sigiburg, Rumhilt, Meginburg. Hæc quidem omnia, quæ præmisi, de iure meo in ius Domini & Sancti Bonifacii in eleemosynam meã trado atq; transfundo, ea ratione, vt quamdiu vixero in hac præsenti vita per beneficium rectoris supra dicti monasterii sub censu illa possideam, & post obitum meum cum omni integritate & augmento idem ipse, & successores eius habeant, teneant atque possideant, suisque posteris perpetualiter possidenda relinquant. Actum publice in villa Nordheim anno XI. regnante Domino Hludouico rege Francorum, mense Decembr. die IX. coram subscriptis testibus, †signum Hiltiburga, quæ hanc traditionem fecit, †signum Gozperahti, †Adalprahti, †signum Morbold, †Altbrahti, †signum Egilold, †Haholti, †signum Reginolt, †Helmolti, †signum Gundbrahti, †Lantolti, †signum Nizo, †Albolfi. Hrudolfus scripsit.

Traditio centum quinquaginta duorum iugerum in Iusitho marca.

IN Dei nomine ego Hruadfrid trado in Iusicho marcu ad S. Bonifaciũ, qui in monast. Fulda sacro requiescit in corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinẽ regit monachorũ iugera CLII. in pago Grapfeld, ea videl. ratione, vt à die præsente

sente in potestatem supra dicti martyris Christi, ipsiusq; monasterii abbatis redeat, ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. Facta est hæc traditio in monasterio, Fulda anno x1. regni Hludouici piissimi Imp. nonis Iuniis coram his testibus, † signum Hruadfridi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit, † signum frehholfi † signum ramuolfi † perahtgeri † signum liutfridi † erpfrohi † signum ercanfridi. Ego Ascrichus indignus ostiarius hanc traditionis chartulam iussus scripsi, & testibus confirmaui.

Traditio villæ Mareesfeld cum tribus puellis.

ANno dominicæ incarnationis DCCCXXV. indictione III. XIII. Calend. martii tradidit Germunt villam, quæ dicitur Mareesfeld omnem possessionem suam, & tres filias suas, quarum nomina hęc sunt, reginniu, rihniu, sigirat, ea conditione, vt censum persoluerent ad Ecclesiam S. Bonifacii, per singulos annos, & ab alia seruitute excusabiles fierent. Idcirco ego Hhrabanus abbas cum consilio, & consensu fratrum nostrorum prædictam rem confirmo, decernens vt lege tabularia per singulos annos vnaquæq; de vobis duos denarios argenti in missa S. Bonifacii ad tantum de cera valentem censum reddatis ad Ecclesiam S. michaelis, quæ est in loco, qui dicitur, Rore, constructa sub regimine monasterii S. Bonifacii, & ab alia seruitute libera sitis omni tempore vitæ vestræ, res vero quascunque acquisieritis, vel elaboretis in toto spacio vitæ vestræ, ad prædictum monasterium post vestrum redeant in elimosinam eius, qui vos sub huius census persolutione. S. Bonifacio tradidit, † signum Hrahani abbatis, qui hanc chartam scribere iussit † Abraham presbyteri † signum helmhaldi presbyteri † signum folcgeri presbyteri † artheri presbyteri † signum Hattonis diaconi † signum hartrati diaconi † signum berahartí † vvaltolfi † signum herimoti † signum vvachonis † signum reginharti † ratgarti, † Isanharti † lantfridi.

Lex tabularia.

Traditio bonorum & mancipiorum in villis Altenstein & Grezzistat.

IN nomine domini nostri Iesu Christi ego Otfrid trado ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda, sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, traditumque in perpetuum esse volo, quicquid proprietatis habeo in duabus villis, hoc est, in Altenstetin, & in Grezzistat, quæ sunt in pago Grapfeld, vna cum terris, domibus, ædificiis, mancipiis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus, vel quicquid dici aut nominari potest, trado ad S. Bonifacium, nomina autem mancipiorum hæc sunt, Thancrih, Rihthrud, Ilina & filii eius III. Hruadmar, & vxor eius Erilind, Witmar, Wolfhart, Meginlind, Brunihilt, cum filio vno, Liubucha, cum filiis tribus, Liutmar, Hartmar, Mirliub, Wuldarrih, cum omni eorum supellectili & sumptu. Hæc igitur omnia, vt prædixi, quæ iuste, & legaliter infra terminos memoratarum villarum ad meam possessionem pertinent, cum omni integritate trado coram testibus ad supra dictum S. Dei ea ratione vt per beneficium prædicti abbatis mihi liceat easdem res possidere quam diu vixero & ad vsus meos non minuendo, sed augendo excolere, post obitum vero meum tam ipse, quam successores eius in elimosinam meam, & ad seruitium seruorum Dei, habendi, tenendi, ac possidendi firmam & inuiolatam in omnibus obtineant potestatem. Facta traditio in monasterio Fulda, anno x. regni glorioſissimi Hludouui imperatoris, mense Septembri, die septimo Calend. Octobris, coram subscriptis testibus, † signum Otfrides, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit † signum Sturmi † Werinolti, signum Friduhelmi † Hruadmari † signum Ercanrichi † Herimoti † signum Birichonis † Reginolti † signum Abraham † Theotfridi † signum Hruadfridi † Hruadmunti, signum Megingozi † Gerprahti † signum Eggi † Herirati † signum Hruadolfi † Nordperahti † signum Bebozs † signum Albarichi.

Hruadolf, indignus subdiaconus iussus scripsit. Isti vestitionem viderunt † Rohing † Gerolt † Hruadmar † Gundacar † Suidger † Gisalhart † Leidrat † Hiltigrim † Folcolt † Gernand † Williperaht † Helpfant † Partuh † Gerhoh † Egilhart.

Traditio alia villæ Mareesfeld.

IN Christi nomine ego Germunt dono atq; trado omnem proprietatem meam ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, in pago Grapfeld, in villa quæ dicitur Mareesfeld, & in ipsa marca, id est, in siluis, campis, pratis pascuis, aquis aquarumue decursibus, pecoribus & mancipiis, quorum nomina hæc sunt.

(*Nomina desunt.*)

Cum omni supellectili eorum, ea tamen ratione, vt ad vitam meã ipsas res vsu fructuario possideam, post obitum vero meum cuncta quæ tradidi absq; vlla contradictione in potestatem supra dicti abbatis redeant aucta & meliorata non minorata. Actum anno dominicæ incarnationis DCCCXXV. indictione III. XIII. Calend. martii, anno XII. regni Ludouici piissimi regis † signum Germunti, qui hanc traditionem fecit † signum Beraharti † signum Waltolfi † signũ Herinoti † Wahhoni † Reginharti † Folcgeri † signum Hratgasti † Isanharti † Lantfridi † Heitoni † signum Herimari † Adalharti † signum Assonis † Reginheri † signum Ellingeri † Eburharti, signum Altmanni. Theotmar scripsit.

Traditio bonorum in villa Vuestheim.

IN Christi nomine ego Hahger trado in elimosinam meam ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi Hrabanus abbas pius præesse videtur pastor, hoc est, quod trado in pago Tullifeld, in villa Westheim in ipsa marca, quicquid proprietatis habeo, id est, terris, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus quicquid dici & nominari potest, ea videlicet ratione vt à die præsente in potestatem supra dicti martyris Christi, ipsiusque monasterii abbatis redeat, ac deinceps perenniter in eius dominio permaneat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno XI. regni Hludouici piissimi Imp. nonis Iunii, coram his testibus † signum Hahgeri qui hanc traditionis chartam fieri rogauit † signum Herimoti † Engilharti † signum Vuoatani † Frehholfi † signum Hruadfridi † Vuonati † signum Friduharti † Reginharti † signum Abraham † Hruadmari. Ego Ascribus indignus ostiarius hanc traditionis chartulam iussus scripsi, & testibus confirmaui.

Traditio LX. *iugerum in villa Vuestheim.*

EGo in Dei nomine Eburolf, trada ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinẽ regit
LXXIX. monachorũ, in pago Tullifeld in villa Vuestheim iugera *LX. ea scilicet ratione, vt à præsente ex nostra potestate in supra dicti abbatis & successorũ eius redeat dominium. Facta hæc traditio in monasterio Fulda, anno XI. regni Hludouici serenissimi Imp. nonis Iuniis coram his testibus † signum Eburolfi, qui hãc traditionis chartam fieri rogauit † signum Frehholfi † signum Perahtgeri † Liutfridi † Ramuuolfi, † erpfrohi † signum Ercanfridi. Ego Ascrius indignus ostiarius hanc chartam traditionis scripsi & testibus confirmaui.

Traditio serui.

ISti sunt testes qui viderunt quod Brunger tradidit vnum seruum ad S. Bonifacium, nomine Libolf, † signum Theotleihi † Ercanperahti † signum Sigibotonis † Amalpetahti † signum Hruadfridi † Theotfridi † signum Leobsunes † Hunolti † signum Rachanti † Nendichonis † signum Hruadhelmi † Reginbotonis. Ascricus scripsit.

Traditio pratorum & vnius iugeri in villa Sundheim.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Vuitger trado ad S. Bonifacium in monasterio Fulda corpore quiescentem, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, omnem proprietatem meam in pratis, & vnum iugerum, in villa Sundheim, quæ sita est in pago Tullefelde, ea ratione, vt à die præsente prædictus abbas, eiusque successores rerum prædictarum firmam & incontradictam in omnibus obtineant potestatem. Facta traditio in monasterio Fulda, anno x. regni Hludouici Imper. mense Maio, secunda die mensis, coram his testibus † signum Vuitheri tradentis † Friduhelmi † signum Grimolti † Lantolti † signum Reginolti † Herirati † signum Vuaningi † Heriolti. Hruadolfus scripsit.

Traditio iugeri & pratorum ibidem.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, ego Vuitger trado ad S. Bonifacium, qui monasterio Fulda sacro corpore requiescit, vbi vir venerabilis Hrabamus abbas multitudini præest monachorum, vnum iugerum curtiferum, & partem pratorum ad me pertinentem, in terminis villæ Sundheim, quæ sita est in pago Tullifelde, ea ratione, vt prædictus abbas, eiusq; successores à die præsente firmam & in contradictam rerum memoratarum in omnibus habeant potestatem. Facta traditio in monasterio Fulda, anno x. imperante Hludouico Rege Francorum, mense Maio, die secũdo, coram his testibus † signum Vuitharii traditoris † signum Friduhelmi † Grimolti † signum Landolti † Reginolti † signum Herirati, † Vuaningi. Hruodolfus indignus subdiaconus scripsit & subscripsit.

Traditio bonorum in villa & marca Marahasfelde.

SI aliquid de terrenis facultatibus nostris beneuola deliberatione ad loca conferimus sanctorum, proculdubio inde nos in æterna beatitudine remunerandos fore confidimus, idcirco ego Berahart, & coniux mea Hadaburg tradimus in elimosinam nostram ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabamus abbas multitudini cænobitarum pius præest pastor, hoc est, in pago Grapfelde, in villa Marahasfelde, & in villa marca, quæ ad illam pertinet villam, quicquid proprietatis habemus communibus manibus tradimus, id est, in areis & ædificiis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, siluis, cum omnibus adiacentiis ad nostram proprietatem pertinentibus, ea tamen ratione, vt ea, quæ tradimus per beneficium supra nominati abbatis, ad vitam nostram meliorando, & augendo vsufructuario habeamus, post nostrum quoque de hac luce discessum, ipse in omnibus absque vlla contradictione habeat potestatem, suisque posteris ad possidendum perpetualiter relinquat. Acta vero traditio iam dicto in vico Marahesfelde, xv. Calend. Aprilis, Anno xii. regni Hludouici piissimi Regis Francorum, coram testibus inferius nominatis, † signum Beraharti, & coniugis eius Hadaburge, qui hanc traditionem fecerunt † signum Widarolti † Attonis † signum Eburharti † Isanharti † signum Theotharti † Albwini † signum Heitonis † Fulcgeri † signum Ratgasti † Arnolti † signum Altmanni † Adalharti † signum Reginolfi † Starcolfi † signum Germunti † Gerhohi.

Istiq; sunt testes vestitionis, quæ illis præsentibus in eodem die facta est. Theormar indignus subdiaconus iussus scripsit.

Restitutio quorundam bonorum ad monasterium sub comite Poppone.

ANno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCXXV. Regni autem serenissimi Imperatoris Hludouici XII. Mense Februario, decimo Calend. Martii factus est publicus conuentus Popponis comitis et totius comitis & totius comitat⁹ ei⁹, in terminis villæ, quæ dicitur Geismari factaq; est exquisitio magna in eodē cōuentu de terminis monasterii q, nūcupatur Hunnafeld, & quisquis in illo placito repertus fuerat, aliquid sibi infra terminos eiusdem monasterii aut ad proprietatem vindicare, aut iniuste retinere, hoc secundum legem ipsorum coram supra nominato comite & omni conuentu restituit, atq; legatis Hrabani monasterii S. Bonifacii abbatis reddidit, & cōfessi sunt ibi, qui in eisdem finibus hæreditates habere voluerunt, quia per beneficium præuisorum monasterii S. Bonifacii vsq; ad hanc diem, ea quæ habere videbantur, possiderent, ac deinceps habere debuissent, atq; voluissent, vt sine damno restituerent, quod iniuste tenuerunt. Isti sunt qui dimiserunt atq; restituerunt, quicquid in finibus illis habuerunt, Otto videlicet, excepto N. Helmgoz, præter N..... engilrih excepto, gerung excepto. N..... gozrih præter. N..... coram his testibus, poppo comes, Galaman, offo, Liutpraht, nidhart, fridurih, friduhelm, ortheri, hiltiger, vvaltger, arndeo, hugideo, grimolt, einrat, vverinmunti, vvenilo, hahho, vvan, helmot, reginolt, voto, prun, prunman, artheri, vvoatan, geboroh, nordalah, vogo, hruadgart. Alii testes qui illam reuestitionem viderunt factam coram missis popponis comitis, liutprante videlicet & gerborohe, berāuuin, goteram, erpfuuin, altolf, amanolf, otacar, iungman, arnolt, ramolf, vvulfrih, herimuot, attaman, gerbald, hlungan. Theotmar indignus subdiaconus iussus scripsit.

Traditio bonorum in Hruadhelmeshusen & Calbaha, Chinzihucruogu & Vzzunaha.

EGo itaq; in Dei nomine Germūt presbyter dono atq; trado pro remedio animæ meæ in pago grapfeld, in loco qui dicitur Hruadhelmeshusen, qui situs est in terminis villæ, quæ nuncupatur streuua vnam arialem & XI. iugera terræ arabilis, similiter in loco qui nominatur calbaha, trado tertiam partem vnius capturæ, necnon & in pago Salageuue, in locis subter nominatis, id est, chinzihucruogu nonam partem capturæ vnius, & in vzzunaha tertiæ capturæ sextam partem, ita quoque in locis his, & in illis tribus capturis tales partes, quales superius enumeraui & quales cōtra partes fororum mearum, batahiltæ videlicet ac vvalahinnæ habeo tollendas, dono, trado, atq; transfundo, de iure meo in ius Domini & S. Bonifacii martyris Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas monachorū turbæ præesse cognoscitur, in terris, siluis, agris extirpatis, campis, pratis, pascuis, domibus, ædificiis, arialis, mancipiis, quorum nomina hæc sunt, vvolfbald, Snellacar, & frater eius gundacar, hruadacar, herimar, engilmar, theotheri, vvenipraht, vverolf, egiuuolf & mater eius theota, megina & filia eius, leobhilt, meginsuuind, cum omni eorum supellectili & sumptu, ea tamen ratione, vt ego eandem causam per beneficium supra nominati abbatis ad vitam meā vsufructuario habeam, postq; obitum meum cuncta, quæ tradidi, in potestatem eiusdem abbatis, vel successorum eius absq; vlla contradictione redeant & in meam elimosinam in illorum permaneāt dominio. Actum in monasterio Fulda, vndecimo Calend. Aprilis, mense martio, Anno XIII. regnante Hludouico glorioso imperatore coram his testibus † signum germunti presbyteri, qui hanc fecit traditionem † signum iungerati † signum altrati † signum hremftingi † ernusti ✠ signū heripraht † peraharti † signum albarichi † Heriolti ✠ Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis chartam iussus scripsit.

Calbaha.

Traditio bonorum in terminis Volfheimera.

IN Christi nom. ego Perahart trado in elimosinā meā ad S. Bonif. qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini

tudini præest cænobitarum quicquid habeo proprietatis in terminis, Wolfheimero, in pago Grapfelde, arialis, ædificiis, terris, siluis, aquis, aquarumque decursibus, pascuis, pratis, cum omnibus adiacentiis suis quæ ad meam pertineãt proprietatem, ea scilicet ratione vt mihi liceat, eandem causam ad vitam meam per beneficium prædicti abbatis habere, post meum quoq; de hac luce discessum iterum ad vtilitatem supra nominati abbatis & successorum eius absq; vlla cõtradictione redeat perpetuoq; in illorum permaneat dominio. Actum in monasterio Fulda, anno x i i i. regni Hludouici glorioſi Imp. x i. Calend. Aprilis, Mense martio, coram his testibus † Giperaharti, qui hanc fecit traditionem germunti presbyteri † Iungarati † Altrati & Hremsingi † Ernusti † heriprahti † Albarichi † Heriolti. Theotmar indignus subdiaconus scripsit.

Traditio bonorum in Salu..

EGo in Dei nomine Goteram trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda, sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabamus abbas præesse videtur monachis regulariter degentibus, hoc est, quod trado in villa Salu, quicquid proprietatis habeam & Sigiram filius patrui mei, exceptis legitimis areis, ea tamen ratione vt à die præsente in dominium redeant S. Bonifacii. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno x i i. Regni Hludouici piissimi Imp. Mense Augusto, quarto nonas eiusdem Mensis Desunt testes.

Traditio capturæ ad Bibarahu.

IN Dei nomine ego Egilmar & Meginolt, tradimus ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabam⁹ abbas monachis regulariter degentibus pius præesse cognoscitur pastor, hoc est, quod trado in pago Grappfeld, quicquid proprietatis habeamus in captura cohęrente capturæ S. Bonifacii ad bibarahu, ea tamen ratione, vt à die præsente in dominium redeant S. Bonifacii. Facta est hæc traditio x i i. anno Regni Hludouici, quarto idus Septẽbris † Engilmari & Meginolti, qui hanc traditionem fecerunt † Haguno † Wasgo, * † Leisting † Ellinger † Theotrih † Heribrant † Rantbuuig † Hartuuig † Nandhe- Leiſting.
† Ruodhart, & ego Ascricus iussus scripsi.

Traditio dimidiæ capturæ in VVerinesbrunnen & vnius hubæ duorumque Puerorum inter Ostheim & Sundheim.

IN Dei nomine ego Helmuuart trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpora, vbi Hrabamus abbas turbam pie regit monachorum in pago, qui dicitur Grapfeld, in villa Ostheim dimidiam partem vnius capturæ, quæ est in loco, qui dicitur Werinesbrunno, & inter Ostheim & Sũdheim vnam seruilem huobam & duo pueri, id est hadupraht & hugolf, ea vero ratione hæc trado, vt à die præsente in potestatem redeant S. Bonifacii, absq; vllius contradictione. Facta traditio in monasterio Fulda anno x i i i i. Regni Hludouui, mense Ianuario, quarto nonas eiusdem mensis corã his testibus † Helmuuart qui hanc traditionem fecit † Wasgo † Walah † Embrico † Helmtheo † Libger † Sullo. Ego Ascricus iussus scripsi.

Adiudicatio superioris capturæ.

ANno ab incarnatione Domini octingentesimo x x i i i i. & regni Hludouici Imp. x i v. factus est conuentus publicus in loco, qui dicitur Suuarzesmuos, & Hrabanus abbas fuit in eo, & Poppo comes & maiores natu de comitatu eius, quorum nomina sunt † Liutpraht † Widarolt † Wotan † Gundacar † Herimot † Friduhelm † Nidhart Ortheri † Otto † Alspraht † einrat † Helmolt † Ratger, coram quibus Herimot, & Berahart dixerũt se, in illa captura aliquã habere portiũculam, sed tamen eorum acquisitio ita diffinita est, & pacata vt dominus Hrabanus abbas illis duos boues & duo pallia, lanea & linea, duos gladios daret & illi negauerũt, &

abdicauerunt coram supra scriptis nobilibus viris, quod vlterius in illa captura nullam communionem habeant.

Coram his vero testibus datum fuit, quod dominus Hrabanus abbas promisit, & negatum, & traditum ab Heritmote,& Beraharte & Munihelme & Attamanne, & Nidgere & Lungane,id est,Gatto monachus † Altolf monachus † Wotan,† Æmanolf,† Iungman † Otto † Vnarg † Hiltiman † Bernuuin † Hahmunt † Albuuart † Erpuuin † Gozrih † Meginhart † Engilrih † Farolf † Goteram † Otacar † Friduger † Gerbald,Ramuolf,Wirunt † Oti.

Traditio bonorum in Lengifeld.

EGo in Dei nomine Stralhelm trado ad S. Bonifaciū in elimosinam meam in villa Lengifeld XIII. Iugera cum anariutu,ea ratione vt deinceps in potestatem rediat S. Bonifacii. Facta traditio in monasterio Fulda,anno XIII. Regni Hludouici piissimi Imp. decimo octauo Calend. maii coram his testibus † Stralhelmi tradentis † Wotani † Altonis † vs. Ego Ascrichus scripsi.

Traditio capturæ in Sulzaha in terminis villæ Sundheim.

EGo in Dei nomine Einrat & cōiūx mea Benedicta donamus in elimosinā nostrā ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum,atq; tradimus vnam capturam in terminis villæ Sundheim comprehentam,& quicquid in eadē capturā vel loco qui dicitur Sulzaha visi sumus habere,id est,in ariolis ędificiis,domibus campis,pratis,pascuis,siluis,aquis aquarumue decursibus, mancipiis,quorum nomina hæc sunt,Theganbald, Vuolfmar, Altmar,Ratlind, cum omni eorum supellectili& sumptu,ea tamen ratione, vt liceat nobis eandem rem per beneficium supra dicti abbatis ad vitam nostram habere, post obitum vero amborum in omnibus habeat potestatem suisque posteris perpetualiter possidendum derelinquat. Acta traditio in monasterio Fulda,anno XIV. regni Hludouici Imp. piissimi. Septimo idus Aprilis,feria tertia,coram his testibus † signum Einratiet coniugis eius benedictæ,qui hanc traditionem fecerunt,† Friduhelmi.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Vueitahu.

EGo in Dei nomine Hrihhart & coniux mea Altburg communi manu tradimus ad S. Bonifaciū in monasterio Fulda sacro requiescentē corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est, quod tradimus in pago Tulifeld,in Vuestheimero marcu,& in villa Vueitahu CXXXIV. iugera terræ araturiæ, & arealem vnam cum domo in ea ædificata & mancipia duo, quorum nomina sunt,Sahsin,& Hruodolt, porcos X. de bubus sex capita, vnum caballum. Ea vero ratione ista tradimus vt per beneficium supra dicti abbatis liceat nobis ad vitam nostram hæc habere,post obitum quoq; nostrum amborum,aucta & meliorata hæc omnia redeant in potestatem S. Bonifacii absque vllius contradictione. Facta traditionis chartula,anno XIV. regni Hludouici piissimi Imp. in villa Sundheim, mense Maio, quinto nonas eiusdem mensis,coram his testibus † Rihharti, & coniugis eius Altburgæ, qui hanc traditionem fecerunt, † Vuotan † Ginoz † Emhart † Voto † Herimot † Vuagō † Nordpraht † Eburmunt,† Theorolf † Erlmunt † Vuarmunt. Ego ascrichus indignus subdiaconus hanc traditionis chartam iussus scripsi.

Traditio bonorum in Iuchisa.

IN nomine Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi ego Vuidarolt dono atq; trado in elimosinam meam, & coniugis meæ ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinē regit monachorum, hoc est, in pago Grapfeldum, in villa antiqua quæ dicitur Iuchisa CXXX. iugera, & partem meam illius capturæ in qua tradidit germunt suam partem, ea ratione ista trado, vt à die præsente supra dicta de

iure

iure meo in ius & dominationem redeant S. Bonifacii absque vlla contradicente persona. Facta traditio in monasterio Fulda, anno xi v. regnante Hludouico rege piissimo Francorum, sexto Calend. Iunii, mense maio † vvidarolti traditoris † reginuuarti † maginharii † hrihuuarti. Ego Aschrichus iussus scripsi.

Traditio bonorum & mancipiorum in pago Grapfeld.

EGo in Dei nomine Eiat trado in elimosinam meã ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda, sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, traditumq; in perpetuum esse volo, quicquid in pago grapfelde moderno tempore proprietatis habeo, in agris, & siluis, areis, domibus, ædificiis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus, & immobilibus, totum & integrũ, exceptis mancipiis duobus: reliquorum autem, quæ trado, hæc sunt nomina, Icha, bilihilt, othilt, bernhilt, otolf, theothilt, ratun, ernust, raitant, heririh, Leobpraht, hruodbraht, nuoring, tetta & tres filios meos gundultum, hruodoltum, vvidaroltum & filiam meam gundhiltam, ea ratione vt filii prædicti & filia mea, quandiu vixerint nulla vi seruitutis constringantur, nisi quod singuli annis singulis v. denarios, aut ex lino, vel cera quantitatem eiusdem pretii ad S. Bonifacium reddant, reliquorum autem omnium, quę tradidi, tam prædictus abbas, quam successores post obitum meum firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem. Actũ publice in villa muniricheshstat, anno xiiii. regnante Hludouico glorioßissimo Imperatore, mense Augusto, die x i. coram subscriptis testibus † signum Eiati, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit † hludomari, † albuuini † eggileibi † folchrichi † hludolfi † gundharii † regingeri † vvgbrahti † albharti † sibicho † helpfrih † ratheri † gozbrahti † reginhart † fridurih † vvolftheo. Hruodolfus iussus scripsit.

Traditio vnius capti & vnius mancipii in marca Grapfeld.

IN nomine Domini ego Sinperaht dono atq; trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, in marcu grapfeldono, bifang vnum qui cõtingit iuxtà fluuium, qui dicitur Hlutaha in vtroq; littore eiusdem fluminis, traditumq; in perpetuum esse volo, & vnum mancipium nomine Snelmot, ea ratione, vt à die præsente, quæ tradidi, redeant in dominium S. Bonifacii & suprà dicti abbatis & in perpetuum in illa potestate permaneant, nullo contradicente. Actum in monasterio Fulda, anno regni Hludouici Imperatoris glorioßi, pridie nonas Iulii, coram testibus subscriptis † signum sindprahti, qui hanc traditionem fecit † hagunonis † engilgeri, ✝ ellingeri ✝ geruuihes ✝ assonis ✝ vvonati ✝ reginheri gundalahi ✝ gerbrahti † heriolti. Theotmar indignus subdiaconus hanc traditionis chartam rogatus scripsit.

Traditio quatuor mancipiorum.

IN Dei nomine ego Theothart trado in elimosinam meã ad S. Bonifacium mancipia iv. id est, vxorem Altrati cum trib. filiis & cum omni substantia sua, id est, alachilt, albuuart, ea ratione, vt à die præsente de mea potestate in vestrũ redeat dominium, absque vllius personæ contradictione, in hunc modum, vt mihi Hrabanus abbas donet duas libras de argento & tertiam dimidiam, quod & ita iam fecit. Facta traditio in monasterio Fulda, anno xi. regni Hludouici imperatoris, mense Iulio, xviii. Calend. Augusti † signum theotharti, qui hanc traditionem fecit † signum friechonis, † signum liutharti † signum prehholfi † signum hartalohi † signum albharti † signum faholfi † signum vvonati † signum regingeri † signum helpfrichi † magolfi † signum gerprahti † vvalltheri † signum theothehi. Ego Aschricus iussus scripsi.

Traditio quadraginta iugerum in Marca Sundheym.

EGo in Dei nomine Otmar trado ad monasterium S. Bonifacii, quod est constructū in pago Grapfeld, super fluuiū Fulda, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas pius p̄esse videtur pater, hoc est in pago Tullifeld, q̄ trado in Marcu Sundheim iugera XL. ea ratione vt ab hac die rectores Fuldensis Ecclesiæ habeāt, teneāt, possideant, & quicquid exinde facere voluerint, liberā ac firmissimā in omnibus habeāt potestatē. Facta traditio XV. Calend. Maii, anno XI. regni Hludouici Imp. coram his testibus † signum Otmari, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit † Ezzilonis † Galamanni † signum Herimanni † Wrmheri † signum Geperahti † Wolfmunti † signum Wasgonis † Albharti, signum, Heriolti † Ellingeri † signum Asalahi † Frumolti. Ego Ascricus iussus scripsi.

Traditio quatuor mancipiorum in Rosdors & vnius comprehensionis in baringensium Marca.

IN nomine Domini ego Bern trado ad S. Bonifacium in villa Rosdorf, quæ est in pago Tullifelde, quatuor mancipiia, quorū nomina hęc sunt bliduar, blidilo, vvenilo, vvillicumo, ea ratione vt à die p̄sente & deinceps potestati p̄dicti martyris perpetualiter subiiciantur: similiter autē & nos Nidhart videlicet, & Frumolt tradimus in elimosinā nostrā in marcu baringensium vnius compræhensionis, vterque partem suam, ita vt ab hac die iuri, ac dominationi memorati martyris firmiter ac perpetualiter subiaceat. Actum in Ecclesia Fuldensi, anno XVI. regnante Hludouico glorioſissimo Imperatore, mense Iunio, die IV. coram subscriptis testibus † signum Bernitr adentis † signum nidhardi tradentis † signum frumolti tradentis † friueonis testis † signum vtonis testis † signum Engilbrahti testis † signum moris testis † Enmanno testis † vvindhelmi testis † friduhelmi testis.

Traditio quatuor mancipiorum in villa Sulzifeld.

EGo in Dei nomine Thrudhilt sanctimonialis trado ad S. Bonifacium in elimosinam meam, in villa Sulzifeld, quatuors mancipia, quorum hæc sunt nomina, ruadhilt, berauuas, bernuuig, vverinheri cum omni supellectili eorum, ea ratione, vt post obitum meum in dominum redeant S. Bonifacii, perpetuoq; in eius permaneant potestate nullo contradicente. Acta traditio in tullifelde, zidemoseuue, anno XVII. imperii Hludouici cæsaris XI. Cal. Augusti, feria sexta, p̄sente hrabano abbate & his testibus † signum thrudhiltæ sanctæmonialis, quæ hanc fecit traditionem † herimoti testis, vuan testis † friduhelm testis † Engilharti testis † eburmunti testis † nandharii testis † albarichi testis † meginbaldi testis † adaluuini testis. Theotmar scripsit.

Traditio bonorum in villa Sundheym.

IN nomine Domini ego Wan trado ad reliquias S. Bonifacii, qui in monasterio Fulda facto requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, hoc est, quod trado, in pago tullifelde in villa sundheim pomerium vnum, & de terra arabili iugera VIII. in terminis eiusdē villę, ea tamē ratione, vt ab hodierno die in elimosinam meā ad S. Bonifacium redeat, & absq; vlla contradictione in suo permaneat dominio. Acta traditio anno XVII. regni Hludouici glorioſissimi Regis Francorum, XI. Calend. Augusti, feria sexta, coram his testibus, † signum vvanes, qui hanc fecit traditionem † vvotani testis † ginozes testis † engilmar testis † vvanes testis † ratolti testis † goterammi testis † altbrahti testis † zazanis testis † ratgarii testis † votonis testis † styrmi testis † abraham testis † Wolfharii testis † lantheri testis † egilmari testis † remuingi testis † sigifridi testis baldungi testis † einrati testis † Erharti testis † engilharti testis theotmarus indignus diaconus iussus scripsit.

Traditio

Traditio bonorum in villa Hlutru.

In Dei nomine ego Asbraht, trado ad S. Bonifacium martyrem Christi quicquid proprietatis habeo in villa Hlutru, in agris, siluis, areis, domibus, ædificiis, pratis, pascuis, aquis, aquarũue decursibus, ea scilicet ratione, vt & rector monasterii, quo præfatus martyr sacro requiescit corpore, venerabilis vir Hrabanus tam ipse quam successores eius firmissimam post obitum meum in omnibus habeant potestatem. Facta est hæc traditio anno xx. imperii Hludouici piissimi Regis Francorũ, mense Septembri, octaua die mensis eiusdem, coram his testibus † asbrahti traditoris, † vvituberni, † beringeri † albarichi † hruædharti † vvaningi † adaluuini † beboris † gerrati † vvolarati: Item testes vestitionis aserih, hruaduuin, hruadhart, megino, vvitubern, liuthart, vvilliheri, erluuin. Theotmarus indignus diaconus hæc iussus scripsit.

Traditio Ecclesiæ, hubæ & quatuor mancipiorum.

EGo in Dei nomine Vodilhilt dono atq; trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est, quod trado in pago Grapfeld, tria mancipia, quorum hęc sunt nomina, meginbraht, albsuuind, vvolfolt, & vnam Ecclesiam cum loco suo, & vnam hobam in nordheimero marcu, ea ratione, vt quam diu vixero, eandem rem ex beneficio prædicti abbatis, possideam, post obitum vero meũ, cum omni integritate ad rectores memorati monasterii reuertatur. Facta est hæc traditio anno xxiii. imperii glorioſissimi Regis Francorum, xiii. Cal. Septembris, coram his testibus † Vodilhilte, traditoris, Engilmar, Altprahti, Wolfolti, Herimo, † Adalbrahti † Eiharti † Styrmi † Hahco † Wago † Abram † Antoni † Reginolti † Riharti † Rohingi. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit.

Traditio bonorum in Mahesfeld.

EGo in Dei nomine Fruochanger & vxor mea Ruoda tradimus in elimosinã nostram ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda, sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est, quod tradimus in pago Grapfelde, infra terminos villæ, quæ dicitur Mahesfeld, quicquid ibidem proprietatis visi sumus habere, in areis, ædificiis, agris, pratis, siluis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, ea scilicet ratione, vt ab hodierno die rector & abbas monasterii S. Bonifacii in omnibus firmissimã teneat potestatem, quicquid inde facere voluerit, nullo cõtradicente. Facta est hæc traditio anno xxiv. imperii glorioſissimi Regis Francorum. xv iii. Calend. Septembris, coram his testibus † signum fruochangeri & coniugis eius hruadun, qui hanc traditionem fecerunt † signum vvidaroldi † eburharti † altmanni † ratgasti † sol † albirichi † epphonis † hruodbrahti † egiolfi † folcbrahti † signum rantuuigi † hruodolfi † riharti † gerrati † eburmunti † rohingi † amalbrahti † ercangeri.

Traditio bonorum infra terminos villæ Munrichesstet.

EGo in Dei nomine Ercanbraht trado atq; dono in elimosinam meam ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorũ, hoc est, quod trado in pago grapfelde, infra terminos villæ, quæ dicitur Munrichesstat, quicquid ibidem moderno tempore proprię terræ visus sum habere, ea scilicet ratione, vt ab hodierna die rector & abbas monasterii S. Bonifacii in omnibus firmissimam teneat potestatem, quicquid inde facere voluerit, nullo contradicente. Facta est hæc traditio anno xxiv. imperii glorioſissimi Regis Francorum, secundo idus Augusti, coram his testibus † signum Ercanbrahti traditoris † signum Hruodolfi † Hruodingi † signum Billungi † Folcrihi † signum Thiotrichi † Otbrathi † Engilbrahti † Werianti † Eggileibi † Eboni † Hruodbrathi † Folchrathi † Herimoti † Eginoni † Gerrati † Eburmunti. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Altheim.

EGo in Dei nomine Rihbald dono atq; trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est, quod trado in pago Grapfelde, infra terminos villæ, quæ dicitur Altheim, quicquid ibi moderno tempore propriæ terræ visus sum habere, ea scilicet ratione, vt ab hodierno die rector, & abbas monasterii S. Bonifacii in omnibus firmissimam teneat potestatem, quicquid inde facere voluerit nullo, contradicente. Facta est hęc traditio xxiiii. imperii glorisissimi Regis Francorum, secundo idus Augusti, coram his testibus ✠ signum Rihbaldi traditoris ✠ Ercanbrahti ✠ Hruodolfi ✠ Hruodingi ✠ Billũgi ✠ Folcrichi ✠ Thiotrichi ✠ Otbrahti Engilbrahti ✠ Werianti ✠ Eggibeibi ✠ Eboni ✠ Hruodbrahti ✠ Folcbrati ✠ Herimoti ✠ Eginoni ✠ Gerrati ✠ Eburmunti.

Traditio bonorum in pago Grapfeld.

EGo in Dei nomine Elisba dono atq; trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est, quod trado in pago Grapfelde totum elaboratum meũ, quem hodierno die visa sum habere, ea ratione vt quamdiu vixero eandem rem ex beneficio abbatis possideam, post obitum vero meum cũ omni integritate ad rectores memorati monasterii reuertatur. Facta est hæc traditio anno xxiv. imperii glorioſissimi Regis Francorum, secundo idus Augusti, coram his testibus † signũ elisban tradentis † hruodolfi † ercaubrahti † hruodingi † bilungi † folcrichi † theotrichi † otbrahti † engilbrahti † vverianti † eggileibi ✠ abani ✠ hruodbrahti ✠ folcbrahti ✠ herimoti ✠ eginoni ✠ gerrati ✠ eburmunti. Theotmarus indignus diaconus iussus scripsit.

Traditio quinq; macipiorum infra terminos villæ Sala.

EGo in Dei nomine Burgart dono atq; trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorũ, hoc est, quod trado in pago grapfelde, infra terminos villæ, quæ dicitur Sala, quinque mancipia, quorum hæc sunt nomina, vvolfbald, reginuuar, villicoma, heribirgi, ermenlind ea scilicet ratione, vt quamdiu vixero eandem rem ex beneficio prædicti abbatis possideam. Post obitum vero meum, cum omni integritate ad rectores memorati monasterii reuertatur. Facta est hæc tarditio anno xxiv. imperii glorioſissimi Regis Francorum, idibus Augusti coram his testibus † signum burgrati tradẽtis † zazoni † herimoti † apphoni † eggibrahti † egolfi † hruodbrahti † folcbrahti † eburmunti † gerrati † amalbrahti † reginolti † hroingi † rihharti † albuuini † ercangeri. Theamarus indignus Diaconus iussus scripsit.

Traditio bonorum infra terminos villæ Ibistat.

EGo in Dei nomine Arn dono atq; trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est, quod trado in pago grapfelde, infra terminos villæ, quæ dicitur Ibistati, huobas nouem de terra arabili & vnum ambitum in Iuchisero marcu, ea scilicet ratione, vt ab hodierna die rector, & abbas monasterii S. Bonifacii in omnibus firmissimam teneat potestatem quicquid inde facere voluerit, nullo contradicente, signum Arn tradentis † adalfridi † vvidærolti † mor † vvachoni † Irminbrahti † herimoti † egolfi † beboni † epphoni † eggibrahti † hruodbrahti † germoni. Theotmarus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in villis Atihusen & Salu.

IN nomine Domini Iesu Christi ego Hiltiburg cogitans pro remedio animę mę dono atq; trado in elimosinã meam ad S. Bonifaciũ martyrẽ Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis hraban⁹ abbas multitudini

dini præest cœnobitarũ, traditumq; in perpetuũ esse volo, quicquid proprietatis visa sum habere in duabus villis, hoc est, in Atihusen & in Salu, quod sunt, xx. hobæ, dom⁹ vna cũ reliquo ædificio, cum pratis, siluis, arealis, farinariis, aquis, aquarumq; decursib. mancipiis, quorũ hæc sunt nomina. Sigirih, Hiltigund, Hæbinolt, Adaluuart, Willirat, Hahicho, Warrat, Otpraht, Sigihart, Ratliub, Reginolt, Tagabraht, Walo, Willa, Huno, Randrud, Leobmar, Heillind, Rigipraht, Witmar, Geruiuui, Citolf, Rihmuot, Hruadolt, Harit, Geilrat, Perahtlind, Frumolt, Rihmuot, Irminhilt, Sindpraht, Eiotolf, cũ omni supellectili eorum & sumptu, ea tamen ratione hęc dono atq; trado, quatenus liceat mihi iterum per beneficiũ præfati abbatis vsufructuario illa possidere & non minorare sed meliorare. Post obitũ quoq; meum, ipse, successoresq; eius in cunctis firmissimam obtineant potestatẽ, nullo contradicente Facta est traditio in villa, anno xxiv. regni Hludouici piissimi Regis Frãcorum, duodecimo Calẽd. Septembris coram his testibus † signum Hiltiburgæ, quæ hanc traditionum fecit †. Sindolti † Alonis † Altmari † Reginharti † Folcrammi † Franconis † Madalprahti † Amalrichi † Egilgozi † Hramuolti † Buohozo † signum Hruadharti, † Erpfalahi. Theotmarus indignus diaconus hanc traditionis chartam iussus ac rogatus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in terminis villæ Ostheim.

EGo in Dei nomine Wielrat trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest cœnobitarum, traditumq; in perpetum esse volo, quicquid proprietatis visus sum habere in terminis villæ, quæ dicitur Ostheim, quæ sita est in pago grapfelde, hoc est, terris, siluis, areis, ædificiis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, mobilib. & immobilibus: & mancipia duo, quorum nomina hæc sunt ..... Ea scilicet ratione, vt hoc, quod tradidi per beneficium præfati abbatis vsu fructuario ad vitam meam meliorando possideam, postq; obitum meum absq; vlla contradictione ipse prædictus abbas & successores eius in omnibus habeant potestatem. Facta est hæc traditio in loco supra dicto, anno xxiii. regni Hludouici piissimi regis Francorum, quarto Calend. Iulii coram his testibus † signum Vuielratæ quæ tradidit hæc, & Friduhelmi † Styrmi † Engilmari † Gerungi † Adalgeri † Gotahelmi, Cunduuini † Helmdo † Frehelmi † Vuitterp † Vualahi † Liutpranti. Theotmarus indignus presbyter hæc iussus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa & terminis Sundheim.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi nos itaq; duæ sorores, Gerlind videlicet, & Irmindrud, tradimus ad S. Bonifacium in elimosinam nostram, qui in monasterio Fulda pretiosus Christi martyr sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorum, traditumque in perpetuum esse volumus, quicquid proprietatis visæ sumus habere in villa sundheim, & in terminis eiusdem villæ, hoc est, in areis, ædificiis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumq; decursibus, & vnam capellam cum duabus capsis, & reliquo ornatu, & mancipie ix. cum omni elaboratu eorũ, & sumptu quorum nomina hæc sunt..... Ea tamen ratione vt nobis liceat hoc quod tradimus ad vitam amborum vsu fructuario tenere per beneficium prefati abbatis postque obitum amborum ipse iterum, vel successores eius firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem † signum gerlinde & Irmindrude, quæ hanc traditionem fecerunt † Friduhelmi † Styrmi † Vualahi † Ritanti † Erbeonis † Vuillihades † Vogasti † Vuisbrahti † Luof † Eburrati † Arthrammi † Bernharti † bermari † Gundbrahti † Heriprahti. Theotmarus indignus presbyter hæc iussus scripsit, notauitq, tempus supra dictum. Actum in loco supra dicto, anno xxiii. regni Hludouici piissimi Regis Francorum, quarto Calend. Iulii coram his testibus.

Traditio capturæ in Suuarzemuore.

ISti tradiderunt illam capturam ad Suuarzesmuore, Walto, & accepit quatuor in aures, & vnum gladium, Farolf sibi & fratribus suis, vnum gladium & vnum pallium laneum, Adalriche vnum gladium & pallium laneum, Matto vnum gladium, Hlerimout vnum bouem, qui illam capturam nunc acquirit, Erphung vnum gladium, Altolf vnam vaccam, Otrih, qui hanc capturam circumduxit, accepit vnum caballum, & vnum pallium, & vnum gladium, & vnum baconem. Isti tradiderunt & nihil acceperunt, Tagapraht, Reginpraht, Teoro, Erpwart, Perahtger, Wolfacar. Isti cœperunt illam capturã inprimitus ad Swarzesmuore nostri serui Hruodger, Eigolt, Deiazahu.

Traditio vnius bifangi in Grapfeldono marcu iuxta Vuentilgereshusen.

IN nomine Domini ego Hahcho, dono atque trado in elimosinam meam, ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas, multitudinem regit monachorum, in marcu Grapfeldono bifang vnum, qui contingit iuxta Wentilgereshusum, traditumque in perpetuum esse volo, ea ratione, vt a die præsente redeat in dominiũ S. Bonifacii, & supra dicti abbatis, & in perpetuum in illa potestate permaneat, nullo contradicente Actum in monasterio Fulda, Anno xxiv. Hludouici glorioſi imperatoris, pridie nonas Iulii, coram testibus subscriptis, signum † Hahchoni, qui hanc traditionem fecit, † Friduhelm † Geberoh † Sturmi † Altbrahti † Eggi † Witger † Vuago † Lantfrid † Nebi.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Munirichesstat.

EGo in Dei nomine Vuldarnhiu cogitans pro salute & remedio animæ meæ, vt in futuro veniam peccatorum meorum adipisci merear, dono atque trado ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi precioso corpore S. martyr Bonifacius requiescit, & vir venerabilis Hrabanus abbas, multitudini monachorum præest, res & proprietates meas, in pago Grapfelde, & in villa Munirichesstat, quicquid visa sum habere in prædicta villa totum & integrum ad præfatum locum manu potestatiua concedo, hoc est, in terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, & duo mancipia, quorum nomina hæc sunt, Adalger, Otheri, ea ratione, vt per vestrum beneficium hoc, quod tradidi, vsu fructuario ad vitam meam habere liceat. Post obitum vero meum vos & successores vestri firmam, & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta est hæc traditionis chartula mense Iulio, pridie nonas eiusdem mensis, Anno xxiv. imperii glorioſissimi Hludouici Regis Francorum, coram his testibus, † signum Vuldarniuui, quæ hanc traditionis chartulã fieri rogauit, † Herimout † Meginbrahti † Adalpraht † Eggibraht † Vuerinolt † Ritant † Gerolfi in digni diaconi, qui hanc chartulam scripsit.

Cambium inter Abbatem & laicos in agris, & ſylua in Orentileshusen villa.

NOtum sit omnibus quomodo conuenit inter Hrabanum abbatem, & Hrudolfum, & Albrichum laicos, vt concambirent proprietates inter se, id est, dedit prædictus abbas illis in pago Grapfelde, in Hrotdorpfero marcu, in villa Orentileshus, quicquid ibi habuit terræ araturiæ, & illa laici econtra dederunt prædicto abbati in terminis supradictis totam siluam ad illos pertinentem, scilicet ea conuentione commutationis, vt vtriusq; possessores omni tempore fruerentur. Facta concambitio in monasterio Fulda, Anno xxiv. regnante Hludouico glorioſissimo Rege Francorum, mense Septembri, quarto Calend. Octobris, coram his testibus

stibus † signum Hrabani abbatis, qui hanc commutationis chartam fieri iussit, † signum ruodolfi & albrichi, qui hanc commutationis chartã fieri rogauerunt, † Hattoni Præpositi † Salumari presbyteri † Eginheri presbyteri † Theotmari presbyteri Ascrichi presbyteri † Ercanbrahti diaconi † Vnleiti diaconi, ginoz † Bernhelm, † Hruoding † Nordalad † Liobalah † Tital † Germunt † Egino † Suuãzalah † heriger † Helmbraht † Gatto † Reginheri † Otbraht † Bernhart † Frumolt † Nandger † Herinand † Ercanhart. Gerolf indignus diaconus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Gimund, Sezalaha, Vntrangeuus, VValabur, Helidberg, Wancheim, Helidunga, Asiseshus & Herigolteshus.

EGo in Dei nomine Sigibald trado in elimosinam Asis quondam comitis, quod ille mihi manu potestatiua tradidit tradendum ad monasterium, quod est constructum in pago Grapfeld, super fluuium Fulda, vbi ipse S. martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Hrabanus abbas turbæ monachorum regulariter degentium pius præesse videtur pater, hoc est, quod trado in villis hic nominatis, Gimundi, Sezalacha, Vntrangeuui, Walaburi, helidberga, Wancheim, Helidũga, Asiseshus Herigolteshus, quicquid in illis locis proprietatis visus fuit habere, id est, domibus ædificiisq; cæteris, terris, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus, & immobilibus, quicquid dici & nominari potest, & mancipia, quorum hæc sunt nomina.

Desunt mancipiorum nomina.

EA scilicet ratione vt mater eius nomine Theotrat cuncta superius comprehẽsa ad vitam suam vsu fructuario possideat, quã diu in hac vita præsenti viuat. Post obitum vero eius, & de huius vmbratilis vitæ discessu vos & successores vestri tenendi, habendi, possidendi firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta est hæc traditio in villa, quæ dicitur Zimbra, anno XXIV. domini Ludouici gloriosissimi regis Francorum sub die XVI. Calend. Nouembris, coram his testibus † signum Thaholfi, † Langbarti † Liutbrandi † Wolfhadi † Mahalolti † Altmunti † Egilmunti † Isalgrim † Butiho † Nidgozi † Waningi † Amalungi, Gerolfus diaconus iussus scripsit,

Traditio bonorum in Meginheribus vbi VVeitaha in Vlstram influit.

LEgimus in Euangelio Dominum dicentem, date elimosinã & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco ego in Dei nomine Theotmar cogitans pro remedio parentũ meorũ dono atq; trado in elimosinã Recheanis fratris mei cæterorumq; parẽtum meorum ad monasterium, quod dicitur Fulda constructũ in pago Grapfelda, iuxta fluuium Fulda, vbi S. ac preciosus Christi martyr Bonifacius sacro corpore requiescit & vir religiosus Hrabanus abbas sactæ multitudini monachorum pius pastor moderno tempore præesse dinoscitur, hoc est, quod trado in loco qui dicitur meginherihus, vbi Weitaha in vlstra emanat, quicquid ibi proprietatis visus sum habere tam terris quam siluis, domibus, ædificiis & cum omnibus adiacentiis illuc pertinentibus, ea videlicet dispositione, vt à præsente die prædictus abbas ministriq; eius accipiendi, tenendi liberam ac firmam nulla persona, quod absit, contradicente, in omnibus habeant potestatem Facta est autem traditio in præfato monasterio anno XXIII. Hludouici piissimi Imperatoris, qui annus Dominicæ incarnationis est DCCCXXXVI. indictione XIIII. mense maio, idibus eiusdem mensis, præsente abbate & omni cætu monachorum, nec nõ & his liberis testibus † signum Thiotmari, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit † signum Waltrici † Botonis † Isi † signum Irphingi † Herigeri † signum Hartrati † Wittati † Liutrati † Adalheri † Nidgeri † Wentilgeri † Heistolfi † Meginheri † signum Eltingi † Ruodberti † Suabgasti † Nendingi † Egilmunti † Adalgeri † Folcolti † Rihhardi, qui hu-

† Folcolti † Rihhardi, qui huius traditionis veſtitionem rogante Thiotmaro fecit præſentibus ſupra ſcriptis teſtibus. Lubherus iuſſu domini Hrabani abbatis ſcripſit.

Traditio bonorum in Steinah in Vuetarunga marca.

VIrorum quampluriũ notum eſſe conſtat induſtriæ, quomodo Aladram nobis tradidit hæreditatẽ ſuam altmaro ſcilicet berolfo & reginharto, vt eam in elimoſinã eius ad S. Bonif. traderemus, idcirco nos qui cõmunibus manibus eandem traditionem ſuſcepimus, tradimus eam ad S. Bonifacium martyrem Chriſti, qui in monaſterio quod dicitur Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas turbæ monachorum regulariter degentium pius præeſſe videtur pater, hoc eſt, quod tradimus in Grapfelde in Wetarungo marcu, in villa, quæ dicitur Steinaha, quicquid ibidem proprietatis tenebat atq; poſſidebat nobisq; tradiderat, totum & integrum, quod iuſte & legaliter ad eum pertinebat, hoc eſt, domibus, ædificiis, mancipiis, campis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici, aut nominari poteſt cum omni inregritate tradimus ad prædictũ locum. Nomina mancipiorum vero hæc ſunt, Sigiheri, amanolf, Vuerdheri, Lãtfrid, Oſtag, Cuniburg, Hiltiburg, Perahtdrud, ea ſcilicet ratione cuncta ſuperius comprehenſa tradimus ad prædictum martyrem, vt à die præſente rectores ſupradicti monaſterii hæc omnia teneant, poſſideant, & quicquid exinde facere voluerint, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. Facta eſt hæc traditio in monaſterio Fulda, quarto idus Februarii, anno xxv. regni domini Hludouici ſereniſſimi Imperatoris, † ſignum altmari † berolfi † reginharti, qui hanc traditionem fecerunt & chartam fieri rogabant † meginbraht † geruuart † franco † gozbraht † broi † vvergaſt † iungman † rihbald † altman † eggihart † madalbraht † gundfrid † ſarahailo † vvaltbraht † altrat † helpfrih † hruodhart † bebo † hruadhart † folcbrat † ercanger † albuuin † adaluuin † marcolt. Gerolfus indignus diaconus hæc iuſſus ſcripſit.

Vuetarunga marca. Steinah.

Traditio areolæ & partis ſiluæ in Hengiſgera marca.

EGo in Dei nomine Thiotmat trado in elimoſinam meam ad S. Bonif. areolam vnam, & vnam partem ſiluæ ad illam pertinentem in Hengiſgero marcu. Facta traditio anno xxv. regni Hludouici, nonis Aprilis, ſignum Thiotmari traditoris ✠ Herimuot ✠ Fridahelm ✠ Althuring ✠ Arnhelm ✠ Altrat ✠ Otacar ✠ Graman ✠ Irminolf ✠ Rihhart ✠ Ercanger, Nending, Thiotrih.

Traditio duarum hubarum in Nordheimer & Theodorpher. marca.

IN nomine Domini ego Otpraht dono atq; trado in elimoſinam Ercanberti patris mei ad S. Bonif. qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudinem regit monachorũ, traditumq; in perpetuũ eſſe volo in pago Grapfelde, in Norheimero marcu, & in Theodorphero marcu huobas, ea ratione, vt à die præſente redeant in dominium S. Bonifacii præfati abbatis atq; in perpetuum in illa poteſtate permaneãt, nullo contradicente. Facta eſt hæc traditio in monaſterio Fulda, anno xxv. Hludouici Imp. menſe Nouembri, ſecundo nonas eiuſdẽ mẽſis coram his teſtibus ✠ ſignũ Otprathi, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit ✠ Elis ✠ Engilmar ✠ Gerung ✠ Meginfrid ✠ Sigifrid ✠ Strangolf ✠ Egino. Gerolfus ſcripſit.

Traditio bonorum & mancipiorum in Marahesfeldono & Dahhador.

EGo in Dei nomine Widerolt dono atq; trado in elimoſinam Arnolti filii mei ad S. Bonifaciũ, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præeſt monachorũ, hoc eſt, q; trado in pago Grapfelde in villis ſubter nominatis, quicquid præfatus filius meus propriæ hæreditatis

viſus

visus fuit habere atq; possidere in * marethesfeldono marcu & in Dahhadorphero marcu, id est domibus, ædificiisque cæteris, tetris, campis, siluis, pratis, pascuis, capturis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus & immobilibus, mãcipiis, nec non & tales agros quales ei Lubicho in villa Iuhhison dereliquit, mãcipiorum autẽ nomina hæc sunt, strinzo, ottmar, adalhelm, leobarat, hagano, vvilimunt, gunduuig, fastolf, adalman, meginhart, iungman, vvielrat, danglind, adalburg, ratheid, niuuirat, ratsuuind, vvilligart, ea videlicet ratione vt à die præsente prædictus abbas eiusque successores firmam & incontradictam in omnibus obtineant potestatem. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno xxv. regni domini Hludouici Imp. mense Iulio, tertio Calend. Augusti, coram fratribus nostris & testibus subscriptis, † signum auiderolti, qui hanc chartam traditionis fieri rogauit, † thancmari † altmunt † vviggo † otuuin † asbraht † mareolt † rihuuart † vvaggo. Gerolf indignus diaconus scripsit. *Marahesfeldono.*

Traditio duorum mancipiorum.

EGo in Dei nomine Hrabanus abbas concedo vobis ancillas S. Bonifacii leoberatu & filiæ suæ vvielratu sicut vvidaroltus nos rogauit, qui vos ad S. Bonifacium in elimosieam suam tradidit, vt aliud seruitium non faciatis sicut vnum denarium vtraque ad centum per singulos annos donetis ad Rore in missa S. Bonifacii, ea tamen ratione hunc vobis concedimus censum, vt posteritas vestra absq; omni contradictione seruile opus faciat & seruilem cõditionẽ nullo modo contradicant † signum Hrabani abbatis, qui hæc concessit & scribere iussit † signum recheonis presbyteri † signum hartrati presbyteri † signum engilbrahti presbyteri † gerolfi presbyteri † hruadbrahti presbyteri † Saluchonis diaconi † fridurichi monachi † ottuuin monachi † theotmari pretbyteri, qui hæc iussus à præfato abbate scripsit.

Traditio in villa VVetarunga.

LIcet parua & exigua sint, quæ pro immensis peccatis meis offero: tamen scio æquissimum iudicem plus deuotionem mentis donantis quam quantitatem muneris inspicere, quam ob rem ego in Dei nomine hiltiburg cogitans pro salute animæ meæ ac parentum meorum, vt in futuro merear vitam æternã, dono atq; trado ad monasterium Fulda, quod cõstructum est in pago Grapfelde, in silua bochonia iuxta ripam fluminis Fuldæ, vbi S. ac preciosus martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Hrabanus abbas Multitudini monachorum pius pastor esse videtur, traditumq; in perpetuũ esse volo, quicquid in pago iã nominato modernis temporibus proprietatis habeo in * villa quæ dicitur Wetarunga, in agris, siluis, areis, domibus, ædificiis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici & nominari potest de omni elaboratu meo, totum & integrum trado cum mancipiis, quorum nomina hæc sunt. *Villa VVetarunga.*

Non erant adscripta nomina.

EA scilicet ratione, vt quam diu in hac peregrinationis miseria Deo volente detinear, per beneficium prædicti abbatis atq; successorum eius ad vsum vitæ meæ licitum sit habere, post discessum vero meum rectores memorati monasterii nulla contradicente persona accipiendi, fruendi, in omnibus habeant potestatem. Facta est hæc traditio, anno xxv. regni Hludouici Imp. mense Iulio, quarto Calend. Augusti, coram his testibus † signum hiltiburgę, quę hanc traditionis chartam fieri rogauit † signum fridubelmi † sturmi † reggi † theotmar † hruodbraht † albrih, helindeo † iumo † soul † rihuuuart † ratger † hartfrid. Gerolf indignus presbyter iussus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Iuhhusen.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi nos videlicet Widarolt & Alman tes quas nobis reginhart manu potestatiua tradidit, vt eas in elimosi-

nam illius ad S. Bonifacium traderemus, communi manu iuxta fidem sponsionis nostræ pro remedio animæ ipsius & coniugis eius albuuiza tradimus ad prædictum martyrem Christi, qui in monasterio Fulda, sacro requiescit corpore, & vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini præest monachorum, hoc est, totum quicquid proprietatis habuit in terminis villæ, quæ vocatur Iuhhusea, in pago Grapfelde, in areis, domib⁹ cæterisq; ædificiis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, pecoribus, mobilibus & immobilibus, mãcipiis, quorum hæc sunt nomina, leobgis, gozolt, lobahilt, hiltigund, adalgund vvolfniwi, adalmunt, vvarrat, cum omni elaboratu eorum, ea scilicet ratione hęc omnia supra memorata tradimus, vt albuuiz quam diu præsentialiter viuat, vsu fructuario per beneficium prædicti abbatis memoratas res possideat, censumq; inde reddat, post obitum vero eius absque omni diminutione, & sine vlla contradicente persona, in potestatem S. Bonifacii iterum cuncta redeant, perpetuoq; permaneant. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno xxv. domini Hludouici serenissimi Imp. mẽse Augusto, tertio Cal. Septembris, & signum vvidarolti † altmanni, qui hanc traditionem fecerunt.

Isti sunt testes vestitionis, vvolfhelm, Elis, Eburhart, Albolt, Vnno, Didolt, marcuuin, Altgast, Berehart, Erlefred, Freibraht, Irminbraht, Nerolf, Ratgast, Hartnagal, Adaltag, Adalrih, Theotbraht, Geginhart, Folcger, Liuthart, Humbraht, Ato, Helidbraht, Marcuuart, Eggihart, Nanduuih, Reginhart, heriman, Anno, Hruodicho, Warmunt, Hruoding, Frieso, Gundbold, Hreitger, Ettig, Fastman, Ecco, Fridubraht, Thiothart, Albuuin, Hahmunt, Isandfrid.

Traditio bonorum in villa Marahesfeld.

EGo in Dei nomine Widarolt trado in elimosinam Perahtgarta, quicquid illa mihi manu potestatiua tradidit tradendum ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi ipse S. Dei ac glorioſus martyr Bonifacius sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini monachorum regulariter degentiũ pius præesse videtur pater, hoc est, totũ, quod illa propriæ hæreditatis visa fuit habere, in villa Marahesfeld, in pago Grapfelde, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarũq; decursibus, mobilib. & immobilibus, ex integro trado, ea scil. ratione vt hæc omnia Perahtgart habeat ad suam vitam, & post obitum illius supra dictus abbas & successores eius perpetualiter possidendi firmam & incontradictam habeant potestatem. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno xxv. domini Hludouici Imp. mense Augusto, tertio Calend. Septembris † signum Widarolti, qui hanc traditionis chartam fieri rogauit. Isti sunt testes vestitionis, Wolfhelm, Elis, Eburhart, Albolt, Vnno, Didolt, Marcuuin, Altgast, Berehart, Erlefrid, Freibraht, Irminbraht, Nerolf, Ratgast, Hartnagal, Adaltag, Adalrih, Thiotbraht, Geginhart, Folcger, Liuthart, Humbraht, Ato, Helidbraht, marcuuart, Eggihart, nanduuih, Reginhart, Heriman, Anno, Hruadicho, Warmũt, Hruoding, Frieso, Gundbold, Hreitger, Ettig, Fastman, Ecco, Fridubraht, Theothart, Albuuin, Hahmunt, Isanfrid.

Traditio bonorum aliorum in Marahesfeld.

EGo in Dei nomine Fruohanger & coniux mea Hruada communi manu tradimus ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas turbæ monachorũ pius præesse videtur pater, hoc est, quod tradim⁹ in pago Grapfelde, in villa Marahesfeld, dimidiã partem totius proprietatis nostræ in siluis campis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, mobilibus rebus & immobilibus, ea scilicet ratione ista omnia tradimus, vt per beneficium supradicti abbatis liceat nobis vsu fructuario tradita habere ad vitam nostram, post obitum quoque nostrum amborum supra dicta cuncta rediant in potestatem S. Bonifacii absque vllius contradictione. Facta traditio anno xxv. regni domini Hludouici Imp. in monasterio Fulda, mense Augusto, tertio Calend. Septembris, coram his testibus † signum Fruohangeri & coniugis eius Hruadun, qui hanc traditionem fecerunt.

Isti

Isti sunt testes vestitionis, Wolfhelm, Elis, Eburhart, Albolt, Anno, Didol-, Marcuuin, Altgast, Berehart, Erlefrid, Freibraht, Irminbraht, Nerolf, Ratgast, Hartnagal, Adaltag, Adalrih, Thiotbraht, Geginhart, Folcger, Liuthart, Humbraht, Ate, Helidbraht, Marcuuart, Eggihart, Nanduuih, Reginhart, Heriman, Anno, Hruodicho, Vuarmūt, Hruoding, Frieso, Gundbold, Hreitger, Ettig, Fastman, Ecco, Fridubraht, Theothart, Albuuin, Hahmunt, Isanfrid.

Traditio bonorum in villulis Elidburg, Hettilebars & multis aliis.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi ego Theotrat & Euuih, & Witderpf diuino admoniti instinctu donamus atq; tradimus communibus manibus in elimosinam Asises ad S. Bonifacium, Christi martyrem, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hrabanus abbas multitudini pręest monachorū totum & integrum quod proprietatis habere visus fuit in pago Grapfelde, & in pago Gozfelde, & in villulis subter nominatis in Elidburg, aream vnam, & huobam vnam, & totius siluæ ad ipsam marcam pertinentis partem vnam, id est, quartæ partis tertiam partem, & in hettilebaro marcu vnam aream, & huobas duas, & in helidingero marcu areas duas, & siluæ similiter quartæ partis tertiam partem & in vndrungeuueno marcu illius siluæ quartæ partis tertiam partem, & in Sezzilahano marcu areas duas, huobas quatuor & de silua quartæ partis tertiam partem & in vvalaburino marcu areas duas, & in gubrahtesstat aream vnā ad herigelteshusun, huobas tres, in eburiseshusun medietatē totius capturæ, in gimundinero marcu quartam partem illius capturæ, in vvangheim aream vnam, ad aseshusun totū quod ibi iuste, & legaliter possidebat, id est, terris, domibus ædificiisq; cæteris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarūue decursibus, mobilibus & immobilibus, mancipiis cum omni supellectili eorum, quorū nomina hæc sunt: vvolfgoz, & vxor eius cum filiis duobus, leidrat & vxor eius cum filiis tribus, liutger & vxor eius cum filiis quatuor, frumolt & vxor eius cum filiis duobus, hruodolf & vxor eius cum filiis duobus, huoggo vel huozgo & vxor eius cum filiis tribus, gelo & vxor eius cum filiis tribus, thiotolf & vxor eius cum filiis tribus, strago & vxor eius cum filio vno, framan, Huoz, maraholt, gerhart, liobniu, thancolf, erecas, ratgelt, sigiuuin, truogo, gisalfrid, vvillirat, franco, neosta, boues VIII. vaccæ, XVII. porci LXXVII. Ea scilicet ratione hæc omnia supra comprehensa tradimus, vt ego Theotrat, quam diu vixero in hac præsenti vita, per beneficium rectoris præfati monasterii illa possideam, & post obitum meū cum omni integritate & augmento idem ipse, & successores eius habeant, atque possideant, suisq; posteris perpetualiter possidenda relinquant. Facta hæc traditionis chartula in monasterio Fulda, anno XXV. regni domini hludouici gloriosissimi Regis Francorum, sexto nonas Octobris, subscriptis testibus † signum theotrata, euuiches, Witderbes, qui hanc chartā traditionis fieri rogauerunt † signum vuidarolti † theotbaldi † alauuitu † herimot † gebaroh † abraham † erluuin † liutbraht † reginhart † alter reginhart † meginfrid † zital † gisalmar † vvaltolf † vvalolf, regingoz.

pagus Grapfeld
pagus Gozfesd.
Elidburga villa.
Hettilebaro marcu.
Vndrungeuuono marca.
Sezzilahano marcu.
Vualaburina marca.
Gubrahtesstat.
Herigeltashusun.
Eburiseshusun.
Gimundenere marca.
Vuangheim.
Aseshusun.

Testes iterum vestitionis eiusdem traditionis, quam Theotrat & Euuich & Witderpf fecerunt, quam suscepit ab eis Heistolf presbyter, & monachus, & cum eo, Widarolt & Herimot, nuncii videlicet S. Bonifacii atq; Hrabani ahbatis, Thiotbald, Voto, Berengoz, Erluuin, Iring, Gundacar, Thrutbraht, Adalrih, Malolt, Reginhart, Otuuin, Meginfrid, Zital, Vualolf, Erlman, Meginolf, Otacar, Vuigbald, Gisalmar, Vualtolf, Herimuot, Marcuuart, Vualtger, Irmbraht, Ratbraht, Vuolfmunt.

Traditio bonorum in villa Stetihaha.

IN Dei nomine ego Vualtpraht pro remedio & salute animæ meę dono atq; trado ad S. Bonifacium, qui in monasterio Fulda precioso requiescit corpore, vbi Hrabanus abbas vir venerabilis vitæ multitudinē regit monachorum, traditumq; in perpetuum esse volo in pago Grapfeld, in villa quæ vocatur Stetihaha huobam

vham, ea scilicet ratione, vt ab hodierna die ac deinceps in dominium redeat rectorum monasterii S. Bonifacii, vt, quicquid inde facere eligant, firmissimam habeant potestatem, nullo contradicente. Facta est hæc traditionis chartula in monasterio Fulda, anno xxv. imperii Hludouici piissimi Regis Francorum, mense maio, die x v. eiusdem mensis coram his testibus, † signum Waltprahti, qui hanc traditionis chartulam fieri rogauit † signum Ratolfi comitis, † Hrabani filii eius † Hadageri † Hitti † Frumolti † Wolfungi. Gerolf presbyter scripsit.

Traditio bonorum in villa Vueitaha.

IN Dei nomine ego Vnlaz pro remedio animæ meæ & parentum meorum, trado ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda, vbi ipse preciosus martyr corpore requiescit, & venerabilis Hatto abbas præesse videtur, in villa, quæ nuncupatur Weitaha, in pago tullifeld totum & integrum, quod proprietatis habere visus sum, hoc est, areis, domibus, ædificiisque cæteris, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, ea scilicet ratione, vt à die præsente redeat in dominium S. Bonifacii & præfati abbatis, nec non & successorum eius, atque in perpetuum in illa potestate permaneat, nullo contradicente. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno tertio Hludouici Regis orientalium Francorum, mense Aprili, quarto nonas eiusdem mensis, † signum Vnlazi, qui hanc traditionem fecit, † signum Gebarohi † signum nebi † signum Wanolfi. Gerolfus indignus presbyter iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Machasbach.

IN Dei nomine ego Rocholf dono atq; trado in elimosinam meam ad monasterium S. Saluatoris, quod dicitur Fulda, vbi beatus Bonifacius Christi martyr sacro requiescit corpore, & vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini monachorũ pius præest pastor, hoc est, quod trado in pago Grapfelde, in villa machasbah, traditumque in perpetuum esse volo, id est, domibus, ædificiisq; cæteris, terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mãcipiis, quorum nomina hæc sunt: Frãco, Waltrat, Erpfuuar, Winimar, Erpfuuar, Hruodlind, ea scilicet ratione trado hæc, vt per vestrum beneficium, quã diu in hac præsenti vita vixero, illa possideam, post obitum vero meum vos & successores vestri, tenendi, habendi, fruendi, in elimosinam meam, & vtilitatem vestram, firmam & incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Facta est hęc chartula traditionis in monasterio Fulda, anno III. Hludouici Regis orientalium Francorum, mẽse Aprili, septimo idus eiusdem mensis, † signum Rocholfi, qui hanc traditionem fecit † signum Mattoni † Friduhelmi † signum Thiotrichi † Rihharti † signum Waningi, Gerolf. Indignus presbyter scripsit.

Traditio bonorum in villa Fridirihot.

EGo itaque in Dei nomine Erluuin trado ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini præest monachorũ, traditũq; in perpetuũ esse volo, ob remedium animæ Theotrata, quicquid illa proprietatis visa est habere in villa, quæ vocatur Fritirihot & in Wancaheimmero marcu, in pago Grapfeld, id est, areis, terris, domibus, ædificiisque cæteris, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus, ea videlicet ratione cuncta superius comprehensa trado ad prædictum martyrem, vt à die præsente Rectores præfati monasterii hæc omnia teneant, possideant, & quicquid exinde facere voluerint, liberam ac firmissimã in omnib. habeant potestatem. Facta est hæc traditionis chartula in monasterio Fulda, anno dominicæ incarnationis DCCCXLII. anno III. Hludouici Regis Orientalium Francorum, mense Nouembri, decimo quinto Calend. decembris, coram his testibus † signum Erluuini, qui hanc traditionis chartam fecit † thruanti † erolti † marcuuarti † albolti † nidgeri † lantfridi † vvomari † vvigrammi † eggiolti † heimotz † herimanni, † vvilligozi † nerbingi. Gerolfus indignus presbyter scripsit.

Villa Fritirihot. VVancaheimmera marca. pagus Grapfeld.

Traditio

Traditio bonorum & mancipiorum.

EGo in Dei nomine Haguno trado in elimosinam meã terram proprietatis meæ; ideſt, XL. iugera, & quatuor mãcipia, ad S. Bonifacium, cuius ſacratiſſimum corpus in monaſterio Fulda requieſcit, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudini monachorum præeſſe videtur, hoc eſt, inter Horobachorum marcũ & Lembirbachorum marcum in pago Grapfelde, mancipiorum nomina hæc ſunt.

Deſunt nomina.

Ea ſcilicet ratione, quæ ſupra memorata ſunt, trado, vt quam diu præſentialiter in hoc ſeculo viuam, per beneficium præfati abbatis vſufructuario illa poſſideam, poſtque obitum meum atq; de hac luce diſceſſum, ipſe atq; ſucceſſores eius firmam & incontradictam in omnibus obtineant poteſtatem. Facta eſt hæc traditionis chartula in monaſterio Fulda, anno dominicæ incarnationis DCCCXLII. anno tertio Hludouici Regis oriẽtalium Francorũ, menſe nouembri, decimoquinto Calend. Decembris, coram his teſtibus † ſignum hagunonis, qui hãc traditionem fecit † albuuini † grundprahti † vnchadi † vvergoni † hartuuigi † ſnaringi † berathariі † regingeri † hiltigeri † heririchi † nerbingi † vvilligozi. Gerolfus indignus presbyter ſcripſit.

Traditio bonorum & mancipiorum in vico Rodahuſun & in oſtheim.

IN nomine domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ego Appo & vxor mea nomine Fruohna tradimus ad S. Bonifacium martyrem Chriſti, qui in monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, vbi vir venerabilis Hatto abbas multitudinem monachorum regere videtur, in pago Grapfeld, & in vico Rodahuſun, & in oſtheim quicquid proprietatis habere viſi ſumus, in elimoſinam noſtram, & in omnibus finibus eius, in campis, ſiluis, pratis, aquis aquarumq; decurſibus, ædificiis & mancipiis, his nominibus nuncupatis, Gundhart & vxor eius Liutſuind, Horſtuuin, Waltrat, Adalgis, Willihilt, Bernfrid, Ratfrid, Hadubraht, Citburg, Thiotila, Suabpraht, Adalburg, Aſcheri, Lãtuuin, Hruadloug, Ruotfrit, Hamunt, ea videlicet ratione, vt quam diu vixerimus, totum illud per præſtariam ſupra dicti abbatis poſſideamus, poſt obitum vero noſtrum auctum & melioratum ad rectores memorati monaſterii reuertatur. Acta traditionis chartula ſexto Calendas Martii, anno XVI. regnante Hludouico glorioſiſſimo Rege Francorum, coram his teſtibus † ſignum Widarolti † Herimoti † ſignum Altprahti † Fridurati † ſignum Willibotem † Rekoni † ſignum Theotuuigi † Elli, † ſignum Suidgeri † Hungeri † ſignum Wigfridi † Lantfridi † ſignum Hruodgeri † Adalfridi † ſignum Albuuini † Nidharti † ſignum Suuarzalohi. Hermannus indignus diaconus iuſſus ſcripſit.

Traditio capturæ in Sundheimero marcu.

IN nomine Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ego Suuarzalah trado in elimoſinam meam ad S. Bonifacium martyrem Chriſti, qui in monaſterio, quod vocatur Fulda, ſacro requieſcit corpore, & vir venerabilis Hatto abbas multitudinem regit monachorũ, hoc eſt, quod trado vnam capturam in pago Grapfelde, & in marcu Sundheimeno, traditumq; in perpetuũ eſſe volo, ita vt à die præſente rectores præfati monaſterii, nulla contradicente perſona, tenendi, fruendi, poſſidendi, in omnibus habeant poteſtatem. Actum publice in monaſterio Fuldaha, coram his teſtibus † ſignum Mattoni † ſignum Thiothari † ſignum Hahchoni † ſignum Meginfridi † ſignum Thiotrichi † ſignum Rechoni † ſignum Aſalachi † ſignum Tenoni † ſignum Theotbrahti † ſignum Geralachi † ſignum Teneheili, † ſignum Gundhari, ſignum Hruodolti † ſignum Hruoduuini † ſignum Engilbaldi. Wolfleoz indignus diaconus ſcripſit.

Reſtitutio ablatæ ſylvæ.

ANo dominicę incarnationis DCCCL. factus eſt cõuentus in villa Lutaraha Mattone præſidẽte, in quo Hruodolt cõprehenſionẽ ſiluę, quã iniuſte cõprehendit

fricconi aduocato Hattonis abbatis reddidit in præsentia testium, quorum hæc sunt nomina: Matto fricco, seggi, altbraht, adalbraht, vvalaah, nēding, hruoding, emmo, tagabraht, gundheti, liobman.

Traditio bonorum in villa Vuolfmunteshus.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi ego Zazo trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi vir nobilis & laudabilis Theoto abbas multitudinem pie & iuste degentium regit monachorum, hoc est, in prouincia tullifeld, in * hoitino marcu, in villa, quæ dicitur vvolfmunteshus aream vnam & duas hobas, ea videlicet ratione, vt quam diu viuam, per beneficium memorati abbatis & successorum eius vsu fructuario possideam, post obitum vero meum in dominationem S. martyris & præfati abbatis & successorum eius redeat nulla contradicente persona. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Dom. DCCCLVII. regni vero domini Hludouici Regis XVII. quarto idus Aprilis, coram testibus in præsenti notatis † signum zazen, qui hanc traditionē fecit † herimuot † erlo † heimo † deno, † egino † hunger † elli † asito † albrih † adalrham † vvilliboto † liutolf † Nordloh † signum Meginharti diaconi, qui hæc iussus scripsit.

Hoitino (vel hocano vel hoctino.)

Traditio bonorum in villa Vurazahu.

EGo in Dei nomine Wigbot trado in elimosinam meam ad S. Bonifacium in pago Tullifeldum in villa Wrazahu iugerum vnum, ea ratione, vt à die præsente in potestatem redeat S. Bonifacii absque vllius cōtradictione. Facta traditio anno XIII. Regni Hludouici Imp. mense Augusto, II. non: eiusdem mensis, coram his testibus † signū Wigboti traditoris † Ioseph † Batto † Patger † Rihhart † iuzo † svvindhart, Adolf. Ego Ascrichus scripsi.

Cambium inter Adalbertum strenuissimum Comitem & Fuldensem Abbatem Huoggerum.

CONcambium Adalberti comitis strenuissimi & venerabilis Fuldensis Cœnobii abbatis huoggeri. Conuentione itaque inter se de concambio facta rogatu antedicti comitis, cum scientia & licētia glorioſi Francorum Regis Ludouuici iunioris, anno regni eius VII. Tradidit vero præfatus venerabilis abbas, quod in Stocheim habuit in dominium regis. Hanc traditionem accepit ipse comes & ipsius vasallus fricco eiusdem loci exactor. Comes autem Adalbertus quicquid in villa N. in regis potestate habuit in termino miliziacensis (vel milizicensis) totum ex integro tradidit ad sanctum Bonifacium. Hāc traditionem accepit Wolfmunt, aduocatus abbatis, albuuin monachus & N. vilicus & consederuut in dominiū sancti Bonifacii. Factæ sunt ergo hæ traditiones in * villa Adalberti comitis Ruotsuuinduhusen, IV. Cal. Maii, firma stipulatione, istis sub testib. heriman presbyter: Eggiwin presbyter, Otfrid, Fricco, Emicho, Sigiloh, Bodanolf, Gervvin, Elis, Ruart, Egilhart, Bebo Richeri, Ruotger, Druent, Ebur, Ridant, Ranuolt, Zazo, Wanno, Svvarzaloh, Otger, Regino, Gauuolf, Winigo, Herimot, Zazo, Rimis, Sigifrid, Matto, Gundbraht, Wicfrid, Drafdolf, Einrat, Ruoding, Ercan, Heri, Reginbraht, Liutfrid.

Non poterāt legi in manuscripto. Nos substituimus (villa)

Traditio bonorum in Dungdorf & Thietirih Chashusen.

NOuerit sagacitas omnium beneuola mente inuestigantium quomodo suanaburg cum consensu filiorum suorum loca iure hæreditario ad se in pago Grapfeld pertinentia, hoc est, in Dungdorph & in Thietirihcheshusun quicquid habere illic visa est in locis curtilibus, areis, ædificiis, campis, cultis & incultis, pratis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus atque immobi-

immobilibus,vel quicquid nominari potest in mancipiis seu aliis quibusque rebus tota integritate tradidit in manus virorum fidelium Reginboldi scilicet seu etiam Liumnandi,nec non & Walpberti & Engilhardi,ea ratione,vt post obitū suum ipsi traderent hoc ipsum prædium ad sanctum Bonifacum sine vllius contradictione personæ,quod & perfecerunt, præsidente Domino admodum reuerendo Stadamaro Abbate,cæteris venerabilibus viris coram adstantibus, Einhardo præposito, Geroldo decano, Stattone Archicapellano,Adalgario presbytero & monacho, Alpoldo presbytero & monacho, nec non & isti secūdi ordinis præsentes erant, Thiommar diaconus & monachus, Rihbraht subdiaconus & monachus, Vuertuum scolasticus, Werinheri,sco.Hatto scol. Agoz scol. Adalhart scol.† Isti sunt qui traditionem fecerunt & statim vestituram perpetrarunt,Reginbold, Vualpbraht,Liumnanth.

Testes, Meginbrid, Reginbold, Otuuin, Ruoduuin, Engilhart, Helmolt,Icho, Friduuin,Moginbold,Amalbraht,Adalhelm,Reginhart,Seolf,Vuernifrith,item Fruduuin,item Engilhart.

Concordia inter Episcopum Vuurzburgensem & Abbatem Fuldensem.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi notum sit omnibus Deo fidelibus,qualiter Vuolfgerus Episcopus & Ratgarius Fuldensis abbas cum suis clericis conuentum fecerint in loco,qui dicitur Rezzibach, sub die VI Cal. Aprilis,anno II. Domini Ludouuici glorioſissimi Imperatoris,vt pristinam discordiam, quæ suadente inimico membrisq; eius inter eos versabatur,ad veram concordiam & ad felicem caritatem conuerterent,quod ita Deo propitio & fecerunt. Dedit igitur Vuolfgerus Episcopus cum consilio fratrum suorum supra scripto Abbati,sicut ei visum fuerat, decimationem suam, & sicut ipse abbas cum fratribus suis ab eo postulauerat, in primis ad Ecclesiam,quę est constructa in villa vocata Mechitamunil,ipsam villam & alias duas, quarum vocabula sunt Ruohheim & Vargesauwa, ad Erlabach eandem villam vbi Ecclesia ordinata est, ad Monasterium quod vocatur Holzkyricha villas v. cum ipso monasterio & hæc nomina earum, Nunishus. Nuiwenbronno, Halabingestat,Gundichenhuus,& Malbdrudeheim, ipsius serui abbatis. Similiter ad Stetin ipsius serui in villa,quæ dicitur Nunerihehestat,quod constat ex suis propriis aratris,exceptis seruorum suorum. Simili modo in villa vocata Rootmulti ad Bunahu,vbi Ecclesia ædificata est.Similiter ad Tulbu, vbi illa noua Ecclesia ordinata est. Ad monasterium,quod dicitur Ratesthorf,cum ipso monasterio VII. villas &hæc vocabula earum duæ Tastaha, Tresfeld, Gruzzilabach, Gerismari, Berseo, vel Bersco, in octaua villa, quæ vocatur Soresdorph, ipsius abbatis serui. Ad cellā quæ vocatur Hunifeld, cum eadē cella V I. villas & hæc vocabula earum,Rosbach, Tria Hasalaha,Huniohan. Ad Sundheim,vbi Ecclesia constituta est. Ad Fledinui, sui serui.Similiter ad Boinzihiu ipsius serui, Luttera, Armabrunno, Brettembach. Ad Rore ipsius serui Thietricheshuus, Friheſenhuus, Hemmingeshuus, Treisbach,& hoc decreuerunt inter se, vt nullus clericus vel laicus supra scripti Episcopi vel abbatis temerario ausu præsumpsisset supra scriptos terminos transgredi vel violare & contaminare eorum concordiam caritate confirmatam,quia nullus tam odibilis est Deo,scriptura testāte quam,qui seminat inter fratres discordiam. Insuper & inuicem statuerunt vt aduocati eorum in publico placito inter se contentionem non haberent sed inter se cum beniuolentibus hominibus reconciliarent de qualicunq; caussa esset exortum.

Traditio mancipiorum.

EGo in Dei nomine Vodilrichus dono atque trado in elimosinam sororis meæ Attum,ad monasterium Sancti Saluatoris,quod dicitur Fulda,vbi sanctus mar-

tyr Bonifacius corpore præclaro requieſcit & vir venerabilis Ratgarius abbas præeſſe monachorum pius paſtor videtur, hoc eſt, quod trado, tantum mancipia & hæc nomina illorum, Gerfrit, Willihilt, Muothelm, Leobgart, Helubrant, Engildrut, Albwin, Hruodhilt, Bangarat, Leobhilt, Hiltirun, Wolfheri, Gerlaug, Eburwin, Hiltiſuuind, Wanburg, Hiltiburg, Gundhram, Suabolf, Macho, Theotolf, Theoting, Thrudmund, Heriſwind, Rathilt, Wihdiu, Hruadfrid, Reginolf, Dancharat, Theotlind, Boti: ea vero ratione, vt per veſtram præſtariam illa ad vitam meam poſſideam: poſt obitum Deo volente meum vos vel veſtri ſecutores illa meliorata atq; multiplicata habendi, fruendi habeatis nullo contradicente poteſtatem. Acta charta traditionis in monaſterio Fulda, Anno IV. regni domini Hluduuichi glorioſiſſimi Regis Francorum, † ſignum Ezzilo † ſignum Vuihing † ſignum Vualtgoz † ſignum Merboto † ſignum Amalrih † ſignum Freholf † ſignum Marcolt † ſignum Altroh † ſignum Arnwis † ſignum Gebo † ſignum Liuuiho † ſignum Vuerdant † ſignum Adalhōh † ſignum Hitto † ſignū Gerbraht † ſignum Erchanbraht † ſignum Hunrih.

Traditio bonorum in villa Elisba Rubenhus & Clingiſon.

VNuſquiſq; hominum, dum in hac peregrinatione degit, prēuidere debet, quomodo per bona opera & ſtudia, elimoſinarumq; largitatem peccatorum ſuorum veniam à Deo accipere mereatur & regnum cœleſte, quod primus parens per inobedientiam perdidit, obediendo, crucem Chriſti portando, ſuaque omnia relinquendo acquirere poſſit: idcirco ego Albrih & Siguuart, hoc pertractantes tradimus in elimoſinam noſtram noſtrorumque parentum Deo & S. Bonif. martyri eius, qui in monaſterio Fulda ſacro quieſcit corpore, vbi vir nobilis, laudabilis & largus Thioto abbas cœnobio Fuldenſium monachorum rectiſſima norma piæ vitæ antecedit, quicquid proprietatis habemus in regione Grapfeldorum, in finibus, Vueſthomono, in villa, quæ dicitur Elisba, id eſt, in campo & ſilua, & omnibus rebus iure ad nos pertinentibus. Inſuper etiam ego Siguuuart trado in prouincia Tullifeldono in eadem marca, in villa, quæ vocatur Rubenhus vnam aream dimidiam, & in captura, quæ dicitur Clingiſon, de inculta terra hobam vnam. Ea itaque conditione, vt à die præſente in poteſtatem S. Bonifacii martyris, & prædicti abbatis integre cedat. Facta eſt hæc traditio in monaſterio Fulda, menſe Decembri, idibus eiuſdem: coram teſtibus coram ſcriptis, ſignum Alberihes & Siguuuart, qui hanc traditionem fecerunt, ſignum Vuicfrides & Mildeo presbyteri, Adalfrid diaconus, Egirih diaconus, Meginbald presbyter, Catan ſubdiaconus, Bernolt ſubdiaconus.

Traditio bonorum in villa Iuchiſa.

QVicunq; hominum pro amico ſuo aliquid ſpoponderit, & in ſuam fidem acceperit in quacunq; ſit re, iuſtum & congruum reor fore hoc perficiendo explere, ſi apud homines infamiam & coram Deo vult periculum declinare, quam ergo infamiā apud homines & hoc periculū coram ſummo Deo ego Chriſtan cupiens deuitare trado Deo & S. Bonifacio martyri eius, qui in monaſterio ſuper ripā fluminis, quod dicitur Fulda, fundato precioſo corpore quieſcit, vbi venerabilis Theoto abbas multitudini Fuldenſium monachorum, pie ibi Domino noſtro Ieſu Chriſto militantium rectiſſima norma ſpiritalis vitæ præeſt, de illa etiam hæreditate, quam Vuaho meæ fidei tradendo commendauit, vt duorum electionem habere potuiſſem, vt aut inde loca ſanctorum honorē ſeu etiam id propria pecunia redimerem, hoc eſt, quod trado in prouincia Grapfeldorum, in villa quc Iuchiſa vocatur, & in terminis eius quicquid ibi de proprio iure in ius & dominationem meam tradidit, in domibus, ædificiis, areis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici vel nominari poteſt, ea videlicet ratione, vt à die præſente in ius & dominationem Sancti martyris Bonifacii & memo-

memorati abbatis vel successorũ eius perpetualiter pertineat. Facta est hæc traditio publice in villa Iuchisa, anno ab incarnatione domini DCCCLVII. regni vero domini Hludouici gloriosissimi regis orientaliũ Francorũ XVIII. mẽse Iunio, quinto calendas Iulii, coram testibus istis, signum Christani comitis, qui hanc traditionem perpetrauit † signum thiotonis abbatis † hesses comitis † burgharti comitis, † otuuini † friconis † adalolti † vvargasti † heimen † vvahes † altmarestre † reginẽ † & nidhartes † otrahmmes † thiotoltes † altprahtes † egoltes † albriches † mattẽ † eben † vvaltmannes † ruodhelmes † folrates † vvaltprahtes † erlẽ † regges † hagunen, signum meginharti presbyteri, qui hanc chartam iussus scripsit.

Traditio bonorum & mancipiorum in VVestheim & eius finibus.

IN nomine S. & individuæ Trinitatis ego Altmunt trado in elimosinam Einharti quicquid mihi manu potestatiua commendauit & tradidit Deo & S. Bonifacio, qui in monasterio Fulda sacro corpore sancte & venerãdè quiescit, vbi vir venerabilis Theoto abbas sanctissimis & honestissimis monachis præesse dinoscitur, hoc est, in prouincia tullifelde, in villa vvestheim, & in finibus eiusdẽ villę aream vnã & de culta terra X. agros & mancipia, quorũ quædam mea, quædam vero meorũ propinquorum, & mea communia, quorum hæc sunt nomina, otgis, otger, libolf, villifrid, theotburg, cum omni eorum suppellectili quantum ad me pertinent: Ea videlicet conditione, vt à die præsente in ius & dominationem pertineant nulla contradicente persona. Actum publice in monasterro Fulda, anno ab incarnatione Domini DCCCLVIII. mense Iunio, XVII. die eiusdem mensis, anno regni Domini piissimi regis Hludouuici XVIII. coram testibus istis, signum almuntes, qui hanc traditionem rogatus perfecit, † ephen † herileibes † Eccen † siguuuartes † vvarmũtes † hordes † herimuotes † zazen † hruodoltes † siggen † nebes † vvigfrides, signum meginharti presbyteri, qui hanc chartam iussus scripsit.

Traditiones duæ.

VVerinbraht tradidit tria iugera terræ arabilis in Vntargevveno marcu ad S. Bonifacium.

Sigivvin & mater eius, N. communibus manibus tradiderunt duo iugera in eadẽ marca, cuius rei testes sunt Gundakar, Nebi, Eberis, Meginfrid, Hadafrid, Hartvvin Wigfrid, Arnolf. Ercanbot.

Traditio bonorum & mancipiorum in starefriedeshusen.

EGo in Dei nomine Brienicho & coniux mea Werinburg communi tradimus manu ad S. Bonifacium, martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Theoto abbas multitudini monachorum pius pastor præesse dinoscitur, h.e. quod tradimus quicquid in herphethorfono marcu, & in starcfrideshusen proprietatis habemus, in mancipiis, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus, & hæc sunt nomina mancipiorum, ellinhart, altbraht, brunhart, otger, rihuuin, marcolf, riheholt, rihhart, albolt, otfrid, ratfrid, berahthelm, ottuuih, leobuuiz, hugisuuint, sindrah, reginsuind, adelsuind, ercanloug, attuuih, adaluuiz & filius eiꝰ, ea videlicet ratione, vt quam diu viuimus, per beneficium supra dicti abbatis vsu fructuario possideamus: Post obitum quoque amborum nostrum supra dicta cuncta redeant in potestatem S. Bonifacii absque vllius contradictione. Facta est hæc traditio anno XXIII. domini Hludouici orientaliũ Francorum Regis, mẽse Septembri, sexto die eiusdem mensis. Isti sunt testes, engilmar, gerhoh, eggi, oftrolt, geboroh, remuing, vvan, adodram, gotaram, folcram, vvigfrid, hiltiboto, gertag, vvolsbraht, gerhart, offo, folebraht, altbraht, vverinmunt, meginrat.

Traditio bonorum in Marcheresbusen.

EGo in Dei nomine Gerrih trado Deo & S. Bonifacio martyri eius, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum, hoc est, in pago Grapfeld, in villa Marchereshusun & in terminis eius, quicquid proprietatis visus sum habere, ea videlicet ratione, vt à die præsente in potestate & dominatione memorati S. Martyris & præfati abbatis vel successorum eius sine vllius personæ contradictione consistat. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda, Anno ab incarnatione Domini DCCCLXIII. regni vero domini Ludouici piissimi Regis orientalium Francorum XXIII. mense Maio, XVI. die eiusdē mensis, indictione XI V. coram testibus istis, signum Gerrichhes, qui hanc traditionem fecit, † Waldman † Reginger † Gerhoh † Vodalger Baldman † Waldman † Othold, Crel Othok † Egizo † Thiotrih † Rihheri † Albwart † Albolt † Ruoding † Ratbald † Ruoding † Adalbald † Albhart † Gozbreht, † Eburheri.

Traditio capturæ in Steinah.

IN nomine Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, ego Vnwan, & Billung, vna cum Baldunge, tradimus ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinē regit monachorum, hoc est, in regione Grapfelde, in finibus Weterungono & Rugiheimono, in captura, quæ dicitur Steinaha, quicquid nobis Rihhilt iure hæreditario dereliquit, ea videlicet ratione, vt à die præsente in dominio & potestate S. Bonif. martris & præfati abbatis, vel successorum eius consistat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, Anno ab incarnatione domini DCCCLXIII. regni vero Dn. Ludouici piissimi Regis XXIII. mense Iunio, XV. die eiusdem mensis, corā testibus istis, signum Vnwanes, Billunges, & Baldunges, qui hanc traditionē fecerūt † Thiotrih † Hunger † Eburhart † Hruoding † Othart † Altget † Harit.

Traditio capturæ in Thiodorf.

EGo in Dei nomine Swarzaloh trado ad S. Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum, hoc quod trado in prouincia Grapfelde, in finibus Thiodorfono medietatem vnius capturæ, quę ad me iure pertinere videtur, ea scilicet ratione, vt à die præsente ad prædictum martyrem & præfatum abbatē, vel successores eius integrè cedat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, mense Maii die XV eiusdem mensis, coram testibus istis, signum Swarzlohes, qui hanc traditionem fecit, † Sundarolti presbyteri, signum Hartrati presbyteri † Meginharti presbyteri † Gozmar † Reginbrahtes monachi † Emichen Scholastici † Gerbrahr Scolastici, Sigibraht Scholastici, Helmpraht Scholastici.

Traditio bonorum in Hohheym.

EGo in Dei nomine Altcarl trado ad S. Bonifacium martyrē Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi venerabilis Thioto abbas multitudinē regit monachorū, hoc est, quod trado in prouincia Grapfelde, in finibus, Hohheimono, in eadem villa Hoheim, quicquid proprietatis visus sum habere in aeris, agris, pratis, aquis aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus & mancipiis, quorū hæc sunt nomina, Welung, Willibirg, Meginhart, Baldolf, Otheri, cū omni eorum supellectili, ea videlicet ratione, vt à die præsente ad prædictum martyrem & memoratū abbatem vel successores eius, cum omni integritate reuertatur. Acta est hęc traditio in villa, quę dicitur Kizzicha, anno ab incarnatione domini DCCCLXIV. regni vero domini Ludouici piissimi Regis orientalium Francorum, coram testibus istis, signū Altcarli, qui hanc traditionem fecit, nomina testium, Othelm, Frohing, Eburhart, Bern, Bernheim, Erkenger, Heristalt, Gisalram, Gozheri, Ruoding, Ratfrid, Haholt, Æbœno, Hraban, Huohhing, Hadumar.

Hochheym.

Altcarl.

Traditio

Traditio bonorum in Hishereshusen, Herolfesste-ti & Adolfesleibi.

IN nomine Sanctę & indiuiduæ Trinitatis ego Nordman trado DEO & Sancto Bonifacio martyri eius, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudini monachorum præesse videtur, hoc est, quod trado in prouincia Grapfeldono, in villa Hishereshusun, Herolfesfteti, & Adolfesleiba in finibus earundem villarum, quicquid mihi quondam dominus meus Hessi comes manu potestatiua meæ fidei tradendo commendauit ad tradendum *Hessi Comes.* S. martyri, id est, quicquid proprietatis in prædictis locis habuit atq; possedit, totum & integrum quicquid nominari potest, in areis, ędificiis, campis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumq; decursibus & mancipiis, quorum hæc sunt nomina: Nandwig, & vxor eius, Iring & vxor eius cum filiis duobus. Heimo & vxor eius cum filio, Wolfwin, & vxor eius, Wagolf & vxor eius cum duobus filiis, Wielant & filius eius, Werinleih, & vxor eius cum duobus filiis, Warolf & vxor eius cũ filia, Wolfrat & vxor eius cum IIII. filiis, Sintbraht & vxor eius, Adalmunt & vxor eius, Vualtger, Hrohing, Heidanrih, Sigiuwin, Irmina, Marethrud cum filiis duobus, Thiotlind cum filiis tribus, Skierhilt cum filiis tribus, Gotahelm & vxor eius, Otniwi cum filiis duobus, Frohilt, Frenekin, Hadumar, cum omni eorum sumptu & supellectili. Ea videlicet ratione, vt omnia, quæ supra scripta sunt à tempore præsenti ad prædictum martyrem & memoratum abbatem & successores eius omni integritate reuertantur. Acta est hęc traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione Domini DCCCLXVI. regni vero domini Ludouici piissimi regis orientalium Frãcorum XXVI. mense Februario quinto Calend. Martii coram testibus, signum Nordmanni, qui hanc traditionem fecit, signum Burgharti comitis, † Christan, † Bernger, † Ercanbald, † Sigibraht, † Egilwart, † Cunibraht, † Ruadmunt, † Nãdnheri, † Sibicho, † Ercanbraht, † Haholt, † Vuinfrid, † Adolt †, Sigifrid, † Vuerinfrid, † Adalo. Isti sunt qui vestitionem viderunt & audierunt, † Lantheri, † Vuargast, † Vuigbalol, † Hahgrim, † Hatto, † Thiotger, † Vualto, † Heimolf, † Gozhelm, † Hemming, † Hemmot, † Gerbraht, † Mahtger, † Ernicho, † Haholt de Hishereshusen, testes vestitionis Vuartgast, Hahgrim, Voch, † Ercanbrot, † Eburolf, † Burgolf, † Hemininet, Brunger, Iungman, Frigueho, Meginbraht, Egimoigo, Baldrih, Albolt, Amalger, Albolf, Einhart, Rihheri, Gerfrid, Rabanolt, Madalrih, Riholf, Inkrih, Sigibraht, Norman, Folcrih, Folcger, Sandolf, Albrih, Thiotbraht. Testes de Adalolfesleibu, Richolt, Ruotger, Regino, Brũhart, Hahbraht, marcolt, Vuolgrim, Bernhelm, Engilbraht, Ratheri, signum Meginharti presbyteri, qui hanc chartam traditionis iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Iuchisa.

EGo in DEI nomine Reginbald trado in eleemosynam meam meorumq; propinquorum DEO & S. Bonifacio martyri eius, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum, hoc est, quod trado in prouincia Grapfelde, in villa Iuchisa & in terminis eius, quicquid proprietatis visus sum habere, in areis, campis, pratis, aquis, aquarumque decursibus. Ea videlicet ratione, vt à die præsente ad prædictum martyrem & memoratum abbatem successoresq; eius cum omni integritate pertineat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Domini DCCCLXII. mẽse Maio, secundo nonas eiusdem mensis, coram testibus istis, signum Reginbaldi, qui hanc traditionem fecit, † Adalolt, † Vuargast, † Vuolfhelm, † Helmgoz, † Ruodger, † Meginhart.

EGo in DEI nomine Rihbald & Engilger tradimus ad S. Bonifacium martyrem CHRISTI, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum, hoc est, quod tradimus in illa

Salagęuo. captura quæ dicitur Rotibah, quæ iacet in confinibus Grapfeldono, & † Salagęnō quicquid proprietatis visi sumus habere in areis, campis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumque decursibus totum & integrum. Ea scilicet ratione vt à die præsente ad prædictum martyrem & memoratum abbatem vel successores eius cum omni integritate consistat. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione domini DCCCLXIII. mense Septembri XIIII. die eiusdem mensis coram testibus istis, signum Rihbaldes & Engilgeres, qui hanc traditionem fecerunt, † Ellinger, † Haguno, † Liobger, † Nantgozt, † Suinderaht, † Vuago, Heriman, † Hahmunt, † Benno.

Traditio bonorum in Suuinfurt.

EGo in DEI nomine Reginhart trado pro fratribus meis Rihbaldo, videlicet, & N. ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Theoto abbas multitudini monachorū præest, hoc est, quod trado, in prouincia Grapfeld, in finibus Geltersheimono in villa Suuinuurt de terra culta atque arabili agros LIIII. Ea videlicet ratione, vt à die præsente ad prædictum martyrem & memoratum abbatem vel successores eius cum omni integritate pertineat. Facta est hæc traditio in prædicto monasterio, anno ab incarnatione Domini DCCCLXV. regni verò domini Ludouici regis Orientalium Francorū XXVI. mense Decemb. XX. die eiusdem mensis coram testibus istis, signum Reginhartes, qui hanc traditionē fecit, † Fridurih, Friduuuin, † Vuihdeo, Helidmunt, † Buobo, † Vuago, † Ruodger, signum Meginharti presbyteri, qui hæc scripsit.

Traditio bonorum in villa Kizzige.

EGo in DEI nomine Fridurih trado pro Folgero ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum. hoc est, quod trado in prouincia Salagoe, iu villa Kizziche, & in finibus eius XXXV. iugera, ea videlicet ratione, vt à die præsente ad supra dictum martyrem & memoratum abbatem vel successores eius sine vllius personæ contradictione integre cedat. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Domini DCCCLXVII. regni verò domini Ludouici regis XXVII. mense Ianuario tertio die eiusdem mensis coram testibus istis, signum Friduriches, qui hanc traditionem fecit, † Friduuuini, † Gerlah, † Vuago, † Helidmunt, † Buobo, † Ruodger, signum Meginbrahti presbyteri qui hæc scripsit.

Traditio bonorum in Rahingeshusen.

EGo in DEI nomine Hahing trado ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudinem regit monachorum, quicquid proprietatis visus sum habere in villa Rohingeshus, quæ sita est in *Sylua Bochonia.* syluа Bochonia, in areis, domibus, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq;, decursibus. Ea scilicet ratione, vt ego & vxor mea, quam diu viuam vsufructuariò possideam. Post obitum verò nostrum ad prædictum martyrem & memoratum abbatem vel successores eius reuertatur. Facta est hæc traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione Domini DCCCLXVI. mēse Octob. XXIII. die eiusdem mensis, coram testibus istis: signum Hahinges, qui hanc traditionem fecit, † Engilmar, † Galaman, † Sigibraht, † Hinimi, † Helmrih, † Gerhart, † Aserih, † Hiltiboto, † Gerhoh, † Vuerim, † Cadolt, † Beredtmar, † Arnrih, † Ortolt, † Amanolt, † Hahbraht, † Engilger, † Remuing.

Traditio bonorum in captura Aten.

EGo in Dei nomine Mennisgo & Adalhart cogitantes pro remedio & salute animæ nostræ, quomodo in hac perigrinatione acquirere possimus, vt hæreditatē perpe-

perpetuam quam dominus sibi seruientibus per Apostolum suum promisit dicens, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit DEVS his qui diligunt eum: & iterum ipse dicit, date eleemosynam, & ecce omnia munda fiunt vobis.

Idcirco tradimus ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi venerabilis Thioto abbas multitudini Monachorum præesse videtur, hoc est, quod tradimus in prouincia Grapfeld, in captura, quæ quondam dicitur Aten fuisse, & sita est in finibus Sundhemono, quicquid ibi proprietatis visi sumus habere in campis & syluis, omnibusque legitimè adiacentibus. Ea scilicet ratione, vt à die præsente ad prædictum martyrem & memoratum abbatem vel successores eius, sine vllius personæ contradictione integrè pertineat. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Domini DCCCLXVII. regni verò Domini Ludouici regis orientalium Francorum XXVII. mense Maio, XX. die eiusdem mensis coram testibus istis, signum Mennisshen & Adalhartes, qui hanc traditionem fecerunt; † Bernecar, † Sigwart, † Thiotpraht, Brunger.

Traditio bonorum in Sundheym.

IN nomine Domini nostri IESV CHRISTI ego Folebraht trado DEO & Sancto Bonifacio martyri eius in eleemosynam meam meorumque propinquorum maximèque pro salute Domini mei Theotonis quicquid in Tullifeld, in finibus Sundheimo proprietatis visus sum habere in areis, campis & syluis. Ea videlicet conditione vt à die præsente ad seruitium prædicti martyris integrè pertineat. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda anno ab incarnatione, domini DCCCLXVI. mense Iulio, XV. die eiusdem mensis, coram testibus istis, signum Folebrahtes, qui hanc traditionem fecit; † Hattrohes, † Ruoduinges, † Hungeres, † Orthartes, † Brunger, † Abrih, † Vuago.

Traditio bonorum in villa Aschaha.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis ego Betilo cogitans pro remedio & salute animæ meæ trado in eleemosynam meam ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerandus Thioto abbas & Magister monachorum esse dignoscitur, hoc est, quod trado in prouincia Grapfelde, in finibus, Vuebarungono, in villa namque quæ dicitur Aschaha L XXX. agros propriæ hæreditatis. Ea verò ratione, vt à die præsente ad præscriptum martyrem & prædictum abbatem vel successores eius integrè cedat. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Domini, DCCCLXVII. regni verò Ludouici piissimi regis, XXVII. mense Maio, XX. die eiusdem mensis, coram testibus istis, signum Betilen, qui hanc traditionem fecit; † Siginandes, † Lantprat, † Gundicho, † Vuagbrant, † Thiotman, † Meginhart presbyter scripsit.

Traditio partis capturæ in Rotmulti.

IN nomine Sanctę & individuæ Trinitatis ego Adaloit, cogitans pro remedio & salute animæ meæ trado in eleemosynam meam ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi venerandus Thiolo abbas multitudini monachorum ibidem DEO famulantium rectissima norma regularis disciplinæ præesse videtur, hoc est, quod trado in prouincia Grapfelde in finibus villæ, quę vocatur Rotmulti, vnius capturæ partem iacentem inter mõtes, qui à quibusdam Similes, à quibusdam verò Steinburg & Bernberg vocantur, illam scilicet partem, quæ iuste & legaliter ad me pertinere videbatur. Ea scili-

cet ratione, vt à die præsente ad prædictum martyrem & memoratum abbatem vel successores eius sine vllius personæ contradictione pertineat. Acta est hæc traditio in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Domini DCCCLXVII. regni vero domini Ludouici piissimi Regis orientalium Francorum XXVII. mense Iulio, decimo Calend. Augusti, coram testibus istis, signum Adololti, qui hanc traditionem fecit, signum Wargasti, † Thiodolti, † Ruodin, † Ruotger, † Hatto, † Arindio, † Otger, † Nilo, † Rihbraht, † Hahger, † Harit, † Menniſgo, † Adalbraht, † Vuilligoz, signum Meginharti, qui hæc iussus scripsit.

Traditio bonorum in villa Hoherot vel Vualtratæhus.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ego Cunihilt trado DEO & Sancto Bonifacio martyri eius, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas multitudini monachorum præesse videtur: Hoc est, quod trado in prouincia Grapfelde, in finibus Vuolfriheheshusano, in villa nuncupata Hohireod, quicquid mater mea Vualtrat manu potestatiua mihi tradidit, in areis, domibus ædificiis, campis, pratis, syluis, aquis, aquarumque decursibus, & omnibus legitimè adiacentiis & mancipiis ad eundem locum pertinentibus cum omni eorum elaboratu & supellectili. Ea scilicet ratione, vt à die præsente prædicto martyri & memorato abbati vel successoribus eius, fratribusque illic DEO famulantibus perpetualiter seruiat, nulla contradicente persona. Acta est hæc traditio in villa Hohireod, quę à quibusdam Vualtratehus dicitur, anno ab incarnatione Domini DCCCLXVII. regni verò domini Ludouici Regis orientalium Francorum XXVII. mense Augusto, tertio Calend. Septemb. coram testibus inferius scriptis, signum Cunihilta, quę hanc traditionem fecit, Eggihart, Vuargast, Adololt, Thiotolt, Suitbot, Erlo, Sigimar, Albrih, Ortleib, Erdberaht, Ruodbraht, Vuigfrid, Ratbraht, Albhart, Hadumar, Euuih, Tagolf, Egilolf, Vogo, Remming, Salaman, Fredant. Isti sunt testes qui viderunt & audierunt quod Cunihilt potestatiua manu Thiottonem abbatem vestiuit totius hæreditatis, quam in Hohreode possidebat, & hæc mancipia, in quibus vestiuit Ruodbraht & Ingilhilt filia eius.

ISTI sunt testes traditionis prioris quam Cunihilt ad Sanctum Bonifacium ad Waltratruhusun fecit, quam vestitionem aduocatus noster, & frater noster Thiotbraht possederunt: Signat Engilhelm presbyter, Eling presbyter, Eggihart Comes, Wargast, Adololt, Gerhohlud, Huomo Lanthrih, Landfrid, Thiotheri, Thiodolt, Altman, Huoži, Birnicho, Reginolt, Folcperaht, Hiltiwin, Engilhart, Albhart, Erbo, Hatto, Gauwolf, Thiotger, Gerhoh, Arndeo, Brunman, Heimbraht, Ortheri, Ortleib, Ruodolt, Hruotgast, Sigiloh, Thiothart, Adalhoh, Erhart, Frethant, Herimuot, Wahlahram, Hiltwin, Adalwart, Waltbraht, Burchart.

Traditio Capturæ in Westheymer marca.

EGO in DEI nomine Wargast trado ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi vir venerabilis Thioto abbas monachorum turbam non modicam regit. Hoc est, quod trado in prouincia Tullifelde, in Westheimono marcu in vnâ captura quicquid proprietatis habui, ea videlicet ratione, vt à die præsente ad Sanctum Bonifacium pertineat. Acta est hæc traditionis charta in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Domini nostri IESU CHRISTI, DCCCLXVIII. mense Augusto, octauo Idus Septemb. coram istis testibus, signum Wargasti, qui hanc traditionem fecit, † Albrih, † Sunedarolt, † Adalfrid.

Traditio bonorum in villa Waldbarig.

NOTUM sit omnibus fidelibus nostris, quod nos quatuor germani Recco, videl. Werinfrid, Haholt & Huomo ęquo animo pariq; cõsilio manu cõmuni tradimus

mus tibi Ruotgere in fidei tuæ manum quicquid proprietatis visi sumus habere in pago Grapfelde, in villa, quæ dicitur Waldbarigi, (Waldberingen) ita vt si Adalfridum germanum nostrum superuixeris, ante trigesimum diem obitus sui prædictum locum ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI tradas in eleemosynam nostram nostrorumque propinquorum tàm viuentium quàm & defunctorum, ea videlicet ratione, vt ab eo die ratum & stabile permaneat ad priuatum seruitium prædicti martyris & fratrum illic DEO seruientium, & vt nullius clerici aut Laici, vel alicuius personæ beneficium vnquam fiat, & si vnquam factum sit, nos iure hæreditario accipiamus prædictum locum, vel successores nostri accipiant.

Acta est hæc traditio in prædicta villa, anno ab incarnatione Dom. DCCLXIX. regni verò domini Ludouici regis XXIX. mense Martio coram testibus istis, Seggi, Elli, Erlo, Vodilbraht, Gotahelm, Ratwin, Waltheri, Altuom, Eberco, Altmunt, Reccheo, Emmo, Werin, Erphune, Werin, Eggirih, Thiotbraht, Eppho, Sigimun, Erbo, Roman, Burghart, Engilhart.

Traditio bonorum in Reodon & Grimesrod.

EGO in DEI nomine Adalhun trado ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi Thioto abbas, pius monachus præesse videtur, hoc est, in duobus locis, Reodon videlicet & Grimesrodè LX. agros. Ea videlicet ratione vt ad vitam meam possideam. Post obitum verò meum ad prædictum martyrem & præfatum abbatem vel successores eius cum omni integritate reuertantur. Actum publicè in monasterio Fulda, anno ab incarnatione Domini DCCCLXVIII. regni verò domini Ludouici piissimi regis XXVII. mense Aprili XII. Calend. Maii coram testibus istis, signum Adalhunes, qui hanc traditionem fecit.

Traditio bonorum in Munrichesstadt.

EGO in DEI nomine Erlwin trado ad Sanctum Bonifacium, qui in monasterio Fuldensi sacro quiescit corpore, vbi vir venerabilis abbas Sigihart monachis præesse videtur, traditumque in perpetuum esse volo in eleemosynam meam & vxoris meæ quicquid proprietatis habeo in villa quæ dicitur Munrichesstat, hoc est, areas duas, & mansas duas, Molendinum vnum cum cæteris adiacentiis, syluis, pratis, pascuis, aquis: ea ratione vt quam diu vixero, & vxor mea, totum illud per præstariam supradicti abbatis possideamus, singulisque annis detur mihi vestimentum lineum vnum, post duos annos laneum, post annos III. pallium: Sicque post obitum nostri auctum & melioratum, ad Rectores monasterii memoratæ res reuertantur. Acta traditio anno XXXVI. regnante Ludouico glorioſissimo rege orientalium Francorum coram his testibus, signum Erlwini traditoris, † Sigiharti abbatis, † Engilheri presbyteri, † Haichoni presbyteri, † Willoni presbyteri, Ratolfi presbyteri, † Adalfridi presbyteri, † Geroh, † Wignanel, † Sandrat, † Reginhart, † Amalung, † Adalfrid. Heinrich indignus subdiaconus scripsit.

Traditio iurium & bonorum in multis villis Comitatus Kristani.

SI facultates nostras propter amorem DEI & remissionem peccatorum ad loca sanctorum beneuola mente deferimus, procul dubio in æterna beatitudine remunerationem accipere credimus. Idcirco ego Cunihilt sana mente, salubriq; cõsilio cogitans pro remedio animæ meæ & parentum meorum dono atq; trado ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore. Vbi vir venerabilis Sigihart abbas multitudini monachorum pius pastor

Sequitur paulo post eadem traditio.

præesse dignoscitur, traditumq; in perpetuum esse volo, quicquid proprietatis habere visa sum in pago Grapfelde in comitatu Kristani Comitis, in villis, videlicet, & terminis earum his nominibus nuncupatis, Grinstat, Suallunga, Smalacalta, Wasunga, Kazaha, Heripha, Gerratehus, Waltratehus, Hibinstat, Sala, Helidunga, Gliimuoteshusum, Tanbah, Botoluestat, Gisanheim, Christan Comes illius loci iussor, cum mansis & mancipiis, nomina eorum hæc sunt, Albung & vxor eius Hadagast, & filii eorum, Albrat, Waltrat, Herifrid, Ellinswind, Ata, Lantswind, Werinheri, Benno & vxor eius Rihchilt, & filii eorum, Thiotgelt, Egillind, Albwin, Berhart & filii eius Ruodolt, Haholt, Berhart, Heribrant, Ratolt, Serot & vxor eius Brunhilt, & filii eorum Thiotman, Ludimunt, Guilliger, & vxor eius Wielswind, & filii eorum Wiliger, Reginfrid, Francrih, & vxor eius Willibug, & filii eorũ Engilger, Albun, Reginswind, Engilger & vxor eius Alblind & filii eorum Hahger, Hiltiburg, Meginswind, Ruodger & sorores eius, Heriwih, Hiltun, Thuotburg, Engila, Seliuuib, & filii eius Thiotger, Thiothed, Irminswind, Megingoz, Gernand & vxor eius Helida, & filii eorum Sindgoz, Gernand, Rata, Nendilo, Hiltibirg, Adalbraht, Fridaburg, Adalhart, Adalbraht, Adalo, Liutger, Bilihilt & filii eius Gerolf, Adala, Reginheri, Baugolf, Ashilt, Gozmunt, Werindrud, Wolualt, Mahtsuuind, Hitta, Totta, Werindrud, Gozmunz, Liobuuiz, Adaluuiz, Lintuuar, Adaluuiz, Wihmuot, Etta, Foleolt, Lioman. Ea tamen ratione, vt quam diu ego vixero ad vsus humanos, tàm istam traditionem, quàm etiam beneficium à rectoribus monasterii Sancti Bonifacii mihi præstitum possideam. Post obitum vero meum cuncta aucta atque meliorata ad prædictum martyrem CHRISTI, & ad Rectores eiusdem monasterii reuertantur. Præterea rogo atq; obsecro, vt traditio hæc, quam ego DEO & Sancto Bonifacio tradidi post discessum meum de hoc seculo intemerata permaneat, ita vt nulli hominum in beneficium præstetur, sed ad generales vsus fratrum in eodem loco sub regula & abbate diu noctuque militantium perpetualiter deseruiat. Huoggi presbyter & monachus scripsit.

Facta est hæc traditionis chartula anno dominicæ incarnationis DCCCLXXIV, Indictione VII. regni autem Ludouici glorioſissimi regis anno XXXIIII. coram his testibus, signum Kristani Comitis, Ruodger, Vualdman, Vuerinfrid, Haholt, Maraholt, Albril, Erlebraht, Galaman, Ruodolt, Helphirih, Ruotger, Truogo, Geberoh, Zazo, Herimuot, Gerolt, Ostrolf, Vualdman, Meginolf, Baldrih, Vuarto, Milo, Arndio, Orger, Etih, Otmar, Hiltwin, Haicho, Orleib, Goteram, Thiotbraht, Embrico, Engilbraht, Seggi, Bern, Erluuin, Vuenibraht.

Traditio bonorum & mancipiorum in villa Hostheim.

IN nomine Domini nostri IESU CHRISTI, ego Elli, Ermanolt, & Bald tradimus potestatiua manu ad monasterium Fuldam, vbi egregius martyr CHRISTI Bonifacius sacro corpore requiescit, & vir honorabilis Sigihart abbas turbæ monachorum pius probatur præesse pastor, quicquid vobis Haholt tradidit in suam eleemosynam & parentum suorum ad supra dictum martyrem tradendum, id est, in villa quæ vocatur Hostheim in pago Grapfelde, in comitatu Kristani Comitis, quicquid ibi iure hæreditario proprietatis moderno tempore habuit in terris cultis & incultis, domibus, ædificiis, campis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumq; decursibus, pecoribus (id est oues XL. Aucæ XVIII. puluilli II. capones II.) mobilibus & immobilibus, & ea cuncta, quæ in præfato loco proprio elaboratu & in his terminis possedit, & XXVI. mancipia, quorum nomina inferius sunt scripta, Helmtag & filii eius duo, Liutran, Vualdhart, Albger & vxor eius Burguuih, & filius eius Vualtheri, Albrih, Libbraht, Reginheri & vxor eius Liobhilt & filii eius duo, Ruodwin, Stareman, Cunisuuind, quæ habet filios quatuor, Berehtgis, Thrasamuat & vxor eius Vuillirat, quæ habet vnum filium, Reginlind cum omni supellectili eorum & & sumptu. Ea videlicet ratione, vt à die præsente præfatus abbas, eiusque successores firmam & incontradictam in omnibus habeant potestatem, ac deinceps suis poste-

ris

his ad possidendum perpetuo relinquant. Acta est hæc chartula traditionis in monasterio Fulda, anno dominicæ incarnationis DCCCLXXVI. indictione IX. anno †XXXV. Hludouici Imperatoris, mense Februario, die XIIII. mensis eiusdem his testibus subscriptis, Elli, Ermanolt, Bald, Amalheri presbyter, Meginbraht presbyter, Albrih, Zazo, Adalolt, Marahbald, Seggi, Folcram, Reginhart, Albwin, Wahho, Selomuot, Vogo, Muoto. XXXVI.

Traditio bonorum in Waldberingen.

NON incognitum fieri omnibus fidelibus nostris desideramus, quod nos quatuor germani, Recco videlicet, Duerinfrid, Haholt, & Huomo, æquo animo, parique consilio communi manu tradimus tibi Ruotgere in fidei tuæ manũ, quicquid proprietatis visi sumus habere in pago Grapfelde, in villa quæ dicitur Waldbaringi, vt ad monasterium Sancti Saluatoris, in quo egregius martyr CHRISTI Bonifacius sacro pausat corpore, in eleemosynam nostram, nostrorumque propinquorum, quàm viuentium, quàm defunctorum tradas, vbi eximius vir Sigihart abbas, multorum gregem monachorum, pius pastor sub norma regularis vitæ regendo præesse videtur, tam terris, quam syluis, pratis, pascuis, ædificiis, sepibus, aquis, molendinis, aquarum cursibus, quicquid dici vel nominari potest. Ea videlicet ratione, vt à die præsente ratum & stabile permaneat ad priuatum prædicti martyris seruitium, & fratrum illic DEO seruientium, & vt nullius Clerici vel Laici, aut alicuius personæ beneficium nunquam fiat, & si vnquam factum fiat, nos iure hæreditario prædictum locum accipiamus, vel successores nostri accipiant. Facta est hæc traditionis chartula in monasterio Fulda anno dominicæ incarnationis DCCCLXXVI indictione octaua, anno XXXVI. Ludouici Imperatoris, mense Iulio, die XXIII. eiusdem mensis, his testibus præsenti astantibus, signum Ruotgeres, qui hanc traditionem potestatiua manu, quatuor supra memoratorum germanorum rogatu fecit, †Huomen, †Albrih, †Enbriechen, †Grimoltes, †Liuthartes, †Setges, †Meginhartes, †Erphrates, †Helpfwines, †Engilbraht, †Baben, †Gerhartes, †Wenibrahtes, †Swanagen, Gozmar diaconus scripsit.

Traditio bonorum in Marahesfelder marca.

EGO in DEI nomine Altmar & Liobwiz mea mater tradimus in Dahbehhu, in Marahesfeldono marcu, quicquid ibi proprietatis habemus ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, vbi Sigihart abbas multitudini præest monachorum in eleemosynam nostram, isti sunt testes Gerolt, Adolung, Vnno, Vuaning, Freuuibraht, Liutbraht, Ratbraht, Vuinibald, Folgger.

Traditio bonorum in Hasegouu.

QVICQUID à venerabilibus viris ad sacra traditum fuerit loca, credimus sine dubio æternæ renumerationis præmio retribui. Idcirco ego Bosso pro remedio meæ animæ trado ad monasterium Sancti Saluatoris, quod situm est in pago Grapfeld in Vuetareibono marcu super ripam fluminis Fuldæ, vbi S. martyr Bonifac. sacro quiescit corpore, & vir venerabilis Huoggi abbas multitudini regulariter degentium præest Monachorum, quicquid mihi gloriosus Rex donauit Arnolfus in pago Hasageuue & in Vueterungu marcu, id est, mancipiis, ædificiis, agris, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici & nominari potest, totum & integrum trado ad præfatum Christi martyrem. Ea scilicet ratione, vt post meę & coniugis vitę terminũ perpetua illuc seruitute sine alicuius contradictione famuletur. Isti sunt testes, qui hãc ipsam traditionẽ viderunt & audierunt, †Aserih, †Othart, †Berolt, †Hunger, †Erphung, †Gerhelm, †Vuihing, †Meginhart, †Blitger, †Vuerinbraht, †Thietleih, †Adalrih, †Gozwin, †Ato, †Reginhart, †Bernhart, †Meginolt, ista mancipiorum

nomina in Wetarungu, Alberih & vxor eius, Rihlind, cum filiis septem, Baldman & vxor eius Reginhilt cum filiis quatuor; Hamarolf & vxor eius Rihheit cum filiis quatuor, Amalbraht & vxor eius, Albwih cum filiis duobus, Waltman & vxor eius Hiltimuot cum filio vno, Denihilt cum filiis quinque, Alawar cum filiis duobus, Alahart, Thiotolf, Luto. Acta est autem hæc traditionis chartula anno ab incarna-
895. tione Domini † DCCCXCII. regnante serenissimo ac piissimo rege Arnolfo, anno regni eius octauo. Ego Rihhart indignus diaconus iussus scripsi.

Terminatio aquarum & syluarum Monasterii Salechen. 18

IN nomine Sanctæ Trinitatis & Sancti Petri Apostoli, & Sancti Stephani protomartyris incipit terminatio aquarum, syluarumque, quæ pertinent ad Salechen monasterium, vbi aqua, quæ vocatur Althesbach influit in Kinzicham; & sic sursum ad locum qui vocatur Beldinchesberch. Deinde ad Frigeromannofeld, hinc vsque Rorbach, & sic vsque ad Ellenstein, deinde hinc in Azaha, & sic ripam vsque in Herelihenbrunnon, deinde ad domum Wilderowibo, & sic vsque Delebrunno, dehinc in Hedeneſſol, & sic sursum ad viam quæ vocatur Renniuuech, & sic deorsum circa ipsum locū vsq; ad Scalcobrunnon, & sic deorsum inter duos vi- 28
cos in Kincihuuenuua, & Berigisesfeld; & sic sursum circa ripam ipsius aquæ vsque in Brachaha illam aquam sursum vsque in Scotdesbach, sursum illam in Arezbach, iterum illam sursum in Scunderesbach, & sic deorsum vsque in Salzaha, & sic sursum vsque in Flaschenbach, deinde Vrcelnacha & sic vsq; in Cresunbrach, & sic deorsum in Steinaha, sicque deorsum ad Luoderi Chesnol super collem istum vsq; in Crebesbach, & sic deorsum in Kincichā, siquis diabolo instigante hanc terminationē confringere conatus fuerit, procul dubio DEVM sibi offensum faciet.

Cambium inter Comitem Stephanum & abbatem Huogge. 36

CONDECET inter familiares cum propriarum commutationem facere voluerint rerum, vicissim tradendo alterutrum committere, vt sub præsentibus testibus sibi idoneam faciant confirmationem, ne ea, quæ vtriq; tradita fuerint, irrita videantur, sed firma stabilitate perpetualiter perseuerent. Igitur notum sit omnium
Steuan. sagacitati fidelium tàm præsentium quàm futurorum, qualiter ego † Stephan humilis Comes cum venerabili abbate Fuldensis Cœnobii videlicet Huogge nobis placitum iniui Concambium, quod etiam cum consensu & licentia germani mei Wa-
Tribure. lahes facere non omisi, qui seipsum in regio palatio quod dicitur † Thribure de subnotatis locis, si in eis aliquid proprietatis haberet vel habere debuisset, fecit extra- 48
neum aduersus me, quatenus ego legitimam in eis haberem potestatem in meam eleemosynam tradendi vel commutandi, seu quicquid mihi de his placuisset, faciendi.

Quare tradidi ad Sanctum Bonifacium Christi martyrem dignissimum, qui in monasterio Fulda sacro requiescit corpore, vbi supra notatus abbas pio regimi-
Salza. Vuettereibii regio. ne pastor esse dignoscitur, locum qui consistit in regione Wetareibu nomine Salzaha, omniaq; ad illum pertinentia, locis quæsitis & inquæsitis, in domibus, ædificiis, areis, agris, campis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus, & reditibus, & omnibus legitimè adiacentibus, idem vbi Brahtaha defluit in Kinzicha, & inde sursum iuxta Brahtaha vsq; in Richēbah, Inde vsq; in Volenbah, & de- 50
inde in Gressenbah, inde quoq; in Steinaha, & de Steinaha vsq; in Kinzicha ob mei eleemosynā, & vt inde recipere locū qui dicitur Crichesfeld cum omnibus iure ad eum pertinentibus, illum quoque accepi à iam dicto abbate cum consensu fratrum sub ipso degentium. Ea ratione, vt vtrumque concambium sine vllius hominis contradictio-

traditione atque mutabilitate firmum atque munitum perpetuo persistat. Acta est hæc conscriptionis chartula anno Dominicæ incarnationis DCCCC. indictione tertia, anno autem primo Ludouici serenissimi Regis in loco qui dicitur, Thriburе, scientibus istis subnotatis testibus, Hartman, Brunicho, Gilting, Thacholf, Wenilo, Arnolf, Marcwart, Sigolf, Ruodolf, Engilscalc, Gunzo, Hadeger, Gerhart, Gundecar, Berehthelm, Wenito, Babo, Gerhart, Albirih, Ratolf, Arnhelm, Werdant, Berenger, Wonat, Folcnand, Hartrat, Hartroh, Berolt, Otacar, item Otacar.

Cambium aliquorum Locorum cum Viscbach.

NOVERIT omnium veritatis amatorum prouida sagacitas, qualiter Adalhune concambium inire complacuit cum venerabili abbate videlicet Huogge, tradidit itaque iam dictus Adalhun ad Sanctum Bonifacium, in Gerratuhuson IX. familias, & in Ibisteti duas familias cum filiis suis, & omni supellectili eorum, & quicquid ipse vel vxor eius Gunelhilt sociusque eius Adalliub in præfatis locis, subnotatisque terminis, proprietatis habuerunt, quorum vnus in Sundheimono marcu, & in Hoitinheimono marcu situs est: alter verò in Ibistetino marcu, in pago Grapfelde & Tullifelde, in comitatu Adalbrahtes, in areis, ædificiis, familiis mancipiis, pratis, campis, syluis, aquis, molinis, aquarumque decursibus, pascuis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, & quicquid dici vel nominari potest, totum & integrum in ius ac dominium almi Bonifacii, famulantiumque sibi transfusum est & vestitione firmatum, à prænotato Adalhune, quia ipse econtra accepit à præfato abbate cum consensu fratrum, & consiliarii iussu serenissimi regis Ludouici, quicquid Sanctus Bonifacius proprietatis habuit in Viscbach excepta dimidia sylua, & vna familia cum filiis ac huoba & omni supellectili sua, ea videlicet ratione vt vtrumque concambium sine vllius personæ contradictione amplius firmiter maneat, sicut inuicem complacuit. *Comitatus Adalbrahti.*

Actum est hoc concambium in regio palatio Dribure, anno dominicæ incarnationis DCCCCI. indictione IIII. octauo Idus Maii, regnante, & illud consentiente Ludouico præclaro rege, istis testibus videntibus & audientibus. Testes Embricho, Zazzo, Wolfmund, Ruodolt, Walto, Swarzaloh, Sigifrid, Zazzo, Erlebraht, Critbraht, Rekko, Wigo, Alberih, Engilbold, Wonatheri, Alberih, Friduрih, Gerbraht, Albirih, Eggi, Egilbraht, Albirih, Abbo, Lantfrid, Engilmar, Glis, Othart, Leggi, Bald, Anthad, Ruotger, Asco, Vncluuin, Ruotfrid, Walman, Folcrih, Aserih, Willihelm, Brunger, Hiltibraht, Brunger, Reginung, Salram, Haholt, Ratolt, Engilrih, Meginrat, Adalman, Albolt, Gerhoh, Fricco, Galaman.

Traditio vel Cambium bonorum in Weitaha & Fiscbach, cum Captura in Sigmareshusen & Hiltiriches.

REGINHERI de Weitahu tradidit Sancto Bonifacio CHRISTI martyri almifico in eleemosynam Ratoltes, XX. iugera in campo præfatæ villæ, ibidem etiam XXX. iugera & vnam aream dedit in comparationem equi, quem emerat, ad fratrem nostrum Offonem. Idem Reginheri & Meginolt volentes concambium facere cum venerabili abbate Huogge ad Sanctum tradiderunt Bonifacium, quicquid proprietatis habuerunt in pago Tullifelde, in comitatu Adalbraht in Westhenono marcu, in duobus villis, Weitaha nuncupatis & in villa Fiscbach, in capturis, areis, pomeriis, cāpis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumq; decursib. totū & integrū in ius prędicti Christi martyris transfuderunt. Ea scilicet ratione vt ipsi contra acciperēt in captura Sigimareshusen duas areas, & duos cāpos, quicquid iā dictus S. Dei ibidē proprietatis habuit, & capturā Hiltiriches, & sicut Vraha defluit in Vlstrā, & sursum ad Rotūbah vbi ipse emanat, & inde per medium oppositi montis Vsgo in

Vlstram. Isti sunt testes, in quorum præsentia hoc Cõcambium factum est. Hiddi abbas, Friderih presbyter & monachus; Offo presbyter & monachus, Eburmunt presbyter & monachus, Hinolgero diaconus & monachus, Liutbreht diaconus & monachus, Ascolf subdiaconus & monachus, Egilmunt, Egino, Immo, Reginbald, Albgoz, Waltbraht, Brun, Alhwin, Rehhart, Spitbraht, Leibolf, Adalolt, Thiotbraht, Meginbald, Ruotwig, Wigger, Engilhart, Egilolf, Meginger, Rathelm, Otwart, Rudelthang, Otlieri, Ratheri, Alaman, Roho.

Traditio bonorum in Vezzarun, Hesilinu & Liopgario.

ADALBRAHT tradidit in pago Grapfeld quicquid ei in partem cedebat, in Vezzerun, vbi ferrum conflatur, & in Hesilinu, etiam illam quæ ad illum pertinebat partem, & seruum vnum nomine N. & in præsenti vestituram cum fratre tradidit quoq; in Liopgario partem, quæ illi iure debetur.

Traditio bonorum in comitatu Kristani Comitis.

SI facultates nostras propter amorem DEI & remissionem peccatorum ad loca sanctorum beneuola mente deferimus, procul dubio in æterna beatitudine remunerationem accipere credimus. Idcirco ego in DEI nomine Cunihilt sana mẽte salubrique consilio cogitans pro remedio animæ meæ & parentum meorum, dono atque trado ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, qui in monasterio Fulda sacro quiescit corpore, vbi vir venerabilis Sigihart abbas multitudini monachorum pius pastor præesse dignoscitur, traditumque in perpetuum esse volo, quicquid proprietatis habere visa sum in pago Grapfelde, in comitatu Kristani Comitis, in villis videlicet & terminis earum his nominibus nuncupatis, Grinstat, Suallunga, Smalacalta, Wasunga, Kazaha, Heripha, Gerratehus, Waltratehus, Hibistat, Sala, Helidunga, Glismuotehusan, Tanbah, Botolueſtat, Gisahheim, Christan Comes, illius loci iussor cum mansis & mancipiis.

Comitatus Kristani.

Nomina eorum hæc sunt, Albung, & vxor eius Hadagart, & filii eorum, Albrat, Waldrat, Herifrid, Ellinsquuint, Ata, Lantswint, Werinheri, Benno & vxor eius, Richhilt, & filii eorum, Thiotgelt, Egillind, Albwin, Berhast, & filii eius, Ruodolt, Haholt, Berhart, Heribrant, Ratolt, Scrot, & vxor eius Brunhilt, & filii eorum, Thuotman, Ludimunt, Vuilliger, & vxor eius Vuielsuuint & filii eorum, Engilger, Reginfrit, Franerih, & vxor eius Vuillibug, & filii eorum Engilger, Albun, Reginsuuint, Engilger & vxor eius Alblind, & filii eorum Hahger, Hiltiburg, Meginsuuind, Ruodger, & sorores eius, Heriuuih, Hiltun, Thiotburg, Engila, Seliuuib & filii eius Thiotger, Thiothed, Irminsuuind, Megingoz, Gernand & vxor eius Helida, & filii eorum Sintgoz, Gernand, Rata, Nenelilo, Hiltibirg, Adalbraht, Fridaburg, Adalhart, Adalbraht, Adalo, Luitger, Bilihilt, & filii eius, Gerolf, Adala, Reginheri, Baugolf, Ashilt, Gozmunt, Werindrud, Woluolt, Mathsquint, Hetta, Totta, Werintrud, Gozmundi, Liobuuiz, Adaluuiz, Lintuuar, Wihtmuot, Etta, Foleolt, Liozman. Ea tamen ratione, vt quam diu ad vixero ego, ad vsus humanos tam istam traditionem, quam etiam beneficium à Rectoribus monasterii Sancti Bonifacii mihi præstitũ possideam: Post obitum verò meum cuncta aucta atq; meliorata ad prædictum martyrem CHRISTI & ad Rectores eiusdem monasterii reuertantur. Præterea rogo atque obsecro vt traditio hæc, quam ego DEO & Sancto Bonifacio tradidi, post discessum meum de hoc seculo intemerata permaneat, ita vt nulli hominum in beneficium præstetur, sed omni tempore ad generales vsus fratrum DEO pretiosissimo CHRISTI martyri Bonifacio in eodem loco sub regula & abbate diu noctuque militantium perpetualiter deseruiat, nulla contradicente persona.

Facta

Facta est hæc traditionis chartula anno Domini DCCCLXXIIII. indictione VII. Regni autem Hludouicigloriosissimi Regis anno XXXIIII. coram his testibus, signum Kristani Comitis, Ruodgeri, Waldmanni, Werinfridi, Haholti, Maraholti, Albrilli, Erlebrahti, Galamanni, Ruodolti, Helphirik, Ruotgeri, Truogonis, Geberoht, Zazonis, Herimuoti, Geriolti, Ostrolfi, Waltmanni, Meginolfi, Baldrici, Wartonis, Milonis, Arnelii, Otgeri, Etihi, Otmari, Hiltwini, Aichonis, Orleibi, Goterami, Thiotbraht, Embriconis, Engilbrahti, Seggi, Bernis, Eriwini, Wenibrahti, †Hsoggi presbyter & monachus primiscriniusq; relegit. Huoggi.

IN nomine Domini nostri IESU CHRISTI ego Elli, & Manolt, & Bald tradimus potestatiua manu ad monasterium, quod dicitur Fulda, vbi egregius Christi martyr Bonifacius sacro corpore.

Traditio bonorum in Wetterauia, in Lintheym, Treise, Muggistadt & Ruommotuhusen vel Quetbrunne.

IN nomine Sanctę & indiuiduæ Trinitatis ego Hartman pro remedio animæ meæ parentumque meorum dono atque trado ad Sanctum Bonifacium, quicquid in Treise habere dignoscor in pago Wetereiba, in terris, campis, pratis, syluis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, domibus, ædificiis, mancipiis, ea ratione vt firmiter & incontradicte in nostra permaneat potestate. Quod autem in Lintheim trado, hoc est, Liten vnam, seruos duos, cum huobis, cum vxoribus, & liberis, hac ratione constat vt ego & cõiux mea Berahtheid, ad nostram vtamur vitam, hoc autẽ, quod in inferiore Muggunstat, & in ea marca, quę Rotunbah nuncupatur visus sum habere, & in Ruommothuson seu in Quetbrunn, vt ego & prædicta mea coniux, neptisque mea Egina, habeamus vsque dum viuamus, ea videlicet ratione, vt ego & coniux mea Berahtheid & neptis mea Egina si inconiuncta maneat monasterium in Rotunbah ad nostram possideamus vitam. Facta est hæc traditio in monasterio Rotunbah, anno Domini DCCCCXXX. indictione tertia, mense Martio, die XX. feria VII. anno X. regni piissimi regis Heinrici subnotatis testibus præsentibus. Isti sunt testes traditionis quam tradidit Hartman in Treise, & Muggistat, & in Ruommuothusun, seu in Quetbrunn. Anselm, Adalhelm, Wiebern, Ruotbraht, Eggihart, item Eggihart, item Adalhelm, item Eggihart, Berahtolt, Alarihwonat, Ruodung, Wigbato, Waldman, Egilbraht, Witger, Folebraht, Hartrat, Ruodolf, Heimerat, Vto, item Ruodung, Helpherat, Engilbold, Thietrih, Gundwin, Amalrih, item Folebraht, Hatto, item Eggihart, Brunuwart, Vogo, Vuolfheri, Diotgoz, Antger.

Treise. Pagus Wetareiba, vel Vuetaraug.

Vnder Muggenstat. Rotenbachermark. Ruommutuhusen.

Quetbrunne vel forte Guthbrunne.

EGo Geberoh trado seruum meum ad Sanctum Bonifacium nomine Liobsunt coram istis testibus.

Traditio bonorum in Wanolfshusen & Nitharimarcis in Wetterauga.

IN nomine Sanctę & indiuiduæ Trinitatis ego Bereuuelf pro remedio animæ meę parentumque meorum trado ad S. Bonifacium, vbi ipse sacro corpore requiescit, & vbi venerabilis abbas Hadamar multitudinem regit monachorum, quicquid visus sum habere in Vuanolfeshusono marcu, & in Nitahari marcu, quod est in villa Bonlanton, & in pago Vuetareiba situm, hoc est in areolis, ędificiis, terris, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque, decursibus, & quicquid nominari vel dici potest, absque vllius contradictione perpetualiter traditum esse volo. Facta est hæc traditio coram istis testibus, Hadamar dominus abbas, Hatto presbyter & monachus Otbraht presbyter & monachus, Ihioto diaconus & monachus, Meginuuart subdiaconus & monachus.

Nidermarck Villa Bonlanten. Vuetereiba pagus.

Traditio

Traditio bonorum in villa Dingesleia & Heigesdorf.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis ego Fricco trado ad Sanctum Bonifacium in pago Grapfeld, in villa Dingesleia duas huobas cum areis, in Heigesdorf duas huobas cum areis, quatuor seruos, quorum hæc sunt nomina, Nilo, Birnicho, Adalheri, Ruotbraht, & quatuor ancillas, Ratunt, Liomburg, Thioterat & Frumihilt.

Traditio bonorum in prouincia Tullifeld in comitatu Bobonis in Rosdorfer marca.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis ego Rilhelm & coniux mea Irminrat tradimus ad Sanctum Bonifacium martyrem CHRISTI, vbi venerabilis Hadumar abbas multitudinem regit monachorum, hoc est, quod trado in prouincia Tullifeld, in comitatu Bobonis, quicquid habuimus in Rosdorfero marcu aream vnam, iugera LX. & quicquid ibi habuimus in campis, syluis, pratis, aquis, aquarumq; decursibus. Isti sunt testes Megino, Buobo, Sigiwart, Arindeo, Antger, Cunimunt, Bernger.

Hanc vestituram traditionis Sigiwart accepit anno.

LIBER TERTIVS.

TRADITIO VILLÆ SANDES ET BENEFICIORVM QVORVNDAM IN WIGGERES.

Sigmundus.

NOVERINT tam futuri quam præsentes qualiter Warmundus de †Sigmūdes vir liberæ conditionis villā Sandes cum omni vtilitate sua, & quædam beneficia in Wiggeres cum his mancipiis, Alexander, Ingram, Altmunt, Wolfram, Warmunt, Ruodger, Kinila, Kunegunt, quæ possedit hæreditario iure in manus Godeboldi comitis de Hennenberck ea lege allegauit, vt eadem beneficia & mancipia in altari S. Bonifacii in Fulda pro remedio animæ suæ fratribus eiusdem Ecclesiæ in recordationem anniuersarii ipsius delegaret. Porro Alexandrum & Ingram ad Cameram abbatis pertinere decreuit, reliqui vero fideles fratribus in omni obsequio se exhiberent, nec vltra vel illi, vel isti aliquem censum annualem persoluerent, excepto si alienæ potestati per nuptias subderentur vel morerentur, tunc iura aliorum censualium sequerentur, nec vlli aduocatiæ vel ipsa beneficia vel mancipia subderentur. Super hæc siquis illorum vllo modo se in aliud ius, vnde alienus fratribus efficeretur, traderet, quicquid hæreditarii beneficii possideret in vsum frattū cederet. Hęc vt idem Warmundus in manum prædicti Godeboldi comitis allegauit, ita & ille fidem ipsi seruans in Altare patroni nostri delegauit. Idem Godebold comes tàm proprię quàm fratrum vtilitati consulendo, expetiuit à fratribus, eo quod præfata possessio in Sandes suæ coniuncta esset possessioni, vt sibi commendaretur ad colendum, & censum annualem ex ea redimi, qui fratribus complaceret ad persoluendum cuius petitioni gratantes fratres assensum præbuerunt, eiq; bona petita sub tali conditione commendauerunt vt inculta, sicut promiserat, excoleret & annuatim exinde quinque solidos vsui fratrum persolueret census, in Wuiggeres VII. Solidos, in Sādes V. Solidos.

Traditio

Traditio prædii in Heitenefeld.

EGgihart venerabilis parrochianus in Holzkirchen, præpositura S. Syxti, memoriam suam nobiscum in gratiarum actionem apud Deum statuere volens, prædium quoddam in Heitenefeld à se precio comparatum, ab his, quibus hęreditate contigerat fratribus huius ecclesiæ deuoto affectu in recordationem sui allegauit, vt animam eius Deo commendemus, & in quotidianis orationibus nostris partem habere mereatur.

Traditio prædii in Huten, vel Hoten.

OQuam felix commercium, quo breui censu mereatur longum gaudium dum temporalia ideo in vsum fidelium offeruntur, vt in commemoratione eorum perpetuo lætentur. Hęc Gerlah de Tulbo ministerialis huius ecclesiæ ex animo perpendens, prædium quoddam in Huten, quod ab his, quibus hæreditate euenerat, precio redemit, & redemptum, in vsum fratrum huius ecclesiæ ob memoriam sui delegauit, vt & fraternitatem eorum in Domino participaret, & fidelis ablatio ipsius recordationem sui ad interpellandum supremũ iudicem sæpius nos incitaret. Census iste decem solidis persoluitur in festo S. Michaelis.

Traditio villulæ in Snepferot.

FVldensis quidam ciuis nomine Bernhart inductus assidua cõmemoratione eorum, quorum recordatio à nobis Fuldẽsibus fratribus agitur, & participare huic desiderans, villulam quandam in Snepfenroth ad rememorandum anniuersarium suum nobis contulit, vt tanto diligentius pro anima ipsius Deo supplicaremur, quo beneficio ipsius in benedictionem Domini frueremur. Census iste x. solidis persoluitur in festo S. Iacobi.

Traditio bonorum in Bonlanden, Hundesfeld, & Hamelenburc.

QVanta spe obtinendæ æternę gratiæ per orationes fratrum huius ecclesiæ multi religiosi viri & in seculo positi se quandoq; commiserint fraternitati congregationis nostræ, moderni citò cognoscent, si præteritis animum adhibent. En quidam Herbipolensis canonicus, nomine Ruodolfus ibidem de domo præpositus, & nostræ ecclesiæ filius ampliori commẽdatione nostræ fraternitatis participari cupiens, prædia, quæ ei hæreditario iure in Bonenlanden & Hundesfeld, & vineam quandam in Hamelenburc cesserant, in commemorationem sui, nobis Fuldensibus delegauit, humili deuotione id petens, vt loco fratris in plena fraternitate nobiscum participarent, & in anniuersario ipsius specialem apud nos inde benedictionem Domini haberet. Census iste xxx. solidis persoluitur in natali S. Mariæ, & in palmis.

Traditio prædii in Blocheym.

GOdeboldus venerabilis canonicus S. Kiliani in Wirciburg cum rebus mundanis abundaret, commemorationem suam in gratiarum actionem, post mortem ipsius nobiscum agere decreuit, & prædium in Blohheym, quod sibi proprietatis ratione euenerat, deuota voluntate in altari S. Bonifacii patroni nostri possidendum fratribus huius ecclesiæ delegauit, orans in omni bono opere nostro & oratione cõmunicari, & anniuersarium eius non solum libro vitæ asscribi, sed quod his abundantius est, firma memoria singulis annis Domino commendari. Census iste ad duas vncias persoluitur.

Traditio prædii in Hennenrot.

MAritum memoriam statuere defunctæ sibi vxoris, est exhibitio perseuerantis dilectionis. Tactus ergo Erminolt de Selnisi hoc dolore in Gerbirga amissa sibi coniuge prædium quoddam in Hennenroth pro remedio animæ illius prima vo-

luntate fratribus huius ecclesiæ delegauit, vt memoriam eiusdem annuatim agā-
mus, & in communi oratione recordationem illius habeamus. Census iste quin-
que solidis soluitur.

Traditio prædii in Sualmana.

Selnisi vel Selusi VT memoria patris in benedictione Domini sit, apud filium est naturæ bonum, obseruans circa illum pietatis studium, huius rei gratia Gerlah de †Schlitisi memoriam patris sui Erminoldi fratribus huius ecclesiæ deuote commisit, cum prædium quoddam in Sualmana à se comparatum ob recordationem animæ illius delegauit ad orandum pro peccatis suis non solum præsentes fratres suscitans, sed & futuros hac oblatione memoriam eiusdem commendans. Census iste VI. solidis persoluitur.

Traditio villæ Schreckesbach.

GOlmari huius loci aduocati memoriam annuatim agimus, quem viuentem loco patris coluimus, vtpote defensorem Fuldensis familiæ, & amatorem congregationis nostræ, commendat etiam nobis memoriam eius diligentia vxoris suæ Clementæ scilicet Comitissæ, quæ Screckesbach villam illam, quam iure proprietatis ipsa & filia eius possederant, nobis Fuldensibus fratribus pro remedio animæ suæ delegauit, vt anniuersarius ipsius eò maiori deuotione à nobis agatur pro vtilitate eiusdem villæ consolamur, amanti studio, & nobilitate ingenii perpetuum memoriale hoc vxor cum filia prædicta Comiti prouidit, & aliis nobilibus egregium exemplum reliquit, in anniuersario ipsius ad decem solidos.

Traditio bonorum in Abecchenlingen & Hunheilingen.

QVidam ministerialis huius ecclesiæ, Wernt nomine, miles opere de Abbechē-
lingen temporalibus æterna lucrari volens, beneficia in Abbechenlingen, & Hunheilingen, quæ ei iure proprietatis cesserant, fratribus huius ecclesiæ ad possidendum vice & iure ipsius delegauit, vt memoria ipsius à nobis apud Deum cōmendetur, cum bonis eius speciali vtilitate in commune vtimur. Tandem de hoc mundo euasit, & ad nos transiens monachum se fecit, sicq; multis annis nobiscum viuens extrema ætate defecit. Census iste XXVIII. solidis persoluitur in festo S. Michaelis & Walburgis.

Traditio prædiorum in Burchartes & Bellemunt.

EBbo presbyter & monachus Fuldensis congregationis & huius domus præpositus, licentia & assensu maiorum suorū quædam prædia in Burchartes & in Bellemunt à se comparata nobis fratribus suis, ea lege delegauit, vt festum S. Willibaldi Episcopi & Confessoris patroni illius pleno officio à nobis in memoriam sui agatur, & quod exinde seruitia fratribus administrari possint; ipsa die agatur, sed post mortem anniuersarius illius celebretur à nobis vice priori de codē habeatur. Præpositus huius domus Folcmarus nomine, presbyter & monachus, quoddā prædium in Kellenercella per licentiam & assensum maiorum suorum precio redemit, & fratribus huius ecclesiæ in memoriam sui dedit, in Domini misericordia confidens, assidua deprecatione eorum apud Deum peccata sua alleuari, & eorum instantia relaxari. Census iste V. solidis persoluitur in festo S. Andreæ.

Traditio prædii in Kolbendorf.

DEfuncto Diemaro de Luithfrideshusun, ministerialis huius ecclesiæ hæredes sui pro terra cœlum illum hæreditare cupientes, prædium quoddam quod proprietatis iure in Kolbendorf per ipsum possederant, in recordationem sui nobis trādiderunt, hac oblatione memoriam eius nobis commēdantes, & eius animam Deo à nobis commendari arctius nos incitantes. Census iste sex solidis persoluitur.

Traditio

Traditio prædii in Bidolfesrot.

HÆredes Wigandi de Quechaha, ministerialis huius ecclesiæ post mortem ipsius sperantes eum apud Deum à peccatis suis oratione nostra alleuari, prædium quoddam, quod in Biedolfesroth iure proprietatis per ipsum possederant, nobis huius ecclesiæ fratribus pro remedio animæ ipsius delegauerunt, vt quod exinde administrari possit, singulari vtilitati nostræ cedat, & ob deuotionem offendentium, idem Wigandus communionem nostræ orationis habeat: census iste III. solidis.

Traditio bonorum in Vtelesbach.

LVitgart filia Bergolli de Spanelo in coniugium cedens Henrico filio Willehardi de Biberaha, hæreditatem suam, quæ ei parentali proprietate in Vtelesbah euenit, marito suo prædicto Henrico iure matrimonii dedit, at defuncta eadem cum filio per illum concepto non multo post, & idem moritur. Conuenientes vtrorumque consanguinei idem prædium dimiserunt, & partem, quæ vxori cessit, in Biscofesbere, vbi ipsa tumulata est, pro remedio animæ suæ delegauerunt, partē verò mariti sui nobis Fuldensibus, apud quos & idem sepultus est, in memoriam eius tradiderunt.

Traditio prædii in Sigiwantes.

WIllehart ministerialis huius ecclesiæ & Fuldensis ciuis, pro remedio animæ filii sui Helekindi prędium quoddam quod iure proprietatis in Sigiwantes possederat, nobis huius ecclesiæ fratribus in memoriam ipsius delegauit, vt oratio nostra deuote illum Deo commendet, & gratiæ ipsius pro posse nostro secundum misericordiam eius animam prædicti reconciliet.

Traditio prædii in Sterrenrot.

HEnricus de Landenhusun pro spe vitæ æternæ, & pro dilectione filii sui Heroldi, fratris nostræ congregationis prædium quoddam, quod iure proprietatis in Sterrenroth possederat, fratribus huius ecclesiæ in memoriam tam sui, quàm filii, delegauit, vt anniuersarius vtrorumq; à nobis agatur, & in orationibus nostris eorum recordatio habeatur. Ad hæc Fridericus de Angeresbach, beneficium, quod in eadem villa ei lege hæreditatis cessit, cum quodam Eggihardo ad se pertinente, nobis Fulbensibus fratribus tradidit, orationibus nostris benigne huiusmodi affectu se commendans, & à pia memoria nobiscum participans. Porrò idem Eggihart à nobis postmodum postulauit, vt beneficium illud in Metlesroth, quod Berngolus in recordationē sui nobis tradidit, eidem permitteremus vendere de prædio, quod illi proprietatis ratione in Sterrenroth euenerat, promittens se mutua vicissitudine nobis tantum reddere: Ergo quod petiuit promisimus, sed his, quæ promisit se soluere, caremus.

Traditio prædii in Vvisendah.

PRo remedio animæ Bobbonis de Sunnebrunnen, ministerialis Fuldensis ecclesiæ, hæredes sui prædium in Wisendaha ad recordationem sui delegauerunt, quod proprietatis lege, dum idem vixit, possedit, & moriens nobis in memoriam sui allegari petiit. Vt hic affectus ei prosit Deus faciat, & dum bonis eius vtimur, à memoria nostri non recedat.

Traditio villæ Elbevvines.

BOnæ memoriæ Vdalricus Fuldensis abbas sempiternā memoriam sibi in benedictione Domini apud nos statuere volens, à duobus germanis fratribus Kunone scilic. & Dicterico, viris liberæ conditionis, Elbewines villā acquisiuit, Dicterico precium quinq; talētorum pro portione suæ hæreditatis impendens, alteri mansum

in Hennichen accommodans, ea interposita ratione, vt quamdiu ipse, vel Ruothilt vxor eius viueret, sine censu eundem mansum possiderent: sed his è medio factis hæredes ipsorum hac lege quieta possessione per successiones suas prædictum mansum hæreditando obtinerent, vt omnem censum cum seruitio, quod annuatim inde persoluendum esset, debito loco & tempore persoluerent. Ergo huiusmodi pactione prædicti fratres conducti eam villam Elbewines, vt prædictus abbas expostulauit, in altare S. Bonifacii patroni nostri delegauerunt; & fratres huius Ecclesiæ ab eodem in commemorandum anniuersarium ipsius ibidem in possessionem susceperunt. Similiter idem abbas Vdalricus, Sigifrides villam illã à nepote suo Godefrido de Kemenatun ministeriali S. Babenbergensis ecclesiæ, quæ prædicto hæreditatis iure cesserat, precio comparauit, & redemptum ministerialibus huius ecclesiæ Fuldensis eundem allegare fecit, à quibus, vt ipse petiit, fratribus huius ecclesiæ est delegatum, vt memoriale suum nobiscum sit in benedictione Domini in perpetuum.

Traditio prædii in Asberg.

CVm Bertoldus de Isanacha in Bohemia gladio occubuisset, hæredes sui bene memores defuncti, corpus eius Fuldam translatum sepeliuerunt, & data oblatione nobis fratribus huius ecclesiæ prædio scilicet, quod prædictus dum vixit iure proprietatis in †Albeche possedit, animam illius maxime nobis commendauerunt; & vt communiter & priuatim apud Deum pro eo interueniremus deuotissime rogauerunt.

†Albeche vel Asberg.

Traditio prædiorum in Salungen.

FElices qui terram viuentium terra temporali comparauerunt, qui de suis rebus ecclesias Dei ditauerunt, vt centuplũ illis in futura vita restitueretur. Cuius spei gratia Bobbo Comes de Hennenberc intime admonitus, prædia quæ proprietatis censura ab his, quibus hæreditate eadem in Salungen vel agris, vel hortis eidem euenerant in commemorationem sui fratribus Fuldensis ecclesiæ benigna mente tradidit, vt & præsentes domini misericordiã pro eo interpellarent & futuri, à commemoratione sui in benedictione Domini non desisterent.

Traditio bonorum in Suntheim, Northeim & Mietdelesdorf.

IN Christo fidelibus notum esse volumus Heribœdonem de Suntheim ministerialem huius Sanctæ Fuldensis Ecclesiæ cum esset sine liberis, nos fratres in Domino fecisse sibi adoptiuos, vt memoria illius per nos Deo commendetur, & futuris eius voluntas in benedictione habeatur. Iste, inquam, cum ob spem vitæ æternæ ad sepulchrum Domini iter dirigeret, beneficia quæ ei proprietatis iure cesserant in Suntheim, Northeim, Mietdlesdorf, in manum Cuonradi de Nithartes husun, Bern de Northeim, Sigilohi de Westheim multis præsentibus, ea ratione allegauit, vt si ab iam incepto itinere non rediret, eadem beneficia in altare Domini sui patronii, scilicet nostri S. Bonifacii cum xii. mancipiis eiusdem, si quis prior de his tribus, de morte illius certus efficeretur, ad manus delegaret, & aliis testibus nulla vis hæc mutandi esset, imo pro rato quod fuisset factum, duceretur. Decreuit autem prædictus vir, vt ipsa beneficia vtilitati fratrum in memoriam sui cederent, mancipia verò ad opus altaris pertinerent. Igitur, vt finem vitæ, in assumpto itinere accepit, Sigilohus quod fide promisit & manu suscepit; in altare ecclesiæ & fratribus delegauit, quod & postmodum Cuonradus similiter fecit. Porrò cum ipsa beneficia nostra, beneficiis, quæ ab ecclesia possederat immixta essent, dominus Henricus abbas Heruelden sis, simulq; huius ecclesiæ beneficium, quod ministeriali iure possederat, nobis Fuldensibus fratribus in recordationem tradidit, sicque bonum effectum suum circa nos ostendit.

Traditio

Traditio prædii in Asmareshusen.

PRæmium vitæ æternæ paruo & magno constare Scripturæ S. docemur authoritate, regnum inquiens cælorum tanti valet, quantum habes. Hæc Godeboldus venerabilis parrochianus in Ermeneswerde attendens & sæpius perpendens paruitate sua, quoddam prædium in Asmareshusen comparauit, & nobis Fuldēsibus fratribus in recordationem animæ ipsius tradidit, ipse verò non multo post ad nos venit, & monachus factus in Sancta conuersatione consenuit, & vitam finiuit.

Traditio prædii in Huten.

HElckindus huius S. Fuldensis ecclesiæ ministerialis, & huius loci ciuis, pro remedio animæ suæ quoddam prædium, quod iure proprietatis in Huthen possederat, fratribus huius ecclesiæ in memoriam sui tradidit, hacque pia voluntate participem se nostræ orationis fecit.

Traditio prædii in Kamercella.

EA memoria amplius commendatur, quæ in benedictione post mortem firmatur. Nam fides post mortem ea demum declarat fidei integritatem. Hoc prouerbio *Ebhe vxor Gundilahi Fuldensis ciuis commota tam ipsa, quàm filii sui, pro remedio prædicti Gundilahi, possessionem, quam iure proprietatis in Kamercella possederāt, ad altare Sancti Bonifacii patroni nostri in memoriam ipsius ea lege delegauerunt, vt fratribus quidem inde administratio in anniuersario illius impendatur, & memoria illius libro vitæ inscribatur. *Ebberlell

Traditio prædii in Rodenkirchen.

GVmbraht de Bleichenbach nobilis genere prædium quoddam in Rodenkirchen de suo comparauit, & fratribus huius ecclesię pia voluntate in memoriam sui tradidit, vt oratione ipsorum Deo deuotè commendetur, & in recordationē tam futurorum quàm præsentium habeatur.

Traditio villulæ Waden.

GVlielmus presbyter & monachus huius congregationis, & vir magnæ discretionis, cum per gratiam abbatis sui bonæ memoriæ Ruothardi multis abundaret, & memoriam sui aliqua certa consolatione præsentibus cōmendari vellet, Waden villulam licentia prædicti abbatis sui precio ab hæredibus redemit, & pro recordatione sui fratribus huius ecclesiæ delegauit, vt non solum fraterna memoria à nobis illi debeatur, sed & specialis memoratio in anniuersario illius eidem exhibeatur.

Traditio II. Hubarum in Nuhenstete.

NOn ignotum aut dubium esse volumus præsentis & futuri temporis fidelibus, quemadmodum quædam matrona, Eberla nomine, tam pro suæ quàm viri sui animæ remedio duas huobas in loco Nuhenstete cum duobus mancipiis easdem possidentibus, omnique vtilitatis genere, vel quæ nunc vel deinceps posset addere, per manus Willehardi, Ruoberti, Gundhahi, Henlekindi fratribus tradidit, illud summopere petens & stabiliens, vt anniuersario reditu viri, deinde post mortem suam memoria etiam ageretur sui. Excepit autem in his bonis omnē cuiuslibet personæ potestatem, nisi qui communem fratrum prouideret vtilitatem.

Traditio bonorum in Rosdorf & vicinia.

BOnis bona agere quia veraciter scimus & credimus animabus nostris in futurũ proficere, In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis ego quidem Reginbodo, ad locum qui dicitur Fulda, trado S. martyri Bonifacio, & fratribus in eodem monasterio sub regula Sancti Benedicti Deo militantibus præsente venerabili Widerado eiusdem loci xxv abbate, omne quod habere possum in Rosdorf, pro remedio animę fratris mei Sigebodonis, & ob memoriam meimetipsius, id est, decem huobas in eadem scilicet villa sex cum mansionariis & omni posteritate eorum, vnam in Weldricheshusun, vnam in Buocho, vnam in Owcheim, & vineam, centum quinquaginta iugera terræ Salicæ, & ecclesiam cum omni decimatione ad eam pertinentem. Insuper trado quatuor huobas, quibus ipsa ecclesia dotata est, tres in ipsa villa, vnam in Romundeshuosun, quas frater meus Sigibodo adhuc viuens, & tertiam partem æstimationis, populo dante, clerico, qui illic Deo & Sanctis eius ministret, in vsum concessit, & vt hæc ita firmiter permaneant, rogamus. Cætera autem si abbas vel quis alius, diabolo instigante, ab vsu fratrum quærat abstrahere, Deo redditurus sit rationem, & hæres proximus mei potestatem habeat, data in patrimonium recipere.

De Hagenbach.

TEmporibus Alcholfi abbatis Dudo cellerarius fratrum licentia eiusdem, nouale quoddam in Hagebach nouauit, quod XXII. solidos persoluit. Hoc quia adiacens villis, quæ cellerario pertinent, fuit, & in eadem obedientia positus idem occupauit votiua concordia fratrum, curæ cellerarii, quiscunque esset eodem petente & concedente, hac ratione cessit, vt de ipso censu decem solidos in rememorationem anniuersarii eiusdem fratribus persoluat: cætera ad supplementum præbendæ fratrum pertineant. Idem occupauit & aliam villulam quam appellauit Dudenhagen, eodem consentiente abbate, cui adiacens quoddam beneficium fuit, nomine †Eldeenhou, quod suo hortatu cognatus suus Gerlahus de Braniurst fratribus Fuldensibus in memoriam sui delegauit, fratrumque votiua concordia hospitali in vsus pauperum cessit, hoc inquam vt meliori incremento cederet, prædictæ villæ coniunxit, vnde vectigal VII. solidorum annuatim prouenit, quorum tres consensu ecclesiæ ad honorem S. Nicolai ad propinandum vinum in festo eiusdem annuatim fratribus ex eodem dari instituit, reliqua in vsus pauperum obedientiario hospitalis dereliquit.

Ekkehow

Traditio villæ Elench.

INnomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Nos Fuldēses fratres tam futuris quàm præsentibus innotescimus, qua ratione Bertheradam viduam Christani de Goltbeche & ministerialem ecclesiæ nostræ in concordiam fraternitatis nostræ suscepimus, quæ transactis paucis annis post mortem mariti sui cum liberæ voluntati relinqueretur, spe æternæ vitæ ad Christum, relicto mundo, tendere deliberauit, & hoc propositum isto modo ad effectum produxit, adhuc viuente prædicto viro suo, prædium quoddam villam scilicet †Elenih à Ratgunda de Cruciburc æque ministeriali ecclesiæ nostræ, vt ipsa, quod eidem lege hæreditatis à parentibus suis euenerat, condigno precio redemit, & idem prædium, cum alia quæ sibi, vel proprietatis iure, vel beneficiali lege vndecunque cõtigerant filiæ suæ à Wiggero de Wartberg in matrimonium ductæ cederent, excepit, vt, vbi Deus illam conuerti disponeret, illic Deo seruientibus in memoriam sui, & ad commemorandum anniuersarium eius specialiter offerret, sic ad nos venit, & per manum Harlungi de Scarfenberc germani sui, & Rabenoldi de Leimbach, ministerialium huius Fuldensis ecclesiæ in altare S. Bonifacii Patroni nostri ad specialem vsum fratrum nostrorum pro commemoratione anniuersarii ipsius delegauit. Hic ordo suæ oblationis, hæc adeptio nostræ plenæ firmitatis concessa vtrobique præbenda, vt petiuit, dato loco ad habitandum in monte Dei genitricis, vbi voluit, assignata nobis ipsa possessione ad manus,

Elench vel Elenth.

ſus, quam obtulit, & in præſens omne ſibi ab eodem debitum ſeruitium abdicauit. Condeſcendentes igitur eius petitioni vnam præbendam in maiori eccleſia per manum piæ memoriæ Domini Conradi abbatis, aliam in monte Sanctæ Mariæ conceſſimus, quò ſe locari & commendari petiuit, vbi & habitum religionis, poſtpoſita cura mundi, ſuſcepit. Aderat eodem tempore dominus †Lietwinus Cardinalis, E- †Tictvvinus
piſcopus, & ſedis Apoſtolicæ legatus, qui ipſam traditionē authoritate B. Petri Apoſtoli, & domini Apoſtolici Innocentii confirmauit, & ſiquis eam infringeret in verbo Domini & poteſtate principis Apoſtolorum ac Domini Papæ diſpenſatione ſibi credita, ſub ipſis miſſarum ſolemniis, vbi verbum vitæ ad populum habuit, anathematiſauit, nec cuiquam liceret eum abſoluere, vel etiam ipſi Epiſcopo, in cuius diœceſi eſſet, niſi rebus noſtris nobis reconſignatis per cōdignam ſatisfactionem in virtute ſpiritus Sancti decretum dedit. Acta ſunt hæc anno incarnationis Domini MCXXXVII. indictione XV. regnante Conrado glorioſo Romanorum rege, tertio anno Conradi Fuldenſis abbatis, Golmaro aduocato altaris eiuſdem eccleſiæ præſente & eodem abbate, ſimulq; tota congregatione.

Traditio bonorum in Tulba & Cunihagen.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis notū ſit omnibus tam præſentis quàm futuri temporis Chriſti fidelibus, Gerlahum & coniugem illius Regilindam pro remedio animarum ſuarum & parentum ſuorum in loco qui dicitur Fulda S. Bonifacio & fratribus in eodem monaſterio ſub regula S. Benedicti Deo militantibus, omnia quæ hæreditario iure poſſidere videbantur, tam in prædiis & mancipiis quàm beneficiis tradidiſſe, ea videlicet ratione, vt quamdiu vtriq; viuerent, vel alter eorum, vſufructuariò traditas poſſeſſiones ſibi reſeruarent. Poſt finem verò vitæ vtrorumque in vſus cederent eccleſiæ. Hanc autem traditionem tali fecerunt conditione vt in poſſeſſione Tulba monaſterium proprio ſumptu cum adiutorio abbatis piæ memoriæ Henrico conſtrueretur, fratreſque Deo inibi ſeruituri aggregarentur, in quorum vſus permiſſu præfati abbatis reditus, tam beneficiorum quam propriæ hæreditatis, quam tradiderant, delegarentur. Sed quoniam res humanæ, dubiæ & caducæ ſunt, tale pactum interpoſuerunt, vt ſi contra propoſitum voluntatis eorum contigiſſet præfatam ſtructuram, aut non perfici, aut perfectam poſtea deſtitui, omnis præſcriptæ traditionis reditus in vſus fratrum Fuldenſis cœnobii abſque vlla contradictione reuerteretur. Ad confirmandam verò & vniuerſis hanc traditionem declarandam, ipſa die traditionis decem huobas in Tulba & †Cunihagen, nec non & x. mancipia propriæ dominationi abdicantes, iuri & vſui eccleſiæ cum reditibus & omni vtilitate ex integro conceſſerunt, quorum mancipiorum nomina ſunt hæc, Dietlint, Hildegund, Huc, Giſilbraht, Hartmuot, Liuggart, Frowin, Iſenidrut, Luoda, Heribort, & ne caſſari aut infirmari vllo modo poſſet hæc traditio vel filiorum negligentia, ſi ab eis generarentur, aut cognatorum ſi ſine filiis morerentur, idoneos teſtes ſex numero coæqualium ſuorum delegerunt, quibus hæreditariæ traditionis ius delegaretur, illis hoc ius delegationis inuicem ſibi manu ad manum tradentibus: Ideirco vt ſi forte prędicti primi traditores vel alter eorum poſt mortem alterius pauperem pro domino vitam in caſtimonia ducere delegiſſet, & ab eis traditionis huius teſtimonium requiſiſſet, vel poſt diſceſſum vtriuſque Abbas ſeu fratres Fuldenſis cœnobii traditionem hanc ab eis atteſtari iuſſiſſent & confirmari, ſi tunc temporis teſtes hi non omnes ſupereſſent, aut adeſſe non omnes poſſent, quoquot ex his haberentur, traditionem primam ſecundaria traditione hęredum vice renouarent. Præter hanc communem vtrorumq; traditionem & præſcriptam traditionis conditionem præfata Regilint priuatim per ſe ſuiſque omnibus tam viuis, quàm defunctis tradidit S. Bonifacio, ſpecialiter in vſus fratrum Fuldenſium ex hæreditariis bonis VIII. huobas in Hegeſtete cum dimidia parte eccleſiæ, & XX. mancipiis anno Dominicæ incarnationis MCXXVII. facta eſt hæc traditio in Fulda ad portam S. Petri, menſe Iunio, proxima die poſt feſtum S. Bonifacii. Gimhagen, vel Cumhagen

Traditio bonorum in Bolanden, Hundesfeld, &c.

FVldensis conuentus ancillis Christi sororibus nostris in Tulbo oleum cum lampadibus in dispensationem veri sponsi ipsius adiutorio sibi assumere, Integritas famæ vestræ in diuina lege cordi nobis est, & vt incremento sui ad meliora semper procedat, consortium nostrum precatur & optat. Licet enim quod nostrum est facere omnes ad bona tendentes, eo affectu charitatis quo possumus, amplectimur, tamen de vestro profectu amplius solicitamur, quas pro nobis & statu loci nostri Dominum exorare, tum gratia fraternitatis tum debito iustitiæ non dubitamus. Volentes igitur pro tempore circa vos affectum debitæ dilectionis ostendere, quod sæpius à nobis humilitatis specie exegistis, tradimus ad augmentum præbendę vestræ ex compassione paupertatis quam in quotidiano victu habetis, pro consilio & assensu patris nostri Marcwardi abbatis, beneficia scilicet nostræ recordationis, quæ possidemus in Bonlanden, Hundesfeld, Hohheim, hac interposita ratione, vt vineas nostras in Hamelenburc & Heidingesfeld, & prædicta Hohheim exinde collatis, & duas partes vineę in Hamelenburc, & Heidingesfeld, & medietatem de Hohheim nobis persoluendo dirigatis: reliqua in vsus nostros cedant, & si forte habitus illic immutetur, vel aliò transferatur, & hoc sine consilio & assensu aut decreto nostræ ecclesiæ, vt concessa beneficia ad nos redeant, eisque perpetuò careatis. Hoc ne à quouis peruertatur, sigillo patroni nostri confirmamus. Acta sunt hæc anno Dominicę incarnationis MCL. indictione XIII. regnante domino Conrado glorioso Romanorum rege, primo anno abbatis nostri & tota congregatione id concedente, & votiua concordia confirmante in honorem Dei & memoriam sui. Hæc qui irrita fecerit, anathema sit.

Traditio agrorum, domorum & molendini in Northeym.

Huõlela NOtum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus, quod ego Adelhardus cum vxore mea †Huonlela & VI. filiis meis; quorum hæc sunt nomina, Adelhart, Ortwin, Beringer, Hertwig, Richger, & Folcmar, & filia Mathilla ad S. Bonifacium in Fulda delegaui huobam vnam in Northeim, & tres areas cum totidem domibus, & vnum molendinum, ea conditione interposita, vt ipsi & posteri eorum ipsa, quæ obtulerunt hęreditario iure possideant, & annis singulis de ipsa oblatione quatuor solidos in S. Bonifacii festiuitate persoluant, quem censum vsui fratrum specialiter delegaui, vt nec posteritas mea nec oblatio vlli postmodum in beneficium detur, & à Fuldensi aduocato ab omnibus defendatur, quam traditionem iunior Golmar aduocatus suscepit, sub Erlolfo abbate præsenti omni Fuldensi congregatione, testibus etiam idoneis astantibus.

Donatio decem mansorum in Pfaffenhusen.

QVia voce Domini cęlestia pro terrenis, & mansura pro caducis promissa sunt, hac spe Gerhardus prętor ibidem & vxor eius Berta incitati, x. mansus ad S. Bonifacium in Fulda specialiter ad vsum fratrum delegauerunt in villa quæ Pfaffenhusen dicitur, videlicet pro remedio animarum suarum, & filiæ suę totiusq; posteritatis suæ, ea interposita conditione, vt ipse Gerhardus posteriq; eius super his fruantur aduocatione Bertolt de Sconerstete ministerialis Fuldensis Ecclesiæ post mortem patris sui Dudonis memoriam illius tam nobis Fuldensibus fratribus, qui præsentes sumus, quàm futuris in benedictione Domini commendauit, offerens ad agendum anniuersarium ipsius, nobis mansum vnum in eadem villa Sconerstete, vt tanto attentius animam eius Deo commẽdemus, qui oblatione sua sæpius fruimur.

Nouale abbatis in sylua Braniurst.

ANno Dominicæ incarnationis MCXXVI. regnante Lothario secundo aduocato Golmaro, Henricus Fuldensis abbas per manus quorundã Sigibodonis & Sigifridi,

fridi, in sylua Branuirst cæpit nouare nouale, vt in ecclesia sua Fuldensi suo labore acquireret sibi nomen & sempiternum memoriale, quod opus, Deo prosperante, dum bene cepit, meliusq; de die in diem perfecit, maximæ iucunditatis gaudium sibi & fratribus dedit: cum locus, qui erat cubile ferarum, & latibulum latronum, factus est habitatio hominum de labore manuum suarum viuentium. Conuentione publica facta, dominus abbas cum consilio seniorum & fidelium suorum legem dedit, vt coloni sylvæ illius XII. annis essent absque tributo: Excepto, quod si aliquis eorum mortuus fuisset, iumentum quod vulgo dicitur caput optimum, siue vestimentum quod melius haberet, in vsus fratrum ad infirmariam cederet, & si hęredem ibi non haberet, omnia bona eius per annum in publico seruarentur, vt si interim veniisset, qui inde haberet querimoniam, iustitiam consequeretur & misericordiam, nec aliquis villicum loco illi præfeciisset, nisi vnum ex semetipsis quæcunque petissent, nec vnquam contingat eos aduocarum habere, præter principalem aduocatum de domo Fuldensis Ecclesię. Sed expletis duodecim annis talenta viginti annuatim persoluant, & hæc omnia in vsus fratrum cedant, scilicet quinque talenta, ad præfati domini abbatis anniuersarium: cætera singulariter ad habendam curam infirmorum fratrum. Erat temporibus illis Fuldæ camerarius nomine Cunradus præfatis hominibus beneuolus & gratus, pro cuius admirabili dilectione ex domini abbatis & fratrum permissione præter solutum censum, etiam ante præfinitum tempus generalis census in festo S. Waltburgæ decreuere persoluere talentum, ex quo ipse quoad viuat secundo nonas Maii caritatē f. atribus in refectorio præbeat: post mortem verò in anniuersario eius fratres ex hoc benedictionem, & ipse sempiternum memoriale habeat. Hoc autem vt firmum possit esse ratumq; domini Innocentii Papæ priuilegio est confirmatum, & obligatus est vinculo perpetui anathematis, siue abbas, siue alius quisquam, qui hęc violare tentauerit.

Traditio quatuor talentorum.

IN nomine S. & individuæ Trinitatis notum sit omnibus ad vitam præordinatis, qualiter ego Gerhardus de Vargalaha indigens Dei misericordia cum Cunigunda Christianissima coniuge mea dominis & fratribus huius S. Fuldensis congregationis, coniuncti sumus beneficiis omnibus præbendæ eleemosynarum, & integritate fraternæ orationis. Videntes enim labilis huius mansionis instabilitatem, spe inhiantes ad supernæ beatitudinis immortalitatem ad quatuor talenta de beneficio meo quod ab antecessoribus meis iure hęreditario vsque modo sine querela possedi & possideo, pro remedio animę meæ, vxoris, filiæ & antecessorum nostrorū Deo Sanctoque Bonifacio dimittimus, & dominis & fratribus nostris diuidimus. In vrbe ergo fratribus maioris ecclesiæ in ius caritatis animarum, quod vulgo Selegeret dicitur, duo talenta ordinamus: fratribus de monte S. Mariæ vnum talentum: fratribus de S. Michaele dimidium talentum in ius præfatę caritatis ad anniuersarium meum & vxoris meæ annuatim celebrandum determinamus. Porrò ad hospitale prędicti montis, quinq; solidos: ad illuminandam S. Michaelis cryptam, quinq; solidos statuimus dari, & in præfatis locis nomina patrum & matrum, fratrumq; nostrorum in fraternitate volumus annotari. Hæc quidem post decessum nostrum ita diuidenda tradimus: Quamdiu autem ambo superstites sumus, XII. denarios in vrbe, sex in monte, quinque ad S. Michaelem, interim dabimus singulis annis ad memoriam initę fraternæ conditionis. Imminente verò exitus nostri tempore, duo vel tres fratres nobis mittantur, qui corpora nostra condiant, animas Deo cōmendantes, & faciant, vt corpora cum honore Fuldam sepelienda deferantur. Quod si ego vel Vxor mea mundum relinquere voluerimus, claustrum domini mei S. Bonifacii in vrbe mihi pateat sine contradictione: Vxor verò mea de vrbe præbendam accipiat, & in monte aliam habeat, & in eodem monte S. Mariæ in condigna recipiatur habitatione: Si autem altero defuncto vel conuerso, alter vel altera mundū diutius inhabitabit, qui superstes fuerit, quod definitum est ad præfata loca dimidiabit, post cuius finem possessio tota, sicut diuisum est, in seruitium Dei secundabit.

Traditio curtis Diudenhusen & aliorum.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus S. nouerint fideles tam pręsentes quàm futuri, quod ego Erdag S. Christi martyri Bonifacio curtem meam Diudenhusen cum omnibus pertinentiis eius trado, & in Fladecheim mansus VII. & iugera LXXII. & has villas Wigbranderoth, Richwarderoth, Nuinroth (vel Niuenroth) cum omni vtilitate ad has pertinente: duos etiam ministros meos, quorum nomina sunt, Helil & Tcelin cum omni possessione trado sub tali pactione, vt in curte eorum optimo iure seruiant, absq; contradictione: insuper ancillam meam nomine Weinlu, cuiusdam Gocilonis vxorem cum prædio in Hewinehuosum, ea trado conditione, vt si liberos habeat, sicut prædixi, in curte fratrum inter ministros seruiant, sin autem ipsum prædium possidentes sicut alii ad Duodenhusun pertinentes censum persoluant. Hanc traditionem certissima pactione facio, vt semper in anniuersario depositionis meæ fratribus inde seruitium caritatis impendatur, & coram altaribus singulis candelæ accẽdantur, & vigiliæ atq; missæ pro remedio animæ meæ à fratribus persoluantur. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ DCCCCXC. Cal. Maii, regnante Ottone Rufo Imp. coram Werinhario Fuldensi abbate. Hanc traditionem si quis infringere, aut arte aliqua, diabolo instigante, à gremio S. Bonifacii conetur auellere à cætu Sanctorum extorris, gehennæ cruciatibus à iusto iudice condemnetur in vltimo iudicii examine. Amen.

Traditio census XV. solidorum.

QVia generatio præterit & generatio aduenit, tam futuris quàm præsentibus notum sit, qualiter Albhardus seruiens S. Bonifacii, abrenuncians seculo, duas huobas in Warlaha pro anima sua & vxoris eius, filiorumq; eius tradidit B. Bonifacio, vt libere ab omni potestate secularium singulis annis censum persoluant XV. solidorum. Has autem huobas ad eundem censum quidam Berwigus suscepit, & vt sibi posterisq; suis confirmaretur, aream in ipsa villa cum ædificiis instantibus Sancto Bonifacio dedit, hac conditione; vt quamdiu ipse aut posteri eius censum prædictum dare voluerint, huobas habeant: si autem non, fratres cui voluerint aream cum cæteris sibi commissis committant.

Traditio bonorum in Owa, & villa Sigenrot.

IN Christi nomine notum sit omnibus fidelibus rationis huius veritatem scire volentibus, quod ego Bertolus, die, qua filius meus Hermannus puerilibus constitutus adhuc in annis, Deo & S. Bonifacio obtulit semetipsum in Fuldensi cœnobio regulariter ad viuendum, tradidi ad pręfatum cœnobium in vsus fratrum monastica inibi professione viuentium, tam pro memetipso quàm pro filio prænotato, necnon & omnib. charis meis viuentibus seu defunctis, quicquid hæreditario iure possederam in Owa: quinq; videlicet huobas cum omni vtilitate ad ipsam possessionẽ pertinente, & ne possessio propriis careret cultoribus, tria quoq; tradidi mancipia ad eandem possessionem pertinentia, quorum nomina sunt, Liutheri, Adelburc, Dietmar; eo pacto, vt eandem possessionem iure legitimo ad incolendũ possideant, & ex ea talentum in vsus fratrum annuatim persoluant. Porrò prædictus Bertolus iam confectus ætate, cum extremam diem mortis videret appropinquare, tactus infirmitate, ad Fuldam se transferre postulauit, oblatisque prędiis suis, villa scilicet in Siegenroth & sex beneficiis, in Opoldesroth in id hæredibus suis consentientibus, habitum religionis suscepit, sicq; migrans ad Dominum ante fores monasterii intra claustrum sepultus tum fratrum compassione, tum recordatione suæ hæreditatis illius in memoriam eiusdem oblatæ, quiescit.

Tractatio de Vvisefeld & Seueld.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis hæc traditio corroboratur, & tam futuris quàm præsentibus in memoriam reuocatur, villicatio nostra in Hottenhusen (vel Ho-

(vel Houenhusen) multorum circumsedentium violentia pro sui à nobis remotione cum deuastaretur, ipsam Duci Saxoniæ Henrico nos Fuldenses fratres in tutelam commisimus, cuius defensione nos tueri ibidem sperauimus. Illo verò in negociis regni occupato recentiora mala nobis illic emersérunt, quibus occurrere ex consilio vtile duximus. Fuit, inquam, hæc causa, Wisefeld & Seueld, hæ duæ nostræ villæ super ripam Wisara altrinsecus sunt dispositæ: & tam cultura agrorum, quàm fundo eiusdem fluminis antiqua concessione, oblatione priscorum principum Saxonię nobis attributæ, vtilitate piscium quam maximè de maceria, quæ ibidem per medium fluminis quandoq; dispositа fuit, & nunc soli ecclesiæ nostræ cedentes. Hæc autem maceria apud eos vulgo Vahc dicitur. Porro Liudolfo de Cassélo medium eiusdem maceriæ sibi vendicante proforeste fulgo adiacente beneficiali iure à Duce sibi cedente, tandem per fratrem suum Reginoldum cancellarium Teutonici regni à prædicto Liudolfo illud in integrum recepimus, sicq; hac molestia liberati sumus. Videns ergo idem cancellarius eandem villicationem parum nostræ vtilitati cedere: sibi autem de copia piscium pro ipsa vicinitate vtile fore sibi, hac interposita ratione concedi postulauit, vt quamdiu maiori dignitate illius temporis suffultus non esset, loco villicationis eandem idem procuraret & annuum reditum tam in censu, quàm in piscibus statuto tempore nobis persolueret: dispersa congregaret, subtracta requireret, deuastata repararet, & in his nihil detrimenti nobis ascriberet: Adiiciens & hoc, vt si vno anno proposita negligeret, vel diuina dispositione ad altiora conscenderet, ipsa villicatio ab eo libera & absoluta nobis sine vllo impedimento vacaret, nec vel tunc, vel nunc sæpe dictus germanus ipsius Liudolfi, aliquid de ea se intromitteret, vel permissione ipsius, quouis modo sibi attraheret, vel reconsignata repeteret, sed nostra nobis liberrime ab omni dispositione ipsius redirent. Consulentes ergo nobis ex qualitate temporis, & ex eo quod idem cancellarius spiritalis frater noster esset: Attendentes etiam hoc, in curia Imperatoris Friderici Rom. Augusti in multis nobis specialius posse prodesse, annuente Domino nostro Marcwardo, abbate nostræ Fuldensis ecclesię, secundum præscriptum modum, & ab eo petitum, eandem villicationem ad nos singulariter pertinentem illi commisimus, nec tamen à commodatione, qua prædicto duci Henrico eam commisimus, defecimus. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis MCLVII. indictione quinta, imperante glorioso Romanorum Imp. Friderico: abbate Fuldensis ecclesiæ Marcwardo, præsente & concedente Ludewigo decano cum omni congregatione.

Traditio bonorum in villa Wivveres.

EGo Ortwinus Fuldensis frater tradidi fratribus Fuldensibus in commune pro ánima mea in anniuersarii mei memoriam, quædam bona, quæ habui in villa, quæ dicitur Wiweres, videlicet triginta nummos in epiphania Domini, & quatuor gallinas & anserem vnum in festo S. Michaelis persoluentes.

Traditio bonorum in finibus Iuchisono.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ego Egilhart trado ad Sanctum Bonifacium martyrem Christi, qui in monasterio quod dicitur Fulda sacro pausat corpore, vbi vir venerabilis, largus atq; laudabilis Theoto cum summa caritate atq; suauitate multitudinem monachorum ad Dei militiam regere videtur, hoc est, quod trado in prouincia Grapfeldono, in finibus Iuchisono, quicquid ibi proprietatis visus sum habere in areis, ædificiis, campis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumq; decursibus, & omnibus legitime adiacentiis & mancipiis, quorum hæc sunt nomina, Goacwin, Salucho, Vnuuan, Nending, Vunnisuind. Ea scilicet ratione hæc omnia trado, vt quamdiu viuam, vsufructuariò possideam: post obitum verò meum omnia quæ supra memorata sunt, acta & meliorata, Deo dante, ad prædictum martyrem & memoratum abbatem vel successores eius cum omni integritate reuertantur. Acta est hæc traditio in monasterio Roræ, anno ab incarnatione Dom. DCCCLXVII. Regni verò Domini Ludwici piissimi regis XXVII. coram testibus istis, † Adalolt, † Surt-

boto, †Zazo, †Herimuot, †Ruodung, †Alamar, †Truogo, †Wiching, †Adalman, †Nerolf, †Wernolt, †Fridurih, †Folcbraht, †Reginhart, †Adalolt, Orttrich, Ato, Arindeo, Abbo, Isanbraht, Theotbald, Starcolf, Wighart, Fastman, Vodilger, Nerolf, Adalman, Isanhart, Reginhart, Adaltag, Albigast, Freibraht, Fridibraht, Witago, Wihing, Walah, Wagbraht, Wolrat.

CAMBIVM INTER POPPONEM EPI-scopum & Dominum venerabilem Abbatem Hadamarum.

AD Vtenhusun areæ xxv. huob. xiii. iv. iugera pratorum.
Ad Walpbaringun iugera lxx.
Ad Rohingeshusen area i. agri lx.
Ad Hentinge iugera lxxx.
Ad Rosdorf areæ x. huob. iii. agri xxxiv. iugera. pratorum lx. iugera.
Ad Wertaho quicquid Sanctus Kylianus illic habuit absque area, in qua Ecclesia stat.
In Affeldrahe, regales huob. xv. xxv. iugera arearum.
Quercini nemoris xiv. huob. & xl. iugera.
In Hiltiboldesdorf huob. iii. & xx. iugera; arearum x. iugera, pratorum verò x. & ix. iugera.

TRIVM LIBRORVM TRADITIONVM FVLdensium finis.

AVGV-

AVGVSTANVM CHRONICON ECCLESIASTICVM,

AVTHORE

SIGISMVNDO, RELIGIOSO.

Ad Lectorem.

PRobus veritatisq; studiosus, Sigismundus ille, qui sequentem librum congessit, sed interdum priscarum rerũ ex infelicitate seculi, in quo vixit, non ita peritus fuisse videtur. Nos tamen nihil correximus: tum vt integer cum erroribus suis esset author: tum vt ex Magnifici amplissimiq; D. Marci Welseri de eadem re publicatis libris vitia, quæ influxerunt, quisque sine nobis tolleret. Interim cum in reliquis dignum publico conspectu duceremus, exprimi typis iussimus. Nominat maius Augustani Chronici volumen, quo Lectorem sæpenumero remittit. Id si superest, optaremus simul editum: Nec tamen ideo differendum huius libri editionem existimauimus: cum multa alioquin non satis apud alios explicata contineret. Vale.

INCIPIT PRÆFATIO AVTHORIS IN *opus sequens ad Reuerendum Dominum Ioannem Abbatem.*

CRANDI quidem affectu, sed impari facultate, tuis, Reuerende Pater Ioannes de Giltlingen, Abba humanissime, mãdatis parere statui. Chronicon videlicet Augustensium olim dictatum per me, deinde etiam quædam de insigni loco aggregata in vnum contexendo. Quo tuæ industriosæ dominationi facultas fiat petentibus mox ostendendi, vt quibus non vacat omnia videre, hic vel parum percipiant. Speret denique tua circumspecta paternitas & posteris maiorem notitiæ fructum, dum & locorum descriptio & cæterarũ rerum declaratio, & omissorum suppletio adiiciuntur. Accipe itaq; Reuerende Pater, quæ tuus humilis frater Sigismundus offert, & pro meis reatibus, quos contraxi, per multos annos communem Deum exora. Capitulorum autem seriem præmitto, quam ita ordinaui, non vt gesta sunt interdum, sed vt volenti rem videre contextus sit rei ordo. Fratribus etiam tuis tanquam harum rerum notitia refertis, ea quærenda dimitto, quæ sparsim suis in theeis habent. Vale optime & felicissime Pater, his vtere in Christo perpetim. Anno gratiæ M. CCCC LXXXIII.

INCIPIVNT CAPITVLA PRIMÆ PARTIS.

CAP. I.

De ſitu antiquæ Eccleſiæ, & ſtructura altaribuſq; ante deſtructionem.

CAP. II.

De capellis circa hinc inde monaſterium & de noua Bibliotheca & libris.

CAP. III.

De initio fidei Auguſtæ, & S. Lucio, & ſitu Sueuiæ.

CAP. IV.

De origine Sanctæ Afræ, Venere eius, mora Romæ, & de eius aduentu ad Auguſtam, & iſtius loci electione.

CAP. V.

De origine ciuitatis Auguſtæ Vindelicæ, de Druſo & Pyramide, & huius ciuitatis dignitate.

CAP. VI.

De aduentu Sancti Narciſſi, & conuerſione Sanctæ Afræ & vitæ & fundamento, & familia, &c. Et iſto loco.

CAP. VII.

De paſſione Sanctæ Afræ & aliorum ac ſepultura. Et iſto Sancto.

CAP. VIII.

De eo, qui ſedes Epiſcopalis ad Sanctam Afram fuit, & de Epiſcopis vſque ad Sanctum Simpertum.

CAP. IX.

De origine & vita ſancti Simperti & eius canonizatione, miraculis & eius ſucceſſoribus, Adelberone, &c. Wuperto, Nidgario.

CAP. X.

De ſancto Vdalrico & certis factis, declaratio quoque legendæ ac opinionum.

CAP. XI.

De ſancti Vdalrici canonizatione, & de Brunone Epiſcopo ac ſancto Heinrico Imperatore, & inuentione ſanctæ Afræ dignæ & aliorum, & Epiſcoporum geſtis erga locum.

CAP. XII.

De ſancti Vdalrici translatione & aliis Epiſcopis Auguſtenſibus.

DE SITV ANTIQVÆ ECCLESIÆ ET STRVCTVRA ALTARIBVSQ; ANTE DESTRUCTIONEM EIUS.

CAP. I.

PRIMVM ac proficuum fore reor, in primis tradere ſitum Eccleſiæ huius antiquum, ob id præſertim, vt poſteri legentes Sanctorum hic quieſcentium geſta poſſint intelligere locorum differentias. Nam vt tu, Venerande Pater, ſæpius aſſeris, omnia per locorum mutationem poſteris fiunt ignota. Sciendum ergo quod Eccleſia Sanctorum Afræ & Vdalrici conſtructa fuit olim per Abbatem Heinricum Anno MCLXXXIV. ſimplici ſchemate. Nam ad orientem duos choros habuit, quorum quilibet tantum vnam ſemicircularem teſtudinem de lapidib. ædificatam ſimplici, vt moris fuit antiquis, ornatu ac pictura. In Sanctæ quidem Afræ choro imaginem venturi iudicis, in choro Sancti Vdalrici imaginem Saluatoris habebat cum certis Epigrammatib. Prior tamen Sanctæ Afræ aliqualiter poſt renouata eſt, altera manſit hactenus continens hæc: Sum pater & deus, hoc eſt, in amore ferendus. In circulo, En ego ſuſpiro pro vobis ordine miro, Qui pro peccatis ſum propitiatio gratis. Sub his teſtudinibus ſtabant altaria principalia, ſcilicet Sancti Narciſſi, cui annexa eſt tumba Sanctæ Dignæ: ſub alia Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & deinde murus ex obliquo parum altior

altior homine propter transitum fratrum ex choro Sanctæ Aphræ: deinde Sancti Vdalrici sarcophagus cum testudine. Stabat verò turris in angulo, quam præfatæ testudines faciebant campanarum. Expost chori ab inuicem tantum sedilibus vtriusque tergotenus distincti, & per medium ordo columnarum, sicut & per totam Ecclesiam, quæ columnæ quadrangulares sustentabant molem tecti vnà cum muris totius Ecclesiæ: & columnæ sicut & murus venustate absumebantur. Porrò superius pauimentum seu chororum tectura similiter & ecclesiæ erant trabes incredibilis ac inconsuetæ grossitudinis & longitudinis, ita vt aduenæ multi artificesque à longe venientes aspicerent, mirarenturque quo modo vel adductæ vel leuatæ fuissent, vel quo loco creuissent. His tam chori quàm totum corpus ecclesiæ consimiliter omnino tegebantur, inferius pro ornatu tabellulis quercinis affixis. Superius verò mirabilis in modum retis hinc inde contexta fabrica sustentans amplum & ingentis latitudinis tectum, quo vnico tota machina tegebatur, & quidem lateribus prægrauibus onerata. Cancelli verò vulgo dicti seu testudines paruæ ductæ erant, inter choros & ecclesiam, sequestrantes clerum à populo, & in eorum cacumen duæ cruces, in quibus permaximæ reliquiæ: sub eis altaria, & primo inter duas ianuas chori, Sanctæ Aphræ altare plebani, continens Eucharistiam pro populo. Nam sacrum oleum semper conuentus retinuit in signum quod eis ius in parochiam competeret, & illud consecratum erat in honore Sancti Iohannis Euangelistæ: deinde sub alio fornice altare Sanctæ Catharinę, & rursus inter ianuas alterius chori Sanctæ Thomæ, in angulo verò versus claustrum Sanctæ Vrsulæ. Corpus verò totius ecclesiæ tantum quatuor alia altaria habuit, primum quidem Sancti Dionysii, seu Sanctæ Hilariæ versus occidentem in parte septentrionali, non iuxta murum, sed quasi in medio, in quo & sub quo tot reliquiæ sunt inuentæ, & habuit sarcophagum annexũ: Aliud consimile in parte meridionali in honore Sancti Nicolai habens similiter tumbam: Tertium Beatæ virginis circa fornices Sanctorum Episcoporum, de quibus post dicetur: quartum verò supra testudinem erectam in angulo ecclesiæ posteriori in parte meridionali in honore Ioannis Baptistæ, quod & capella Abbatis dicebatur. Habebat verò ecclesia ad occidentem murum amplissimum & altum: Omnium murorum structura ex lapidibus cauernosis quadratis, quos vulgo Daphos (duffdsteyn) appellant, quibus fundamenta in aquis tutantur, moderni, Mirum cunctis vnde allatis: ex quibus post pro nouo ædificio faciliter calx conflabatur. Habetis ex his antiquæ ecclesiæ descriptionem, cuius porrigebatur longitudo vsque ad eum locum, quo iam sexta columna fita est. In fine turris quędam trium testudinum, & alia vnius. Nunc ad alia transeamus.

De capellis circa hinc inde monasterium & de noua Bibliotheca & libris.

CAP. II.

HIs sic de principali Ecclesiæ situ expeditis, sciendum, quod altare à latere chori Sanctæ Aphræ versus ciuitatem erat capella, in cuius parte orientali sanctissimè seruabantur reliquiæ huius loci, habens altare in honore eorundem patronorum. In parte anteriori altare Sancti Pauli, cui inclusa est vna pars reliquiarum Sanctæ Eutropiæ. Nam altera monialibus Sancti Stephani, quæ olim de regula Sancti Benedicti, & sub huius loci abbate, erant, tradita est, in qua etiam parte fratres habebant se præparare diuina officia celebraturi. A parte verò posteriori ad occidentem capella erat Sanctæ Agnetis, quæ diruta non fuit, sed concessa ad Plebani & eius altaris vsum, ex mera beneuolentia Abbatis ad tempus, sine tamen præscriptione. Aliæ quoque duæ capellæ in cęmiterio loci versus ciuitatem, Vna in honore S. Eustachii & omnium Sanctorum, alia in honore Sancti Iacobi & Blasii, ad cuius latus moderno tempore duæ virgines se incluserunt, & per humanitatem moderni Domini Abbatis sustentantur, non ex aliquo iure: est & vna capella supra portam curiæ versus meridiem in curia, Sancti Michaelis, nouissima in capitulari lo-

co; vbi per gradus montis naturalis descenditur in Sanctæ Dei genitricis ac Sancti Gothardi sacellum, vbi & altare Legislatoris nostri Sancti Benedicti cernitur, & super quam laudabili structura, modo theca & reseruatorium ingens librorum ornatissime constructa est. Desuper quod cellæ fratrum pro amplitudine dormitorii: & quia huius rei librorum videlicet mentio incidit, parum altius repetamus de ipsis seriem. Labente, vt supra diximus, religione, quilibet fratrum, (proh) quærebat sibi placita; nec libri curabantur; imò, quod peius erat, petentibus non negabantur, & sine chirographo aliquo alienabantur: quo fiebat, vt ad fratrum prædicatorum conuentum etiam aliqui ablati sint, titulo accommodati: licet ipsi velint per modum redemptionis, quibus hodie caremus. Maxime fiebat ex ignorantia, quæ pessima nouerca est & tinea codicum: & cum ibi originalium antiquorum, doctorum & oratorum poetarumque esset admodum bona copia, parui pendebantur à nostris prædecessoribus, sed ab alienis appreciabantur. Habes denique eorum ex ordine nomina in foliis primis & vltimis libri Beati Hieronymi super Ezechielem.

Tandem circa annum Domini millesimum quadringentesimum & vicesimum floruit in illo loco egregius Sacræ Theologiæ Doctor Narcissus Pfiseer ex ordine prædicatorum ad nos declinans: hic vbique in libris vestigia suæ scientiæ ac laboris reliquit: deinde sub venerabili Abbate Domino Melchiore de Stamheim, cum locus Bibliothecæ, qui tunc inter dormitorium fratrum & ecclesiam erat, vbi nunc constructa est capella Sancti Gregorii (de qua nondum fecimus mentionem) esset nimis ad tot libros angustus, tempestatibus etiam stillicidioque expositus, idemque Dominus abbas impressoriæ arti per se & fratres operam daret, quæ ars nuper inuenta erat, contigit locum maximo numero librorum augeri; ita vt valde ampliori loco opus esset, prout etiam moderno valde humanissimo sub Abbate quotidie augmentantur. Quare, vt ab igne tuti essent, & facilis sine inquietatione pateret fratrum accessus, supra præfatam capellam structura ipsa facta est. Potes hic aduertere, ô Lector, quantum sub tribus istis Abbatibus, videlicet Domino Melchiore, ac Domino Henrico, nec non isto venerabili Domino Ioanne de Giltlingen locus iste in spiritualibus ac temporalibus structuris ac libris auctus sit, & quotidie speratur augeri. His sic incidenter dictis redeamus ad propositum. Vltima capella est ista, de qua iam diximus inter fratrum dormitorium & chorum Sancti Vdalrici; quam bonæ memoriæ dominus Heinricus Abbas construere fecit ac consecrari in honorem Sanctissimi ac felicissimi Gregorii vsque ad cancellos ante capellam. Hæc à nobis iussione circumspectaque ratione Domini Abbatis de loco idcirco inseruimus, vt posteris notitia rerum & intellectus earum, quæ de loco leguntur, pateat, etiam post omnimodam structurarum mutationem. Ad reliqua properemus, & totius rei spiritualis statum à principio fidei incipiamus.

De initio fidei Augustæ, & Sancto Lucio, & situ Sueuiæ.

CAP. III.

NOtus olim tantum in Iudæa Deus, cuius nomen suo tempore dilatandum erat in omnes, etiam in barbaras nationes. Ergo Apostolos suos cum turba Euangelica, vt in omnem terram sonitus personaret Christus misit, & cum impositione officii authoritatem dedit alios mittendi. Vnde factum est, vt ex iniusta obedientia principes ipsius Apostolici senatus Petrus & Paulus ex Roma vnum mitterent, qui Lucium Regem Britanniæ conuertens, faceret regalem sacerdotem, à quo secundo luminare videlicet Regiæ potestatis honore posthabito, crucis Christi gerulus factus, & Regalis sacerdos, officium denique amplectens prædicandi in paupertate Euangelium, quod ad euangelizandum pauperibus missum est, extendere studuit: qui Lucius, spretis pompis Regalibus, vt diximus, nudus Sæuam gentem Sueuorum, quam nunquam armis attentare ausus fuisset, spirituali

lituali militia expugnare aggressus est. Et quidem Beatus Lucius Rex Britanniæ in principio arcem ipsorum Sueuorum Coloniam olim Romanorum Vindelicam Augustam Metropolim Rhetiarum inuasit, inermis homo, non veritus crudelis gentis sęuitiam. Rebellium corda autem partim fidei iugo subiecit, partim in cæcitate iniuriis prius & verberibus periculosè affectus reliquit. Recensem curiam adiit, iugosis alpibus, gentiq; naturali stoliditate climatumq; natura obtusæ sapientiæ pietatisque studium elargitus est, vbi & palmam cum suis decoris adeptus, sacerdos, Rex & martyr veneratur. Olim Retia nostra Cereris deæ iuxta vaticinia gentilium †aream habebat, videlicet frumenti. Quod vero genti in alimentis supererat, arcam
alpibus inferebatur, vt licet nunc etiam cernere, & in vico Retiaco vendebatur, qui vicus cum adiacente campo à Pipino rege Francorum Sancto Magno Theodoroque datus, Campidonum vocitatur, & curiæ Retiensis incolæ eadem frumenta ad distribuendum deferebant monticolis. Hæc latius in descriptionibus Sanctorum hic nominatorum videre fas est, cui fidem mihi adhibere persuasum non fuerit. Rhetia verò nostra ipsa est regio ab oriente Baioariam ac Noricorum fines, (olim iuxta Suetonium regnum) habęs, ad occasum Rhenum, quo & olim ex ea Retia deducti coloni, iuxtaque Rhenum positi in oppido Nemetum quod Spyra, & Wangionum, quod Wormatia sunt. Nam & hodie idiomate Vindelicis concordant. Ad septentrionem hos qui nulli prouinciæ se iungunt, nec tamen prouinciæ suæ nomen norunt, Francis tamen orientalibus (Sandchasen) contigui, Sueuorum gens sæua & hospitum impatiens, alienis se ingerit, prout latius in descriptione istius Vindelicæ Augustæ patet olim digestum. Hæc dicta sint, vt tempore quasi Apostolorum fides hic sulcis iniecta consideretur, quæ tamen suffocata paulatim decem persecutionibus, in vltima sub Afra per Narcissum exculta reflоruit. Quis verò dubitare permittitur, quin & martyres plurimi cum Christicolis sub pressura fuerint, & vt pie opinandum reor, huic Sancto loco traditi post fata, subsequentibus Sanctis occasionem eum eligendi tradiderint. Ad eos itaq; stylum vertamus.

De origine Sanctæ Afræ, Venere eius, mora Romæ, & de eius aduentu ad Augustam, & istius loci electione.

CAP. IV.

SVb Diocletiano & vltima persecutione saltem generali, anno gratiæ ducentesimo nonagesimo Græciæ quinquepartitæ prouincię iusto Dei iudicio, Cæsaribus Deo & hominibus iam ob suas tyrannides odibilibus factis, inter se dissidebant, quo factum est, vt Atticæ partis Rex contra Cypri regem mari classem mitteret, eumque portibus expugnatis, regno paulatim & vita spoliaret. Habuit is rex Cypri vxorem Africo semine procreatam, Hilariam, venusto aspectu, & vultu, ex qua filiam Afram procrearat, simul cum ea & domi & in regno detinens Zozimam fratrem ipsius reginæ virum pium & industriosum: Qui Zozimas interfecto rege, aduocatis cunctis de familia consilio habito declinare statuit, cum viduata sorore nepteq; Afra aliisque insolentiam veritus suspecti victoris, regali pro tempore thesauro ablato, nauibus impositо, Romam vsque se conferens. Nam ibi se tutum patrocinium habituros sperabant, vbi orbis principes commeatum soliti erant habere. Factum est Sacræ tamen imo prophanæ Veneri, mulieres Cypriæ nationis deditæ erant, cuius obscænis sacrificiis in Papho centum aris thura dabantur, iuxta Vergilii figmenta, Filia Iouis aduersa Iunone nouercæ obscæna mulier Venus, licentia regali in æstus defluxit, & quo turpissimo ausu, cum Adonide & Marte, reticulis mariti Vulcano denudata quod gesserat, diuino titulo obumbrabat. Quid enim de se non præsumit laudata potestas? Cerere Bacchoque abundante spumabat venter & ea, quæ sub ipso erant. Sed quid? O mira potentia Dei, qui fortem armatum suis vasis spoliauit, qui vbi abundauit iniquitas Gręciam superiecit, quæ vasa iræ, apta ad interitum in vasa tandem emundauit misericordię. Mater etiam Hilaria filiam A-

fram fuſcam, ſed ſpecioſam facie, tamen Aſram, id eſt, rotundam, his ſacris turpiſſimis dudum initiauerat, eamque ſacerdotem ipſorum effecerat. Habebat miſera Afra in regione illa diſſimilitudinis alumnas Græcas (Nam & Cypris Græcorum eſt inſula) Eunomiam bonam & acceptam forma, Eutropiam bene facetam & elegantem, quas inter familiares, vt regis filia, pediſſequas, & turpium morum & ſecretorum tenebat familiarius aſſeclas. Romæ accepta fuit, cum ob quæſitum refugium & aſylum, tum propter ſacra pronatæ ſacerdotis Veneris generis ipſorum alitricis, Æneæque matrem, ſi fabulis creditur. Itaque eam familiamque regalem auxilio fouent, & hoſpitio: Aruſpicum tamen vaticinio certificata Aphra, reginam ſe futuram præſumebat, vnde & ibidem Romæ pro ſuo poſſe cum matre & Aphro patruo Zozima poſſeſſiones comparare cœpit: Neſciens quod verus fatorum præſcitor ac diſpoſitor eam perpetua corona aptandam præparabat. Per ſomnium denique repetitis vicibus admonetur, vt ſe regali ſtemmate ortam futuram reginam non dubitaret. Sic alpibus tranſcenſis Germanorum prouinciam parteſque Sueuiæ & eorum Metropolim inter duos rapidos amnes Vindam & Lycum fragroſa ac montoſa poſt cacumina in planitie ſitam non tardaret adire cum familia, inclytamq; petere Baioariorum Sueuorumque ciuitatem frequentia celebratam Coloniam Auguſtam. Oraculum tandem patefecit matri ac amicis, conſultatione in communi facta, empta diſtribuunt, æreque in loculis congeſto, quo iuſſæ fuerant mulieres cum familia pergunt. Illuc cum attigiſſent, iuxta ipſam ciuitatem Aphra poſſeſſionem amœnam fructiferamque comparat, extraque mœnia, prope tamen, habitare cæpit, ſuiſque (proh cœcitas) ſacris inſiſtere, vt olim Veneris. Matre intra mœnia vrbis conſidente, vna tamen hinc inde communi habitatione, niſi quod hortus habitatione Aphræ contiguus, & olim à Deo prædeſtinatus memoriæ & ſepulturæ deputatur omnibus. Area hæc eligitur, vt roſea maſſa martyrum illuc condatur, viola ſacerdotum, liliumque caſtitatis Deo ibidem famulantium ibidem deponatur, vt ſit ſalus præſentium, ſpes futurorum, à Deo electus, à Chriſti martyre emptus, à ſanctiſſimis præſulibus poſſeſſus, à frequentia populi honoratus. Meritò extra portam vbi crux illius erecta, qui, vt per ſuum ſanguinem ſanctificaret populum, extra portam paſſus eſt, vt ibi illi habitarent, qui non habent hic manentem ciuitatem, & exeant extra caſtra, improperium Chriſti portantes, ne tamen & ipſius ciuitatis totaliter expers ſit iſta narratio, vt quibus non vacat ea legere, quæ diffuſius à mea paruitate olim dictata ſunt, dum iuuenilis ætas ſecularium ſectaretur codices, pauca in vnico capitulo differamus incidenter. Deinde mox ad propoſitum redeamus.

De *origine ciuitatis Auguſtæ Vindelicæ, de Druſo & Pyramide; & huius ciuitatis dignitate.*

Cap. V.

AVguſti nomen primum Octauiano datum, conſtat, ad cuius honorem diuerſi oppida condidere Auguſtana, inter quos etiam Druſus frater Tyberii, qui ambo priuilegii ipſius Octauiani, nati ex Liuia, quam Tyberius pater coactus fuit repudiare. Is Druſus miſſus ab Octauiano domuit Sueuos, deinde Turingos, coercuit Dacos, vltra Rhenum Barbaros, & obiectu fluminis inclytis oppidis circa Rhenum conditis, Sueuiſque pro Colonia tranſductis, quod hodie quoque idioma, vt diximus, teſtatur, ibidem firmiſſimam tutelam in ipſis Barbaris fecit. Teſtantur hæc Suetonius, Herodotus, Valerius, aliique omnes hiſtorias texentes. Inter illa idem Druſus Nero (ſic enim cognominabatur) vt & frater poſt Druſillati fundationem Moguntiam à Mogano flumine, quod ibidem Rheno influit dictam condidit: Auguſtam prius Vindelicam à Vinda & Lyco dictam, olim Genawinam ac Cerariam inſtauratit, Sueuorum Metropolim eſſe volens. Ab eo etiam Nerolingen Retiæ oppidum Nerombergque dictam volunt, & à fratre Tyberio Tyberiadem, quam modo Ratiſponam dicimus. Obiit idem Druſus Moguntiæ peſte, vnde & vulgo dicitur à Romanis, Moguntia ab initio nequam. Meminit huius Seneca ad Marciam

ciam in libro de tranquillitate ita, Diua Lucia amiserat filium Drusum magnum futurum principem, & iam magnum Ducem, intrauerat ipse iam Germaniam, & ibi signum Romani fixerunt, vbi vix esse Romanos notum erat. Vita functo Druso, Tyberius Claudius Nero ei Moguntiæ pyramidem statuit, mirifici cementi, quod sæpius oculis vidimus nostris. Cineres delati Romam: decretum illi in luctum. Augustenses dum sui conditoris memoriam habere vellent, pyramidis Moguntiæ formam in armorum signa sumpserunt, pictorum tamen authoritate post dum quilibet politus magis videri vellet, adiectus est color viridis vuę. Tam deformis est enim diabolus, quam acuta artificis manus pingit, cum pictoribus atque poetis æqua semper sit potestas. Ista inclyta Augusta ante Traianum excidium mox post Treuerim fundata, ab Amazonibus obsessa, multis inclytis titulis prædita, Seuorum, qui & Sueui, semper fortissimum propugnaculum fuit. Extant desuper à nobis exili stylo in pueritia exarata, maiorum tamen authoritatibus fulcita, ad quæ diligentem lectorem transmittimus. Testantur & hæc epigrammata, tota ciuitate hinc inde disiecta, nostraque ætate producta, quarum seriem alium in locum seruamus, dum huius humanissimi patris Iohannis abbatis diligentia fuerint congesta. Vnum adiicimus, Coloniam fuisse Augustam, in quam deducti Romani emeriti milites, tutamen Germaniæ præstiterunt, & in qua pro legione Seuica, quæ semper tuebatur Cæsaris Romæ corpus, tyrones conscribebantur, cui legioni fides erat, primusque Cæsar, qui eandem exauthorisauit legionem, interfectus à Romanis fuit, teste Suetonio Tranquillo. Colonia, vt certi æstimant, proprium non est nomen, sed locus munitus, in quem senes & emeriti milites vel mutilati pro republica agris sibi datis pro refugio, si quid in prouincia noui oriretur, locabantur, vt eo refugio tenacibus fidei & ad compescendum seditiosos locus esset. Illuc denique proconsul mittebatur, cuius curia hodie cernitur, in alta strata, prout testatur antiquum ibidem epigramma. Nam eadem curia à Romanis Comitibus de Hohenloh dictis, feudum est, auff dem Hohenries, ab Aurelio Maximiniano collega Diocletiani instaurata: sed satis est aliqualiter hoc in capitulo à cæpto transgressum: Nos ad cęptæ rei seriem redeamus. Aphræ videlicet almæ patronæ gesta.

De aduentu Sancti Narcissi, & conuersione Sanctæ Afræ & fideig, & fundamento, & familia, &c. Et isto loco.

Cap. VI.

APhra illa, heu morbida ouis, Africo sanguine ex matre procreata vanis spebus seducebatur, vatis licet gentilis, diuino nutu tamen verum dicentis, qui eam futuram Reginam auguratus erat: Romæ exitum exspectauerat fatorum, regni terreni ambiens fastigia: Augustæ post morabatur, vt diximus, sed omnium euentuum præscius, dispositor & rector, eius simplicem errorem miseratus, euocauit ab occidente Hispaniarumque finibus lumen fidei præclarum florem Narcissum, vt ingerat Augustæ agnitionem Solis, qui nescit occasum, eidem pollicendo, in visione, quod & gregis ipsius Christus curam Gerundensem ageret, & iter eius in prosperitatem duceret, nec non itineris comitem se spondet, effectumque laboris ostendit: quibus illectus, licet iam coronam martyris sua in Ecclesia auide præstolaretur, tamen assumpto ministro videlicet diacono Felice, Augustam Vindelicam properat, vbi iam nulla scintilla fidei remanserat, extinctis omnibus sæua illa & crudelissima persecutione Diocletiana, de qua multorum canunt martyrum certamina. More verò antiquorum in memoriam stigmatum sui redemtoris, sacris refertam xeniis manibus gestabat cruciculam: ignoransque ratione naturali, sed Deo disponente Afræ extra vallum ciuitatis intrauit ædem, notatus tamen ab his, qui sæuis tyrannis & eorum edictorum appatitores & proconsulis Gay pro tempore erant. Afra dudum fama Christianorum imbuta Romæ, de castitate & rectitudine fidei, quod sæpe mente reuoluerat, virorum aduerrens grauitatem, mo-

deſtiam, continentiam, dum non ad conſueta lubrica, ſed ad cœleſtium inſtar militum hieratica cantica promptos cerneret, hoſpitii turpitudinem ſuam in dignitatem eorumque ſanctitatem fatetur. Perſuaſa tamen de Ieſu benignitate & miſericordia, viſibili etiam cœlitus emiſſa ea nocte luce illuſtrata cum pediſſequis duabus è Cypro adductis, & tertia videlicet Digna Romæ ad ſe attracta conuertitur; exin matrem participem facit ſalutis, & iuxta Iohannis in Apocalypſi dictum, (cortina cortinam trahit, & quæ audiuit dixit, &c.) tota ſtirps familiaque aduenarum vnà cum cæteris incolis Chriſto aggregatur, Zozimas frater Hilariæ patruuſque Aphræ, vti vir grauis, Epiſcopus ordinatur, Dionyſiuſque appellatur. Credo eum hoc nomen, & in Græcia percepiſſe, de illo magno Macario Dionyſio Areopagita. Fit noua ſpectandę amplitudinis Auguſtæ eccleſia: Nouum fidei Ieſus ponitur fundamentum. Tandem mutatis vaſis iræ in vaſa miſericordiæ, cum fidei fractor ſeruus actionem ſpolii contra Chriſti famulum proponeret; Diabolus Sophiſta, præclarus Narciſſus eum perholizauit; vt ſuum amicum diſtortum animal draconem in faucibus, hoc eſt in ipſo introitu alpium perimeret. Ad ſua reuertendi tamen præſul iure vſus, palma decoratur ibidem, cum miniſtro martyrii. Durat ſub modio Auguſtæ lucerna fidei per triennium, in quo ſpatio & prædia & clinodia & totum peculium per Aphram in manus pauperum diſperſum, tranſmittitur in tutum æterni regni portum. Nudi efficiuntur cum nudo luctaturi, ſpoliati à Chriſto omnibus: qui dixerat, niſi quis renunciarit omnibus, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Nil prętер illam nobilem diuinitus præordinatam retinent, aream Aphræ iam candidiſſimæ hortum, verè poſſeſſionem bonorum virorum, vbi ſibi eadem memoriam, hoc eſt, ſepulturam conſtruxerat; & ſuis inclytum cæleſtibus mauſeolum, nec minus quàm Abrahæ duplex ſpelunca, patriarcharum præclariſſimorumque continens martyrum hinc inde corpora læua, & dextra hinc inde pontificum Vdalrici & aliorum, Aphræ & aliarum corpora. Non curo, optime pater, hic Ottonis præclariſſimi Friſingenſis Epiſcopi regali progenie orti ponere teſtimonia: Maximè cum eius hic expreſſa ſit intentio, tum quia & in veſtris thecis contineantur eius chronica: Et ego ſatis longo proferrem ſpatio omnia, ſi à me dictis ſubrogem ſemper auctores, vt in maiori hiſtoria feci.

De paſſione Sanctæ Afræ & aliorum ac ſepultura. Et iſto ſancto loco.

Cap. VII.

VOluiſtis me omnia breuiter intexere, quæ etiam in legendis noſtris diffuſius continentur, vt ſuccinctus ſermo laborem quærendi volentibus ſcire auferat. Reſtat ea de cauſa, vt quæ ille Prior Albertus loci & Sanctorum amator, eorumdemque auctor pro ſua virili ſcripſit, & ego tanquam additis paucis, quæ experientia rerum magiſtra dedit, in ea qua ſemper laboraui indagationis diligentia, in his præſertim, quæ ad patronum locique ſpectant inſignia. Aphra lota baptiſmate, fundata fide, ornata eleemoſyna ex medio producitur, proponenda his, qui in domo Auguſtenſi ſunt: Cæii igitur iudicis tribunalibus ſiſtitur, tentatur promiſſionibus, terroribus oppugnatur; non tamen terretur nec flectitur, ſed conſtans animo vltricibus flammis addicitur, prius virgis publicè cæſa. Non erubuit quod pateretur foris, ſed cupiens purgari ab his, quæ animam accuſare poſſent. Extra vrbem longe ducitur miliarium videlicet in ſecundum, cum in prope ſarmenta congeſta non eſſent, tum ne incolæ eius fidem admirantes imitarentur, tum vt amicis notitia finis & corporis ſubtraheretur: Ibi denique in inſula fluminis ſtipite arboris alligata, vepribuſque circumdata, quos inundans inconſtanſque fluuius congeſſerat, qui hinc inde in morem torrentis impetuoſi è montibus lapſus Alpicis, nactus apertum campum (cui etiam nomen dat) hinc inde effrenatus diſcurrit varius: Ipſa Deum benedicens extinguitur fumo & flammis, aduſtumque corpus relinquitur, quod à fidelibus pediſſequis Digna, Eunonia, Eutropia reductum, à Dionyſio Epiſcopo fidelium

Nota miliaria more Italico computari.

Lechfeld.

delium in præsentia mausoleo infertur : vbi tum structura lignorum cooperitur ob persecutorum metum, laudes potius pro eius victoria, quam gemitus emittentes. Denique ibidem deuotæ pediſſequæ infra paucos dies & ipsæ extinctæ, flammisque traditæ : Et simul paucis in diebus ingens grassatur furor. Episcopus cum aliis ferro absumuntur : Incolæ exemplo & doctrina quam multi conuersi : paulatim tota, vt ipsi tyrannorum, Cæsarum ac proconsulis paritores æstimabant, fides extincta fuerat. Nec solum furor gentilis Cyprios aduenas hac tempestate absumpsit, sed etiam plebis Augustanæ magnam multitudinem. Quibus etiam iste sacer locus locum quiescendi dedit, nam eum, quem sacra mater Aphra elegit, immo quem Deus ei prædestinauit, alii quoque subsequendo venerandum censuerunt. Electa Augustensis plebs felicior vicinis cunctis oppidis, inclyta tu Augusta gaude iucunditate magna, quam Deus tot obsidibus datis, tam martyrum quàm confessorum, munitioremque orationibus Sanctorum quàm mœnibus fecit, insigniorem etiam titulis martyrum, quàm exteris triumphis. Tui ciues prudentia haud sua & industria suffragiis Sanctorum æquari valent. Quare monumenta relictasque tibi reliquias loci tam insignis honorato, ædem eis iuxta vires ampliando, in quo laus eius in Ecclesia (videlicet Sanctorum) iugiter decantetur. Maiora his, quæ diximus relinquimus considerandæ Lectori, speculandiq; occasionem deuoto incolæ cœnobii sufficiat datam.

De eo, quod sedes Episcopalis ad Sanctam Aphram fuit, & de Episcopis vsque ad Sanctum Simpertum.

CAP. VIII.

PAce Ecclesiæ sub Constantino reddita, cum & idem Constantinus ante adeptum imperium Cæsaris tantum nomen habens, necdum Augusti, ciuitatem hanc tunc cæteris insigniorem suo comitatu faceret, prout quoddam epigramma nuper erutum testatur, cæperunt fideles nouæ rei gestæ memoriam habentes Sanctis martyribus honorem deferre, ecclesiamque super sacra ossa construere, peste ac diffortunio adinstar fumi gentilibus assumptis. Ibidem denique clerici instituti sub Apostolica regula in communi viuentes ac Deo luge sacrificium laudum statutis horis persoluentes, qui processu temporis Canonici regulares nuncupati sunt. Zozimæ quoque Dionysio martyri & Episcopo succedit Sueuus natione, Perwelff Episcopus quindecim annis regens in Ecclesia Sanctæ Aphræ diœcesim : Dein Taginbertus qui sedecim : Exin Manno, qui decem & nouem : postea Wicho qui decem & octo : postea Bricho qui viginti : Zeyso qui vigesimum primum attigit. His successit Martmannus, qui vltra alios vixit, vsque videlicet ad vicesimum nonum vna cum præfatis omnibus, vita puta, lucida doctrina in regimine circumspecti ecclesiam Augustensem rexerunt : cuius tunc sedes erat ad Sanctam Aphram, licet paulatim sub his præsulibus ecclesia Thommæ seu cathedralis sub titulo almæ genitricis cum canonicis institueretur, & traditiones principum semper fierent, primò ad Sanctam Aphram, deindè processu temporis ad Beatam virginem & Sanctam Aphram, prout vidimus. Sepulturam tamen omnes pene ad Sanctam Aphram elegerunt in parte meridionali martyribus relinquentes contra omne malum, quod pandetur ab aquilonari eandem partem. An autem sic sibi successerint, vt posuimus, vel interpolatim, incertum est : plures tamen his fuisse constat, vt Fortunatum, de quo Sancto Vdalrico legimus reuelatum, aliosque. Notabilis tamen & in ecclesia Dei inclytus pontifex Witterpus his successit, cui Pipinus rex senior saltum quendam tradidit sub titulo Sanctæ Mariæ & Sanctæ Aphræ circa annos Domini septingentos & triginta, sicut & ante eum Dagobertus fecerat : qui Dagobertus multa monasteria circa Rhenum construxit, vtq; diximus, donationes istæ ad S. Mariam ac ad Sanctam Aphram sonant. Patent hæc in legenda S. Magni. Sepultus est & ipse in sancto isto loco, miraculis denique coruscare perpenditur & hodie. Post eius discessum Herluca quædam inclusa super sua sanctitate reuelationes ha-

buit, eiusque vita stilo tradita est, quæ tamen ad notitiam nostram non peruenerunt. Sub eo quidam sacerdos diuina reuelatione monitus, de obituque S. Galli informatus, iussusq; accendere candelam ceream, eam sic accensam vsq; ad monasterium præfati Sancti Galli detulit, abindeq; Sanctum Magnum vsq; in fauces Alpium cum Theodoro transduxit, quorũ Prior Faucense, alter Campidonense monasterium instituit, Thozzo huic sacerdoti nomen erat, quem post S. Magnus ad Episcopatum Augustensem promouit, quem & laudabiliter rexit. Sepultus & ipse in isto Sancto loco; Nunc ad Simperti tempore transeamus.

De origine & vita sancti Simperti & eius canonizatione, miraculis & eius successoribus, Adelberone, Nidgario, Witperto.

CAP. IX.

SImperti merita inclyta dicturi, eo magis obruimur materia, quo ipse continuatis in dies miraculis tuo iam tempore, piissime patrum Ioannes, se ipsum prędicat. Necesse est enim eum summis virtutibus fulsisse in vita, qui tam stupendis claret miraculis post fata. Testantur ea & reuelationes super sacris eius ossibus almo patri Vdalrico factæ. Auctor deniq; legendæ eius se de sua pueritia esse fatetur incertum quod mea nuper paruitas produxit in lucem, quodq; deinde tui antecessores & sanguinis propinqui abbatis perscrutata est sagacitas. Quapropter fido stilo ad ea accedamus. Is Sanctus Simpertus simplex, peritus, vt columbina serpens ex regali stemmate Francorum Caroli aliorumque procreatus, prima ætate se eremiticæ vitæ in loco qui Morbatum dicitur, in pattibus Suntgayæ circa superiores partes Lantgrauiatus Alsatiæ inter montana saxosaq; loca tradidit, cui postmodum eremitorio subrogatus, vt Abba præfuit, eumq; specialibus, magnisque priuilegiis auxit, quæ ego, pater optime, oculis his vidi à Carolo Magno datis. Crescentibus eius meritis famaque cum idem Carolus Baioariæ principes perfidiæ pœna mulctatos domuisset, vti fidem & sanguine iunctum & strenuum pugilem obiecit perfidis, in Episcopumque Augustensem sub modio latitantem erexit, de consensuq; Papæ Leonis eidem partes Bauariæ, vt nunc cernitur iure diœcesano tradidit, moxq; per eum ecclesia Sanctæ Aphræ extra muros tunc sita restauratur, commissione sibi facta à Carolo illo super hoc Christianissimo Imperatore, qui hunc locum omni honore dignum iudicauit. Sancti Simperti deniq; bonam voluntatem ad id faciendum præcessit diuina reuelatio, concomitatum est adiutorium, subsecutum cælitus beneficium. Athila rex Hunnorum tunc ciuitates cunctas Germaniæ vastauerat, inter quas Augustæ ecclesiam etiam Sanctæ Aphræ igne absumpserat, Noricorum Alamannorumque duces etiam inter se dissidentes, vt erucæ, residuum consumpserant. Rexit autem laudabiliter ecclesiam annis triginta, & suam sepulturam etiam ad Sanctam Aphram elegit, prout hæc & alia in eius legenda cernere licet. Reuelatum de eius sepulchro Vdalrico fuit, vt debito illud tegeret tecto. Nostris etiam temporibus hæc quæ subiungimus, acta fuere, prout tu, pater optime, oculis tuis vidisti, quæ idcirco hic annectimus, vt volenti scire separatim dicenda hic occurrant. Circa igitur reformationem loci & fratrum in sacra obseruantia debita institutione, de qua post dicturi sumus, cæperunt circa tumbã huius Sancti coruscare miranda miracula, de quibus olim aliqua pauca memorię tradidimus. Præerat tunc eccles. Augustensi præsul insignis Petrus notabile membrum Rom. ecclesiæ, nam & ad Cardinalatum vocatus fuit, sub eo legẽda ac historia metrica cum certis prosis à patrib. transcripta Romam ad Apostolicum Felicem missa est, qui ea perspecta Apostolico oraculo pronuntiauit. Nos dum in minoribus essemus, locum & fratres ipsius vidimus, iudicamusq; esse viros bonos, nec suspicamur deceptionẽ aliquam. Quare vt eiusd. B. Simperti obitũ solemni cum officio peragant, volumus, donec legatus has ad partes transmissus fuerit à sede: tunc fiant faciẽda. Elapsis verò paucis annis, idem Reuerend. pater Petrus missus legatus à latere per Germaniam contra sæuitiam Turcorum patres monasterii eidẽ suggerẽtes de S. Simperti meritis, & quod tũc maxime miraculis coruscaret,

Murbach.

Declaratio Pontificis.

scaret, ab eodem præfati facti ac Sancti Simperti impetrarunt confirmationem pro-
ut decretum eius videre licet. Paucis post diebus cum fundamenta ecclesiæ effode-
rentur, muriq; versus clausstrum spacio adiecto erigere structores vellent, inuentum
fuit sepulchrum Sanctissimi Simperti. Erat autem sarcophagus lapideus fortis, mox-
que è conuerso terra adiecta, desuper tabulato facto ad latus ibidem altare erectum
fuit ad tempus ligneum, capellaque incepta, ad quam & subsidia mox porrecta fue-
runt. Sanctus quoque Simpertus crebris miraculis laboratoribus assistebat, de qui-
bus duos libellos edidimus: hęc passim posita hic in vnum compegimus. Eidem
successit Hantto, post quem Nittackar, deinde Vdelman, deinde Nidgarius, qui
prope Sancti Simperti in lapideo etiam sarcophago repertus est nuper cum tali epi-
grammate antiquissimis apicibus: Beatissimę memoriæ hic requiescit Nidgarius
Episcopus, omnes legentes pro ipso orate, vt pius Deus misereatur illi, amen. Ob-
iit ille Beatus de hac luce, tempore XVII. Calend. Maii. Hæc in præfato sarcophago.
Rexit ecclesiam Augustę anno Christi octingentesimo quadragesimo septimo: fuit-
que Episcopus quartus decimus, & ante Sanctum Vdalricum sextus. Inuentum est
corpus eius MCCCCLXXX. tertiadecima nonas Maii. Post eum Adelbero vir to-
tius Sanctitatis, musicę peritus, Imperatoribus gratus, pro ecclesia Dei multis se la-
boribus exposuit, in consiliis prouincialibus laborans, nutritor etiam Sancti Vdal-
rici, quem præclaris moribus instituit, cui etiam Marinus Papa mortem Adelbero-
nis indicauit, eumq; vt in episcopatu succederet hortatus est. Historiam verò & se-
riem vitæ eius vir præclarus Vdalscaltus scripsit ad Episcopum Waltherum eiusque
largitatem, qualiterque in ecclesia Sanctæ Aphræ miraculis claruerit: alia post in S.
Vdalrici dictis reperies, Hyltinæ successit per annos quindecim, & ipse hic sepultus.

De Sancto Vdalrico Episcopo & certis factis. Declaratio quoque legendæ ac opinionum.

CAP. X.

VItam Sanctissimi Vdalrici in Sueuorum decus maximum tres stilo tradiderunt
ante nos. Primus quidam sibi familiaris sacerdos. Post præpositus Sanctæ Ma-
riæ simplici diffusoq; stilo, quod Cunradus Episcopus successor post tempora eius
cernens vir literaturæ magnæ orsus est eam alio, sed nimis acuto stilo, nec tamen fi-
nem operi imposuit: Tandem monachus de Augia maiori eam, qua nunc vtimur,
contexuit. Vidimus & australium traditiones ab huius (qui & Vngari) acceptas, de
eius gladio, pisce mutato, aliisq;, percepimusque ea quæ in Athesi de eius obitu tra-
duntur. Quia verò ex his aliqua veræ historiæ contrariantur, & de paucis magna tra-
dunt, contemnimus non tamen ignoramus. De origine eius aliter nullus tradit, nisi
quod paternam lineam de Comitibus illustribus de Kiburg & Dillingen, Wittislin-
genq; traxit: maternam verò de stirpe Weringariorum, qui erant nobilissimi prin-
cipes Sweuiæ, matrimoniis Carolo magno eiusque successoribus vsque ad spacium
ducentorum annorum semper iuncti. Pater castitate insignis & armis: Mater elee-
mosynis hospitalitatique intenta. Reliqua eius gesta legenda clarius tradit; Nos ta-
men ea quæ postmodum perscrutati sumus oportuna pro eius intellectu adiicimus.
Ad Sancti Galli monasterium traditus, eo quod ibidem à temporibus Caroli Magni
Sacræ Theologiæ studium pro Sancti Benedicti monachis esset, & quilibet Abbas
dabat pro suo monacho certam summam Abbati monasterii. Claruerunt ibidē ve-
nerabilis Beda & Alcuinus, & alii præclarissimi Doctores: denique ibidem pene o-
mnes prosæ, quas sequentias dicimus, quas Alleluia sequuntur, tropiq; cōpositi sunt.
Ostenduntur ibidem multa per Sanctum Vdalricum gesta, extatq; nomen fluminis
vbi tres fluuii concurrunt, ab eo positum Syntter, quasi sint tria. De Beata etiam *Sintre, quasi Scindrei.*
Wibratta, inclusa hodie supersunt acta de eius & Sancti simul colloquiis, quæ vidi-
mus dum ad alterum amnem ibidem nouitiorum curis occuparemur. De Adelbe-
rone supra diximus. Sed hic vnum adiiciendum omnino reor, Habes in legenda
longiori de Raberto Sancto viro, &c. quod vidit in visu Adelberonem episcopa-
liter indutum, & paratum ad missam, seque vocantem in Aquilonali parte cry-

ptæ, dicentem, Dic Episcopo videlicet Vdalrico,&c. Ego & Fortunatus Episcopus,&c. Vbi duo valde digna nota: Primum, quod Adelbero est sepultus in parte aquilonari cryptæ,quæ crypta erat in eo loco,quo intratur nunc in chorum Sancti Vdalrici, vbi Pontifices Sancti, videlicet Nidgarius, Simpertus, & ille Adelbero domunculam paruam sub tecto maiori positam in Ecclesia habebant. Nec te moueat quod Adelbero nepos Sancti Vdalrici legitur etiam ad Sanctã Afram sepultus; quæ & in præfata longiore legenda in capitulo xxiv. habes: quia iussu Sancti Vdalrici eidem sepulchrum iuxta suum sepulchrum constructum fuit,& sic factum esse ille auctor familiaris Sancti testatur, nec vnquam legis contrarium, quam quod in Sancti Simperti legenda inemendate reperitur. Vnde piè credendum meo iudicio, illa esse eius sacra ossa, quæ nuper iuxta fornicem congesta simul reperta sunt, vt & Sancti Simperti & Nidgarii. Adelbertus etiam Comes quidam occisus in obsidione pro liberatione Sancti Vdalrici in castro †Swabmechingen ad Sanctam Mariam legitur sepultus. Aliud considerandum est,quod Fortunatus etiam est in catalogo Augustensium Episcoporum, de quo tamen nil legimus. Nec mireris, constantissime Pater Iohannes, quod tuo tempore lamentabilis hæc ruina contigit,cum idem Sanctissimo Vdalrico contigerit in constructione istius Ecclesiæ. Sanctus etiam Vdalricus in Episcopatu Constantiensi,quæ ciuitas olim villa regia dicebatur, vbiq; tanti æstimabatur, vt vacanti sedi Sanctum Conradum præfecerit, sicut & Sanctum Wolfgangum presbyterum ordinauit. Quod verò de Hainrico rege,& Ottone Imperatore mentio fit,noueris quod deficiente omnino stirpe Carolorum,Romanum imperium deuolutum fuit ad Duces Saxoniæ,primò ad Hainricum,qui tantum rex post ad Ottonem, qui coronatus; post ad eius filium Ottonem, & sic ad nepotẽ Ottonẽ,sub quo & Electores & Archiprincipes creati,Hunni illi,qui Pannoniam nunc occupant,& Vngari dicti,omnia vsque ad Alsatiam vastarunt,quo tempore traditur Sancto Vdalrico cælitùs crucicula transmissa, Hungari tamen & Sancti stolam & ensem eius ostendunt, licet falsè: tamen eis Sanctus Vdalricus hodie quoq; terrori est. Nota etiam de crypta non fienda & hortulano ea, quæ vidistis oculis de specu subterraneo sub S. Afræ choro. Quod verò mentio fit de cella S. Meginradi, ipse est locus nunc Eremitarum, vulgariter ad B. virginem Ainsidell dictus. Omni consideratione aduertendum, quod sacræ reliquiæ videlicet Mauricii & Thebæorum, nec non & caput S. Habundi cathedrali Ecclesiæ almæ virginis illata, partim hodie nesciuntur, forsitan inclusæ sacris ædificiis. Notandum etiam quod moniales Ecclesiæ S. Stephani olim extra muros à B. Vdalrico sub regula S. Benedicti & sub Abbate S. Afræ fuerunt, prout hodie eorum tenor in horis canonicis testatur: Abiecto tamen iugo disciplinæ canonissæ dici volunt. Decessit ab hac vita anno nongentesimo septuagesimo tertio sub Ottone secundo, à S. Wolfgango terræ nudæ superpositus indutus paramentis pontificalibus: circumuolutus tamen panno cera tincta cooperto, funere tabulato ligneo: Et noueris, quod spelunca illa, quæ hodie cernitur, sic clausa fuit, vt quasi æquaretur pauimento, & quâ vbiq; nunc per gradus descenditur, clausa erat lapidibus, sanctæq; reliquiæ cælesti odore mox perfusæ, sic in specu fuere reconditæ. Ei successit Hainricus Episcopus, qui matricem Ecclesiarum tecto muniuit, certisq; reliquiis ordinauit. Reliqua diffuse digesta & placita breuitate succincta in præfatis legendis videre licet. Nos tantum pro maiore declaratione & translatione breuiter dicemus, vt iterum facilior intellectus fiat subsequẽti capitulo.

Swinbingen.

De S. Vdalrici canonizatione, & de Branone Episcopo, ac S. Hainrico Imperatore & inuentione S. Afræ, Dignæ & aliorum, & Episcoporum gestis erga locum. CAP. XL.

CRebris ac stupendis Sanctus Vdalricus clarescens miraculis, ita vt quasi nundinarum quotidie esset dies, Augustam fecerat populosam: exteras etiam à remotis attraxit gentes. Digesta sunt talia partim in scriptis. Mouebant hæc Luitolfum Episcopum Augustensem, vt Romam adiret, Summum Pontificem super ea re consultaturus, à quo publica audientia, prius tamen libro gestorum Sancti recitato,

patronos

patronus iſte noſter Vdalricus ſanctorum catalogo aſcriptus eſt: quo honore Eccleſia nil maius habet in terris: reuertiturque Epiſcopus ferens ſuper ea re Apoſtolicum decretum. Ita cœperunt fideles ſolenniter natalem celebrare ſancti, licet nec dum corpus eius de loco primo motum eſſet. Acta ſunt hæc circa annum domini nongenteſimum nonageſimum tertium poſt S. Vdalrici obitum viceſimo. Eodem tempore templum beatæ virginis hic corruit & auxilio Imperatricis Adelhaidis de nouo erigitur, quæ hæc in Spiritu cognouerat in monaſterio Selza, vbi & ſepulta eſt. Cum autem tribus Ottonibus ſuccederet ſanctus Hainricus dux Bauarię, cæpit ſanctum Vdalricum miro affectu colere & ei ſuum circa Auguſta patrimonium tradere: iniunxitq; fratri ſuo Brunoni, qui Sigifrido ſucceſſerat in Epiſcopatu Auguſtenſi, vt intra mænia Eccleſiam conſtrueret inclytam ac regiæ munificentiæ congruam, in quam S^ti corpus vellet transferre, ſed Epiſcopus eam conſtruxit, quæ hodie cernitur in honore ſancti Mauricii conſecrata, quæ tamen imperatori diſplicuit, affirmabatq; ſuæ animæ ſalutem de cætero fratri non commiſſurum. Dedit tamen certos fundos ad altare ſancti Vdalrici. Bruno ille Epiſcopus per omnia fratri diſſimilis nitebatur donationes fratris irritas facere, ſed ab eo in viſu territus quieuit. Ei ſucceſſit Eberhardus, poſt quem Hainricus. Quo tempore Bruno Tullenſium Epiſcopus ad apicem Apoſtolicæ dignitatis vocatus dum pedibus iter ad Romam per Auguſtam faceret, in iſto ſancto loco audiuit angelos cantantes. Ego cogito cogitationes pacis &c; Quo certificatus dedicauit Eccleſiam ſancti Galli: poſt quod lætior iter accelerauit, dictusque eſt deo nonus. Iſte multas Eccleſias per Germaniam dedicauit: ſanctum Wolfgangum Canonizauit, Hainricus iſte Epiſcopus in ordine viceſimus ſeptimus vir magnæ induſtriæ Imperatori Hainrico tertio iſtius nominis percarus gubernacula regni diſpouebat Auguſtæ, dum Impetator in Italia eſſet. Sub eo dū Eccleſia ſanctæ Afræ ampliori ſpacio extenderetur, inuentum eſt corpus ſanctæ Afræ membris integrum in Sarcophago lapideo miræ magnitudinis, habens adhuc veſtigia aduſtionis, & ſic integrum incluſum ponitur in eum locum quo nunc colitur & vbi fuerat inuentum: ob quam cauſam maxima multitudo confluebat Auguſtam, ſanctus etiam Vdalricus magnis coruſcabat miraculis. Cum autem oblationes fierent notabiles à populo, idem Hainrichus Epiſcopus nitebatur ſibi appropriare, ſed compulſus fuit per Apoſtolicum Alexandrum à cæptis deſiſtere, ablataque reſtituere, vindicta etiam non caruit. Nam dum Imperatoris ſororem ſub fide commiſſam ſuſpecta familiaritate tractaſſet, re prodita, poſtquam obſidione in caſtro Walckenſtain vexatus fuiſſet, tandem proditione à ſuis inductus Imperatori ſe tradidit, à quo & accepto prius ſigno & teſtibus, crudeli morte compulſus decedere è vita. Reliquit ad locum iſtum pro ſatisfactione certam ſummam ſucceſſori ſuo Embriconi, qui prius fuerat præpoſitus Moguntinenſis. Sub quo de ſanctæ Afræ corpuſculo integro vnus pollex pedis Colonienſi Epiſcopo & alter Hainrico Imperatori ad ſpiram deferendus datur cum maxima tum cura ac tutela, nam ciues congregati Eccleſiam militibus circundederunt, minasque adiicientes, prius ſe expoſituros morti, quam alienationē ſanctarum reliquiarum admitterent, affirmabant. Inuenitur etiam corpus ſanctæ Dignæ in optimo ſerico ac lignea arca cum lamina plumbea, quam & nos vidimus, in qua ſculptum eſt corpus ſanctæ Dignæ poſitumque eſt poſt altare maius Chori ſanctæ Afræ, quod Altare ſancti Narciſſi dicitur, tuoque, venerande pater, tempore eius ſepulchrum innouatum caputque incluſum precioſe. Digna illa Romana fuit, & ſanctæ Afræ pediſſequa, competentis ſtaturæ: inuentum eſt etiam corpus ſanctæ Eunomiæ cuius lapis dum à latomis cæderetur, miram emiſit flagrantiam. Sanctæ vero Eutropię corpus in plumbeo ſarcofago repertum, cuius vna pars ad monaſterium Sanctiſtephani traditur, reliqua includitur in altare ſancti Pauli in ſacriſtia. Habes hic præclara indicia ſanctiſſimi huius loci, dum roſas rubeas paradiſi vides è terra illa pullulare in odorem ſuauitatis profuturas. Sed iam pauca de ſancti Vdalrici translatione dicamus.

De sancti Vdalrici translatione: Et aliis Episcopis Augustensibus.

CAP. XII.

CVm temporibus Episcopi Augustensis Hartuuigi & Abbatis Hainrici, anno Christi millesimo, octogesimo propter infelicium hominũ desidiam & infandam negligẽtiam ignis infaustus absumpsisset vicum versus eum locum, quo nunc sanctæ Margarethæ monasterium est, girandoq; tandem materiam & materiarum ariditatem nactus, maxime cum ardor etiam solis intensus esset, monasteriũ totum cum officinis fratrum & dormitorium quoq; absumpsisset, Ecclesiã etiam inuasit, in puluereмq; redegit. Dispersi miseri fratres, lamentabiliterq; vti proscripti exsules facti sunt, sed recuperatis tandem viribus cæperunt paulatim locum purgare & fundamẽta altius effodere. Quæsitũ etiam & inuentũ est sepulchrum S. Vdalrici in tertio specu, sub eo loco, quo nũc quoq; sitũ est cum certis magnis reliquiis, in qua inuẽtione & dicti Episcopi temeritas apparuit, quæ tamẽ morte expiata est & præpositi sancti Georgii pia deuotio nec non & miraculi glorioſa perpetratio in sauciato adolescente. Processu vero temporis anno incarnationis MCLXXXVII. sub diuo Imperatore Friderico primo, qui à Longobardis ob sua inclyta gesta inuidiose Barba rossa appellatur, cum pax in Germania floreret, præsentibus Electoribus & principibus imperii ac Metropolitano Moguntinensi, aliisque Episcopis videlicet Perchtoldo Archiepiscopo Treuirensi, Vdalscalco Augustẽsi, Hermanno Monasterienſi, Ottone Areatensi, quæ modo Eystet dicitur, qui diuersa altaria consecrarunt, & Ottone Frisingensi, qui capellam S. Bartholomæi consecrauit: positum est corpus S. viri in eo loco, quo nunc colitur. Nam idem Archiepiscopus eo die, quæ erat secunda feria post paschalem hebdomadã & tunc octauo Idus Aprilis, ordinata processione totius cleri cum suis sequebatur suffraganeis in pontificalibus induuiis & sonoroſa turba cleri, Ecclesiã cũ clausstro circumeundo benedixit: Imperialis vero Celsitudo cũ felici sua prole & Archiprincipibus gestabat corpus sanctissimi Vdalrici in sarcophago cupreo firmo vsq; in eum locum quo condecens huic præparata erat tumba. Agebat iam almus Vdalricus triumphum suum subiectis sibi principatibus & potestatibus: Includuntur deniq; sacra ossa cum pyxide argentea & serico sacculo referta reliquiis, ac olim simul inuenta, firmisq; repagulis muniuntur, coruscantibus interim miraculis, quæ apud vos digesta sunt, nec postea circa illud sepulchrum aliquid inuitatum legitur. Nunc ad reliquos Episcopos breuiter transeamus. Sub Emicrone Episcopo multę insignes personę fuerunt hic, ex quibus aliquæ ad Patriarchas Archiepiscoposq; & alias dignitates sunt vocatæ, & sub eo Ecclesia Beatorum Vdalrici & Afræ in vigilia natiuitatis Mariæ consecratur à tribus Episcopis, sed post mox crematur, vt diximus. Sigifridus ei in Schismate subrogatur: suburbana Augusta binis vicibus crematur, deinde etiam Ecclesia sancti Mauricii. Anno denique millesimo octogesimo ciuitas per proditiones inuasa spoliatur & Ecclesiæ prophanantur in eum modum, vt in Machabeorum primo libro legitur. Cum autem Imperator superueniret, nõ potuit sua potentia hostes expugnare, donec in vigilia sanctæ Martyris Afræ meritis ipsius, perculsi hebetudine, nudi, sparsim, nocte, nemine insequente aufugerunt, quæ Afra sanctam curam huius ciuitatis gerit. Inuasores post tam Episcopatus quam ciuitatis, morte subitanea quatuor mox insignes moriuntur, schisma tunc ingens inter regnum & sacerdotium, quo tempore omnis disciplina Ecclesiastica dilapsa est in Germania. Sigifrido Hermannus succesſit, qui grandes iniurias primo Canonicis, deinde Ecclesiæ Romanę, ex post Abbati huius loci Eginoni intulit, sciſmaticus enim & monoculus symoniace per excommunicatũ Hainricum Imperatorem intrusus & ipse excommunicatus Ecclesiã turbauit & bona dilapidauit: sparsim super factis eius in vestris codicibus inueniuntur epistolæ. Reliqua gesta eius tractabimus cum de præfato Abbate mentio erit. Ei succedit Waltherus: post quem Cunradus religioſus deuotusq; antistes, quiad illud monasteriũ declinãs religionis habitũ assumsit, anno MC. quinquagesimo sexto, tẽpore Adriani Papæ. Multa huic loco bona fecit, sepult' in

capito-

capitolio noſtro. Subſtituitur pro eo Hartwigus vir inſignis: cui ſuccedit Vdalſcalcus de quo dicemus in capitulo de translatione ſancti Vdalrici: Poſt illum Sigefridus: dein Syboto, qui in Paſſagio cum Ludowico Lantgrauio marito ſanctæ Elizabeth mortuus reliquit ſedem Hartmanno, cui ſuccedit Sifridus: dehinc Wolfhardus: & poſt hunc Degenhardus: ex hinc Fridericus: poſt eum Marquardus de Hohenſclutz, quo defuncto Burckhardus de Elerbach, qui contra ciuitates imperiales in coniuratione fuit, vnde ſpoliatio cleri ſubſecuta eſt, & aulæ Epiſcopalis aliorumque deſtructio. Si ſuccedit Eberhardus de Kirchberg comes, qui in monaſterio Wiblingen ſepultus reliquit ſedem Anshelmo de Nenningen, ſed ſpretus ab Auguſtenſibus. Itaque Imperator Sigiſmundus nititur intrudere Fridericum Graffenegger, ob quam cauſam excommunicatio in conſules & interdictum in Auguſtam fulminantur, quæ diſſenſio tandem per legatum Apoſtolicum ſedata fuit, vt Wilhelmus obtineret ſedem, qui Auguſtam tamen non intrauit. Cum vero ad ordinem ſacerdotalem in termino à iure præfixo non promoueri vellet, Apoſtolica ſedes eum omni honore priuatum depoſuit, diſcordantibusque in electione canonicis Petrus de Schaumberg per Papam dirigitur, qui vir ſcientia & practica præclarus tantum in Eccleſia Dei, pro vnione laborauit & ſedatione ſchiſmatis, quod tunc occurrebat, vt in Cardinalem vocatus à Papa eligeretur, & poſtea legatus à latere per Germaniam dirigeretur, ſub quo Auguſtenſis Eccleſia mirifice rebus & perſonis aucta eſt: in vltimaque ætate demum Iohannem de Werdenberg, virum moribus & vita inſignem, in temporalibus dudum etiam expertum in partem curæ aſſumpſit, qui poſt electus hodie Eccleſiam laudabiliter regit. Hæc in vnum de Epiſcopis congeſta ſufficiant, alio in loco diffuſius per me tractata.

Numerus Epiſcoporum vſque ad modernum Præſulem, qui repertus eſt clarè, nominatim aſcendit ad quadraginta octo, qui præfuerunt per annos mille, dutentos & triginta vel circa, quamuis vtique plures fuiſſe conſtet. Nam tribuendo cuilibet viginti quinq; annos, ſtaret catalogus; non tamen hinc inde æquiparando tantum rexiſſe leguntur. Poſt ſanctum Vdalricum fuerunt viginti octo, qui rexerunt per annos quingentos decem.

EXPLICIT PARS PRIMA.

IMCIPIVNT CAPITVLA SECVNDAE PARTIS.

CAPVT I.

De Abbatibus huius monaſterii, & eorum geſtis, vſq; ad Vdalſcalcum.

CAP. II.

De doctiſſimo Abbate Vdalſcalco & eius ſucceſſoribus, & ſtatu monaſterii ſub eis vſque ad pene noſtra tempora.

CAP. III.

De modernis quaſi Abbatibus vſq; ad loci reformationem excluſiue.

CAP. IV.

Quare tanta diſſolutio cleri facta ſit per Germaniam & de huius loci tunc miſera conditione, & tandem eius reformatione, & ſanctæ Dignæ translatione, & Abbatibus.

CAP. V.

De Abbate Melchiore & monaſterii reſtauratione, eiusq; ſucceſſore Hainrico, & de geſtis eorundem.

CAP. VI.

De inchoatione nouæ Eccleſiæ & inuentione reliquiarum.

CAP. VII.

De locatione primi lapidis, & miraculis ibidem & turri.

CAP. VIII.

De lamentabili casu Ecclesiæ & ruina.

CONCLVSIO OPERIS.

SEQVITVR

Summarium de reliquiis istius sanctissimi monasterii.

Incipit pars secunda. De Abbatibus huius monasterii & eorum gestis vsq; ad Vdalscalcum.

CAP. I.

ABSOLVTIS his, quæ sanctorum Martyrum & præclarissimorum Præsulum gesta & tempora concernũt, nunc ad monasterii ac prædecessorum tuorum, optime patrum, gesta stilum vertamus. Diximus superius quod olim locus iste non adeo temporalibus rebus fultus erat, & quod clerici religiosi illum occupabant, sed tandem aut religione abiecta vel numero defecerunt. Quare religio illa, quam cæteris tunc præeminisse constat eo tempore, quam etiam sanctus Vdalricus circa finem vitæ assumpsisse traditur in legenda, sancti Benedicti videlicet huc introducta est, licet quasi nulla subsidia locus haberet præter sanctorum patrocinia. Primus itaque Abbas Reginbaldus vir sanctæ admodũ vitę cum certis fratribus accersitur, sed in breui spacio in Episcopum Spirensis Ecclesiæ, quæ tunc etiam à monachis regebatur, assumptus est, vbi & pro beato colitur sancto.

Acta sunt hæc sub Imperatore sancto Heinrico Bambergẽsi & eius fratre Bruonne Episcopo circa annũ Domini millesimum. Reliquerant præfati clerici tantum in Winterhaim prædia à Tagoberto Rege data, & Hedern & Hausstetten & vinum in Apozaco & decimas prædiorum auff der Straß, & certas hubas, iuxta eum locũ, quo olim sancta Afra erat extincta, & duo molendina in suburbio Augustæ, oblationes quoq; in Ecclesia, quę semper incolarum fuerant. Secũdus Abbas Dego, tertius Gottestegen, quartus Frideboldus, quintus Hainricus, sextus Dieto, septimus Adalbero. Hi omnes præter Frideboldum ad altiora vocati discesserunt. Adelbero vir peritus capellam sanctæ Agnetis construxit & claustrum muro cinxit, dum autem successu temporis locus muniretur, veriti ciues ne fortalicium hostibus fieret, fossato cinxerunt claustrum & ciuitate extensa paulatim muro quoque munierunt, sicque ciuitati adiectus est. Tradunt duas turres, quæ stabant eo in loco, quo nunc Ecclesia ad occidentem terminatur, tunc inceptas, sed ob præfata intermissam structuram, quamuis dum nuper ob Ecclesiæ ampliationem eruerentur fundamenta, vna ex his nulla arte possit frangi ob cæmenti piceam materiam, sitq; dimissa ita in terra. Nam reor eam in modum Treuericę turris factam. Hic Adelbero in via obiit rediens de curia Romana. Octauus nec clericus nec monachus, vnde nec memoria dignus. Nonus Segehardus Fidelis dictus, prouidus & bonus, sub quo fratres desiderio tacti desiderabant ea scire, quæ de sancto Narcisso legebant clarius, vnde anno videlicet MLXVI. missus est nuntius, quos conuersos dicimus ad Gerundam, qui illuc vẽniens Episcopo Beringario literas dedit, à quo & rescriptum habuit ac thesaurum reliquiarum, quas Augustæ in hunc locum venerabiliter apportauit, narrans quod sanctus Narcissus nuper integer corpore inuentus sit, tribus vulneribus sauciatus. Vidi ego certas chartas pergameni antiqui, cantum & legendam ac rescriptum continentes ex ordine, quas tamen perditas vereor. Decimus Abbas Hartmannus, qui prius Gotuuigensis Abbas, discessit, vitans schismaticum Episcopum & post Campidonẽse monasteriũ rexit, sed Danubio perit, instituit præbẽdas fratrũ & vt vinũ canonicis detur in festis patronorũ: præfuit quindecim annis. XI. & XII. quorum primus Fuldensis monachus, alter Wesselprũ. Abbas, inuasores fuerunt, vnde spreti à fratrib. recesserunt. Tãdem tertiꝰ decimus Egino loci ab infantia incola, deinde scismaticũ Episcopũ & excommunicatũ declinans in monasterio S. Blasii in nigra sylua ad tẽpus, post cũ Episcopo Constãtiensi morã faciens, vir clarus effectus & doctus, sanctę ẽt vitæ fuit, restituitq; Episcopo præfato & S. Ecclesiæ Romanæ adhæsit, obq; sæpiꝰ expulsus, & reuocatus mira-

AVGVSTENSIVM

miraculosa multa patrauit, cuius inclita facta si scire desideras, legendam ab Vdalscalco socio passionum & fugæ habes in antiqua scriptura dulcissimam, in qua & plura miracula suo tempore gesta. Cum autem & disciplinæ regulari diligentius cum fratribus insisteret, assurgunt sancti. Nam corpus sancti Dyonisii martiris & Episcopi inuenitur, similiter Quiriaci cum viginti quatuor martyribus: caput quoque sanctæ Hilariæ. Instituit diem inuentionis sanctæ Afræ & festum sanctæ Hylariæ, aliarumque, nec non prædictorum martyrum simul, ea die qua cathedralis Ecclesiæ dedicatio agitur, solemniter celebrari. Acquisiuit etiam reliquias vndecim millium virginum, Albini martyris & sanctorum Maurorum & in ciuitate Pisis obiit, rediens à Papa, functus deuotissimo fine, sepultus in monasterio Camaldulensium, mausoleo Archiepiscoporum decoratus; perraro Epitaphio sculpto. Quæso te, lector, inspicito præfatas chartas, & legendam de gestis suis clarius, posterisq; seruato. Sub eo docti ac notabiles fratres fuerunt, ita vt perplures in Abbates eligerentur ad diuersa loca, etiam remota. Successit Wolemarus, deinde Vdalscalcus præfati Eginonis indiuidu⁹ comes & socius, de quo in sequenti capitulo dicturi sumus.

De doctissimo Abbate Vdalscalco: & eius successoribus: & statu monasterii sub eis vsque ad pene nostra tempora.

CAP. II.

VDalscalcus abbas eximius & speciale decus ordinis inter doctissimos & egrẽgios doctores merito numerandus, Augustæ natus, à pueritia in sancta religione institutus, maximam peritiam habuit musicæ, pro vt eius opuscula testãtur vnde in ea arte inter præcipuos laudem obtinet. Historiæ hoc etiam eius testãtur, dum & diapente & diatessaron magna cum licentia vtitur. Nam & sanctæ Afræ totam legendã ex ordine comprehẽdit, tam cõuersionis quam passionis, Incipiens (cum sub Dyocletiano) similiter almi Confessoris Vdalrici: incipiens (inclyta deuotis colimus) alligans tamen metro, ad petitionem Episcopi constantiensis, qui tamen cantus à legato Apostolicæ sedis confirmatus est. Composuit & singularem cantum de Beata Maria Magdalena super verba sancti Gregorii, quam venerabatur singulari affectu, vnde & in choro sancti Vdalrici ei altare instituit, ingenii vero sui vestigia reliquit per totum claustrum tam metro quam dulci rythmo, vsus aliquando heroico aſt lepido carmine: in quibus perpenditur ęcularibus literis eruditissimus fuisse. Super angelica salutatione figuris ad hoc aptis ornauit locum capituli; tragico carmine sepulturas Abbatum, Elegiaco fratrum, circa introitum dormitorii, imitatus Prudẽtium, dorsalia thori figuris, metris Leoninis additis. Ex Reliquis in arte punctandi, mihi videtur quod in triuio & quadriuio peritissimus fuerit. Vtinam eo tẽpore natus essem quo vel prætacta hæc legere valuissem, heu parum hinc inde sparsim scripta sunt de his, reliqua vetustate abolita, licet hodie partim videantur, si vita sorsque fauent per me in alio loco latius ponenda, sub eo Herimannus custos matricis Ecclesiæ ad hunc locum diuerit, indutus habitu monachali, cuius memoria in benedictione sit, multa bona dedit huic loco & fecit. Vdalscalco succedit Hæzilo, qui etiam bene præfuit, post quem Dominus Vdalricus de * Aberbach, deinde Hainricus, qui vela superiora ordinauit, nec non & Salomonis Constantiensis Episcopi dictionarium magnum, quem Papiam appellãt, scribi fecit, is erat sextus decimus. Istis temporibus officiales habebãt suas habitationes hinc inde circa monasteriũ, suosq; reditus speciales, vt officiũ custodis, Præpositi Sueuię, præpositi Bauariæ, Camerarii, Eleemosinarii, Cellarii, domus hospitũ, quod tamen fuit occasio dispergendi bona, dum quilibet quæreret, quæ sua erant. Succedit præfato Domino Hainrico Manegoldus senio cõfectus, qui per quinquaginta annos in prioratu fuerat, & multa bona fecerat, cuius nouissimis temporibus exustio Ecclesiæ facta est. Succedit Hainricus vir bonus, sub quo monasterium constructur & sanctorum reliquiæ inueniuntur, vt supra diximus. Idem Dominus Hainricus funditus e-

Biberbach.

uertit muros clauſtri, nouosque fecit: officinas ampliauit, Eccleſiam maximis li-
Murus. gnis & trabibus cooperuit & tecto. Opus illud [b] mirum videbatur cernentibus. Deinde ſub eo trãslatio ſancti Vdalrici facta eſt, de qua ſupra diximus. Ei ſubrogatur Erckinpoldus vir elegantis formæ, hic opere tornatili fieri fecit columnulas clauſtri ſeu ambitus. Illius tempore Stetunno camerarius habitationem ſibi aſſignatam reſtaurauit, & hortum magnum ibidem muro circundedit, cæterasque picturas Eccleſiæ. Deinde Abbatiã Hainricus quartus illius nominis rexit. Poſt hunc Dieto monachus Faucẽſis eligitur vir bonus, ex hinc Helprãdus, dein Geuuinus in religione deuotus ſed vexatus à fratribus & in paupertatẽ redactus reſignauit Dietrico, qui fuit frater Epiſcopi Wolthardi dicti Rott, viro bono & ſimplici fuitq; profeſſus in loco eremitarũ, in ordine viceſimus ſeptimus. Anno gratiæ M. ducẽteſimo nonageſimo ſecũdo eligitur Syboto Stoltzhirs dictus ciuitatenſis, cui tamen ſe prędictus Epiſcopus oppoſuit, ſed vi amicorum, qui tunc potentes erant in dignitate permanſit, eo defuncto ſubrogatur cuſtos Eccleſiæ Hainricus quartus pater conuentuspius, dimiſitq; Abbatiam heu domino Marquardo de Hagel conſanguineo Epiſcopi, de ordine prędicatorum, ſub quo notabilis alienatio librorũ per eum facta eſt, licet ſub modernis Abbatibus damnum ſit aliqualiter reſarcitum, vnde loci qualitas iam hinc inde nutabat, nec minus religio tepebat. Hic præſentis capituli finem facimus, videlicet in Abbate triceſimo.

De modernis Abbatibus vſq; ad loci reformationem excluſiue.

CAP. III.

MEliori fortuna Deo propitio tandem ſuſcepit Abbatiam Dominus Cunradus Winckler ciuitatenſis, in temporalibus prouidus, redemit locata, emit vtilia, ædificauit neceſſaria in primis teſtudinem chori ſanctæ Aſtræ, deinde ſedilia vtriuſque chori, omnes officinas aut de nouo conſtruxit aut reparauit, arcubus loca monaſterii à cititate diſtinxit, pro vt hodie hinc inde patet: Imperatori Ludouuico carus & eius confeſſor, beneficiisq; fouebatur. Cum ſubito ignis inuaſiſſet monaſterium, extincto eo, ſtatuit vt omni anno locus circumiretur cum reliquiis dominica ante rogationem, merito pater monaſterii dictus. Nam optime ſe in regimine habuit, quo defuncto & in capella ſanctæ Agnetis ſepulto, ſuccedit dominus Iohãnes de Viſchach, qui neutralis in regimine, ſicut ſtatum loci inuenerat, ita dimiſit, ſed heu ſucceſſor eius ſanguine nõ moribus nobilis, dominus Fridericus de Gumeringen, qui ſummam contentionem cum fratribus habuit: nitebantur enim eum in ſuis laſciuiis impedire, ſed ipſe donis placauit ſuperos cum detrimento loci, ſepultus in ſacriſtia. Dimiſit Abbatiam Hainrico ſeptimo de Gabelbach viro quieto & aliqualiter deſidioſo, nec curabat cauſas, vnde & priuatus adminiſtratione & ſubro-
Lauganger. gatur dominus Iohannes [a] Lautinger de Wert, prius Abbas ſancti Magni in Faucibus, qui illud monaſterium depauperatum recuperando alienata prius erexerat. Ob hoc ad noſtrũ translatus idem fecit, congregatis fratribus qui erant diſperſi, & præbendam inſtituit. Fuit tamen vehementioris iræ, vnde & aliqua ſibi aduerſa euenerunt incõmoda. Electus eſt poſt eum vnanimiter profeſſus loci & ciuitatenſis Ioannes Kiſſinger, qui tamen fuit pro tunc Abbas in Ottenbeuuern, & quia eadem eius Abbatia inſula fuit dotata, compellebatur eandẽ à ſede Apoſtolica impetrare, ne dignitati ſuæ derogaretur, quam tamen poſtea eius ſucceſſor confirmari fecit, cum antea non in vſu fuiſſet. Idem dominus Ioannes notabiliter reduxit bona & auxit ac vtiliter præfuit exceſſuſque fratrum correxit reducens eos ad habitum regularem, nec nobilium aduertebat faſtum, ſepultus etiam in capella ſanctæ Agnetis, ſed in inſtabilitate ſua fixa manẽte fortuna. Eligitur Hainricus octauus illius nominis Heruuarter & ipſe è ciuitate natus, vir per omnia prodigus, cui Cręſi diuitiæ non ſuffeciſſent, rurſuſq; omnia, quibus & quomodo potuit, obligata fecit. Tandẽ dominus Ioannes Hochenſteiner olim conuentualis in Ebersberg ſed hic incorporatus eligitur & cũ eſſet vir pietatis ac famulus ſeruorũ ſuorũ, à quibus regebatur

gebatur in temporalibus laudabiliter se habuit: multa emit præsertim villam & aduocatiam in Finningen certasq; piscinas, nec in aliquo damnificauit monasterium quam in dissimulatione circa familiam: reliqua sub eo gesta sequenti capitulo sequentur. Sinningen.

Quare tanta dissolutio cleri facta sit per Germaniam: & huius loci tunc misera conditione: & tandem eius reformatione: & sanctæ Dignæ translatione & Abbatibus.

CAP. IV.

DE facili aduertere potest quilibet historiam peritus, quæ causa fuerit, vt adeo sacra religio ac disciplina clericulis per totam Germaniam obfuscaretur: Nam inuestitura quam tenebant pertinaciter imperatores, venale fecerat sacerdotiũ & omnia sacra: mox enim vt aliquis Prælatorum decessit, annullus & pastoralis virga imperatori destinabantur qui aut munus à manu aut obsequio aut ab falsa adulatione accepit. Tradebantur enim non fugienti Gregorio, vel renitenti Ambrosio, vel Ecclesiam visitanti Nicolao, sed se simoniace ingerenti, vti nostro Hermanno curioso alicui principis filio, cum tamen nulla sit fides nec pietas viris qui castra sequuntur. Frequentabant sub ea spe comitatum cæsaris filii principum, qui ex armis ad sacra, ex curia ad Ecclesiam intrudebantur non regendam sed dilacerandam, non intrantes per ostium sed posticum nec fiebat examen de literis sed quantum daret de loculis. Ita sequebatur dissolutio cleri, dum fieret solutio principi: non curabatur charta, dum quærerent splendida arma. Incipit igitur grauissima dissensio inter regnum & sacerdotium, dum Papa cẽsura Ecclesiastica pugnat pro Ecclesia & Imperator resistit excommunicatus, recalcitrans stimulo. Qui iustitiæ fauebant, prędæ expositi erant, qui consentiebant vt ædificaretur Syon in sanguinibus, fulminabantur cum eorum patrono censuris. In tãtum inoleuit deniq; crassa ignorantia, vt vix prælatus inueniretur qui vel sciret vel solueret debitum censum orationis, aut diuini cultus. Dimittamus hãc miserabilẽ tragœdiam depopulationemque Ecclesiæ, veniamus ad nostrũ, de quo loquimur, monasteriũ & quod oculis vidimus, memoriæ posteris tradamus, vt fiat cautio de futuris. Dilapsa, imo abolita ac obliuioni tradita erat sacræ hic religionis obseruãtia & proh dolor pro castitate incontinẽtia, pro modestia dissolutio, pro lectione discursio, pro grauitate leuitas, pro paupertate spiritus vestiũ arrogãtia, pro cuculla toga erant: nõ curabatur regula, sed sectabatur gula, officinæ complebantur spurcitia: quo factũ est vt locus contẽptui esset, & iura antiqua monasterii deperirent, cũ pro eis nemo se opponeret. Quisque officialiũ quæ fuit quæ sua erant: infecti omnes lepra proprietatis, vt à planta pedis vsque ad uerticem nõ esset sanitas, sed iuxta sacros canones, sanitas orbis terrarum est frequens conuocatio conciliorũ. Celebrato igitur concilio constãtiensi ac dein inchoato Basiliẽsi S. Ecclesia maxime in religiosis cœpit reformari. Sane dudũ illustrissim⁹ Dux Austriæ Albert⁹, post rex Romanorũ ex Sublacen. monasterio patres impetrauerat, qui monasteriũ Mellicense Patauiẽsis diocæsis reformârunt, ex quibus post per Bauariã, Austriã & Sueuiã multa sunt reformata. Nã & ceremoniarum cultus aptior & ex fonte primo, vbi S. Benidictus plantauit, religio purior hauriebatur. Præerat tunc huic loco mitis animi vir Dn. Ioannes de quo diximus, qui dissimulando in regularibus dissolutionem in subditis generare sinebat: ob quæ primo ab inclyto Ecclesiæ membro Dn. Petro Episcopo Augustensi, post Cardinali & legato Apostolico sæpius corrept⁹, deinde à patrib. ordinis coactus assumere fratres de præfato monasterio & sacrã obseruantiã inducere fuit. Assumpti sunt in primis inter alios duos gemelli fratres, qui aliis coadunatis pro tẽpore sacris actib. insistebãt. Erat odor ille aliis ad vitã, q perseuerabãt in loco, aliis in mortẽ, qui exierũt, fugiẽtes salutẽ. Reducitur diuini cult⁹ frequẽtia, silentiũ in claustrũ, deuotio in Ecclesiam, castitas in dormitoriũ, parsimonia in refectoriũ: proscribũtur à cõuentu fratrũ vitia, præsertim proprietatis: intercluditur adit⁹ sæculariũ, nec S. id displicuit nostris, qui mox sua ostẽdunt miraculis acceptationẽ, præsertim sancti Simperti tũba

& etiam aliorum, vt declarabimus, noua prodigia. Sub isto tempore, dum post summum altare putrescerent tabulæ superpositæ tumbæ sanctæ Dignæ, scaturirentq; puluerulentis furfuribus, Abbas ex rogatu fratrum eis sublatis sanctas reliquias Martyris in plumbeo locello cum lamina, de qua supra diximus, extulit, postq; ipsum temporis facto sarcophago & imagine apta ex transuerso post ipsum altare recluſit modo debito. Indicabant ossa sanctum Martyrem fuisse non admodum magnæ staturæ: superscribitur epigramma tale.

Sarcophagus positus hic multo tempore lapso
Est, quo conduntur venerandæ Martyris ossa
Dignæ, quæ fuit ex Afræ socialibus vna,
Exemplo cuius regnum cæleste petiuit,
Mille quadringentis & sexaginta reductis
Annis completis sibi quinis associatis
Præsens sarcophagus iterum fuerat renouatus.

Mox mater sancta Dei in visione clare apparuit in oppido Fridberg tumido pede, alteri quoque pleuretico, præcipiens vt sacra ossa nouiter producta in lucem, visitarent cum voto: quibus obedientibus vlceribus pulsis, fluentibus cauernosis artubus obice posito riuus sistitur, lateraliq; apostemate, sanie intrinsecus arefacta, sanitas subsequitur in altero. Multa tunc alia per eam fiunt miracula. Sub Ioanne Hochenstainer hæc sunt facta, qui postquam comparauit villam Finingen ac cæteras alias curias & fecit piscinam prope Schonebach, cæterasq;, & aliquas structuras meliorauit, cessit abbatię primo quidem prouisione competenti accepta, deinde cedens eidem ac rursus in conuentuali loco residens vir simplex, cui vtique in temporalibus non detrimentum fecit.

De Abbate Melchiore, & monasterii restauratione, eiusq; successore Hainrico & de gestis eorundem.

Cap. V.

SVbrogatur eidem dominus Melchior natus de partibus superioribus sueuiæ, nobili ac militari pro sapia de * Stamheim ex patre, matre vero de Giltlingen natus, Wiennæ ad literarum studia traditus, sed eis postergatis præfato monasterio Mellicensi se obtulit, vbi in sacra religione proficiens, post adeptum sacerdotium dum parentibus orbatus patriam visitaret, in monasterioque Wiblingensi moram faceret, vocatus ad Abbatiam, eo quod sub præfato Abbate nec dum plene instituta esset religio in ceremonialibus, ordinatur. Mox circa initium sui regiminis personaliter pro fratribus Mellicum se contulit, per eosque consuetudines veras ac laudabiles induxit, renouatis omnibus libris chori cũ maximis expensis: annonam largam sacræ regulę consonam fratribus dedit. Processu temporis ex diœcesani manibus bonis mediis Abbatiam in Fultenbach rursus acquisiuit, fratrem illuc de suis in Abbatem dans, qui eandem ex fundo pene renouauit. Alium fratrem in abbatia Tierhaupten locauit: Dormitorium fratrum & cellas construxit & ampliauit, adiecta ea parte quæ super Beatæ Virginis capella & crypta est, in cuius medio sub cellis locum inclytum bibliothecæ assignauit, multis codicibus insignioremque fecit. Post officinas omnes sub dormitorio pro infirmis & hospitibus construxit, inque abbatiali domo quædam vtiliter instaurauit. Ecclesia quoque hinc inde decorata fuit, diligentiaque tam ipsius quam fratrum ornamenta sacristiæ multipliciter aucta, ita vt pene nil prius ibi fuisse iudicaretur, habito respectu ad noua. Comparauit etiam monasterio primo villã cum sua iurisdictione, Wengen dictam, vbi & piscinam fecit, sicut & in Finingen de nouo fecerat: nam ante eum antecessor suus duas fecit, operãq; per se ac suos dedit arti pro tunc nouiter inuentæ, videlicet impressoriæ librorum, quod fuit occasio multiplicandi libros istius loci: tractauit vero causas monasterii per fratres de conuentu, non per laicos. Sub eo incepta fuit illa grauissima structura Ecclesiæ, de qua post singulariter seorsim tractabimus. Vir gratus

Stainheim.

corpore

corpore, parum vehemens, fratrum tamē amator: deceſſit bono & deuoto fine, dimittens ob ſua præfata geſta, parua tamen aliqua debita, quæ tamē mox per ſucceſſorem abſoluta ſunt. Subſtituitur ei vir innocēs & bonus ætatis competentis, ab infantia in monaſterio enutritus, ſemper fama integerrimus, diuini cultus ac diſciplinæ amator, huius ciuitatis natus, qui & laudabiliter in temporalibus & ſpiritualibus ſe habuit, Hainricus nonus illius nominis, qui in primis magis incumbentia debita abſoluit, deinde ſtructurę Eccleſię operam dedit, porrigens de bonis monaſterii notabilem ſummam, & incepta à ſuo anteceſſore conuentualia loca ornando perfecit, ſanctique Gregorii capellam inter Eccleſiam & fratrum dormitorium conſtruere fecit. Illo tempore cum dominus abbas, vt ſui anteceſſores moniales iuxta capellam monaſterii noſtri ſancti Nicolai compeſcere vellet, & ne muliebri audacia ſe inuoluerent, hæ non veritæ diſcrimen futurum, non aduertentes quod fratres grauarentur ſine omni ſubſidio humano, in confeſſionibus audiendis & ſacramentis porrigendis, ad ſedem Apoſtolicam miſerunt, ſeque exemptas fecerunt, aliam volentes conſtruere Eccleſiam. Rebellioni earundem mitis pater non duxit, ſe opponere, maxime cum nil ex hoc commodi ſperaret, ſed dimiſit eas ſub ſæculari cura, contra ſacros canones, & contentus iurisdictione ſua in capellam & capellaniam, ſtatuit tacendum: Ciues vero prohibuerunt ſtructuram fieri. Emit quoque curiam in Haterhawſen & decimam in Bobingen pro parte, datis ad vitam dicti Hangenor precariis & vſufructu domus olim camerarii, ſcripſit certos libros in fratrum conuentu conſtitutus, certos poſtea comparauit, virgineus homo, longæ ſtaturæ, & minime ambitioni deditus, quem fratres & ciues non ceſſarent lugere, ni optimus eius quoque ſucceſſor modernus dominus Ioannes de Gildingen tam ſtrenuum ac deuotum humanumq; ſe oſtenderet in arduis cauſis monaſterii & regulari diſciplina, fratrumque neceſſitatibus: is Ioannes natus æque de ſuperiori Sueuia & fratre matris domini Melchioris, ab eo in iſto monaſterio inſtitutus, poſt practicæ regularis debitam eruditionem ac officiorum experientiam, dignitatem hanc adeptus, veſtigiis duorum ſuorum prædeceſſorum inhærendo cæpit monaſterio huic laudabiliter præeſſe, ac mox poſt electionem ſuam refectorium fratrum, quod inceptum fuerat circa extrema tempora anteceſſoris ſui, laudabiliter, vt cernitur, conſtruxit, expenſaſque maiores in ſtructuram Eccleſiæ fecit. Reliquas eius virtutes ſpectandas reor tacendas, ſupplicans omnipotenti Deo, vt quæ cæpit, perficiat, in ſuam laudem & huius ſanctiſſimi loci ſpecimen, fratrumque conſolationem, quorum numerus & meritum ſub his tribus abbatibus notabiliter auctus eſt. Huius venerādi domini abbatis iuſſu ſeries rerum à mea paruitate vtcunq; digeſta eſt, non ſub ſpe, ſed re, quia retribuit ſuo alumno maiora quam locauit emolumenta. Nunc his abſolutis ad ſacræ Eccleſiæ noſtræ caſus veniamus.

De inchoatione nouæ Eccleſiæ, & inuentione reliquiarum.

CAP. VI.

DEſcripſimus ſupra Eccleſiæ antiquæ ſitum, ideo, vt volentes ea intelligere, quæ de ſitu reliquiarum leguntur ſparſim, id valeant: tandem ad nouam ſtructuram, vtinam felici fine conſummandam, veniendum eſt. Temporibus itaque Reuerendiſſimi Epiſcopi Petri ac Cardinalis, cum etiam legatione fungeretur circa annum gratiæ milleſimum quadringenteſimum ſexageſimum ſextum, commouit dominus cor Melchioris abbatis, fratrumque, vt nutanti abſumptæque machinæ ingentis ponderis ſuccurrerent. Idque fratres populo in ambo ne prædicando inculcabant. Tandem deliberauerunt effodere fundamenta & ampliora recipere ſpatia. Quod dum fieret & primo dum ante chorum ſanctæ Aphræ pro baſidæ fieret foſſatum, eo in loco quo Plebani altare ſteterat, fuerunt hinc inde reperta monumenta, ſine tamē aliquo indicio, & ſpecus quædam ſubterranea verſus tumbam ſanctæ Aphræ, non tamen tantæ altitudinis, vt homo poſſet in-

trare: nec non & alia certa indicia vetuſtatis: oſſa quoque diuerſa, quæ tamen omnia in murum rurſus abſcondita ſunt. Inueniebatur etiam triplex per totam Eccleſiam pauimentum, vnum altero ſemper altius: lapis quoq; pergrandis quadrangularis, epigramma gentilium continens, ſed is longe remotior erat circa medium Eccleſiæ, dum quoq; altare ſancti Dionyſii ſeu Hylariæ dictum remouendum eſſet. In eo quoq; reperitur plumbeus ſarcophagus refertus reliquiis ſanctorum, qui per dominum abbatem & conuentum proceſſione facta infertur ſacrario, aperientesq; cum tremore chartam talem inueniunt. A Chriſti incarnatione MCCLVIII. conſecratum eſt illud altare à venerabili Hartmanno Epiſcopo Auguſtenſi in honorem ſancti Martyris & Epiſcopi Dionyſii, fratris ſanctæ Hylariæ & ſancti Quiriaci Martyris de ſocietate ſanctæ Aphræ, quorum corpora ſimul ſunt reperta. Repoſitæ ſunt vero in præfato altari reliquiæ iſtorum ſanctorum &c. N. & ſic ſchedula ſpecificabat triginta duas particulas. Item in tumba poſt altare inueniuntur ſeptem corpora ſanctorum Martyrum, qui ſimul pro Chriſto martyrium ſubierunt. Hæc fratres legentes & ſimul duo ſigilla Epiſcopi præfati cernentes mirati ſunt, & conſilio habito, præfixa die prius populo ac Clero, cum ingens multitudo conueniſſet proceſſione ordinata, induuiis ornati fratres ad tumbã accedunt, licentiaq; data cementariis aperitur, & inuenitur tabulatum ligneum quaſi nuper locatum, interius albo lineo panno circumductum, deſuper ſigillum Epiſcopi & prefata ſanctorum corpora. Quali tripudio populi prius deoſculata, poſt ſacrario illata ſint, incredibile eſt. Nos illa ſub breuitate conteximus, lectori alia committendo. Sequentibus diebus altius fodiendo inuenerunt ligna iam putredine abſumpta, ligamentaq; ferrea, quibus connexa fuerant integra, circaque illa oſſa aſcendentia pene ad triginta corpora. Hi fuerunt iſti martyres tempore Eginonis Abbatis reuelati, de quibus ſuperius mentio facta eſt. Translationem denique ſancti Dionyſii aliorumque legi ab Alexandro Papa confirmatam, licet quilibet martyr ſit per ſe in cathalogo ſanctorũ proprio ſanguine aſcriptus. Et de ſancto Simperto & aliis qualiter inuenti ſint, ſupra ſuis in locis retulimus, ingens vero tunc fiebat copia miraculorum.

De locatione primi lapidis & miraculis ibidem & turri.

CAP. VII.

HIs diuulgatis fit ingens concurſus populi, ſanctiq; coruſcant ſtupendis miraculis: feruet opus. Sed cum primus lapis, vt moris eſt, locandus eſſet, conſilio omnium mittitur à domino Abbate & conuentu ſupplicatio ad præfatum reuerendiſſimum Epiſcopum & à latere, pro tunc per Germaniam legatum, vt pius pater & loci ſemper fautor velit eam dignationẽ oſtendere & ſubire hunc laborem, qui benigne annuens in die aſſumptionis glorioſæ Virginis in præſentia infinitæ multitudinis Prælatorum, cleri ac populi, peractis diuinis pontificalibus indutus, benedicto prius lapide in angulo verſus clauſtrum qua exitur ad abbatialem curiam, facto profundo foſſato, dimiſſus lapis ab eodem ponitur. Ferunt adfuiſſe circa viginti millia hominum, qui datis poſt indulgentiis ac benedictione dimittuntur. Nec defuere eodem momento miracula: Nam adoleſcens geſtans vlnis puerulum cadit in foſſatum, quod erat quindecim pedum: illæſus extrahitur cum puero, nil niſi ſui patris familias iras metuens. Securis prævalida cadit ex manu ſuperioris ad caput magiſtri fabricæ, qui ſtabat in foſſato, nec læditur: Geſtans grauem lapidem fracto pariete vno, mox altero, lapis in transuerſum mirabiliter ſe ponens, quaſi nolens ſuum geſtatorem ſepelire, quod tamen, ſi ſecutus fuiſſet, actum foret. Tot & talia fiunt, vt temeritatem laborantium neceſſe fieret compeſcere, ne ſanctos tentarent. Stabat circa finem Eccleſiæ turris vna in altum porrecta ex his duabus, de quibus ſupra diximus, extra Eccleſiam, geſtans maiorem campanam, quam neceſſe erat amouere, vt ad occidendem Eccleſia circa ſexaginta pedes prolongaretur: dolebant cuncti de expenſis in tali opere fiendis: centum tamen aureos polli-

polliciti sunt magistro fabricæ, vt eam deponeret. Sero deliberando stabat prior loci cum eodem iuxta turrim, & ecce fissura quædam ab imo sursum se aperuit, fugam capiebant omnes, timentes graue damnum facturam. Sed mira dicturus sum. Turris non vt natura dictabat ab alto, sed ab imo paulatim in se resedit, ac si inferius cerea foret ac liquefacta. Nouissime campana illæsa desuper incubuit sine omni damno, quæ tamen post per abbatem conflata est in maiorem. Quæ res dum lateres & cementum rursus in vsum venirent, maximum commodum (retento etiam auro) fabricæ attulit. Hæc cum acta essent, Dominus Abbas & conuentus fidem in magistris ponentes, dum hi famam aucupantur nimis in altum ædificium subrigunt & iam tecto debili muro & alto superposito videbatur opus mirifice surgere, sed nil intentatum in humanis, cunctaq; casibus subiacent, quod sequens capitulum declarabit,

De lamentabili casu Ecclesiæ & ruina.

CAP. VIII.

PElagus iudiciorum Dei imperscrutabile, à nobis admirari, cum sit altum, timeri, cum sit terribile, debet. Dei nempe opera ex secretissimo arbitratu procedunt, cum sibi suppetat posse quod vult, & tamen omnia iuste vult, nobis tamen in suis causis manent occulta. Vnum terrificum proferamus tandem, in quo mens titubat, calamus nutat, verborum vis vacillat. Diximus in superioribus quo nisu ædificantes nouam Ecclesiam instaurare cæperunt: & ecce ille qui per Prophetam dixit, ipsi ædificabunt & ego destruam: & qui per quendam sapiẽtem ait, qui exaltat domum suam, quærit ruinam, in momento, in ictu oculi omnes conatus nostros subuertit. Nam cum anno gratiæ MCCCCLXXIV. Legatus Apostolicæ sedis Cardinalis, nec nõ & metropolitanus Moguntinus vna cum, Friderico Imperatore & Electorib⁹ Imperii aliisq; regni Principib⁹ Augustæ essent, die sanctorũ Petri & Pauli, hora quasi vesperarum sub prima synaxi, ante tamen introitum fratrum in Ecclesiam, cum fabrica Ecclesiæ ante choros iam erecta in altum, tecto quoque non tamen firmo nec tabulato cooperta esset, patentibus proh fenestris, obductis subito cæli nubibus, terra tremore concutitur, volat mobilis ignis, aer puluerib⁹ miscetur, elementa in se ruunt, Zephyrus contra vulturnum, Aquilo aduersus Africum, corus contra Eurum: Subsolanus cum Austro aduersus Circium & Nothum quasi agmine facto subito acie tenus supra ipsam structuram congrediuntur: fit ingens conflictus, turbine ex impetu facto. Fractis viribus dum procellosis turbinibus in se impingunt, hi qui cedunt diuina permissione ædificium nouum totum à muris in altum subrigunt, rursus dimittunt, totamque congeriem murorum minutim in puluerem mole diruunt, inuoluunt homines vltra triginta, orationis causa ibidem inuentos, inter quos & mandritam populi, Plebanum cum socio & aurifabros Nathan dictos ob vigilias suorum prædecessorum congregatos. Casus maxima tragœdia dignus. O nouerca fælicitatis fortuna, amarum semper interserens humanis negotiis: Ergastulum enim miseriarum fit inclytum templum, licuit inspicere limina: non tamen frui. Dehiscens pauor fratres profligauerat, qui passim corpora pauida specubus abscondere: alii à longo stantes turbulenti aere paulatim Phæbi splendore post nubila illucescente, videre anacephalam non Ecclesiam sed congeriem lapidum cæperunt post tempestatem, nondum tamen mentis formidine tersa, terrorem enim pro sui memoria hæredem calamitas illa reliquerat, quæ hodie inest radice fixa mentibus nostris. Dum & hæc replicamus & ob hæc defectum voluntas hic patitur, ad latiora properandum est, animusq; resumendus: vtar tali calamo qui non, vt præsens capitulum tragædicum finem, sed comicum habeat. Quo tu, inclyte pater Ioannes, erecta mente, in meliorem euentum lapsam erigas Aphræ & Vdalrici ædem.

CONCLVSIO OPERIS.

ECce, alme pater, vsque ad tua tempora qualicunque stylo tibi commissi monasterii breuiter historiam continuando scripsi, non forsitan vt speraſti, sed vt valui. Situm vero modernæ & rursus in melius restauratæ Ecclesiæ, posteaquam aliqualiter cõsummata fuerit, ab ea tradetur, qui vita tunc fruetur. Non enim dolendum est cecidisse priorem, cum vtique nunc erigatur & decentius & firmius, licet tamen grauioribus expensis & oneribus: non enim tua paternitas curat pecuniarum quæstum (quem vtique haberes si loca cæteris assignare velles, in quibus sua arma depingerent) sed vti ab antecessoribus accepisti, ita liberam & quidem non aliorum sed tuam Ecclesiam esse cupis. Et si loca distribuenda sunt, tuis sanctissimis reliquiis assignato, quod erit inclytum decus Ecclesiæ & maximum incitamentum deuotionis. In Christo itaque ad solamen fratrum fæliciſſime vale & tui deditissimi Sigismundi memor esto. Finita anno gratię MCCCCLXXXIII. vicesima Iulii.

Explicit descriptio monasterii Sanctorum Vdalrici & Aphræ ad Dominum Ioannem de Giltlingen modernum abbatem.

CVPIS, optime pater, & summarie habere reliquiarũ descriptionem, vt volentibus scire in tua quoq; tabula ingeratur deuotio & prouocetur ad eosdem affectus, maxime cum, etsi olim descriptę sint, nunc auctus sit, triplicatusq; cumulus, & in primis de Saluatoris nostri armis incipiendo. Crucis Domini notabilis particula, & vt antiqui mihi retulerunt, semel igne probata, quod tamen casu factum reor. De crypta quoq; ac de baside, super quam stetit Christus flagellandus in columna, spineæ quoq; coronæ aculeo & sudario: mensaq; & panno vltimæ cænę, de diuersisq; sanctis locis in numero particulæ quindecim. Sacræ vero Virginis Mariæ crinibus ac lacte, cingulo ac vestibus, palma ac sepulchro Baptistæq; indice, cum quo Christum ostendit, eius patre Zacharia, Virga Moysis ac Aaron, Danielisq; ossibus, omnium quoq; & singulorum Apostolorum, Innocentumq; notabiles particulę. Martyrum deniq; diuersorum circa nonaginta, notabiles magnæq; ac insignes partes. Confessorũ etiã circa quinquaginta. Virginũ circa quadraginta, præsertim Mariæ Magdalenę & vndecim milliũ Virginum. His sic in genere præmissis ad patrones nostros veniẽdum est, incipiendo de sancta Martyre Aphra, cuius integrum corpus adustum non concrematum in tumba integra ac lapidibus circũdata habetur in choro fratrum, de quo tantum duæ pedicæ seu maiores digiti de pedibus sunt ablati, vt supra diximus. De stipite etiam ad quem ligata fuit in martyrio, cingulum quoq; eius salutiferum imprægnatis. Humerum integrum sanctæ Hilariæ. Ossa corporis integri, quasi sanctæ Dignæ martyris famulæ, Sanctæ Aphræ in sarcophago. Similiter ossa Eunomiæ ac Eutropiæ, Agapæ, Leonidæ, quæ fuerunt de eius familia. Et testæ diuersæ de capitibus familiarum vtriusq; sexus, cum ea martirizatorum, præsertim caput sancti Dionysii primi Episcopi martyris & auunculi sanctæ Aphræ & eius ossa. Similiter caput sancti Quiriaci martyris ex eadem familia & ossa. Et etiam sancti Largionis Aphri, quorum vltimus pridie ante extinctionem sanctæ Aphræ capite plexus est in terrorem aliis: Item septem martyrũ ossa in tumba sancti Dionysii reperta, ac dein pene, vt æstimatur, ad triginta martyrũ, quæ simul sub eadem tumba nuper reperta sunt. Ascendit numerus quasi ad quadraginta octo illorum qui martyrium hic subierunt, & hoc duntaxat nominatissimorum. Nunc ad confessorum transeamus. Et primo continentur in isto sacro loco Pontificum corpora, qui suam hic elegerunt sepulturam propter sanctorum martyrum merita, & hi omnes in plaga meridionali relinquentes aliam partem martyribus, & quamuis omnes ante sanctum Vdalricum, tamen hi specialiter nominatissimi ac beati præsules, Wicterpus videlicet, Tozzo, ac mirificus sanctus Simpertus, cuius reliquiæ

hodie

die intactæ perſeuerant, clarescentes quotide miraculis. Niccarius etiam almus Prę∫ul, de quibus ſupra diximus. Adelbero quoque Epiſcopus ſancti Vdalrici nutritor. His præeminet ſanctiſſimus Vdalricus, qui in eadem parte Eccleſiæ cum decenti tumba chorum obtinet, & ſęgulchro adornato incluſus meritis & miraculis coruſcat. Retenta ſunt de eo in ſacrario eius ſacerdotales induuiæ, ſudarium ſub quo diſceſſit, calix iuxta eum inuentus, certi dentes, præſertim vnus qui calici intingitur pro caritate ſancti potandus, valde ad præcauenda pericula ſalutifer. Lignea quoque vtenſilia eius parſimoniam indicantia, pecten quoq; antiquum morem & aliud ſancti Cunradi indicantia. Crucem quoque diuinitus ſibi in Hunnorum perſecutione miſſam. Cineres etiam veri reperti eius in tumba poſt carnium in eoſdem rō∫olutionem, quæ animalia domeſtica ſed nociua incolis domorum glires expellunt. Nec vbi ſanctus eleemoſinis vel orationibus vel veneratione ipſius ſanctitate adiunctis honoratur, moram faęere permittunt. Quod & Auguſtę probatum, vbi nulli ſicut, & delati ad extera loca quotidie experientiam faciunt. Fertur etiam quod corpus ſancti vrſi martyris diaconi ſancti Albani Epiſcopi & martyris in iſto loco ſit, qui vrſus miſſus à ſancto Ambroſio contra Arrianam hereſin, quæ hic inualuerat, martyrio ab Auguſtenſibus coronatus eſt.

Hæc de reliquis notabilioribus, prætermittentes maximam partem, hîc poſuimus, cæterum ad oculum licet intueri maiora.

Notabilia.

ANno MCCCXXXXVIII. combuſtio Iudæorum hic facta eſt, & Ilſung inſtituit ſtipem quater in anno & caſtrū Mundelburg fuit per Epiſcopum & ciues deſtructum eſt poſt LVI. anno chorus Beatæ Virginis inceptus. Et Anno LXVIII. incepit communitas contra conſules ſæuire, & ſcabinatus inſtituerunt.

Anno MCCCLXX. Butrich Gwerras habuerunt, & Auguſtenſes caſtrum ſwabeg incenderunt & oppidum Fridberg & Carolus res exegit ab Auguſtenſibus triginta ſex millia florenorum & à Iudæis decem millia pro Stewrra: ob quod diuerſę angariæ & Potagiæ exactionesque inſtitutæ.

Anno MCCCLXXV. Wilhelmus Waler fuit nocturno tempore decollatus, & foſſatum circa ſuburbium ſancti Iacobi factum & oppidum Vlm ab Imperatore Carolo obſeſſum & bellum Ciuitatenſium iuxta Reitlingen factum & infauſta Gwerra contra comites de Wirtenberg incepta & poſt biennium homines multi hic in phreneſin inciderunt ingenſq; peſtilentia ſubſequitur.

Anno MCCCLXXXVI. Dux inclitus Auſtriæ Lwitolfus à ſuis in ſuo cum ſuis propter ſua à Suitenſibus ſeu de magna liga dictis, fuit in bello interfectus, ſequenti tempore maxima coniuratio Principum & è contra ciuitatum imperialium & Guerra prævalida. Epiſcopus etiam Burchardus cum famæ ſuæ detrimēto contra Auguſtenſes fecit coniurationem, tandem viribus hinc inde contractis munu prævalida congreſſi, Comes Vdalricus de Wirtenberg in bello cecidit, ciuitatenſes tamen è campo profligati ſunt, Aula Epiſcopalis cum certis curiis deſtructa, Marcellum ædificatur iuxta forum.

Anno MCCCC. Hæretici hic manifeſtantur multi, & crucibus croceis inſigniti publicam pœnitentiam recipiunt, & theatrum iuxta Eccleſiam ſancti Mauritii conſtruitur. Seditio etiam Auguſtę à textoribus & aliis, qui ære alieno grauabātur, excitatur, propter exactiones. Diſſenſio inter Buttrich & Onſorg magna Caſtrum Wellenburg deſtruitur. Erckinger Marſchalck de Biberbach compeſcitur capto filio ſuo.

Anno MCCCC. octauo. Quatuor heu ſacerdotes nomine, ſodomitica polluti macula in caueis ligneis ad turrim Berlach fame necandi ſuſpenduntur de voluntate Epiſcopi. Occiditur Marquardus de Schellēberg miles, dum ad nuptias celebrandas dictæ Rechlingerin Auguſtam tenderet iuxta villam Vrſpach.

Anno MCCCCVIIII. Fuit duellum hîc inter Marshalcum & Hachsenaker, Marschalcus dum prostratus esset, & à suo aduersario interrogatus, si Fortuna sibi fauisset quid agere vellet, dixit se interfecturum hostem suum, quod & mox Hachsenacker in eum fecit, seque portari fecit viuum in feretro suo quod illic stabat ex more, quod etiam Libitinam dicunt, ad Ecclesiam sancti Vdalrici agens grates.

Anno sequenti aqua artificiose inducitur in canalibus per ciuitatem. Et Laurentius Egen hospitale sancti Antonii instituit.

Anno MCCCCXV. Concilium Constantiense incepit. Et Augustenses exercitum, versus Schaffhausen mittunt contra Fridericum ducem Austriæ, qui antipapam cõsilio subtraxerat, & doctor Narcissus Pfister hic in isto monasterio theologus magnus habetur.

Anno MCCCCXXV. nocte natalis Christi occiditur Plebanus sancti stephani, & magna domus iuxta sanctum Leonhardum dicti Gossenbrot exusta est, cecidit-que murus super viginti duos viros: occiditur etiã Sebastianus Ilsung à Petro Rechlinger iuxta villam Bergen.

Anno MCCCCLXVI. incepta fuit fabrica Ecclesiæ sancti Vdalrici & Aphræ.

Anno MCCCCLXXIIII. die Petri & Pauli proh cecidit Ecclesia.

Anno Domini MCCCCLXXXI. defuncto venerabili Abbate Hainrico, eligitur reuerendus Dominus Ioannes de Gibtlingen die sancti Seruatii.

QVARTI LIBRI FINIS.

CHRO-

CHRONICON EPISCOPATVS CONSTANTIENSIS:

INCHOATVM A IACOBO MANLIO BRIGANTINO DOCTORE:

POSTEA

RELICTVM VETERI SIMPLICITATI, sed auctum ab alio bono viro:

ADIECTIS DE NOVO ILLVSTRISSIMORVM ET ILLVSTRIVM EPISCOPORVM FAMILIIS: VT haberi ex literis potuerunt.

Ab Anno Christi sexagesimo octauo circiter vsque ad annum M. DC. VII.

CATALOGVS IN LIBRVM

Primum Caput.

DE EPISCOPATV ET CIVITATE VINDONENSI ET CONSTANTIENSI.

Secundum Caput.

DVÆ BVLLÆ DVORVM IMPER. FRIDERICI PRIMI BARBAROSSÆ ET CAROLI IIII. BOHEM. de limitibus Episcopatus.

Tertium Caput.

EPISCOPI OMNES ORDINE AB INITIO VSQVE ad annum M DC VII.

APPENDIX I.

Catalogus decanatuum & parochiarum omnium.

APPENDIX II.

Religiosa domus Episcopatus.

APPENDIX. III.

Principum, comitum & baronum, qui in Episcopatus ambitu continentur & in spiritualibus Episcopum dominũ, tum olim cum familiæ adhuc supereſſent (exſtincta enim multa sunt) agnouerunt, tum quotquot supersunt, adhuc hodie agnoscunt, breuis commemoratio: cum totius Episcopatus in longum & latum dimensione: vnde constat Episcopatum nullum in Germania esse amplius.

APPENDIX IIII.

Enumeratio Sanctorum, qui in Episcopatu in pretio habẽtur & vel in eo vixerunt, vel post mortem illati, coluntur.

DESCRI-

DESCRIPTIO TOTIVS EPISCOPATVS CONSTANTIENSIS.

CLARISSIMO DOCTORE IACOBO MANLIO BRIGANTINO AVTORE, &c.

Pars prima.

Capitulum primum.

IN PRIMIS igitur hoc capitulo, quo diocæsis Cõstantiẽsis tractatus de origine considerando quod (Philosopho teste) locus locatum præcedit, ego, antequam de ipsius origine scriberem, prius de origine & fundatione sedis eiusdem videlicet ciuitatis Constantiensis tractandum esse putaui. Veruntamen Originalium literarum & sigillorum testimoniis, quæ per varia rerum & temporum pericula multipliciter hucusque alienata sunt, deficientibus, ad præsumptiones recurro. Nam & hoc iure cautum est extra de proba: per totum, vbi deficientibus testibus & instrumentis, tam in causa ciuili, quam criminali ad præsumptiones & indicia recurritur. Et in.c. vene: extra de elect: cum similibus no: vbi aliæ probationes absunt, & contrarium nullibi constat, antiquis cronicis & historiis credendum esse dignoscitur.

Cum igitur in Cronicis antiquis (licet sine autore) habeatur, qualiter Constantius Imperator à Romanis in Germaniam contra rebellem Adalgerum Sueuorum ducem, cum quibusdam regibus sibi sociatis, in loco vbi nunc Constantia ciuitas sita est, missus, Ducem prostrauerit & quod ob loci felicitatem, glorioſamque victoriam, in perpetuam rei memoriam ciuitatem illic suo (vt apud priscos mos erat) nomine Constantiam construxit. De strage enim quam idem Cõstantius contra Alemannos gessit, Gotfridus Viterbiensis scribit, quomodo ab Alemãnis prius victus, secũdo vero prelio tam acriter vicerit, vt septuaginta milia hostium cæsorum annumerarentur. Concordat Beda in Cronico suo (saluo iure) sic dicens, Anno quindecimo Diocletiani, Constantius sexaginta milia Alemannorum occidit. Et insuper in alio Cronicõ (etiam sine autore) habetur quomodo ad Lacum Bodamicum (sic à castro Bodmaticum) in dicti Constantii honorem ciuitas quædam Constantia ædificata sit. Et alibi quod locus huiusmodi ante talem fundationem vocatus sit Vitudura, quô alludit antiquissima marmoreæ tabulæ scriptura, quam vetustis temporibus in capella S. Blasii Constantiæ prope S. Mauricii altare muro infixa est, quæ quidem scriptura, quanquam propter longissimi temporis abolitionem & piorum hominum contactum vehementer disrupta multum illegibilis sit, clarã tamen Cõstantii & Vitiduræ mentionem facit, quo fit vt prędictarum cronicarum, vera vero clare consonent, estque scripturæ huiusmodi, quantum capi potuit tenor, vt sequitur, talis: vnde constat, authorem vrbis fuisse Constantium.

Non est vita dura in saxo sed Amtodura vel simile.

Tenor scripturæ marmoreæ tabulæ.

IMP. CÆS. AVREL. VAL. DIOCLETIAM.
SARM. PER MAX. X. TRIB. POT. ET L.
IMP. CÆS. M. AVRE. VAL. MAX. ET IMP.
[illegible] MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. X.
IMP. VIII. COS. [illegible] VAL. CONSTANTIVS.
ET CAL. VAL. CÆS. MVRV. [illegible]
AMTVDVRENSEM AE. AVRE. [illegible]
[illegible] DO PROCVLO VI. PER.

SEd hic oritur dubium, cum in Catalogis Imperatorum duo hoc nomine Constantius, videlicet Constantius primus & secundus vocati reperiantur, quis eorum fundator extiterit, & dicendum prout ex dictis Cronicis & præfata scriptura colligi poterit, vt fuerit Constantius huius nominis primus. Tradit enim Eutropius antiquus Hystoriographus de gestis Romanorum Libro suo XII. quam etiam alii historici allegant hoc modo: his igitur abeuntibus administrationem Reipub. Constantius & Galerius susscipientes Augusti creati sunt Anno Domini 289. & alibi Anno Domini 309. diuisusque est inter eos ita Ro: orbis, vt Constantius Italiam, Galliam & Aphricam, Galerius Illiricum, Asiam & Orientẽ obtineret: & rursus, fuit enim Constantius iste Galerius Comes huius nominis primus, cuius vxor Helena tunc temporis futura Inuentrix S. Crucis, cum igitur prout multis claret autoribus Constantius ille primus vna cum Galerio Diocletianum in Imperio secutus fuit, & quod ille vxorem habuit Helenam nomine & non Constantius secundus. Facile ergo concluditur fundatorum Ciuitatis huiusmodi fuisse Constantium primum (qui sane vir egregius & præstantissimus fuit) obiitque in Britannia, Eboraci principatus anno 13. atque ob singularem eius mansuetudinem & clementiam summo omnium consensu inter diuos relatus est. Fuit enim Claudii secundi ex filia nepos & Pater Constantini Magni.

Cum itaque dictus Constantinus Magnus singularis cleri amator extiterit maximusque Ecclesiæ fautor defensorque: Et ideo in eiusdem cleri laudem hanc Doctissimi deuotique Fratris Iheronymi de vitis villa regularium Canonicorum ordinis synceram orationem de ipso inserere libuit, vt sequitur.

Oratio de S. Constantino Magno Constantii fundatoris Ciuitatis Constant. filio.

HIc est Constantinus ille, quem Orientalis Ecclesia celebri honore prosequitur, & ad pugnam exituro Crux aurea in celo apparuit, cum qua vox diuina insonuit, Constantine in hoc signo vinces. Matrem demum suam Helenam pro sancta cruce requirenda Hierosolymam misit, & multas libertates, in spiritualibus bonis multum se exercuit, & inter alia doctrinalia verba intulit. Si viderem clericum maleagentem, clamide mea tegerem, vt laicorum tollerem scandalum. Hunc igitur natio Latinorum Orientalis Ecclesiæ extinctæ ordinem assumat, & Imperatorem hunc pia deuotione attollens dicat, laus, honor, virtus & gloria sit tibi ô Constantine, nobilissime Imperator. Gaude quod Catholicam fidem plurimum roborasti, & gentem infidelem constanter expugnasti, dignare nunc vitam nostram tutam facere, & cunctos hostes nostros pro nobis dirimere, potentiam tuę maiestatis nobis ostende, & omnia nociua à nobis repelle.

Regressio

Regreſsio ad propoſitum.

NVnc ad propoſitum. De diæceſis Conſtantien: (tanquam locati) origine tractaturo mihi duæ opiniones occurrunt, quarum prima, quod diœceſis huiuſmodi, cuius ſedes nunc Conſtantiæ eſt, circa tempora Caroli magni primitus fuerit in ciuitate Pfin prope fluuiũ Thurem & deinde poſt dominii Pfin deuaſtationem, ad vindonam (vbi nunc monaſterium Campus regalis dictus) tranſlata fuerit. Et inſuper de Vindona ad Arbonam, & tandem ad Conſtantiam vbi nunc ſit. &c.

Secunda vero opinio, vt diæceſis Conſtant. nequaquam de Arbona, ſed de inſigni quondam ciuitate Vindona ſeu Vindoniſſa, quæ nunc diſrupta eſt, translata ſit, de qua denique ciuitate Venerabilis Beda in Cronica ſua mentionem faciens dicit Epiſcopatum Conſtant. aliquando Vindonæ fuiſſe &c. Prima opinio eſt vulgi penitus nullam præ ſe habens rationem neque auctoritatem, imo manifeſtum, cõtinet errorem in eo, quod dicit diæceſin huiuſmodi circa Caroli Magni tempora primitus in pfin & à pfin ad Vindonam translatum fuiſſe. Nam ex ſubſcriptis patebit, diæceſis huiuſmodi ferè ducentis annis ante Caroli Magni Imperium Cõſtantiæ fuiſſe: quare talis opinio non eſt tenenda. Ideo ſequitur ſecunda opinio, quæ tanquam vera ſic probatur, nam in Cronica monaſterii S. Galli (vbi aliâs multæ antiquitates conſcriptæ ſunt) ita habetur, vt Dagobertus qui in approbatis hiſtoriis magnus Francorum rex nuncupatur, Epiſcopum à Vindoniſſa in Conſtantiã tranſtulerit, & in Cronico antiquiſſimi monaſterii S. Martini in Mury non multum à Vindona diſtantis (vbi ex dicti Bedæ Cronica vidi) ita ſcribitur. Sub hoc Dagoberto rege Franciæ translatus eſt Epiſcopatus noſter de Vindoniſſa, id eſt, Windiſch ad Conſtantiam ſub Maximino vel, vt aliis placet, ſub maximo ibidem Epiſcopo (qui vltimus Vindoniſſæ & primus Conſtantiæ Epiſcopus fuit). Alludit nobilis Domini Mathæi Marſchalckh Canonici Auguſtani Cronica, quæ ſic habet, Epiſcopum Conſtantienſem iuxta lacum Bodamicum admodum vetuſtum & inſigne quondam apud Windoniſſam &c. quod Epiſcopium in Conſtantiam translatum extitit, vnde legitur quod S. Audomarus ex ea valle, quæ tunc temporis aurea vallis, Teutſch Goltaal dicebatur nobilibus & clariſſimis parentibus Patre Friulfo ſancto viro natus ſit, de quo Vincentius Gallus in ſpeculo. Ex hac etiam valde ſanctus Bertinus vir inſignis Abbas monaſterii Luxouienſis vna cum ſanctis Numolino & Ebertranno ſuis comitibus nati ſunt, &, vt in Catalogo Sanctorum habetur, illi ad præfatum ſanctum Audomarum Epiſcopum Morinẽſem in Galliam compatriotam ſuum venirent, benigne ab eo ſuſcepti ſunt &c.

Penſemus nunc tempora & clarebit Dagoberthum huiuſmodi ante & circa annos à Natiuitate Domini VI. C. Imperatorum Phoce & Eracly tempora, Carolum vero Magnum anno Domini VIII. C. viguiſſe, quibus facile patebit primam opinionem refutandam, & ſecundam tanquam veram eſſe tenendam. Et in hoc finitur primum capitulum: ſed priuſquam ſecundum capitulum aggrediar, placuit in vetuſtiſſimæ Vindonenſis diæceſis memoriam, pro Dei honore, qui in ſanctis ſuis laudari vult, prædictorum Sanctorum in eadem diæceſi genitorum hiſtorias inſerere, & primo de ſancto Audomaro & Patre ſuo.

Sancti Audomari & Beati Friulfi genitoris ſui hiſtoria.

AVdomarus Epiſcopus ex aurea valle non longe à Conſtantia ciuitate, patre Friulfo religioſo & nobili viro ortus eſt, & vna cum eodem patre ſuo omnibus pro Chriſto relictis ad cœnobium Luxouienſe, quod à ſancto Columbano Abbate in Burgundia conſtructum fuerat, pergentes ambo ſub Abbate Euſtaſio monachi facti ſunt: vbi Friulfus in ſanctitate perſpicua vſque ad finem vitæ perſeuerauit. Audomarus vero in Epiſcopum Cannanenſem electus

per annos pluſquam triginta Eccleſiam ſuã feliciter gubernauit, Ciues quoq; ſuos, qui poſt doctrinam, quam à ſanctis Fuſtiano & Victorio perceperant, ad Idolorum culturam reuerſi ad Chriſtum redire fecit. Cum autem ſemel graui tentatione carnis vreretur: exemplo Beati Benedicti inter vepres & vrticas ſe nudum volitans, ignem illum libidinis extinxit, dum apud villam Corniacũ ſub arbore quieuiſſet, crucem domini de lignis factam arbori affixit & ſequenti nocte lux deſuper cælica radiauit, multorumque ex ipſa cruce ægritudines curabantur: per annos plurimos ante obitum ſuum lumen oculorum amiſit: ad eius lumen ſanctitatis augendum: nec tamen vnquam inde turbari viſus fuit. Sed cum translationi corporis ſancti Vedaſti Epiſcopi apud Atrabatenſium vrbem factæ ab Auſpecto Epiſcopo intereſſet, lumen ſibi oculorum redditum eſt. Finita vero corporis translatione orauit ad Dominum & iterum, vt petiit, ad votum ſuum excæcatus eſt. Quieuit in pace, quinto Idus Septembris. In cuius tranſitu mira fragrantia in domo eius reſperſa eſt: Lampades quoque ad eius tumulum dependentes oleum diſtillarunt, quo ægri perũcti à languoribus ſanabantur. Cuius corpus à ſancto Bertino abbate translatum: ſepultum eſt in monaſterio ſancti Lythini.

DE S. SANCTIS BERTINO NVMOLINO ET Ebortramio.

BErtinus Abbas Luxouienſis ex valle aurea prope Conſtantiam cum Rumolino & Ebortramio propriam patriam relinquentes ad ſanctum Audomarum Epiſcopum Morinenſem venerunt, à quo ad predicandum miſſi, officium legationis fideliter impleuerunt. Cum autem Adoaldus prędiues filium non haberet, de conſilio Audumari Chriſto placere cupiens maximam partem facultatum ſuarum prædictis tribus ſanctis contulit ad monaſterium, in honorẽ Beati Petri Apoſtoli conſtruẽdum: quod & factum eſt. Dum autem S. Bertinus cum prędictis in ipſa adhuc ciuitate reſideret, decedente Acatio eiuſdem vrbis Epiſcopo monaſterio S. Quintini præficitur. Sanctus vero Bertinus aptiorem ſibi deo ſeruiendi locum requirens, dei ſe diſpoſitioni committens nauem aſcendit & angelico ductu ſine remo vel regimine contra ictum fluminis vſque ad locum à Deo prævliſum deuenit, vbi de bonis ſibi collatis ab Adoaldo monaſterium nomine Schythini in honorem Apoſtolorum Principis conſtruxit: ibique monachorum multitudinem congregauit, quibus & deo ſeruiens laudabiliter præfuit, & in Chriſto quieſcens miraculorum gloria clarens, ibidem ſepulturam accepit, cuius feſtum colitur nonis Septembris.

Additio & correctio ex D. Franciſci Guillemanni antiquitatibus Helueticis de Vindoniſſa.

SCRIBIT IGITVR ILLE (VT DILIGENTISSIMVS ET DOctiſſimus eſt) *libro primo, capite tertio, vt ſequitur.*

Eius antiquitas.

VIndoniſſæ ætatem, præterquam quod etiam à Tacito in hiſtoria memoratur, & Antonino in itinere, multa teſtantur, quæ paſſim eruuntur, monumenta, & inſcriptiones, vrnæ ſepulcrales, nummi aurei, argentei, ærei. Sed Argẽtei Aureliani præcipue Imperatoris, per totam Heluetiam plurimi. Cur ita percrebuerint cauſam videtur inſinuaſſe Zoſimus, his de eo Imp. verbis. Nouam monetam publice diſtribuit, cum plebem quiquid haberet adulterinæ monetæ tradere iuſſiſſet, commerciis hoc modo ab omni confuſione vindicatis. Vindoniſſæ eſt etiam ſtatua Mercurii prope integra. Prędiis poſtea Romanis legionis XXI. hac in vrbe ſedes ordinaria, vt alibi dicetur, vnde quoque eius magnitudo clara. Oportet enim non paruam fuiſſe, in qua legio vna pro præſidio conſiſteret, loco vbere, & opportuno, angulum vtriuſque confluentis, Vrſæ, & Arulæ complebat, ponte vno, hinc in Sequanos, & Rauracos (cuius quidem commoditate remanſit opidum

Lib. 1. hiſt. Cauſa cur tot Aureliani Imp. vbique nũmi.

Præſidium in ea R.

Eiuſdem ſitus & commoditas.

Bruck

Bruck ab eo nominatum. Vindoniſſæ Suburbium altero in Germaniam, recto verſum Badam itinere, (in cuius loco nauicula nunc traiiciendi cauſa vtuntur) mittebat. In eam omnis generis mercimonia ex tribus Heluetiæ præcipuis fluminibus, Arula, Vrſa, Limago, qui etiam paulo infra Vrſam in eundem Arulam deſcendit, partibusq; deuehi poterant Tigurino, Vrbigeno, & Auentico. Nec à Rheno magna diſtantia, â Confluentia nempe, aduerſo Arulæ, paſſuum millia vix ſeptem, vt mirum mihi omnino videatur, cum totius Heluetiæ commodiſſima fuerit, antiquum decus recipere, ne forma, aut frequentia aliqua potuiſſe. Hodierno enim die vix pauculæ quæ vicum efficiunt ædes, nomen antiquum Vindiſch. Mæ-
10 rum, ruderum, ruinarum nullæ omnino ſolo ſuper reliquiæ, quæ vrbem fuiſſe demonſtrent, excepto Altenburgo & Habſpurgo. Si vero ruas adhuc mæmorum rudera & fundamenta longe, lateq; reperias, ſola concamerata, fornices; Oſſium vero humanorum compages per campos & tota vicinia paſſim, credo, ex illo quod Conſtantius Cæſar prope eam vrbem contra Allemanos prælium habuit. Et forte huius cladis memoria ita barbarorum animos efferauit, vt adeo in vrbem ſęuirent, nec eius ſupereſſe monimentum vellent. Nam prima eius vaſtatio Allemannis etiam, vt opinio, debita, cum non ſolum ipſam, ſed fines, Vitodurum, Auenticum, & quicquid præterea in Heluetia Sequaniſque firmitudinis ad Lingones vſque euerterunt. Conſtantius Cæſar ſupra memoratus cum in Vindoniſſæ campis eam
20 gentem felici prælio deuiciſſet, & vltra Rhenum pulſaſſet, reparaſſe creditur, ſicuti de Vitoduro certum ex inſcriptione, quæ ad illud opidum referetur. Sed ab hac vaſtatione non iam vrbs, licet reparata, ſed caſtrum appellatur in lib. Prou. Caſtrum Vindonenſe cum populi vicini Vindones, & Epiſcopi Vindonum, aut Vindoniſſenſium ab antiquo opido dicerentur, ſicuti in libro Conciliorum videre licet. Sigiſmundus Burgundiæ Rex concilium Epaoni celebrauit tempore Symmachi Papæ & Auiti qui poſtea Archiepiſcopus Viennenſis, quo in concilio interfuit Bubulcus Epiſcopus ciuitatis, & caſtri Vindoniſſenſis. Hildebertus vero Francorum Rex, & Regina Huldrada coniux, V. Arelianum peregerunt XXVIII. Octobris, cui Grammatius Epiſcopus Vindoniſſenſis ſubſcripſit. C. Hildebertus de-
30 mum Auſtraſiæ & Allemanniæ Rex, cum mortuo patruo Guntramo, vt ante quoque notauimus, Burgundiæ regnum occupaſſet, ſedem Epiſcopalem transtulit Vindoniſſa Conſtantiam, eam maximè ob cauſam, vt Epiſcopi præſentia, Zelo & virtutibus Allemanni, qui vtroq; Rheni latere Vlmam vſque adhuc infideles plerique, & idolis dediti, ſicuti ex vita S. Columbani, & S. Galli alibi oſtendemus, conuerterentur citius, frequentatione præterea, exemplis, monitis. Sed vt hæc translatio fuerit facta, tamen receptum Vbigenis, ne cogerentur, iuris ergo Conſtantiam proficiſci, ſed Epiſcopus teneretur potius Vindoniſſam venire, aut Vicarium cum poteſtate mittere, qui ius apud eos in Eccleſiaſticis redderet. Vnde acta Murenſia, Cum Abbas Murenſis benedicitur, notam faciat Epiſcopo Con-
40 ſtitutionem huius loci.

Populus enim iſte vadit ad condictum Epiſcopi, quo & cæteri eius pagi conuicanei vadunt, ſcilicet ad Vindoniſſam, ibique ius Eccleſiaſticum audiet, & iudicium ſuſtinebit, ſicuti conſtitutum eſt omni Sanctæ Eccleſiæ &c. Denique ſenſim quidquid antiquæ dignitatis & auctoritatis Vindoniſſæ fuit, Comites, Altenburgenſes occupauere, cum caſtri Vindoniſſenſis dominium ad ſe tranſtuliſſent: ædificataq; eo in loco noua arce, ſub antiquo Caſtri titulo, quod Altenburg ideo nominarunt, Altenburgenſes ſeſe Comites, & Vindoniſſæ dominos nuncupauere. Ipſi ex antiqua Heluetiorum ſtirpe, mox ſub Burgundis, abolito Romanorum Imperio clari, tum vero ob virtutem Francis, qui Burgundiæ Reges exſciderunt, in pretio habiti, maximas opes ſibi compararunt. &c.

Vindoniſſa ab Allemannis vaſtata. A. D N CC. XCIV.

Conſtantinus cæſar reparauit.

Vindoniſſa ex vrbe in Caſtrum.

Sunt qui credunt primũ in Hel. hunc fuiſſe Epiſcopatum, tam indè à S Beato, Apoſtoli Petri diſcipulo, quem præcipue in hoc pago Chriſtum nũciaſſe traditum in eius vita, in quo vita defunctus eſt: A. D. N. Io XV.

A. D N. Io XCVI.

Epiſcopalis cathedra Vindoniſſa Conſtantiã tranſlata & quare.

Vrbigenum ſiue Vindoniſſenſium priuilegium.

Vindoniſſæ dignitas & quidquid eius fuit ad Habſpurgios Comites delata Altenburg vbi Vindoniſſa, Altenburgenſium Comit. origo, qui poſtea Habſpurgii ex nõua arce A. D. N. Io CCC. XCV.

ET IN HABSPVRGICIS LIB. II.

CAPVT I.

a Lib. 1. antiq. Heluet. cap. 4. & 11. De Vindonissæ situ. Commoditatibus.

DE vindonissa primo pauca ex antiquis. [a] Clara eius, & celebris priscis, & Romanis scriptoribus memoria, vrbium Heluetiarum, sicut Auenticum, caput, & Episcopalis, vt illa, sedes. Latere siniſtro Vrsam; dextero Arulam attinebat, vtriusque confluentis angulum complebat. Ponte Arulæ, cuius adhuc monumentum, & reliquiæ ex commoditate opidum Bruck remansit, hinc in Rauracos, & Augustam Rauracorum, Sequanos, Mediomatrices, & Germaniæ inferiora: alio ad Vrsam in Germaniam superiorem, Rhetiam scilicet, Noricum, & Pannoniam, versus Aquas, Vitodurum, finesque & arborem felicem, itinere recto dimittebat, pro quo nunc nauigii ad traiiciendum vsus, locum [b] TRAIECTVM VINDONISSENSEM nominant, clarum per hæc tempora quoque frequentiâ & portoriis. Paulo infra etiam Lindemagus ex lacu Tigurino Arulam inlabitur. [c] Ita trium totius Heluetiæ maximorum fluminum ad illam, & in ea confluxus, Arulæ, Vrsæ, Lindemagi. Et inde ex omni regione concursus, mercimonia, frequentia, opulentia. Nec Rhenus ipse procul, in quem iunctim eadem tria flumina infunduntur. [d] Vix passuum millia septem, adeo vt nulla Heluetiarum, nescio an & Germaniæ totius, vrbs, commoditate loci; sed & vbertate soli, vini, granique feracis ad illam certare potuerit, vt non immerito admiratio sæpius subierit, cum reliquarum vrbium, & opidorum, quæ perdidere barbari, aliqua reparatio pene omnium exstiterit, huius ne rudera quidem, nisi solo tenus, & præter nomen, paucasque casas, omnino nihil superesse. [e] Numi omnis generis totis campis frequentissime eruuntur. Et paulo post, hinc eius amplitudo & fama: Sed præciputam dignitatem attulit, inualescente per orbem Romanum Christianismo Episcopalis, in ea collocata sedes. [f] Primus enim Vindonissæ Heluetiorum Episcopatus: primum ibi BEATVS sacerdos Anglus ab Apostolorum principe PETRO, cum ex Britannia Romam rediret, constitutus Episcopus.

b Traiectus Viudonissensis.

c Fluminũ ad eam concursus.

d Apud Vitum Confluentiam è regione Valdshuotti opidi.

e Numi Vindonissæ reperti.

f Vindonissa sedes Episcopalis. Episcopi Vindonissenses.

Antiquo in conciliorum libro Episcoporum Vindonissensium adhuc nonnullorum memoria. Sigismundus Rex Burgundiæ concilium Epaoni agitauit, [g] in quo Bubulcus Episcopus ciuitatis & Castri Vindonissensis interfuit. A. D. N. IO. IX. Childebertus quoque Francorum Rex, Clodouei M. filius, & Hulderada Regina Aurelianum V. celebrauerunt XXVIII. Octobris A. D. IO. LII. cui Grammatius Episcopus Vidonissensis subscripsit. Reperiuntur etiam ante vtrunque Paternus, & Laudo Episcopi Vindonissæ sub primis Burgundiæ regibus. Reliquorum à Beato nomina, & successionem fœdæ & cruentæ Christiani nominis persecutiones aboleuerunt, igne extinctis, imperio Diocletiani & Maximiani, denique omnibus pene Christianæ pietatis monimentis. Childebertus II. Austrasiæ, & Allemanniæ Rex, cum morte Gutrami patrui, & eius adoptione regnum quoque Burgundiæ suscepisset multique per Allemanniam, Tigurino pago, circaque Brigantinum lacum, & Vindelicos, Vlmam vsque Christo nomen darent, neque Episcopum haberent, Cathedralem sedem Vindonissa Constantiam transtulit, locum totius illus tractus pene medium: A. D. N. IO. XCVII. regni sui Austrasiæ XIII. Burgundiæ I. Neque tamen Vindonissæ sic quoque authoritas penitus antiquauit. [h] Nam ea etiam translatione, receptum nihilominus Vindonibus, ne iura, & iudicia Constantiæ peterent, sed Episcopus potius Constantia Vindonissam veniret, aut Vicarum eô cum potestate mitteret, qui iudicium daret. Acta Murensis monasterii. Cum Abbas Murensis benedicitur, notam faciat Episcopo constitutionem huius loci. Populus enim iste vadit ad conductum Episcopis, quo & cæteri eius pagi conuicanei vadunt, scilicet ad Vindonissam, ibique ius Ecclesiasticum audiet, & iudicium sustinebit, sicuti constitutum est omni Sanctæ Eccle-

g Bessme comitatus Burg. opid.

h Eius sedis Constantiam translatio. Vindonissentium priuilegia.

Ecclesiæ. Durauit is mos etiam A.D.N.CIↃ.C.XXXVI. ex eodem libello. Vindonissæ enim erat ad huc Decanus sub Friderico Ahenobargo Nortgerus. Controuersiam enim ortam inter Schœnisii Rhetię Antistitiam,& parochum Volensem Vindonissensium ob decumas quasdam cum Hermanus Episcopus Constãtiensis composuisset. Numerantur inter eius res testes Conradus de Tegerfelde Canonicus Constantiensis, Anselmus Abbas de Mure, Notgerus Decanus de Vindomissa &c. Facta sunt anno Dn. 1181. Ind. 3. præsidente sedi Apostolicæ Papa Lucio 3. Aduocato clausstri Schœnisii, Friderico Imp. Augusto. Atq; hactenus quidem de Vindonissæ antiquitatibus,& claritudine vetusta.

Secundum Capitulum.

IN secundo capitulo de Limitibus Constan. diæcesis dicturus septem Episcopatus videlicet Augustensem, Herbipolensem, Spirensem, Argentinensem, Basiliensem, Losanensem & Curiensem conterminos reperio, quos Francorum rex magnus Dagopertus circa Reuerendissimi quondam Martiani Episcopi Constan. tempora distinxit, prout in Illustrissimi Clementissimique Romanorum Imperatoris huius nominis Friderici primi, aurea bulla continetur, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis.

BVLLA FRIDERICI IMPERATORIS PRIMI DE limitibus diæcesis Constant.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator augustus, desiderium quod ad sublimacionem Ecclesiarum,& honorem Ecclesiasticarum personarum pertinere cognoscitur, Imperialem benecuolentiam nostra gratuita pietate decet annuere & fidelium nostrorum petitionibus congruum impartiri suffragium. Ea propter notum sit omnibus Christi Imperiique nostri fidelibus, qualiter nos dilectissimi nostri Hermanni Constantiensis Episcopi, indefessum fidelitatis obsequium clementer animaduertentes Ecclesiam Beatę semper Virginis Mariæ, cui, Deo autore, præsidet, tanto præ cæteris specialius diligere & amplioribus honorib⁹ sublimare intendimus, quanto studiosius, quãtoue efficacius in Repub. nostra gubernanda hactenus nobis cognoscitur affuisse. Decernimus ergo non solũ ea nostris beneficiis decorare, verũ etiam omnia quæ à sanctissimis & gloriosissimis antecessoribus nostris, diuæ memoriæ, regibus & Imperatoribus, ab omnibus retro temporibus, vsque ad nos in possessionibus, in terminis, in immunitatibus, in * mercatu, & moneta, in portu, thelonio seu in cæteris Iustitiis, eidem Ecclesiæ collata sunt, nos ptæsentis scripti priuilegio communimus & Imperiali autoritate corroboramus, inprimis distinguentes terminos Parochiæ inter Constantiensem Episcopatum & cæteros adiacentes, sicut ab antecessore nostro, felicis memoriæ Dagoberto Rege, tempore Marciani Constantiensis Episcopi distinctos inuenimus, videlicet versus Orientem inter Constantiensem & Augustensem Episcopatus, sicut Hilera fluuius cadit in Danubium, ac deinde vsque Vlmam villam nostram: versus Aquilonem vero inter Episcopatum Wirtzburgensem & Spirensem vsque ad marcam Francorum & Alemannorum: ad Occidentem vero per syluam Schuuartzuualdt in pago Brisgouue inter Argentinensem Episcopatum vsque ad fluuium Bleehacha, qui dirimit Mortnauu & Brisgouu inde per decursum eiusdem aquæ vsque ad Rhenum fluuium: inter Basilien sem vero Episcopatum, vbi fluuius prędictus Bleichacha cadit in Rhenum, & sic per ripam Rheni inter præmemoratam syluã Suuartzuualdensem vsq; ad fluuium Ara ac deinde inter Losanensem Episcopatũ per ripã Arę vsq; ad lacum Tunsch, inde ad Alpes, & p Alpes ad fines Rhetię Curiensis, ad villã Montigel. Termini autẽ pagelli, qui dicitur Bischoffshorn aliorũq; circũquaq; commorantium popu-

Meatu

lorum: hi sunt à Rheno fluuio inter Legenweiler & Tribeltingen in Grawenstein, ac deinde in medium Falckmoss, inde in superius Falckhmoss, inde in superiorem partẽ Luthenrieth, ac deinde in Sarmos, inde in Buttenrieth, inde in Forrenbach & per Forrebach in comum, & sursum per comum vsque ad Tutemuli, inde ad casam Regenfridi, inde ad domum Rothardi, inde ad Heimenbach, inde Waggersclach, ac deinde in Grauuenstain, & inde in Mittenbrunnen, inde in Graben, inde per plateam in occidentali parte ad casam Wolfuueini, inde ad Annentobel, inde in Grawenstain, inde in lacum inter Nuheym & Monasteriolum. Et quia hæc terra his terminis inclusa censualis est Ecclesiæ Constan. nulli hominum in prædicto pagello liceat terram emere, vel vllo modo sibi vendicare sine permissionn Episcop, exceptis tributariis hominibus ex eodem pagello natis. Præterea sunt termini foresti Arbon. ad flumen Salmasa, inde per decursum eiusdem aquæ ad flumen Steinaha, inde ad locum Mula, inde ad fluuium Sydronam, Inde ad alpem Sydronam, inde ad albam Sydronam, inde per decursum ipsius aquæ vsque ad montem Himmelberg, inde ad alpem Sambatinam, inde per Tirstum vsq; ad Rhenum, vbi in vertice rupis similitudo Lunæ, iussu Tagoberti regis, ipso præsente, sculpta cernitur ad discernendos terminos Burgundię & Curiensis Rhetiæ, inde per medium Rhenum vsq; in lacum, Inde ad Gemundas ad prædictũ fluuium Salmasa. Possessiones vero supradictæ ecclesiæ propiis duximus vocabulis exprimendas, videlicet, Abbatia Peterhusensis, Abbatia S. Vdalrici, Abbatia Sanctæ Mariæ in Auua, Abbatia Wagenhausen, Cænobium in Monasteriolo, Præpositura in Biscoffes Zella, Præpositura S. Stephani, itemque præposituræ censuales Bolla & Sindelfingen, quarum census ad vsus Canonicos spectant, Præpositura Oningen, quam nos hæreditario iure ad nos transmissam Ecclesiæ Constan. tradidimus, cuius aduocatiam denuo de manu Episcopi recipientes, spopondimus quod nullius sub aduocati districta deinceps subiaceat curtis in Horna, curtis in Arbona cum Ecclesia parochiali, curtis in Bischoffzella, curtis villa Berga, cum capella, curtis in Tegeruuila cum Ecclesia, curtis in Wislendanga cum Ecclesia, curtis in Winterthuna cum Ecclesia, curtis in Stadelhouen, curtis in Horna cum Ecclesia, curtis in Bollinga cum Ecclesia, curtis in Stusselingen cũ Ecclesia, curtis in Louffen cũ Ecclesia, curtis in Nunkirchen cũ Ecclesia, Ecclesia in Sippling, curtis in Sernntingẽ, cum capella, curtis in Podama cũ Ecclesia, curtis Lutzelchaim cum Ecclesia, curtis in Muren cũ Ecclesia. Has prædictas possessiones ad dominicalia Episcopi adhuc liberè pertinẽtes aliasq; cõplures in beneficiatas quas præsens pagina capere non potest, priuilegiis anteceſſorum nostrorũ innotatas, sæpedictæ Ecclesiæ & Episcopo confirmamus. Specialiter autem possessiones ad vsus canonicorum pertinẽtes subnotari fecimus. Curtim in Pfina cum Ecclesia, curtim in Wigoltingen cum Ecclesia, curtim in Marsteten cum Ecclesia, curtim in Altenowa cum Ecclesia, Ecclesiã in Richenbach longo, curtim in Richenbach minori, curtim in Egena, curtim in Mictelo, videlicet totum quod Eberhardus illic visus est habere, in Ecclesia Wartbuhell præter castrum, curtim in Gutting cum Ecclesia, curtim in Richasala cum Ecclesia, Capellam in Waluuys, Ecclesiam in Goldpach cum vinea ad vsq; luminariorum, curtim in Stetten cum Ecclesia, curtim in Tagedarsdorff cum capella, curtim in Thuring cum medietate Ecclesiæ & decimarum, curtim in Sittingen cum Ecclesia, curtim in Balan cum capella, curtim in Husen, Ecclesiam cum Decimis & curte in Sachspach, curtim in Bugging cum Ecclesia, curtim in Ouchaym, curtim in Vringen, curtim Dominicalem cum hospitali, in Columbaria, in Rhetia Curien. curtim in Flumenes, curtim in Amedes, curtim in Montanis Burch cum Ecclesia. Has & alias fratrum possessiones tam priuatas, quam communes nulli personæ iure beneficii possidere præter ipsos concedimus, adiicientes vt curtes claustrales eorundem canonicorum nullus temere ingredi vel homines per aliquam iustitiam distringendi præter Episcopum potestatem habeat. Quod qui præsumpserit, eidem pœnæ, quam inuasores palatii nostri promeruerunt, subiaceat. Præterea omne ius foresti in Hori à proauo nostro Imperatore Henrico, tempore Romaldi Constantiensi Episcopi, ex consensu Vlrici Anginſt

giens abbatis aliorumq; prædia vel beneficia illic habentium, ſupradictę Eccleſię collatum eſt, iure perpetuo confirmamus, vt nullus illic venandi habeat poteſtatem ſine permiſſione Epiſcopi. Hi autem ſunt termini Foreſti, à villa Egoltingen, vſque ad ortum fluminis Murge, & flumẽ deorſum vſq; ad vadum quod eſt in villa Rulaſſingen & ſiniſtrorſum per plateam vſq; Ramesheym in fluuiũ Bibara, & per illam deorſum vſq; in Rhenum & per Rhenũ ſurſum vſq; in lacum Augenſem, & in circuitu Laci ad villam Oningen, & inde ad Kattenhorn, inde ad Wangen, inde Hemmenhofen, inde Geyenhofen, inde Horne, ac deinde per circuitum Laci vſq; Vero, fluuius ſecus Ratolfeſcellã influit Lacũ, & deinde per eundem fluuiũ ſurſum vſq; ad lacũ Egelſee, ac deinde ad pontem Wallenbrugg, & per fluuium ſurſum vſq; ad villã Stalringen, & inde ſiniſtrorſum per plateam quæ ducit Walewiis in fluuiũ Simelſee, & ſurſum per fluuiũ vſq; ad ſupradictam villam Eggoltingen. Decernimus itaq;, & ſub obtentu Imperialis gratiæ noſtræ prȩcipimus, ne aliquis hominum in poſſeſſiones ſupramemoratæ Eccleſię Conſtant. tã in beneficiatas quam liberas, nec non ad eas quæ ad vſus monaſteriorum ſeu eccleſiarum ad Epiſcopatum pertinentiũ, vel in homines eorum, iudicãdi aut diſtinguendi, præter Epiſcopum, & ipſius aduocatum, aliquam poteſtatem habeat. Remouentes omnino iam ſæpius abiudicatam ſubaduocatorum omnium deteſtandam exactionem. Adhæc ſtatuimus, vt nec nos, nec aliquis ſucceſſorũ noſtrorũ regum ſeu imperatorum locum Conſtan. adeat, vel ſtatuta ſeruitia exigat, niſi vocatus ab Epiſc. vel orationis cauſa vel itineris neceſſitate veniat, quod à prędeceſſorib. noſtris eidem loco collatum eſſe conſtat. Cęterum ſi qua perſona contra huiuſmodi noſtrũ cõfirmationis præceptum temere venire, vel aliquo ingenio infringere præſumpſerit, Banno imperiali noſtro ſubiaceat, & mille ℔ auri puriſſimi componat, medietatem Camerę noſtrę, & medietatem prædictæ Eccleſiæ & Epiſcopo perſoluat. Et vt hoc ratũ & inconuulſum omni æuo permaneat, preſentem inde paginam conſcribi iuſſimus, & ſigillo noſtro aureo inſigniuimus, adhibitis idoneis teſtibus quorum hæc ſunt nomina, Conradus Auguſtenſis Epiſcopus, Conradus Wormatiẽſis Epiſcop. Frideloch Augienſis abbas, Wernherus abbas S. Galli, Adalbertus Campidonenſ. Welfo dux, Berchtoldus dux Burgundiæ, Conradus dux, Fr. Imperatoris, Hermannus Marchio de Baden, Rudolphus Comes de Ramesberg, Humbertus Comes de Lentzenburg, & frater eius Comes Vlricus, Eberhardus Comes de Nellenburg, Marquardus Comes de Geringen & filii eius, Hartmannus Comes de Kugenburg (Kyburg) & frater eius, Adelbrechtus Comes de Dilingen & alii complures. Signum domini Friderici Romanorum Imperatoris Auguſti, ego Arnoldus Maguntinæ ſedis Archiepiſcopus & Archicancellarius recognoui. Data Conſtantiæ, anno dominicæ incarnationis, milleſimo, cẽteſimo, quinquageſimo quinto, indictione quarta, v. Calend. Septem. regnante domino Friderico Romanorum imperatore Auguſto, anno regiminis eius quarto, imperii vero primo, actum in CHRISTO feliciter, Amen.

NOTA.

QVIA prædicta Bulla præter ſupratactam limitum diſtinctionem, etiam ad alia ſeſe extendit, ideo tria in eadem ſunt ponderanda, primo termini Foreſti, ſecundo poſſeſſiones Epiſcopi & Canonicorum, & tertio nullum Imperatorum vel Regum ciuitatem Conſtantienſem adire, vel ſtatuta ſeruitia exigere poſſe niſi ex cauſis in bulla expreſſis.

Addere verò viſum fuit aliam ſimilem à Carolo IIII. impetratam bullam, quæ tum eadem confirmat, tum alia addit ad iſtius antiquiſſimæ Eccleſiæ magis illuſtrandum ſplendorem.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis fœliciter Amen. Carolus quartus diuina fauente Clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex: Ad perpetuam rei memoriam; Si de innata imperialis manſuetudinis benigna clementia in ſingulis ſubiectorum nobis commodis noſtra delectatur Serenitas, Sanctarum tamen Eccleſiarum commodis & quieti & ipſarum procurandis honoribus ad laudem DEI & noſtræ ſalutis augmentum, ſicut ex aſſumpto impe-

perialis dignitatis tenemur officio, ſinceriori ſemper affectu dignamur intendere, vt hi quos diuina prouidentia ſuo deputare curauit myſterio ſub felici noſtro regimine omni tranquillitate eo ſincerius famuletur, quanto gratioribus ſe viderent noſtræ protectionis præſidiis communitos. Sane venerabilis Heinricus Conſtan. Eccleſiæ Epiſcopus Princeps conſiliarius & deuotus noſter dilectus ad noſtrã accedens præſentiam nobis humiliter ſupplicauit: Quatenus ſibi omnia ſua & dictæ Eccleſiæ ſuæ regalia ſeu feuda & vniuerſa, & ſingula priuilegia, libertates, gratias, iura & indulta, quæ & quas à recolendæ memoriæ diuis Romanorum imperatorib. & regibus anteceſſoribus noſtris, ab aliis principibus & perſonis quibuſcunq; ſuper quibuſcunq; rebus bonis, poſſeſſionibus, iuribus & honorib. obtinuiſſe noſcuntur, 10. necnon omnia & ſingnla eorum iudicia alta & baſſa ac iurisdictiones, conſuetudines & vſus eorundem & quidquid dicta Eccleſia licite poſſidet, vel quaſi iura & bona infra ſcripta approbare, ratificare, auctorare, innouare, concedere & confirmare ipſumq; & eccleſiam ſuam Conſtantienſem, cum omnibus eorum bonis & rebus, in noſtram & imperii ſacri protectionẽ recipere auctoritate Cæſarea dignaremur generoſe. Iura autem quæ dictus Epiſcopus in præfata ciuitate habere dignoſcitur ſunt, hæc inprimis, vt quilibet Epiſcopus Conſtan. pro tempore exiſtens in ſua diœceſi ſeu caſtris fabricare monetam Argenteam denarios Conſtantienſi vel Hallenſes vſuales & datiuos. Itemq; dictus Epiſcopus Conſtantienſis in præfata ciuitate habeat miniſtrum, & omnes officiales ſeculares conſtituere & ponere, & quæ omnia iudicia ſecularia ab eo & ad eum tãquam à vero Domino immediate dignoſcuntur dependere & pertinere. Itemq; curiæ Epiſcopi Canonicorum & Clericorũ ciuitatis Conſtan: Nec non Abbatum monaſteriorũ Petershauſen, Creuzlingen, & Prælatorum ſubſcriptorum, & eorum familiarium debent eſſe liberæ, immunes & exemptæ ab omni Steurã, Vngelto, impoſitione & vexatione quacunq; Magiſtrorũ & Conſulum dictæ ciuitatis Conſtan. & emunitate Eccleſiaſtica gaudere debeant. Itemq; Magiſtri, Conſules, Ciues & inhabitatores dictæ ciuitatis, qui ad annos diſcretionis peruenerunt, Epiſcopos pro tẽpore exiſtentes, ritè, legitimè & canonicè confirmatos, tanquam eorum veros dominos in temporalibus & ſpiritualibus abſq; omni contradictione in dicta ciuitate Conſtan. teneantur reuerenter recipere, ac 30. eis fidelitatis & ſubiectionis iuramenta præſtare. Itemq; dictus Epiſcopus & Conſtantienſis Eccleſia, necnon monaſteriorũ abbates in Petershauſen, in Creuzling, & Prælati ſubſcripti. Nec non omnes & ſinguli Comites, Barones, Milites & Nobiles, cuiuſcunq; dignitatis vel præeminentiæ exiſtant, qui a nobis & ſacro imperio, necnon ab eccleſia Conſtantienſe ſeu monaſteriis ſubſcriptis feudati fuerunt, homines vtriuſq; ſexus ipſis iure ſeruienti pertinentes, in ciuitate Conſtan. vel in aliis ciuitatibus ſub imperio conſtitutis, etiam ſi huiuſmodi homines in dictis ciuitatibus in ciues reciperentur, in hæreditate ſuorum hominum ſuccedere, legata & iura recipere poſſint, & debeant ſine quacunq; magiſtrorum & conſulum dictæ ciuitatis Conſtantienſis contradictione. Volumus etiam quod præfati Magiſtri, Conſu- 40. les, & ciues ciuitatis Conſtantienſis nullum Vngeltum, noua thelonia imponere vel recipere debeant, nec non conſiliarios conſtituere, abſq; Epiſcopi ſuæq; Conſtantienſis Eccleſię conſenſu & voluntate, ſed ipſum & Conſtantienſem Eccleſiam in Moneta, Vngelto, Thelonio, emendis ſine hominibus iure ſeruienti pertinentibus, liberè & abſq; omni contradictione & impedimento gaudere permittant. Itẽ poſſeſſiones & iura Eccleſiæ ſupradictæ propriis vocabulis duximus exprimendam videlicet Abbatiam Petershauſen, Abbatiam S. Vdalrici, Abbatiam S. Mariæ Awa, Abbatiam Wagenhauſen, Cœnobium in monaſteriolo, præpoſituram in Biſchofcella, præpoſituram S. Stephani, itemq; præpoſituræ cenſuales Bolla & Syndelfingen, quarum cenſus ad vſus canonicorum ſpectat, præpoſituram Oeningen: curtim in Horna: curtim in Arbona cum Eccleſia Parochiali: curtim in Biſchofcella: curtim in villa Berga cum capella: curtim in Tegenweiler cum Eccleſia: curtim in Wiſendanga cum Eccleſia: curtim in Wintherthura cum Eccleſia: curtim in Stadelhouen: curtim in Horna cũ Eccleſia: curtim in Bollinga cũ Eccleſia: curtim in Stuſslingen cum Eccleſia: curtim in Loffen cum Eccleſia: curtim in Nunkirchen

cum

cum Eccleſia. Eccleſiam in Supplingen: curtim in Sernatingen, cũ Capella: curtim in Bodma cũ Eccleſia: curtim in Luzelnheim cum Eccleſia: curtim in Murea cum Eccleſia, hæ prædictæ poſſeſſiones ac Dominicalia Epiſcopi adhuc libere pertinentes, aliæq; quã plures inbeneficiatæ, quas præſens pagina capere non poteſt, ſpecialiter autem poſſeſſiones ad vſus canonicorum pertinentes ſubtus notari fecimus: curtim in Pheyna cum Eccleſia: curtim in Wigoltingen cum Eccleſia: curtim in Marſteten cũ Eccleſia: curtim in Altnowa cum Eccleſia. Eccleſiã in Rukhembach longo: curtim in Rukhembach minori: curtim in Egena: curtim in Mittilo, cũ Eccleſia Wartbuhel præter Caſtrũ: curtim in Guttingen cũ Eccleſia: curtim in Riethaſſa cum Eccleſia. Capellã in Waleweiis. Eccleſiam in Goldbach cum vinea ad vſus luminariorum: curtim in Stotten cum Eccleſia: curtim in Dagerdaſtorff cum Capella: curtim in Thuringen cum medietate Eccleſiæ & decimarum; curtim in Suttingen cum Eccleſia: curtim in Bollen cum Capella: curtim in Hauſen, Eccleſiam cum decimis: curtim in Sachsbach: curtim in Bugingen cum Eccleſia: curtim in Egheim: curtim in Vringen: curtim dominicalem cum hoſpitali in Columbaria in Recia curenſe: curtim in Flummenes: curtim in Amedes: curtim in Montanis & Burg cum Eccleſia. Nos igitur præfati Epiſcopi Conſtantienſes varia deuotionis & alia multiplicia probitatis & virtutum merita, quibus ipſe & ſui anteceſſores Conſtan. Epiſcopi noſtram celſitudinem, & ſacrum Romanum imperium ſtuduerunt hactenus attentâ diligentia ſpecialiter benemereri clarè noſtræ mentis oculis intuentes, ipſius ſupplicationibus ob omnipotentis DEI, & glorioſæ Mariæ intemeratæ virginis genitricis eius, cuius precioſo vocabulo decoratur titulus Eccleſiæ ſupradictæ, reuerentiam nec non ſinceræ deuotionis affectum, quem ad dictam Eccleſiam ſemper geſſimus, & præ cæteris habere dignoſcimur, inclinati benignius præſertim cum ſupplicatione prædicta de fonte rationis emanet, & iuſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus præfato Epiſcopo, ſuiſq; ſucceſſoribus Epiſcopis & Eccleſiæ Cõſtantienſis imperpetuum omnia ſua & dictæ ſuæ Eccleſiæ regalia ſeu feuda, nec non omnia vniuerſa & ſingula priuilegia, literas, libertates, gratias, emunitates atq; indulta quæ ſeu quas à recolẽdę memoriæ diuis Romanis Imperatoribus ſeu Regibus anteceſſoribus noſtris, ab aliis principibus aut perſonis, quibuscunq; rite obtinuerunt, in omnibus ſuis Articulis, continentiis, ſententiis, tenoribus, titulis & punctis, de verbo ad verbum prout ſcripta ſeu ſcriptæ ſunt, ac ſi tenores omnium præſentibus ſpecificè forent inſerti ſeu inſertæ, & etiam de ſe his iure vel conſuetudine debere fieri mentio ſpecialis. Nec non omnia iura Monetã, Theloneam, Vngelt, emere dictas, iudicia ſecularia, curtes & poſſeſſiones ſupra ſcriptas. Et etiam omnia & ſingula alia bona eiuſdem Conſtantienſis Eccleſiæ, cum villis, hominibus, dominiis, bonis, agris, cultis & incultis, vineis, prædiis, ruſticanis, vrbanis, & iudiciis, iurisdictionibus, bannis, monetis, theloneis, vngeltis, emendis, foreſtariis, inhabitationibus, ferinarum redditibus, cenſibus, vtilitatibus, pœnis, ſyluis, rubbetis, venationibus, aucupationibus, pratis, paſcuis, aquis, molẽdinis, aquarum vel decurſibus, militibus, clientibus, vaſallis, vaſallagiis, feudis, feudatariis, aduocatiis, monaſteriorum prædictorum, iuribus patronatus, Eccleſiarum collationibus, beneficiorum, ſeruitoribus, proprietariis, pignoribus, etiamſi ab imperio tenerẽtur, conſuetudinibus, vſibus, honoribus, nec non vniuerſis & ſingulis aliis attinentiis & pertinentiis, quibuſcunq; etiam ſpecialibus vocabulis valeant deſignari ad præmiſſa ſpectantibus, & quicquid eadem Conſtan. Eccleſia inpræſentiarum licite poſſidet, vel quaſi & in futurum iuſtis & rationabilibus modis & veris titulis, præſtãte domino poterit adipiſcari. Animo deliberato non per errorem aut improuidè, ſed ex certa noſtra ſcientia ſano principum, Comitum, & Baronum & aliorũ noſtrorum & imperii ſacri fidelium accedentibus conſiliis, auctoritate cæſarea, & de plenitudine imperialis poteſtatis, prout dignè geſſimus, approbamus, ratificamus, innouamus, concedimus & confirmamus gratioſe omnem defectum, ſi quis obſcuritate vel dubia interpretatione verborum, obmiſſione ſollennitatis vel ceremoniarum, aut alia ex cauſa quacunq; reperiretur in præmiſſis eadem auctoritate Cæſarea penitus abolentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtrę appro-

bationis, ratificationis, auctorisationis, innouationis, concessionis, & confirmationis, paginam infringere, vel & ausu quouis temerario quomodolibet contraire, si quis autem secus attentare præsumpserit, pœnam centum librarum Auri puri totiens, quotiens contrafactum fuerit. Quarũ medietatem imperiali nostro & Euario siue Fisco, residuã vero medietatẽ passis iniuriam applicari decernimus; se nouerit irremissibiliter incursurũ. Signum sereniſſimi Principis & domini, domini Caroli Quarti Romanorũ Imperatoris inuictissimi & glorioſiſſimi Boemiæ Regis. Testes huius rei sunt venerabiles Arnoldus Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Ioannes Olomucenſis, Iohannes Lenthomiſchlenſis, ſacræ imperialis aulæ Cancellarius, & Theodoricus Mindenſis, Eccleſiarum Epiſcopi, Illuſtres Rudolfus Dux Saxoniæ, ſacri Romani imperii Archimarſcallus, Fridericus Marchio Miſnenſis, Bolko Falkenbergenſis, Heinricus Saganenſis, & Pzemislaus Theſchinenſis Duces, ſpectabiles Burkhardus Burggrauius Magdeburgenſis, nec non Albertus de Anhalt. Comites & Nobiles Rudolfus de Warta, Iodocus & Iohannes fratres de Roſenberg, & Sdencko de Sternberg iudex regalis curiæ Boemiæ, & alii quam plures noſtri & imperii ſacri Principes, Nobiles & fideles, præſentium ſub Bulla aurea Typario noſtræ Maieſtatis impreſſa teſtimonio literarum.

Datum Pragæ, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Quinquageſimo ſeptimo, indictione decima, vltimo Id. Octob. Regnorum noſtrorum Anno duodecimo, Imperii vero tertio.

Per Dominum Imperatorem.

Rudolfus de Fridenberg.

TERTIVM CAPITVLVM.

IN hoc tertio capitulo mens erat omnium tam Vindonenſium, quàm Coſtantienſium Epiſcoporum Catalogum cum armorum & hiſtoriarum inſertione conſcribere, ſed quia poſt longam exactamque mei & prædeceſſorum meorum, in diuerſis monaſteriorum, aliorumque locorum literis, tabulis ac libris, inquirendi diligentiam, non omnium hiſtorias reperire quiuimus, ideo vbi eiuſmodi in præſenti Catalogo abeſſe cernuntur, non meæ, ſed priſcorum duntaxat negligentiæ imputandum venit. Quia ea quæ reperi accuratiſſima quidem opera, hoc, vt ſequitur, ſtylo, conſcribere curaui. Antiquiſſimum vero in Germania eſſe Conſtantienſem Epiſcopatum facilè liquet. Magnæ enim coniecturæ, quæ docent Beatum ſacerdotem ex Anglia reuerſum à Sancto Petro Apoſtolorum principe conſtitutum Vindoniſſæ primum Epiſcopum: Sed à Clodouæo Rege Chriſtiano facto celebrior memoria: tamen pauci (& vix ſex) per quingentos & amplius annos vix ad Dogabertum Regem notati in libris Epiſcopi.

CATALOGVS EPISCOPORVM DIOECESIS VINDONENSIS, QVAE origo fuit diœceſis Conſtantienſis.

1. BEATVS primus à Sancto Petro Apoſtolo conſtitutus Vindoniſſæ Epiſcopus.

2. SANCTVS PATERNVS alias PATENIVS Epiſcopus Vindonenſis.

3. SANCTVS LAVDO Epiſcopus Vindonenſis, cuius feſtum apud S. Petrum de Natalibus in Catalogo ſanctorum x. Calend. Octobris agitur.

4. BVBVLCVS vel BOVLCVS vel BOVICVS Epiſcopus ciuitatis & caſtri Vindoniſſę interfuit concilio Epaonenſi ſub Sigiſmundo Burgundiæ rege Anno 509.

5. GRAMMATIVS concilio quinto Aurelianenſi interfuit Anno 552. ſub Childoberto Rege Francorum.

6. MAXI-

MAXIMVS seu Maximinus, sub quo tempore Clotharii huius nominis secundi regis Francorum Patris Dagoberthi Magni circa annos à Natiuitate Domini, VI. CXL. sedes diœcesis huiusmodi translata est Constantiam, vbi nunc est, quo fit, vt Maximus ille vltimus Vindonensis, & primus Constantiensis diœcesis extitit. Horum igitur sex per quingentos & septuaginta annos (tot enim ab obitu Sancti Petri ad initium Dagoberti Regis numerantur) relicti ad memoriam nostram sunt, reliquis inter perpetuas persecutiones traditis obliuioni. 6.

SEQVVNTVR CONSTANTIENSES POST PRIMAE SEDIS MVTATIONEM.

PRIMO obseruandum est, multos in conciliis & aliis libris commemorari Constantienses Episcopos cum nostri adhuc Vindonenses essent: vt & postea. Sed erant illi Constantiorū Castrorū in Normania Episcopi. Locus tamen ibi celebris est, quem Ammianus Marcellinus lib. 15. Castra Constantia vocat, vbi Episcopatus est & in eo hactenus 73. Episcopi vsq; ad Artū de Gosse filiū Marschalci de Brissac. qui adhuc anno 1574. Ecclesiam istam rexit. Illi vero plerunque Constantienses vel Constantinæ ciuitatis vel Constantini Episcopi dicuntur: quod ad vitandā confusionem scire necesse est: eoq; breuiter attigimus. Iam ad nostros pergimus.

MAXIMVS igitur seu Maximinus prout annales docent, primus fuit Constantiensis noster ad lacum Podamicum Episcopus, sub quo translatio vt supra patuit facta est. 1.

RVDELO seu vt aliis placet, Rudolphus secundus Episcopus. 2.

VRSINVS. 3.

MARTIANVS siue Martinus aut Marianus licet à quam plurimis ille Martianus non quidem quartus, sed quintus Episcopus fuisse ponitur; historiam tamen S. Galli intuendo facile conuincitur eum fuisse quartum. Nam post eum secutus est Gaudentius quo mortuo vnanimi voce S. Gallus in Episcopum eligitur: Sed eo renuente quidam ex discipulis suis Iohannes nomine creatur, sed multum inuitus acceptauit, sub isto Martiano circa annum Domini VI. C. XXXV. episcopatus Constan. per Dagobertum magnum Regem Francorum fuit limitatus; prout in aurea Friderici primi bulla continetur, vt supra. 4.

GAVDENTIVS quintus Episcopus: 5.

SANCTVS GALLVS electus, sed eo renuente non confirmatus, quare nō potuit numerari, nihil tamen minus eum ob diœcesis laudē præterire nolui, fuit enim hic S. vir ex Scotigenarum gentium sanguine nobiliore procreatus, à Columbano Deo initiatus, dumq; is patriis Laribus se tutum non crederet, prædiis, temporalibusq; pompis relictis: Hunc incolam horrendæ & vastæ solitudinis transtulit: posteris excoluit ipsum fore Dei seruitiis aptum, bonus iisdem architectus cum Apostolo primo fundamentum posuit. Et pertransiens benefaciendo, creuit fama virtutum eius in omnem regionem: Ita vt infirmis maleq; habentibus oportunis subueniret remediis. Quia ecce spretis Constantien. Episcopio Abbatiatusque honore hunc ex regiis donationibus possedit ortum. Tandem anno suæ sanctissimæ vitæ 95. emigrauit à seculo sepultus in Arbona.

IOANNES sextus, huius nominis primus discipulus S. Galli vir multæ probitatis mediocribusq; parentibus de superioris Rhetiæ partibus natus S. Galli consilio, licet inuitus Episcopus sublimatur, nam legitur de eo, vt cum se iam electum intellexerit, ipse ad S. Stephani ecclesiam (quæ tunc extra muros extitit) fugam dederit, nihil tamē ominus dicti S. Galli persuasu tandem acceptauit quod Guntzoni Duci Sueuorum tunc temporis in Vberlingen commoranti, & singulis electioni huiusmodi præsentibus maximè gratum fuit, circa annos Domini VI. C. L. dictus est etiam dux ille Guntzo, monetam Guntzenpfenning, qui adhuc habentur, cudi fecit. 6.

7. Bosso alias Obihardus septimus.
8. Pictauius octauus.
9. Seuerus alias Seuerinus 9.
10. Astropius alias Astrobius 10.
11. Ioannes huius nominis secundus. 11. nonnullis Hanno.
12. Buso alias Buffo 12. vir multa laude dignus, nam cum quadraginta annis post S. Galli obitū audisset sepulchrum eius per quosdam insolentes homines esse destructum, ipse sincero Zelo motus, vna cum certis suis presbyteris ad S. Zellam properans, & dictum sepulchrum destructum, venerabileq; corpus suum de sepulchro eiectum, altaria denudata, duosq; discipulos Sancti scilicet Magnoaldum & Theodoricum in Ecclesia iacentes spoliatos & flentes reperiens, eos iuxta Euangelicum dictum cordintimè consolabatur, & infra altare versus parietem altiorem sepulturā fecit, dictosq; fratres suis expensis, nouis vestiuit vestimentis prout secundo libro S. Galli legenda latius patet.
13. Erenfridus alias Anastedius 13. 9. hic, vt in martyrologio monasterii S. Galli liquet, abbas fuit monasterii Augiensis, & scripsit Chronicam monasterii S. Blasii, præfuit ecclesiæ Constan. Anno vii. C. xxxv. rexitq; abbatiam & diœcesim Constan. x. annis quam laudabiliter. Sub hoc Vertrada Caroli M. mater Constantiensem Ecclesiam locupletauit B. Rhenano teste lib. 3. Regum Germ.

Meminit huius omnium primi Hermannus Cōtractus ad An. 730.

14. Sidonius decimus quartus, Iste prout in Chronica monasterii Zwyfalten habetur, Augiæ monachus, eidem locō ac etiam monasterii S. Galli abbas, Constantiæque Episcopus factus, præfuit annis xiii. qui maligni spiritus instinctu cellam seu abbatiam Sancti Galli ambiens iniquis principibus in depositionem Sancti Othmari abbatis consensit, propter quem ambitum & mansionem idem Sidonius ante altare Sancti Galli profluuio ventris obiit circa annum Domini, vii. C. lix. † In libro casuum monasterii Sancti Galli hæc res huius Sidonii ita traditur, vt Sidonius Constan. præsul, qui & monasterium quod Owa nominatur in sua potestate habebat, instigantibus Comitibus Warino & Rudhardo cæpit inquirere monasterium S. Galli, & in potestatem Episcopatus redigere, quibus vt illi solatio essent beneficia promisit atq; donauit, Warino videlicet vina Turinga & Engen, Rudhardo vero Antolninga & Vzinhaha, Miloni autem ipsius monasterii S. Galli sextam villam quæ Haimbach nuncupatur, cōtradidit, quamobrem prefatus Sidonius, quod nequiter cæpit, auxiliantibus iniquis principibus pessimè ad sui (vt euētus postea docuit) damnationem perfecit, monasteriumque ipsum in ius episcopatus redegit, quo fit vt ipse fratres in monasterio Sancti Galli, multis semper afficiens iniuriis, quadam die monasterium turbulentus ingreditur, & cum ante altare Sancti Galli, quasi oraturus constitisset, quid in mente habuerit, pœna corporis & illuuies ventris, prout in vita S. Galli scriptum est, manifestauit. Quo redundante sepulchro ad Owam perlatus de cloaca corporis vitam exalauit miseriis plenam. Hermannus autem Contractus scribit eum ante altare S. Galli vitam finiuisse, qui secundum Chronicam S. Blasii monasterii Anno vii. C. xlvi. in episcopum electus fuit. In loco autem monasterii S. Galli capitulari de isto Sidonio, sub ipsa imagine sua ita scriptum comperi. Hic, quoniam more latronis & furis Sancto Othmaro mortuo Diui Galli cœnobium occuparat, nostris minimè inuenitur esse abbatibus insertus, is namq; functus honore Pontificis Constantiensis, instigantibus iniquis Principibus Warino & Ruthardo, Sanctum Othmarum deposuit, deinde donatis iisdem quibusdam bonis (vti quos suæ rapacitatis instituerat lupos) non sine suo periculo huius assumit cœnobialis monasterii tyrannidem magisq; honorem, & quidem nequiter inchoauerat, pessimè perfecit. Monasteriumque in ius Episcopatus redegit, itaq; die quadam aduenies, calumniis affecturus, qui suis nequitiis obstiterant, ab instanti sęua vltio Galli ipsum apprehensum per cloacam vitam repente finire coëgit.

Vide Hermannum Contractum ad eundem Annum.

Hæc de illo Maligno Sidonio.

Digres-

Digreſsio ad Sanctum Othmarum.

QVIA de hoc Sancto Othmaro optimi conterranei noſtri hic facta eſt mentio, libuit in eius piam memoriam id quod breuibus de eo verbis in monaſterio ſuo de eo ſcriptum eſt, ſubiungere. Nam ipſe ex Alemannorum proſapia ortum trahens Scotigenæ Cellæ verendi patris Galli, primus infulatus extitit antiſtes & abbas. Qui dum ex clerico Rethiæ Curienſis factus fuiſſet monachus Waltrami cuiuſdam Comitis poſtulatione à Pipino Rege Francorum hoc monaſterium ſuſcepit regendum, hic officinas regularis diſciplinæ congruas conſtruxit atq; congregata inibi multitudine monachorum ad inſtar optimi Archimandritæ ſtrenuè 40. annos rexit, non ſine laude magni decoris, quod præter virtutes quibus ſe aliis ſpeculum oſtentabat clarum, pater pauperum, Pappaſq; egenorum ab omnibus vocabatur, demum falſo infamatus crimine miſerè in Inſula Stain diem clauſit extremum, cuius Epitaphium eſt tale:

Vincula perpeſſus, ſibi vixit carcere preſſus,
Exilium tulerat, fame, frigore fractus obibat,
Quis queat OTHMARI *certaminis abdita fari,*
Equipar hæc cunctis roſa vernat ſanguine mota.

IOHANNES decimus quintus huius nominis tertius, qui iuxta librum caſuum monaſterii S. Galli Monachus fuit Augienſis, & temporibus Caroli Magni tunc Regis Francorum ac Adriani Papæ circa annos Domini VII. C. LXXIII. Epiſcopus Conſtan. ordinatus eſt, quibus temporibus prout ex bulla quadam monaſterii patet monaſterium huiuſmodi, eo tunc Andegario primo abbate conſtitutio fundatum eſt: Sed ſecundum Chronicon monaſterii Sancti Blaſiii dictus Iohannes Epiſcopus factus eſt. 15.

Anno Domini VII. C. LIX. † & præfuit annis XXII. obiitque anno Domini VII. C. LXXXI. Sepultus in capella Sancti Kyliani monaſterii Augenſis, hic quidem Epiſcopus duorum cœnobiorum videlicet Augienſis & Sancti Galli regimen ſuſcepit, qui & tres nepotes ſuos educauit, quibus in tribus illis locis poſt ſuum diſceſſum honorem diſtribuere cogitauit. Quo comperto vtriuſq; cœnobii fratres Epiſcopum pariter adierunt, rogantes vt priuilegia eius apud Principem ac poteſtatem eligendi impetraret, ſe vero, ſi hoc fieret nepotes ipſius ſibi Abbates electuros polliciti ſunt: Quod ille conſentiens ſe facturum promiſit. Tempore vero tranſacto Carolus Magnus rex Francorum cum Beata Hildengarda coniuge ſua Romam profecturus, Conſtantiam aduenit, eiuſque clementiam interpellat, Rex vero Epiſcopum, quid de hoc ipſi placeret, interrogauit: Epiſcopus vero æternæ beatitudinis gaudia illum exinde percepturum, ſi talem tantamque animi ſecuritatem in famulitio Chriſti acquireret. Quod audiens rex gauiſus eſt, & protinus vtriuſq; monaſteri fratribus, videlicet S. Galli & Augienſis firmiſſima autoritate priuilegium optatum contulit, atque immunitatis ſcripta ad hæc eadem retinenda fieri præcepit, quæ ſuæ auctoritatis ſignaculo firmauit, conſtituens atq; præcipiens, vt poſt Epiſcopi mortem, prædictorum monaſteriorum monachi poteſtatem haberent ſibi eligẽdi abbates. Et vt de æterno nulli abſq; regibus ſubiecti eſſent, &c. Fratres igitur læti redierunt in ſua, Epiſcopus autem Chartas vtrorumq; quas rex fieri præcepit ſecum retinuit. Cũ igitur pręſul pręſentis vitæ finem ſibi imminere agnoſceret, aſſumpta Augenſium fratrum charta, ad monaſterium venit, chartam autem fratrum monaſterii S. Galli in ſcriniis Conſtan. Eccleſiæ dereliquit, eo quod voluiſſent nepotem eligere. *Ita quoque Conſtãtius.*

Quia ſenſerant chartam à rege datam multum eſſe deprauatam, multoq; aliter quam Rex iuberet, ſeu res eorũ indigeret eſſe conſcriptã, ideirco nepotẽ ſibi abbatẽ eligere neglexerãt. Similiter etiã fratres alterius monaſterii fecerũt. Poſtquã ergo prędictus Epiſc. vita exceſſit, Fratres Augien. Hildegardis reginę cõſilio ſenẽ quen-

dam presbyterũ monachũ Petrum nomine elegerunt, cuius etiam adminiculo res apud illos ita perstitit. Quia à Comite Geroldo prædictæ reginæ germano locus ipse maximè augebatur. Monachi autem S. Galli Walconem concœnobitam virum sapientem sibi abbatem, rege permittente, constituerunt, res autem in finem non ita perstitit, vt infra, circa Eginonis gesta patebit, ante tamen Eginonem nonnulli tres solent ponere Episcopos, videlicet Gundolfum, Fidelem & Dyopaldum; verum quia in eo non omnes concordant, ideo prætereo.

16. EGINO decimus sextus de quo præfato libro casuum traditur, vt mox quando Ecclesia iura suscepit, sicut Sydonius Othmarum, ita & ipse præfatum Walconem abbatem persequi cœpit in finem, vt antecessoris more monasterium sibi subiicere posset, huius ergo rei gratia optimatibus regis prædia & pecunias contulit, per huiusmodi dona ad consensum suum prouocando, quorum etiam adminiculo monasterium huiusmodi iterum episcopio subiici fecit, Carolus vero Serenus Augustus prædictum abbatem, quando cum Episcopo pacificare vellet, eo videlicet pacto vt Episcopi præcepto obediens abbatis locum in monasterio ponant. Præfatus Walco tantam suorum deiectionem diutius sufferre nequiens tale fertur Regi dedisse responsum. Cum semel dominationis vestrę manus ingressus essem, & tantæ celsitudinis domino sublimari merui, nequaquam post hæc dum horum trium digitorum vigorem integrum teneo, (nam scriptor erat eximius,) vilioris personæ manibus me subdere decreui. Itaque cum imperatoris consensu ad vicinum monasterium, quod Owa nominatur, ibidem moraturus deuenit, vbi postea abbas electus atque ordinatus est. Ad vltimum monasterium Sancti Dionysii suscepit regendum. Tunc prædictus Episcopus assumens quendam presbyterum Forensem, nomine Werdonem, quem ad monasterium, vt abbatem illum constituisset obtulit. Sed monachi in tali habitu commanentem minimè susceperunt, hoc cum Werdo persensisset, cum conuersatione habitum mutauit, & tum demum monachicis indutus vestibus susceptus, atque vt decreuerat Episcopus abbas est ordinatus. Tunc iste quodam peruersę fidei pacto inter Episcopum & abbatem contra monachorum necessitates effecto res monasterii magis ac magis in desolationem vergere cœperunt: Cum hos qui tutores esse debuerunt afflixisset, & nullus ex monasterio esset qui eos prohibere potuisset, habuerunt autem fratres adhuc apud se firmissimum monasterii sui emunitatis præceptum, quod bonæ memoriæ Pipinus Rex ille conscribi propriaq; manu firmatum dari iusserat, in quo & multum confisi sunt: Quod idem Episcopus sæpenumero maximo studio inuestigabat, inuenire tamen non poterat, ipsumque præceptum quod superius à Carolo Magno sub Iohanne Episcopo factum monstrarunt, adhuc in Constan. Ecclesiæ scriniis detẽtum, à monachis non recipiebatur; eo quod vt superius dictum est deprauatum, atq; contra imperatoris præceptum, illorumque necessitatem fuisset conscriptum. Contigit autem quodam tempore Wolfharium Episcopum Rinensem legatione à Domino Carolo sibi iniũcta ad iustitias in Rhetia Curien. faciendas, ad ipsum pagum, indeque reuersum ad Sanctum Galli monasterium deuenisse, ibique prout facultas erat benignè susceptus deuoto seruitio sustentatus est, qui de calumnia & iniustitia quas patiebantur incolæ monasterii instructus prædictum emunitatis præceptum sibi ostendi rogauit. Quod cum videndo perlegisset hortatus est fratres, vt per aliquem fidum hominem eandem firmitatis chartam domino Carolo dirigerent, se vero res eorum sibi notas facturum, atque auxilium eis prębiturum permisit: Cuius assentientes consilio cuidam Vasallo Imperatoris Engeltrammo nomine, in cuius fide multum præsumebant, chartam ipsam atq; totius securitatis spem commendarunt, qui etiam altari S. Galli se chartam ipsam regi perlaturum iurauit; atq; monachis ipsis cautissimè redditurum esse. Quod diabolo suadente aliter effecit, discedente enim eo de monasterio, atq; chartam secum portante, Episcopo res innotuit, qui protinus directis illi muneribus præfatam chartam prout diu cupiuit, accepit, in suiq; potestatem redegit, statimque omnem securitatis spem monachis auferre cupiens ad monasterium venit, cautissimaque inuestigatione perquisiuit, si alicubi exemplar aliquod ipsius chartæ inueniri potuisset. Qui cum nequaquam

inueniſ-

inuenisset, quia omnino non erat, delatum est ei quod Amalgarius monachus & diaconus eam exemplari tradere voluisset, cuius facti licet securus esset, nequaquam tamen se aliter apud Episcopum potuit excusare, nisi in altario S. Galli iuramento firmaret, nec se vllo modo habere scriptam, neq; in alioquolibet scire cõscriptã. Tunc demum Episcopus securus suæ voluntatis effectus rediit in sua, atq; monachis qui secum soliti erant commorari, quasi ob aliam causam à se foris transmissis sæp ememoratam chartam ignibus tradidit, atque in fauillam redegit, vt post res innotuit. Temporibus autem transactis idem Episcopus præsentis vitæ finem accepit anno ab incarnatione CHRISTI, VIII. C. XIII. Anno autem imperii Caroli Magni XLVI. Tradidit autem præfatus Episcopus Ecclesiæ Constan. & matronæ eius beatissimæ virgini Mariæ Crucem argenteam cum crucifixo XXXVII. marcarum argenti & quinque lotonum atq; marcæ auri cum pluribus lapidibus, preciosis, in qua fabrili arte sculpta erant hæc metra.

Hoc trophæum Christi Egino pro luce perenni
Virgo Maria tuo sacro dicauit honori,
Cui prece alma tua tribuantur regna polorum.

Anno Domini MCCCCLXVII. ita ordinante Carolo eiusdem Ecclesiæ Crux illa cum quadam alia cruce aurea per quendam dominum Salomonem tertium Episcopum Constan. huius nominis, glorioſissimæ Virgini Mariæ donata rupta est; & vtraq; Crux renouata: Et in modico aliam formam dignoscitur immutata: Tempore Hermanni de Landenberg huius nominis tertii Episcopi Constan. his versibus insculptis.

Hæc Crux argento tribuit quam Præsul Egino
Auro commutata datur nunc sic renouata.

WOLFLEON alias WOLFLOS vel WOLFLEOS decimus septimus fuit, qui 17.
iuxta supradictum casuum monasterii S. Galli libellum eiusdem monasterii fuit cœnobita, & antecessorum suorum more, causas monasterii prædicti, suæ curabat subiicere ditioni, licet incolæ monasterii quasi in fratre & conseruo consolationem statuissent. Ille vero neq; in aliqua parte, eis de quibus venit pepercit, scilicet quantum potuit, digitum suum dorso more Roboam antecessorum suorum erga sibi subiectos grossiorem exhibere tentauit, monachosque de quibus exiuit affligere non destitit, quę omnia quanta & qualia fuerint non decet memoriæ tradere, necessaria tamen inserere non illicet. Idem namque Episcopus cum omnes monasterii causas sibi vbicunque vellet afferri, iussisset que, nihilominus ad libitus suos sæpius idem monasterium inuisens omnes ibidem monasteriorum consuetudines ad suas detorserat voluptates, denique cellario cunctisque similibus monasterii officinis Laicales præfecit personas sibi forinsecus ministrare solitas, nullusque eorum, qui ad hęc eadem monasteria constituti fuerant monachorum, vel intrare aut de his aliquatenus habuit potestatem tractare vel habere. Quare contigit non solum alia necessaria, sed etiam victum supremum videlicet corporis sustentaculum omninò fratribus defecisse. Tantæ ergo necessitatis causa fratres compulsi Caroli Magni filium Ludouicum piissimum imperatorem adeunt, eiusque clementiam suæ miseriæ solamen esse poscebant. Episcopus quoq; eodem tempore præsens corporum confisus solatio, aliorumq; familiarium Regis, quos omnes partis suæ sciebat esse adminiculatores, monachorũq; aduersarios, maximã tũ suę pertinacię fiduciã habuit. In charta quadã quę diabolicis machinationib. à quodã diaboli ministro cõscripta non solũ idẽ monasteriũ, sed & alia loca nõ pauca ad Episcopi partes hęreditario quasi iure pertinere caucbat. Monachi vero ecõtra nullã securitatis suę tũc chartã secũ habebãt, vna, vt prędixim⁹, cõcremata, alia vero sicut etiã prędicti sumus, q̃ ob aliquã causã monachi suscipre noluerũt ab Episc. detẽta. Cũ autẽ inter Episcopũ & monachos magna corã principe oriretur altercatio, petiit Episcopus vt tamen

charta sua legeretur,& secũdum eam res diiudicarentur, ipsam autem, quam supra commemorauimus mendis plenissimam præferre cogitauit. Sed S. Galli pro fratrib. ad Deum intercessione, res ita se dedit, vt cum Episcopus suæ voluntatis se putaret exhibuisse chartam, non eam quam voluit, sed proficuo monachis errore, chartam aliam Imperatori, cunctisq; Principibus causæ penitus ignarus coram designauit. Quam ab Imperatore Carolo sub Iohanne Episcopo fratribus factam, sed à monachorum antecessoribus non receptam supra memorauimus, &c. Eam igitur chartam cum piissimus Imperator suscepisset, suiq; patris sigillum intuitus esset, reuerẽter deosculatus est, circumq; stantibus similiter honoris causa deosculandum obtulit, & deinde traditur legenda, cum vero audisset Episcopus contra suam mentem, chartæ procedere textum, istam protinus recusauit, aliam cupiens afferre scripturam. Quod benignissimus clementissimusq; Imperator non consensit, sed tantę auctoritatis firmitatem monachis restituendo contradidit, vt liberi ad sua redeuntes potestatem deinceps eligendi sibi abbates haberent, nullamq; potestatem Episcopi absq; magisterii causa spirital. super eos deinceps haberent, quisdam censu excepto, quem de monasterio ad episcopatum, persolui debere singulis annis, hoc est equũ vnum & auri vnciam vnam, supramemorata adulterata Iohannis Episcopi charta continebat, insuper etiam Princeps præfatus ad augmentum securitatis eorum, chartam emunitatis sua autoritate illis contradidit. Quibus peractis monachi cum abbate Gosberto ad monasterium rediere lætantes, Episcopo nihilominus ad sua cum tristitia redeunte. Fuit enim beatus Gosbertus prout in dicto capitulari loco scribitur, vir statura procerus.

INCIDENS.

HIc Gosbertus nostræ congregationis monachus, à fratribus est abba electus & ordinatus, vir statura procerus, sapientia quoq; morumq; dignitate præcipuus, is ab Episcopo Wolfleos super abbatia impeditur, coram Imperatore, DEI nutu, potitus est, mirificè, triumpho. Insuper & de nouo monachis eligendi sibi abbates firmitatem suæ autoritatis contradidit, hic veteri destructa Ecclesia septem annorum curricula ad plenum nouam Sancti Galli construxit Basilicam, anno nostrę salutis octingentesimo, trigesimo, librorum quoq; quam maximã partem cœnobio cõquisiuit, vt etiam locus iste ex eorum multiplicatione non parum excresceret. Senio tandem confectus, impetrauit à Ludouico vt Bernuicus eius successor existeret, quod statim effectum est, præsedit annis 27.

18. *Salomonis episc. Const. meminit Contractus ad An. 847.* SALOMON huius nominis primus, vigesimus octauus, hic iuxta monasterii S. Blasii chronicam floruit anno 800. † & obiit secunda die Aprilis circiter annum 873. Chronica autem Hermanni Contracti dicit 71. sedit q; circiter 6. annos, & ex quodam antiquo Constantiensis Ecclesiæ Calendario liquet hunc Salomonem Collegium Episcopalis Cellæ fundasse.

19. *Contract. An. 871. & triennium præfuisse.* PATECHO alias Pateon vel Batego decimus nonus, anno 874. † electus, de quo nihil singulare scribitur, nisi quod circa hæc tempora grauissima erat hyems, propter quod multi homines, ac etiam alia animalia interierunt, & eodem anno vehementissime Karistiæ erant in Germania & Gallia, duraruntq; per tres annos, quo fit vt quam plures homines esurie obierint, & sedit annis tribus alias 4. obiit anno 877.

20. GEBHARDUS huius nominis primus, vicesimus, qui secundum antiquum Episcoporum Constantiensem catalogum præsedit annis 16. viguitque circa annos domini 885. & occubuit contra Normannos anno domini 885. alii verò scribunt eum præsedisse annis 10.

21. SALOMON huius nominis secundus, vicesimus primus electus fuit, anno Domini 885. & iste Sarcophagum Sancti Pelagii martyris fieri fecit preciosis gemmis adornando, ad hunc episcopum Nicolaus Papa scripsit, c. Sciffita xxx. q. quarta, & prout ex Chronica monasteri S. Blasii constat, obiit hic Salomon anno 891. & ita præsedit annis quinq; vel sex.

22. SALO-

SALOMON huius nominis tertius, viceſimus ſecundus, qui fama referente Ba- 22.
ro fuit de Ramſchuuaag, pro cuius iudicio adhuc hodiernis diebus veſtigia caſtri nō multum à monaſterio S. Galli diſtantia apparent. Cuius etenim arma hic cernuntur, fuit deniq; Epiſcopus iſte nominatiſſimus, per quem multa egregia facinora (quæ apud monaſterium S. Galli cui pręerat habentur) facta ſunt, vnde dum parentes ipſius clari eſſent & illuſtres ipſum Yſoni Sancti Galli monacho Doctori, tunc temporis famatiſſimo tradunt erudiendum. Quem etiam tantundem erudierat, vt ipſe Nocbherum, Tutilonem, Ratpertum, Hartmotum commonachos ſuos præcelleret, quo fit vt inter ſummę indolis condiſcipulos clandeſtinæ inuidię creuerint, & cum corriuales eſſent genere & ingenio (vt ea ſolet ætas) æquiter non ferebant, alienum ſibi, qui confratres eſſent, præferri. Et qui naturalibus quidem eſſent pares doctrinarum profectibus ab illo præiri, defunguntur Salomonis adhuc pueri parentes, tandem autem & frater ipſeq; rerum hæres effectus ad res magnas animum tenderat ſuum, ſcholiſq; ablatus, à Rumoldo abbate S. Galli Archicapellano eum iuuante Capellanus fit Ludouici regis filii Caroli Magni, cuius ſingulari gratia in breui potitus Ellwangen, vbi Canonicus præficitur, & de poſt Campidonenſibus præponitur, proceſſu verō temporis propter magnam ſui ingenii eminentiam Hattone Archiepiſcopo Maguntino opitulante plurimis locis præficitur, ac tandem monaſterio Sancti Galli, & poſtremo Conſtan. Epiſcopus efficitur & paſtor, ſed vt ad priora reuertamur, Salomon adhuc adoleſcens benè educatus petiit, vt præfati monaſterii frater cōſcriptus fieri mereretur. Quod Gruualdo iubente, & Hartmanno abbate quaſi Vicario iuuante à patribus eſt conſecutus, tradidit autem de prædiis quibus abundauerat Sancto Gallo locum, qui Golda alias Golga dicitur. Eo pacto vt annonam monachi & locum hoſpitis in refectorio haberet, dū viueret, & cellam quandam & prope quę amænior ſibi videbatur cum pratis & agellis adiacentibus ſibi poſſideret, ita tamen vt abbati non eſſet oneroſus. Claruerat autem Salomon ſub quinque Regibus æquè ſibi amicis Ludouico, Carolo, Arnolpho. Iterum Ludouico & Conrado. Sub iſto Salomone in monaſterio Sancti Galli ſimul tempore fuerunt presbyteri XLII. diaconi XXIIII. Subdiaconi XV. Et præſedit annis XXIX. alias XIII. Obiiſſe notat Contractus anno 919. Interfuit concilio Tribuarienſi ſub Arnulfo Rheginone teſt. doctiſſimum fuiſſe oſtendit ab eo compoſitum, quod extat dictionarium.

NOTINGUS 23. tertius fuit, anno Domini 920. de quo nil relatione dignum 23.
reperitur, niſi quod Sanctum Conradum ſucceſſorem accepit educandum, & iuxta S. Galli monaſterii annales mortuus ſit anno 933. ſecundum Contractū anno 934. ſecundum monaſterii S. Blaſii chronicon, anno 930. & præfuit x. annis, cuius ſepulturę venerabilis, & S. pater Vdalricus Auguſten. Eccleſiæ Epiſcopus operam dedit.

SANCTUS Conradus vigeſimus quartus Epiſcopus Conſtan. hic ex Comitib- 24.
de Altdorff natus eſt, patre videlicet Henrico, Anno Etichone, matre autem beata Comitiſſa de Hohenwart ducatus Bauariæ, hi Ludouici filii Arnolphi Romanorum Regis tempore fuerunt. Requieſcunt autem prædicti, pater, mater, & tres fratres Sancti Conradi in monaſterio Weingarte, cuius & fundatores extiterunt. Fuit autem hic Sanctus Conradus à Notingo Epiſcopo prædeceſſore ſuo, in puerilibus annis ad educandum ſuſceptus, dumque adhuc apud Notingum eſſet, à Canonicis Eccleſiæ Conſtātienſis in præpoſitum eiuſdem Eccleſiæ receptus, poſt obitum autem præfati Notingi clero & populo Conſtantienſ. acclamantibus in Epiſcopum Conſtan. extitit electus, Anno Domini †934. Donauit autem idem Epiſcopus de ſuo patrimonio fratribus Eccleſiæ Conſtan. ad vſus communes ſubſcriptas poſſeſſiones. Item apud Curwalhenburg cum iure patronatus, & decimas in Vberſachſen & 13. manſus feuda attinentia. Item Curiam in Burg & officium Villicationis cum aliis pertinentiis in nemoribus, &c. Item Curiam in fluuio cum quatuor manſibus, ibidem piſtrinam in ripa & alpes duas, dedit & Ilatz, & Malantz, & Vineas adiacentes. Item apud Emptum curiam cum tribus manſibus, & tres manſus apud Ininplatz. Valuerunt autem hæc bona annis ſingulis nouem marcas, conſtruxit autem Epiſcopus ille Conradus Baſilicas tres, ſcilicet, Sancti Mauricii, S. Mauric.

Multa bona quæ Sanctus Conradus contulit Epiſcopatui.

S. Iohans. S. Paul. S. Iohannis, & S. Pauli, quæ tunc fuit extra muros Constan. Sanctus quoq; ille Conradus, tempore quo Ecclesiæ præfuit pro dominici sepulchri Visitatione ter mare transfretault, præsedit autem annis 42. & vitam finiuit Anno Domini 974. Ottone secundo Imperatore regnante, sexto Calend. Decemb. Thesaurus autem sanctissimi corporis eius, prout & viuens disposuerat apud Ecclesiam Sancti Mauritii extra iuxta parietem reconditus fuit, vbi & Deus ipse gloriosus, in serui sui exaltationem ad infirmos diuersarum ægritudinum curationes effecit. Postea autem aliquo tempore lapso Vlricus de Richenthaal Canonicus Constan. iuxta sepulchrum ipsam Capellam construi & altare fundari disposuit, ad honorem Sancti præfati: Multa autem per præfatum Conradum tam in vita, quam in morte, ac etiam post mortē virtuosè ac miraculosè acta sunt, sed cum de his in gestis eius, quę pro lectionibus in Ecclesia leguntur copiosè scriptum reperiatur, supersedeo: Vnū tamen frater Hermannus in floribus temporum refert, circa tempora Martini tertii Papæ, vbi dicit, quod illius Papæ tempore floruit Conradus Constan. qui super lacum Bodamicum siccis pedibus ambulauit. Post mortem igitur eius, Vlricus primus Episcopus Constan. videns miracula plurima quæ altissimus ad honorem præfati Confessoris sui indies operabatur, dolens tantam lucernam sub modio latere ad Papam Calixtum secundum literas suas dedit hoc sub tenore.

DOMINO venerabili Calixto Papæ sanctissimo Constantien. Ecclesiæ famulus, cum vniuerso gregis dominici sibi commissi ouili, debita obedientiæ vota cum orationis instantia, diuinæ clementiæ respectus sub vestræ gubernaculo paternitatis multis consolantem bonis propensiori gratiarum actione magnificamus, cum de tranquillo rerum statu & noua sanctorum claritate, qua diuersæ illustrantur Ecclesiæ gaudeamus. Sicut enim splendor veri solis alias mundi plagas electorum suorum meritis, quasi totidem radiis penetrauit, ita ad nostrum quoq; vergens occidentem, per felicis memoriæ Conradi Constantiensis Episcopi miraculorum insignia non impari luce, totam temporibus nostris Alemanniam perfudit pro cuius gloria, vt moris est, canonisanda, cum apostolicæ sedis præsentiam crebris iam dudum interpellassem litteris, hoc immutabilis sententiæ responsum accepi, vitam eius in concilio recitandam & comprobandam fore generali. Testes insuper idoneos signorum, quæ per eum fiunt seu facta sunt ibidem adhibendos, vt tantis cœlestium donorum beneficiis, reuerentia fidelium assurgat vniuersalis, vt per hoc inuidia, quæ nec mortuo parcit, obstruatur particularis, cum digito DEI malefici superentur Pharaonis.

Quapropter operam dedi ex Patris cedulis, huius viri dignissimam DEO conuersationem, potius, quam miracula, quæ nonnunquam reprobis cum Sanctis cōmunia sunt, sequens opusculum colligere, vestræque sublimitati examinandum dirigere, malens stylum simpliciorem Verecundiæ patere, quam ciuitatem supra montem ponendam, in valle torporis & obliuionis diutius latere. Adieci tamen ex innumeris, quibus plures lætificantur eius nationes, sub probabili testimonio, pauca duntaxat signa, ne sicut videntibus gaudium, ita audientibus nimietate sui generarent fastidium. Itaque beatus Conradus ad dicti Vdalrici Episcopi & vniuersorum Cleri & populi Ecclesiæ ciuitatis Constan. petitionem per apostolicam sedem canonisatus fuit, cuius canonisationis bulla est, vt sequitur.

CALIXTUS Episcopus seruus seruorum DEI, Venerabili fratri Vdalrico Episcopo, clero & populo Constan. salutem & apostolicam benedictionem; Fratres vestri, quos ad apostolicam sedem direxistis, multa nobis ac fratrib. nostris, de illius sancti viri defuncti Conradi vestri Episcopi, actibus retulerunt miracula, & quę per eū dominus omnipotens fecerat certificare scriptis, & verborū attestationibus studuerunt. Nostris itaq; fratrib. Episcopis & Cardinalib. & aliis Archiepiscopis, Episcopis & abbatib. ac religiosis, qui aderāt, viris visum est, eundē sanctū apud Deum honorabilem meritis nos apud homines quantū nobis fas est, honorabilem memoriā facere deberemus, vnde in generali cp celebramus cōcilio eius veneratiōnē fratrib. omnibus nunciamus. Ad honorem igitur Dei atq; ipsius S. Conradi reuerentiam largiente domino constituimus vt ipsius inter sanctos recordatio futuris tempo-

temporibus habeatur,& miracula quæ per eum à Deo facta dicũtur: Si vera sunt, scripturis & lectionibus memoriter deinceps teneantur. Vos vero fratres& filii dilectissimi apparentium in terra vestra florum odore refecti;Ita in posterum conuersari,atque ita piè viuere,cooperante domino satagatis, vt & ipsi aliis odorem Virtutũ reddere,per sancti Spiritus gratiam valeatis. Omnipotens dominus beatorum Apostolorũ Petri & Pauli precibus & prædicti sancti Viri orationibus sua nos miseratione custodiat,& ad vitam perducat æternam.Datum Lateran. v.Kal. Aprilis,& iuxta titulum plumbi fuit Calixtus II. qui fuit Burgundus electus,anno Domini MCXX.& rexit Ecclesiam v. annis, x. mensibus, XIII. diebus. Et sic post mortem S.Conradi vltra CXLIV. annos fuit canonisatus, dicti autem S. Conradi Episcopi tum vitæ quam miraculorum series in Constant.Ecclesiæ lectionario & alias inquam pluribus locis copiosè describitur,illuc me refero.

FAMILIA S. CHVNRADI EPISCOPI CONSTANTIENSIS EX ALTORFII Comitibus.



FINIS PRIMÆ FAMILIÆ.

VITA SANCTI CONRADI EPISCOPI CONSTANTIENSIS.

PROLOGVS.

DOMINO & Venerabili Calixto Papæ Sanctiſſimo, Vdalricus Conſtantienſis Eccleſiæ famulus, cum vniuerſo gregis dominici ſibi cõmiſſo ouili, debita obedientiæ vota, cum orationum inſtantia. Diuina clementia reſpectus ſub veſtræ gubernaculo paternitatis dies noſtros multis conſolandum bonis, propenſiori gratiarum actione magnificemus. Cum de tranquillo rerum ſtatu, & noua ſanctorum claritate, qua diuerſæ illuſtrantur Eccleſiæ gaudeamus. Sicut enim ſplendor veri ſolis alias mundi plagas Electorum ſuorum meritis, quaſi totidem radiis penetrauit: ita ad noſtrum quoque vergens occidentem, per fœlicis memoriæ Conradi Conſtant. Epiſcopi miraculorum inſignia non impari luce, totam temporibus noſtris Alemanniam perfudit, pro cuius gloria, vt moris eſt Eccleſiarum, canonizanda, cum Sedis Apoſtolicæ præſentiam, crebris iamdudum interpellaſſem literis, hoc immutabilis ſententiæ reſponſum accepi: Vitam eius in concilio recitandam & comprobandam fore generali: Teſtes inſuper idoneos ſignorum quæ per eum fiunt, ſeu facta ſunt ibidem adhibendos, vt tantis cœleſtium donorum beneficiis, reuerentia fidelium aſſurgat vniuerſalis, ac per hoc inuidia, quæ nec mortuis parcit, obſeruetur particularis, cum digito Dei moleſtia ſuperetur Pharaonis: Quapropter operam dedi, ex patrum ſchedulis, huius viri digniſſimam Deo conuerſationem, potius quam miracula, quæ nonnunquam reprobis cum ſanctis communia ſunt continentibus ſequens opuſculum colligere, veſtræq; ſublimitati examinandum dirigere: malens ſtylum ſimpliciorem verecundiæ patere, quàm ciuitatem ſupra montem ponendam, in valle torporis & obliuionis diutius latere. Adieci* tandem ex innumeris, quibus plurimæ ad memoriam eius lætificantur nationes, ſub probabili teſtimonio pauca duntaxat ſigna, ne ſicut videntibus gaudium, ita audientibus nimietate ſui generarent faſtidium.

al. tamen

VITA S. CONRADI EPISCOPI.

GITVR Beatus Conradus nobili Alemannorum ſtirpe exortus, in paradiſi vt germen vberius erumpens florem, Illuſtrem nobilium exornat propaginẽ. Quem enim clarum altior carnis edidit natiuitas, hunc clariorem atque excellentiorem ſpiritus reddidit generoſitas: Ita in hanc ab ipſis tenerioribus annis totus tranſfertur, Gratia quippe ſuperna virtutum initiis primordia eius comitabatur, & quantus eſſet futurus, iam pro ætatis modulo non mediocriter in eo formabatur. Denique traditur à parentibus Conſtantienſ. Eccleſiæ fratribus, literarum ſcientia imbuendus. In quorum contubernium, illius ſorte, cuius eſt aſſumptio noſtra, receptus, ad excubias tabernaculi, quod fixit Deus, miniſter initiatur Leuiticus. Nec defuit vnctio ſpiritus alumni ſui præcordiis, quæ fruſtrari non ſinebãt labores hominis extrinſecus docentis, dum

tis, dum quælibet liberalis disciplina docibilis, DEI ardentius reconderet semina, multiplici quandoq; fructu proferenda. His studiis lubrico ætatis illius gradu transcurso, solidioris intellectus, & habitus animum roborat progressu, in tantum vt corruptibilis ęstum naturę diuino temperaret timore: ac per hoc in eius pectore sedes fundaretur sapientiæ. Iam tanquam mediocri grauitatis morum solio residens, mirabatur si retro respiceret præcipitium adolescentiæ, immuni se passu euasisse: nec tamen de hucusq; seruata præsumens innocentia, Vitam arctiori parsimonia moderatur obseruantia. Per idem tempus Ecclesię Constan. Pontifex reuerendus præsidebat Notingus, qui vbi viri huius conuersationem probabilem & honestam cõperit, in opus ministerii sui eum assumpsit, vt instar Iosuæ, populo DEI præferendus instrueretur, qualiter ipsi præsul tanquam Moysi successurus ducatu spirituali quãdoq; potiretur. Publicis igitur & priuatis Ecclesiasticæ curæ instans negotiis, vt maior consilio, vt expeditior verbo, illius gratia de cuius plenitudine omnes accepimus, non sine admiratione vigilantius auditur ab omnibus, cum in singulis causis ac personis, idem sibi, diuersus pro rationis qualitate videretur aliis. Super egenũ & pauperẽ intelligens eorum inopiam, quam diuitiæ parentum alienum à se † fuerãt, *forte fecerãt.* compassione experiri desiderat, se miseriorem, se inferiorem reputans, si cuiq; pro viribus non subueniat. Cũctis oppressis pro sui releuatione tum temporis Episcopũ adeuntibus, hic facilis accessus, hic non emptus causidicus, hic postremò adiutor in oportunitatibus, verum quia tantæ virtutis homo, digniori probandus erat exercitio, in præpositum à fratribus eligitur, ac per hoc communi rerum vtilitati prospicitur. Nam iuxta adepti culminis honorem quod hactenus voluntate, deinceps operatur bonum ad omnes facultatis liberalitate: præsertim cum ambitionis, quam nimirum generat auaritia ignoret cæcitates: Sed quanto † magnus sit, tanto magis *forte maior.* sectetur humilitatem, eò largius charitatis amplectatur benignitatem. Non minus & ipse honorabilis atq; amabilis, tum pro reuerentia dignitatis, tum pro affectu paternitatis, habetur vniuersis: Qui felix reuera illud æuum arbitrantur, quo tanti vir exempli diuinitus orbi donatur. Interea præfatus Antistes humanæ debitum persoluens naturæ defungitur, cuius corpus à S. & venerabili Vdalrico Augustensi Põtifice sepelitur. Hic admirabilis vitæ pater, cum erga viduatam Ecclesiam in eligendo Episcopo, pro cœlesti duceretur oraculo, triduanũ ieiunium toti clero indixit & populo: dignum asserens maiora quæq; diuinarum rerum consilia, maiori deuotione, à Spiritu consilii fore petenda. Tum die statuta, frequens vtriusq; sexus & ætatum concursus, grandis fit omnium expectatio, quem DEO plenus pater Vdalricus idoneum gregi dominico pastorem exprimat primus. Ille Spiritu instructus, Conradum non modo irreprehensibilem, sed & omni, qua Apostolus Episcopum describit forma perfectum, in hoc opus bonum hortatur assumendum. Nec mora, hæc vox in ore vniuersorum, iuxta generale Votum, DEus dedit nobis Episcopum, Renitentẽ ergo & indignum se vociferantem, Cathedra pontificali Constantia suum exaltat Conradum: Ad cœlum vsq; laudibus suũ attollit electum. Gaudet clerus se promeruisse talem præsulem, qui sibi & sapientia præesse valeat & prouidentia. Cum alterum eorum hunc præcipuè ordinem respiciat, altero specialius indigeat. Quamuis. n. filii sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sint, ab illa tamen sapientia, quę desursum est, oculus eorum quam plurimum caligat, cuius radii DEO dicatos tanquam proprios filios clarius illustrant. Quorum etiam purior obtutus vigilanti præsidentis seruandus est cura, ne aliqua tenebrosi sæculi turbetur nebula. Impatiens. n. pluuiarum est purpura, qua altarẽ aureum tabernaculi fœderis inuoluitur: sagis vero cilicinis turbinis & imbrium tempestas impune excipitur. Sed vt stylus ad noui Antistitis obsequium, veluti paruulus ad maternũ recurrat sinũ. Lætatur populus de tam eximio pastore, cuius voce indesinenter ad vberrima vitæ inuitatur pascua, cuius opera à salubri nullatenus discrepant doctrina. Cũ enim sic se imperitum genus hominum habeat, vt si secus quam docet prædicator ãgat, nec vera quidem suspicetur quæ dicat: Hic doctor verax, hic orator iustitiæ, operum commendatione, vulgari laude ferebatur: ac per hoc non paucas DEO lucrabatur animas, pauperes vero patrem in eo se accepisse fatentur, quorum miseriæ caminus suis refrigescit diebus: Quorum nuditas vel inedia hospitalis viri lar-

gitate ſolatur continua. Quibus & domum in ipſa Ciuitate ædificauit, in qua ſacrato principum Eccleſiæ numero duodecim pauperes extra ſuperuenientes iugiter paſcendos diſpoſuit. Poſtremo ipſi nobiles ac potentes mundi, exemplis eius ſub potenti manu DEI addiſcunt humiliari: Nec eſt vlla iam vtriuſq; ſexus mortalium conditio, quæ ſuo non inſtruatur documento, ſeu reficiatur beneficio. Principalẽ præterea Genitricis DEI Eccleſiam duplici cumulauit theſauro. Copioſis videlicet vndiq; collectis ſanctorum reliquiis & Metallorum ex auro & gemmis fulgoribus precioſis, tres inſuper Baſilicas: Vnam foris murum ciuitatis, duas infra conſtruxit, eaſq; dote habundanti dedicauit. Ex quibus in illa quæ ad honorem Beati Mauritii fundatur Sepulchrum Domini in ſimilitudinem illius Hieroſolymitani factũ, mirabili aurificis opere gyrum decorauit: vbi & duodecim Clericos datis ſtipendiis ordinauit. Auget quoq; fratrum maioris Eccleſiæ numerũ ſpecioſum ex propriis ac memoriale tradens eis allodium, ne ſi militantes DEo grauius paterentur victus aut veſtitus diſpendium, illud, tanquam in deſerto murmurantibus, virus irreperat ſerpentinum, quod non, niſi per dominicæ paſſionis fugatur intuitum. Quanquam n. noſſet timentibus DEUM nihil deeſſe: cum autem rebus, aut ſola qua penuriam ſuperent, patientia exuberent, nobis tamen omnibus præcauere conatur, ne ſcandalo vel puſilli Iheſu offendantur. Plenus ante & retro oculis, præſentibus proſpicit atq; futuris: Nec eſt ſtudium Eccleſiaſticæ traditionis aut religionis, vnde feruente in DEo illius animum enormitas exterreat laboris, pericula maris tertio tentat; vt totiens Hieruſalem etſi terreſtrem videant, nõ pro nihilo ducens, ſi terram promiſſionis & oculis intueretur carnis, vbi patriarcharum figuris & prophetarum tranſcenſis oraculis, ipſum DEUM & hominem, quem præcinebant ſeptem humanitatis ſuæ referantem ſignacula, fidei contempletur oculis. Supra memorati patris Vdalrici, vt Dauid Samuelis perfruitur amicitia: exercitatur mutuæ viſitationis frequentia. Nec immeritò: in ipſo quippe ſpiritu Epiſcopus hic per Antiſtitem eligitur, quo rex illic per prophetam vngitur. Eſt autem in territorio Conſtantienſi caſtrum, ex ſitus proprietate, Lauffen denominatum, in quo dum ſimul commorãtes, die quadã Rheni maximum velut in abyſſum proruentis, indeq; viſu horribili ebullientis mirarentur impetum, duas vident volucres, circa rupes, è medio flumini prominentes, inceſſantiq; volatu gyrantes. Quę ingruente interdũ rotatus defectu, aquarum voragine præcipitari incipiebant, rurſumq; emergentes, miſerabile ſpectaculũ intuentibus præbebãt. Non diu re inſolita Sancti fruſtrantur: qui in auiũ ſpecie, animas nec dum ad plenum purgatas, illo tormenti genere cruciari, per Spiritum docentur. Feſtinatur ergò ad celeberrima menſæ cœleſtis præſidia: Et prior vt hoſpes accedere cogitur Senior Vdalricus hoſtiam vitæ immolaturus. Qua diuinitus accepta, nõ niſi vna comparet auicula. Altera quoq; per dominum domus Cõradum affertur ſalutis victima, & altera ſimili translationis modo liberatur anima. Præterea Spiritum prophetiæ beatiſſimo Conrado non defuiſſe, ex his quæ ſequũtur poſſumus colligere. Cauſa extitit, pro qua terminanda, domum, in qua tunc morabatur fortè, egreditur, cum paucis conſilium habiturus, ſuper cuius ſedile in medio relictum, dum optimæ indolis Gebehardus, tertius poſt eum Epiſcopus, non ſerii gratię ſediſſet, repertus in eo, talia à ſuperueniente patre non ſine rubore verba audiuit: † Præmotura, inquit, Gebharde ſedem meam arripuiſti, ante tempus locũ Pontificis inuaſiſti: Mihi ſuccedet, qui prior te in hac Cathedra ſedebit. Quod quã verũ fecerit exitus rerũ probauit. Viro namq; Dei à præſentibus ſublato, Gamenoldus quidam vacanti excipitur ſolio. Hoc item ante Luſtri vnius expletionem defũcto, dictum Gebhardum Conſtan. promeruit paſtorem, ſanitatis reuera & morum prędeceſſoris ſui Conradi in omnibus hæredem. De cuius virtutibus retexere aliqua, epiſtolaris minimè permittit anguſtia, maximè cum tantæ credantur, quam ad laudem ipſius materia breuitatis impatiens eſſe videatur. Tandem ad tranſitum patris Conradi calamo feſtinanti, de multis quæ ad honorem DEI in ſui Pontificis dici poterant factis, vnum ponatur, quod tam imitatione quàm admiratione relatu non indignum cenſeatur. Paſchalis ſiquidem lætitia dies aduenit, in qua vir iſte Agnum, cuius ſanguine tum intentionis noſtræ ſuperliminare tum poſtes Corporis purgantur & animæ, inter Miſſarum arctiorem DEo patri obtulit. Accepto ergo

Deſcriptio cataractarũ maiorum Rheni.

Forte Præmaturè.

Corpo-

Corporis dominici sacramento, venitur ad sanguinis eiusdem participationē. Calix ex more discooperitur: aranea vitæ liquori illapsa cernitur. Animal mortis exitium homini exteriori minatur, sed interim poculo immortali animatur. Quod fecit minister cœlestis conuiuii: Summa accinctus fide nihil in hac re mortale, nihil ducit exitiale, auidius cōsumit & quod Sacramenti & q; exterminii fuit, nō immemor antiqui serpentis venenum, Antidoto passionis dominicæ euacuatum. Cameras ministerii huius cooperatores pallescere, imminens Antistiti vt suspicantur necis periculum circumstantibus innuere. Ab omnibus in commune tristatur ac timetur, dies gaudii in mœrorē vertitur. Tamen peracta Communionis distributione, vltra omnium spem, ad mensam artus ieiuniis attenuatos refecturus accedit, sed non gustando cibum, aliquamdiu sedit. Percontatur secretius, quid esset acturus: Expecto, inquit, hospitem in proximo venientem. Et reclinato super mensam capite exitum araneæ, aperto præbet ore, quæ nec mori in homine Dei, nec mortem potuit inferre. Tum quanta conuiuarum exultatio, quanta de viri Constantia suboritur admiratio. Lector potius animo concipiat, quam exprimendum verbis exigat. Cæterū plenus dierum, cursum consummauit, fidem seruauit, sibiq; repositā iustitiæ coronam à DEo iusto iudice recepit. Transiit autem de huius exilii tenebris, VI. Cal. Decemb. Anno dominicæ incarnationis nongentesimo septuagesimo sexto, Episcopatus sui quadragesimo secundo, mundi scilicet hæremo vastissima, virtutum progressibus, tanquam sub hoc Castrorum numero fœliciter excursa, cuius signa vel miracula, quibus eum numerosius in hac credimus fulsisse vita, ex scriptorū incuria tēporibus nostris pauca sunt cognita, ac per hoc quæ minus probabili didicimus relatione, posteris stylo noluimus commendare, præsertim cum antiquis merita nō indigeant testimoniis, quæ semper noua ad sepulchrum eius gratia totius declarantur sanitatis. Vt.n. quædam ex his dicamus, duos à natiuitate Cæcos ibidem diuersis temporibus illuminatos vidimus. Et veritatis promissa sunt impleta. Qui, inquit, in me credit, opera quæ ego facio, & ipse faciet, CHRISTUS.n. cæco à natiuitate visum reddidit, quod Pharisæi calumniantes sub Moyse facere nequeunt. Conradus per CHRISTUM potest & poterit.

Sequuntur Miracula.

FERTUR quendam vtriusq; pedis officio quatuor annis priuatum, sex mensibus circa viri huius memoriam, baculorum sustentaculis girasse, crebrisq; precibus pro adipiscenda sanitate noctes diesq; continuasse, vbi cum die quadam ligneis solito innixus gressibus, orationi instaret attentius subita caligine hebet visus, obrigescunt manus, vires amittuntur, baculis elapsis, labitur homo: circumstantes occurrunt, erigere lapsum gestiunt: Sed absq; voce & motu durātem, mortuum credunt: exequias tamen facturi, cadauer leuant: Et ecce oculos sensum aperire seminecem aspiciunt extendere crura, huc vsq; curua, lætiores cernunt. Totus ergo in momento restitutus homo, & DEo laudem & mortalibus adauxit fidem. Quanquam.n. signa non fidelibus sed infidelibus tribuantur: Nonnunquam tamen credentes, vt in fide crescant, vt in spe æternitatis ac feruore charitatis proficiant, gratia quoque sanitatum prouocantur.

Puer quidam longa corporis molestia debilis effectus, extra hominis incessum manibus reptabat & pedibus. Hic fama beati viri attractus beneficiorum, patri suo, quatenus Cōstantiam deferretur, supplicat enixius. Qui filii congaudens fidei, annuit petitioni. Nauicula ergò ad optatum delectus locum, vasculi cauea excipitur, & tanquam immobile quid ante præsulis tumbam deponitur, vnde oblatione facta excutitur, vt miseræ conditioni astantes compatiantur. Videntes quadrupedis more hominem reptare, & quia luminis vel graduum crepidine sanctuarium ingressurus offendebatur, distendere genua retorta cogebat. Tali scandens conamine, ad genitricis DEI peruenit altare, in quo munusculum oblaturus, primo hærere, deinde altiora petere manibus cæpit, quousq; vota peregit. Hoc igitur modo animal pronum remansit erectum, & ex informi, hominem integrum, pater recepit filium. Crederes matrem Domini hoc retulisse, si fides simplicior sanari con-

cordaret: Sed per eam & cum ea Conradum id potuisse, nulli dubium, ac per hoc non incongruè vtriq; ascribitur, quod hinc spe, hinc re egens consequitur.

Vidimus mulierem quandam plantis sulcantibus nates contractam, circa sæpe dicendi patris volutasse Mausolæum, eiusq; omni anniſu diebus aliquot flagitasse suffragium. Quæ pristino gressuum statu redintegrato, multis inibi annis curationis adeptæ fuit testimonio.

Altera quoq; decennali ægritudine confecta, ad vsq; vlcerum saniem, tam ex sinistro latere, quam ex collo periculosius erumpentem deuenit, tandem aliquantulum fluor ille siccatur execrabilis, sed tabefactum remanet brachium cum... eiusdem lateris. Deniq; sæpius in somniis videt se memoriæ beati viri assistere, indeq; curatam incedere. Euigilans, de imaginaria quidem salute tristabatur, sed occultiora quadam spe consolabatur. In qua etiam cum aliis, quos illius tẽporis festiuitas attraxerat, ciuitatem ingressa, sociisq; ad ecclesiam properantibus, nuditatis verecundia, hospitio retinetur sola, O mira, O stupenda conditoris iudicia. Multi cum nesciunt, & sanissimi diuitiis affluunt: Nudi sunt iustitia, & incedunt ornati gemmis & purpura, hæc vero paupercula diriſſimis afflicta cruciatibus, cum nudo Adam latitat verecundius, nisi quod ille pro Paradysi eiectione ista pro Ecclesiæ merebat sequestratione. Vterq; tamẽ obnoxius morti, ac pax † hoc pudoris confu-

fortè malo. sioni. Hanc igitur mulierculam à publicis arcente gemino misera, cum fruſtratæ spei tum mẽdicitatis torquebatur dolore, riuisq; lachrymarum vberrimis nonnullos, qui eam nouerant, ad pietatem flectit compassionis. Vestibus ergo populari vehementia collatis induitur, ad eum cum hactenus in visu præsentabatur, frequenti turba deducitur. Super cuius Sarcophagum, aridam dextrã fulciente offerens manum miserię suæ plena fide fecit sacrificium. Nec diu supplicans tardatur, cum manus, cum brachio rediuiuo donata mota retrahitur.

Item puella confluentem in hunc locum innumeram multitudinem comitabatur, quæ digitis in volam contortis, ex vtero matris cruciabatur, hæc dum protinus curaretur, lasciuior aut simplicior, rem celans egreditur. Incommodi statim priori occupatur: manca nimio hæsitans stupore periclitatur. Ocior tamen redit, confitetur quod celauit, mirantibus cunctis, sanitatem quam amisit, denuo recepit. GALLVS quidam Pictauiensis duodecim annis claudus Constantia longæuus viator venit. Hic, vt solitum est, vice pedis alteriusq; base lignea nequaquam sustentatur. Tibia quippe cum pede † occefacta, & ferè in fistulæ subtilitatem redacta, totus

fortè arefacta. in poplite humor nocuus concreuit, ac per hoc, genu in maximum tumorem excreuit. Sex ergo mensibus in vrbe moratur, & visis tantis curationum beneficiis, ad spem recuperandæ salutis animatur, Ecclesiam frequentat, vt sui, iam tempus multum habentis, vt è longinquo venientis, pater sanctus misereatur supplex postulat. Interea nox sanctissima Pentecostes superuenit, in qua excubias circa sepulchrum eius deuotus egit: Ventum est ad matutinorum Vigilias, & nouo cruciatu dicta membra iam dudum emortua incipiunt torqueri, ita vt iam de repentino dolore magis, quam de gressus afficeretur priuatione. Sensus in breui amittitur: ipsa quoq; vox adimitur, hora dicendi cantici, Te DEVM laudamus, instabat, & homo vires cum incessu naturali recuperabat. Duplici ergo laude iubilatur, dum spiritus paracletus & propria festiuitate & hominis liberatione vniuersos consolatur.

Puerum quondam in claro constitutum, sed in natura paralysi debilitatum parentes adhunc deferũt patronum, & quia non de infimis natalibus erant procreati, plures condolentes, tam suæ quàm geniti inueniunt oppressioni. Non minimâ ergo plebe stipati, debilem suam ante viri DEI memoriam exponunt, seq; in terrã pro eo supplicaturi mittunt. Quid amplius morer? Fides eorum ex alto respicitur, æger Conradi meritis attollitur, Pontifex sanctus in ministerio tabernaculi perfectioris honoratur, mirabilis DEVS in sanctis suis prædicatur.

In Cœnobio quodam sanctimonialium, dum Virgines diuersis laborabant ægritudinum molestiis, vna siquidem ex vomitus instantia, mensibus octo non retinens alimenta desperatur: Altera paralysi grauissima resoluta periclitatur. Compertis huius patris virtutum præconiis, ab ipsis clausstri seris pia spe trahuntur: Sed tam morbi, quàm infirmæ ætatis pudore à publico repelluntur. Nox igitur huic fluctuationi

tioni satis facturâ præstolatur. In qua nauî impositæ, prima Vigilia (non .n. longe distabant) ad vrbem perueniunt: Intromissæ, præsidis velut coram positi vestigiis fide plenissima prosternuntur, prò diu sperata salute preces cum lachrymis à pernoctantibus funduntur. Est autem in eodem loco memorati viri poculum ligneum, nõ indebitâ veneratione hactenus seruatum: Vnde cum summa auiditate modicum aquæ gustassent, vis quædam cœlestis vndã subsequitur, quæ perfectam in eis medicinam operatur. Ad cœlum hincinde laudum voces tolluntur, ipsæ. n. quà à clero ciuitatis & populo lætitia prosequuntur virgines, à sororibus incolumes excipiuntur.

Aliam vidimus ab infantia paralyticam, ibiq; iam adulta ætate sanatam, hæc potitæ immemor gratiæ, petulantior vagatur, amissaq; virginitate, per quendam se clericum profitentem, grauida efficitur. Concepit ergo iniquitatem, & peperit dolorem, quia pristinæ statim debilitatis induit confusionem. Cogitur misera ad pœnitentiã: Reuisit patris Conradi Clementiam, obtinet denuò per eum curata veniam. Ex integro tamen postea minimè conualescit, vt artus imbecilliores, violatæ mentis deplorent integritatem; iam vir egregius fama trahente, non modo vbi requiescit à malè habentibus frequentatur, sed etiam vbiuis terrarum auxilium eius in cunctis angustiis imploratur & impetratur.

Siquidem adolescens quidam, dum Thutiæ fluuium vespertino tempore per incultum vadum aliquando transire vellet, fundo repente limoso, & arborum radicibus vnda congestis hæret irretitus. Validiori impellitur torrenti, & quia obsistendi, seu quoquam diuertendi locus non occurrit hærenti, ad natandum diuaticatur. † Martibus flumen sulcatur, sed pedibus immotis aquæ impetu ac frutice caput obruitur. A seruantibus in ripa quas nudus deposuerat vestes, nimio attoniti clamore iuuenis aduocantur parentes. Res flebilis à sororibus duabus (hæ. n. fratrem submersum comitabantur) confusa singultibus voce refertur, locus periculi monstratur, discurritur, quæritur nec inuenitur. Tota vociferantium eiulatu percussa accurrit villa: Et quia quæsitus non comparet, retibus pro saltem tumulando cadauere laboratur. Noctis iam tenebræ instabant, quæ finem quærendi dabant, spem inueniendi negabant. Communi ergo omnium voto specialibus beati Conradi patrociniis siue in corpore, siue extra corpus commendatur homo, & sic ad tristes lares reditur. Tertia parte primæ noctis Vigiliæ transacta: Ecce grauior vnda quasi de obice indignata, in quandam se voraginem, circa appositum animal collegit, & hoc impetu sinuoso prorumpente ad littus è regione aquarum transuexit. Ex terra factus, aridam vt à se alienam miratur, nullatenus contrariam naturæ aquam, vtpote, quæ eam extinguere non potuit suspicatur, dum creatori siue ad mortem siue ad vitam ab vtroq; elemento indifferenter seruiatur, insuper de rerum permutatione, & has vnde patiatur tenebras, qui clara die subierit vndas, secum hæsitans, longam ordine transposito pernicionis moram, æstimat breuissimam: dum è conuerso breue omne delicioſum & longum ducatur omne periculosum. In se tandem aliquantulum reuersus domũ regreditur, nuditatis suę nec dum memor: vt genitus tamen recognitus, genitorum stupentibus excipitur amplexibus: Crastina illuxit dies, & velut reuersus ab inferis irruenti turba vallatur, vt alterius seculi nuncius, quid secũ ageretur, qualiter euaserit, diligentius percontatur. Alter igitur saluationis modus non minima inquisitione facta ignoratur; nisi qui fide omnium exundanti verissimus probatur, quod nimirum illius meritis sit liberatus, cuius fuerit, mortalium destitutus auxiliis, singulariter commendatus.

Manibus.

Laudandus Deus in Sanctis suis.

GAMENOLDUS XXV. Episcopus Constan. de quo non aliud quã vt in S. Conradi legenda reperitur, ipse tantum quatuor annis præsedit, & secundum monasterii S. Blasii chronicon, obiit anno Domini DCCCCLXXXVIII. sed reuera Anno eiusdem DCCCCLXXIX. septimo Othonis secundi Imperatoris anno. 25. *rectius Gamenholfus.*

S. GEBHARDUS XXVI. Episcopus Cõstan. hic generosus & venerabilis antistes meretur, vt nobilissimam generis sui propaginem edicamus, eam. n. ex annalibus monasterii Petridomus quod ipse (vt subiicietur) fundauit & dotauit, ex- 26.

cerpere & colligere potui, illam quoq; ita scire conuenit. In Gallia Togata vir siquidem erat nobilissimus, cui Francorum Rex (qui & Romanorum Imperator extitit) sororem matrimonio copulauit. Ex qua duos genuit filios, qui ambo, vt genere, ita & animi virtute facti sunt clarissimi, hiq; cum adoleuissent, & rebus opulenti, viribus atq; armis essent acerrimi, contigit vt inimicitiæ venenum, inter Regem prouinciæ ipsius, & ipsos irreperet, eorumq; præcordia in tantũ inficeret, vt nullatenus
forte donec. antea cohiberi potuerit, † neq; Regem manus gladii vita priuaret. Rege igitur interempto timentes hi duo comprouincialium suorum conspirationem, ad auũculum suum Imperatorem Augustum se contulerunt, atq; ab eodem gratanter accepti in Alemannia habitationes acceperunt loca quam plurima, & sicut multa, ita & optima, dedit, quippe eis Potamum & Brigantium, Vberlingen & Buechorn, Achihusen, Turingẽ atq; Haisteragew, Winterthur, quę cum omnibus appendiciis eorum & in Curien. Retia Mesauch & alia multa, quæ temporis vetustate, memoria deleta sunt. Talibus ergò ab Imperatore donis ditati cum ea adiissent & suo iuri mancipassent, viris suis nobilibus qui secum venerant, ex eis dona largiti sunt. Et alii quidem dederunt Turingen, alteri Vburlingen, alii vero Buechorn, qui & postea cũ eis affinitate coniuncti sunt, posteaquam igitur Gallorum furor, qui contra hos duos Germanos ob Regis sui necem exarserat, sopitus esset, propinqui & amici eorum mittentes, vt ad patriam suam redirent rogauerunt. Quorum vnus magnis deuictus precibus, in patriam rediit. Alter vero Vdalricus nomine in Alemannia remansit. Et omnia quæ ab Imperatore data erant, retinuit per se & posteris eius: Ex huius itaq; semine genitus est Vtzo pius & venerabilis Comes, qui apud Brigantiũ habitabat, loco habitabat, qui adhuc ruinas ostẽdit habitationis antiquę. Hic Vtzo (vt incidẽs nõ omittamus) tantæ factus fuit pietatis & meriti, vt & aures eius sanctitatẽ sentirent, ac de eius manu cibũ caperẽt, & cum satietate abirent, alię denuò saturantæ venirent. Item vno die diluculo, ad hostium eius cubilis cerua è sylua veniens pede pulsauit; Cumq; hostiarius aperiret & videret bestiam astare ostiumque pulsasse renunciaret. Eya, inquit, ad seruum, sequere eam; & vide si quid forte velit. Ille nil moratus, secutus est præcedentem. Quæ in syluam eum duxit, & ei partum suum ostendit in compede hærentem pede, & stans capite demisso auriũ motu, quasi rogare cæpit. Ille confestim dum pedem hinnulo de compede soluit, illa cũ catulo læta in syluam abiit, seruus q; ad Dominum rediit, atq; ei quæ gesta sunt, nunciauit. Talibus & his similib. cũ hoc venerabili viro Deus quasi ioculabatur. Quia, Iocundus homo, qui miseretur in Domino, non commouebitur in æternum. Hic ergo Vtzo Comes, quatuor genuit filios, vnũ Vlricum nomine, alterũ Marquardũ, Lutfridum tertium, quartũ vero totius generis decus GEBEHARDUM, defunctis deinde parentibus cum fratres quatuor inter se hæreditatem diuidere vellent, vnus eorum, Lutfridus nomine, cum deses esset & imbellis, cęteris q; despicabilior, verẽs, ne fortè propter ignauiam suam à fratribus in diuisione contemneretur secum tractare cæpit, qua arte eos circumueniret, vt sibi hæreditatis partem non negarent, multa igitur secum voluens, & ad vltimum sibi, suisq; posteris consilium experiens, sic vnum è fratribus suis, aliis ignorantibus, affatus est: Scis, inquiens, frater, scis, quod ego fratribus meis impar, nequaquam sæculi negociis idoneus appareo, sed si meis consensum præbueris consiliis, non modicum cõmodum tibi tuisq; posteris præstabis: Te nempe præ fratrib. cæteris diligo meis, tecumq; habitare desidero; Et ideo cum ad diuisiones bonorum deuentum fuerit, omni nisu satage, vt in meam partem cadat Winterthura cum appendiciis suis, sciasq; procul dubio, quin, si hæc in meam deuenerit proprietatem, quod tibi eam sum traditurus, & ipse tecũ deinceps, quemadmodũ iusseris, ero permansurus. In hoc ergò, tuæ consule vtilitati, obtemperari stude voluntati, pariterq; fratri secundo. Sic clam locutus est & tertio singulis credẽtibus, quod hæc sui amore loqueretur, omnesq; hac spe promptos ad suę voluntatis reddidit effectum. Itaq; cum ad diuisionem ventum esset, vnicuiq; sua sors caderet, festinabant singuli Lutfridi adimplere petitionem, ignorantes singuli, quod vnicuiq; eorum æqualia promisisset, & quin omnium par erat voluntas, facile est ad effectum perductũ, quod omnes vno animo voluerunt. Et Lutfrido Winterthura, cum omnibus suis confirmauerunt, at ille merito lætabundus sibi tradita adi-

cns

ens egregia prædia iuri suo mancipauit vniuersa, taliq; fratres fefellit astutia, atq; agriculturæ operam dedit, & multa peculia congregauit, acceptaq; vxore, ex ea filiũ genuit, Adelbertum nomine, qui cum Beato Leone Papa in Apuliam transiit, ibiq; pro causa S. Petri cõtra Nortmannos, qui Apuliã inuaserant, pugnans occubuit, eiusq; filia erat Adelhaidis, quam Comes Hartmannus Senior de Dilinga in matrimonium accepit, quæ ei Hartmannum peperit iuniorem, & Adelbertum, & Vdalricum, qui apud Constan. Episcopus factus est, filiasq; tres, quarum vna in sanctimoniali habitu commorata est, alia vero Vdalricum Comitem in Gamertingẽ genuit, & Adelbertum Comitem in Achalm. Itaq; supra memoratorum fratrum, scil. ornamentum eorum Gebhardus, ex defunctæ matris eius Diepurge vtero excisus & fomentis quibusdã obuolutus, vsq; ad tempus maturitatis DEo vitam eius ad multorum salutem præseruante (de talibus tamen excisis literæ testantur, quod si vita Comes fuit, felices in mundo habeantur.) Itaq; nutritus, & litteris traditus, apud Constan. eruditus, ibiq; Canonicus factus est, cum autem fratres eius, vt supra scriptum est, sortes hæreditatis paternæ, inter se distribuere vellent, hunc Clericũ esse, nec hæreditatis eorum indignum, sed ex facultatibus Ecclesiæ satis opulentum esse dixerunt: Ille hoc audiens, graui indignatione portionem suam exquirebat. Et quoniam eloquẽtissimus erat, & efficax, comminabatur eis vltimũ, quod scilicet si spõte sibi ius hæreditatis dare nollent, se arma sumpturum, & gladio defensurum. Igitur hoc fratres percipientes inuiti fecerunt, quod sponte noluerunt, eiq; partem suam ex integro tradiderunt, at ille quæ lex Dei eius, erat in corde ipsius, terrenis diuitiis non supplantati sunt gressus eius, sed Ecclesiæ S. Mariæ Constan. partem prędiorum suorũ, temporib. beatæ memoriæ Conradi præsulis tradidit, talesq; literas dedit.

Nouerint omnes tam præsentes quam futuri, quod ego Gebhart S. Constan. Ecclesiæ frater indignus, cogitãs pro remedio animę meę necnon Euangelica & Apostolica secutus præcepta cum cõsensu fratrum meorum & aduocati mei Vdalrici iuris mei proprietatem, quã parentum successione in locis Oberndorff, Hutzlinbach, Philophinga, Luthéresdorff cum omnibus appendiciis, ad eadem loca pertinentibus, ædificiis, mancipiis, pascuis, syluis, aquis, aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus & cunctis ad eadem loca pertinentibus, dignoscor habere, trado ad S. prædictæ Constan. Ecclesiæ cœnobium, fratribus DEo ibidem assiduè famulantib. cui vir summæ religionis & doctrinę Conradus Episcopus regimine speciali præfectus esse videtur, ea tamen conditione vt ego eandẽ ad me recipiens proprietatem, vel alius eiusdem fraternitatis quemcunq; voluêre censum inde persoluat singulis quibusq; adhuc in posterum annis festiuitate S. Patris nostri ac venerabilis Papæ Gregorii prædictis fratribus, sicut Canonica monstrabit regula sumat. Acta Cõstantiæ quarto Idus Martii præsente & cõfouẽte prædicto aduocato meo Vdalrico, necnon & aliis testibus quorum subscripta sunt nomina, Eberhart, Lutfrid, Eleibolt, Cõpret, Adelbert, Merebot, Lutpret, Sigipret, Hadepret, Dietger, Wern, Adilgon. Sed nota quod licet S. Gebhardus antequã fieret Episcopus hanc donationẽ Ecclesię Cõstan. fecerit, ipsa præfata loca in beneficium recepit, ea conditione vt ipse iam dictę Ecclesiæ fratribus in festiuitate Sancti Gregorii ministraret, postea tamen dum Episcopus factus esset & monasterium in † Petridomo fundauit, iam dicta prædia præfata conditione illuc cõcessit, & versa vice eisdem fratribus Constantien. Ecclesiæ constituit, vt ter in anno cum solenni processione, ipsum monasterium adeant, singulisq; vicibus, pro eius anima missam cantent: Et insuper in festo S. Gregorii publicam de eo festo missam decantent, monachiq; chorum regãt, & ad altare ministrent, atq; à Clericis ea die de supradictis prædiis duo talenta & quinq; solidi ad seruitium dentur. Is autem venerandus Pontifex diuino succensus amore cupiens sub regularis obseruãtiæ institutione animas DEo lucrifacere, erectionem & dotationem monasticæ domus construere deliberauit de monasterio, quod S. Gregorii ad ripam fluminis Rheni, ordinando cõstituit. Itaq; Anno Dominicæ IX. C. LXXXIII. Basilicæ iecit fundamenta, obtulitque aureos 4. quos sub singulis Ecclesiæ IIII. angulis posuit: Et Cryptam fecit ab occidẽtali parte, in qua aquę puteum fodit & altare S. Martini in ea collocauit, quod postea Gebh. III. destruxit,

† Petershausen.

Super cryptã ſanctuariũ fecit, vbi altare principale in S. Gregorii honore cõſtituit, ſuper quod ciborium nimis ſpecioſum fabricauit: Cum igitur columnas quatuor de ligno ilicis feciſſet & figuram vitis in eis fabricari diſpoſuiſſet vrbanos Conſtan. in vnum congregauit, eoſq; ſic affatus, ait, habeo quatuor filias, quas me nuptui tradere oportet, at ſine adiutorio veſtro eas nequeo ornare, ea de cauſa vos conuenio, & vt aliquid ſolatium pro acquirendis ornamentis pro poſſe & velle veſtris habeatis peto, cumq; omnes ſe id quam libenter facturos reſpondiſſent, Columnas perferri iuſſit, dixitq; ſe has argento veſtiri velle, & vt ſibi ad hoc auxilium ferrent cæpit precari, quod & omnes animo prompto fecerunt, nam eorum ſolatio columnas argento veſtiuit, eaſq; ſuper baſes lapideas decentiſſimè ſculptas conſtituit, ſuper ipſaſq; columnas arcus quatuor poſuit, quas à parte vna exaurato argento, ex altera autem deaurato cupro veſtiuit: Super arcus autem & columnas tabulam poſuit, magnitudinis tantæ, vt totum operiret ciborium, in medio feneſtram habens rotundam, & ipſam in circuitu intrinſecus aurato cupro opertam, inferius autem marginem habebat prominentem, quam argento veſtiuit, ipſa autẽ tabula erat per totum ex inferiori parte aurato cupro decenter operta, habens quatuor Euangeliſtarũ imagines, elato opere in tranſuerſum, quod eius per quatuor partes erant lamine affixæ argenteæ, & in vnoquoq; latere conſcriptus erat verſus, vnus aureis deſcriptus, qui ſequitur.

Hoc opus exiguum diuerſis artibus actum,
Fert tibi, Gregori, ſupplex deuotio ſerui,
Præſulis indigni, quem tu cum plebe fideli,
Coniungas turmis, precibus Pater alme ſupernis.

Ædificia quoq; plurima fecit hic venerandus antiſtes admodum pretioſa, tam in choro quam in Eccleſia & circa altare, quæ per quoſdam Abbates poſtea immutata ſunt: quædam etiam vetuſtas auferebat; præſertim enim muri Baſilicę erant ex omni parte pulcherrime depicti, ex ſiniſtra veteris teſtamenti materias habentes. Venetiarum namq; Epiſcopus modium plenum graici coloris, qui Lazurius dicitur, quam picturam Conradus abbas ex toto deleuerat, quoniam antiquitas ei iam abſtulerat decorem; Anno autem IX. C. X C I I. Ipſe Beatus Gebhardus Eccleſiam in honore S. Gregorii Papæ in magna gloria dedicauit. Affectione quoq; qua eidem loco ſingulariter deuinctus erat, mens ei fuit, monaſterio ipſi immunitatis priuilegium ab Apoſtolica ſede conquirere, atq; idcirco proprio corpore vrbem petiit Romanam, Romamq; veniens, à Papa Iohanne huius nominis ſexto, pro ſui veneratione adeò eſt honoratus, vt non tantum priuilegium q; ipſe petebat, ei concederet, verum ex gratia Pontificis ei permiſſum eſt, vt manum mitteret ad corpus Beati Gregorii Papæ, hac conditione, vt quicquid vno tactu de ſacris oſſibus manu leuaret, hoc ſecum deferat. Itaq; D E I gratia, caput eius, cum aliis magnificis de corpore eius reliquiis, ſuſtulit, omnibuſq; ad eius libitum impetratis, quæ volebat, lætus impetrauit, hoc ſiquidem ſanctum caput, pluribus poſtea temporibus lapſis, inuentum eſt in capſa, firmiter olim ſolidata ſcilicet præ antiquitate & incautela prorſus reſoluta, quæ priſtinis temporibus, vt dicebatur, in altari S. Petri in plaga meridiana recondita erat. Aperta autem capſa, in ipſa altera capſa rubricata inuenta fuit, ſanctorum reliquiis plena, inter quos dilectiſſimus theſaurus capitis ſanctiſſimi Papę Gregorii comminuti repertus fuit, aliæq; plures reliquiæ in eadem capſa repertæ fuerunt. Obiit S. Gebhardus V I. Cal. Sept. Anno 996. ſepultus in Baſilica S. Gregorii à ſe conſtructa, cum regnaſſet annis 16. Epiſcopus Anno 979. vel 980.

FAMI-

FAMILIA S. GEBHARDI: VTCVNQVE COLLECTA: SED NON omnibus locis certa.



DE VITA

SANCTI GEBHARDI

CONSTANTIENSIS EPISCOPI, MONAsterii, quod PETRIDOMVS seu PETERSHVSEN appellatur, fundatoris.

LIBRI DVO.

EX ANTIQVORVM RELATIONE & traditione Anno Domini MDXI. *conscripti.*

Per

FELICEM MANILIVM

ex chartis manuscriptis.

HERMANNVS Contractus in Chronico.

Anno DCCCCLXXIX. Constantiæ Gamenolfus Episcopus obiit: eiq; Gebehardus nobilis & venerabilis præsul succedens XVI. annis Ecclesiam rexit, qui Basilicam S. Gregorii in ripa Rheni Abbatiamq; suis ex prædiis construxit: iam dicitur *Petridomus.*

INCIPIT PRÆFATIO

IN VITAM B. GEBHARDI SECVNdi Constantiensis Episcopi & confessoris Christi Petrishusensisq; cœnobii constructoris.

VM *rerum conditor protoplastum in paradiso mandatis institueret salutaribus, eidemque eum præficeret loco, vt spiritalem ibidem gigneret prolem, donec prædestinatorum numero completo, sine vllo mortis interuentu, simul cum corpore & anima ad illum scanderet locum, de quo malignus cum suis sequacibus ceciderat spiritus: liuore inuidiæ stimulatus diabolus, quod caro possessura esset gloriam, quam ipse spiritus perdiderat, fallaci persuasione seduxit hominem, & promittendo diuinitatem, quam non habuerat, etiam immortalitate simul cum gloria, quam iam habebat, nudauit: Deus autem plus malitiam hostis, quàm casum hominis detestatus, hominem quidē* 10
ad pœnitentiam reuocauit, deceptorem verò æterna pœna mulctauit, dedit verò homini rectores atq; magistros, quibus per spiritum inspirauit suum, siue quid faciendum, quidue vitandū foret; vt cæteros regerent atq; docerent per semitas iustitiæ incedere, prauaq; itinera deuitare. Ad hoc promisit eis suum aduentum in mundum, vt sua carne nostram liberaret carnem, & sua luce nostram illustraret cæcitatem, qui sedebamus in tenebris, & in regione vmbræ mortis; hoc autem primò per Patriarchas, deinde per legem, postremò verò per multiformia Prophetarum prædixit oracula; hi enim omnes emissi sunt, prænunciare aduentum saluatoris in carne, parareq; Domino plebem perfectam. Vbi verò venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem 20
filiorum reciperemus, non solum autem eos, qui sine iugo erant, vocauit, dicens eis: Tollite iugū meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Expleta igitur dispensatione, pro qua carnem assumpserat, cum reuerteretur ad patrem, a quo nunquam per Diuinæ maiestatis vnitatem recesserat, nō reliquit suos seruos orphanos,

phanos, sed consolatione sui spiritus eos confirmauit atq; solidauit, & iussit eos prædicare & testificari per omnes gentes pœnitentiam, & remissionem peccatorũ accipere per lauacrum regenerationis, & fidem Christi Domini, introitumq; regni cœlestis, & gloriam permansuram. Huius autem primi seminatores verbi fuerunt Apostoli, deinde eorum successores, videlicet sacerdotes Domini, quorum plurimi etiam vsque ad sanguinem pro eodem verbo certauerunt, & mortem libenter pro domino pertulerunt, vt vitæ æternæ participes fieri mererẽtur. Alii vero ieiuniis, vigiliis & orationibus semetipsos in ara cordis, Domino hostiam viuam immolantes, & aliis verbum vitæ annuntiantes, talentum sibi creditum cum lucro reportauerunt. Inter quos beatissimus Gebhardus velut splendidissimum sydus, Alamanicis rutilabat in partibus, qui omni virtutum iubare ornatus, morum probitate & testimonio vitæ pollebat, adeo, vt Deus omnipotens per eius merita crebro faceret mirabilia, cuius nos omnia gesta non didicimus, sed pauca seniorum relatione ad nostras peruenerunt aures, quæ etiam prout possumus ad posteros transmittere curamus. Neminem ergo leuitas remordeat verborum, nulli incultus sermo fastidium iniiciat legendi, nec attẽdat auditor quis, quomodo, sed quid, vel de quo loquatur, nec hoc quenquam mouere debet, quod non visa sed audita scribere præsumimus, cum etiam Lucas & Marcus Euãgelium suum, & plerique sanctorum patrum conscripserint, quæ vtique non visu, sed solo auditu veraciter perceperunt. Quanquam & hi, quorum relatu nos hæc percepimus, tales ac tanti exti terint, vt eorum verbis melius, quam propriis possemus credere oculorum obtutibus. Sed in hoc anteriores videlicet non mediocriter culpandi sunt, qui viderunt & interfuerunt his, quæ per illum Deus operatus est, quod hæc litteris tradere ad laudem Christi minime curauere, sed his intermissis, nos, Deo adiuuante ad narrandi ordinem veniamus.

INCIPIVNT CAPITVLA.

CAP. I.

De eo quod de ventre matris excisus est.

CAP. II.

De pueritia eius.

CAP. III.

Quod iam iuuenis cum beato Conrado conuersabatur.

CAP. IV.

Quomodo ab eodem futurus prædictus est Episcopus.

CAP. V.

De electione eius.

CAP. VI.

Quomodo imago sanctæ Dei genituris ei in somniis apparuit.

CAP. VII.

De Ottone Imperatore.

CAP. VIII.

De vnctione vitæque eius sanctimonia.

CAP. IX.

Quomodo fratrem suum paternam hæreditatem secum diuidere coegit.

CAP. X.

Quod de sua parte prædiorum monasterium construxit.

CAP. XI.

Quando hoc incepit.

CAP. XII.

De resuscitatione eius, qui cum vestibulo cecidit.

CAP. XIII.

De situ eiusdem templi, eiusque dedicatione & de reliquiis sanctorum ibidem collocatis.

CAP. XIV.

Quod priuilegium Romæ acquisiuit.

CAP. XV.

Priuilegium eiusdem monasterii.

CAP. XVI.

Quod tunc etiam caput S. Gregorii acquisiuit.

CAP. XVII.

Quomodo Padum fluuium siccis pedibus pertransiuit.

CAP. XVIII.

Quos duodenos ad locum deputauit fratres.

CAP. XIX.

Quod de seruis suis artifices delegit, & quæ iura ipsis constituit.

CAP. XX.

De militibus, quos monasterio deputauit.

CAP. XXI.

Quomodo claudum erexit.

CAP. XXII.

De obitu eius.

CAP. XXIII.

De sepultura eius & miraculis ad funus ipsius ostensis.

CAP. XXIV.

Epitaphium super sepulchrum eius scriptum.

CAP. XXV.

Quomodo post obitum Periggero Abbati apparuit.

CAP. XXVI.

De habitu ipsius sancti.

CAP. XXVII.

Quamdiu in Episcopatu fuit & quo tempore obiit.

INCIPIT VITA BEATI GEBHARDI EPISCOPI CONSTANTIENSIS.

BEATVS Gerbhartus nobilissima Alamannorum stirpe, patre videlicet Vzone vel Huozone nomine, Rhetianorum comite extitit oriundus. Quem mater dum gestaret in vtero, morte debitum exigente, languore correpta est, in extremis vero posita suis indicauit hominibus, viuum scilicet in vtero gestare infantem, rogatq; vt anima exhalata, ventrem sibi incidant, infantulum tollant, calido aruinæ globo inuoluant Deiq; prouidentiæ cautissime custodiant. Quæ omnia, vt ipsa rogauerat, completa sunt. Hora autem adueniente, qua infans nasci debuisset, si materno vtero foueri licuisset, vocem emisit infatulus, indeq; cognitum est reuoluendum luciq; reddendum fore. O mira omnipotentis Dei opera, qui, vt ait beatus Ioannes præcursor Domini, potens de lapidibus suscitare filios Abrahæ, pene sine fotu muliebris vteri columnam suę procreauit Ecclesię. Huic certe accõmodari potest illud, quod Dominus ad Hieremiam Prophetam dixit: priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de vulua, sanctificaui te.

De pueritia eius

CAP. II.

TVlerunt ergo infantulum & nutrici commendauerunt, adultumq; literis tradiderunt. Tunc puer cæpit bonæ indolis esse, & ceu prudentissima apis per multigenos flores mella, ita ille per diuersas sacrę scripturæ paginas in alueario cordis dulcisonas congerebat sententias, quibus postmodum populorum dulcificaret fauces.

Quod iam iuuenis cum beato Conrado conuersabatur.

CAP. III.

CVm autem puerilia transcendisset iura, & iuuenilem vitam attigisset, Dei cæpit frequentare contubernia & præcipue beati ac Deo digni sacerdotis Conradi Con-

Constantiensis Episcopi, cuius etiam familiarissimus pedissequus extitit, vt videlicet in eius probitate disceret, quicquid adhuc in eius moribus emendandum foret. Sciebat enim scriptum esse, cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum peruerso peruersus eris: ideo & prauorum fugiebat consortia, dicens cum Propheta: Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeam cum eis & ambulanti in via immaculata huic ministrabam.

Quomodo à S. Conrado prædictus est futurus Episcopus.

CAP. IV.

VNde & Spiritus Sanctus dignatus est suis de eo prænuntiare fidelibus, quod iugum portaturus Domini, & paterfamilias in domo Domini futurus esset. Deniq; cum beatæ memoriæ Conradus, cuius superius mentionem fecimus, die quadam cum suis resideret, & causa existente domum ad horam fuisset egressus: vir Domini Gebehardus, iocandi gratia, vt fieri solet, venit & sedit in loco, de quo Episcopus fuerat digressus. Ingrediens autem inopinate Episcopus, & videns Gebehardum suum occupantem locum, subridendo, vt fertur, ad eum locutus est. Eia, inquit, Gebehарde, quam cito meum anticipare voluisti locum? sed non ita erit: non enim tibi post me, sed alteri debetur. Illo vero assumpto, te dominus suarum ouium rectorem prædestinauit atq; pastorem. Hanc autem Prophetiam veracem esse, rei exitus approbauit.

De electione S. Gebehardi in Episcopum Constantiensem.

CAP. V.

NAm beatissimo Conrado ad Dominum trãslatio Gaminolphus ei in Episcopatum succesit, qui plus minus quatuor præfuit annis, quo defuncto, Clerus, Senotus, populusq; Constantiensis Gebehardum sibi pastorem vnanimiter delegerunt, ipsam vero electionem summo pastori acceptabilem atq; suis ouibus pastorem hunc etiam ab ipso Domino prædestinatum fuisse euidenti signo monstratum est.

Imago Dei genetricis ei in somno apparet.

CAP. VI.

ERat nanq; in eadem Ecclesia imago sanctæ Dei genitricis Mariæ ligneæ insculpta tabulæ, quæ beato viro in somnis visa est virgam præbuisse pastoralem, eiq; præcepisse, vt Dominicum gregem pasceret, eique pascua vitæ monstraret æternæ.

De Ottone Imperatore.

CAP. VII.

OTto etiam eiusdem nominis secundus Imperator, audiens obitum Constantiensis Episcopi consensumque populi in electione venerandi viri Gebehardi, gratulabundus ei baculum cum Pontificali annullo direxit, præcipiens, vt cum omnium subiectione Gebehardo omnes obedirent, eumque sibi datum à Domino pontificem gauderent: Erat enim idem vir Domino Imperatori familiarissimus, eo quod compater eius esset, ideoq; gaudebat, quod occasionem inuenisset ad hoc eum promouendi, quod iam dudum concupierat, & ad quod eum dignissimum omni vitæ sanctimonia decernebat.

De vnctione vitæque eius sanctimonia.

CAP. VIII.

CAnonica electione peracta, vnctusq; vnguento sanctificationis, quod de capite descendit in barbam Aaron, cæpit vir Domini, boni pastoris imitari exemplũ, mercenarii deuitare perfidiam: talentum sibi creditum cum lucro reportare, omni mentis annisu satagere, omni virtuti operam dare, sicuti decebat Domini dispensatorem: bonus, pius, pudicus, sobrius, castus, & vt breuiter dicam, omni bonitate conspicuus, vniuerso morum decore ornatus. Ibat enim de virtute in virtutem, vt videret Domini decorem in Sion. Omni custodia seruabat cor suum, illud attendens, quod Dominus in Euangelio ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: omnibus omnia factus est, vt omnes saluos faceret, omnia autem faciebat propter Deum, vt hæres eius fieret, cohæres autem Christi.

Quomodo fratrem suum hæreditatem paternam secum diuidere coegerit.

CAP. IX.

SEd quia de nobilissimis & ditissimis fuerat parentibus, qui sibi fratribusque suis multitudinem copiosam prædiorum reliquerant (sicut est humana auaritia, quæ diuitiis non impletur) fratres eius vendicabant sibi vniuersa, nec fratri quicquam dederant de sibi relicta substantia, vir autem Dei non cupiditate prædiorũ, sed Dei, cui ea tradere cupiebat, amore succensus, suam partem possessionum à fratribus sibi dari postulabat: illis autem negantibus, vi extorsit ab eis, vt omnia æqua lance diuiderent, nec quicquam eorum, quod suæ contigerat sorti, permisit habere. Hæc vero non malitia, sed diuino zelo, animo inardescente peragebat; ne forte fratres periculum suæ incurrerent animæ, si aliquid sibi iniuste vsurpatum possiderent.

De parte suorum prædiorum monasterium construit.

CAP. X.

PEracta autem hac hæreditaria diuisione, vir Domini Gebehardus, animo reuolens istam sententiam, qua Saluator in Euangelio ait: vade, vende omnia quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo: &, nisi quis renuntiauerit omnibus, quę possidet, non potest meus esse discipulus: suis ex prædiis monasterium S. Gregorii Papæ in ripa Rheni fluminis iuxta Cõstantiam ciuitatem cõstruxit, deputatis illic duodenis fratribus, qui diu noctuq; diuinis ibid. insisterent officiis, quibus sufficienter victum vestitumq; suis ex facultatibus ministrari constituit: de terrena ergo substantia nihil sibi reseruauit, sed cuncta Christi pauperibus fideliter erogauit, sicut scriptum est: dispersit, dedit pauperib. iustitia eius manet in æternum, thesaurizare sibi noluit in terra, vbi nesciret, cui cõgregaret, sed thesaurizabat sibi thesauros in cælo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, vbi fures non effodiunt, nec furantur.

Quando cœperit ædificare Monasterium.

CAP. XI.

ANno autem Dominicæ incarnationis nongentesimo octogesimo tertio, Episcopatus autem sui quarto, vndecimo vero imperii Ottonis secundi hanc eandem manufactam domum ex materialibus lapidus domino construere cæpit, ipse vinus lapis ponendus in non manufacta domo æterna in cœlestibus, dicens cum Apostolo: Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, thesaurizabat sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehenderet veram vitam, quæ est in Christo Iesu.

Architectus in terram casu prolapsus & extinctus, ab eo in vitam reuocatur.

CAP XII.

CVm autem, Deo prosperante, iecisset fundamenta Ecclesiæ, toto nisu cæpto operi cæpit cottidie insistere, & Deo incrementum dante, ventum est ad hoc, vt parietibus in altum excrescentibus, necessario etiam lignorum instrumenta subrigerentur, per quæ onera portantes ascenderent & descenderent, super quæ etiam opera facientes constare possent. Et ecce quadam die subito ex improuiso accidit, quod omnes assistentes valde contristauit. Nam cũ omnes certatim operi instarẽt, contigit, vt fractis sustentaculis, in quibus stabant operarii, caderent in terram; ita vt opifex, qui præerat operi, toto conquassato corpore, quasi exanimis inueniretur. Cumq; ex eo, quod acciderat, magna afficerentur tristitia, vir Domini Gebehardus confisus in eo, qui dixit: Quæcunq; petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis; iussit eum leuari, & in oratoriũ sancti Michaelis, quod ibi erat, deportare, & electis omnibus, ipse clausit ostiũ, seseq; in orationẽ dedit, quo orante elisus sanus surrexit, cumq; ad op⁹ redire iussit, atq; ait: Vere nullus deinceps ex hoc cadendo suę periculum

riculum patietur animæ: iussitq; omnes parietes certo tramite sursum fine vestibulis, sicut hactenus cernuntur construi, ita vt laquearia eiusdem templi in modum crucis suspensa esse videantur. Quæ laquearia deauratis baculis in modum stellati cæli vndique decorauit: muros vero per circuitum varia pictura perornauit, non tali, qualem Propheta Ezechiel perfosso pariete conspexit, sed tali, quæ opera saluatoris, quæ vel in veteri vel in nouo Testamento operatus est, ad ædificationem intuentium repræsentaret.

De situ & dedicatione templi & reliquiis in eo reseruatis.

CAP. XIII.

SItus autem eiusdem templi ad Occidentalem plagam versus est, secundum formam Basilicæ principis Apostolorum Romæ constructam formatum est, propter quod eundem locum Petri domum appellauit: per circuitum vero congrua Monachis construxit habitacula, perfectisq; omnibus decimo anno Ecclesiam in honore S. Gregorii Papę dedicauit, eamque multiplicibus & magnificis Sanctorum reliquiis cumulauit, inter quas etiam brachium sancti Philippi Apostoli ab Ottone tertio Imperatore sibi cum aliis plurimis condonatum, summo studio ibidem collocauit.

De priuilegio Romæ acquisito.

CAP. XIV.

CVmque summo studio Sanctorũ reliquias & cætera quæq; ad diuinum cultum pertinentia vndiq; ex diuersis locis congregaret, eiusdem rei gratia etiam Romam properauit, vt & de Apostolorum liminibus, Sanctorum exuuias, priuilegiumque libertatis perciperet, quod & magnifice impetrauit. Nam cum iam sæpe dictum locum principi Apostolorum proprietatis iure contradidisset, ab eius vicario Ioanne, tale priuilegium aceipere meruit.

Priuilegium summi Pontificis.

CAP. XV.

IOannes Episcopus, seruus seruorum Dei, in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patri videlicet & Filii & Spiritus sancti. Notum esse volumus omnibus Christi fidelibus, qualiter Gebehardus secundus amabilis Episcopus sanctæ Constantiensis Ecclesiæ, dilectissimus confrater noster, orationis causa Romam veniens ad limina Apostolorum principium Petri & Pauli, & antè nostram præsentiam, retulitq; nobis, quatenus ipse Dei nutu compulsus, Ecclesiam cœnobitarum construxisset super ripam fluminis, quod dicitur Rhenus, ad honorem beati Gregorii Confessoris Christi, in quo loco regulam sancti Benedicti Abbatis & Monachorum fratrum luculentissime ordinaret: vbi deuotissime de suis propriis prædiis, quæ à suis parentibus illi euenerunt, & partem de rebus S. suæ Ecclesiæ deuotissime obtulit, ad sustentationem & stipendium illorum videlicet Manachorum, qui in ipso sancto monasterio sedulo Christi laudes persoluere die noctuque non cessant: de quibus nostræ humilitatis supplicans Clementiam, vt prædictus locus ipse sub tuitione & defensione sancti Petri nostra nostrorũq; successorum pontificum in perpetuum maneat: Ita tamen, vt nullus Rex aut Dux neque Marchio, nec etiam Episcopus, qui per tempora in ipso Episcopio fuerit, aut vlla persona audeant de omnibus, quæ ibidem ab ipso iam dicto Gebehardo Episcopo concessa sunt, alienare, aut quoquo modo de ipso sancto monasterio extrahere, sed tuta & stabilita atque firma vsque in futura tempora concedimus permanenda, sed & hoc Apostolica præceptione, rogante supradicto confratre nostro, interdicimus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, ne aliquis eidem monasterio præficiatur, nisi quem communi consensu fratres ibidem Christo sedulo seruientes elegerint, electumque Episcopus benedictionis titulo confirmare procuret. Et hoc ipsum de aduocati electione decerni placuit: si vero, quod absit, aliquando contigerit, vt Episcopus eiusdem sanctæ Ecclesiæ hæreticus vel schismaticus existat, fratres

supradicti Monasterii ex auctoritate sedis Apostolicæ habeãt potestatem Ecclesiasticos ordines requirendi vbicumq; Catholicum n ouerint esse Episcopum, nec ille iniquus, de hoc aliquam eis iniuriam inferre præsumat; nam si quis aliquis homo, cuiuscunque sit ordinis vel potestatis, quod non credimus, in aliquo disrumpere tentauerit ea, quæ ab ipso iam dicto confratre nostro in prædicto monasterio concessa sunt, & à iure & ditione ipsius monasterii auferre voluerit, nisi resipiscat, excommunicatus à corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi consistat, & Anathematizatus à sanctis patribus omnibus & à nobis, nec in exitu vitæ communicet, sed etiam mortuo nomen eius inter Missarum solẽnia nullo modo recitetur. Qui vero pio intuitu custos & procurator huius nõstri præcepti extiterit, benedictionis gratiam, vitamq; ab ipso Domino Deo & Saluatore Iesu Christo mereatur in sæcula sæculorum, Amen. Scriptum per manus Ioannis Notarii & Regionarii & Scrinarii sacri Lateranensis Palatii, in mense Aprili & indictione secunda, datum vero septimo Kalendas Maias, per manus Gregorii Episcopi sacræ Portuensis Ecclesiæ, & Bibliothecarii sedis Apostolicæ. Anno Pontificatus Domini nostri Ioannis sanctissimi Papæ quarto.

Caput S. Gregorii Magni acquirit.

CAP. XVI.

INter cæteras vero, quas idem Pontifex, Beato viro sanctorum dederat reliquias, caput quoque sanctissimi Papæ sibi condonauit Gregorii: sed hoc paucis & sibi familiarissimis cognoscentibus; vir autem Dei tanto munere accepto, maximo delibutus gaudio, festinus vrbem egreditur, verens hoc, quod etiam contigisset, nisi Diuina ministratione profectus fuisset. Romani enim cognoscentes se tanto pignore priuatos, sequasi orbatos, gemẽtes ciuitatem egressi, virum Dei vnanimiter prosequuntur.

Padum siccis pedibus pertransit.

CAP. XVII.

QVod ille sentiens fugam iniuit, fugiendoq; Placentiæ ad Padum fluuium vsque peruenit, quem in immensum excreuisse inuenit, nauemq; altera in parte fluminis consistere doluit; cumque nullum adesse conspiceret, qui nauim aduehere potuisset, iam iamq; insequentes se aduenire formidaret, quod tunc solum subsidii nouerat, ad arma orationum confugit, seseq; in ripa fluminis Deo supplicem dedit, quem mox se inuocantem Christus in tribulatione dilatauit: quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum, & adhuc eo clamante dixit: Ecce adsum; illo namq; orante & omnipotentis Dei misericordiam implorante, vt si voluntatis ipsius esset, quatenus iste sanctorum exuuiæ ad locum destinatum peruenirent, sibi in hoc necessitatis articulo subueniret. Mirum dictu Padus se submisit, & per medium suimet sanctissimo viro modum optimum patefecit, & sicut de Israelitico populo psalmista canit, Mare vidit & fugit, Iordanis cõuersus est retrorsum: & iterum: deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron, ita & nos de isto proclamare possumus: quia Padus illum vidit & fugit, & de cursu suo conuersus est retrorsum, & fideles suos deduxit Dominus per aquas multas, in manu serui sui Gebhardi; Ipse autem vir Dei, statim vt sibi à Domino viam prospexit patefactam, cum suis omnibus ingressus omni cum alacritate pertransiuit; vnus autem nequam ex obsequio ipsius sancti postremus pertranseuntium factus, cunctis aliis egressis, in alueo fluminis solus inuentus, concurrentibusque aquis præuentus atq; suffocatus est, secundum illud quod scriptum est, væ soli, quia si ceciderit, non habet qui eum adiuuet, vt surgat. Quod cum viro Dei nuntiatum fuisset, ait: Ex hoc nolite contristari, naulum enim hoc in loco dare debueramus, pro quo istum à Domino sublatum credamus & cum lætitia Christo gratias agentes iter nostrum peragamus; Illi vero, qui virum Dei illô persequuti fuerant, videntes quæ facta sunt, ad propria reuertuntur. Quis vero hæc audiens non obstupescat, quisue obstupescens credat de ste-

de sterili Alemannorum terra, tantum emicuisse virum, per quem Deus his temporibus antiqua renouare dignatus est mirabilia? Sicut enim Moyses cum Israelitico populo per mare rubrum: & Iosue, Helias, & Heliseus, per Iordanica fluenta sicco pertransierunt vestigio: ita iste Domini dilectus Padi alueo fidei concludens per semitam humanis pedibus hactenus inconcessam securis gressibus commeauit.

Duodenos Monasterio deputat fratres.

CAP. XVIII.

10 DOmum autem cum peruenisset, collocatis cum omni diligentia reliquiis ordinatisq; duodenis, vt supra dictum est, ad locum fratribus, Periggerum tertium decimum vicem Christi inter eos agere constituit.

De seruis suis artifices deligit, & iura ipsis constituit.

CAP. XIX.

POst hæc, conuocatis seruis suis, eligit ex eis optimos quousq; & constituit ex eis cocos & pistores, caupones & fullones, sutores & hortulanos, carpentarios & singularum artium magistros & constituit eis, vt eo die, quo fratribus deseruirent,
20 de cibo & pane fratrum cibarentur, quia dignus est operarius cibo suo. Vt autem bono animo suis ministrarent Dominis, huiusmodi donario cumulauit ipsos, scilicet, vt cum quis præsentium, vel eorum successorum, qui de progenie illorum esset, moreretur, exuuiæ de eis non sumerentur, sed hæredes relictam hæreditatem indiuisam possiderent: si vero de alia progenie aliquis successisset, at hoc donatiuo alienus extitisset.

De militibus, quos Monasterio deputauit.

CAP. XX.

30 COnstituit etiam alios clientes, qui equitando deseruirent, scilicet vt semper parati essent ad equitandũ, quocũq; necessitas exegisset & ad cõmodandum fratribus caballos suos quocunq; popoſciſſent. Hęc autẽ vir Domini, quasi pennatum animal plenum oculis ante & retro parauit, vt videlicet fratres ibidem Christo famulantes, spiritalibus atque carnalibus necessariis sufficienter instructi, expediti contemplatiuæ cum Maria ad pedes Domini vacarẽt vitæ, nec eos sollicitudo Marthę in actiua aliquoties perturbaret, & esset, sicut scriptũ est: Nihil deest timentibus eum: sciebat enim scriptũ: propter inopiã deliquerũt multi, & ideo prouidebat illis interius exteriusque: quæq; erant necessaria, ne inopia vrgente cum periculo animę subsidium quærerent huius vitæ, & ipse pro hoc non beneficium, sed à districto
40 iudice Deo gehennæ tulisset supplicium.

Claudium sanat.

CAPVT XXI.

CVm ergo quodam die in sæpe dicto ambularet loco, obuium habuit quendam claudum eiusdem loci incolam, qui curuatis ad terram genibus & scabellulis, quæ manibus gestabat, caput à terra sustentabat, in modumque quadrupedis omni corpore curuus deambulabat. Is autem peritissimus erat in omni sculptura lignorum, sicuti etiam eiusdem Basilicæ valuis melius addisci poterit. Hunc ergo cum
50 venerabilis vidisset Pontifex, ait ad eum: homo cur manibus pedibusq; tellurem premis, nec rectis graderis plãtis? scitis ait, scitis dudũ domine, quod dei debilitatus iudicio erectꝰ quoquã gressum mouere nequeo. At ille, baculũ, quẽ manu gestabat, claudo porrexit: sume inquit, & in hoc te sustẽta, rectoq; cursu deinceps ambula: ille autẽ sumens baculũ super eo se erexit, nouisq; gaudẽdo dominũq; laudãdo gressibus currere cæpit: ô virũ ineffabilẽ & principibus Apostolorũ Petro videlicet atq;

Paulo comparandum, quorum vnus claudum ad ſpecioſam partam templi iacentem & mendicantem erexit, alter vero dormitantem Eutychum & de tertio cænaculo in inferiora cadentem viuum reddidit atque ſaluum: ſic iſte Domini dilectus claudum non iacentem, ſed manibus genibuſq; reptãtem propriis gradi fecit plantis, hominemq; de altitudine murorum cadentem viuum reddidit & incolumem: qua in re conſiderandum eſt, quam ſanctus quantique apud Deum meriti fuerit, per quem Chriſtus non minora, quã etiam per ſuos Apoſtolos monſtrare dignatus eſt. In modernis enim adhuc temporibus refrigeſcente etiam charitate multorum, in ſuo fideli, veritas complere dignata eſt, quod ſuis promiſit diſcipulis dicens: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

De obitu Sancti viri.

CAPVT XXII.

CVm autem bonorum Remunerator operum famulum ſuum de turbulento huius mundi ſalo ad portum perpetuæ quietis educere decreuiſſet, moleſtia corporali pulſatus, dormitans non eſt inuentus, ſed ſuccenſa lampade venienti Domino atq; pulſanti obuians ouando ei aperuit, dicens cum Apoſtolo: cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, cumque languor corporis ingraueſceret, & ſe de hoc ſæculo citius migraturũ præſenſiſſet, rogauit, ſe in tẽplo, quod ipſe fabricarat, ſepeliri. Nam tunc temporis in Conſtantienſi morabatur ciuitate, in qua etiam hæc eadem eum infirmitas occupauerat. Languore autem ad vitalia veniente ſexto decimo Epiſcopatus ſui anno, ſexto Calendas Septembris, viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, Angeliciſque, vt vere credendum eſt, manibus euectus talẽtum ſibi creditum Domino duplicatum repræſentauit & ab ipſo auctore audire promeruit: Euge ſerue bone & fidelis, quia in modico fidelis fuiſti, ſuper multa te conſtituã, intra in gaudium Domini tui. Cum ergo lotus ac ſacerdotalibus, vt moris eſt, veſtibus indutus & feretro impoſitus ad Eccleſiam fuiſſet deportatus; diſſenſio exorta eſt, vtrum in ipſa Eccleſia, ſponſa videlicet ſua, an vti ipſe rogauerat, in ea, quæ ab ipſo conſtructa fuerat, debuiſſet tumulari. Illis vero ita inter ſe altercantibus, aliis quidem eius petitionem implere cupientibus, aliis vero tanti paſtoris exuuiis carere dolentibus: tãdem maior minorem vicit partem, quæ ſe ſui patris reliquiis exorbitare nolle clamabat, & decreuerunt eum in eodem loco ſepeliri.

De ſepultura eius & miraculis in funere curando factis.

CAP. XXIII.

ACcedentes autem hi, qui ad portandum feretrum deputati fuerũt, loculum leuare atq; ad præparatum ſepulchrum deferre conabãtur, cumq; brachia tenderent ad feretrum, cæperunt toto corpore tremere, ac immenſe pauore concuti, ita, vt etiam pene humano amiſſo ſenſu, amentes efficerentur, tantoque ponderei ipſum depreſſum eſt feretrum, vt humanis viribus moueri nequiuiſſet: tunc omnes qui aderant, hoc miraculo perterriti cæperunt dicere, illum ſepulchri locum à deo ſibi prædeſtinatum non fuiſſe tandemq; diuino correcti iudicio, decreuerũt eum, vbi ipſe rogauerat, ſepeliendum fore. Portitores autem iterum accedentes cum omni velocitate loculum leuauerunt, atque omnis illa priſtina grauitudo ita ex toto immutata eſt, vt pene nil ponderis ſe portare præſenſiſſent.

Cum autem ianuam eiuſdem egrederentur Eccleſiæ, aliud non minus miraculum diuina monſtrare dignata eſt miſericordia. Nam illis, vt dictum eſt, Eccleſiæ limen egredientibus, columba, cunctis cernentibus, aduolauit & ſupra iam ſæpe dictum beati viri nullo ambigente conſedit feretrum, indeq; nõ receſſit, donec tranſnauigato flumine, Eccleſiam S. Gregorii ingreſſi fuiſſent. Quam mox, vt intrauerunt, columba, quæ videbatur, diſparuit eamque nullus deinceps videre prævaluit, tantique odoris fragrantia, eos illic excepit, vt omnes ſe quaſi renouatos crederent, nulluſque ſe vnquam aliquid, quod tanti eſſet odoris, præſenſiſſe memorarit. Quæ etiam fragantia tamdiu ſuper ſanctum corpus permanſit, quouſque eum maximo in honore meridiana parte eiuſdem templi ſepulturæ tradidiſſent: quia enim columbinæ

lumbinæ fuerat ſimplicitatis, rectè in eius funere columba apparuit; per quam mentis illius ſinceritas vitæque monſtraretur innocentia: recte in exequiis pii paſtoris noua odoris fragrantia bonarum refectæ ſunt nares ouium, quæ videlicet prius in anima eius prædicatione ſemper reficiebantur ſimul & oratione. Vtrum autem in ipſa columba ſancta eius anima, ſicuti & de aliis ſanctis legitur, quorum animæ ſæpius in columbæ ſpecie, cælum viſæ ſunt penetrare: an quis alius apparuerit ſpiritus, nobis quidem incognitum, Deo autem, cui omnia nuda & aperta ſunt, eſt cognitum: qui etiam hoc ipſo miraculo ſuum in cœlis dignatus eſt famulum hominibus monſtrare clarificatum. Igitur beati pontificis anima cœlo recepta, carne vero terræ honorifice commendata; tale Epitaphium eius tumbæ aureis ſubſcripſerunt characteribus.

EPITAPHIVM.

Debita pars terræ fallentia tempora ſperne
Et memorare viæ quam teſtatur cinis iſte:
Gentis honor noſtræ iacet hic gentis dolor atq;
Præfuit huic vrbi, cuncto ſed profuit orbi
Hancq; Deo ſedem Templi fundauit & ædem.
Parti terrenæ Deus ignoſcens miſerere,
Redde vicem iuſte, quia te dilexerat iſte.

POſt hæc quadam nocte eiuſdem Monaſterii abbas Periggerus nomine, cuius ſuperius mentionem fecimus, oratorium causâ orandi ingreſſus eſt, cumq; attentius in ipſo noctis ſilentio orationi incumberet, ei beatus apparuit Gebehardus, & hilari vultu ad eum loquutus eſt: ſcias pro certo apud omnipotentem me impetrauiſſe Deum, vt nullus fratrum modo in hoc monaſterio Chriſto deſeruientium à morte lædatur ſecunda; ſed omnes mortem ſubeuntes temporalem vitam cum Chriſto poſſidebunt ſempiternam, hoc dicto, ab oculis eius euanuit, nec eum vlterius cernere quiuit. Ipſe enim beatus iam de hoc ſæculo victoriam nactus, ſuorum adhuc in mundo laborantium ærumnas non eſt oblitus; ſed vt quidam ait: verus amor Chriſti vera eſt cuſtodia legis: Et mandata Dei complet amans homines, prioris recordatus amoris, ſibi famulantibus & adhuc in via laborantibus, apud Deum eſt auxiliatus, eoſque de proſperitate conſummandi itineris eſt conſolatus, vt videlicet eo ardentiores viam rectitudinis properarent, quo ſe ad patriam peruenturos minus dubitarent. Quapropter & nos aſſiduè eius implorare condecet auxilium, vt eius meritis adiuti de periculis huius euadamus exilii & patriam mereamur paradiſi. Erat etiam idem venerabilis heros capite caluus omnino, ſermonem autem ſuum hoc iuramento ſolebat firmare, quaſi diceret: per meum caput non natum; quia videlicet non natus, ſed de vtero matris exciſus; calido aruinæ globo eſt inuolutus, propter quod & dicebant, eum latum habere caluitium.

Sedit autem in Epiſcopatu annis ſedecim: ſexto decimo defunctus eſt, die ſexto Calendarum Sebtembrium; Anno ab incarnatione Domini nongenteſimo nonageſimo ſexto; tertio decimo vero Anno Ottonis Auguſti eiuſdem nominis tertii, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui vna cum Patre & Spiritu Sancto vnus eſt honor & gloria per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

INCIPIVNT CAPITVLA SECVNDI LIBRI.

CAP. I.

De nebula quæ ſuper tumbam eius viſa eſt & quomodo ipſe cuidam clarificatus apparuit.

CAP. II.

De cæco illuminato.

CAP. III.

Quod multi Dæmoniaci per eum ſint liberati.

CAP. IV.

De ſanatione paralytici à dæmonio vexati.

CAP. V.

De muliere vexata.

CAP. VI.

Quomodo cuidam fratri apparuit.

CAP. VII.

De cuſtode Eccleſiæ.

CAP. VIII.

De ſcabioſo fratre.

CAP. IX.

De curatione Paralytici pueri.

INCIPIT SECVNDVS LIBER DE MIRACVLIS Sancti Gebhardi.

LEGITVR poſtquam Redemptor humani generis famulũ ſuum Gebhardum de voragine huius ſeculi ad ſupernam patriam tranſduxit, referuntur multæ virtutes, quas per eum nobis Dominus oſtendere dignatus eſt, dum ſancta eius anima abſoluebatur à vinculis carnis, & rediit ad Dominum, qui dedit illam; & quantam potentiam eius miſericordia cunctis auxilium & gratiam ad eius tumbam deuote precantibus Dominus fecerit, non eſt noſtræ ſcientiæ, vt dignum eſt, vobis intimare: quædã tamen ad notitiam poſterorum, prout Dominus donare dignatus fuerit, literis commendare; quædam vero ſilentio præterire curamus; ne tædioſo lectori faſtidium incutiamus & tantum ſtudioſo ſatisfacere valeamus. Nomina vero eorum, à quibus nobis tradita ſunt, ſupprimimus, ſicut fecimus, ne ipſa barbaries vocabulorũ offendat, & latinus ſermo ſuum decorem non amittat.

Vir itaque Angelicæ in carne vitæ, Deo deuotione contriti cordis militauit, dum vixit, & penitus ſe in hac carne crucifixit, ideo & Dominus, quia ſocius fuit paſſionum, conſortem fecit eum & conſolationum, non tantum in ſupernis ſedibus remunerando, verum etiam in terris coram humanis obtutibus, ſignis & virtutibus illuſtrando, ſicut in ſequentibus luce clarius patebit relationibus.

Nebula ſuper tumbam eius videtur & ipſe glorioſus cuidam apparet.

CAP. I.

FRater quidam iãm ſæpe dicti Monaſterii ad tumbam ſancti viri Gebehardi ſe orationi accommodauit, dumque ſe attentius Deo precibus commendaret, vidit nebulam totum ſepulchri ambitum contegentem, & ſuauiſſimum odorem ex ipſa nebula naribus præſenſit redolentem. quæ aliquantiſper morata, ab oculis cernentis atq; ſtupentis paulatim ſubtracta eſt, qua in re conſiderandum, quanta claritate quantoq; odore ſancta eius anima in ſuperna ciuitate perfruatur, cuius etiam corporea putredo in terris tanta odoris fragrantia illuſtrata eſt. Quia enim de illis fuerat, quos Eſaias propheta prævidens admiratur dicẽs: qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? Recte ab odorifera nube eius viſitatum eſt manſoleum, cuius conuerſatio ſemper in cælis fuerat, & qui die noctuq; ſuas ad Cælum cum odoramentis bonorum operum direxerat orationes, quaſi incẽſum ſacrificii veſpertini; & vt per hæc apertius

tius monstraretur æternæ lucis hunc inhabitare valde glorioſam manſionẽ. Sic enim iſtis etiam temporibus, rudibus fratribus eius merita ignorantibus, eiusque ſanctitati detrahentibus, cuidam eorum in viſione apparuit, in lucidiſſima ſedens mansione, ſacerdotalibus indutus veſtimẽtis, mitra capiti ſuperpoſita cũ ineffabili claritate excelſo ſedẽs in throno, dicens ad eũ: Ecce frater oculis approbare poteris tuis, q̃ conſpectui omnipotẽtis Dei nõ ita deſpicabilis aſſiſto, quomodo quorundã fratrum tuorum exiſtimationi appareo. In omnibus enim vtilitati ſuorum conſulens, ne fortaſſe ſibi detrahendo peccarent, ſuam, Deo opitulante, dignatus eſt eis præmonſtrare claritatem, vt videlicet ſcirent, quanto honore dignus, qualiue reuerentia ab hominibus in terris eſſet excollendus. Sed quia frater ille, cui viſus eſt, prę humilitate ipſam viſionem pene nulli innoteſcere voluerat hominum, diuina clementia aliud apud ſepulchrũ illius cunctis aſtãtibus & cernentibus in dæmoniaco homine oſtendere dignata eſt miraculum, ſicut poſtea plenius ſcriptum inuenitur. Ex quo omnes correcti ſanctum Dei digna deinceps cum veneratione excoluerunt, eiq; ſe ſuis in orationibus ſtudioſiſſime commendauerunt.

Cæcus illuminatur.

CAP. II.

ALio quoq; tempore cæcus quidam de pago Turgan aduenit, & apud ſepulchrum ſancti confeſſoris ad orationem cõſtitit. Quem Deus ſecundum quod per Prophetam ſuũ pollicitus eſt dicẽs: Inuoca me in die tribulationis & eruam te, & honorificabis me: ſua miſeratione ſe inuocantem reſpexit, eumq; per merita ſui famuli Gebehardi de tenebris cęcitatis erutum lumen Solis videre donauit. Ille autem admirans quis eſſet, quis fuerit, orbes oculorũ circumducere cæpit, explorare cupiens vbi eſſet, vel qualiter circa ſe actum fuiſſet, tandem ſe ſoli redditum recognoſcens, magno cum clamore Chriſto eiuſq; confeſſori gratias egit, cunctiſq; ſe oculorum officia recepiſſe, ingenti cum gaudio intimauit. At hi, qui eum cæcum adueniſſe viderant, videntem tardius credere poterant: ſed poſtquam veritatem experti ſunt, maximo cum tripudio miſericordi Deo gratias retulerunt, qui in ſuis ſanctis ſemper eſt mirabilis, & quoniam in ſæculum miſericordia eius, ſuper omnes qui ex toto corde quærunt illum.

Plures energumeni per eum liberantur.

CAP. III.

PRæterea Dæmoniaci multi per eum ſunt liberati, quorum quidam dum ad ſpelæum ducerentur, dixerunt, ſe ibidem eſſe exituros, ſed apud ſanctum Conradum ſe eiiciendos eſſe proclamabant. Cumque illo adducti fuiſſent, ſimilia fatebantur & reducendi plerumq; in medio fluminis liberabantur, vt per hæc manifeſte daretur intelligi vtrorumq; interuentu eos à calumniatore eſſe liberatos.

De ſanatione paralytici à Dæmone vexati.

CAP. IV.

QVidam autem colonus eiuſdem loci paralyſi diſſolutus, per multa tempora lecto decubabat languidus, qui die quadam ſolus cum ſola coniuge domi remanens, ſubito arreptus à dæmonio de lecto proſiliuit, fuſtem arripuit, mulierem petiit, fuſtemq; ad percutiendum eam librauit. Illa autẽ exiliens in manſiunculam aufugit magniſq; clamoribus ciues aduenire fecit. Audientes enim clamorem mulieris accurrerunt, hominemq;, quem iam dudũ paralyticum nouerant, inſaniſſimum repererunt, quem vix maximo cum labore tenuerunt, nec vlla ratione eius rabiem domare potuerunt, donec multorum viribus hominum collectis, ſellæ illigatum ad Eccleſiam deportarunt, & tumbæ ſancti confeſſoris ſuperpoſuerunt, qui ſtatim ſecundum illud Apoſtolicum: fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſuper quam poteſtis portare, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere, meritis beati pontificis Gebehardi liberatus, nec multo poſt etiam ex hac vita ſubtractus eſt.

De muliere obsessa à Dæmone.

CAP. V.

MVliercula de villa Schwindorf dicta, de infestissimo dęmonio per multorum temporum curricula crudelissime vexata, per plurima sanctorum loca est deducta, nec mundata. Tandem ad beatum Gebehardū amici eius illam se perducere velle dixerunt. Hoc audiens Dæmon, cōtristatus est valde & dixit. Et quid proteſt, si me ad illum perduxeritis virum!, in quo nil sanctitatis constat haberi? Ego enim nulla ratione per eum de hoc vase expelli potero. Nam in vita sua simulator atque seductor extitit, & hic talis quomodo in me aliquam exercere poterit virtutem? Hæc & his peiora, illo memorante: Inuentori falsitatis nequaquam fidem accommodantes inuadunt iter, quod ducit ad locum Petri domum dictum. Quod cum dæmon præsensisset, cœpit perturbari & contristari, & diras voces ad cœlum dare, & multo plus solito hominem discerpere atq; vexare. Ad locum autem cum peruenissent, magno cum labore ad Ecclesiam pertracta est: Statim dæmon per os mulieris sanctum Dei maledicere cœpit, vociferando sæpius, quam replicando atque dicendo: Væ tibi male Gebeharde, vt quid me incendis? tunc ad sepulchrum ducta, ibiq; miserabiliter ab hoste discerpta est, post paululum reducta est. Item post missas, sanctorum allatis reliquiis, multorum hominum viribus, aliis trahentibus, aliis vero compellentibus adducta magnis clamoribus vociferando, sanctumq; Dei per nomen maledicendo, & quod se incenderet importunis vocibus cōquerendo, tandemq;, quamuis laborioſe, tumbæ sancti confessoris superpositu atque à presbytero exorcismus cunctis fratribus cū aliis multis astantibus super eam recitatus est. Quæ statim à maligno spiritu liberata conticuit, nec vltra vocem clamoris emisit. Antiquo ergo hoste recedente, mulier cui paulo ante pene nemo appropinquare ausus fuit, iam quasi exanimis iacuit, nec vllum corporis membrū mouere quiuit. Tandem resumptis viribus surrexit, disco opertumque pectus velauit, & lachrymabiliter Deum ac saluatorem, eiusque confessorem Gebehardum quātis potuit verbis magnificauit. Quanta illic gaudia lachrymarum plena, quis memorare, quisue effari poterit? Ibi enim resonabant voces diuersæ, Monachorum, populorum, diuersi sexus & ætatis, cum sono companarum omnes hymnun Deo concrepantes, qui per suum seruum facturam manuum suarum de manu superbi calumniatoris eripuit, & vas sacro fonte baptismatis ablutū ab immundissimo autē inuasore coinquinatum emundauit, ad laudem & gloriam nominis sui sancti; & Confessoris atq; Pontificis sui Gebehardi, deinde vero cū vexillo S. Crucis & populorū fauore transmissa venit Constantiā, vt mater Ecclesia mortuę filiæ & resuscitatæ congauderet congaudēsq; spirituale conuiuiū præpararet, ad quod amicos atq; vicinos cōuocaret, dicens eis: Cōgratulamini mihi, quia inueni ouē meam, quę perierat, & iterum: Epulari & gaudere oportet, quia hæc filia mea mortua fuerat & reuixit, perierat, & inuēta est. Nocte autem subsecuta malignus iterum aduenit habitator, & mulierem iam pridie dimissam suscitauit, eiusque auribus talia infudit venena dicens: O dilectum vas, quare tam nequiter contra me feciſti, quod me tui antiquum inhabitatorem respuisti & fidelitatem mecum iam dudum cōseruatam abnegasti, propter seductorem illum Gebehardum, qui me expulit à te? Nam hūc ipsum scias tibi nullo modo profuturū fore. Sed redi quæso, redi ad me, non enim dignum est, vt alterum pro me tuum in vas recipias, sed rogo mihi non deneges iam tamdiu multum amabilem mei tecum cohabitationē. His & Huiuscemodi sermonib. antiquo serpente auribus mulieris insibilante, illa religiosas fœminas, inter quas illa nocte manebat, excitauit eisq; quas pateretur ab aduersario molestias aperuit, & vt Domino pro se supplicarent postulauit. Quo facto, & die crastino imagine Crucifixi & Euangelio, quod beatus Ioannes de verbo, quod in principio erat apud Deum, conscripserat, donata atque consignata: omnis illa infestatio immundi spiritus ita ex toto discessit, vt vlterius nunquam eam molestauerit, sed saniſſima cum omni gaudio ad propria commeauit, laudās & glorificans eum, qui fecit misericordiam cum illa, cuius glorioſum nomen erit benedictum ex hoc nunc & vsque in sæculum, Amen.

Cuidam

Cuidam ex fratribus se aspectabilem præbet. CAP. VI.

IN eodem monasterio erat quidam Monachus Psalmodiæ nimium deditus, cui per somnum visum est, quasi coram tumba sanctissimi confessoris Episcopi Gebehardi constitisset: cui sic stanti sanctus Pontifex, quasi de tumulo prodiens apparuit, & salutationis verba ad eum protulit, eique pauitanti sic ait. Noli timere frater. Ego enim sum Gebehardus ille, qui hanc ædem Christo, eiusq; confessori Gregorio fabricaui; vade ergo & dic fratribus meis, vt bono animo sint & voluntariè Christo sanctoque Papę Gregorio in hoc meo monasterio deseruiant, atque his addidit: Sciatis pro certo quod omnes quicunque in hoc Monasterio voluntariè cum bono proposito deseruiens inuentus fuerit, in omni tentatione atq; tribulatione me sanctumque Gregorium fortes auxiliatores apud Deum habebit, & in extremo iudicii examine ante thronum iusti iudicis ęterna vita coronandum ipsum perducturi sumus. His dictis ab oculis cernentis elapsus est.

De custode Ecclesiæ. CAP. VII.

NEque hoc prætereundum puto, quod quidam è custodibus eiusdem Ecclesiæ, dum lumen lucernæ ad sepulchrum eius ardens, ante lucem diei extinguere solitus esset, quadam nocte ei sanctus in somno apparuit Gebehardus, eiq; digito oculum tetigit. Quem statim morbus inuasit, & in breui luscum reddidit, & meritò, vt qui sanctum Dei æterna luce in cœlis clarificatum in terris materiali lumine ex parte priuauit, ipse quoque lumine, quo semitam regeret, ex parte priuaretur.

De fratre scabie infecto. CAP. IIX.

ALius etiam in eodem iam sæpè dicto cœnobio iuuenis fuit, cuius brachia tibiasque tumor & scabies valdè grauis inuaserat, nec vllis medicaminibus illi subueniri poterat; Cumque iam de humano desperaret auxilio, ad illius se contulit præsidium, qui dixit: Ego occidam, & viuere faciam, percutiam & ego sanabo: sed quia semet nequaquam idoneum conspexit ad eius adiutorium implorandum, fideiussorem quæsiuit, per cuius auxilium etiam, quod voluerat, impetrauit. Nam cum ad missas quæ apud sepulchrum sanctissimi Pontificis celebrantur Gebehardi, subdiaconi sæpius fungeretur officio, deuoti cordis supplicatione flagitabat, vt quoniam humano sibi non potuisset subueniri medicamento, Diuino per intercessionem ipsius sancti sanaretur iuuamento; adhæc se in eadem congregatione, si sibi sanitas concederetur, voluntariè vsque ad finem vitæ suæ permansurum Deo & sanctis eius deuotissimè spopondit.

Quadam verò die post gemitus & suspiria orationum, caput super tumulum fessus reclinauit: Cumq; surripiente somno obdormisset, vidit beatum Gebehardum quasi de crypta, quæ iuxta est, Pontificalibus amictum ornamentis procedentem & ferula, quam manu gestabat, se tangentem, sibique audiuit dicentem: Sanus sis in brachiis & tibiis; Hæc dixit & exparuit, & videns euigilauit, & illa hora leuius habere se sensit, iuxta illud, quod Psalmista de Domino loquitur dicens: Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Ergo ex illa hora, sicut ille posteà referebat, brachia, cruraque ipsius sanitate temperari cœperunt, donec in breui ad instar pueri nuper nati omne corpus eius integerrimæ sanitati restitueretur.

Curat Paralyticum puerum. CAP. IX.

QVia verò Regis secretum bonum scimus esse celatum, Dei autem mirabilia, quæ sunt nimis inenarrabilia, optimum esse palam narrare, Christicolisq;

ſtudioſius prædicare, nos quoque nequaquam ſilebimus, quòd Diuina pietas nuper apud ſepulchrum iam ſæpe dicti Confeſſoris Chriſti operari dignata eſt. In Conſtãtia namq; ciuitate erat muliercula diuitiis valde paupercula, ſed fide Chriſti, vt poſt patuit, plena, habens paruulum filium ab ineunte ętate paralyticum. Hic namque nunquam erectus ſederat, nunquam pedibus ambulauerat, ſed ſemper æger lateri incubabat, & iam fere per quinquennium matrem ſic debilis vexabat, quem mater ipſa miſerabilis ſecum detulit in vlnis, cum plebs vndique confluéret, vt feſtiuitatem concelebraret beati Papę Gregorii in loco piiſſimi pręſulis Gebehardi, ergo iam dicta matercula flebilis venit ad tumbam beati Antiſtitis, paruulum iuxta antrum Sancti proiecit, & ipſa ſecus illum orans conſtitit: cum ſubito ſe puerulus erexit, & per ſemetipſum tunc primum aſſedit; quod cernens muliercula lætabunda nimis eſt facta, de ſibi præſtita omnipotentis gratia, feſtinaq; accurrit, filium in brachia ſuſtulit, ad altare Sancti Gregorii ipſum deportauit, & lætiſſimis vocibus Domini miſericordiam collaudauit, & ſic ad propria gaudens repedauit. Ex hoc cœpit puer in dies viribus cõfortari, & poſt paucos dies, a matre duos baculos poſtulare: quos cum accepiſſet, ſe ſuper hos vtraque manu ſuſtentauit, & aliquantis diebus huc atque illuc per ſemetipſum in laribus deambulauit. poſt hæc calceamenta ſibi comparari, & ad Medicum iterum ſe reduci cœpit poſtulare. Mater vero libens nuntia peregit, quę paruulus eius poſtulans exegit. Porrò calceamentis datis mulier filium tulit ad Sanctum, perrexit, & coram lecto ſe in oratione proſtrauit; tunc poſt paululum puer baculos proiecit, & per ſemetipſum firmis greſſibus domum lætus cum matre remeauit. Ecce, pater, vt potui, tua iuſſa libens peregi, nec manibus cõſcripſi, niſi quod auribus audiui, à viris veraciſſimis, probatis etiam ſenioribus. nec me culpare poteſt lector, quod mea conſcientia véritatum ſim in aliquo tranſgreſſor: ſi quid tamen mea imperitia culpatur, tua pater authoritate defendatur, erroremque benigne corrigat, ſi quis lector eum in hoc deprehendat. Ad extremum vero pie ſupplicamus Chriſto, vt intercedente beato Gebehardo veniam delictis tribuat, cœleſteq; Regnum nos intrare faciat, vbi ipſe cum patre & Spiritu Sancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Finit vita Sancti Gebehardi feliciter.

LAMBER-

LAMBERTVS XXVII. Episcopus Constantiens. quem Hermannus Contractus in suo Chronico quamplurimum commendat, dicens eum voto & habitu monachum fuisse, ac si diceret religionem quam animo concepit, eam etiam corporalibus gestibus ostendisse, nec quid verius quam dum exteriora interioribus correspondent, integritas etiam sua ex eo patet, cum statim post S. Gebhardi obitū successor fit, cuius autem genealogiæ aut monasterii fuerit planè nō constat, traditur tamen eum de Petridomo religiosum extitisse, qui profecto antistes fuit non immeritus, qui etiam maiorem B. Mariæ matris Domini semper Virginis Ecclesiam Constantiens. quæ ruinam minabatur, fideliter restaurauit ampliauitq;. Tempore vero suo magna erat in Ecclesia pax & tranquillitas, eoque tempore S. Imperator Henricus, videlicet anno MVI. Episcopatum Bambergensem fundauit, & omnia quæ bona per successionem hæreditariam à Burckhardo Duce Sueuiæ de Twiel ac domina Haydwige vxore sua eum contigerunt eidem Episcopatui donauit, & insuper monasterium quod dictus dux Burckhardus in castro suo Twiel (vbi successiuè septē prę̃sederunt Abbates, primus videlicet S. Welfridus Comes de Norgeltz cuius corpus in Stain requiescens multis claret miraculis. Secundus Rehwing. Tertius Diethricus. Quartus Starcolphinus. Quintus Regingerus. Sextus Meningosus. Septimus Trudewing) habuit. Circa septimum hunc Abbatem ad Stain oppidum Rheni transtulit, & in S. Georgii honorem dedicari fecit, cui etiã de sufficientibus vitę necessariis prouidit atq; prospexit. dictus Lampertus Episcopus circa tempora à Natiuitate Domini IXCXCV. electus, cum annis XXIII. prę̃sedisset anno MXIIX. obiit, vt scribitur, morte appropinquante, tanta pediculorum superfluitate per omnia membra confusus est, vt familiares sui nec frigida nec calida aqua eum à pediculis mundare possent, quinimò huiusmodi pediculorum cumulum, ad instar apum hincinde ambulantiū sufferre eum oportuit, vsq; in mortem. Causa huius assignatur, quia quamplurima preciosa clenodia quę S. Gebhardus monasterio suo Petershausen contulit, ipse ad S. Henrici Cæsaris instantiam propria sua auctoritate eidem Cæsari, alias cum eisdem Ecclesias decorandi gratia, donauit. Me autem iudice hanc huius ægritudinis causſam fuisse non credo; quia vt supra patuit Lampertus iste vir fuit commendabilis, Henricus verò Imperator sanctus, vbi quilibet facere, Lampertus quicquid donare, & alius recipere potuit, fecit.

27. *Contractus ad An. 995. scribit habitu & professione monachum.*

Contractus ad eundem annis.

RODHARDVS siue Richardus XXIIX. hic sincera cordialitate vnanimiq; omniū electorum voto Episcopus eligitur circa annos Domini MXIIX. eo etenim tempore diœcesis cum suo antistite magno in honore maximaq; reputatione habita est, præsedit annis ferè quinq;, eo tempore quo S. Imperator Henricus coronã Imperii atq; benedictionem à Benedicto huius nominis Papa IIX. obtinuit, at illico dehinc armata vi in Capuã contra Saracenos prodiret eos vincendo & in fugam conuertendo, dictus Episcopus & Burckhardus Abbas S. Galli prę̃sentes fuere, sed tanta eius inualuit pestilentia sic quod ambo illic peste morerentur circa annos Domini MXXIIX.

28. *Contractus mſ. Ruothardus.*

Contractus An. 1022.

HEYMO XXIX. Episcopus vir siquidem tam in ecclesiasticis quam sæcularibus rebus peritus, in quibus etiam præ cæteris speciali sapientiæ & prudentiæ munere pollebat, quare cum post S. Henrici Imperatoris obitum maxima in Imperio oriretur discordia, ipse vna cum nonnullis aliis principibus pro huiusmodi sedanda vocatus, nequaquam minimus erat, ad hoc Episcopii munus legitima electus fuit electione, circa annos à natiuitate Domini MXXI I I. præsedit annis IV. & in *paralysi quasi subitaneè, obiit Anno Domini MXXVII.

29. **Contractus pleuresi.*

WARMANNVS Comes de Dillingen & Kyburg circa tempora post natalem diem Christi MXXVII. trigesimus Episcopus Conuentualis fuit Heremitarum vulgo Einsidler, vir tanto præconio dignus, vt cum Romanorum Imperator Conradus huius nominis II. Arnestum ducem Sueuiæ eodem ducatu priuaret & de eiusmodi ducatu Hermannum Arnesti fratrem inuestiret, ipse eundem Hermannum (qui adhuc iuuenis erat) dicto Warmanno vt eum in ducalibus principalibusq; moribus informaret, commendaret. Præfuit An. Domini *MXXI IX. præsedit annis ferè *VI. & obiit An. Dom. MXXXIV.

30. **Contractus An. 1026. *Herman. Contr. 8.*

PARS VETERIS KYBVRGENSIVM ET DILLINGENSIVM FAMILIÆ: IN QVA NATI Constantienſes Epiſcopi tres Warmannus, Eberhardus & Vlricus.

Sequens tabula multis locis correctionem poſtulat. Certa tamen illa ſunt, quæ aſcriptã A literam habent.

A
Hartmannus *Comes de Kyburg (Kugeburg) vixit Anno* 861.

A
Dithburga *filia Burcardi ducis Sueuiæ ex Veringiæ Comitibus.*

A
Hugobaldus *Comes de Winslingen, factus Comes de Dillingen.*

A
S. Vlricus *Epiſcopus Auguſtanus Anno* 923. *Moritur Anno* 973.

Hartmannus II. *Comes Kyburgi dictus ſenior Anno* 950.

Adelheyda *filia Adelberti neptis Lipfridi vel Luthfridi.*

Mangoldus *Comes de Kyburg dominus in Werden.*

Benigna *& ſorores moniales.*

Berta *vxor Vlrici Comitis de Gamentingen.*

Adalbertus.

Hartmannus III. *iunior.*

Manegoldus *moritur Anno* 994.

Hugbaldus *moritur ſine hærede.*

Hugwaldus *Comes in Dillingen Anno* 1170.

A
Manegoldus *Comes in Kyburg.*

A
Warmannus *Monachus in Einſidlen & inde Epiſcopus* Conſtantienſis, *in magna Chunradi Salici Imp. gratia. Anno* 1027. *Moritur Anno* 1034.

A
Eberhardus *ſuccedit fratri factus Epiſcopus* Conſtantienſis *Anno* 1034. *moritur Anno* 1051.

A
Vlricus *Epiſcopus* Conſtantienſis *Anno* 1110. *Moritur Anno* 1127.

Vlricus.

A
Hartmannus *cingit muro Diſſenhofam Comes Kyburgi.*

A
Vlricus *Comes in Kyburg.*

A
Anna *Berchtoldi Zaringenſis poſtremi ducis ſoror, Berchtoldi quinti filia.*

A
Heylwiga *mater Rudolphi Habſpurgici Cæſaris, vxor Alberti prudentis.*

A
Hartmannus *ſenior Comes in Kyburg. Moritur Anno* 1264. IIX. *Cal. Decemb. poſt fratis filium vltimus Kyburgicæ antiquiſſimæ gentis Comes.*

A
Wernerus *Comes in Kyburg.*

A
Hartmannus *iunior obiit ante patruum poſt patrem Anno* 1263.

A
Vxor *prima.*

A
Vxor *ſecunda filia comitis à Werdẽberg.*

O

A
Anna *vnica filia, vxor Eberhardi Habſpurgici ad quem attulit quicquid à Zaringanis Kyburgici poſſederunt.*

Vide in tabula familiæ Habſpurgicæ.

FINIS Familiæ Kyburgicæ.

Reliqua quæ de Dillingenſibus & ſimul quæ de Kyburgenſibus, Lazius, Henningius & alii nugatores habent, puduit aſcribere tum vt apertè falſa, tum vt nullis litterarum vel monumentorum probationibus teſtata eoq; incerta.

EBER-

EBERHARDVS Comes de Dillingen & Kyburg dicti Warmanni frater carnalis, 31
qui circa annos Dom. M.XXXIV. triceſimus primus Epiſcopus eligitur, vir quidem probus ſed (vt aiunt) ſatis pompoſus; hic pro papali ſchiſmate ſedando vna cum Henrico huius nominis tertio Imperatore Romam venit,& per dictum Imperatorem ibidem tribus ſchiſmaticis reiectis, verus papa inſtituitur videlicet Schwigerus epiſcopus Babenbergen. Sed dicto Henrico Imperatore atque aliis in natiuitatis Chriſti vigilia magna cum pompa vrbem ingredientibus, idem Epiſcopus Eberhardus poſtquam annis XII. præſediſſet eadem nocte vita functus eſt, & eo quo decuit honore ſepultus ante fores monaſterii S. Petri illic. An. Dom MXLVI. *Cõt. in portícu S. Petri.*

THEODORICVS XXXII. circa annos Dom. MXLVII. antiſtes fit, qui poſtquã dictus 32
Henricus Cęſar ſchiſma ſedando & Schwigerum papam inſtitueret, ac vna cum Agnete conthorali ſua ab eo qui deinceps Clemens huius nominis ſecundus papa vocatus fuit, Imperialem benedictionem acceperat, ſucceſſu temporis ad feſtum S. Marci in Augiam maiorem deuotionis cauſa declinauerit, diem eiuſdem Sancti feſtiue celebrando, ad præfati Cæſaris inſtantiam, eoque præſente monaſterium S. Marci & Bernaw dedicauit. Et inſuper eccleſiæ S. Stephani plura bona quibus eam ditauit donare placuit, præſedit circiter quatuor vel ſecundum alios quinque annos, & poſt longam corporis infirmitatem in feſto Sanctorum millium martyrum vita functus eſt, Anno Domini MLI.

RVMOLDVS vel ſecundum alios RVMALDVS triceſimustertius, An. Dom. M LII. 33
Antiſtes factus, cuius tempore Beatæ Mariæ Virginis monaſteriũ funditus corruit id præſens Rumoldus incepit reſtaurare, ſed anno MLVIII. inter dictum epiſcopum ex vna, & Nortbertum Abbatem S. Galli partibus ex alia, ardua tã ſuborta ſunt bella, vt non niſi quam pluribus incendiis & homicidiis prȩcedentibus tandem pacificaretur. Exinde ipſe Vdalricum in Augia maiore Abbatem electum confirmauit, certaſq; Eccleſias & altaria conſecrauit. præterea inter dictum abbatem Vdalricũ, prætextu priuilegiorũ, magna ſuborta eſt diſcordia quæ etſi pro concordia fienda, ad ſupradicti Cęſaris Henrici aures ventilata fuerit; & auditis hincinde partibus nihil tamen efficaciter concluſum eſt, ſicut & multis temporibus multa inchoata, pauca debitum ſortiuntur finem; Et ſic tranſit gloria mundi, prȩſedit annis XVII. & obiit anno MLXIX. in magna gratia Henrici IV. Cęſaris.

CAROLVS alias Carolomannus XXXIV. An. Dom. MLXIX. Henrici Cæſaris auxilio 34
Epiſcopus intruſus & Symoniacus ſatis indignus, Quia (vt ſcribitur) ipſe quã ſtatim poſſeſſionẽ adeptus collegium & Eccleſiam ornamentis atque bonis ſuis ſpoliando defraudauit, quo fit vt Canonici tandem in papali ſynodo Moguntina contra dictũ Symoniacum Epiſcopum actionem inſtituerent, & poſt multa etiam Henrico præfato repugnante ipſi in tertio ſuæ præſidentię anno eum obtinuerunt deponi, cuius obitus de meritis forte ſuis exigentibus non ponitur.

OTTO de Gotzlar ciuitate Saxonię XXXV. A. Dom. MLXXI. Antiſtes fit, ad quod 35
prȩfatus Henricus huius nominis quartus dum id perceperit dixit, Noluit Collegiũ Conſt. prȩſulẽ idoneũ (ſupradictũ Carolũ denotando) habere, capiant igitur hunc ſtultũ Ottonem in epiſcopum; hic deniq; epiſcopus contra ſummi Pontificis Gregorii mandatum dicti Henrici partes fouet, quapropter excommunicatus in exilium miſſus, & An. Dom. MLXXIV. propter excommunicationem Henrici epiſcopali honore deſtitutus, & inde poſt duos annos in excommunicatione mortuus Baſileæ ſepultus eſt, & præſedit annis forte tribus, reliquos autem in exilio contriuit.

NOTA.

CIRCA dicti Epiſcopi Ottonis tempora magnum in Imperio ſchiſma erat, Nam Henrici de meritis exigentibus certi principes Imperii dicti Gregorii ſummi pontificis conſenſu contra Henricum prȩfatum Ruodolphum de nobiliſſimo Principum Habſpurg. genere Ducem Sueuiæ Romanorum regem elegerunt, ob cuius teſtimonium dictus papa ipſi Ruodolpho aureã tranſmiſit coronã admodũ preciosã, in qua hæc deſculpta erant verba; Petra dedit Petro, Petrus diadema Ruodolpho.

Ex hoc itaque Imperii schismate maxima suborta sunt bella. Attamen Ruodolphus licet iure mediante Imperium obtinuerit, in bello autem pro dolor occubuit, Vir siquidem omni præconio dignus, Henricus autē Impius in carceribus obiit misere.

NOTA SECVNDO.

ERAT etiam schisma in Ecclesia quia dictus Henricus contra præfatum Gregorium, alium videlicet Gwibertū maledictionis & excommunicationis sententia cōdemnauit. Et pro huiusmodi sentētię executione duo Legati, videlicet Vdalricus Episcopus Albanensis, & Otto Episcopus Hostiensis qui vndiq; summam hanc publicarunt missi sunt; & circa illa tempora duo etiā Constant. Episcopi eliguntur primus nomine Rupertus, Secundus Berchtoldus Canonicus in Buochaw, quorum neuter permansit, quare vera & legitima electio Gebhardum ducem de Zāringen monachum in Hirsaw attigit, vt sequitur.

36 GEBHARDVS dux de Zāringē conuentualis Hirsaw tricesimus sextus, Anno Domini MLXXXV. episcopus creatur. Nam cū antedictus Otto Episcopus Albanensis cōstantiam veniens intelligeret diœcesim huiusmodi propter Ottonis eiusdem quondam demerita viduatam & maximo in mœrore constitutam esse, ipsę cum nonnullis maturis, veris atq; patribus consilio inito, de alio ecclesiæ sponso tractare cœpit, aderat & tunc religiosus pater Wilhelmus Abbas in Hirsaw, vir siquidē doctrina, moribus & religione præstans, & cū eo dictus Gebhardus vir multū deuotus. Itaq; dum inter eligendum reuerendi patres quilibet iuxta suæ conscientiæ exigentiam de vtili pastore seu ecclesię sponso eligendo consuleret. Tandem Sancti Spiritus instinctu dictus Gebhardus vnanimi est electus voto. Quod cum sibi apud altare Beatæ Mariæ Virginis oranti, insinuaretur, ipse in tantum stupefactus est, vt in terram cadens tanquam mortuus amplius penitus nescirēt loqui, sed diuina assistente gratia resuscitatus XIII. mensis Decembris sacerdos, & immediatè subsequenti die Episcopus ordinatur, & præsedit annis ° XVII. hic quoque Episcopus singulis quæ præsulem decorant, plenus, Beatissimæ Virginis Mariæ monasterium quod antecessor suus Rumoldus erexerat, dedicauit. Anno MLXXXIX. Obiit An. MCX. 12. Nouembris.

alia Chroni 1127

In hunc locum pertinet Tabula Familiæ Zaringensis.

FAMILIA DVCVM ZARINGENSIVM, IN ILLA GEBHARDI EPISCOPI CONSTANTIENSIS: Collecta à PISTORIO.

Ex antiquissimis … ex quibus &c … Comitibus.

Pirthilo *Comes Brisgoiæ tempore Otho… & Henrici sancti (ex literis) fundator C… burg. Anno* 1008. *Vixit* 995.

Gebhardus *fundator Sulzburgensis Monasterii cum fratre* 1008.

… *succedit* …

Gebizo *vel Gebhardus.*

Bebizo.

Ermefrida *Comitissa a Sonnenberg.*

Berchtoldus *Zaringensis dux Carinthiæ ex vxore Neckergoiæ & Brisgoiæ, ex patre Bezzelino (ex literis) Nominatur à Tritbemio dux Alemaniæ. Mortuus Anno* 1078. *sepultus Hirschaugiæ.*

Vxor prima Richwara *Marchionissa Carinthiæ.*

… Beatrix … Co… *Carinthiæ ma… Styriæ glo… Conr… Eri… Conradi… …* VIII …

Luthfredus *Comes Zaringensis.*

Vxor *filia Humberti primi Comitis Sabaudiæ.*

Gabiro *vel … inde Epi… manam. C…*

… *Monachus primum Hirschaugiensis, … ensis, Pontificis Legatus per Germaniam.*

Hermannus *Marchio simpliciter dictus quam dignitatem Cæsar Henricus* III. *dederat: deserto mundo fit in Cluniacensi Monasterio occultè pastor pecorũ. Moritur (teste Berchtoldo Constantiensis) Anno* 1074. *Cal. Maii.*

Iuditha, *ditissima & potentissima, fundatrix noui Monasterii Hirschaugiensis post primam fundationem.*

Gisela *vxor S. Ladislai regis Hungariæ.*

Agnes *filia Rudolfi ducis Sueuiæ & Reinfelden, Cæsaris.*

Berchtoldus *Zaringensis dux Alemaniæ, ex promissis Henrici* IV. *Cæsaris, retinet Brisgoiam & Neckergoiam ex socero dux Burgundiæ minoris, & comes Reinfeldit: fundator cœnobii S. Petri. Moritur Anno* IIII. XII *Aprilis, sepultus ad S. Petrum.*

N. Vxor *Comitis de Calwa Gotfridi.*

Sophia *soror Henrici superbi Guelfi ducis Saxoniæ & Bauariæ. nubit secundò Leopoldo Styriæ Domino, vnde mater est Otocari primi Marchionis Styriæ.*

O

Berchtoldus *dux succedit patri, Friburgam ex pago facit vrbem Anno* 1118. *Occisus Molshemii in transitu à ciuibus Anno* 1122. XIX *Febr. sepultus in capitulo Monasterii S. Petri.*

Agnes *vxor Stephani Comitis Burgundiæ qui Guilielmi erat filius.*

Conrad… *… morit… …gnat… Brisgoiæ … Reinfeld… Anno … Ianuarii.*

Berchtoldus. Rudolfus. Ludgarda.

Mortui pueri.

Clementia *filia Gotefridi Namurcensis comitis. Obiit Anno* 1159. XXIIX. *Decemb.*

Hermannus *secundus nominis, primus inter Marchiones Badenses, author omnium Badensium, Habbergensium & Rotelanorum Marchionum. Vide alibi. Moritur* 1130.

4.

Adelbertus *ex paterna hæreditate retinet Teccam, factus primus dux Teccensis.*

Adelheyda *vxor.*

Inde est familia ducum Teccensium vsque ad annum 1432. *in quo postremus Vlricus mortuus est, maritus Marchionissæ Badẽsis Vrsulæ quæ Rudolfi magni filia fuit. Illi alibi explicantur.*

Clementia *vxor Henrici Leonis Guelfi ducis Saxoniæ & Bauariæ.*

1.

Berchtoldus IV. *succedit patri, dictus … & Zaringiæ dux: conditor Friburg… landia Anno* 1170. *iacit fundam… Anno* 1181. *electus frustra Cæsari… lippum, Moritur Anno* 1186. …

Berchtoldus V. *familia… absoluit Bernam. M… ne liberis Anno* 1218. *C… Maii.*

Ida *filia Matthæi Comitis Flandriæ quater nupsit.*

Fridricus

Berchtoldus

Pueri extincti.

2.

Conradus *obit ante fratrem adolescens.*

Heylwiga.

3.

Rudolfus *Episcopus Moguntinus. Sed reiectus fit Episcopus Leodiensis: profectus cum Barbarossa Cæsare in Syriam, & moritur Herderæ prope Friburgum Anno* 1190.

Agnes *vxor Eginonis Comitis ab Urach vel à Furstenbergk, hæres fratris in Brisgoia. Inde est familia Comitum à Freiburgk: & simul Comitum à Furstenbergk.*

5.

Hugo *dominus multorum prædiorum & feudorum in Brisgoia: relinquit in feudis fratrem, in reliquis alios hæredes.*

FINIS DV… IS FAMILIÆ.

FAMILIA DVCVM ZARINGENSIVM, IN ILLA GEBHARDI EPISCOPI CONSTANTIENSIS: Collecta à PISTORIO.

Ex antiquissimis … ex quibus &c … Comitibus.

Pirthilo *Comes Brisgoiæ tempore Otho… & Henrici sancti (ex literis) fundator C… burg. Anno* 1008. *Vixit* 995.

Gebhardus *fundator Sulzburgensis Monasterii cum fratre* 1008.

… *succedit* …

Gebizo *vel Gebhardus.*

Bebizo.

Ermefrida *Comitissa a Sonnenberg.*

Berchtoldus *Zaringensis dux Carinthiæ ex vxore Neckergoiæ & Brisgoiæ, ex patre Bezzelino (ex literis) Nominatur à Tritbemio dux Alemaniæ. Mortuus Anno* 1078. *sepultus Hirschaugiæ.*

Vxor prima Richwara *Marchionissa Carinthiæ.*

… Beatrix … Co… *Carinthiæ ma… Styriæ glo… Conr… Eri… Conradi… …* VIII …

Luthfredus *Comes Zaringensis.*

Vxor *filia Humberti primi Comitis Sabaudiæ.*

Gabiro *vel … inde Epi… manam. C…*

… *Monachus primum Hirschaugiensis, … ensis, Pontificis Legatus per Germaniam.*

Hermannus *Marchio simpliciter dictus quam dignitatem Cæsar Henricus* III. *dederat: deserto mundo fit in Cluniacensi Monasterio occultè pastor pecorũ. Moritur (teste Berchtoldo Constantiensis) Anno* 1074. *Cal. Maii.*

Iuditha, *ditissima & potentissima, fundatrix noui Monasterii Hirschaugiensis post primam fundationem.*

Gisela *vxor S. Ladislai regis Hungariæ.*

Agnes *filia Rudolfi ducis Sueuiæ & Reinfelden, Cæsaris.*

Berchtoldus *Zaringensis dux Alemaniæ, ex promissis Henrici* IV. *Cæsaris, retinet Brisgoiam & Neckergoiam ex socero dux Burgundiæ minoris, & comes Reinfeldit: fundator cœnobii S. Petri. Moritur Anno* IIII. XII *Aprilis, sepultus ad S. Petrum.*

N. Vxor *Comitis de Calwa Gotfridi.*

Sophia *soror Henrici superbi Guelfi ducis Saxoniæ & Bauariæ. nubit secundò Leopoldo Styriæ Domino, vnde mater est Otocari primi Marchionis Styriæ.*

O

Berchtoldus *dux succedit patri, Friburgam ex pago facit vrbem Anno* 1118. *Occisus Molshemii in transitu à ciuibus Anno* 1122. XIX *Febr. sepultus in capitulo Monasterii S. Petri.*

Agnes *vxor Stephani Comitis Burgundiæ qui Guilielmi erat filius.*

Conrad… *… morit… …gnat… Brisgoiæ … Reinfeld… Anno … Ianuarii.*

Berchtoldus. Rudolfus. Ludgarda.

Mortui pueri.

Clementia *filia Gotefridi Namurcensis comitis. Obiit Anno* 1159. XXIIX. *Decemb.*

Hermannus *secundus nominis, primus inter Marchiones Badenses, author omnium Badensium, Habbergensium & Rotelanorum Marchionum. Vide alibi. Moritur* 1130.

4.

Adelbertus *ex paterna hæreditate retinet Teccam, factus primus dux Teccensis.*

Adelheyda *vxor.*

Inde est familia ducum Teccensium vsque ad annum 1432. *in quo postremus Vlricus mortuus est, maritus Marchionissæ Badẽsis Vrsulæ quæ Rudolfi magni filia fuit. Illi alibi explicantur.*

Clementia *vxor Henrici Leonis Guelfi ducis Saxoniæ & Bauariæ.*

1.

Berchtoldus IV. *succedit patri, dictus … & Zaringiæ dux: conditor Friburg… landia Anno* 1170. *iacit fundam… Anno* 1181. *electus frustra Cæsari… lippum, Moritur Anno* 1186. …

Berchtoldus V. *familia… absoluit Bernam. M… ne liberis Anno* 1218. *C… Maii.*

Ida *filia Matthæi Comitis Flandriæ quater nupsit.*

Fridricus

Berchtoldus

Pueri extincti.

2.

Conradus *obit ante fratrem adolescens.*

Heylwiga.

3.

Rudolfus *Episcopus Moguntinus. Sed reiectus fit Episcopus Leodiensis: profectus cum Barbarossa Cæsare in Syriam, & moritur Herderæ prope Friburgum Anno* 1190.

Agnes *vxor Eginonis Comitis ab Urach vel à Furstenbergk, hæres fratris in Brisgoia. Inde est familia Comitum à Freiburgk: & simul Comitum à Furstenbergk.*

5.

Hugo *dominus multorum prædiorum & feudorum in Brisgoia: relinquit in feudis fratrem, in reliquis alios hæredes.*

FINIS DV… IS FAMILIÆ.

ARNOLPHVS comes de sancto monte conuentualis S. Galli xxxvii. Episc. intru- 37
sus. Erat enim circa illa tempora Abbas S. Galli Vdalricus nomine maximus, Henrici Imperatoris excõmunicati fautor, qui eidẽ Henrico suggerẽdo persuasit, vt Gebhardum profligando alium loco sui surrogaret episcopum, quod cum Henricus annueret, ipse monasterii sui conuentualem Arnolphum comitẽ de sancto monte nominauit, quem etiam Henrici assensu armata vi in episcopii possessionẽ mittere curauit. Quo autem per Const. ciues comperto qui tunc temporis cum Episcopo steterunt in tranquillitate; portas ciuitatis claudendo dicto Abbati variis armis muniti obuiantes omnes suos belligeros in fugam conuerterunt. In ea tamen fuga Gallenses multa Const. foris ciuitatem ędificia incendio deuastarunt, ex quo magna inter partes suborta sunt bella, multa, pro dolor, homicidia, prædæ & incendia sequũtur. Eandẽ dictus Arnolphus Imperatoris Henrici præsidio ab Archiepiscopo Maguntino sacerdotalis dignitatis eminentiam, & eiusdem Archiepiscopi intercessione à Clemente huius nominis Papa tertio benedictionis beneficium obtinuit. Itaq; idem Arnolphus nedum suorum, verum etiam Gebhardi consanguineorum fauorem cõsecutus est, pariterq; & assistentium. Quare bonus pastor Gebhardus gregẽ suũ dimittendo penitus discedere compulsus est; A viris tamẽ probatæ vitæ quorsũ venerat, nihilominus magno est habitus in honore. Tandẽ vtriusque consanguinei cum cæteris sibi adhærentibus præfatum Arnolphum non mediocri pompa Constantiam ingressi. In Beatæ Mariæ purificationis festo possessionem miserunt violẽtam, Anno M.C.III. Hæc quidem controuersia inter electum & intrusum ipsos XII. durauit annos. Erat tamen vir quidem admodũ religiosus abbas monasterii Petershausen Theodoricus nomine, qui dictum Gebhardum magna veneratione habebat, quapropter etiam ab aduersariis præsertim ab Henrico Comite de sancto monte præfati Arnolphi fratre quam plures passus est iniurias, nil tamen ominus donec res ipsa debitum potiretur effectum, semper pro Gebhardi parte fortis constabat animo, demum, creditur, diuina dispositione accidit, vt præmemorati Imperatoris Henrici filius videlicet Henricus huius nominis quintus, cũ certorum principum consensu de Romano Imperio sese intromittens patrẽ suum carceribus mancipauit ibiq; eũ mori finiit, & mox Arnolpho supradicto depositio Gebhardũ maximo decore & honore pristino restituit statui episcopũ, de quo Theodoricus Abbas ineffabili afficiebatur gaudio. Quare Gebhardus eum in confessorem suum eligendo, eidem triginta marcas argenti vt per eas damna per aduersarios passa in monasterio resarciret, donauit quidem, & factum est prout aliàs latius claret, & post multas tam tribulationes quam angustias per quas regnum oportet introire cœlorum plenus dierũ & virtutũ, quando nunc XXVII. annis præsedisset, obiit An. Dom. MCX.

VDALRICVS de S. Vdalrici Episcopi August. & S. Gebhardi sanguine, Hugewaldi Dillingensis comitis filius, circa ea tempora dum in supramemorati Henrici Cęsaris curia foret, & mox Gebhardo mortuo episcopalis baculus vna cum annulo eidem Cæsari transmitterentur: Ipse talia episcopalis honoris insignia huic Vdalrico cõtulit, & ita Cæsaris nutu XXXVIII. antistes creatus est, quo fit vt cũ ipse Theodoricũ Abbatem in Petershausen bina vice ad summũ pontificem Paschalem his tẽporibus de Cęsaris carceribus emancipatum pro consecratione obtinenda transmitteret; Paschalis (eo quod Vdalricus à Cæsare confirmationem acceperat) tanto furore motus penitus noluit consecrare; Itaq; Vdalricus sic sine consecratione VIII. annis præsidens, tandẽ post Paschalis obitum, Gelasii consensu per Mediolanensis diœcesis episcopum consecrationem obtinuit, hic deniq; Vdalricus vir prudens & strenuus, deoq; multum deuotus extitit, & cum varia quæ Deus per S. Conradum antecessorem suũ miracula operatus est, percepisset nullis expensis parcendo, eũ à sancta sede Apostolica fecit canonizari, prout in historiis suis latius patet, præterea de suis atq; aliis quę in S. Conradi honorem donata fuerunt, pauperum hospitale in Constantia à S. Conrado fundatum iam desolatum restaurauit, ac etiam ordinis S. Augustini monasterium P Creutzlingẽ fundauit, & ordinis S. Benedicti monasteriũ Brigantinũ, à nobilissimo Recenorũ & Brigantię comite Ruodolpho cõsanguineo suo fundatũ iuxta vetustissimę eiusdẽ monasterii chartę tenorẽ dedicauit cõsecra- 38

Hospitale Const.

Creutzlingẽ forte Rhetianorum.

uitq;,& post multa laudabilia ipsius gesta morbus quē quidam regium morbum, aliqui vero ycteritiam,& alii S. Valentini plagam nominant, tanto feruore inuasit vt oculos excluderet; & tandem anno præsidentię suæ decimo secundū aliquos Brisgaudii verius tamen in Beatæ Mariæ dicti ordinis S. Augustini zella nigræ syluæ feliciter in domino obdormiuit, & dehinc ad Constantiam vectus in choro maioris Ecclesiæ cū ea qua decuit reuerentia sepultus est, Anno domini M. CXXVII.

39. VDALRICVS Baro de Castell dicti Vdalrici I. successor XXXIX. Episc. Constant. huius nominis II. Circa illius episcopi annos à Nat. D. MCXXIIX. Henricus dux Bauariæ magno cum exercitu Constantiā obsedit, cui episcopus vna cū ciuib. armata vi resistentiam fecit, in crastinū certis datis pecuniis bellū finitum fuit, & dux sine cuiuslibet damno discessit. Verūtamen Henricus Comes de monte Sācto ciuitatis huiusm. præfectus à quodā inimicorū suorū interficitur. Erat tunc tēporis durissima hyems corruitq; campanarū turris Constan. quo casu oēs ipsius campanæ eliduntur. Subor ta est etiā hac ætate inter Generos. dominū Rudolfum comitē de Bregantia ex vna: & præsentē Vldaricū episc. ex altera partib. prætextu (vt aiunt) certorū bonorū quæ S. Gebhardus quondā monasterio Petershausen donauit, discordia. Quare Episc. metu potentiæ aduersarii castrū quod Gebhardus episc. dux de Zāringen, schismatis sui tēpore ædificauerat, penitus destruxit, canonici Constant. aduersus suū episc. conspirantes apud summū pontificē ac etiā Cæsarē & alios graui querela eū accusarūt, quæ autē huiusmodi querela fuerit nō cōperi. Verūtamē deuotus ille episc. rixas & iniurias tales amplius sufferre non valēs summi Pōtificis cōsensu episcopatū resignādo, S. Blasii monasteriū ingrediēs, religiosus ordinis S. Benedicti monach⁹ fit admodū deuotus. Sed quia Deus, sicut nullū bonū itremuneratū, ita nullū etiam malū impunitū dimittit, quare breui trāsacto tempore, singuli canonicorū inter sese cōspiratorū certis plagis vitę suę finē accepere, quot vero annis præsederit, aut quomodo vita functus sit, non constat: quanquam sint qui An. M CXL. obiisse confirment.

40. HERMANNVS nobilis de Arbona XL. Episc. electus, contra quē Conradus de Hohenstoffen dux Sueuiæ, Rex Romanorū vna cū certis Brunnigundū eligunt. Verūtamē Innocēt. papa huius nominis II. dictū Hermannū cōfirmās auctoritate papali sub cēsuris ecclesiasticis districtius mādādo quatenus omnes & singuli quorū interest, eū pro vero, certo & legitimo Episcopo Constant. teneāt & habeāt sibiq; debitā reuerentiā & obedientiā exhibeāt &c. Et ita Hermannus iste maximis expensis ius suū episcopale obtinuit & victoriā, An. D. MCXLI. His temporib. præfatus Conradus congregationē Imperii Constantię celebrauit, & illic videlicet Imperii pacē cōclusit. Ille deniq; Hermānus tanto diœcesim suam persequebatur amore, vt illi trecētas marcas argenti proprietatis iure condonaret, & quāuis apud nonnullos dubium sit, an ipse monasteriū ad Scotos Constant. fundauerit vel ne; non est tamē dubiū, quinimo religiosos ex Scotia pro diuinis officiis continuādis illic deputādo, largas quoad vixerit adiutrices manus eisdem præbuit. Ipse etiā nonnullas columnas supra cancellam maioris eccles. Constant. de tenui subtiliq; argēto obduxit, ornauit &c. Chorum cū tapetis & aliis preciosis ornamentis reparauit. Insuper reparauit ædes episcopales combustas, amœnissimis ędificiis. Vir enim fuit admodū prudens & facundus, erat etiam facie valde formosus. Suo etiam tempore episcopatui donauit Rupertus Ach, Eberhardus Mittolow, Mylhausen, & alius Eberhardus Volsingē. Demū postquā bonus iste pastor 26. annis prędederat, in Domino obdormiuit An. 1165. al. 1166.

Ad Scotos monasteriū.

Ach. Milhausen, Volsingen.

41. OTTO comes de Habspurg canonicus ecclesiæ Augusten. & prępositus ecclesiæ S. Mauricii ibid. circa An. D. MCLXV. huius nominis I. Episc. vir deniq; multis virtutibus pollens præsedit annis 4. & vita functus est An. Dom. MCLXIX.

Familiæ tabulam apposuimus ad 49. Episcopum eiusdem gentis Rudolfum.

42. BERCHTOLDVS, circa hunc Berchtoldū cuius generis extiterit magnā reperi discrepantiā, quidā enim volunt eum de antiquo Baronū sanguine de Kusnach in Argoia prope Lucernā. Alii vero de generosa baronū familia Busnang in Turgoia, & vltimi de nobilissima principū de Zāringen domo in Brisgoia prope Fryburgū extitisse. Veruntamen sit, quicquid sit, hic Berchtoldus circa An. à Nat. Dom. MCLXIX. XLII. Episc. creatur. Vir quidem laudabilis, præsedit annis x. humanæq; naturæ suæ debitum soluit 22. die mensis Maii An. Dom. MCLXXIX.

HER-

HERMANNVS huius nominis Secundus nobilis de Fridingen in Hegoia dicti 43.
Berchtoldi succeſſor, quadrageſimus tertius Epiſcopus Conſtantienſis, præſedit
annis XII. & vltimum huius vitæ clauſit diem Anno Domini MCLXXXXI.

DIETHELMVS nobilis de Cleggoia (*aliis* baro à Weiſſenburg dominus in Kren 44.
ckingen) Abbas monaſterii Augiæ maioris ſucceſſor Hermanni, quadrageſimus
quartus Epiſcopus fit, hoc modo: Cum circa ea tempora Fridolo, aliâs Fridolus
Baro de Haydegg Abbas dictæ Augiæ propter grauiſſimã corporis ſui infirmitatẽ,
eandem prælaturam XIV. ſui regiminis anno liberè reſignauerit, magnam ob futu-
ri Abbatis eligendi cauſam, inter religioſos Albertum Baronem de Ramſtain De-
canum & Hermannum de Spaichingen præpoſitum Augiæ ſuboritur diſcordia,
quarum occaſione ipſi coram Friderico huius nominis I. Romanorũ Cęſare tunc
temporis Imperialem congregationem Spirę celebrante comparuerunt, ſed cum
auditis hincinde partibus Cęſar eaſdem concordare nequiret Principes decreue-
runt, Cæſarẽ pro libitu ſuo, poſſe dare & eligere Abbatẽ Augiæ quem vellet. Itaq;
Principum conſilio huic Diethelmo Domino capitulũ monaſterii eo tunc præ-
ſenti Cæſar prælaturam talem contulit. Vnde etſi iuuenili adhuc conſiſteret in æ-
tate, tantæ tamen maturitatis, probitatis atq; honeſtatis extitit, vt omnes religioſi
monaſterii & alii in eum conſentirent. quare in propria perſona Romã petens ab
Adriano ſummo Pontifice conſecrationis beneficiũ largiter obtinuit. Fuit enim
hic Abbas tali titulo vſus diuina pietate Diethelmus Augienſ. eccleſiæ humilis ſer
uus. Siquidem poſt ſupramemorati Hermanni obitum Epiſcopus fit, qui irrepre-
henſibiliter vt decet præſedit annis XV. & felici fine vitam terminauit, Anno Do-
mini MCCVI. pridie Idus Aprilis.

WERNHERVS Baro de Stauffen (non tamen ponitur an de Stauffen antiquo vel 45.
Briſgoico) vicinitatis tamen cauſa ſuſtineri poterit, Stauffen Briſgoicum, vtcunq;
tamen ipſe dicti Diethelmi ſucceſſor XLV. Epiſcopus electus eſt circa annos Do-
mini MCCVI. & poſtquam non niſi IV. annis præſedit vita functus eſt, Anno Domi-
ni MCCX. probatæ quidem vitæ vir extitit.

CONRADVS huius nominis II. natione de Tegerfeld (*al.* Comes Andechſii, do- 46.
minus in Tegerfeld) Wernheri ſucceſſor XLVI. Epiſcopus Honorii huius nominis
III. Papæ, & Friderici III. Romanorum Cæſaris temporib. electus, præſedit annis
XXIV. & obiit anno MCCXXXIV. (*al.* MCCXXXIII. 6. Sept.) Sub iſto facta eſt concordia
inter capitula eccleſiarum Spirenſis & Conſtantienſ. ratione eccleſiæ parochialis
in Eſslingen propter primos fructus.

HENRICVS nobilis de Tann aut Thannegkh vel ſecundũ alios Tanne, XLVII. 47.
Epiſcopus, vir admodũ commendabilis, qui nemini quod ſuum erat auferre cupi-
uit. Vnde cum Henricus & Gottfridus barones de Neyffen, ſine (vt aiunt) cauſa ſal-
tem rationabili diœceſi damnum inferre attentauerunt, Ipſe vaſallis & armigeris
ſuis euocatis, præfatis baronibus (qui tamen auxiliantib. illis duce de Teckh, Mar-
chionibus de Burgaw, Comitib. de Aichelberg, Hohenloch, & nobilibus de Hail-
fingen, Waldenſtain, Turr, & ſtrenuo milite Eheneck &c. valdè fortes fuerunt) in
valle Schwigkerthaal armata vi obuiam venit. congrediuntur à meridie vſq; in ſe-
ro, & animoſe certârũt. Sed tandem B. Mariæ Virginis patronæ ſuæ (quam magna
ſemper in veneratione habuit) auxilio tanquã ſtrenuus miles inter potiores inimi-
cos ſuos circiter XL, quorum vnus Marchio de Burgaw, comites de Aichelberg &
Achalm, nobiles de Hailfingen & Waldenſtain, & magnus ille miles Chenebl ſeu
Ehenegk cum autore litis videlicet Henrico de Nypfen mancipando, & reliquos
in fugã conuertens glorioſo triumpho, iura & res eccleſiæ ab inimicis ſuis præſer-
uauit, de quo Epiſcopus ille non mediocres B. Mariæ Virgini, cuius interceſſione
apud Filium ſuũ hac potitus eſt victoria laudes perſoluere curauit. Actum in valle
Schwiggerthaal ipſo S. Albani die anno à natiuitate Domini MCCXXXV. & poſtquã
XVI. annis præſederat, XXV. die menſis Auguſti feliciter in Domino obdormiuit
An. MCCXLIIX. XXIV. Auguſti. Iſte Henricus, vt inueni in alio antiquo Chronico *Tanneck & Kuſſenberg.*
ædificauit Tanneck & Kuſſenberg caſtra.

EBERHARDVS natione de Waldpurg, cuius maiores ducũ Sueuiæ (qui Roma- 48.

num Imperium CXXII. annis rexerunt) dapiferi fuêre, XLIIX. Episcopus. Et hi dapiferi Conradino vltimo illius prosapiæ Romanorum rege mortuo arma Sueuica, videlicet tres nigros cattos marinos in campo aureo obtinuerunt. hic quoq; Episcopus diœcesin quãplurimis propriis suis bonis ditasse dignoscitur. Nam castrũ Gottlieben. Gottlieben de nouo fundauit & erexit, fecitq; illic pontem trans Rhenũ fieri admodum precio sum. Emit & insuper Wegding & oppidolum Clingenaw ab Wal thero de Klingen, ac etiam villam Tegerfeld, aduocatiam vero in Nunkirch & officium rurale Das Mayerampt ibidem à domino quondã de Kreichingen, & curiam istic à Friderico de Randẽberg, curiã etiam in Newkirch à Iacobo de Schaf-
hausen: Castrum autẽ Bodman cum omnib. suis pertinentiis à milite Vdalrico de Bodman, bona in Eckhenberg à Burckhardo de Rafensburg milite, castrum Rauensburg ab illis de Kurnegg cum omnib. attinẽtiis, aduocatiã ab his de Lõnegg, curiam in Hagnow à Iohannitis, curiam in Talenberg ab his de Eberspers, castrũ Battenhausen cum pertinentiis ab Hilpoldo de Steckboren, aduocatiam in Stain de Conrado Comite Sancti montis. Castrum apud Bomgarten cum omnib. pertinentiis ab Vdalrico de Bodman, castrum in Sumeraw, aduocatiam in Langnow comparauit. Reemit etiam bona circa Egna, & aduocatiam in Episcopali Cella ab his de Klingen; duas vero Curias à Pincernis de Iandeckh, decimas in Winterthur ab Hartmanno Comite de Kyburg, decimas in Yberlingen à Pincernis de Winterstetten, & hanc decimam cuidam sacerdoti altaris S. Ioannis Euangelistæ vt primissarius esset donauit. Et ex hinc aduocatiã cum bonis in Reuthaim ab Eberhardo de Lupfen, pontemq; ibi fabrificauit, aduocatiam autem in Frickhingẽ à Wernhero Gunstume milite de Radera, curiam in Frickhingen cum pertinentiis ab Anshelmo de Wildenstain. Item summum B. Mariæ Virginis altare quod iuxta antiquorum mores nimis breue atq; strictum erat, fecit ampliari; & eo ampliato plurimis sanctorum reliquiis adornando, consecrauit. Altare quoq; sinistri lateris secus altare S. Conradi fundando & dotando, consecrauit etiam S. Ioannis Euangelistæ, & S. Catharinę altaria &c. Quæ autem per alios, bona Ecclesiæ fieri procurauit, & subordinauit nimis prolixum foret enumerare. In summa tamẽ pro his supradictis atq; aliis breuitatis gratia prætermissis pro diœcesis suo commodo & vtilitate septem M. & XXXVI. Constan. monetæ marcas exposuit. Et postquã episcopatui huiusmodi laudabiliter annis XXVI. XI. Kalend. Martii, felicem sumpsit finem, & cum ea qua decuit reuerentia in medio lapidis chori Constant. sepultus est, Anno Domini MCCLXXIV.

Gottlieben. Wegding. Clingenaw. Tegerfeld. Nunkirch. Bodman. Castrum Rafenspurg. Hagnow. Battenhausen. Stain. Bomgarten. Sumeraw. Langnow. Egna. Episcopalis Cella. Reuthaim Frickingen.

Eius familiam subiunximus post Othonem dapiferum de Waldpurg, comitem à Sonnenberg, Episcopum LXX. *principem. Ibi vtrumq; in communi tabula reperies.*

49. RVODOLPHVS Comes de Habspurg Ruodolphi huius nominis I. Romanorum regis consanguineus XLIX. Episcopus, cuius arma his clarent versibus:

Tu Comes in Clipeo tuleras insigne Leonis
Quem velut ad pradam distento corpore ponis,
Sed, Rex, fers aquilam quæ transuolat omnia, claris
Signas indiciis quod tu in cunctis dominaris.

In Alemannia duorum fratrum filii vno nomine,
In spacio vnius anni exultati sunt, vnus in regem
Romanorum, alter in Episcopum Constantiensem,
Sunt duo Ruodolphi patrueles consignati,
Ad regimen disparmirabilis ordine fati,
Roma Ruodolphus Rex, te Constantia munit
Præsul Ruodolphus, ambosq; sibi Deus vnit,
Rex Romæ, Præsulq; tibi Constantia, tali
Omen nunc primum datur euentu speciali,
Ista duo mira spacium facit vnius anni.

Hic quoq; præsul perdignus Pastor Eberhardi antecessoris sui vestigia imitari cupiens pro diœcesis suæ commodo patrimonialibus ex bonis Arbonam cum omnibus suis pertinentiis, ac etiam castrũ Radera, & alios redditus atq; census circa Zurzach, Arbonam, inquam, oppidum & Radera castrum, quatuor millibus marcis

Arbona oppidum. Radera castrum.

marcis argenti vendicauit,&c. Deinde,graues magnasq; contra Albertũ Austriæ ducem Ruodolphi regis filiũ lites sustulit, in quibus Episcopus ineffabiles passus est expensas,plura hincinde cãstra fuerunt obtenta; In his itaq; litium ambagibus Constantienses in Episcopi auxilium oppidum Buochorn obsidentes deuastarũt, damnaq; vsq; ad octo millia marcarum argenti intulerunt eisdem, atq; magnum frumentorum tritici & vini ac etiam inuentorum thesaurorum reperientes abstulerunt. Ipso die S. Martini Anno Domini MCCXCI. Exaduerso vero dux castrum Nellenburg & oppidum Wyl disrupit, & postquam nouendecim seu viginti annis præsedit tertia Aprilis ex hac lachrymarũ valle ad ętherea vocatus obiit Anno MCCXCIII. & vt bonus Christi fidelis secus suum chori siniſtri lateris altare reuerẽter sepultus est,Anno Domini MCCXCIII. multa post se relinquẽs debita, quæ propter arduas,quas tulit lites, consecutus est. Causa autem litium huiusmodi non ponitur.

FAMILIA HABSPVRGICA

NON A PRIMIS INITIIS DVCTA (est enim multò antiquior) sed à Guntramo, (à quo certæ literę) inchoata: in qua Rudolfus Constantiensis Episcopus. Collegit ex literis D. GVILLIMANNVS.



Vide seq pag. signum 24

Otho II. *Habſpurgicus Landgrauius Alſatiæ, &c.*

Hilla *Comitis à Pfirdt filia.*

Wernerus III. *Landgrauius Alſatiæ Comes ab Habſpurg. Moritur* 1143.

Rudolfus *moritur ſine liberis.*

Adelheyda *vxor Emichonis Comitis ab Huneburg.*

Ita *ab Homberg Verneri filia.*

Wernerus IV. *Moritur* 1163. *Landgrauius Alſatiæ, Comes Habſpurgicus.*

Gertruda *baroniſſa à Starkẽberg.*

Rudolfus *qui breui poſt patrem mortuus.*

Otho *Epiſcopus Conſtantienſis obiit Anno* 1169.

Gertruda *quæ fuit vxor Theodorici Comitis Montis Beligardi.*

Richenza *vxor Ioannis Comitis Ferretani.*

Adelbertus *vnicus filius Comes Habſpurgicus Landgrauius Alſatiæ. Moritur* 1199. *nominis tertius.*

Ita *Comitis vltimi Brigantini & Pfullendorſi vel Pfullenduri Rudolfi filia & hæres vnica, Neptis ex ſorore Welfonis ducis Bauariæ.*

N-B. Hic confirmat monaſterio S. Trudperti ſua priuilegia. Literæ extant.

Rudolfus *Comes Habſpurgicus Landgrauius Alſatiæ dictus ſenior, moritur* 1233.

Agnes *ab Hohenſtaufen Gotfridi filia, qui comitatũ habebat Hohenſtaufen inter Spiram & Wormatiam.*

Itha *aliàs Berchta Henrici Comitis à Leiningen vxor.*

Albertus *ἄπαις.*

Albertus IV. *dictus prudẽs comes Habſpurgicus Landgrauius Alſatiæ, Moritur Anno* 1240.

Heylwiga *Vlrici Comitis Kyburgi & Annæ Zaringenſis filia.*

Rudolfus *taciturnus Habſpurgicus comes dominus in Laufenberg.* Quære in ſeq. pag. ϑϵ

Wernerus *mortuus adoleſcens.*

Heylwiga *vxor Hermanni Comitis de Frohburg, Landgrauii in Buſgaw.*

Gertruda *vxor Ludowici comitis de Frohburg, qui Hermanni frater fuit.*

Duo fratres cũm duabus ſororibus coniuncti.

Berchta *vxor primũ Imeri Comitis à Strasberg, ſecundò Othonis ab Ochſenſteyn.*

Albertus V. *Canonicus Baſil. interfectus in Italia miles in carcere.*

Rudolfus *Habſpurgicus Cæſar: author domus Auſtriacæ: cuius poſteros vide ſuo loco.*

Carolus *Canonicus Baſilienſis.*

Hartmannus I. *Canonicus Baſilienſis.*

Martha *monialis in Adelhauſen.*

Eliſabetha *vxor Comitis ab Hohenzolren Fridrici.*

DOMINI HABSPVRGICI IN LAVFENBERG ET KYBVRG.

ƏЄ

Rudolfus *taciturnus Habſpurgicus, dominus in Laufenburg. Moritur Anno* 1247. = Gertruda *Lutoldi Baronis à Regenſperg filia.*

Hermannus. Otho. Wernerus. *Mortui ſine liberis.*

Rudolfus *præpoſitus Baſilienſis & Epiſcopus Conſtantienſis. Moritur An.* 1293.

Gotfridus *ſuccedit patri dominus in Laufenburg ex Habſpurgicis, moritur An.* 1271. *tertio Cal. Octob. ſepultus Wettingæ.*

Eberhardus *factus ex vxore comes Kyburgicus, dominus in Burgdorf. Moritur* 1284. *ſepultus Burgkdorfii.* = Anna *Kyburgica comitis vltimi Hartmanni iunioris filia vnica et hæres.*

Eliſabetha *baroniſſa ab Ochſenſteyn.*

Gotfridus *moritur paulo poſt patrem Anno* 1272.

Rudolfus *comes moritur Montiſpeſſuli* 1314. *corpus Wettingam relatum.* = Eliſabeta *Rudolfi à Raperſweil comitis poſtremi filia & hæres vidua Ludwici comitis Hombergenſis.*

Agnes *Ioannis Alſatiæ Landgrauii, Comitis Otingæ (Werdæ.)* = Ioannes I. *comes Laufenburgi & Rapperſwilæ, occubuit in bello cõtra Tigurinos & Toggenburgium* 1337. XI. *Cal. Octobr.*

Rudolfus *dominus in Raperſweil occubuit in pugna ad Moregard Anno* 1315. XVI. *Cal. Decemb.*

Eliſabeta *comitiſſa à Nidow.* = Ioannes II. *ſuccedit patri in Huſenbergk & Raperſweil. Moritur* 17. *Cal. Iun. An.* 1387. *ſepultus Wettingæ.*

Rudolfus *præfectus Abbatis S. Galli & Auſtriæ principũ, moritur* 1378. *ſepultus Wettingæ.*

Gotfridus *vendidit fratri Rudolfo ſuo Landgrauiatum Clecgouiæ mille aureis. Moritur* 1375. VI. *Idus Iulii, Wettingæ ſepultus.*

Ioannes III. = Agnes *à Hohen Landenberg nobilis.*

Vrſula *vxor Alwici comitis à Sultz.*

Adelheyda *vxor Henrici comitis à Monteforti.*

Eliſabeta *monialis S. Clarę.*

Catharina *vxor Alberti comitis à Werdenberg.*

Margarita *vxor.* = Hartmannus *occiſus An.* 1322. *per Eberhardi fratris ſicarios.*

Eberhardus II. *comes Kyburgicus nunquã vſus titulo Habſpurgici comitis. Moritur An.* 1361. *Burgdorfii ſepultus: ex canonico Baſilienſi maritũ, cæſo fratre.* = Berchta *filia Henrici comitis à Boicâ, vulgò Buccheck hæres vnica.*

Anna *Rudolfi comitis Nidouii ſoror, & ſoror ſimul vxoris comitis à Falckenſteyn.* = Rudolfus *comes Kyburgicus, obiit Baſileæ* 1383.

Hartmannus *dominus Duni.* = Berchtoldus.

Equites Hieroſolymitani.

Eberhardus *canonicus Baſilienſis.*

Ioannes *præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Argẽtinenſis.*

Egon *vltimus huius ſtirpis.* = Anna *à Bechburgo & Falckenſteyn.*

Berchtoldus.

Verena *vxor Fridrici comitis Hohen Zollerani cognomento Mulle.*

FINIS Familiæ Habſpurgicæ dominorum Laufenbergæ & Kyburg.

50 FRIDERICVS Comes de Zollern maioris ecclesię Augustensis prępositus sanio-
ri capituli Const. parte L. episcopus electus, ab alia vero parte Henricus de Klin-
genberg eligitur. verūtamen hac discordia non nisi per mensem durante Frideri-
cus cessit Henrico,& obiit Anno MCCC. *Familiæ Zolleranæ explicatio sequetur post*
alterum eiusdem familiæ Fridericum.

51 HENRICVS Ingenuus Vdalrici de Klingenberg militis, & Dominæ Erentrudis
Baronissæ de Castel filius,artium & sacrorum canonum Doctor,famatus etiam e-
rat historiographus & chronographus, cuius chronicam de principibus Habspur-
gensibus magno apud me habeo in pretio dicti Friderici successor LI.episcopus ab
Archiepiscopo Maguntino confirmatus ab vtriusq; sexus hominibus amatus, etiā
perplura Const.Ecclesiæ bona feciſſe constat; Fuit enim Ruodolphi Romanorum
regis Cācellarius benemeritus , & dehinc Alberti ducis Austriæ Romanorū regis
Cancellarius Consiliarius, atq; schismatico bello inter dictum Albertum & Adol-
phum Comitem de Nassaw moto trecentis optime armatis equis,cum forti militū
& nobilium armatura domino suo Alberto occurrit,vbi omnes, (tribus tamen ex-
ptis) equi trucidantur, quo comperto, Inquit se ccc.marcas daturum, vt & hi tres
cum aliis mansissent: Itaq; Albertus obtenta Imperiali corona congregationē Im-
perii descripsit ad Nurnberg,vbi Comitum,Baronum,militum & nobilium(dem-
ptis plebeis) quinq; millia & quingenti viri comparuere. Aderant & illic VII.prin-
cipes electores,& alias LII.principes,Inter quos XXIV. Episcopi, Illic etiā Elisabeth
Menradi ducis Carinthiæ & Comitis Tyrolis filia,vxor regis, in reginā vngitur &
creatur:Et Dominica post Martini grande habebatur conuiuiū,In quo Rex & Re-
gina precioſis suis coronis, dum mensæ considerent Wentzeslaus Rex Bohemiæ
corona sua regali ornatus eisdem ministrauit inter cętera pocularia scyphum auro,
Iaspide,& aliis margaritis ornatum apposuit, Romanorum enim Rege Alberto ad
sinistrum,& Elisabetha regina ad dextrum latera sedentibus,hic Episcopus Const.
ad regis,& Archiepiscopus Maguntinus ad Reginę Latera sederunt,cum autē Ar-
chiepiscopus Colonienſis hoc perciperet,noluit assidere,nec etiā ministrare, quia
sese multo plus,quam episcopum Constant.honoris huiusmodi dignum esse repu-
tauit. Hic deniq́ue Episcopus fidelis sui Diœcesis Pastor, omnis honoris & laudis
Kayserstuell Cuntzenberg, Bomgarten, Sumeraw, Waldtburg. dignus. Ipse enim pro diœcesis commodo Kayserstul, Cuntzenberg, Bomgarten,
Sumeraw & Waltburg aliaque castra, & possessiones aliis impignorata redemit,
Erat etiam hic Episcopus gubernator Augiæ maioris,quare titulus ipsius tunc tem-
poris erat, Henricus, Dei gratia, Episcopus Constantiensis & gubernator Augiæ
Nota. maioris.& postquam annis XII.vel XIII. prędedit beate in domino obdormiuit, An-
Titulus Episcopus gubernatoris Augiæ maioris. no Domini MCCCVI. XII. Septembris.

GERHARDVS natione Italus, seu,vt aliis placet, Gallus de Auione per summum
pontificem,vel secundum alios de consilio Auionensi LII.circa annos à natiuitate
52 Dom. MCCCVI. Episcopus Const. deputatus,licet bonæ extiterit literaturæ, in ne-
gotiis tamen & moribus Sueuorum penitus ignorauerat,quo fit,vt multa immobi-
Kayserstul, Cuntzenberg Bomgarten. lia Diœcesis bona alienarentur. Veruntamē pro diœcesis cōmodo & vtilitate Kay-
serstul,Cuntzenberg & Bomgartē pulchre exornauit. Et postquā XII. annis prędedit; obiit XIV. Cal. Octob. An. Dom. MCCCXVIII.

53 RVODOLPHVS Comes de Montfort Episcopatus Curiensis & monasterii S.Galli
gubernator,LIII.Episc.Const.Hugonis Bregantini & Hugonis Montfortii comitū
agnatus,vir siquidē per omnia celebris,qui etiam quā plurima per antecessores su-
os bona hypotecata redemit, Arbonam deniq; castrum ruinosum restaurādo pul-
cherrime reędificauit; Circa illius enim tēpora periculosū erat schisma in Imperio;
Nam Ludouicus Iunior Dux Bauariæ à Balduino Archiepiscopo Treuiren. Petro
Archiepiscopo Moguntino,& Marchione de Brandenburg,Fridericus vero Dux
Austriæ ab Archiepiscopo Colon.Ruodolpho Duce Bauatiæ, & Duce Saxonię in
Romanorum reges eliguntur, ex quo propter nimiam partium potentiam, graues
de quibus aliis in historiis scribitur susciatæ sunt lites. Sed cum hic Ruodolphus
Ludouico excōmunicato ob id quod regalia ab eo acceperat contra Fridericū ad-
hæsit decem annis in maxima summi pontificis ingratitudine perstitit: Quare dum

iam

iam senio & corporis imbecillitate molestaretur ipse mirum in modũ de eo doluit. Nec ab re, quia ob eam causam, quando nunc XIII. annis præsedisset, & vita functus esset in terram inconsecratam sepultus est Anno domini MCCCXXXIII. Tandem autem cum iam circiter viginti annos illic quieuisset, suorum consanguineorum & aliorum benefactorum, coram sancta sede Apostolica intercessione absolutione obtenta exhumatur & Catholicæ traditur sepulturæ, An. Dom. MCCCXLIX. vel quasi.

FAMILIA ANTIQVISSIMA MONTFORTIA

EX LITERIS A TRECENTIS ET AMPLIVS RETRÒ annis explicata: in qua Rudolfus Constantiensis Episcopus.



(:)

Henricus *Montfortius dominus in Tetnang, Brettegaw &c. Miles Moritur* 1409. *sepultus in condito a se Langenaw cœnobio.*

Adelheyda *Habspurgica Ioannis filia & Ioannis soror comitum in Laufenberg.* = Clara *comitissa ab Ellerbach.*

Henricus *obiit ante patrem.* | Rudolfus *Montfortius, dominus in Scher, prouincialis præfectus ducis Austriæ.* | Wilhelmus *comes Montfortius in Tetnang & Langenargen. Moritur Anno* 1439. *sepultus cum patre.* = Kunigunda *filia comitis ab Heyligenberg Alberti ex matre comitissa a Schonburg.*

Kunigunda *vxor Eberhardi Truchsesii, comitis in Sõnenberg.* | Vlricus *cum fratre Herico dominus in Tetnang, Brettegaw, &c. Postea mortuo fratre solus. moritur An.* 1494. | Rudolfus *cum fratre Hugone comes Montfortius in Rotenfels & Langenargẽ. Moritur Anno* 1445. | Clara *vxor Conradi Schenckii liberi baronis in Limburg.* | Hugo II. *comes Montfortius in Rotefels & Langenargen: Rudolfi fratris hæres. moritur Anno* 1491. *sepultus cum patre.* | Henricus *dominus in Tettenang ex femisse.* = Filia *comitis a Werdenberg, Sargans.*

Vrsula *Wilhelmi Marchionis Habbergici in Rotelu filia, vidua tac. Truchsesii.* = Beattrix *Helfensteynia.* = *Vxor prima* Elisabeta *filia Ioãnis comitis a Werdenberg nata An.* 1445. *ex matre Wirtebergica. Moritur An.* 1481.

Vxor secũda Elisabeta *ab Klohẽloh vidua* = *Duxit secundã circa annum* 1462. *Ludwici domini à Lichtenberg, ducta post annum* 1488. *vetula.*

Vlricus *comes Montfortius in Tetnang. Moritur An.* 1520. = Magdelena *comitis Oringesis filia ex matre Gurzensi.*

Eua *vxor Christophori Baronis in Schwartzenberg.* | Wilhelmus *obit ante patrem cælebs.*

Vlricus *commendator prouincialis in Hennendorf & Vahingen.* | Kunigunda *vxor Gangolfi ab Hohengeroldseck, ex matre Elisabeta Werdebergica* | Hugo III. *comes Montfortii in Tetnang & Rotenfels. Moritur An.* 1505. | Ioannes *senior moritur sine liberis An.* 1529 | Wilhelmus *Montfortius comes in Rotenfels diuisa cum fratribus prouincia.* | Henricus *canonicus Augustæ, Constantiæ & Argentinæ obiit* 1505.

Anna *filia Simonis Wesberi Comitis in Zweybrugk Baronis in Busch.* = Clementia *Baronissa ab Hoewen Fridrici filia.*

Adelheyda *vxor Erhardi Nellenburgici Comitis, Baronis in Tengen.*

Magdalena *Christophori Baronis à Schwartzenberg filia ex matre Eua Montfortia Vlrici filia.* = Hugo IV. *comes Montfortius, hæres patris & patruorum & fratrum. Moritur Anno* 1564.

Ioannes *iudex Imperialis Cameræ Spirensis. Moritur sine liberis Anno* 1547.

Wolfgangus *proprinceps Ferdinandi Cæsaris Oeniponti. Moritur sine liberis Anno* 1540.

Barbara *filia Fridrici comitis Furstenbergici ex matre Werdenburgica.* = Henricus V. *Moritur ante patrem Anno* 1561. *pridie Cal. Septemb.*

Barbara *vxor Christophori Comitis in Furstenberg, mater Alberti.*

Elisabeta *vxor Ioannis Iacobi à Kunigseck.*

Vlricus IV. *&c.* Vide in seq. pag. signum ℒ

24

Vlricus IV. *Montfortiorum in Tetnang postremus. Moritur Anno* 1574. XVI. *Aprilis.* — Vrsula *filia Reynhardi comitis in Solms, Lich.*

Filia *desponsata Georgio Montfortio, obit ante nuptias Anno* 1578.

Barbara *vnica filia vxor Antonii Fuggari, qui Marci filius est.*

FINIS MONTFORTIORVM IN Tetnang & Rotenfels. Succedunt Montfortii in Pregentz propinqui.

9

Georgius Montfortius *in Pregentz Hermanni filius vt prius.*

Iacobus *comes Montfortius.* — Catharina *Fuggara Antonii filia.*

Hermannus *Montfortius dominus in Becbach.* — Filia *vnica.*

1. Georgius *comes Montfortius in Pregentz & Tetnang.* — N. Poppelia *ex Illustriss. Poppelorum Bohemorũ familia: nupsit secundò domino comiti Trautsomio Marschallo aulæ Cæsaris.*

5. Wolfgangus *valetudinarius sine vxore vixit An.* 1607.

2. Ioannes *solus possessor totius comitatus Anno* 1607. — Sibylla *domini Iacobi Fuggari filia.*

3. Sigismundus *sine vxore & liberis mortuus.*

Antonius *præpositus ad S. Mauritium Augustæ mortuus.*

4. Ioannes.

Hugo. Hermannus. *Student Friburgi An.* 1607. *magnæ spei iuuenes.*

Catharina *virgo* 15. *annorum.*

O

NOTA, diligenter ex literis descriptam esse familiam: suspicionem vnicam hærere in Hugone II. Dubitatur enim an inter Wilhelmum Kunegundæ maritum & inter Hugonem secundũ interponi Hugo alter debeat: Id quod anni postulare videntur, cum Wilhelmus pater mortem obeat Anno 1439. Hugo ille secundus noster Anno 1491. interuallo 52. annorum, nimis, vt videtur, magno. Fortassis igitur Wilhelmus pater Hugonis & Rudolphi fuit: Hugo rursus pater Hugonis nostri secundi & fratrum reliquorum: cuius tantum monere volui vt qui possunt, diligentius inquirant cùm præsertim sit & altera causa curita suspicemur.

Sed inspiciemus diligentius literas: & alio loco tollemus dubitationem.

54 NICOLAVS Nobilis de Kentzingē alias de Frawenfeld, dictus Hofmeister, Alberti & Othonis Austrię ducū Capitaneus in Sueuia & Alsatia (quo titulo vtitur A. 1336.) quinquagesimus quartus electus in discordia hoc modo, Nam omnibus quorum post Ruodolphi obitū intererat aliū eligere episcopum descriptis, quidā Canonici Comites & alii, sicut Furstēberg, Fryburg, Strassberg, Winterstettē & Bierenburg, Dominū Albertum Comitē de Hohenburg, Cæteri autē omnes concorditer Dominum Nicolaū de Frawenfeld elegerunt, quibus peractis Nicolaus iste celeriter ad iter Romam versus sese accinxerat, vbi decima quinta mensis Aprilis à Iohanne huius nominis XXII Papa beneficium consecrationis & confirmationis obtinuit, quo per Ruodolphum patrem Alberti intellecto, maximo contra Nicolaū motus erat furore, Albertus autē vir magnæ honestatis & in Iure canonico admodum doctus fuit, quare huiusmodi episcopii honore bene dignus exstitit. Sed timore genitoris sui, ne in canonicos & homines collegii propter consuetam impetuositatem suā quandoq; insęuiret, electio ista fuit reiecta, & Nicolai approbata. Ruodolphus plenus iracundia causam hanc Ludouico huius nominis IV. Romanorum Imperatori, graui cum querela proponens, petiuit Albertum filium suum penes suam electionem manuteneri. Quod assensit, & ideo magno conuocato exercitu oppidū Mörspurg obsederunt, vbi satis magna intulerunt damna. Nicolaus autem hoc intelligens cū vasallis & armigeris suis, & contra tam Imperatorem, quam Ruodolphum oppidū Mörspurg sunt tutati, Ruodolphus dehinc ad partes Australes veniens illic moritur: & per hoc episcopium huiusmodi ipsius & aliorum vexatione liberatur, prout aliis in historiis latius claret. Circa huius tempora Anno Domini M. CCCXLIII. tanta frumentorū caritas in Sueuiæ partibus accidit, vt homines Algoiæ putrida ligna, & succos arborū quibus panes & pulmenta coquuntur, in syluis quęrerent. Ipse episcopus syncera motus misericordia & pietate oppidis & villis non habentibus vnde viuerent aut emerent frumenta sine spe lucri gratis cōcessit, pauperibus sui Episcopatus quorum hominum tria millia erant simul tribus annis ante obitum suum largam propter deum eleemosynam conferri ordinauit. Et tandem cum Eleemosynarii Episcopo qualiter nulla farina qua amplius panes pinsere possent, adesset, intimarent, & consulerent, tantam eleemosynæ distributionem recusare, Episcopus cum iam præ senio, quo iret, baculo violenter in caput serui sui nomine Jäger percutiens, dixit, Tu maledicte opinaris ne me Episcopum Constant. nō tantas habere pecunias vt frumenta & alia vitæ necessaria cōparare queam? Et in summa fuit maximus pauperum pater, noluit etiā aliter humari quā per pauperes. In festo S. Mariæ Magdalenæ maximā incidit infirmitatē obiitque in ipso D. Iacobi sacro circa nonam in castro Castell feliciter in Domino, Anno Domini MCCCXLIV. Funus maxima pauperum multitudo insequitur, cum maximo luctu & mærore.

55 VDALRICVS Pfefferhart antiquæ genealogiæ patris Constantiensis, & matris Schaffhusiensis, maioris Ecclesiæ Constant. Decanus, concorditer quinquagesimus quintus episcopus electus est, Vir profecto probus & simplex atque magnus domesticus, & vt fertur, propria in persona sæpe forū piscium accedens, emit quicquid sibi placuit. Magnus etiā auri & argenti amator & collector fuit. Sed cū ab aliis, quidnā tanta ipsius pecuniarū seu æris collectio præ se haberet, interrogaretur, Inquit, se cū eisdē facilius inimicitias compescere posse, quā (vt solet) litium euentibus easdem extirpare, hic præterea episcopus postquam sex vel septem annis pręsedit vicesima sexta die mensis Nouembris vita functus est Anno Domini MCCCLI.

56 IOANNES nobilis de Windlaw alias Windleck vel Windegk patre ex Constantia & matre de Schafthausen natus, quinquagesimus sextus episcopus, ab Innocentio huius nominis Papa sexto consecratus, Vir certe admodum doctus, & in rebus, negotiisque humanis & mundanis expertissimus. Erat enim his temporibus Alberti ducis Austriæ Cancellarius, & magnum thesaurū ibidē collegit, qui tum post eius obitum omnino diecesi cessit, fuit etiam vt debuit Domino suo Alberto magnā contra Tuicen. assistentiam, de quo specialis historia, habuit prēterea grandes cōtra Conradum de Honburg militem & adhærentes suos Marckdorff intuitu litis, sed

tes, sed tandem accidit vt dum sanctæ Agnetis festo, vna cum magistro Ottone de Ryneck Canonico Vicario, Friderico Sigillifero, & Conrado de Stockhen cœnandi causſa mensa considerent, Waltherus de Stofflen, Berchtoldus frater eius nominatus Singer, D. Vdalricus Schwarz miles, Iohannes frater suus, Vlricus Goldast Wulmatinger, Vlricus auunculus suus Strubli vocatus, Vlricus Roggweyler ciuis Constant. & Bohæmus de Steckboren cum adhærentibus temerario ausu Curiam eius ingredientes, eum in mensa trucidarunt, quo mortuo interdicti causſa extra cœmiterium, angulo quidem prope S. Margarethæ capellam sepultus est, verum post annum exhumatus ecclesiasticæ traditur sepulturæ, fertur etiam quod dominus Deus circa primam ipsius sepulturam erga infirmos miraculis claruerit, ex quibus plane integritas, & mortis huius innocentia apparet. Trucidatus est enim quinto suæ præsidentię anno: Anno vero Domini MCCCLXV. & hęc circa tẽpora initii Aprilis per D. Conradum de Honburg militẽ Castrum Gottlieben propter Marckdorff, quod episcopus contra eum obtinuit, igne crematum est.

Nota, iste Episcopus in palatio sub Cœna transfossus seu trucidatus.

VDALRICVS de Fridingen canonice & legitime atque vnanimiter electus, quinquagesimus septimus episcopus, qui ob hoc quod Cardinalibus aliisque Officialibus Romæ nihil dare voluit, amotus, & in locum eius surrogatus est, Henricus de Brandis. Quare autem nihil dare voluerit, ratio forte fuit, quia ob hoc Episcopatus statu, maluit esse supportatus, vel saltem ob ecclesiasticæ dignitatis libertatem gratis habere, quam pecunias exponere, aut libertatem transgredi. 57

HENRICVS Baro de Brandis Abbas monasterii Beatæ Marię Virginis Eremitarũ, Cardinalibus & aliis innumeram pro episcopio obtinendo pecuniarum summam pollicitus est. Quare quinquagesimus octauus fit episcopus: consiliarius Caroli IV. Imperat. à quo priuilegium impetrat, quod ante tertium huius libri Caput appositum fuit. Is contra ciues Constant. septem annis lites tulit satis arduas, in quibus profecto ex vtraq; parte in castris, villis & vineis multa fuerũt damna illata. Quare multa ad Episcopatũ spectantia alienauit & oppignorauit, habuit etiã multos amicos satis pauperes vel saltem non diuites, quare non in modicam iacturam Episcopatus & ecclesiæ illis multo adiumento fuit. Hoc pręterea Gregorio huius nominis vndecimo Papa mortuo periculosum in Catholica ecclesia vicesimum secundum schisma. Nam Romanorũ ciuiũ contemplatione, qui Italũ repetierunt, aliqui Cardinales Bartholomęum Neapolitanum, (quem post Vrbanum huius nominis sextum Papam vocant, virum siquidẽ rusticum, grossum & ingratũ) & alii octo Cardinales Ruberthum de Gebenna, quẽ post hoc Clementem huius nominis septimũ Papam vocant, elegerunt, & sub hoc schismate, postquam Henricus iste annos 20. præsedit, moritur Anno Domini MCCCLXXXIII. 58

FRAGMENTVM FAMILIÆ BARONVM A BRANDIS: vnde Henricus & Manigoldus Episcopi Constantienses.

in Walgouia prope curiam Rhetiæ

Plura reperta non sunt: alioquin communicassemus. Dabimus verò pleniorem familiam cum accipiemus.



MANEGOLDVS Baro de Brandis Abbas Augiæ maioris ſucceſſor Henrici LIX.
59 fit Epiſcopus, hoc modo, quia mortuo Henrico, inter Canonicos (ſchiſmatis intuitu) magna ſuborta eſt diſcrepantia. Quidam enim vt dominus Bernhardus de Hewen Præpoſitus, Vlricus Güttinger Decanus, Ioannes de Landenberg cuſtos, Henricus Goldaſt vicarius, Eberhardus Sigler cãtor, Nicolaus Sättelin, Nicolaus Schnell, Ioh. Berger, Iohannes de Saſpach, Franciſcus Maurer & Eberhardus Laſt Vrbano: & econtra Iohanes Samnegkh, Iohannes de Randeckh, Hartmannus de Buobenberg & Ruodolphus de Dettikhofer Clementi adhæſerũt. Sed quia vno incõueniẽti dato, ſequuntur plura, & ideo in noui Epiſcopi electione canonici per decẽ menſes etiam diſcordant, quarẽ ſingulis diebus capitulum celebrantes, tandem videlicet Baro Burckhardus de Hewen præpoſitus, Iohannes de Landenberg, Vdalricus Güttinger, Iohannes de Staynegg, Iohannes de Randegg, Hartmannus de Buobenberg, Ruodolphus Dettikofer, Magiſter Nicolaus Schnell & Eberhardus Laſt, Mangoldum hunc de Brandis elegerunt. Alii vero Canonici ob Vrbani papæ mandatum nolentes eligere. Quare Manegoldus ille ab Archiepiſcopo Clementis fautore confirmationẽ obtinuit. Vrbanus autem papa dictis electioni & confirmationi non obſtantibus, contra Manegoldum Epiſcopum creauit Nicolaum de Ryſenburg (forte ſupramemoratis ſex electoribus conſentientibus) quo facto dum idem Nicolaus Vberlingam verſus equitauerat, Conſtantienſes ea ex parte nauigia pararunt, & eidem ſolenni cum proceſſione obuiando maximis honore & reuerentia in Sãctorũ Viti & Modeſti feſto ad Creutzlingen depoſt ſingularibus gaudio & iubilo ad ſummam Beatæ Mariæ Virginis eccleſiam conduxerunt, vbi ſuper altare poſitus, tam à ſpiritualibus quã ſęcularibus etiam vtriuſque ſexus perſonis honorificentiſſimè & vt verus antiſtes exceptus eſt. Tandẽ conductus ad palatium, & eodem die, clerum, ſenatum & alias commendabiles perſonas hoſpites vocauit, quos lautiſſimo refecit prandio. Manegoldus autem ſingula hæc non curans cum antedictis electione & confirmatione ſuis intrepidus perſtitit, & deinceps multa Nicolao intulit incommoda pręſertim in Cleggoia & dominiis duci Leopoldo attinẽtibus, ſed cum adhuc eidem maiora damna inferre pręſumeret, Manegoldus in feſto S. Elizabethæ dum in Kayſerſtuel, vel ſecundũ alias in Steckboren equum ſuũ aſcenderet, poſtquam anno vno, menſibus nouem & diebus 24. pręſedit ſubitanea morte moritur, & cum ea qua decuit ſolennitate (quandoquidem fuerit electus epiſcopus, licet non legitimè confirmatus) ſepultus in Augia maiore, cuius præclariſſimi cœnobii Abbas etiam extitit, obiit hic Manegoldus de Brandis An. Sal. MCCCLXXXIV. 8. Calend. Nouembris.

60 NICOLAVS Ingenuus de Riſſenburg (*al. Riſenburg* vel *Zyſenburg*) caſtro Marchionatus Burgaw, mortuo Manegoldo, quietus fit LX. Epiſcopus, qui in prælaturæ ſuæ principio ab vtriuſq; ſexus hominibus magno habitus eſt fauore & honore. Verũtamen cum ipſe vixiſſet iracundus, doloſus & mendax, ita vt quicquid hodie polliceretur cras negaret, imò etiam quandoq; contra proprium ſigillũ &c. affectus huiuſmodi cito euanuit. Et, vt paucis multa concludantur, nullis virtutibus claruiſſe famatur, quam ea forſan, quod largam ſolitus fuerit tenere menſam, ita, inquam, largam vt in quatuor annis vigintiquatuor millia florenorum epiſcopio ceſſerint ſoluendi, fuit etiam magna cum iactura bonorum eccleſiæ hypothecator. Et cum dominis de capitulo huiuſmodi Epiſcopi ineptiæ intantum diſplicerent, & tales de cætero nollent ſuſtinere, ipſe coram ſupradicto Vrbano ſummo Pontifice pro pinguiori eccleſia impetranda inſtitit. Papa petitionem eius audiens ſibi de epiſcopio Olmatano prouidit, Nicolaus exhilaratus in multo ſe melius prouiſum eſſe credẽs, quarta die menſis Maii coram Capitulo Conſtant. comparens, epiſcopatum ſuum Cõſtantienſ. cui quatuor annis pręſedit, Anno à natiuitate Domini MCCCLXXXVII. liberè reſignauit, & ſic receſſit, ſed poſtquam ad Olmatenſes veniret Marchionem Morauiæ, quem Wenceslaus Romanorum rex illic deputauit, diœceſis epiſcopum poſſeſſorem, reperit ibidem, quare certum pro incerto dimittens penitus diluſus nihil effecit.

BVR-

BVRCKHARDVS à genitore Baro de Howen, genitrice vero Comites de Furſtēberg maioris Conſt. Eccleſię præpoſitus poſt dictam Nicolai reſignationem, vnanimi omnium canonicorum voto ſexageſimus primus epiſcopus eligitur, verum quando pro confirmatione obtinenda ſedem apoſtolicam acceſſerat, Vrbanus tunc papa recuſans, Nicolaum in priſtinū reſtituit ſtatum, Epiſcopiū huiuſmodi denuo ſibi conferendo. Sed propter litis expenſas euitandas, tranſactum fuit inter partes hoc modo, vt Burckhardus epiſcopus & Nicolaus præpoſitus eſſet &c. hæc tamē tranſactio ad Vrbani aures veniens, in tantū placuit, vt eā gratioſe cōfirmaret. Et dehinc Burckhardo de conſecrationis beneficio prouidit, quo obtento, ab omnibus tam clericis, quam laicis Epiſcopus habetur, quare cum ea qua decuit, ſolennitate in Beatæ Mariæ Virginis eccleſiam Conſt. conductus, & ad ſummum eiuſdem Eccleſiæ, vt moris eſt, altare poſitus, veram & legitimam ipſius poſſeſſionem nactus eſt, decimanona die menſis Aug. An. Dom. MCCCLXXXVIII. & in feſto Hieronymi x. ſuæ præſidentiæ anno, vita fūctus, ſecus altare quod in B. Mariæ virginis ambitu eccleſiæ, vbi prębendam egregiam fundauit, honorifice ſepultus eſt, a natiuitate Dom. MCCCXCVIII. cuius exequiæ cum quamplurimis incolis, & aduenis ac XL. perſonis, quas ſenatus Conſt. propriis expenſis illinc deputauit, peractę ſunt, x. die poſt obitū, quibus peractis, omnes præſentes ad palatium vocati precioſa ſunt refectione recreati.

N B. *Prębenda SS. Petri & Pauli in ambitu prope Capellam D. Mauritii ſepulturam S. Conradi & Cōſiſtorium.*

PARTICVLA FAMILIÆ BARONVM AB Howen, Dominorum in Engen: vnde Burcardus & Henricus Epiſcopi Conſtantienſes.

EX PROBATIONIBVS.



ALIA PROBATIO.

Ex manū Henrici Conſtantienſis & Curienſis Epiſcopi, quæ ad manum eſt.



Reliqua incerta non aſcripſimus dum rectius cognoſcantur. Nec enim Lazii vel Henningii ſumus vt aliena incerta fide vel noſtro cæco iudicio familias fabricemus.

62. FRIDERICVS Comes de Nellenburg canonicus Argentinenſ. concorditer poſtulatus in feſto S. Galli, Anno MCCCXCVIII. LXII. fit epiſcopus, & eodem die cum his, quibus decet, ſolennitatibus in Conradi patris ſui ac alias plurimarum perſonarum præſentia in poſſeſſionem miſſus eſt, de quo vtriuſque ſexus homines ciuitatis ac alii admodum gauiſi ſunt. Magnam enim de ipſius & patris perſona complacentiam habuere. Sed decimo poſt hoc Sanctorum Criſpini & Criſpiniani die coram capitulo comparens, Epiſcopatum libere reſignauit, quia, vt aiunt, plus quam antea ſciuerat, debitis Epiſcopatum implicatum, reperit.

FAMILIÆ NELLENBVRGICÆ PAVCÆ IN LITERIS RELICTÆ RELIQVIÆ: ETSI INTEGRA à prædicante Scaphuſiano optimo hiſtorico exſpectatur.

Burcardus *dux Sueuiæ, dominus in Nellenburg.* = Comitiſſa *Burgundiæ.*

Eppo *Comes Nellenburgicus, Landgrauius in Hegoia & Madach ex vxore dominus aliquot locorum in Alſatia.* = Hedwiga *filia ſororis Henrici Claudi Imp. fundat. monaſterium Schwabenheym in Epiſcopatu Moguntiaco.*

Dithburga *vxor Hugobaldi comitis in Dillingen mater S. Vlrici.*

Eberhardus *fundat. Scaphuſæ monaſterium An.* 1052. = Ita *Vlrici comitis Tybingenſis filia.*

Vto *Archiepiſcopus Treuirenſis.*

Adalbertus *moritur iuuenis: & in mortis aditu loquitur latinè quod nunquam didicerat.*

Ecardus *Abbas Augiæ maioris. Moritur An.* 1089.

Burcardus *ſuccedit patri in Landgrauiatu, comes Nellenburgicus, Landgrauius Hegoiæ & in Madach Anno* 1070.

Albinus. Cunradus. *Cadunt in bello Saxonico An.* 1075.

= Helwiga *principis Saxoniæ filia.*

Reliqua incerta non aſcribimus.

= Mangoldus.

Eberhardus 1185. Wolfradus.

Manegoldus *comes Nellenb. Landrauius Hegoiæ & Madachi An.* 1275.

Manegoldus *Landrauius in Hegoia & Madach, comes Nellenburgicus,* 1343. 1358. *ſit clericus.*

Eberhardus *Nellenburgicus (vt prius)* 1348. 1351. = Ermengarda *ducis à Tegk filia.*

Wolframus *Nellenburgicus ordinis Teutonici per Germaniã Magiſter* 1348.

Henricus.

Eberhardus *ſenior comes Nellenburgicus Landgrauius Hegoia & in Madach* 1367. 1370. = Vrſula *Burggrauii Noribergenſis Fridrici filia.*

Manegoldus.

Margreta 1381. *hæres omnium fratrum, transfert ad maritum baronẽ à Tengen Landgrauiatũ cum titulo Nellenburgici comitis.* Vide Barones à Tengen.

Conradus 1381. 1388. = Eliſabeta *Montfortia Wilhelmi filia.*

Wolframus *Anno* 1371. 1381. 1388.

Fridricus 1381. 1388.

Eberhardus *iunior* 1381. 1388.

Fridricus *Epiſcopus Conſtantienſis Anno* 1398. *cedit poſt decem dies.*

Kunigunda *vxor Ioannis domini a Schwartzenberg. Moritur Anno* 1461.

MARQVAR-

MARQVARDVS natione de Randeckh LXIII. Episcopus creatus, Anno Domin MCCCXCIIX. & in octauo seu vt aliis placet decimo suo præsidentiæ An. à natali Domini* MCCCC. carnis soluit debitum. *ali as 1408.

FAMILIA DOMINORVM A RANDEGK, QVÆ EX SE MARQVARDVM ET BVRCARDVM Episcopos Constantienses edidit.

Collegit nobilissimus & illustris dominus Ioannes à Schellenburg, hæres familiæ Randeckiæ, doctissimus heros.

N. = N.

- Rudolfus *An.* 1275. *eques auratus.*
- Martinus *An.* 1275. *emerunt à Mangoldo Nellẽburgensi arcẽ Erbsensteyn & aduocatiam Ebringen.*
- Henricus 1275. *notus Rudolfo Cæsari & Alberto filio* (*ex literis*) 1292. =

- Rudolfus *dominus in Randegk eques auratus An.* 1310. (*ex literis.*)
- Vlricus *à Randegk eques auratus* 1310. (*ex literis.*)
- Henricus *senior eques auratus* 1310. = Anna *à Grifensteyn.*
- Henricus *iunior eques auratus* 1310. = Elisabeta *Truchsesin à Dissenhofen filia Vlrici equitis An.* 1339.

- Elisabeta *vxor Ioannis à Wildenfels* 1369.
- Ioannes 1367. (*ex literis.*)
- Henricus 1367.
- Henricus *senior* 1367. *emit pagũ Rideschingen* 1382. *ducit vxorẽ Clarã* = Clara *ab Honburgk.*
- Burcardus *dictus Puppeli* 1367.

- Anastasia *à Randegk* 1477. *vxor N. nobilis à Blumenberg sine liberis.*
- Elisabeta.
- Rudolfus 1384.
- Henricus *Anno* 1384. = N. *filia equitis à Rechburg.*
- Henricus 1384.
- Marquardus *Episcopus Constantiensis. Moritur Anno* 1408.

- Henricus *eques auratus* 1432. Vide in sequenti pag. signum †
- Elisabeta *vxor Rudolfi à Blumenberg in veteri Blumenbergk* 1411.
- Gertruda *vxor Conradi à Landow equitis, mater quatuor liberorum.*


†
Henricus eques auratus 1423.
Margreta 1437. ex literis 1466. filia domini ab Ellerbach.
Ioannes à Randegk in Heylsbergk eques auratus.
Vxor Dorothea à Blumbergk Henrici filia.
Burcardus custos & deinde Episc. Constantiensis 1463. ex literis.
Henricus à Randegk in Stauffen eques auratus 1423.
Vrsula à Grunenberg Wilhelmi filia ducta 1458.
Anna vxor Bernhardi à Rotburg ducta 1441.
Henricus eques auratus 1423.
Vrsula vxor primũ N. à Grunẽberg, secũdo Vlrici à Schellẽburg in Kisselegk.
Rudolfus à Randegk vixit 1423. & 1467. moritur ante 1469.
Henricus, ex literis Anno 1476.
Margreta vxor Ioannis Vlrici à Stoffel.
Henricus. Ioannes. Canonici Constantienses.
Burcardus à Randegk eques, Maximiliani I. magister peditum contra Helvetios cadit in Schwaderloch: sepult. Constantiæ in Cathedrali Ecclesia Anno 1499.
Fides Mumpratin, ex literis 1512.
Mauritius à Randegk, moritur cælebs 1517.
Dorothea vxor Ioannis Fabers à Rauenspurgk.
Agnes vxor Ioannis am Stads in Möringen.
Anna vxor Bernhardi Segessers in Mollingen præfects in Keyserstuel.
Martinus eques auratus.
Barbara à Lindenberg Melchioris filia ducta 1501. Moritur 1517.
Anna Abbatissa in Genadenthal prope Basileam 1478.
Balthasar.
Veronica à Laufen vxor secundo Emrici à Newenburgk 1495.
Casparus à Randegk eques.
Anna Burgin à Grub Conradi & Annæ Felixin filia ducta 1489.
Clara vxor Ioannis à Schellenburgk in Husingen ducta 1515.
Georgius familiæ postremus. Moritur 1520. Cedit sorori in arce Heylspurg.

ALBERTVS Blarer ex antiquæ genealogiæ ciuitatis Constant. progenitoribus natus, maioris ecclesiæ Constant. Præpositus, LXIV. Episcopus electus, scilicet, quia Appenzellensium litibus se nuper inuoluerat, nec confirmatus nec consecratus est, quare in tertio suæ præsidentiæ anno Episcopium Ottoni Marchioni de Röttel vel Hochberg (*al. Hachberg*) cum annuæ pensionis ad vitã necessariæ reseruatione, modis & formis, quibus melius potuit, resignauit; & ex eo tempore nonnisi Presbyter Albertus nominatus, vulgò, Pfaff Albrecht. 64

OTTO Marchio de Röttel vel Hohenberg siue Hachberg LXV. Episcopus, vir quandoq; multùm laudabilis, doctus, prudens & pius atq; singularis ordinis S. Francisci cultor extitit, quare in fratres eiusdem familiæ multa misericordiæ opera exercuit, eos hospitando & pias ipsis adiutrices manus porrigẽdo, cum quibus etiam de spiritualibus rebus conuersando, maximè sacras res tractari curauit, speciali etiam deuotione B. Virginem Mariam venerari studuit, vnde orationalia de laude ipsius & in summa quicquid in eius honorem colligere & præstare potuit, collegit & præstitit, & inter cætera Psalterium Dauidis in eius laudem incorporauit, eundemque librum Psalmorum, Psalterium Mariæ nominando (quorum librorum vnus in monasterii Augiæ maioris bibliotheca auro & argento ornatus remanet.) Et circa eius tempora grauis inter Constant. de antiqua genealogia ciues ex vna: & eiusdem ciuitatis ciues plebæos ex altera partibus, discordia suborta est, pro qua sedanda atq; pacificanda Episcopus vnà cum Abbate Augię maioris summa fidelitate sese fatigabant, ita vt res benè fuerit composita & transacta. Hic igitur Episcopus Deo & hominibus gratus XXIV. vel V. præsidentiæ anno, Natalis vero Domini Anno Mcccc-*XXXIII. propter incurabilem (vt aiunt) S. Valentini morbum, aliqua pensione ad vitam reseruata Friderico Comiti de Zollern resignauit, XV. mensis Nouembris anni præscripti. 65 N. i. *al. 1434.

FAMILIA MARCHIONVM HAHBVRgicorum & Rotelanorum ex Badensibus.

EX PIRTHILONIS FAMILIA, PER Zaringenses & Badenses.

Collegit ex literis diligentissimè Pistorius.

Hermannus IV. *nominis inter Marchiones Badenses tertius.*

Henricus *diuisa cum fratribus prouincia, intermisso Badensis Marchionis titulo, primus Hahbergẽsis Marchio: Landgrauius Brisgoiæ ex Cæsaris beneficio post Zaringenses duces An.* 1218. *Moritur Anno* 1231.

Fridricus *Marchio Badensis.*

Vidua, *viuit post maritum.*

Hermannus V. *Marchio Badensis quartus, pater omnium Badensium Marchionum, qui in hunc diem vixerunt & viuunt.*

Rudolfus *primus nominis inter Hahburgenses Marchio dominus in Hahberg, Landtgrauius Brisgoiæ. Viuit* 1239. & 1248.

Hermannus *nominis primus inter Hahburgenses Landgrauius Brisgoiæ. An.* 1248.

Henricus *nominis secundus Marchio dominus in Hahberg Landgrauius Brisgoiæ dictus antiquus. Viuit* 1261. 1276. 1285.

Anna.

Fridricus.

Rudolfus *Marchio in Hahberg Anno* 1290. 1296. *nominis inter Hahburgenses secundus.*

Henricus *tertius nominis Marchio in Hahberg &c.* Vide in seq. pag. signum ℔

ℍb

Henricus *tertius nominis Marchio in Habberg, dominus prouincialis vel Landgrauius Brisgoiæ & Susenbergæ (dicitur à Rudolfo Cæsare Landherr in Breißgaw) Anno* 1288. *dux exercitus in militia Cæsaris Rudolfi cõtra Otocarum Bohemum, viuit An.* 1284. *Emit Maltertingam An.* 1296.

Anna *vxor de Alzena.*

Agnes *filia* VI. *quondã comitis de Habberg* 1310.

Henricus IV. *diuisa An.* 1305. *cum Rudolfo fratre prouincia, retinet Habbergam arce cum vicinis pagis, tutor filiorum fratris An.* 1314. *viuit adhuc An.* 1324.

Rudolfus *Marchio in Habberg, Landgrauius Brisgoiæ & Susenhardæ, viuit Anno* 1290. 1311. *Moritur post annũ* 1313. *quo anno adhuc viuit nominis inter Habburgenses tertius.*

Agnes *vxor Waltheri à Richenberg (al. à Reifenberg) Anno* 1309.

Hermannus *prior ordinis Melitensis per Alemaniã An.* 1318. *moritur An.* 1321. 2. *Id. April. sepultus Friburgi: secundus nominis inter Habburgenses.*

Kunigũda. Elisabeta. *Sanctimoniales in Adelhausen.*

Anna *vxor Fridrici comitis domini de Friburg ducta an.* 1318. *moritur anno* 1331 *prid. Cal. Mart. sepulta Friburgi ad Dominicanos.*

Henricus V. *nominis Marchio in Habberg, Landgrauius Brisgoiæ & Susenhardæ: dominus Rotelanus ex donatione inter viuos Leopoldi postremi Rotelani domini An.* 1315. *Landgrauiatũ Brisgoiæ oppignerat Fridrico Friburgi comiti in dotem Annæ sororis pro* 800. *marcis argenti An.* 1318. *de consensu Imperatoris Ludwici. Moritur circa annum* 1334.

Rudolfus *Ioannitici ordinis in Hohenreyn commendator An.* 1325. *moritur an* 1343. XVII. *Cal. Iun. sepultus Friburgi: nominis quarti inter Habburgenses.*

Elisabeta *filia Imerici comitis de Strasberg, moritur circa an.* 1351

Otho *Marchio Habbergicus Landgrauius Susenhardæ, dominus in Roteln, donat omnia Rudolfi fratris filio Rudolfo.*

Rudolfus *Marchio Habbergicus Landgrauius Susenhardæ, dominus in Roteln &c. Moritur ante fratrem circa annum* 1356. *nominis inter Habburgenses quintus.*

Catharina *filia comitis à Tirsteyn, soror Walrami, viuit adhuc Anno* 1381. *vidua.*

Hermannus *Sacerdos locum tenens Magistri & conuentus in Rhodis per Alemaniam* 1347. *moritur An.* 1356. VII. *Cal. Maii, sepultus Friburgi: tertius nominis inter Habburgenses.*

Henricus VI. *nominis, Marchio in Habberg, dominus in Kentzingen aliquandiu ex beneficio Baronis ab Vsenberg affinis, viuit adhuc Anno* 1355.

Anna *filia Burcardi liberi domini de Vsenberg.*

Otho *Marchio in Habberg primus nominis, militat Leopoldo Austrio, occisus cum eo in bello Sempachico An.* 1386. VII. *Id. Iul. sepultus in Tennebach.*

Kunegunda *vxor Baronis a Giirs.*

Soror *Maltreri opulenti baronis.*

Hesso *minimus natu, Marchio in Habberg, emit Hohingæ baronatũ. Moritur An.* 1409. (*Aliis* 1405.) *Maii.*

Ioannes *Marchio præfectus Austriæ Archiducis in Endingen* 1361. *Moritur circa an.* 1411. *sine vxore.*

XII.

Margarita *filia Conradi Palatini comitis in Tubingen ducta An.* 1381. *cum dote arcis Herreberg.*

Emelina *vxor Ioannis Ruchen equitis, vnica patris filia. Moritur sine liberis.*

Margareta *filia Martini Maltreri ex matre Anna comitissa à Tirsteyn, nubit secũdo Casparo à Klingenberg.*

Henricus VII. *nominis Marchio in Habberg: Margreta vxoris sponsus an simul maritus incertum. Moritur inuenis.*

Hesso *secundus Marchio in Habberg, moritur An.* 1406. XIII. *Maii.*

Otho *Marchio in Habberg secũdus nominis, postremus ex Habbergensibus incola Habbergæ. Vendit enim Marchionatum cum Hohinga Bernardo Badensi Marchioni propinquo suo. Moritur sine vxore & liberis An.* 1418. *præfectus Austriacus in Endingen.*

Margareta *vxor Fridrici comitis à Leiningen, ducta* 1405. *mater inde Fridrici & Hessonis, & Fridrici minoris à Leiningen & filiæ Margaretæ.*

Agnes *vxor Fridrici comitis Orteburgici.*

FINIS HVIVS RAMI.

Rudolfus

Rudolfus *nominis inter Habbergenses sextus, Marchio Habbergicus, Landgrauius Sausenbergæ & Rotelæ dominus, primum cum patruo, deinde solus. Moritur Anno* 1428. *die Dominica post purificationis S. Virginis inter* 3. *&* 4. *P. M.*

Vxor *secunda Anna filia Egenonis Comitis Friburgici ducta Anno* 1387. *ante Bachanalia.*

Vxor *prima Adelheyda Simondi domini à Lichtenberg filia, ducta Anno* 1379. *Moritur circa annum* 1386.

o

Filia *mortua puella.*

Verena *nata Anno* 1392. *in die S. Luciæ nubit Henrico Comiti Furstenbergico Henrici filio An.* 1419.

Rudolfus *nominis septimus Marchio Habbergicus, dominus in Roteln & Susenhard. Moritur ante patrem Anno* 1420. *Natus Anno* 1393. *dictus flos pietatis & iustitiæ, sine liberis.*

Quatuor *alii filii mortui impuberes.*

Otho *Episcopus Constantiensis An.* 1411. *doctissimus princeps, natus An.* 1388. *Dominica Lætare. Moritur Anno* 1439.

Wilhelmus *Marchio Habbergicus dominus in Roteln & Landgrauius Susenbergæ. Natus* 1406. *die Dominica ante Margaretæ Moritur Anno* 1444.

Agnes. Catharina. Annula. Margareta. *Sanctimoniales Basileæ ad D. Claram Anno* 1410. *Tres mortuæ vno anno An.* 1420. *Quarta vixit diutius.*

Elisabeta *filia Wilhelmi Comitis Montfortii vidua Conradi comitis Nellenburgici. Moritur Anno* 1458.

Vrsula *vxor Iacobi Truchsesii Anno* 1451. *nubit secundo Vlrico comiti Montfortio. Moritur Anno* 1467.

Rudolphus *inter Habbergenses nominis octauus, Marchio Habbergicus, Landgrauius in Sausenberg, dominus in Roteln: & ex Ioanne Friburgi vltimo comite, Lãdgrauius Brisgoiæ & dominus in Badenweiler Anno* 1458. *euntem Romam Cæsarem Fridricum comitatus. Moritur Anno* 1487. *die Iouis ante Pascha: ætate paulo supra* LX. *annos.*

Hugo *Marchio Habbergicus Landgrauius in Sausenhard dominus in Roteln sine vxore.*

Margareta *Galla Comitissa de Vianna.*

Philippus *Marchio Habbergicus (ex familia) dominus in Roteln & Badenweiler, Landgrauius in Sausenberg: Comes Newenburgensis in Burgundia, regis Galliæ consiliarius & gubernator Massiliæ. Moritur Anno* 1503. VII. *Septembris.*

Maria *filia Amedei* IIX. *Ducis Sabaudiæ, ducta Anno* 1480.

Ioanna *vnica filia & hæres, vxor Ludwici Aureliani ducis Longauillæ in Gallia ex regia familia, ducta Anno* 1504.

FINIS HABBERGICÆ A BADENSI DIVISÆ FAMILIÆ

66 FRIDERICVS Comes de Zollern maioris Ecclesiæ Argentinen. Canonicus, ad præfati Ottonis resignationem sexagesimus sextus Episcopus Constant. fit. Et hic est casus, quo simul tempore tres vigebant Episcopi Constant. nempe, Albertus Blarer, Otto Marchio, & Fridericus Episcopus qui Curiam in domo prope Minorum tenebat, præsedit annis tribus, & obiit Anno Domini 1436.

PARS FAMILIÆ HOHENZOLLERANÆ, in qua nati FRIDRICI duo sunt Constantienses Episcopi. Ex chartis & literis PISTORII.

Initium familia Zollerana sub Carolo Magno cepit, non à Petro Columna vt inepte Reyneccius putat: sed diu ante à Thassilone: propagata per 470. annos vsq; ad Eitel Fridricum, quem nos primum hic ponimus.

Eitelfridricus *Comes in HohenZolren. Vixit Anno 1273.* = Filia *Alberti, soror Rudolfi Habspurgici Cæsaris.*

- Eitelfridric⁹ *nominis II. primus huius familiæ Burgraui⁹ Noribergensis beneficio affinis Rudolfi Cæsaris: author Marchionum & Electorum Brandeburgicorum omnium, qui hodie sunt: de quibus alibi.*
- Othilia *vxor Alwici comitis a Sulz*
- Rudolfus *occisus in bello.*
- Dorothea *filia comitis a Reinegk.* = Ioānes *canonicus Moguntinus, Coloniensis & Argētinensis.*
- Fridric⁹ *comes in Hohen Zolren.* = Hildegarda *a Schæffelberg filia & hæres.*
- Euphemia. *Mortua in pueritia.*
- Albrechtus.
- Anna *religiosa in Zimern prope HohenZolren.*

Eitelfridricus *Comes in Hohenzolren, tertius nominis.* = Margretha *Wurtembergica comitis Eberhardi filia ex matre Sigmaringana.*

- Fridricus *Episc. Constantiensis cedit statim anno 1304.*
- Susanna.

- Margretha *moritur puella.*
- Margareta *filia comitis ab Heisensteyn.* = Albertus *moritur in Syria.*
- Filia *vnica Margreta vxor Ernesti comitis a Montfaxen.*
- Ioannes *moritur puer.*
- Fridricus *comes in Hohen Zolren.* = Agnes *Landgrauia in Nellenburgk filia Eberhardi ex Dorothea Habspurgica.*
- Catharina *vxor Othonis comitis ab Eberstein.*

- Clara *vxor Caspari domini a Fronhofen.*
- Margreta *vxor primum Baronis ab Abenspergk: secundo Wilhelmi a Buchberg equitis aurati iunioris.*
- Fridricus *Abbas Augiæ maioris.*
- Fridricus *comes in Hohenzolren.* = Adelheyda *comitissa in Furstenbergk Gotfridi filia ex matre Margreta a Krenchingen.*

Vrsula *filia & hæres baronis in Ratzins.* = Eitelfridricus *cognominatus Otingensis, comes in HohenZolren quartus nominis.*

- Fridricus II. *dictus niger comes Zolleranus occisus in bello.*
- Margreta *moritur cælebs.*
- Fridricus *Episc. Constantiensis Anno 1438. canonicus Argentinensis.*
- Agnes *vxor Henrici à Furstenbergk qui filius fuit Henrici & Annæ Mörfortiæ.*

Henricus *dictus Viniger canonicus Argentinensis Anno 1438.*

Iodocus *Nicolaus, magnus miles &c.* Vide in sequ pag. signum]'[

]'[Iodocus

Iodocus Nicolaus, *magnus miles, restaurat arcem Hohenzolren. Moritur Anno* 1488. IX *Febr. sepultus in Steten.*

= Agnes *filia Ioannis comitis Werdenbergici ex Elisabeta Wirtembergica. Moritur Anno* 1467. XIII *Decembr.*

Helena *vxor Ioannis Truchsessii à Waldburgk.*

Fridricus *Albrechtus moritur* 16. *Iulii Anno* 1483. *occisus in bello Maximilian. I.*

Eitelfridricus V. *Maximil. I. consiliarius secretus, & aulæ Magister suprem*^{o}*: eques aurei velleris & magister militū: primus in hac familia camerarius hereditari*^{o} *Imperii: ꝑmutat Ratzins baronatum cum comitatu Heygerloch ab Austriis. Moritur* 1512. 17 *Iunii.*

Fridricus *Episc. Augustanus, obiit* 8. *Martii* 1505. *ætatis* 55. *regnat. annis* 19.

Fridrich Eitelfridrich *Amiralius Maxmil. Cæsaris in mari Belgico (certum ex signo & literis.) Moritur* 27. *Iunii* 1490. *occisus in bello Maxmil. I.*

Fridricus Ioannes *occisus in bellis Belgicis Max. I.*

= Magdalena *filia Fridrici pinguis Brandenburgici. Moritur* XVII. *Iunii Anno* 1496.

Frantz Wolfgangus *comes in Hohenzolren. Moritur* 1517. XVI. *Iunii.*

= Rosina *filia Christophori marchionis Badēsis.*

Filia N.

Salome *nata* 1497 *Cal. Maii vxor Ludwici comitis ab Otingen. Moritur* 1548. *pridie Cal. August. sepulta Calbæ.*

Eitel-Ioachimus.

Anastasia *Baronis à Stöffel filia Henrici.*

Ioachimus *comes in Hohenzolren moritur* 1538. *in Februario.*

Wandelbara *vxor Alberti ab Hohenlob comitis.*

Eitelfridricus VI. *nominis, apud Carolum Cæsarē V. in aula educatus: egregius miles, occisus veneno ab Hispano ex inuidia gloriæ militaris Anno* 1525. XV. *Ianuarii.*

Anna *monialis in Steten prope Hechingen.*

Ioachim^{o} *filius obiit puer.*

Filia N. *mortua puella.*

Filius *puer mortuus.*

Fridricus *mortuus calebs.*

= Ioanna *baronissa Belgica à Berfellenet Petersson. nubit secundo Christophoro comiti de Werdenbergk & Heyligenbergk. Moritur* 1536. *hinc Philippi filia ex matre Holwana.*

Elisabeta *mortua virgo in gyneceo Oth-Henrici Palatini.*

Anna *filia Godfridi Werneri baronis à Zimbern.*

= O

Iustus Nicolaus *secundus nominis succedit patri. Moritur* 10. *Iunii Anno* 1558.

Christophorus-Fridric^{o} *traiect*^{o} *globo ante Massiliam in prouincia Anno* 1536. 1. *Sept.*

Helena *vxor secūda Christophori à Tengen comitis à Nellenburgk.*

Anna *vxor Vlrici Philippi domini ab Hohensaxen.*

Elisabeta *vxor Ioannis Christophori domini Scalæ & Dietrichsborni.*

Rosina *monialis Pforzemii & deinde in Stettn.*

Othilia *puella mortua.*

Catharina *mortua puella.*

Ferfridus *obiit puer.*

Anna *canonissa in Buchaw.*

Eitelfridricus VII. *in bello Caroli V. ante Sandeper occisus inexpugnatione* 15. *Iul. Anno* 1544.

Carolus I. *huius nominis in hac familia, susceptus ex baptismo à Carolo V. Imp. educatus in Hispania: donatus comitatu Sigmarensi à Carolo Imperatore eques auratus: consiliarius Caroli, Ferdinandi & Maxmiliani I. Moritur* 1576.

Margreta *moritur puella.*

Felix-Fridricus *moritur reuersus ex bello Bohemico & Saxonico* 30. *Ianu. Anno* 1550.

Ioanna *vxor Iacobi Truchsessii in Waldpurg. Moritur* 13. *Iunii.*

= Anna *Marchionis Badensis Ernesti filia.*

Vide in sequ. pag. signum [1]

[1]

Carolus *Comes ab Hohenzolren, vt prius.* = Anna *Marchionissa Badensis, vt prius.*

Maria *Iacoba vxor Reynhardi ab Harach Baronis à Roraw, nata 25. Iul. hora 5. A.M. Anno 1549.*

Ioachim⁹, *Zolleranus comes, ecclesiæ additus, ducit vxorem.* = Filia *comitis ab Honsteyn.*

Filius *vnicus Ioannes Georgius, miles Cæsaris in Hungaria.*

Eleonora *vxor Caroli Truchsessii à Waldpurg nata* XV. *Feb. An.* 1551.

Duo *filii mortui in vtero matris Anno* 1540. *et* 1542.

Maria *vxor Schwei kardi comitis in Helfenstein, nata 28 Augusti hora* X. A.M. 1544. *Sigmaringæ.*

Christophor⁹ *Zolleranus, filius Caroli I. domin⁹ in Heygerloch natus Anno* 1552. *Moritur Anno* 1601.

Christiana *nata Anno* 1555. 28. *Octobris.*

Catharina *baronissa in Welspurg, vivit Anno* 1607. *vidua.*

Ferfridus *natus* 15[illegible]8. *in die S. Wilhelmi. Moritur Friburgi in schola Anno* 1556.

Magdalena *monialis* [illegible] *Holtz nata* XVII. *April. hora 3. post meridiē Anno* 1553. *Sigmaringæ.*

Kunigunda *monialis in Intzkofen, nata* X. *Septēb. inter* X. *&* XI. *An.* 1558. *Sigmaringæ.*

Prima VXOR *Veronica filia Caroli comitis ab Ortenburg.* = Ernestus *moritur puer.* Filia *mortua in prima ætate.*

Eitelfridricus *octau⁹ nominis comes Zolleranus in Hechingen, natus septimo Septembr. Anno* 1545. *Moritur Anno* 1604. = VXOR *tertia comitissa ab Ebersteyn, Othonis filia. Vivit vidua.*

Ernestus *moritur infans natus anno* 1539. III. *Maii inter 6. & 7. Sigmaringæ.*

Iacobus *moritur infans natus et mortu⁹ an.* 1543

Amalia *præpositain monasterio Intzkofen nata an.* 1557 XVIII. *Ianuar. Sigmaringæ.*

Carolus *comes in Sigmaringen. Vide sequēt. pagina sig.*)(³)(

Ioanna *vxor Wilhelmi comitis Otingēsis nata 23. Iunii inter 5. & 6. à mane an.* 1548 *Sigmaringæ.*

= VXOR *secunda Sibylla comitissa Zimmerana, Gulielmi postremi soror.*

Maximiliana *cælebs.*

Ioannes Georgius *Zolleranus comes in Hechingen, eruditus comes.* = Filia *Philippi Reingrauii.*

Liberi *aliquot.*

Ioanna *vxor Ioannis Zolleranī comitis in Sigmaringen, patruelis sui.*

Filia *altera cælebs.*

Ioannes Christophorus *comes Zolleranus in Heygerloch sponsus Anno* 1606. = Maria Elisabetha *filia Caroli Zolleranī comitis in Sigmaringen, sponsa.*

Dorothea. Salome. — *Sanctimoniales in Intzkofen.*

Carolus *studet in Gallia.*

Sydonia *religiosa in Seflingen.*

Filia *nubilis vixit cum matre.*

Filia *mortua.*

Carolus, *comes in Hohen Zolren, dominus in Sigmaringen. Comes laudatissimus, natus Anno* 1547. XXII. *Ianuarii, hora* V. A. M. *Sigmaringæ. Moritur Anno* 1606.

Vxor *prima Euphrosyna comitissa ab Otingen. Moritur Anno* 1590. V. *Octobr.*

Vxor *secunda Elisabeta filia Florisii comitis Kulenbergici, vidua Iacobi Marchionis Badensis Catholici magni Principis, ducta Anno* 1591.

1. Maria Elisabeta *nata Sigmaringæ* 1592. X. *Ianuarii inter* 5. *&* 6. P. M.

2. Georgius Fridricus *natus* 1593. XVI. *Martii inter* 8. *&* 9. P. M. *Moritur* 9. *Maii eodē anno.*

3. Maria Salome *nata* 1595. II. *Febru. hora* I. I. XV. A. M. *Moritur* 1596. X. *Nouembr.*

4. Maria Iuliana *nata* 1596. IIII. *Febru. inter* 4. *&* 5. A. M.

5. Philippus Eusebius *natus* 1597. XXX. *Ianu. hora* 3. LIV. A. M. *Moritur* 1601. III. *Nouembr.*

6. Christianus *natus* 1598. III. *Feb. circa* 8. P. M. *statim mortuus.*

7. Maria Cleophe *nata* 1599. XI. *Iunii hora* 7. A. M.

8. Maria Christiana *nata* 1600. XXII. *Maii inter* 9. *&* 10. P. M.

9. Maria Catharina *nata* 1601 XXIV. *Nouemb. inter* 7. *&* 8. *viuit* 8. *septimanis.*

1. Ferdinandus *natus* 1571. XXIV. *Aug. Oeniponti inter* 8. *&* 9. *Moritur* 1571. XXI. *Nouembr.*

2. Anna Maria *nata Ensisheimii* 1573. XVI. *Ianu. hora* 3. A. M. *Moritur Anno* 1598. I. *Iunii in puerperio.*

3. Maria Magdalena *nata Ensisheimii* 9. *Ian.* A. 1574. *inter* 6. *&* 7. A. M. *Moritur* A. 1582. 2. *Ianuar.*

4. Maria Barbara *nata* 1575. II. *Iunii circa* 6. P. M. *Isnæ in Alsatia. Moritur* 1577 XV. *Maii.*

5. Maria Iacoba *nata* 1577. III. *Ian. inter* 3. *&* 4. A. M. *vxor Henrici Truchsesii.*

6. Ioannes *natus* 1578. XVII. *Augusti inter* 4. *&* 5. P. M. *Sigmaringæ.*

7. Carolus *natus* 1579. XXIV. *Septēb. inter* 4. *&* 5. P. M. *Moritur* 1585. XXIII. *Martii.*

Ioanna *patruelis, Eitelfridrici patrui filia, ducta* 1561. *in festo S. Mariæ Magdalenæ.*

Filia.

8. Euphrosyna *nata* 1580. VI. *Nou. inter* 2. *&* 3. A. M. *Sigmaringæ. Moritur* 1582. IV. *Febr.*

9. Eitelfridricus *natus* 1582. XXVI *Sept. inter* 1. *&* 2. P. M. *Sigmaringæ, magnæ spei adolescens, Canonicus Colonienſis & Argentinenſ. &c.*

10. Maria Maxmiliana *nata* 1583. III. *Octob. circa* 7. A. M. *vxor Vlriciin Newhausen Bohemi.*

11. Ernestus Georgius *natus* 1585 VII. *Maii inter* 1. *&* 2. A. M. *Sigmaringæ.*

12. Maria Eleonora *nata* 1586. XXIX. *Octobris inter* 8. *&* 9. P. M.

13. Maria Sabina *nata* 1587. XII. *Nou. inter* 5. *&* 6. P. M. *Moritur tertio anno.*

14. Iacobus *natus* 1589. 9. *Augusti inter* 5. *&* 6. *post* M. *Moritur* 25. *Augusti eodem anno.*

15. Maria *nata* 1590. XV. *Septēb. circa* 3. A. M.

67 HENRICVS de Hőwen Cathedralis Ecclesiæ Argentinensis decanus, & Constãt. ecclesiæ maioris Præpositus & administrator Episcopii Curiensis sexagesimus septimus episcopus Constant. electus, Anno Domini 1436. quo fit vt denuo tres Episcopi Constant. videlicet Albertus Blarer, Otto de Rőttell, & Henricus simul viuerent. hic quoq; episcopus Henricus ex eo, quia prępositurã suam Constant. cum Episcopio Curiensi permutauit, factus est administrator Curiensis, sed per seruos
al. 1463. Ecclesię eiusdẽ Diœcesis priuatus & profligatus, postquam fere 26. annis Constant. prędsedit vita functus est prima die Octobris A natiuitate Domini 1462.

68 BVRCKHARDVS antiqua nobiliũ de Randeck Hegoiæ familia sexagesimus octauus episcopus electus Anno Domini 1462. & in quarto prędsidentiæ suæ anno à natiuitate Domini 1466. humanæ naturæ soluit debitum.

69 HERMANNVS de Landenberg Cathedralis Constant. Ecclesiæ decanus, sexagesimus nonus episcopus, Vir quidem deo & hominibus gratus, pius & admodum deuotus, ita etiam vt sępissime de oculis eius lacrymæ profundi viderentur. Sed cum iam senio & non mediocri crurum suorum infirmitate molestatus esset, Ludouicum de Freyberg coadiutorẽ assumpsisse dicitur, vnde etsi idẽ Ludouicus à summo pontifice desuper confirmationem iam impetrasset, Hermannus moriturus in lecto iacens, eum de rei veritate rogauit, iste constanter negauit, dixitq; se id minime feciisse. Et breui dehinc Hermannus feliciter in Domino obdormiuit. Annos autem presidentię & obitus non reperii.

Notant quaedam Chr. obiisse An. 1472.

70 LVDOVICVS de Freyberg cum stellis vtriusq; Iuris doctor septuagesimus episcopus electus in discordia, nam contra eũ Otto comes de Sonnenberg eligitur. Obiit Romæ Anno 1480. & ita pacificum Ottoni episcopatum reliquit.

71 Otto Comes de Sonnenberg septuagesimus primus episcopus contra dictum Ludouicum electus prævaluit, & decimo sexto præsidentiæ suæ Anno A natiuitate Domini 1491. carnis soluit debitum.

FAMILIA TRVCHSESIORVM IN WALDburg, Comitum in Sonnenberg, Truchburg & Fridberg &c.

Ex qua OTHO Episcopus Constantiensis.

Ex PISTORII chartis & literis.




Vxor secundà Vrsuli Wilhelmi Marchionis Hachbergensis in Rotela filia, nubit secundo Vlrico seniori comiti Montfortino.
Iacobus Truchsesius Ioannis filius, dictus eques aureus exitinere Syriaco. Moritur Anno 1460. v. Jun. sepultus Isnæ.
Vxor prima Magdalena (Agnes) filia comitis ab Hohenburg.
N. vxor Georgii Marschalci Bappenhemii.
Ioannes vendit Sueuicam præfecturam Sigismundo Austriaco. Moritur anno 1505. sepultus Isnæ.
Anna filia Wilhelmi comitis Ottingensis ex matre Beatrice dela Scala.
Walpurga filia comitis a Kirchburg.
Iacobus Truchsesius à Waldpurg. Moritur reuersus ex bello Mediolanensi Anno 1505.
Wilhelmus senior Truchsesius Baro in Waldpurg.
Sibylla filia Andr. Truchsesii comitis à Sonneberg, propinqui.
N. monialis in Kunigsfelden.
Fridricus eques ordinis Teutonici.
N. vxor Thomæ domini à Freundsperg.
N. vxor domini Nothafti in Bauaria.
N. N. Canonissæ in Kunigsfelden.
Iacobus.
Ioanna filia Fridrici comitis Furstenbergici. Moritur Anno 1589. 3. Septemb.
Wilhelmus iunior liber Baro in Waldburg, dapifer Imperii.
Otho Cardinalis, Episcopus Augustanus.
Christophorus capitaneus Caroli V. in Africa obiit Mediolani in reditu anno ætatis 26. sepultus Papiæ.
Catherina vxor Ioannis Christophori Baronis à Falckensteyn sine liberis moritur circa annum 1242.
1. Gebhardus Archiepiscopus Coloniensis.
4. Christophorus Truchsesius in Waldpurg, Cæsaris consiliarius et cubicularius. Vivit adhuc 1607.
Anna-Maria filia Henrici comitis Furstenbergici.
3. Carolus Truchsesius moritur sine liberis.
Eleonora Caroli comitis Zolleranæ filia. Viuit vidua 1607.
5. Ferdinandus Truchsesius cadit in bello Belgico miles Hollandicus 1585.
2. Fridricus magnæ spei baro.
Vxor.
Anna vxor Henrici postremi comitis a Lupfen sine liberis.
Margareta vxor Georgii Leonis postremi baronis in Stoufen: vnde duas suscepit filias.
Wilhelmus-Henricus præses Camera Spirensis.
Frobenius.

†

Eberhardus *filius Ioannis ex matre Abenſpergica emit comitatũ Sonnebergenſem & Fridbergenſem: factus comes Sonnebergius. ex patre dapifer & Baro in Waldburg. Moritur Anno* 1479. *ſepultus Scheræ: quod oppidum emerat.* = Kunigunda *filia Vlrici comitis à Montfort.*

Andreas *comes Sonnæbergic⁹, dux in Belgio Maxmil. I. Cæſ. et in Hungaria occiſus à Felice comite Werdẽbergico Anno* 1511.

N. *vxor Georgii comitis à Werdenberg, Sargans.*

Kunigunda *vxor Iacobi Comitis Morſii in Sarwerdẽ.*

Eberhardus *comes in Sonnenberg, dapifer S. Rom. Imperii in Waldburg. Moritur An.* 1483. *ſepultus Oeniponti.*

Otho *Epiſc. Conſtantienſis. Moritur* 1491. *doctus princeps.*

Ioannes *fundator præpoſituræ in Wolfegk. Moritur anno* 1510. *ſepultus in Wolfegk.* = Ioanna *filia comitis à Salm.*

= Margareta *filia baronis à Starenberg.*

= Anna *filia Chunradi Comitis in Furſtenberg.*

Kunigunda *vxor Bernhardi Comitis ab Eberſteyn.*

Margreta *vxor Rudolfi Comitis à Saliz.*

Adrianus. Adrianus *alter.* *Moriuntur pueri.*

Sibylla *vxor propinqui ſui Wilhelmi Truchſeſii in Waldpurg, qui filius erat Ioannis.* Vide pag. ſeq.

Apollonia *vxor Georgii Truchſeſii propinqui ſui.* Vide pag. ſeq.

Catharina *vxor Vlrici Comitis ab Helfenſteyn.*

Maria *Abbatiſſa in Boppardẽ.*

Felicitas *monialis in Boppardẽ.*

* * Geor-

* *

Georgius *Truchſeſius Ioannis filius, liber Baro a Waldburg, egregius miles. Moritur* 1467. *ſepultus in Wurtzach.* = Eua *à Bickenbach.*

Georgius, *dictus Longus Georgius a corporis proceritate. Moritur Anno* 1482. = Anna *filia comitis a Kirchberg.*

Vrſula *vxor Beri à Rechberg in Babenhauſen.*

Anna *vxor Wolfgangi comitis ab Otingen.*

Helena *filia Ioſ-Nicolai comitis a Zolren.*

Ioannes *miles Maximiliani I. Imp. in Hungaria & Heluetia: ſignifer Vlrici Wurtembergici in bello Bauarico. Moritur Anno* 1511. *die ſolis poſt S. Galli, ſepultus in Waldſeh.*

Dorothea *vxor Ioannis domini à Kunigsegk baronis in Aulendorf.*

Ermentruda *monialis in Intzkhofen.*

Georgius *vicarius Ferdinandi Cæſaris in prouincia Wirtẽbergica. Moritur Anno* 1531. *Studgardiæ: ſepultus in Waldſeh.*

Christophorus. *Moritur Friburgi in ſtudus Anno* 1494. *ſepultus in Waldſeh.*

Ioannes *obiit puer.*

Eliſabeta *moritur puella.*

Vxor *prima Apollonia Ioannis Truchſeſii comitis in Sonnenberg.* = O

Vxor *ſecunda Maria filia Ioachimi comitis Otingenſis.*

Ludwicus *obiit puer.*

Iacobus *miles Caroli V. in prouincia. Moritur Sauonæ in reditu & ibi ſepultus An.* 1536.

Henricus.

Georgius *Truchſeſius in Waldpurg.* = Ioanna *filia Vlrici domini in Rapoldſteyn, ex matre Anna Alexandra Furſtenbergica.*

Helena *vxor Georgii comitis ab Hohenloh.*

Vlricus.

Dorothea *moritur infans.* — *Gemellæ.*

Catharina *obiit virgo.*

N. *vxor Theoderici à Landaw baronis Auſtrii.*

Catharina *vxor primo Aſmidomini a Starenberg: ſecũdo vxor Vlrici Ortenburgici comitis.*

3. Philippus *canonicus Argent. & Conſtantienſ. viuit An.* 1607.

4. Georgius *canonicus Auguſt.*

1. Iacobus *Truchſeſius in Waldpurg. Cæſ. Maieſt. conſiliarius dominus in Wolfegk.*

2. Ioannes *Truchſeſius baro occiſus a ruſticis.* = Ioanna *filia Frobenii Chriſtophori domini a Zimbern filia, ſoror Kunigundæ.*

Kunigunda *barõis a Zimbern filia: nubit 2° Berchtoldo Konigsegk.*

Ioannes *mortuus puer ante patrem.*

N. Kunigunda *vxor Georgii Baronis a Kunigsegk.*

Sabina.

Ioanna.

Baroniſſa *à Turringen prima vxor.* = O

Frobenius *ſuccedit patri in Cilia & poſtea in Wolfegk. Viuit Anno* 1607. = N. *vxor ſecunda.*

Georgius *moritur in Hungaria an.* 1594

Iacob⁹ *obiit puer.*

Liberi *aliquot.*

1. Henricus *ſuccedit patri in Waldſeh. Viuit* 1607. = Iacoba *filia Caroli comitis Zollerani, domini in Sigmaringen.*

Gebhardus *obiit poſt patrem iuuenis.*

Ioãnes *canonic⁹ obiit 17. an. ætat. An.* 1591.

Filii & filiæ.

72 THOMAS Ferlower de Cilia vtriuſq; Iuris Doctor Friderici huius nominis tertii Imperatoris Orator Cathetralis Eccleſię Conſt. Prępoſitus, vnanimi electorum conſenſu viceſimaſecunda menſis Martii, ſeptuageſimus ſecundus Epiſcopus, An. D. MCCCCXCI. electus quatuor ſeptimanarum & trium dierum deliberandi terminum accipiens, ſed poſt electionem octaua die deliberatus conſenſit, vir quoq; erat competenti ſenio grauatus, laborioſus tamen, parcus & domeſticus, & proinde bona induſtria & regalia ſua & conſecrationem gratis obtinuit, & poſteaquam quinq; annis præſedit, viceſima quinta die menſis Aprilis obiit, Anno Dom. MCCCCXCVI.

73 HVGO de Hohen Landenberg pridē Cathedralis Eccleſiæ Conſt. Decanus inſignis, concordi omnium voto ſeptuageſimus tertius epiſcopus electus eſt, An. Domini MCCCCCVI. vir ſane egregius & omnibus laudibus dignus fuit, & vtinam Eccleſia noſtra Conſtan. ſimilem ſemper haberet. Tandem naturę debitum taliter prout & vixit, minimum optime, perſoluit in caſtro Mariſpurgenſi ſuo, Anno Domini MDXXXII. ſed nota quod epiſcopatū reſignauerit Anno MCCCCCXXX. & poſtea adhuc biennio præfuerit: Reſeruauit ſibi pro penſione oppidū Marckdorff cū adiacētibus.

74 BALTHASAR Merckle electus in epiſcopum poſt liberam reſignationem D. Hugonis prædicti, duob. tantū præfuit annis, obiit extra diœceſim An. MCCCCCXXXII. quo anno Hugo de Landenberg denuo ad preces canonicorum electus eſt in Epiſcopum, duobus præfuit annis ab anno MCCCCCXXX. vſq; ad MDXXXII.

75 HVGO de Landenberg alto anno MCCCCCXXX. denuo eligitur in epiſcopum, pręeſt laudabiliter adhuc duobus annis, moritur feliciſſime Mariſpurgi, vbi & ſepultus, vt ſupra commemoratum fuit.

76 IOANNES Comes de Lupfen poſt Hugonem eligitur in Epiſcopum Anno MCCCCCXXXII. præeſt annis IV. & libere reſignat hunc epiſcopatum Anno MDXXXVI.

Huc pertinet Familia Comitum Lupfenſium.

FAMI-

PARS FAMILIÆ ANTIQVISSIMÆ Baronum & postea Comitum à Lupfen, Landgrauiorum in Stulingen, ex Montferratensium origine: ita certa vt iam ex literis & probationibus haberi potuit.



77 IOANNES huius nominis sextus, de Weza, Archiepiscopus Lundensis Sacræ Cæs. Maiestati à consiliis intimis, eiusdemq; Orator & Commissarius ad aliquot S. Imperii Comitia, eligitur in Episcopum Anno Domini MDLXXIII. Hic celeberrimum monasterium Augiam nimirum maiorem, vulgo, die Reichenow Episcopatui incorporari obtinuit: Bona sua non capitulo Const. sed Abbati Salemitano testamento legauit, sed ob bonam vicinitatem & amicitiam conseruandam idem D. Abbas pro tempore tunc existens capitulo libere omnia restituit in cuius rei gratiam capitulum D. Abbati scyphum argenteum magnum obtulit. Moritur deinde Augustæ Vindelicorum in comitiis, cadauer ducitur in Augiam maiorem, vbi adhuc manet, Regnauit 10. annos. Moritur anno MDXLVII. 10

78 CHRISTOPHORVM Metzlerus vtriusque Iuris Doctor, vicarius & Officialis Constan. & Curien. electus anno 1547. post hunc fit Episcopus, præsidet optime per tredecim annos Marispurgi sepultus.

79 MARCVS Sitticus Comes de Altembs S.R.E. Cardinalis Anno MDLXI promouetur per Pium Papam IV. in Episcopum Constan. cuius ipse nepos ex sorore existit: Resignat Cardinali Austriaco Andreæ Anno MDLXXXIX. Moritur Romæ.

FAMILIÆ NOBILISSIMÆ ET ANTIQVISSIMÆ EMBSIANÆ AB HOHENEMBS

Primum baronum, postea equitum, tertio rursus comitum interrupta explicatio, quæ Illustrissimum & Reuerendissimum Marcum Sitticum Cardinalem, Episcopum Constantiensem procreauit.



Sic succedit Andreas Ferdinandi Archiducis filius, Cardinalis princeps optimus: qui ex Belgio cuius gubernator in Alberti Archiducis absentis locum fuit, reuersus domũ & inde profectus Romã moritur ibi accepta summi Pontificis benedictione XII. Nouembris Anno MDC. cum simul & Brixiensis Episcopus & Abbas Murbachicus fuisset.

PARS FAMILIÆ SERENISSIMÆ AVSTRIACÆ QVÆ ANDREAM CARDINALEM Episcopum Constantiensem genuit.



SVBSTITVITVR Ioannes Georgius ab Halweil, nobilis Argoius, literatus & religiosus Anno MDCI. in Feb. longiori vita dignus, moritur Anno MDCIII. in Decemb.

Eo mortuo eligitur Iacobus ex Illustrissima Fuggarorum familia, Ioannis Magnifici filius, Marci & Christophori magnorum baronum frater: florenti vir ætate & & magnæ expectationis: quem in Ecclesiæ vsum diu seruet Deus.

PARS FAMILIÆ FVGGERANÆ,

postquam ad Baronatus euecta dignitatem fuit, in qua natus est Reuerendiss. & Illustriss. Princeps & Dominus, Dominus IACOBVS Episcopus Constantiensis & Abbas Augiæ maioris.

Geneal. quoq; huius fam: dedit Rempgg et effigies eadē in libro hon: Comm. Illustr: Custodis.

IACOBVS Fuggarus *secundus nominis. Moritur 1469.* = Barbara *Bissingera.*

Regina im Hoff.	Georgi⁹ *Fuggarus* ob. 1506 æt. 52.	Marcus I. *Romæ mortu⁹.*	Walpurga *vxor Guilielmi Remi*	Iacob⁹ II. *sine liberis.* ob. 1525 æt. 67	Vlric⁹ XIX. *Fuggarus.* ob. 1510 æt. 72 = Veronica *Laugingera.*	Vrsula *infans obiit.*	Anna *vxor Hectoris Milichii.*	Andreas.	Ioānes III.	Petr⁹ II.	Barbara *vxor Coradi Meutingi.*

Moriuntur iuuenes.

Susanna *vxor Georgii à Steten patritii Augustani.*	Felicitas *monialis Augustæ.*	Anna *vxor Georgii Tursonis baronis Hungari.*	Hieronymus *obiit cælebs anno ætatis* XXXIX. 1538.	Ioannes *moritur iuuenis nominis quartus.*	Sibylla *moritur infans.*	Vrsula *vxor Philippi à Steyn nobilis Sueui.*	Veronica *vxor Wal theri Ehingeri Vlmēsis nobilis.*	Vlricus XIX. *cum vxore Veronica Gasnerin sine liberis.*	Sibylla *vxor Marci à Bubēhofen nobilis Sueui.*

Ioannes *quintus.*	Marcus *secundus præpositus Augustæ ad S. Petrū moritur Romæ.*	Regina *vxor Ioānis à Paumgarten.*	Raymundus *Fuggarus &c.* Vide sequen. pag. signum **	Petrus *tertius infans obiit.*	Antonius *Fuggarus cum fratre &c.* Vide in seq. signum ††

** Raymun-

***

Catharina *filia Ioannis Turſonis à Bethlehem ſatua, Vngari baronis filia.* ob: 1535

Raymundus *Fuggarus Philippo vltimo Kirchbergæ comite Anno 1510. mortuo factus cum fratre Antonio primo liber baro in Kirchberg & Weiſſenhorn.* ob 1535

1. Regina *infans obiit.*

2. Iacobus *tertius moritur infans.*

3. Ioannes Iacobus *Fuggarus, liber baro in Kirchberg & Weiſſenhorn, magnificus heros.*

Vxor *prima Vrſula Leõhardi II. baronis ab Harrach filia.* ob. 19 Sept 1554 ætat 32.

5. Regina *vxor Ioannis Iacobi baronis à Mersburg.*

Sidonia *à Colaus.*

6. Chriſtophorus *cælebs obiit annorũ 59.*

7. Sibylla *vxor primo Wilhelmi Kuningii baronis: ſecundo Wilhelmi baronis in Buecheym.*

8. Veronica *vxor Danielis Felicis baronis à Spaur*

9. Suſanna *ſex annorũ mortua.*

4. Georgius II. *Fuggarus liber baro in Kirchbergk &c.* Videin ſeq. pag. ſig. °°°

10. Vlricus *tertius cælebs obiit ætatis 58.* ob: Neÿdell 1584 + vin bery pictabis amas

11. Barbara *vxor Ferdinandi baronis à Fels.*

12. Raymundꝰ *cælebs moritur an. ætatis 41.*

13. Vrſula *vxor Ioachimi comitis Ortenburgici obiit Anno 1570.*

1. Adelberta *vxor baronis à Welſpurg.*

2. Alexius *Fuggarus liber baro in Kirchberg & Weiſſenhorn.*

Anna Maria *baroniſſa à Gumpẽberg.*

3. Ioachimꝰ *Fuggarus liber baro in Kirchberg.*

4. Æmylia *vxor Alexandri à Sprintzenſteyn baronis.*

Magdalena *comitiſſa in Helfenſteyn.*

6. Alfonſus *infans.*

10. Matthias *cũ vxore Anna Iacobæa, moritur ſine liberis.*

5. Albertus *vxorem habet vxoris fratris Alexii ſororem baroniſſam à Gumpẽberg.*

7. Conſtantia *vxor ab Herberſteyn baronis.*

Anna *vidua à Pẽtzenauv.*

8. Conſtantinus *Fuggarus liber baro in Kirchberg.*

9. Traianus *Fuggarus liber baro in Kirchberg.*

Regina *à Freiberg.*

1. Wilhelmus *infans moritur.*

2. Maria *Sidonia obiit 7. ætatis anno.*

3. Ioannes Albertus.

4. Ioannes Sigiſmundus.

5. Ferdinandus *infans moritur.*

6. Maria Eliſabetha *moritur anno 4. ætatis.*

7. Alexander.

1. Clemens *moritur infans.*

2. Franciſcus *Benno.*

3. Conſtantinus.

Maria Sabina *infans moritur.*

Maria Iacobe *infans moritur.*

Carolus.

Iuliana.

1. Leonora Sigunda *vxor Sigiſmundi baronis à Lamberg*

2. Sigiſmundus Fridericus *Epiſcopus Freiſingẽſis.*

3. Carolus *tribunus militũ ſub Albano.*

4. Alexãder Auguſtus *infans moritur.*

5. Alexander *ſecundus præpoſitus Freiſingenſis. Vixit An. 1607.*

6. Victor Auguſtus *præpoſitꝰ Ratisb. & Canon. Paſſauienſis.*

7. Iuſtina *benigna vxor Friderici ab Holnegk equitis aurati.*

8. Maximilianus *ordinis Teutonici commendator in Sterzingen.*

10. Ferdinandus *miles S. Stephani Florent.*

9. Seuerinus *Fuggarus baro in Kirchberg & Weiſſenhorn.*

11. Ioanna Iacoba *infans mortua.*

Catharina *comitiſſa ab Helfenſteyn*

1. Guilielmus.

2. Seuerinus.

3. Catharina *nupta Anno 1606. Ioanni Adamo Vohlino baroni à Frickenhauſen.*

4. Vrſula.

5. Rudolfus.

6. Maria Magdalena.

7. Ioannes Iacobus.

8. Chriſtophorus *obiit puer.*

9. Carolus.

†† Antonius Fuggarus *Georgii filius, liber baro in Kirchberg & Weissenhorn.* = Anna *Rehlingera.*

Sibylla *Wilhelmi comitis ab Ebersteyn filia.* =

1. Marcus *tertius Fuggarus liber baro in Kirchberg et Weissenhorn doctus & prudens heros.*
2. Aña *vxor Ioannis à Rechberg baronis.*
4. Catharina *vxor Iacobi comitis in Montfort et Tettnang.*
5. Hieronymus *caelebs obiit 40. annorum.*
3. Ioannes *magnificus liber baro in Kirchberg & Weissenhorn.* = Elisabetha *Nothaftin à Dodensteyn Sebastiani filia. Moritur 1584.*
6. Regina *vxor Wolfgangi Theoderici comitis ab Hardegk.*
7. Susanna *vxor Balthasaris baronis à Trautson.*
8. Iacobus *Fuggarus liber baro in Kirchberg.* Vide infeq pag. sign. ∋∈
9. Maria Eleonora *vxor Michaelis baronis ab Eitzing.*
10. Veronica *vxor Gasdentii baronis à Spaur.*
11. Petrus *obiit puer.*

1. 2. Gemelli *statim moriuntur.*
3. Maria Iacoba *vxor Octauiani Fuggari baronis.*
5. Marcus *Fuggarus liber baro in Kirchberg &c. magnus heros.* = Vxor *secunda Maria Salome baronis Ioannis Iacobi à Konigsegk filia.*
Maria Elisabetha.
6. Ioannes *moritur.* = Vxor *prima Anna Maria Caroli Zolerani comitis filia. Moritur 1598.*
4. Anna Maria *vxor primo Philippi baronis a Rechberg: secundo Conradi baronis a Bemelberg.*
8. Iacobus *Episc. Constantiensis Anno 1604. magnae exspectationis princeps.*
7. Christophorus Fuggarus *liber baro in Kirchberg.* = Maria *Ottonis Henrici comitis à Schwartzenberg filia.*

Iacobus Carolus *moritur.* | Ioannes *superest.* | Carolus. | Maria Euphrosyna. | Christophorus. | Maria Elisabetha. — *Mortui.*

1. Ioannes Ernestus. | 2. Otto Henricus. | Maria. | Conradus *moritur puer.*

1. Ioãna *vxor Caroli baronis à Wolckensteyn.*
2. Anna *infans moritur.*
3. Georgius *Fuggarus liber baro in Kirchberg.* = Helena *Fortunati Madrucii baronis filia ex matre Altemps.*
4. Regina *moritur puella.*
Barbara *Vlrici comitis Montfortii filia, vxor prima moritur.*
5. Antonius *Fuggarus liber Baro in Kirchberg.* = Vxor *secũda Elisabeta Octauiani Fuggari filia.*
6. Catharina *moritur puella.*
7. Vilhelmus *gemellus cum Maria moritur infans.*
8. Maria *gemella vxor Nicolai Balfii baronis Vngari in Ordet.*
9. Philippus *gemellus cũ Susanna liber baro in Kirchberg obiit ante vxorem.* = Barbara *filia Philippi Edoardi Fuggari: Nubit secundo Vlrico comiti ab Otingen.*
10. Susanna *gemella moritur infans.*
11. Anna Sibylla *vxor Wolfgãgi Iacobi comitis à Schwartzenberg.*
12. Elisabetha *Wilhelmi vxor comitis ab Otingen.*
13. Helena *monialis in Mintzkofen.*
Veronica *Iacobi Fuggari filia.* =
Albertus *Fuggarus liber baro in Kirchberg.*

1. Christiana. | 2. Fortunatus. — *Moriuntur pueri.*
3. Sibylla *vxor Maximiliani comitis à Lodron.*
4. Marcus.
5. Ludwicus.
6. Margretha.
1. Maria Elisabetha.
2. Maria Magdalena.
1. Marquardus.
2. Marcus Philippus.
Franciscus. | Leonhardus. — *Moritur.*
Filius *superstes Anno 1607.*
°.° Geor-

Georgius Fuggarus *Raymundi I. filius Ioannis Iacobi frater liber baro in Kirchberg & Weissenhorn.*

= Vrsula *à Lichtensteyn.*

1. Sidonia Isabella *vxor Iacobi Villingeri baronis.*

2. Iulius Octauian⁹ *moritur infans.*

3. Philippus Edoardus *Fuggarus, liber baro in Kirchberg doctus heros, qui hanc ad me genealogiam misit.*

4. Anna Iacobe.

= Maria Magdalena *filia Ioannis Iacobi baronis à Konigsegk*

9. Maria *Virginia infãs moritur.*

10. Albertus *puer obiit 8. annorũ.*

11. Mechtilda *obiit octauo ætatis anno.*

5. Octauianus *secundus baro liber in Kirchberg prudentissimus heros.*

= Maria Iacobe *filia Ioannis Fuggari, qui filius Antonii.*

6. Iulius Maximilianus *moritur 13. annorum.*

Vxor *prima Barbara Vlrici comitis Helffensteynici filia.*

O

7. Antonius Fuggarus *doctus baro in Kirchberg.*

8. Raymundus Fuggar⁹ *liber baro in Kirchberg & Brandenburg.*

= Vxor *secunda ducta 1606. Vrsula Dorothæa Truchsesia nobilis ab Hofingen.*

12. Maria *infans moritur.*

= Iohanna *nobilis ab Hewdors.*

13. Vrsula *primo vxor Ioannis Caspari baronis à Meckaw: secundo Ioannis Iacobi Lobel baronis in Gremburg.*

Ioannes Georgius *moritur Compluti in Schola iuuenis 19. annorum.*

1. Ludwicus *infans moritur.*

3. Maria *monialis in Knebach.*

4. Elisabetha *vxor secunda Antonii Fuggari qui Marci filius.*

5. Franciscus.

6. Ferdinandus.

2. Christophorus *sponsus Anno 1607. ducta Anna Catharina Fuggara Raymundi patrui filia.*

Vnica *filia* Anna Catharina *sponsa iam Anno 1607. Christophori Fuggari patruelis qui Octauiani secundi filius.*

1. Christiana *infans moritur.*

2. Barbara *vxor primo Philippi Fuggari qui Marci filius: secundò Vlrici comitis ab Otingen.*

3. Carolus.

4. Anna Sophia.

5. Fridericus.

6. Iustina.

7. Hugo.

DE

Iacobus *Fuggarus Antonii filius, Marci & Ioannis frater, liber baro in Kirchberg & Weissenhorn.*

= Anna *Georgii Ilsung in Tratzberg equitis aurati filia.*

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10	11.
Sibylla *vxor Ioannis comitis in Montfort.*	Hieronymus *moritur puer.*	Catharina *vxor Ladislai baronis à Torringen.*	Georgi⁹ *prouincialis præfectus Sueuiæ celebs An. 1607.*	Veronica *vxor Alberti Fuggari, qui filius Marci tertii.*	Regina *nupta Danieli Felici à Spaur baroni vidua.*	Anna *vxor Georgii Conradi baronis à Törringen.*	Ioannes *Fuggarus liber baro in Kirchberg.*	Hieronymus *canonicus Constantiēsis.*	Maxmilianus.	Iacob⁹.

= Maria Eleonora *Caroli Zolerani comitis filia.*

Iacobus. Maria Eleonora.

APPEN-

APPENDIX PRIMA AD LIBRVM.

Sequuntur omnes Ecclesiæ tam Parochiales, quam filiales, Decanatus rurales cum suis sibi subiectis Ecclesiis, religiosis domibus, & aliis quibusdam infra limites Diœcesis Constan. contentis.

1. *Decanatus Stain.*

Hiltzingen.
Tayngen.
Merisshausen.
Ian siue Furstenberg.
Kirchstetten.
Ramsshaim.
Singen.
Bollingen.
Horn.
Schinen.
Wangen.
Hemenhofen.
Gaylingen.
Randegk filialis.
Omnigen.
Schaffhausen.
Stain.
Ringenuueyler.
18. Rulessingen.

2. *Decanatus Steckboren.*

Steckboren.
Stainhaim.
Diessenhofen.
Neuffren.
Husen.
Basadingen.
Rynovv.
Lauffen.
Asthentz.
Wagenhausen.
Burg.
Mameren.
Honberg.
Herderen.
Vslingen.
Huttuuyl.
Mulhaim.
Sclutingen.
Schwartzach
Paradisus.
Winfelden.
Bernang.
Luppertschuuill.

28. Mersstetten.

3. *Decanatus Nnukirch.*

Newkirch.
Balttershuuyl.
Schuuortzen.
Griesshaim.
Kayserstuell.
Wyl.
Lottstetten.
Rinhaim.
Tegernouu.
Ebersingen.
Bule.
Artzingen.
Loningen.
Beringen.
Kussenberg.
Eglissouu.
Glattfeld.
Buochberg.
19. Oboreggingen.

4. *Decanatus Stuelingen.*

Stuelingen.
Euuentingen.
Slaichaim.
Linbach.
Boll.
Lentzkirch.
Gundeluuangen.
Cappel.
Mottingen.
Insthaim.
Witzhaim.
Shwainingen.
Birckendorff.
Tillendorff.
Grafenhausen.
Wangen.
Bondorff.
Munchaim.
Muchen.
Redern.
Bettmaringen.

22. Seckh.

5. *Decanatus Waldshuett.*

Waldshuet. } superior. / inferior.
Tungen.
Wylhaim cũ filia Bommen.
Teggern.
Aichen.
Geruuyl.
Nideruuyl.
Birckdorff.
Waltkirch.
Alapha.
Hochsell.
Luttingen.
Haner.
Naggenschuuiil.
16. Berouu.

6. *Decanatus Engen.*

Engen.
Rechishingen.
Wattertingen.
Bluomenfeld.
Steusslingen.
Eningen.
Volckartzhausen.
Houstetten.
Aach.
Buningen.
Fridingen.
Mylhausen.
Tengen.
Aigeltingen.
Burren.
Busslingen.
Weleschingen.
Schlatt.
Schenkenberg.
20. Vualgerschuuyl.

7. *Decanatus Stockach.*

STockach.
Bodma cuius filia est
Sernatingen.
Langenrain.
Meckhingen.
Hindeluuangen.
Luptingen.
Gattmanschuueyler.
Mamuuangen.
Mylingen.
Zell in Madach.
Minnerstorff.
Tuduuangen.
Leuckerstorff.
Vvinspeuren.
Bondorff.
Luggeringen.
Raithaslach.
Heuudorff.
Frickenuueyler.
Malspeuren.
Nesselluuange.
Sipplingen.
23. Vvalsperschuueiler.

8. *Decanatus Vberlingen siue Lintzgeun.*

VBerlingen.
Morspurg.
Marckdorff.
Althaim.
Pfullendorff.
Frickingen.
Pfaffenhofen.
Limpach.
Bermatinge, cuius filiæ Vttendorff, Fischbach.
Ahushen.
Tegenhausen.
Lutkirch.
Vvyldorff.
Luprotzintin.
Heduuangen.
Lintz.
Siggingen.
Imenstaad.
Hagnouu.
Seefelden.
Kornbach.
Andelsouu.
Bettenbrunnen.
Vvitenhofen.
Klufftern.
Kyppenhausen.
27. Reggenbeuren.

9. *Decanatus Moskirch.*

Messkirch.
Rordorff.
Meuuenhausen cuius filia.
Meningen.
Boll.
Krumbach.
Tulhaim.
Sigmaringen.
Laitz.
Geckingen.
Diettershouen.
Rast.
Waltensuueyler.
Capell.
Sentenhart.
Sauldorff.
Bnttingen.
Heuudorff.
Buochaim.
19. Vvarendorff.

10. *Decanatus Lindouu.*

LIndouu.
Bregentz.
Sissmunsgall.
Stofen.
Vvangen.
Ruti.
Sygbrechtsuueyler.
Subrissuueyler.
Esseruueyler.
Tann.
Lignouu.
Heggersuueyler.
Raitnouu. {superior / inferior}
Krumbach.
Argen.
Torrenbeuren.
Andelspuoch.
Egga.
Betznovv.
Haslach.
Ysenbach.
Roggenzell.
Sultzberg.
Neuukirch.
Wilbaltzuueyler.
Brumissuueyler.
Gopperschuueyler.
Offembach.
Wasserburg.
Elenbogen.
Zaghausen.
Laymnouu.
Wangen inferior.
Bortzschuuartzreuti. 10
Schuartzenbach.
Hiltenschueiler.
Landgnouu.
Wabrechts.
Alberschuuendi.
Iagbach.
Tannouu.
Gattnouu.
Lutrach.
Winstusberg. 20
Hohenueyler.
Schuuartzenberg.
47. Schneppfenouu.

11. *Decanatus Turingen.*

TVringen.
Berckaim.
Asnhausen cuius filia.
Turingen. 30
Flinschuuangen.
Hirshlatt.
Yttenhausen.
Vrnauu.
Hasenuueyler.
Ylmensee.
Danckerschuueyl.
Buochorn.
Honberg.
Taldorff. 40
Asthouu.
Ringgenuueyler.
Winterbach.
Berg.
Alberskirch.
Pferibach.
Capell.
Limbach.
Eriskirch.
Wechselschuueyler. 50
Logenuueyler.
Walthausen.
Wilhelmskirch.
Eggartzkirg.
Pfrungen.

Zell su-

Zel ſuperior.
Riethauſen.
Aylin cuius filia Ettenkirch.
Werenſreuti.
Daldorff,
Brochenzell.
Horgenzell.
Zuſſdorff.
38 Manzel.

12. *Decanatus S. Galli.*

Sanctus Laurentius.
Sanctus Magnus.
Arbona.
Roſchach.
Stainach.
Heriſouu.
Appenzell.
Bernang.
Sumeri.
Guttingen.
Beuren { ſuperior. / inferior.
Glat { ſuperior. / inferior.
Magnouu.
Verena.
Ionſchuuyl.
Luſtnouu.
Waltkirch.
Muntigell.
Soldach.
Vrneſthen.
Goſſauu.
Marpach.
Gayſſ.
Berg.
Höchſt Iohannis.
Höchſt Margaretæ.
Rumiſchorn.
Hennouu.
Huntuuyl.
Zytterndorff.
Hagenuueyler.
Salmaſa.
Altſtetten.
Biruuingkhen.
Till.
Tuffen.
41. Biſchoffzell.

13. *Decanatus Vuyl Turgoiæ.*

Wyl.
Sanctus Ioannes.
Neſslau.
Vuattuuyl.
Liechtenſtaig.
Helfenſchweyler. { ſuperior. / inferior.
Magelſperg.
Peterſzell.
Ganderſchuueyl.
Meſtnang.
Butzenſchuuyl.
Kirchberg.
Syrnach.
Tuſſuuangen.
Affoltrangen.
Comaſſ.
Buſſnang.
Rickenbach.
Vuppinouu.
Vuyl villa.
Lutmercka.
Tobel.
Muruuyl.
Amptenzell.
Lutiſsburg.
Viſchingen.
Immolin.
Tumbrunnen.
Valferſperg.
Vuerbuhell.
32. Kromnouu.

13. *Decanatus Ellgouu.*

Ellgouu.
Vuengs.
Turbenthaal.
Luſtorff.
Cella villa.
Tundorff.
Vuiſendungen.
Andorff.
Gachnang.
Kromnauu.
Buhelſee.
Frouuenfeld.
Onuuangen.
Ellſouu.
Wyla
16. Tennikd.

15. *Decanatus Vuinterthur.*

Winterthur.
Oberuuinterthur.
Velthaim.
Sotzbach.
Vuulflingen.
Pfunningen.
Nefftenbach.
Tottlikan.
Brutten
Kolbos
Buch.
Flach { ſuperior. / inferior.
Berg.
Andelfingen.
Rickembach.
Henckart.
19. Emerach.

16. *Decanatus Thuricenſis.*

Thurrego S. Petri.
Rapperſchuuyl.
Bollingen.
Baden.
Rordorff.
Birmenſdorff.
Talluuyl.
Lachen veteris villæ.
Staſt.
Rushnach.
Horgen.
Diettikenn.
Bottſchuuanden.
Richtiſſhuuyl.
Glarana.
Frygenbach.
Vffnouu.
Oberkirch.
Vtznach.
Tugen.
Rychenburg.
Galgana.
Meylon.
Melliſſ.
Wege.
Veteris villa.
Mamſtoph.
Gabiſſdorff.
Kirchberg.
Lintall.
Buchskirch.
Wadiſſuuyl.
Ionnen.
Serneſtaal.

Viſchliſpach.
Schwanden.
Wangen.
38. Hundpracktica.

17. *Decanatus Vuetziken.*

WEtziken.
Wangen.
Stamnis.
Vſtra.
Alttdorff.
Turton.
Riſſikon.
Ylnow.
Wilperg capella S. Galli.
Bubiskhen.
Hinwyl.
Wald.
Eſchenbach.
Pfaffickon.
Wangen.
Viſchenthaal.
Egg.
Goſſaw.
Muri.
Beroltzwyl.
Cappell.
Schuuertzenbach.
Wiſſnang.
22. Seegreben.

18. *Decanatus Regenſperg.*

WInigen.
Wangen.
Stamnis.
Klotten.
Kiſchdorff.
Klingnow.
Ottnanſang.
Lengnow.
Regenſtorff.
Rimlang.
Hongg.
Buchs.
Würckenloos.
Baldingen.
Bullach.
Tellikon.
Wettingen.
Diebsdorff.
Regenſperg.
Wiſsliken.
22. Haſslee.

19. *Decanatus Bremgarten.*

BRemgartten.
Affoltran.
Muhaim.
Birmenſdorff.
Mettmenſtetten.
Maſtwanden.
Kain.
Boinwyl.
Stellicken.
Bare.
Biffenſchwyl.
Kiſſnow.
Egre.
Zugmentzingen.
Lunghofen.
Ottenbach.
Hazdingen.
Egeuueyl.
Zufflikon.
Oberuuyl.
20. Bonſtetten.

20. *Decanatus Mellingen.*

MEllingen.
Stoffen Eccleſia, oppidum vero Lentzburg.
Mereſtſchuuand.
Brugg.
Sarmendorff.
Mure.
Boſsuuyl.
Bintzeli.
Haglingen.
Hedmenſhuyl.
Halderuuansk.
Vilmeringen.
Woleſchuuyl.
Wyl inferior.
Bulberg capella.
Wimdiſch.
Goſslickhen.
Wolen.
19. Omerſchuuyl.

21. *Decanatus Hochdorff.*

HOchdorff.
Beroua.
Sins.
Inuuyl.
Eſchibach.
Hourun.
Wangen.
Hohenriedt.
Pfeffiken.
Hiltzkirch.
Numidorff.
Schuuartzenbach.
Tuttuuyl.
Eſth.
Biruuyl. 10
Ruti.
Rumerſchuueyl.
Ruggeringen.
Gundelſchuueyl.
Rotemburg.
21. Balluuyl,

22. *Decanatus Villiſgouu.*

ZOfingen.
Williſouu. 20
Richenthaal.
Lutran.
Pfaffnach.
Reden.
Ettiſshuuyl.
Altiſshofen.
Metznouu.
Vffikon.
Brittnauu.
Zell. 30
Vflhuſen.
Haſslee eſt filia.
15. Vffikan.

23. *Decanatus Lucernenſis.*

LVcerna.
Kuſſnach.
Geſſouu.
Kriemſs. 40
Meggern.
Horuu.
Emmen.
Rott.
Muttentaal.
Sarmen.
Buochrain.
Art.
Stanis.
Hergentzuuyl. 50
Malters.
Sylmen.
Burglen.
Altdorff.
Schuuytz.
Alpnach.

Alpnach.
Giſſwyl.
Lungern.
Stein.
Kerns.
Morſach.
Kiſth.
Spiringen.
Wägis.
Buchs.
Goliſperg.
Sachſen.
Adelgeſchwyl.
Biſslikon.
Waſſen filialis.
Sattell.
36 Wolfenſchieſen.

24 *Decanatus Arow.*

ARow.
Kirchberg.
Sur.
Kollikon.
Grenthon.
Rud.
Vrcken.
Enfeld.
Schoffoslon.
Tryengen.
Berow.
Reitnow.
Winickhen.
Kulin.
Lutwyle.
Seon.
Songen.
Werd.
Tullicken.
20 Lerow.

25 *Decanatus Surſee.*

SVrſee.
Kilchbühel.
Burren.
Eich.
Kuntwyl.
Schuffhaim.
Schuppfhen.
Emulibuoch.
Nowenkirch.
Ramos.
Buttenſultz.
Tobelſchwand.
Sempach.
Ruſſwyl.
Wengen.
Rickhenbach.
Oberkirch.
18 Geyſs.

26 *Decanatus Burgdorff.*

BVrgdorff.
Egiſſdorff.
Limpach.
Winingen.
Trub.
Botrachingen.
Kirchberg.
Kriegſtetten.
Meſſen.
Eſththoltzmat.
Byberg.
Granffenriedt.
Oberburg.
Seeberg.
Haſslee.
Cappell.
Hindelwang.
Yegenſtorff.
Köppingen.
Simonſchwald.
Agelſtorff.
Koppingen.
Loprechtſchwyl.
Lützelflü.
Krochtaal.
Rugſpach.
Rugſow.
Hamiſſchwyl.
Ruti.
Vtziſſdorff.
Rudiſſwyl.
Trachſenwald.
Tiettingen.
Wantzen.
35 Affaltran.

27 *Decanatus Wynow.*

WInow.
Melchnew.
Rorbach.
Vrſebach.
Blaichenbach.
Tuttwyl.
Letzwyl.
Huttwyl.
Tuchſtetten.
Buchſen.
Rott.
Eyſchwyl.
14 Langatten.

28. *Decanatus Burren ſive Arberg.*

BVrren.
Arberg.
Lins ſuperior.
Lins inferior.
Raſerſchwyl.
Schupfen.
Linſlingen.
Oberwyl.
Kilchen.
Affoltran.
Tetzingen.
Attingen.
Ratolfingen.
Arch.
Ruti.
Diesbach.
Balmon.
Lindach.
Wolen.
Wengen.
22 Kilchlindach.

29 *Decanatus Münſingen.*

MVre.
Munſingen.
Haſslee.
Fochingen.
Goltzwyl.
Beatus.
Sigriſswyl.
Hilterſingen.
Thun.
Steffiburg.
Diesbach.
Briens.
Byglon.
Wyl.
Worew.
Stetten.
Bremgarten.
Buchs.
Honſtetten.
Bollingen.
Langnow.

Signow.
Waltkeringen.
Seedorff.
Wichtrach.
Rötenbach.
Habstetten.
Honstetten.
29 Hospitale Bernense.

30 *Decanatus Basilienſis ſeu Wiſenthaal.*

BAsilæa minor.
Birchen.
Wyl.
Warenbach.
Egringen.
Viſchingen.
Minſelden.
Schwärſtat.
Eychſell.
Monoſt.
Howingen.
Toſſenbach.
Geriſpach.
Haſell.
Mülberg.
Nollingen.
Holſtain.
Wylen.
Stain.
Holtzhaim.
Blauſingen.
Tulhon.
Effringen.
Muttbach.
Brenbach.
Kemps.
Riechen.
Werre.
Welpach.
Matra.
Tegernow.
Wittnow.
Lauffenberg.
Murg.
Cella.
Tottnow.
Hertten.
Richenbach.
Lorrach.
Wittlikon.
Bintzen.
Oberkirch.
Emettingen.
Enſenburg.
Rötteln.
Krenzach.
Humingen.
Schopfan.
Ottlikon.
Stetten.
Haltingen.
Yeſtain.
Noua via.
Warnow.
Seckingen.
Yntzlingen.
Scönow.
60 Beückhen.

31 *Decanatus Newenburg.*

NEwenberg.
Bannach.
Eggenhaim. { inferior. / ſuperior.
Ogham.
Baldrechten.
Badenweyler.
Mülhaim.
Furbach.
Tannenkirch.
Kandern.
Gryſshaim.
Kaltenbach.
Belliken.
Entershaim.
Schlingen.
Birtzigshen.
Hugelhaim.
Eſchbach.
Hertiken minor.
Hertiken maior.
Bettburg.
Buggingen.
Lauffen.
Wettenbrunnen.
Sultzberg.
Cella Martini.
Stainſtat capella.
Gallenweyler.
Liela.
Rudlikon.
32 Zinniken.

32 *Decanatus Bryſach.*

BRyſach.
Gundlingen.
Tunſel.
Vnkirch.
Mordingen.
Wipretzkirch.
Tungen.
Muntzingen.
Grumingen.
Kirckzarten.
Vringen.
Hochdorff.
Pfaffenweyler.
Waſenweyler.
Runſingen ſuperior.
Mengen.
Veltkirch.
Sanctus Rupertus.
Beltzwyler.
Ebringen.
Sancta Perpetua prope Fryburg.
Bremgarten.
Stauffen.
Braitnow.
Berghauſen.
Krotzingen.
Kirchofen.
Meriſſhauſen.
Berchberg.
Petrus prope Fryburg.
Capel.
Walfenweyler.
Witnaw.
Schlatt.
Cella Mariæ.
Hartkirch.
Haslach.
Birchtelkilch.
Selden.
Huſen.
Vffhuſen.
Biengen.
Gattenhaim.
Münſter.

33 *Decanatus Endingen.*

ENdingen Petri.
Endingen Martini.
Burghaim.
Balingen.
Baldingen ſuperior.
Baldingen inferior.
Betzingen.
Rinhuſen vel Huſen.

Riegel

Riegell.
Wollingen.
Lüsenhaim.
Sachsbach.
Oberbergen.
Bischoffingen.
Ottingen.
Wisslweyler.
Schaffhusen.
Ammoltron.
Bickhensol.
Achkarn.
Vogtsperg.
Husern.
Rotwyl.
Wile.
Schallingen.
Rulespërg.
Eystatt.
Furchen.
Bernberg.
30. Obern cuius filia aliud Rotwyl.

34. *Decanatus Fryburg.*

FRyburg.
Petrus in Waldkirch.
Nunburg.
Siglow.
Sigmerswald.
Rüti inferior.
Herdern.
Glottern.
Holtzhausen.
Elzach oppidum.
Ematingen.
Heowyler.
Wöblisperg.
Haimbach.
Buchaim.
Gundelfingen.
Tentzlingen.
Sexow.
Winden superior.
Schlybach.
Suckentaal.
Mossbach.
Malertingen.
Newershausen.
Blaichbach.
Kentzingen.
Cella Petri.
Hocklingen.
Waltburg.
Lechen.
Tatingen superior.
Tatingen inferior.
Ottenschwand.
Kungringen.
Zeringen.
Bruiten.
Vorstetten.
Bombach.
Sebrecht.
Cella Mariæ.
41. Waltkirch.

35. *Decanatus Fillingen.*

FIllingen.
Fürstenberg.
Noua ciuitas.
Munchweyler.
Munelfingen.
Kirchdorff.
Hausen.
Gruningen.
Achdorff.
Durnhaim.
Pfaffenweyler.
Fridenweyler.
Ferenbach.
Haidenhofen.
Neidingen.
Pforren.
Vrach.
Hysingen.
Brinlingen.
Toneschingen.
Teckingen.
Aselfingen.
Schwainingẽ { superior. / inferior.
Leffingen.
Sanctus Georgius.
Wultertingen.
Beringen.
29. Furturangen.

36. *Decanatus Wurmbingen.*

TRossingen.
Aichsan.
Meringen.
Malstetten.
Tuttlingen.
Ymadingen.
Kilchen.
Lüttfridingen.
Effingen.
Sunthausen.
Mylhausen.
Denckingen.
Tuningen.
Aldingen.
Diebhaim.
Wurmlingen.
Eningen.
Gottmadingen.
Gmungen.
Hattingen.
Fridingen.
Mylhaim.
Nendingen.
Efurgen.
Talhaim.
Spaichingen.
Balghaim.
Sitingen.
Riethaim.
Olapsan.
Zimmern.
Wyghaim.
Vffhusen.
Regenwysshausen.

37. *Decanatus Rottwyl.*

ROttuuyl.
Oberndorff.
Diettingen.
Tusslingen.
Walmesslingen.
Aistaig.
Astach superior.
Astach inferior.
Nackenburg.
Cella Petri.
Dornhaim.
Epfendorff.
Messlingen.
Husõ Im Küntzeggerthaal.
Krumbach.
Tumingen.
Seedorff.
Hornberg.
Schemberg.
Truchtingen.
Gösslingen.
Sulgen.
Steten.

Newhauſen.
Tochingen.
Capell.
Schonberg.
Hohmeſſingen.
Herrenzimmern.
Bőslingen.
Sunthan.
Viſchbach.
Tenbrunnen.
Alperſpach.
Falckenſtain.
Romanus.
Schőnwald.
Rottenberg.
Brendi.
Wolfach ſuperior.
Wolfach inferior.
Bochingen.
Newkirch.
Rottwyl villa.
Wileriſpach.
Brithaim.
Vilingen villa.
Roſsberg.
Rainhartzow.
Altoberdorff.
Cella Mariæ.
Sunthaim.
Guttach.
Sthlappach.
Lidringen.
Lutterbach.
Schenckenzell.
Glatt.
Buchiberg.
Wittershauſen.
Tryberg.
Schőnach.
Schiltach.
Furtwangen.
Zimbern.
Schabenhuſen.
67. Tlurn.

38. *Decanatus Ebingen.*

EBingen.
Aſſmadingen.
Burgnels.
Nuſplingen.
Harthaim.
Oberhaim.
Wáhingen.
Eggiſshaim.
Burgkfeld.
Endingen.
Duttmedingen.
Schwauingen.
Tunwangen.
Tygiſshaim.
Meſstetten.
Schertzingen.
Huſen Margrethę.
Vrdorff.
Burren.
Lubtingen.
Trochtelfingen.
Guottenſtain.
Stetten zum Kaltenmarckt.
Fronſtetten.
Taningen.
Burg.
Tyerlingen.
Tattershuſen.
Schőnberg.
Huſsmartingen.
Türwangen.
Tullingen.
Fromben.
Harthuſen.
Bentzingen.
Tallfingen.
Huſen Nicolai.
Tumadingen.
Lüttlingen.
Boſſwangen.
Winterlingen.
Bőttingen.

39. *Decanatus Horb ſeu Dornſtetten.*

HOrb.
Dornſtetten.
Baychbron.
Waldach.
Hopphow.
Tunlingen.
Wittendorff.
Schmaytt.
Krachſpach.
Loſsburg.
Tattingen.
Salſtetten.
Vfflingen.
Dieſshaim.
Glathaim.
Dietterwyle filialis.
Guntrichingen.
Althaim.
Raxingen.
Pfaltzgrauenweyler.
Grauenweyler.
Weyler, Dyrwyler.
Banbrunnen.
Gruenenmütſtetten.
26. Richenbach

40. *Decanatus Haigerloch.*

HAigerloch ſuperior.
Haigerloch inferior.
Empfingen.
Binsdorff.
Artzingen.
Engſtatt.
Stetten.
Owingen.
Hailgen Zimmern.
Balingen.
Rosenfeld.
Wildorff.
Oſtorff.
Sultz.
Gruorn.
Vſingen.
Truchtelfingen.
Truhelfingen.
Buringen.
Sitichauſen.
Norſtetten cuiuseſt Tattenſee filialis.
Sirmingen.
Bergfeld.
Wachendorff.
Veringen.
Bieringen.
Buobenhofen.
Geſslingen.
30. Oſtorff

41. *Decanatus Herenberg.*

HErrenberg.
Bondorff.
Vttingen inferior.
Vttingen ſuperior.
Hochdorff.
Sultz.
Wiltberg.
Altenſtaig.
Affringen.
Yrmagolt.
Gyſsſtain.
Vollmaringen.

Tallfingen.
Gronbach.
Haiterbach.
Altingen.
Nagolt.
Zwerchenberg.
Braittenburg.
Kay.
Giltlingen.
Ebhuſen.
Bulach
Metzingen.
Waltdorff.
Egenhuſen.
Biltechingen.
Tengerpfruend.
Rattfeld.
Nüffran.
Kuppingen.
Berneckh.
Eſthelbrunnen.
Wittingen.
Vttingen.
Müln.
Tachtell.
Argetzingen.
39. Spilberg.

42. *Decanatus Lagershaim.*

TAgershaim.
Foggingen.
Sindelfingen.
Alttdorff.
Böblingen.
Eningen.
Tarmshaim.
Ottlingen.
Töffingen.
Wyl im Schombach.
Waltenbach.
Newhauſen.
Gertringen.
Schönach.
Stainbrunnen.
16. Holtzgerlingen.

41. *Decanatus Tubingen ſeu Rottenburg.*

TVbingen.
Wolffhuſen.
Rottenburg.
Silchen.
Entringen.
Luſtnaw.
Pfuffingen.
Yeſingen.
Hurtlingen.
Ramshaim.
Boltringen.
Ehingen Collegium.
Wurmlingen.
Kirchberg.
Hemendorff.
Bühell.
Hanelfingen.
Wylhaim.
Seebrunn.
Obernow.
21. Deredingen.

44. *Decanatus Hechingen.*

HEchingen.
Eſchingen.
Tusslingen.
Kuſertingen.
Huchlingen.
Möringen.
Bodoltzhauſen.
Meſſingen.
Talhaim.
Stain.
Offertingen.
Brunweyler.
Biſſingen.
Boll.
Zell.
Gerueringen.
Schlatt.
Wilhaim.
Rangendingen.
Gyningen.
Tanhaim.
23. Groſſelfingen.

45. *Decanatus Reuttlingen.*

REuttlingen.
Pfullingen.
Blidetzhuſen.
Holtzerfingen.
Huſen.
Waldorff.
Sindelfingen.
Hannow.
Eningen.
Mittelſtatt.
Oftertingen.
Betzingen.
Wannwyl.
Engſtingen.
15. Kirchen in Tollisfurt.

45. *Decanatus Vrach.*

VRach.
Tettingen.
Wittlingen.
Metzingen.
Bempflingen.
Gretzlingen.
Ee.
Dalfingen.
Wirtingen.
Kolſtetten.
Tuntzingen.
Berg.
Bettlingen.
14. Grafenberg.

46. *Decanatus Trochtelfingen.*

TRochtelfingen.
Iungingen.
Hermbtingen.
Vmlingen.
Stetten.
Hauſen.
Melchingen.
Erpfingen.
Kettenackor.
Magrichingen.
Genckingen.
Oberſtetten.
Gamertingen.
Nuffra.
Goſſelfingen.
Buladingen.
Kirchwyler aliâs Keller.
Wilmadingen.
Salmadingen.
Ringingen.
Hattingen.
22. Berenloch.

47. *Decanatus Eßlingen.*

ESslingen.
Moringen.
Deckendorff.
Bergkhaim.
Achtertingen.
Schalmingen.

Banlanden.
Bernhuſen.
Blattenhart.
Rilti.
Nallingen.
Kennaten.
Aichſchies.
Schonbach.
Blieningen.
Cella.
Newhauſen.
Eſslingen ſuperior.
Hedelfingen.
Wolfſchlug.
21. Sirnow.

48. *Decanatus Schmidhaim ſiue Wayblingen.*

SChmidhaim.
Mülhauſen.
Münſter.
Weſten.
Buch.
Oppfelhaim.
Gerlingen.
Schorndorff.
Winterbach.
Wyl Villa.
Möglingen.
Dürcken ſuperior.
Dürcken inferior.
Boppenwyler.
Hohemberg.
Opfingen.
Butelspach.
Stetten.
Fuorbach.
Bottnang.
Necker Gröningen.
Altenburg.
Canſtat.
Stuotgarten.
Siglershauſen.
Biettenfeld.
Gerenſtetten.
Alldingen.
Gyſnang Capella.
Zuffenhuſen.
Waiblingen.
Stainhaim.
Fenhuſen.
Strumpfelbach.
Waiblingen.
Gerhartſtetten.
Hofen.
Mülhauſen.
Münchingen.
Ditzingen.
Oſswyl.
Hochdorff.
Winiden.
Schwaigkhaim.
Wangen.
Yffkirch.
Roms.
Kronbach.
Willer zum Stain.
Reinholtzhauſen.
Felbach.
Rainſtain.
Newenſtatt.
Pflingfeldt.
Hagnach filialis.
Endelſpach.
Korb filia Waiblingen.
Honacker.
Berg.
61. Hogkbach { Maior. / Minor.

49. *Decanatus Kirchaim.*

KIrchen.
Owen.
Wendlingen.
Nydlingen.
Grabenſtetten.
Schlierbach.
Beringen.
Gruorn.
Wylhaim.
Nyffen.
Albershuſen.
Wolden.
Guttenberg.
Tettingen.
Richembach.
Vnderenſingen.
Stainbach.
Lendingen { ſuperior. / inferior.
Kungen.
Hongenloch.
Hegiſsloch.
Ditizow.
Holtzmaden.
Frickenhauſen.
Linſenhofen.
Nurtingen.
Burren.
Cella.
Calixtus.
Hochenengem.
Enſingen.
Bodoltzhofen.
Hochdorff.
Nabern.
Hurinholtz.
Schoppfiech.
Pfawenhauſen.
Vſingen.
Blochingen.
Sulbach.
Buſſingen.
Heginloch.
Dunſtetten.
47. Balbershuueyler.

50. *Decanatus Geppingen.*

GEppingen.
Turndow.
Ygingen.
Durnow.
Lottemberg.
Eberſpach.
Bertnanck.
Humingen.
Stauffen.
Rechlerghauſen.
Weldi ſuperior.
Krum Weldi.
Boll.
14. Vſingen.

51. *Decanatus Geyſslingen.*

GYſslingen.
Altenſtaig.
Troffelhuſen.
Schalckſtetten.
Wyler.
Durnken.
Wintzingen.
Wyſsgoltingen.
Stainenkirch.
Vberichingen.
Ottembach.
Wiſenſtaig.
Ybach.
Singen.
Suſſim.
Staberhaim.

Wald-

Waldstetten
Schlatt
Drackenstain
Instetten
Namingen
Teggingen
Kuchen
Beringen
Sallach
Stetten
Tegenfeld.
Bomkirch
Hofstetten
Richenbach
Mylhausen filia ad Wisenstaig.
Duntzdorff
33. Grubingen

52. *Decanatus Blauubeuren.*

Blauubeuren
Burlafingen
Nallingen
Ringinger
Leichingen
Asth
Sussen
Machteshaim
Harthusen
Diettingen
Randelstetten
Bappenloch
Mercklingen
Elerbach
Tunastetten
Tumertingen
Barckuln
Bermeringen
Schorenstetten
Feldstetten
Ludelshausen
Ernstain
Enonbunen
Hornlingen
Tischingen
Bollingen
Westerhaim
Lutran
29. Tumertingen

53. *Decanatus Ehingen.*

Ehingen
Schmiechaim
Epfingen
Griesingen
Gundeltzhouen
Nassgenstatt
Iustingen
Almendingen maior minor.
Franckenhofen.
Husen.
Gretzingen.
Schelcklingen.
Schuartzkirch.
Stusslingen.
Altheim.
17. Burlingen.

54. *Decanatus Mynsingen.*

Mynsingen.
Butenhusen.
Murpach.
Hunderfingen.
Stainbrunnen.
Essenhusen.
Dapfhaim.
Gamertingen.
Gachingen.
Seeburg.
Waldstetten.
Mageltzhaim.
Honastetten.
Merstetten.
Eglingen.
18. Tralfingen.

55. *Decanatus Munderkingen.*

Munderkingen.
Hangen.
Gruntzheim
Stadion.
Stenuueylor.
Hunderfinger.
Granheim
Wachingen.
Marchtaal clausstrum.
Mundingen.
Krechorn.
Bichishusen.
Sulkart.
Zoll.
Vgendorff
Husen.
Emeringen.
Tugendorff
Zuyfalten clausstrum.
Zuyfalten villa.
Mersingen.
Aichenloch.
Dietterskirch.
Neuuenburg.
Rotenackher.
Egelspeuren.
Vnlengen.
Ruttlingen.
Vttenuueyler.
Erbstetten.
Achloch.
31. Tigerfelden.

56. *Decanatus Riedlingen.*

Riedlingen.
Langenenslingen.
Waldstetten.
Veringen oppidum.
Hermendingen.
Emerfeld.
Wilflingen superior. inferior.
Heuudorff.
Bentzuuangen.
Altheim.
Anslingen.
Grueningen.
Tistetten.
Andelfingen.
Inneringen.
Hunderfingen.
Fridingen capella apud alpes.
19. Pfluomem.

58. *Decanus Biberach.*

Biberach.
Staflingen.
Mittelbibrach.
Seekirich.
Albenuueyler.
Warthusen.
Mittelbuoch.
Ingoltingen.
Assmushart.
Stainhausen.
Muotenschuueyler.
Schemerberg.
Egoltzhausen.
Mettemberg.
Ritgschnat.

Simondingen.
17. Vmendorff.

59. *Decanatus Laubhaim.*

LAubhaim.
Rieden.
Tullmeſſingen.
Ramſtetten.
Hiltiſshaim.
Submingen.
Muotingen.
Guſſin aliâs Kiltiſſin.
Schwendin.
Berg.
Brimmen.
Walprechſthofen.
Dorndorff.
Holtzhaim.
Ratt.
Schimpflingen.
Schonburg.
Stetten.
Kirchberg.
Staig.
Buſſmanshauſen.
Goglingen.
Labenhauſen.
Maſelhaim.
Buchſtetten.
Vuietzeſshofen.
Bumaſshauſen.
Vuald.
Suſſen.
Burren.
Ochſenhauſen.
Achſtetten.
33. Burckenried.

60. *Decanatus Diettẽhaim.*

DIettenhaim.
Erolzhaim.
Kirchdorff.
Vaind.
Opfingen.
Tettingen { ſuperior. / inferior.
Tanhaim.
Bergkhaim.
Hauſen.
Kirchberg.
Regliſſchweyler.
Balſthaim.
14. Rolh Monachorum.

61. *Decanatus Vurzach.*

WVrzach.
Zell.
Haiterskirch.
Reuti.
Waldſee.
Winden.
Bellemont.
Hochdorff.
Bergartzreuti.
Diettmans.
Hugwartz.
Winterſtetten.
Eſſendorff.
Aindurnen cuius filia.
Rotembach.
Wolfegg.
Ziegelbach.
Tann.
Schuartzach.
Ellwangen.
Fyrimos.
23. Eggmanſreitt.

62. *Decanatus Sulgen.*

SVlgen.
Feſumskirch.
Honchemberg.
Mashaim.
Herbentingen.
Boſſ.
Ramoltzwyl.
Ebenwyler.
Bolſteren.
Cappell in Buochaw.
Bombs.
Offterſchwang.
Breunenuueyler.
Kantzach.
Neuffra.
Betzenuueyler.
Ertingen.
Durnen.
Suſſen.
Aulendorff.
Fulgenſtatt.
Buſſen.
Dirmadingen.
Althauſen.
Eberſpach.
Haltingen cuius filia eſt.
Houdorff.
Richembach.
Mutrichingen.
Alberſchuueiler.
Oggerschueyler.
Buochauu.
Heroltzkirch.
Schuuartzach.
35. Soreth.

63. *Decanatus Mengen.*

MEngen oppidum.
Mengen Martini.
Roſſnouu.
Binningen.
Habſtaal.
Diengenhofen.
Inhrat.
Fridberg.
Huſen
Burckuueyler.
Schura.
Wald.
Lauerſchuueyler.
Magenbuoch.
Sigmaringen villa.
Bachoppten.
Hoſskirch.
Krauchevuuys.
Zell.
Oſtrach.
21. Daferſchuueyler.

64. *Decanatus Yſni.*

YSſni.
Lenkirch.
Frieſenhofen.
Chriſtenhofen.
Engeltzhartzhofen.
Menoltzhofen.
Einkenhofen.
Heroltzhofen.
Altmanshofen.
Diepoltshofen.
Waltenhofen.
Gebhartshofen.
Muotwiſshofen.
Aytrach.
Nudingzell.
Fego.
Burren.
Kislegkh.
Wengen.
Altmuſſried.
Megoltz.

Zyl

Zyl.
Lutrach.
Wiggisbach.
Kruogzell.
Siggen.
Ratzenriedt.
Asnang.
Arnach.
Karsee.
Runs.
Buochberg.
Stainbach.
Zum Leuuboltz.
Menholtz.
Vrlau.
Rechtens.
Bolsterlang.
Aichstetten.
Cella Martini.
Mergartzhofen.
Ysenhartz.
Kruggerszell.
46. Lupoltz.

95. *Decanatus Stifenhofen.*

STifenhofen.
Vulter.
Landenberg.
Ymenstatt.
Meggars
Stain.
Hellengerst.
Rotembach.
Knottenriedt.
Sunthofen inferior.
Haimenkirch.
Mulsen.
Grienenbach.
Sigfridsberg.
Diepoltz.
Kirchdorff.
Stauffer, Zell, Tall.
Blaichach.
Schaiteg, Weyler.
Eckhartz.
Wyttnauu.
Ebrechshofen.
Vischen.
Seestraas.
Moselstain.

Elnhofen.
Ofterschuuang.
Mittelberg.
Tuffembach.
21. Vishen.

66. Decanatus Rauenspurg.

RAuenspurg.
Altdorff.
Bodnegg.
Wolbrechtschwendi.
Berg.
Gruenkraut.
Eschach.
Gaylnhofen.
Christina.
Amptzell cuius filia Pferich.
Baind.
Waltburg.
Iodocus.
Tettnang.
Fronhofen.
16. Wingarten

APPENDIX SECVNDA AD LIBRVM.

SVnt & insuper præter dictas Ecclesias parochiales vna cum monachorum aliorumq; religiosorum domibus, capellis & Ecclesiis tam incorporatis, quam exemptis, adhuc fere infinitæ Ecclesię nō habentes curam animarum: quas autem recensere, quia nimis longum fuit, prætermisimus, nunc ad religiosorum domus, monasteria ac præposituras & collegia procedemus.

RELIGIOSAE DOMVS EPISCOPATVS CONSTAN. quæ post hæreticorum defectionem Catholicæ supersunt.

DOmvs militaris ordinis S. Ioannis Baptistę in Fryburgo Brisgoiæ.
Domus militaris ordinis Theutonici Beatæ Mariæ Virginis in Maynow.
Domus militaris ordinis S. Ioannis Baptistæ in Tobel.
Domus militaris ordinis Beatæ Mariæ Virginis Theutonicorum Friburgi Brisgoiæ.
Domus militaris ordinis S. Iohan. Bapt. in Vberlingen.
Domus Beatæ Mariæ Virginis Theutonicorum Beukheim.
Domus S. Ioannis Bapt. in Haiterhaim, qui cōmendator est Princeps Imperii.
Domus S. Ioan. Bapt. in Villingen.
Domus S. Ioan. Bapt. in Rottwyl.
Domus Altshausen D. Mar. Virgin. Theuth.
Lucern Iohannitarum.
Rordorff Iohannitarum.
Domus S. Ioan Bapt. in Hemendorff.
Domus eiusdem in Rexingen.
Domus eiusdem in Kussnach.
Domus eiusdem in Bulickhen.
Domus eiusdem Wedisswyl.
Domus eiusdem in Newenburg Brisgoiæ.
Domus eiusdem Kentzingen.
Domus dominici sepulchri in Dekhendorff.
Domus S. Anthonii Friburgi Brisgoiæ.
Domus eiusdem in Newenburgo Brisgoiæ.

Vtznach S. Anthonii.
Villingen S. Anthonii.

ABBATIAE.

MOnaſterium Salem, vulgo Sal-Monſſchueyler ordinis Ciſtertien. prope Vberlingen.
Petri domus alias Petershauſen ord. S. Benedicti in Conſtantia.
Dominarum Canoniſſarum in Buochauu ſub decanatu rurali Sulgen.
Dominarum Canoniſſarum in Sekingen ſub decanatu Baſel ſeu Wiſenthaal.
Dominarum Canoniſſarum in Wald Decanatus Möſkirch.
Macktenaw monialium ordinis Ciſtertienſis Decanatus S. Galli.
Augiæ maiores (vulgo Reichenow) in inferiori lacu ordinis S. Benedicti alias exemptum, nunc vero Epiſcopatui Conſtan. incorporatum.
Soreth ordinis præmonſtraten. Decanatus Sulgen.
Marchtaal ordinis præmonſtrat. Decanatus Munderkingen.
Zuuyfalten ordinis S. Benedicti Decan. eiusdem.
S. Georgii in nigra ſylua ord. D. Benedicti Decan. Villingen.
Alberspach S. Benedicti Decanatus Rottuueyl.
Adelberg ordinis præmonſtrat. Decan. Göppingen.
Blauubeurē S. Benedicti Decan Blauubeuren.
Ochſenhauſen S. Benedicti Decan. Laubhaim.
Wiblingen S. Benedicti Decan. eiuſdem.
Rott ord. præmonſtrat. Decan. Diettenhaim.
Portæ Cæli, alias Tennenbach ord. Ciſtertien. prope Fryburgæ Briſſgoiæ.
Weingartten ordin. S. Benedicti Decanatus Rauenſpurg.
Augiæ minoris ord. præmonſtrat. prope Rauenſpurg, Decan. Türingen.
Viſchingen in Decanatu Viſchingen ord. S. Bern.
Capell ord. Ciſtert. in Decanatu Wetziken.
Hailig Creutzſtaal monialium ordinis Ciſtert.
Rottenmünſter monialium ord. Ciſtert. Dec. Rottuueyl.
Gunterſtaal monialium ord. Ciſtert. prope Fryburgum Briſſgoiæ Decanatus.
Baind prope Weingarten ord. Ciſtert.
Engelberg monaſterium tam monachorum, quam monialium ord. S. Benedicti in capitulo Lucernen.
Dominarum Canoniſſarum in Lindouu Decan. Lindouu.
Augia Brigantina ord. S. Benedicti ſub Decanatu Lindouu.
Yſni ord. S. Benedicti Decan. Yſni.
Cellæ Mariæ ord. S. Ben. Decan. Bryſach.
Sancti Truperti in nigra ſylua prope Friburgum ord. S. Ben. Decan. eiuſdem.
Sancti Petri in nigra ſylua ord. D. Benedicti Decan. Fryburg.
Rynouu S. Benedicti Decan. Steckboren.
S. Ioannis in Turtaal ord. S. Ben. Decan Fiſchingen.
S. Galli ord. S. Ben Decan. S. Galli.
Creutzlingen ord. D. Auguſtini Canon. reg. extra Conſtan.
Ruti Pręmonſtrat. ord. Decan. Wetzighaim.
Muri S. Benedicti Decan. Lucern.
Truob. S. Bened. Decan. Burgdorff.
S. Vrbani ord. Ciſtert. in capitulo Lucern.
Wettingen ord. Ciſtert. in capitulo Regenſperg.
Bebenhuſen ord. Ciſtert. in capitulo.
Veldbach monialium ord. Ciſtert. Decan. Steckboren.
S. Georgii in Stain. ord. S. Benedicti. Decanatus Stain.
Thuregi monialium. S. Ben. Decan. Thuricen.
Einſidlen Heremittarum ord. S. Benedicti Decan. Lucernenſis.
Sancti Blaſii ord. S. Benedicti cum ſuis annexis Shönouu, Tottnouu, Totmas & Berouu Decan. Waldshuott.
Omnium ſanctorum ord. S. Ben. in Schafhuſen Decan. Stain.

Sunt.

Sunt adhuc alia quã plurima Vtriusque sexus mo nasteria huius diœcesis, videlicet Carthusien. Cappucinorum, S. Francisci minorum obseruantium & gaudentium. S. Leonardi, S. Dominici, prædicatorũ, S. Augustini, S. Wilhelmi, S. Pauli, S. Bernardi, S. Margarethæ, S. Mariæ Magdalenę, S. Claræ, S. Agnetis, S. Catharinæ, S. Petri, S. Adelhaidis, S. Crucis &c. Patrum Iesuitarum, Carmelitarum &c. capacinorũ &c: sed nimis tædiosum foret singula per ordinem enarrare, proinde huic negotio supersedendum duximus, pergentes ad Collegiorum & prepositurarum nomina.

Præposituræ & Collegia diœcesis huius.

Collegium S. Stephani in Cõstantia.
Collegium SS. Ioannis Bapt. & Euãgelistæ in Constantia.
Collegium in Cella Ratholdi.
Collegium in Marckdorff.
Collegium in Hechingen.
Collegium in Herrenberg.
Collegium in Bettenbrunnen Decanatus Vberlingen.
Sindelfingen Decan. Tubingen.
Tubingen Decan. eiusdem.
Stuotgarten Decan. Canstat.
Furindouu Decan. Geppingen.
Episcopalis Zellæ Decan. S. Galli.
Beronen. Decan. Hochdorff.
Zofingen. Decan. Williſouu.
Embrach Decan. Winterthur.
Zurzach Decan. Regensperg.
Sanctorũ Felicis & Regulæ Dec. Thuricen.
Waltkirch prope Freyburg Decan.
Wisenstaig S. Cyriaci Decanus Gyslingen.
Stauffen algoiæ Dec. Stifenhofen.
Surcen. Decanatus Lucernen.
Ehingen cis Nicrum.
Horb Decan. demstet.

Præpositura Hofen ord. S. Benedicti immediate subest Wingarten.

Decanatus Turingen.
Præpositura Oningen Decan. Stuelingen, Ord. S. August. canon. reg. habens sub se moniales eiusdẽ ordinis.
Præpositura Waldsee ord. eiusdem Decan. Wurzach.
Præpositura Yntzkofen ord S. Augustini canonis. regularium, Decan. Męskirch.
Præpositura omnium sanctorum Friburgi ord. S. Aug. canon. regularium.
Præpositura monialiũ in Munsterlinge.
Præpositum Riederen ord S. Augustini Can. regularium.
Præpositura Beuren ord. eiusdem, Decan. Ebingen.

SVPERSVNT. VERO MVLto plures.

TEmpore certe Friderici secundi Zolleraní, Episcopi Anno 1435, in synodo diœcesena notatum in publicis tabulis, quæ exstant, fuisse in synodo Abbates 26. præpositos 60. sacerdotes 360: numerata vero per Episcopatum vniuersum supra septẽdecim millia sacerdotum, monasterium 350 parochialia templa 1760: quod obseruãdum. At nunc bone Deus, quantum decessit:

APPENDIX TERTIA ad librum nuper addita.

Breuis principum, comitum, baronum, & liberarum vrbium, quotquot vel olim Episcopatum incoluerunt extinctis rursus familiis, vel adhuc hodie incolunt, commemoratio simulque breuis Episcopatus in longum & latum dimensio: vnde facile constat ampliorem longiusq; profusum nullum esse per Germaniam Episcopatum.

VT Constan. Episcopatus dignitas in maiori lumine cõstitueretur, visum fuit, quouſq; retro colligere principum, comitum, baronũ & vrbium liberarũ nomina potuimus, sub vnum hîc simul subiicere cõspectũ, vt nobis tacentib. ipse se episcopatus laudaret, cõmemoratis illis, à quib. vel hodie incolitur vel habitatus olim fuit, vnde quanta & q̃ longe lateq; patens prouincia sit, in qua omnes vnum pastorem Episcopum Constantien. agnoscunt.

Principes qui ad Episcopatum Constantiensem attinent.

1. Regia domus Austriæ.
2. Abbas Campidonensis.
3. Abbas S. Galli.
4. Abbas Eremitanus, Einsidel.
5. Principes ordinis Melitensis per Germaniam qui Heytersheymii habitant.
6. Buchaw } Abbatissæ Imperii & prin-
7. Lindavv } cipissæ.

8. Veteres duces Sueuiæ.
9. Veteres Zaringenſes duces.
10. Veteres Teccenſes duces.
11. Dux Vrslingenſis.

} de quorum familia præter marchiones Badenſes nihil reſtat.

12. Wirtembergicus dux.
13. Marchio Badenſis.
14. Marchio in Hahberg.
15. Marchio in Roteln.

Comites & barones.

A.

1. ALſchhauſen iam ordinis Teutonici.
2. Achalm comites.
3. Albegk comites fundatores monaſterii Vvengern in vlm.
4. Altdorf comites.
5. Altenſteyg barones.
6. Aychelberg comites.
7. Arburg barones.

B.

1. BVſſen comites.
2. Buchegk comites.
3. Buchhorn comites.
4. Baden comites.
5. Baumgarden barones.
6. Barr Landgrauii: qui hodie Furſtenbergenſes ſunt.
7. Brandis barones.
8. Brandenburg barones.
9. Bregentz comites.
10. Burnang barones.
11. Bonſteten barones.
12. Berg comites.
13. Buren barones.

C.

1. CAſtel barones.
2. Cramburg barones.

D.

1. Dogkenburg comites.

E.

1. ESchenbach barones.
2. End barones.
3. Eyſtet barones.
4. Eppenſteyn barones.

F.

1. FRawenfeld comites.
2. Falckenſteyn barones.
3. Freiburg comites.
4. Furſtenberg comites: quorum hodie familiæ duæ: & fortaſſis breui tres.
5. Fuggeri barones.
6. Fridberg comites.
7. Frohburg comites.

G.

1. GVttenberg barones.
2. Gamentingen comites.
3. Gruningen comites.
4. Gutingen barones.
5. Gundelfingen barones.
6. Gryſpach barones.
7. Grafenegk barones.
8. Griſſenberg barones.

H.

1. HOhenzolren, vel Zolren comites: quorũ hodie familiæ tres.
2. Habspurgk comites.
3. Hohnigen barones.
4. Heyligenberg: qui hodie Furſtenbergici comites.
5. Heygerloch comites: hodie zolerani poſſident.
6. Helfenſteyn comites: quorum ſuperſunt familiæ duæ.
7. Herrenberg comites.
8. Havvenſteyn comites.
9. Hornburgk barones.
10. Hohenberg comites.
11. Haslach barones.
12. Hevven barones.
13. Hohenſaxen barones.
14. Homburg comites.
15. Haſele barones.

I. Iungi-

I.

1. IVngingen barones.
2. Iustingen barones.

K.

1. KYburg comites.
2. Kirchberg comites.
3. Kesselburg comites.
4. Kussenberg comites.
5. Kempten barones.
6. Keyserstuhl barones.
7. Kronigsegk barones trium familiarum vnius originis.
8. Kienberg barones.
9. Krenchingen barones.
10. Kaltenbach barones.
11. Klingenberg barones.
12. Klingen barones.
13. Kisselegk barones.
14. Kirnberg barones.

L.

1. LIchtenberg barones.
2. LLentzburg comites.
3. Lintzgavv comites.
4. Lupfen comites.
5. Landovv comites.
6. Lavvenbergk barones.

M.

1. MEtsch comites.
2. MMontfort comites.
3. Moglis barones.
4. Mergsteten barones.
5. Matznigen barones.
6. Morsburg barones.

N.

1. NEvvenburg comites.
2. NNellenburg Landgrauii.
3. Neiffen barones.

O.

1. ONingen comites.
2. OOchsensteyn comites.

P.

1. PFullendorf comites.
2. PPregentz comites.
3. Pappenheim barones.

R.

1. RAuensburgk comites.
2. RRegensperg barones.
3. Ratzius barones.
4. Reinegk comites.
5. Rappesvveil comites.
6. Rosenegk barones.
7. Reifelden comites.
8. Rordorf comites.
9. Rotenburgk comites.
10. Russegk barones.
11. Ringkenberg barones.

S.

1. STrasberg comites.
2. SSultz comites.
3. Sigmaringen comites.
4. Schelcklingen comites.
5. Sauhenbergk comites Landgrauii.
6. Sonnenbergk comites.
7. Sulgen vel Saulgaw comites.
8. Schlusselbergk comites.
9. Schussenrid barones.
10. Sargans comites.
11. Schnabelberg barones.
12. Stockborn barones.
13. Schvvartzenberg barones.
14. Sennauo barones.
15. Seldenbeurn barones.
16. Signauo barones.
17. Staufen barones.
18. Schvvanden barones.
19. Stoffeln barones.
20. Straitlingen barones.
21. Schvvendi barones.
22. Spigelberg barones.
23. Saxen barones.

T.

1. TRuchsesii è Vvaldburg in tres familias distincti, barones.
2. TVbingen palatinati comites.
Tann barones.
4. Tanneck barones.
5. Truchburg comites.
6. Truteburg barones.
7. Truhadingen barones.
8. Tengen barones.
9. Trochtelfingen barones.
10. Tuffen barones.
11. Tegerfeld barones.
12. Thun barones.

V.

1. VAdutz barones.
2. VVeringen comites.
3. Vrah comites: qui hodie Furstenbergici.

4. Vsenburg potentissimi barones, in duas diuisi familias.
5. Vehlin à Frickenbach, barones.
6. Vfhausen barones.

W.

1. WAldburg barones.
2. Wartenberg barones.
3. Wolfach comites.
4. Waldegk barones.
5. Wurtemberg olim comites: iamduces.
6. Wolfhausen. } baro-
7. Wartensteyn. } nes.
8. Wunnenberg. } baro-
9. Wardt. } nes.
10. Wadtschweil } baro-
11. Winterthur comites.
12. Wissenburg Barones.
13. Wartenberg barones.
14. Wildenvverg barones fundatores monasterii Rodt.
15 Wullensteten comites.
16. Vvangen comites.
17 Vver comites.

Z.

ZOlren, qui & Hohenzolren, comites.
Zimbern comites.

Multi illi sunt sed non omnes. Supersunt enim plurimi, quos suo loco addemus. Iam in hunc locum satis isti sint, vnius Episcopatus comites & barones supra centum & sexaginta.

SEQVVNTVR VRBES IMPERII ET RESP. LIBERAE.

1. VLma
2. Rauensburgum.
3. Vberlinga.
4. Biberacum.
5. Campidunum.
6. Lindouia.
7. Isna.
8. Eslinger.
9. Vuanga.
10. Rutlinga.
11. Leutkirch.
12. Rotvvilla.
13. Pfullendorfum
14. Buchhorn.
15. Brisacum, iam Austriacæ ditionis.
16. Endinga: paret nunc Austriacis.

1. Basileæ vrbs minor.
2. Lucerna.
3. Tigurum.
4. Tugium.
5. Vnder Vvalda vel Syluania vtraque.
6. Scaphusia.
7. Svvitzium.
8. Altorf vel Vry.
9. Solodori pars eis Arulam.
10. Clarona.
11. Abatis cella.
12. Oppidum S. Galli.
13. Bona pars prouinciæ Bernensis per totam Aergoiam.

QVis vero credat, tot ducatus, Lādgrauiatus, comitatus, baronatus, vrbes & respublicas in vno contineri Constantiensi episcopatu? Sed id ita mirum non est, cum amplitudo eius consideratur. Incipit enim versus meridiem Episcopatus in alpibus S. Gothardi supra Vranium vel Altorfium, & porrigitur versus Septentrionem supra medium agrum Virtenbergicum in Nicrum vsque prope Marbach: quæ longitudo est miliarium Germanicorum communium triginta. Eodem modo ab oriente Campodium incipit, progressus versus occidentem Brisacum, spatio rursus viginti quatuor communium similium miliarium: Qui quantus est ambitus? Sunt igitur in illo, quicquid fere Austriaca domus in Sueuia & Rheria possidet: dimidia & amplius prouincia, quæ Vuirtembergico paret: Hachbergēsis & Rotelanus marchionatus: pars etiam aliqua Badensis: Brisgoia tota: Basileæ, Solidori, & Bernæ aliquid: Scaphusia tota: Titurum totum: Suitzia, Vranium, Syluania vtraq;, Tugium, Clarona, Abbatis cella, oppidum S. Galli in vniuersum: comites & barones, quotquot supersunt, plerique cum omnibus quæ possident: Abbas S. Galli & Eremitanus, Abbatissa Buchavvensis, & Lindouica ex asse: Campidonensis Abbas, & Melitensis ordinis princeps, ex maiori parte: vrbes & Respublicæ liberæ integrę: præter abbates alios & infinitos equestris ordinis nobiles: de qua re loquentur decanatuū & parochiarum & monasteriorum nomina, vt inter se omnia congruant: quod hoc loco in specimen magni Episcopatus apposuimus: explicaturi aliquando omnia

mnia multo fusius in nostro singulari libro. Nec enim in alieno opere nimis sapere voluimus.

APPENDIX QVARTA AD LIBRVM.

CATALOGVS SANCTORVM INDIGENARVM ET aduenarum diœcesis Vindonensis & Constantiensis.

SANCTA Maria Virgo Virginum maioris Ecclesiæ Constan. Patrona, quæ, etsi Vniuerso orbe infinitis clareat miraculis, tamen potissimum in cœnobio Heremitarum Einsidlen tantis micat, vt omnia ea miracula recensèri hic nequeant.

Similiter eadem Beatissima Virgo mater claret clarissimis miraculis in Capella Birnouu prope vberlingen.

Item in templo Engelschuuiis prope oppidum Mæskirch.

Item in templo Weckentaal prope oppidum Rottenburg ad Nicrum.

Item in templo Trotzburg prope Wisenstaig.

Item in templo pagi Eriskirch prope claustrum monialium Lewenthaal nit weit von Buochorn.

Item in parochia vera Mẽgen in Ienendach.

Item in Cupella prope Rauenspurg versus monasterium Præmonstratense, Videlicet flugiam minorem, vulgo Weissenaw, quod dicitur zur Mülbrugg.

Item in pago Rorigenuuiis. c. Stotkach.

Item in sedalitio Mariani Rosarii in Altdorff alias Weingartem, i. Rauenspurg.

Sanctus Friulfus nobilis de valla aurea vulgo Goldtaal, diœcesis Vindonen. Pater S. Audomari.

S. Audomarus Episcopus Morinen. dicti Friulfi filius ex eadem valle.

S. Bertinus vir insignis ordinis S. Benedicti Abbas Luxouiensis, ex eadem valle.

S. Ebertramius monasterii S. Quintini præfectus, ex eadem valle.

S. Paternus Episcopus Vindonen. eiusdem vallis.

S. Lando Episcopus Vindonen. vallis eiusdem.

S. Gallus Constan. electus Episcopus, qui eam dignitatem fugiens nolensque acceptare, Ioannem discipulum suum assignauit.

S. Conradus Comes de Altdorff, Episcopus Constan. cuius parer Henricus & auus Ethico Guelfonum genere ducum Bauariæ.

S. Gebhardus dicti Vdalrici filius, fundator monasterii Petershusen, Episcopus Constan.

S. Menradus Comes de Sulgen diœcesis Constan. Heremita cum multis sanctis sociis suis Abbatibus & Heremitis loci Einsidlen.

S. Vdalricus filius prædictorum Hugobaldi & Dietburgæ, Episcopus Constan. studuit quond. in monasterio S. Galli.

S. Wolffgangus Comes de Pfullingen, cuius mater fuit Comitissa de Veringen, Episcopus Ratisponen.

S. Leo Papa huius nominis nonus, cuius Pater Hugo comes de Habspurg, Dabisburg & Egnisshen.

S. Pelagius Emons natus passus martyrium in ciuitate, quæ postea cognominari constantia cæpit ad Rhenum: quo propter persecutionem secesserat tempore Numeriani Imperatoris, cuius Pater Pelosius & mater Claria nobiles ac ditissimi Christiani: cuius corpus integrum per Salomonem huius nominis tertium ad maiorem Ecclesiam Constantiensem translatum.

S. Cyprianus Episcopus & martyr, qui

Claudii Imperatoris tempore in Nimedia martyrio coronatus est, cuius corpus in Cathedrali Ecclesia Constan. requiescit.

S. Gregorius cuius caput per S. Gebhardū ad monasteriū Petershusen translatum est, vbi in domino requiescit.

S. Marcus Euangelista, cuius corpus in Augia maiore habetur, eô aduectum Venetiis ante annos 600. cuius rei testis integer liber, miracula & perpetua per sexcentos annos fides.

S. Lambertus Episcopus Leodien. cuius caput per Ruodolphum Comitem de Zaringen Episcopū Leodien. in Fryburg Brisgoiæ translatum est, testibus grauissimis literis, quas Rudolfus sub signo & manu dedit: vt frustra Leodienses negent.

S. Geruasius & Prothasius (quorum parētes S. Vitalis & S. Valeria martyres) in bello Friderici I. Barbarossæ post captū Mediolanum ab Electore Colonienſi Reynoldo, beneficio Cęsaris exportati & Brisacensibus post magnum miraculum in transitu concessi: vbi summo honore coluntur.

S. Columbanus Scotigena Abbas Luxouiensis, qui vna cum sociis suis personali visitatione seu peregrinatione diœcesim istam illustrarunt, quorum aliqui subnotantur.

S. Gallus Scotorum Regis Calhernach filius Pater monachorum, Arbonæ mortuus & sepultus.

S. Deiçolus frater S. Galli.

S. Magnoaldus aliàs Magnus Cella monachorū gubernator & S. Patris Galli successor atque dehinc in Fuosach requiescit.

S. Wunibaldi ex Franconia Schæram (ꝙ illustrissimi Christophori Truchsesus in Waldpurg oppidum est) importatę ab eodem barone reliquię (id est, totum corpus) vbi iam miraculis inclarescunt.

S. Theodorus Confrater prædictorum in monasterio Campidonensi.

S. Eustasius Abbas Luxouiensis.

S. Athalus Abbas Bobiensis.

S. Walbertus.

S. Walaricus.

S. Bobo.

S. Wandolemus.

S. Kilianus & alii, qui cum his de Hybernia & aliis Scotorum regni insulis diœcesin istam visitârunt.

S. Othmarus de nobili Sueuorum genere primus monasterii S. Galli Abbas, cuius quamplures Abbates & conuentuales vestigia sequuti sunt, quorum aliqui sunt, vt sequitur.

S. Walto Abbas illic requiescens.

S. Gosbertus Abbas, qui sua fundatione, Cellam propriam mutauit in monasterium, vbi requiescit.

S. Beruwicus Abbas S. Galli, vbi requiescit.

S. Gruwaldus Abbas.

S. Harmotus Abbas.

S. Yson Conuentualis.

S. Notgerus Conuentualis.

S. Tutilo conuentualis.

S. Almagerus conuentualis.

S. Henricus conuentualis.

S. Hartgerus conuentualis.

S. Ratpertus conuentualis. Hi omnes in monasterio S. Galli, vbi in vita sua Deo seruierunt, requiescunt.

S. Witpertus conuentualis monasterii eiusdem.

S. Marcellus Scotigena cõuẽtualis monasterii S. Galli, vbi & requiescit.

S. Eusebius conuentualis & Heremita eiusdem in monte Victoris, i. Vogelberg requiescens.

S. Lãdeolus studiosus monasterii S. Galli, Archiepiscopus Treuirensis de nobili Sueuorum genere ortus, Vindonissa eiusdem fuit hęreditas, in capella S. Petri ad S. Gallum requiescit.

S. Hermannus Conuentualis.

S. Waldbertus conuentualis, qui ambo ad S. Gallum, vbi viuẽtes Deo seruierunt, sepulti sunt.

S. Chinibertus Conuentualis sepultus in Althusen.

S. Gerhardus Decanus monasterii S. Galli, vbi dormit.

S. Victor martyr conuentualis S. Galli, cuius reliquię in monte Victoris, vulgo, Vogelberg habentur.

S. Walafredus studiosus monasterii S. Galli, vbi & requiescit.

S. Theodorus confrater S. Magni, requiescit Campidonæ.

S. Engelbertus Abbas S. Galli.

S. Ratgerus aliâs Katgerus Conuentualis S. Galli, vbi requiescit.

S. Hermannus monachus & conuerſus martyr, requieſcit ibidem.
S. Eckerhardus Decanus monaſterii S. Galli vbi dormit.
S. Burckhardus Abbas S. Galli ante eiuſdem altare ſepultus.
S. Notgerus Abbas S. Galli.
S. Notgerus Monachus.
S. Ymon Abbas.
S. Winhardus Conuentualis.
S. Yſenrichus monachus eiuſdem.
S. Burckhardus Abbas.
S. Heſpericus conuẽtualis, Doctor eximius.
S. Thiebaldus Abbas.
S. Notbertus Abbas.
S. Vlricus Patriarcha Aquilegenſis & Abbas S. Galli.
S. Waltramus conuentualis eiuſdem.
S. Werenbertus conuentualis eiuſdem.
S. Henricus Abbas eiuſdem.
S. Conſtantius martyr Epiſcopus Perusien.
S. Remaclus Archiepiſcopus Tongrenſis.
S. Wolo Comes de Kyburg monachus S. Galli, vbi omnes hi in Domino requieſcunt, ſunt præterea adhuc quam plures, ſed nomina ſingula non reperi, nam (vt fertur) olim in hoc monaſterio Sancti Galli IIII. C. religioſi omnes, vno (videlicet Ebroino qui S. Leodegario vim intulit) dempto ſancti fuere.
S. Wyborada incluſa virgo martyr, de Sueuorum natione orta ad Eccleſiam S. Magni in oppido S. Galli requieſcens, multis claret miraculis.
S. Perthrata incluſa virgo in Eccleſia S. Georgii ad monaſterium S. Galli pertinente, ſepulta.
S. Kebinina virgo incluſa cum Perthrata ſocia ſepulta.
S. Rachilda incluſa virgo S. Wiboradæ diſcipula.
S. Adriani martyris integrum brachium habetur Friburgi.
Venerabilis Beda diuini verbi ſeminator ad S. Gallum presbyter, monaſterii ordinis S. Benedicti in Italia.
S. Pirminius Abbas Augiæ maioris, vbi requieſcit.
S. Carolus Magnus Imperator, qui circa Ioannis huius nominis tertii Epiſcopi Conſtan. perigrinationis cauſa Conſtantiam venit, cuius pater Pipinus Pauus Dux Brabantiæ & Lotharingiæ, Rex Franciæ, mater vero Bertha cum magno pede Michaelis Imperatoris Conſtantinopolitani ſoror: Eſtque Carolus indigena Germaniæ in Ingelheim prope Rhenum natus.
S. Hildegardis dicti Caroli Magni Conthoralis Duciſſa Sueuiæ & Bauariæ, quæ vna cum marito ſuo Conſtantiæ fuit, in Campidonenſi fundationis ſuæ monaſterio requieſcens, multis claret miraculis.
S. Gordianus & Epimachus martyres, quorum corpora per dictam Hildegardim illuc translata ſunt, vbi in Domino requieſcunt.
S. S. Felix & Regula martyres quorum integra Thunegi habentur corpora, fuit etiam illic Exuperantius.
S. Beatus diſcipulus S. Petri Apoſtoli, ſacerdos & Heremita, cuius venerabile corpus in Vnderſewen prope lacum Thun requieſcit.
S. Achatius ſocius eius ibidem.
S. Ianuarius cum duobus ſociis ſuis in Schaffhuſen.
S. Guta virgo & Heremita, cuius corpus in Eccleſia Niderſtofen.
S. Lutgardis fũdatrix monaſterii Wyckhen.
S. Trutperthus Heremita martyr de partibus Scotorum in monaſterio Numaga, quod nunc monaſterium ſuo nomine S. Trutperthi nominatur in Briſſgoia.
S. Verena Romanorum Imperatorum filia, cuius venerabile corpus in Zurzach requieſcit.
S. Tridolinus de Regali Scotorum ſanguine cuius corpus in canoniſſarum monaſterio Seckingen.
S. Vindanus Scotigena Abbas monaſterii Rynow prope Schaffhuſen.
S. Welfridus Comes de Nagelts ordinis S. Benedicti Abbas quondam in Tuuiel trãslati ad Stain prope Cõſtantiam, vbi corpus in Domino requieſcit.
S. Ratolphus de Cella ad inferiorem lacum, vulgò Rattolphzell, vbi requieſcit.
S. Adelhaidis virgo nobili parẽtela procreata in Villagio Vttweyl.
S. Theodorus martyr in Zella Epiſcopali.

S. Vtta in Vttenweyler prope montem Buſſen.

S. Remigius Epiſcopus Remenſis cuius caput integrum in monaſterio Minſterlingen prope Conſtantiam, conſeruatur.

S. Haberilla Virgo Heremita à S. Gallo ordinis S. Benedicti Cellæ Brigantinæ: Vnde ſucceſſu temporis modernum monaſterium Brigantinum pullulauit, &c. Abbatiſſa ordinata cuius quam plures ſanctimoniales erant.

S. Marbetto alias Merbott presbyter cõuentualis monaſterii Brigantini, cuius corpus in Alberſchwendi ſyluæ Brigũtinæ, vbi miraculis claret, ſummo habetur in honore.

S. Dietus prædicti Marbettonis frater carnalis, in maiori Eccleſia Andelspuoch dictæ ſyluæ corpore cubat.

S. Hilta Heremita dictorum fratrum ſoror in parochiali Eccleſia Swartzenberg præfatæ ſyluæ.

S. Ita Heinrici Comitis de Dockenburg Vxor de generoſa comitũ de Kirchberg parentela in Fiſchingen terra Heluetiorum.

S. Candida & Florida Virgines & martyres de ſocietate S. Vrſulæ, quorum corpora Friburgi Briſſgoiæ quieſcunt.

S. Kunegundis, Mechtundis, Wybrandis & Chriſtina Virgines & martyres, de eadem ſocietate in monte Eccleſiæ Aichſell prope Baſileam, quarum corpora quieſcentia inuenta ſunt.

Ex quibus omnibus in Canonem relati nonnulli non ſunt: tamen quia pro ſanctis habentur, adiuncti cæteris: quo in numero etiam Nicolaus incredibili religione & abſtinentia Eremita ex familia Fluo, quẽ tota Heluetia pro ſancto habet.

Finis Libri, quem author Brigantiæ abſoluit
Anno 1519. 17. die Auguſti.

SVCCES-

SVCCESSIO EPISCOPORVM MINDENSIVM PER ANNOS OCTINGENTOS,

CVM ECCLESIÆ ILLIVS PRIVILEGIIS TRIGINTA CAESAREIS.

CHRONICON EPISCOPORVM MINDENSIVM INCIPIT FELICITER.

Incerto Collectore:

Additis eiusdem Ecclesiæ triginta per Imperatores & Cæsares Romanos concessis priuilegiis.

ANnis CHRISTI *Octingentis, sed bis decem ex iis demptis:*
Templum primum conditur
Petri Cephæ ad honorem, error gentis in decorem
Fidei conuertitur.
Et locum Minden nominatum, per Gentilem incastratum,
Wedekindum nomine.
Hic per Carolum captiuatur: per Leonem baptizatur
Sacro fontis flamine:
Carolus fundans hunc effecit contra gentes quas eiecit,
Nominatos Saxones:
Et Leo sacrans, tutum fecit Erkanbertum & præfecit
Contra nequam Dæmones.
Fac ô Deus vt saluentur, gens & locus, nec parentur
Hostium insidiæ.
Permansurus in æternum nec trahant illum in infernum
Dæmonum malitiæ.

Anno Christi 780. fundata est per Carolum Magnum Ecclesia Mindensis, in honorem Diui Petri Apostoli.

Inuocatio diuini auxilii.

EX versibus prædictis habetur, quod antequam ciuitas Mindensis fundaretur Minden fuit quidam locus sic dictus; & in eo fuerunt quidam homines gentiles & Idololatræ vocati Saxones. Princeps autem illorum Saxonum fuit quidam Rex, nomine Wedekindus, genere Saxo ac eiusdem ritus & conditionis: Hic habuit Castrum in Minden vt adhuc apparet, quod dicitur Præpositura, quia in ea morabatur quondam Simon Nobilis de Monte Præpositus Mindensis. Superueniens autem pius Rex & Imperator Carolus, filius Pipini Comitis Palatini, Hic construxit quoddam in Brulone, vt adhuc videtur in fossis, quod nominatur ad S. Ægidium, quia in eo S. pater Ægidius impetrauit ac obtinuit veniam, & remissionem cuiusdam maximi delicti, quod Carolus perpetrauit.

Vrbs à loco denominata.

Scribunt Historiographi Pipinum fuisse Regem Francorum non Comitē Palatinum.

Prædictus autem Rex Wedekindus, & Imperator Carolus multa bella mo-

uerunt inter se: Tandem Carolus captiuauit prædictum Regem ipsumq; fidem Catholicam edocuit, ac plenius edoctum Leo Papa baptizauit vna cum aliis Saxonibus: Prædictus autem Carolus fundauit ecclesiam pulchram & ornatam quæ iã maior est ecclesia Mindensis, quam S. Leo Papa consecrauit, & ordinauit eis quendam virum S. in Pastorem, & primum Episcopum Mindensem nomine Erkanbertum: hic erat vir deuotus, & ratione vitæ incedens in omnibus mandatis Dei: fecit enim Deus per eum multa miracula quæ inscripta sunt libro vitæ. Prædictus autem Erkanbertus multis clarens virtutibus, quieuit in pace, in Vigilia S. Medardi Episcopi. Obiit autẽ Carolus anno Dom. 814. Anno ætatis suæ 72. Regni eius 46. Imperii 14. Post deuictam Italiam anno 43. mensis Februarii die 28.

Saxones fiunt Christiani.

Erkãbertus primus Episcopus Mindensis.

Obitus Caroli Magni.

II.

Hatwardus secundus Episcopus Mindensis. Tempore istius, corpus S. Viti martyris egregii de ciuitate Parisiensi in Corbeiam: Anno autem sequenti hoc est 827. Corpus S. Liberii, Episcopi Cenomanensis in ciuitatem Paderbornensem, est translatum. De illo autem Episcopo Hatwardo ẽ quam pluribus aliis nihil dignum memoria inueni, & quanto tempore rexerit ecclesiam Mindensem, quod diu ab hominum memoria transiuit. Obiit autem dictus Episcopus in die Sanctæ Euphemiæ Virginis & Martyris.

III.

Theodoricus nominis primus: Tertius Episcopus Mindensis: Hic fundauit Monasterium in Wunsterpe, in honorem Cosmę & Damiani Martyrũ. Iste Episcopus Theodoricus. Dudo Episcopus Paderbornensis. Drago Episcopus Osnaburgensis. Anfridus Traiectensis. Albertus Hanenbergensis. Erlulfus Verdensis Episcopi: Cum tribus ducibus tredecimq; Comitibus ac multis aliis fidelibus iuxta Ebekestorp: in acie pro fidei & patriæ defensione stantes imperterriti Domino permittente occubuerunt, cœlosq; petierunt sanguine Laureati. Facta est autem hæc strages prædicta in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

Monasteriũ Vunsterpianum quando conditũ. 6. Episcopi. 3. Duces. 13. Comites pro Religione & patria defensione, occumbunt.

IIII.

Wulfarius: Quartus Episcopus Mindensis, tempore istius S. Cyrillus omniũ Sclauorum Apostolus corpus S. Clementis, Papæ & Martyris à Tersona, vbi in mare proiectum fuerat, mari expiscato auferẽs Romam deportauit. Item anno Domini 847. Comitatus Flandriæ sumpsit exordium. Et anno sequenti Comitatus Hollandiæ cępit circa tempora istius Episcopi. Obiit autem prædictus Wulfarius in die S. Nicomedis martyris glorioſi.

Qui tempore Comitatus Flandriæ & Hollandiæ primum caperint.

V.

Drogo: Quintus Episcopus Mindensis: Tempore scilicet anno Dom. 896. Monasterium Monialium in Molenbeke in honorem S. Dionysii sociorumq; eius, fundatum est hoc modo: Fuit enim quędam mulier deuota nomine Hiltiborch vxor cuiusdam nomine Vffo. Hic vir duo castra optima in Parochia Acriste, nũc Eckersten dicta, habuit vnum iuxta villam Bredenbeke, quod Incolæ mihi nominarunt Vffenborch, & alterum iuxta villam Stenborch: Istius vxor cum liberos masculos non haberet, ad instinctum cuiusdam deuoti sacerdotis nomine Folchardi, in absentia mariti sui Vffonis, qui dudum fuit in peregrinatione terræ Sanctæ nouem Ecclesias, videlicet Melenbeke, Segelhort, Dekber, Stenborch, Ostereysenberge, Westereysenberge, Honroden, Volthem & Silingen fundauit: Vnde in reditu mariti sui gloriata est se nouem filias nondum in Christo regeneratas peperisse, quod deuotus Vffo de fundatione nouem ecclesiarum intelligens, eas de bonis paternis competenter dotauit, quas Episcopus Drogo consecrauit: Obitus autem prædicti Episcopi ignoratur.

Quando & quomodo Monasteriũ in Molenbeke fundatum sit.

Fundantur nouem Parochialia templa.

VI.

Adelbertus: Sextus Episcopus Mindensis: Circa tempora istius Anno Domini, 908. Vngari Saxoniam & Turingiam deuastauerunt: Hic obiit in die Sanctorum Vedasti & Amandi Episcoporum.

VII.

Bernhardus vel Bernharius: Septimus Episcopus Mindensis: Tempore istius,

istius, Vngari denuo Alemanniam, Franciam, Alsatiam & Saxoniam depopulauerunt, quos Henricus primus, Imperator, Filius Lutgardis, quæ fuit filia Arnulfi Imperatoris iuxta vrbem Mersburch totaliter deleuit. Hic obiit in die Sancti Magni Confessoris.

VIII.

Ludarius vel Luithariius: Octauus Episcopus Mindensis: Tempore istius anno Domini 926. Tempore Henrici Aucupis Magni in die Sanctorum Felicis & Adaucti Martyrum Sanctimoniales in Onerenkerken cum Clericis & sua familia numero 128. ab Vngaris occisi sunt. Istæ autem Moniales prius albo vtebantur habitu, sed postea tempore Werneri Episcopi, qui prædictam Ecclesiam reconciliauit, & eas licentiauit, ad habitum nigrum: Et illa Ecclesia primo fuit inter Alram & Leynam. Obiit autem prædictus Episcopus in Vigilia Pantaleonis Martyris Beati.

Vngari 128. Sanctimoniales & clericos in Onernkerken trucidant.

Anno Domini DCCCCXXXIIII. Tempore Heinrici Aucupis Monasterium Canonicorum Regularium in Visbeke à nobili Domina Hilleburgi, in honorem Beati Ioannis Baptistæ fundatum est: Post lapsum verò temporis scilicet Anno MCCXXXIIII. per incendium destruitur, & post annos XX. Septimo Calendas Iulii à duobus Episcopis reconciliatur. In qua consecrationis die, duæ stellæ lucidæ circa meridiem multis videntibus & admirantibus super dictum Monasterium ceciderunt.

Fundatio Monasterii in Visbeke.

Prodigium. Duæ stellæ cadunt super Monasterium Visbeke.

IX.

Ebergisus: Nonus Episcopus Mindensis: Huius tempore Bruno Archiepiscopus Colonienſis, frater Ottonis primi, corpora Sanctorum Eſicii & Patrocli, Prinati & Gregorii cum baculo S. Apostoli Petri transtulit de Roma in Coloniam. Quinto vero Anno sequenti Beatissimus Martyr Patroclus, milés Crecasimus per eundē Episcopum Brunonem, translatus fuit in oppidum Angarorum Sutatum: Obiit autem dictus Ebergisus in die Sancti Lucæ Euangelistæ.

X.

Helmwerdus: Decimus Episcopus Mindensis, Hic cum duobus aliis Episcopis, scilicet Dudone Paderbornensi, & Dragone Osnaburgensi, Anno Domini 952. Maiorem Ecclesiam Mindensem sub honore Sanctorum, Gorgonii Laurentii, & Alexandri Martyrum, consecrauit. Hic obiit Anno Domini 958. in die Sancti Valentini Martyris.

XI.

Lantwardus: Vndecimus Episcopus Mindensis sub Othone Magno. Tempore istius Anno Domini 974. quidam Sacerdos nomine Vandradus Lubekegowe, nunc Lubbecke dictum cum omnibus attinentiis suis Ecclesiæ Mindensi confirmante Othone II. Imp. contulit. Obiit autem in die Sanctorum Cosmæ & Damiani Martyrum eodem anno. Impetrat priuilegium ab Othone Magno Anno 961. & ab Ottone II. Anno 974.

Lubbeke donatur Mindensi Ecclesiæ.

XII.

Milo: Duodecimus Episcopus Mindensis: Hic anno Domini 993. fundauit Monasterium Monialium in Monte Wedegonis sub Domina Regulari, ordinis Sancti Benedicti, vbi prius Sancta Thetwioff inclusa, solitariam vitam ducebat, & regulam Sancti Benedicti piè obseruabat. Prædictus etiam Milo, fundauit præbendas Sanctæ Crucis. Obiit Anno Domini 996. in die Sancti Eleutherii Episcopi. Impetrat ab Othone tertio priuilegium Anno 991. & ab Othone secundo Anno 976. & 974.

Fundatio præbendarū Sanctæ Crucis in Ecclesiā Mindē.

XIII.

Ramwerdus: Decimus tertius Episcopus Mindensis. Iste Episcopus Monasteriū prædictum in Monte Wedegonis à suo prædecessore constructum propter acris, nebulæ & venti intemperiem ad ciuitatem Mindensem in magnum religionis decrementum, pia tamen & sincera intentione sub anno Dn. 1004. in honorem Beatę Marię Virginis & S. Blasii Episcopi, transtulit & fundauit. Hic Ramwerdus obiit in Vigilia Beati Dionysii Episcopi & Martyris.

Monasterium de Monte transfertur Minda.

XIIII.

Theodoricus nominis secundus: Decimus quartus Episcopus Mindensis, vixit sub Henrico sancto Imp. à quo in anno 1009. donatur priuilegio: Rexit Mindensem ecclesiam 18. annos, Menses quatuor & duos dies. Obiit autem Anno Domini 1022. 19. die Mensis Februarii in die S. Iuliani Martyris.

XV.

Sigibertus: Decimus quintus Episcopus Mindensis. Tempore istius Conradus Secundus Salicus Imperator, à quo Sigibertus priuilegia Anno 1025. & 1029. & 1031. & 1033. obtinuit, duob. annis in platea quę Camp dicitur in ciuitate Mindẽsi curiam solennem tenuit: Prædictus autem Episcopus Sigibertus ad decorem Ecclesiæ Mindensis reliquit calices & thuribula pulchra, & nouem plenaria valde pretiosa cum diuersis materiis intus depicta, & exterius auro, argento, & lapidibus pretiosis adornata, comparuit. Item fundauit ecclesiam S. Martini Episcopi, anno Domini 1036. in qua feliciter anno eodem in die Beati Gereonis Martyris requieuit & sepelitur. Circa idem tempus, Anno Domini 1030. Comitatus Schomburgensis habuit originem.

An. à Christo nato MXXXVI. *fundatur templum D. Martino dicatum in Minda.*

Anno MXXX *capit Comitatus Schomburgensis clarere.*

XVI.

Bruno: Decimus sextus Episcopus Mindensis, prius Canonicus Magdeburgensis: Hic monasterium S. Mauritii extra muros Mindenses, dictum in Insula, vbi in Domino feliciter requiescit, Anno Domini 1042. fundauit. Ac monachos eiusdem ordinis de ciuitate Magdeburgensi eo accersiuit: Hic paralysi per quinq; annos laborauit, ita vt omnium membrorum officio destitutus esset, vt quo necesse habuit ire, à Confratribus portari deberet. Obiit autem anno Domini Millesimo quinquagesimo quinto in die Scholasticæ Virginis: charus Henrico Nigro Salic. filio, à quo priuilegium anno 1039. accepit: & alterum anno 1048.

Fundatio Monasterii S. Mauritio dedicati.

XVII.

Egilbertus vel Engelbertus: Decimus septimus Episcopus Mindensis & Canonicus Bambergensis. Tempore istius maior Ecclesia Mindensis anno Domini MLXII. in die S. Vincentii Martyris per incendium destructa est, & Armarium cõbustum, ita vt quicquid prius Imperator Carolus & Wedekindus Rex Mindensium & Angarorum ex magnificentia regia, in ornamentis & donariis plurimis reliquerant ad honorem & decorem sæpe dictæ ecclesiæ per flammam ignis consumptum & deletum sit. Anno autem Domini MLXXI. prædicta Ecclesia sic destructa à dicto Episcopo Egilberto, ac honorabili Domino Rudolpho Episcopo Schleswicensi in honorem S. Trinitatis, S. Crucis, Virginis gloriosæ, & omnium Sanctorum reconciliata & denuo dedicata est.

Anno Domini 1062. templum summum Mindense igni concrematum est, vna cum pretiosis supellectilibus, quæ munificentia Imperatoria & regia contulerant.

Item dictus Episcopus Capellam S. Ioannis Baptistę, quæ ecclesia fori nuncupatur, per ignem destructam, de bonis vnius ciuis Mindensis restaurauit. Hic rexit Mindensem ecclesiã Annos XXV. menses VIII. & dies XIX. Obiit autem anno Dom. MLXXX. in crastino S. Andreæ Apostoli, & sepultus est in Ecclesia S. Martini in choro cum antecessore suo Sigiberto: accepit priuilegium ab Henrico IIII. An. 1059. & 1063. qui Episcopo An. 1058. prædium Losa donat: vt est in vicesimo priuilegio.

Restauratur templũ Mindense sumptibus ac impensis duorum Episcoporum Mindensis videlicet & Slesuicensis.

XVIII.

Raymundus vel Reinhardus: Decimus octauus Episcopus Mindensis, sub isto Episcopo vel antistite Folmarus Successor istius, sedem Episcopalem friuolè inuasit. Obiit hic anno Domini MLXXXIX. in tertio Cathedræ S. Petri.

XIX.

Folmarus vel Vollemarus: Decimus nonus Episcopus Mindensis. Iste Episcopus propter friuolam inuasionem Episcopalis sedis, vt veraciter asseritur à S. Gorgonio martyre & Patrono huius Ecclesiæ est occisus circa annum Domini MXCIIII. Et ideo memoriã istius fieri non consueuit. Accidit enim vt eadem qua dictus Folmarus occisus est nocte, Beatus Gorgonius custodibus Maioris Ecclesiæ appareret, imperans vt signum pro mortuo Episcopo facerent. Illis autem credere nolentibus, ostendit eis pro intersignio pallam Altaris cruentatam & sanguinolentam, in qua gladium occisionis abstersérat; quæ multis annis postea pro miraculo

Vltionis diuinæ exemplum. Pœna luenda vbi est adfert iniuria clades.

seruã-

seruabatur. Qui statim surgentes omnia eis imperata obedienter,& cũ timore perfecerunt. Obiit autem in die Decollationis Ioannis Baptistæ Anno quo supra Indictione secunda.

XX.

Odalricus vel Olricus: Vicesimus Episcopus Mindensis. Iste scriptura testante Anno Domini MXCVI. præfuisse ecclesiæ Mindensi, inuenitur. Obiit autem VI. Idus Decembris. Indictione IIII. in die S. Eutychiani Martyris.

XXI.

Gotscalcus XXI. Episcopus Mindensis. Hic anno Domini MCXII. rexit ecclesiam Mindensem. Obiit autem XVIII. Calendas Martii Indictione V. in die S. Valeriani martyris anno Domini MCXII.

XXII.

Widelo XXII. Episcopus Mindensis: Iste anno Domini MCXX. Indictione XIIII. in die Sanctorum innocentium Martyrum migrauit ex hoc seculo.

XXIII.

Sigewardus XXIII. Episcopus Mindensis habens matrem Euesam nomine. Hic anno Domini MCXXIIII. Indictione 2. in die Palmarum præsente Papa Calixto,& iubente Calendis Aprilis in Episcopum consecratus est. Hic dedit Ecclesiæ Mindensi inter alia bona centum Mansos. Tempore istius Episcopi Henricus Dux Brunswicensis contulit ecclesiæ Brachium S. Gorgonii pretiosè adornatum.

Item tempore istius Moniales ordinis S. Augustini locum qui dicitur Werder prope oppidum Hannouer intrauerunt. Antequam enim prædicti Moniales locum prædictum adierunt, inhabitabant quidam Canonici Regulares, qui propter vitam & commemorationem eorum nimis singularem electi fuerunt, & Moniales monasterio Ouerenkerken, per Comites de Wunstorpe, & Leuwenrode ipso die Sanctæ Catharinæ Anno Domini MCXIIII. prædictum monasterium intrauerunt. *Vuerder.*

Item circa tempora istius Episcopi quidam Sacerdos diuitiis abundans monasterium Leneren fundauit. Fuit enim Leneren prius Ecclesia parochialis & prædictus Sacerdos fuit ibi plebanus: Adiit ergo Dom. Apostolicum & impetrauit, vt inibi posset Monasterium Monialium erigere, quo annuente prædictus Presbyter N. & sic monasterium prædictum fundauit: Et posthæc factus est ibi præpositus. Sedit autem Episcopus Sigewardus Annos 20. mensem vnum, & dies XVI. Et obiit ano Domini MCXL. in die Beati Victoris Papæ & Martyris. *Fundatur Monasterium Leneren.*

XXIIII.

Henricus XXIIII. Episcopus Mindẽsis. Hic prius fuit Abbas in Insula S. Mauritii ordinis S. Benedicti prius Monachus in Bursfeldia, vnde electus in Abbatem in Insula, & est in Bursfeldia sepultus, vti in Chronicis inuenitur.

Tempore istius Cœnobium in Schynna ordinis S. Benedicti per Comites de Halremunt anno Domini MCXLVIII. in honorem S. Viti Martyris sociorumq; eius fundatum est. Et primus Abbas huius Cœnobii fuit assumptus de Monasterio Sancti Michaelis in Hyldesheim. *Anno Dom. 1148. Comites de Halremunt condunt Cœnobium Schynna.*

Item circa tempora eiusdem Episcopi Monasterium in Lucca ordinis Cistertiensis per Comites de Halremunt & Oldenborcht anno Domini MCLIII. conditum est & fundatum, sub honore Sancti Georgii. Hic Episcopus Henricus sedit Annos XII. Menses XI. & dies tres. Obiit autem Anno Domini MCLVI. in crastino Sanctæ Potentianæ Virginis. *Anno Dominicæ Incarnationis MCXLIII. Comites de Oldenborg & Halremunt Monasterium Luccani in honorem S. Georgii fundant condunt.*

XXV.

Wernerus XXV. Episcopus Mindensis quondam maioris Ecclesiæ præpositus & Domini Imperatoris Wilhelmi consanguineus. Sub isto præsule vixit quidam famosus & DEO deuotus miles nomine Mirabilis, ab isto milite Capella & Curia quam Monachi de Insula Mindensi ordinis S. Benedicti possident, sita prope Indaginem Mirabilisbroek dicta & cognominata est. Quæ Capella prius fuit Castrũ

istius militis. Posthæc ille miles sub anno Domini M C LXVII. Ante Altare Assumptionis Beatæ Marię Virginis in maiori Ecclesia Mindensi versus Aquilonem sepultus est. Iste Episcopus Wernerus Monastetium in Schynna Anno Domini 1156. Imperii Friderici Cæsaris, secundo Calendas Nouembris Anno ordinationis eius primo, dedicauit. Sedit autem annis XVII. mensibus 4. Et obiit Anno Domini in Vigilia Beati Martini Episcopi.

Monasterii in Schynna dedicatio.

XXVI.

Hanno XXVI. Episcopus Mindensis. Iste Sanctus Episcopus videns maiorem Ecclesiam Mindensem miserabiliter Sanctorum reliquiis orbatam per incendium, collegit de locis diuersis corpora & reliquias Sanctorum, & ad prædictam Ecclesiam transuexit. Tempore autem incendii reliquiæ Beatæ Mariæ Magdalenæ inter alias reliquias igne attactas, intactę permanserunt, Vnde Canonici Mindenses deuotione congrua permoti, in quodam capite Argenteo prædictas reliquias locauerunt. Videns autem hoc Bruningus de Eugelingborstell tunc temporis Decanus prorupit in verba contumeliæ dicens: propter tantillum ossis tam magnas expensas fieri nō debere, in instanti tangens tales reliquias irreuerēter & indigne, statimque pustula admodum magnæ nucis in manu sua cum tanto dolore cunctis videntibus, apparuit, sic quod manum credebat ex reliquiarum osse perforatam attactu. Fuit enim indignus ad tangendum tales reliquias qui eadem nocte condormierat vni mulieri quod statim fatebatur. Sunt autem hæ reliquiæ in maiori Ecclesia Mindensi, videlicet corpora Sanctorum Feliciani Episcopi, Carpophori, & Habūdi, Martyrum. Theodorici Episcopi & Sanctæ Sophiæ viduæ.

Quæ sint reliquiæ in Mindensi Ecclesia.

Item de istis Sanctis maxima pars corporum habetur scilicet Timothei Apostoli, Gorgonii martyris, Audentii martyris, Hilarii Episcopi, Iustini Episcopi, Felicis Episcopi, Alexandri martyris, Pamphili martyris, Felicitatis Virginis, Vigilii Confessoris, Speciosæ Virginis, capita duorum Maurorum martyrum quatuor ansæ de catena Beati Petri Apostoli, Catena Sancti Feliciani Episcopi cum qua ducebatur, Brachium Sanctæ Annæ matris Mariæ, & brachium S. Gregorii martyris, item adhuc XII. membra alia integra de diuersis Sanctis.

Item tempore huius Episcopi Hannonis Oda Comitissa de Blanckenborch dedit Ecclesiæ Mindensi duo dorhalia passionis S. Petri Apostoli, Sanctorū Gorgonii & Dorothei continentia. Item dedit pannum sericum rubei coloris, sub quo Chrisma benedicendum deferri consueuit, item dedit imaginem argenteam & deauratam Beatæ Mariæ virginis. Sedit autem Sanctus Hanno Episcopus annos XIIII. sub Friderico Barbarossa Imp. & obiit Anno Domini M C LXXXV. in crastino Beati Valentini Martyris.

XXVII.

Dethmarus: Vicesimus septimus Episcopus Mindensis, Iste Episcopus cum in die Parasceues, diuino officio peracto panem & aquam ob reuerentiam Dominicæ passionis comederet: contigit vt aqua per ministros allata bina vice in vinum conuerteretur. Tandem Episcopus tertia vice vadens, vt aquam hauriret & vinum inueniens, intellexit hoc factum esse à Domino, vnde id quod sibi datum fuerat à Domino, in Domino bibit, & Dominum in donis suis benedixit. Sub hoc Episcopo inuentæ sunt in Episcopatu argentifodinæ, cuius duas partes Henricus VI. Imp. donat Ecclesiæ Anno 1189.

Miraculum, aqua vertitur in vinū.

Tempore istius Episcopi Monasterium in Neudorpe ordinis S. Benedicti à Præposito Simone consanguineo prædicti Pontificis scilicet auunculo, in honorē S. Martini fundatum est.

Fundatio Monasterii in Neudorpe.

Item tempore istius Episcopi Dethmari Ecclesia Sancti Ioannis Euangelistæ in Minda Anno Domini M C C VI. A Domino Ramwardo Canonico maioris Ecclesiæ Mindensis fundata est.

Item Comitatus de Hoya circa idem tempus originem habuit. Item circa idē tempus Dominus Iko, maioris Ecclesiæ Decanus fundauit Ecclesiam S. Simeonis monachi in Minda, quæ postea à Conrado Episcopo Mindensi anno Dn. MCCXIIII. conse-

Orig. Comitatus Hoyensis.

consecrata est. Circa idem tempus scilicet Anno Domini MCCIII. Ordo fratrum Prædicatorum sub Beato Dominico initium habuit. Prædictus autem Episcopus Dethmarus rexit ecclesiam Mindensem XXI. Annis, IIII. mensibus & 4. diebus: Et obiit Anno Domini MCCVI. in Vigilia Beati Thomæ de Aquino, & sepultus est, vt existimo retro altare Beati Petri, in maiori ecclesia Mindensi.

Prædicatorū ordo quando initium sumpserit.

XXVIII.

Henricus secundus: XXVIII. episcopus Mindensis. Iste circa annum Domini, MCCIX. præfuit ecclesiæ Mindensi, circa idem tempus claustrum lacus Sanctæ Mariæ, hoc est Marien Seh, Anno Domini MCCXV. de villa Todenhusen translatum est ad instantiam Bernardi Comitis de Welpe. In monte enim Wedegonis primo apud Beatam Margaretham fuit fundatum. Sed postea ad villam prędictam, vbi non planè duobus annis morabantur translatæ sunt. Tandem propter ineptitudinem loci ad locum vbi nunc degunt, translatæ sunt. Item isto tempore Capella & maius altare in Castro Schomborg: Anno Domini MCCXXI. in honorem Sancti martyris Pancratii à Domino Bernhardo Archiepiscopo Senonensi consecrata sunt. Sedit autem Episcopus Henricus annis 3. Et obiit ipso die Sanctę Praxidis Virginis.

Monasterii Marien Seh translatio.

XXIX.

Conradus Episcopus XXIX. Mindensis. Iste castrum Reinberg Anno Domini MCCXIII. ædificauit.

Castrum Reineberg quando extructum.

Tempore istius Episcopi Monasterium monialium in Rintelen circa annum Domini MCCXXX. paulo ante vel post, per Adolphum Comitem de Schomborg translatum est de Olden Rintelen, & in honorem Sancti Iacobi Apostoli à fundamento est constructum. Degebant enim antea in loco, qui dicitur Biscoppenhagen.

Hic etiam Adolphus dudum tria monasteria construxerat; duo in ciuitate Hamburgensi, vnum de ordine Prædicatorum, aliud de ordine Minorum, tertium in oppido Kylen, sub regula Sancti Confessoris Francisci. Islæ autem Moniales in Rintelen, prius nigro vtebantur habitu, sed post hæc propter quandam visionem, quam dictus Episcopus Conradus, & Comes Adolphus viderunt in ædificatione monasterii habitu albo sub regula Beati Benedicti vtuntur, cum prius fuerint sub Regula S. Augustini Episcopi. Circa eadem tempora fratres Prædicatores sub anno Dom. MCCXXXVI. in die Conuersionis S. Pauli, in ciuitatem Mindensem à Conrado tunc existente Episcopo reuocati sunt. Et primo vixerunt apud S. Ioannem Euangelistam, deinde in plateam Vitæ Bollinstrates se transtulerunt. Post hæc ad Aream vbi nunc degunt à quodam milite dicto de Belderssen recepti sunt. Iste autem Episcopus Mindensis Conradus præsedit Ecclesiæ XXVII. annis, & obiit anno Domini MCCXXXVI. in die Sanctorum Ioannis & Pauli martyrum.

Adolphus Comes de Schomborch extruit tria Cœnobia.

Nota: Anno 1234. vel circiter nominatur in 17 priuilegio Ioan. Episcopus Mindensis: qui hic præteritur: nisi forte librarius ibi errauerit.

XXX.

Wilhelmus XXX. Episcopus Mindensis. Iste castrum Nienhus nunc desolatum Anno Domini MCCXLII. ędificauit. Sedit autem annis quinq;, mensibus vndecim. Sed obiit anno Domini MCCXLIIII. in die S. Pancratii martyris.

Nienhus ædificatur.

XXXI.

Ioannes XXXI. Episcopus Mindensis. Iste tres turres in nouo castro, & Reinenberg construxit, hic rexit Mindensem Ecclesiam annos X. menses 7. septimanas. 2. & dies 2. Obiit autem anno Domini MCCLII. in octaua Epiphaniæ Domini, Idibus Ianuarii, & sepultus est in ecclesia S. Martini Mindensis, retro altare Sanctorum Simonis & Iudæ Apostolorum.

Hamelen emitur pecunia.

XXXII.

Wedekindus de Hoya: tricesimus secūdus Episcopus Mindensis. Hic oppidū Hamelen, pro quingētis marcis argenti in Colonia persoluendi, sub certis pœnis & quitatione ducentarum marcarum à monachis de Fulda anno Domini MCCLIX. cōparauit. Fundatio enim ecclesiæ Hamelē prœcessit fundationē ecclesiæ Minden. XXX. annos ab illo tempore quo Beatus Bonifacius Episc. eam primo consecrauit. Item iste Episcopus Wedekindus ducem de Luneburg, & comitē de Wunstorpe

Liberalitas. Fortitudo. Dux Luneburgensis & Comes de Wunstorpe à Wuedekindo Episcopo acie vincuntur.

Beneficentia ob rem benegestam datur Ciuibus Mindensib. der Minderualt, gratitudinis ergo. Pietatis amor & studium in isto Episcopo.

cum maximo eorum exercitu DEO & omnibus de Minda cooperantibus in bello deuicit, vnde in illius victoriæ memoriam IIII. Banneria, siue vexilla, in maioris Ecclesiæ columnis pendentia in præsentem diem videntur, & ob gratitudinem dictus Episcopus ciuibus Mindensibus syluam, dictam Minderwalt cum omni suo iure in perpetuæ gratitudinis ostensionem libere donauit.

Iste Episcopus Ecclesiam Prædicatorum in Minden ab iisdem fratribus constructam vna cum fratre suo Gerhardo Werdensi, & Henrico Osiliensi Episcopis, ordinis antedicti cum magna solennitate consecrauit, anno Domini MCCLX. Rexit autem Ecclesiam Mindensem annos VIII. menses 4. septimanas 3. & dies quinque. Obiit anno Domini MCCLXI. in Vigilia Beati Matthæi Apostoli. Fuit in Wilhelmi Cæsaris magna gratia, qui eum consanguineum & capellanum suum vocat, Anno 1253. & Ecclesiæ Mindensi in eius gratiam donat Comitiam liberorum in Steynwed, Haddēhousen & Bershere Anno 1254. mortuis Baronibus familiæ istius omnibus.

XXXIII.

Conoxxxiii. Episcopus Mindensis. Iste Ecclesiam Mindensem gubernauit annis IIII. mensibus quinq; & tot diebus. Obiit anno Domini MCCLXV. in festo Cathedræ S. Petri Apostoli.

XXXIIII.

Ottoxxxiiii. Episcopus Mindēsis. Iste castrum Reinenberg, quod Dominus de Diepholte violenter occupauerat sua diligentia & prudentia recuperauit. Temporibus suis pons trans Weseram non erat, sed omnia nauigio traducebantur. Sic pons consilio & auxilio illius factus est. Circa tempora istius anno Domini 1271. celebratum est primum capitulum à fratribus Prædicatoribus in Minda, in die sancto Natiuitatis Mariæ Virginis gloriosæ. Sedit autem dictus Episcopus annis 6. mēses vndecim, septimanam 1. & duos dies, & obiit circa annos Domini MCCLXXV. in octaua Sancti Martini Episcopi.

Visurgis pōte comprehenditur

XXXV.

Lubbeke pagus fit oppidum.

Volquinus: Triceſimus quintus Episcopus Mindensis. Iste de villa Lubbeke fecit oppidum, & Canonici ibidem de villa Alden siue Alen, circa eadem tempora sunt translati.

Tempore istius Episcopi floruit quidam frater de ordine Prædicatorum dictus Burchardus Hyddingk vir Dno. deuotus, & sanctus, auditor confessionis prædicti Episcopi, hic inter alia miracula prædictum Episcopum Volquinum excæcatum illuminauit, & iussit vt prædictus Episcopus faceret vnam imaginē Beatæ Mariæ Virginis & lampadem perpetuo arsuram iuxta eam ad sepulchrum eius poni, quod & factum est, & adhuc claret. Obiit autem in die S. Godehardi Episcopi, & sepultus est iuxta summum altare in choro fratrum Prædicatorum.

XXXVI.

Castrum Hoya ædificatur.

Conradus secundus, xxxvi. Episcopus Mindensis. Tempore istius Castrum Comitis de Hoya Anno Dom. 1295. constructum est. Obiit autem 4. Cal. Iunii, Anno Domini MCCLXXXXV. in die Sanctorum Marcellini & Petri martyrum.

XXXVII.

Castrum Steigerberg ædificatur.

Rudolphus de Rostorpexxxvii. Episcopus Mindensis. Iste castrum Steigerberg, anno Domini 1304. ædificauit, sub eo etiam Capitulum secundum fratrum Prædicatorum in Minda anno Domini 1307. celebratum est in die Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

Item tempore istius Episcopi suburbium S. Simeonis in die S. Hippolyti martyris per ignem ex integro deletum est. Item consecrauit etiam imaginem crucifixi in Ecclesia fratrū Prædicatorum. Et obiit anno Dom. 1314. in die S. Albani Episcopi.

XXXVIII.

Castrum Petershagen primum ædificatur, Anno Domini 1335.

Gotfridus de Waltegge, xxxviii. Episcopus Mindensis. Iste Castrum Petershagen secundo anno sui Episcopatus hoc est anno Dom. 1335. in die S. Walburgis Virgi-

Virginis, erexit & consummauit. Eodem anno platea pistorum totaliter per ignem destructa est. Ita circa tempora istius scilicet anno Domini 1328. celebratum est tertium capitulum fratrum Prædicatorum in Minda in die Sanctæ Natiuitatis Mariæ virginis. Obiit autem iste Episcopus Anno Domini 1324. in crastino S. Seruasii Episcopi, Et sepultus est retro altare S. Petri Apostoli in maiori Ecclesia Mindensi.

XXXIX.

Ludouicus filius Ottonis Ducis de Luneburg, XXXIX. Episcopus Mindensis. Tempore istius Castrum Nyenhues anno Domini 1346. in die Beati Sixti Papæ & martyris à Comitibus de Hoya captum & deletum est.

Nyenhues à Comitibus de Hoya deletur.

Eodem anno in festo decollationis Ioannis Baptistæ castrum Slotelborg ædificatum est.

Slotelborg ædificatur anno Domini 1346.

Item tempore istius Episcopi inundatio magna aquarum Weseræ facta est ita quod aquæ excreuerunt & ciuitatem Mindam intrantes trans maiorem Ecclesiam vsq; ad forum peruenerunt, & ostium portæ ciuitatis quatuor vel quinq; pedibus totum repleuerunt. Factum autem est hoc anno Domini 1342. in die S. Beatę Marię Magdalenę. Sedit autem Episcopus Ludouicus anno 22. mense 1. & diebus 4. & sepultus est anno Domini 1345. in monasterio monialium in Walsrode.

XL.

Gerhardus de Schomborg, quadragesimus Episcopus Mindensis. Iste castrũ Roden Anno Domini 1353. comparauit. Sedit autem annis 6. mensibus 3. & 3. diebus. Et obiit anno Domini 1353. in die sancto Circumcisionis Domini, & sepultus est in maiori Ecclesia Mindensi iuxta altare Beatæ Mariæ Magdalenæ ante ascensum chori.

Castrum Roden comparatur von den Becken.

XLI.

Theodoricus tertius, XLI. Episcopus Mindensis. Hic fuit prius frater ordinis Cistertiensis Sancti Bernhardi, post hoc de ordine assumptus eligitur in Episcopum Ebranensem, postea fit Episcopus Sleswicensis. Deinde anno Domini 1343. Calend. Martii promouetur in Episcopum Mindensem. Vltimo anno Dom. 1361. assumptus est in Archiepiscopum Magdeburgensem.

XLII.

Gerhardus secundus de Schomborch, Quadragesimus secundus Episcopus Mindensis, hic oppidum Petershagen construxit. Iste Episcopus cum fratre suo Adolpho Comite de Schomborch, anno Domini 1366. ad terram sanctam vadens, in Ecclesiæ suæ magnam desolationem, iam in mari existens diem clausit extremum, in Vigilia S. Michaelis Archangeli. Adolphus autem frater suus, obiit eodem anno in Cypro in Vigilia S. Eduardi confessoris.

Oppidum Petershagen extruitur.

XLIII.

Otto secundus de Wettin, Quadragesimus tertius Episcopus Mindensis, quõdam Cantor Wormatiensis, & Decanus Moguntinensis: Iste Episcopus, postquam in Vigilia corporis CHRISTI Mindam introductus fuit, modico tempore scilicet vsq; ad festum S. Alexii Confessoris superueniens, hora quasi decima post occasum Solis viam vniuersæ carnis ingressus est, & sepultus est ante summum altare in choro fratrum prædicatorum in Minda. Post obitum autem dicti Episcopi ciues Mindenses duo castra scilicet Vlotow, & Varenholte per vim armorum ceperunt, & pro parte igni tradiderunt. Item anno Domini 1388. Simon de Lippia Domicellus in die S. Magni Martyris oppidum Lubbeke spoliauit, & incendit.

Expugnantur à Mindensibus Vloteum & Varẽholt Castra.

XLIIII.

Wedekindus Secundus de Monte, Quadragesimus quartus Episcopus Mindensis. Iste Anno Domini 1369. septimo die mensis Octobris, Mindam fuit introductus, & in Episcopum receptus.

Tempore istius Episcopi anno Domini 1373. circa ascensionem Dn. platea pi-

ſtorum à porta Weſeræ vſq; ad vicum Hellingſtrate cum omnibus ædificiis circâ Eccleſiam S. Ioannis per flammam ignis deſtructa eſt.

Item anno eodem S. Felicianus Epiſcopus miraculis coruſcare cæpit, & ideo prædictus Epiſcopus Wedekindus feſtum eius per totam diœceſim Mindenſem celebrari inſtituit.

Inundatio aquarum inuſitata.

Item anno Domini 1375. in die Beatæ Scholaſticæ virginis fuit magna inundatio Weſerę, ita quod aquæ excreſcentes ad medium fori peruenerint. Et ob hanc cauſam monachi de Inſula, ordinis S. Benedicti annuatim dant vnam ſtipem.

In die Beatę virginis Scholaſticæ, temporibus iſtius Epiſcopi ſc. anno Domini 1353. quartum capitulum fratrum Prædicatorum in Minda, & rurſus quintum capitulum Prædicatorum in Minda circa tempora eiuſdem Epiſcopi celebratum eſt.

Anno Domini 1377. die 15. menſis Nouembris, tempore iſtius Epiſcopi Wedekindi Carolus quartus Mindam peruenit, & moratus fuit ibi in conuentu fratrum Prædicatorum vſq; in diem tertium, & eodem anno imperatrix eum ſecuta, hora eadem qua Imperator intrauit, Mindam peruenit.

Magnaris grandinum corrupit ſata.

Deinde anno Domini 1379. in craſtino S. Vrbani Papæ & martyris tanta tẽpeſtas grandium (ad quantitatem ouorum magnorum) item tonitru & pluuiarum eſt exorta, quę ſegetes, vineas, arbores, plantas, & alia terrę naſcentia multa deſtruxit, & tam horribilis, quod nullus viuentium recordatur ſe talia vidiſſe. Videbatur etiam peregrinis de Aquisgrano venientibus, & in monte Wedegonis exiſtentib. quod quidam globus, ſiue nubes ignea ſuper ciuitatem Mindam penderet, ita vt prædictæ ciuitatis periclitationem & totalem deletionem imminere putarent. Obiit autem anno Domini 1383. in feſto inuentionis S. Stephani, & ſepultus eſt in maiori Eccleſia Mindenſi, iuxta altare decem millium martyrum.

XLV.

Comes de Monte donò confert Caſtrum ſuum Eccleſiæ Mindenſi.

Otto tertius, de Monte, XLV. Epiſcopus Mindenſis frater prædicti Widekindi. Iſte totum dominium caſtri montis Mindenſi Eccleſiæ perpetuò poſſidendũ reſignauit in ſui memoriam. Obiit autem anno Domini in nocte Circumciſionis Dom. Sepultus eſt autem in choro ante ſummum altare maioris Eccleſię Mindẽſis.

XLVI.

Inuſitatæ locutionis exemplum.

Wilckinus vel Wilhelmus Burſche, XLVI. Epiſcopus Mindenſis. Iſte fuit quõdam maioris Eccleſiæ præpoſitus. Sedit hic tempus, tempora & dimidium temporis, hoc eſt, tres annos & dimidium, & ſepultus eſt in Eccleſia Mindenſi ante altare S. Petri Apoſtoli in medio Eccleſiæ eiuſdem.

XLVII.

Ambitione ſeſe ingeſſit hic.

Marqwardus de Randegge XLVII. Epiſcopus Mindenſis. Hic miſſus à Domino Papa contra voluntatem Canonicorum Mindenſium & in Epiſcopum promotus eſt, poſt hæc autem modico tempore cum indignatione nimia, eſt tempore noctis expulſus. Et fit Epiſcopus Conſtantienſis.

XLVIII.

Otto quartus de Retberge XLVIII. Epiſcopus Mindenſis non poſtulatus ex Curiæ promiſſione præficitur, & ideo veneno intoxicatus, interiit. Sedit autem annis tribus. Et ſepultus eſt in maiori Eccleſia Mindenſi ante altare Sancti Petri Apoſtoli.

XLIX.

Vuedegenſteyn. Reineberch. Roden.

Wulbrandus de Halrmunt, XLIX. Epiſcopus Mindenſis. Iſte prius fuit abbas monaſterii Corbeiæ. Hic deinde Epiſcopus. Caſtra tria Eccleſiæ Mindenſi recuperauit, ſc. Caſtrum Wedegenſteen de manibus nobilis Bernhardi de Lippia, & caſtrum Reinenberch de manibus Nicolai Comitis de Tekenborg, & Caſtrum Roden, de manibus Ioannis Bock armigeri. Illa tria caſtra obſedit viriliter & expugnauit, & ad Eccleſiam Mindenſem reduxit.

Item anno Dn. MCCCCXXVI. in feſto Sancti Michaelis Archangeli celebratum eſt ſextum capitulum fratrum Prædicatorum in Minda. Sedit autẽ dictus

Epiſco-

Episcopus annis 30. & mensibus 2. sed obiit anno Domini 1437. in Vigilia natiuitatis Domini & sepultus est in maiorem Ecclesiam Mindensem ante altare S. Apostoli Petri, sub imagine Beatæ Marię Virginis, quam Dominus Ioānes de Northum Archidiaconus in Pattensem comparauit.

Item circa tempora istius Episcopi Wulbrandi, Anno Domini 1434. sequenti die Beati Marci Euangelistæ Minda cecidit in ccc. & duobus vigenis captiuatorum ab hostibus suis, scilicet Osnaburgen. Lemegen. Varnholt & Lippa: in campo dicto, in der Velthemer Marsch.

Item Anno Domini 1435. in ieiunio, in Dominica, qua cantatur Lætare, Monachi de Insula ordinis S. Benedicti extra muros Mindens. intrauerunt ciuitatem Mindensem propter hostium rabiem & maxime nimiam, vt in præsentiarum cernitur, inundantiam aquarum: Ornamenta enim & libros prædicti monasterii adhuc hodie ostēdunt, quanta ibidem sustinuerint damna, & translati sunt ad Ecclesiam S. Simeonis. Anno autem Domini 1451. prædicti monachi per Cardinalem Nicolaum de Cusa reformati fuerunt mediante abbate Bursfeldensi, qui de suis fratribus posuit ibidem abbatem reformatum & tam abbas Bursfeldensis, quam ille quem pro reformatione posuit, ambo in prædicto monasterio S. Mauritii obierunt & sepulti sunt, ibidem sub lapide vno in Choro, prout scripta testantur desuper exarata.

L. Episcopus.

Albertus Comes de Hoya. Ingens pestis.

Albertus de Hoya: L. Episcopus Mindensis. Tempore istius, Anno Domini 1439. à festo Ioannis ante portam latinam, vsque ad natiuitatem Domini inclusiue viguit pestilentia tam fortiter, vt vno die duodecim, viginti vel triginta homines ponerentur in vnum sepulchrum.

LI.

Hunc deinde ex ordine secutus est Henricus comes à Schomborch.

LII.

Quem Franciscus Dux Brunswicensis sequitur.

LIII.

Illum vero Franciscus comes à Waldeck, omnes Episcopi Mindenses & Franciscus, de quo loquimur, administrator simul Monasteriensis & Osnaburgensis.

LIV.

Franciscum secutus est Georgius Dux Brunswicensis, Henrici senioris filius, qui obiit Anno 1566.

LV.

Hunc Hermannus Comes Schomburgensis filius Othonis.

LVI.

Illum Henricus Iulius Dux Braunsvvici & Lunæburgi.

LVII.

Quem Antonius Comes Schomburgensis excepit, frater Hermanni antecessoris.

LVIII.

Antonio mortuo, Christianus Wilhelmi filius Dux Braunsvvici & Lunæburgi electus in Episcopus fuit, Anno 1599.

SEQVVNTVR TRIGINTA EIVSDEM ECCLESIÆ AB IMPERATORIBVS ET CÆSARIBVS IMPETRATA PRIVILEGIA.

QVIBVS TVM ANTECEDENS HISTORIA CONFIRMAtur, tum res multæ aliæ explicantur.

Priuilegium primum Othonis Magni Imp.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto diuina propitiante Clementia Rex omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quã futurorum cognoscat industria, qualiter vir venerabilis nomine Landwardus Episcopus scilicet Ecclesiæ constructæ in honorem S. Petri principis Apostolorum, in loco qui dicitur Mindim. attulit in nostram præsentiam piissimi genitoris nostri, cæterorumq; antecessorũ nostrorum Regum conscripta, in quibus cõtinebantur, qualiter ipsi præfatæ Ecclesiæ res, cum omnibus in ipsis rebus cõsistentibus, sub illorum receperunt Mundeburdo precatusque est mansuetudinem nostram, vt hoc ipsum à nostræ Imperialis potestatis consensu fieri non recusaremus. Nos autem ob amorem Dei, & remedium animæ nostræ ac pii genitoris nostri cæterorumq; antecessorũ nostrorum Regum, nec nõ & pro nostræ mercedis augmento, paternos mores sequentes, & benignitati eius consentientes ita fieri decreuimus, præcipientes ergo iubemus, vt nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros seu reliquas possessiones iam dictæ Ecclesiæ, (quas nunc infra ditionem regni nostri, legibus possideat, vel quæ deinceps in iura eius diuina pietas voluerit augeri;) ad causas iudiciario more audiendas, vel freda exigenda mansiones vel paradas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesię contra rationem distringendos nec vllas redibitiones vel inusitatas occasiones requirendas vllo vnquam tempore ingredi audeat, vel ea quę supra memorata sunt, penitus exigere pręsumat, hominibus quoq; famulatum eiusdem Monasterii faciẽtibus, qui Saxonice mal man dicuntur prædictum Mundeburdum & tuitionem nostram constituimus, *vt etiam coram nulla indiciaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo, aut aduocato quem eiusdem loci Episcopus elegerit: notatu hoc dignũ; quicquid vero fiscus exinde sperare potuerit pro æterna remuneratione dictæ Ecclesiæ ad stipendia pauperũ, & luminaria continuanda concessimus,* & ipse Episcopus cum omnibus rebus suis nostro fideliter pareat Imperio, & sub nostra consistat defensione, quatenus ipsum, fratresq; eiusdem loci pro nobis coniuge, proleq; nostra dominũ melius iugiterq; exorare delectet. Fratribus autem eiusdem loci præfati dedimus licentiam eligendi pastorem inter se qualemcunque voluerint, ita tamen si talis inter eos inueniatur, qui vita & moribus probatus habeatur, & vt hoc nostræ concessionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatẽ, iussimus prælibati loci Episcopo hoc præsens præceptũ conscribi, manus nostræ inscriptione cõfirmatũ subtus & annuli nostri impressione corroborari, pro Dei amore, & stabilitate Imp. nostri, & incolumitate nostra, & æterno præmio præcipimus. Signum Dn. Ottonis inuictissimi Regis Lintulfus Cancellarius advicem Brunonis Archicappellani recognouit. Data vii. Idus, Ann. Dominicæ incarnationis D. ĆCCCLXI. Indictione iv. Anno regni sereniſſimi Regis Ottonis XXII. Actum Burchem in Christi nomine fœliciter, Amen.

Bannum. Moneta. Telonium. Macellum.

Priuilegium secundum, Henrici sancti Imp

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Henricus diuina fauente clementia Rex omniũ fidelium nostrorum tam præsentiũ, quam & futurorũ cognoscat industria, qualiter Theodornus Episcopus S. Minden. Ecclesię in honore sancti Petri Apostolorum principis constructæ in nostram attulit præsentiam piissimorũ anteceſſorum

cessorũ nostrorũ Regum vel Imperatorũ scripta, in quibus cõtinebãtur qualiter ipsius præfatæ Ecclesiæ res, cum omnibus in ipsis rebus consistentibus sub illorum receperint Mundiburdio ac defensione precatusq; est serenitatem nostram, vt hoc ipsum à nostræ regalis potestatis consensu fieri non recusaremus. Nos autem ob amorem Dei nostręq; animæ remedium necnon pro regnorum stabilitate predecessorum nostrorum mores sequentes, & eius benignitati assentientes ita fieri decreuimus, præcipientes ergo, vt nullus Iudex publicus vel quisliber ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca vel agros, seu reliquas possessiones iam dictæ Ecclesiæ, quas nunc infra ditionem Regni nostri legibus possidet, vel quæ deinceps in iura eius diuina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas vel freda exigenda, mansiones vel paradas faciendas aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiæ francos, liberos & ecclesiasticos litones ma alman vel seruos cuiuslibet conditionis seu colonos contra rationem distringendos nec vllas redibitiones vel illicitas euasiones requirendas, vllo vnquam tempore ingredi audeat aut bannum siue herbannum seu ea quæ supra memorata sunt ab illis penitus exigere præsumat, hominibus quoque famulatum eiusdem Ecclesiæ facientibus prædictum Mundiburdium constituimus, vt etiam coram nulla iudiciaria potestate examinentur nisi coram Episcopo & aduocato eius, quos eiusdem loci Episcopus elegerit: insuper etiam bannum nostrum & monetam, teloneumque siue macellum publicum ibi construi licere, & quicquid ad nostram potestatem pertinere videbatur eidem ecclesiæ donauimus. Quicquid vero fiscus exinde sperare potuerit pro æterna remuneratione prædictæ Ecclesiæ ad stipendia pauperum & luminaria continuanda concessimus, & per se Episcopus in omnibus rebus suis, nostro fideliter pareat imperio & sub nostra constet defensione, vti ceterę Regnorum nostrorum ecclesiæ & Episcopi, quatenus ipsos fratresque eiusdem loci pro vobis Dominũ melius & iugiter orare delectet. Concessimus quoque eisdem fratribus licentiam eligendi inter se pastorem dignum & idoneum, saluo tamen Regis siue Imperatoris consensu, & vt hoc nostri Mundiburdii & cõcessionis præceptum firmius magisque in conuulsum cunctis credatur, hanc cartam inscribi iussimus Sigilloque nostro signatam manu propria subtus firmauimus. Signũ inuictissimi Guntherus Cancellarius vicelani recognouit. Datum IIII. idus Martii Dominicæ incarnationis M. VIIII. Anno cundi regnantis VII. Actum Drutman-

HE Domini Henrici Regis Willigisi Archicappelindictione VII. Anno vero Domini Hẽrici seniæ fœliciter Amen.

Conradus Concedit Episcopo foresium & ius venandi.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Chonradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, Augustus omnibus Christi nostrique fidelibus notum esse volumus: Qualiter Sigibertus Mindensis Ecclesiæ Episcopus nostram adiit Celsitudinem hoc supplicãs, quatenus nos quoddam forestium sui scilicet iuris per imperiale nostri pręceptum forestrari faceremus, hoc ipsum forestrum incipit vbi linderinus flumen Wesera influit & sursum contra eiusdem riui decursum vsque ad villam Liusa dictam ad illum locum vbi Luzilursone riuus influit riuum lume, & sursum contra illius riui decursum vsque ad villam halle dictam ad illum locum vbi publica strata iter super ipsum præbet riuum & in ipsa publica strada, vsque ad locum puregriffe dictum vbi terminus est Barrochiarum Mindensis ecclesiæ & hildeneshemensis, & inde per directum vsque ad Wabeche fluuium, qui prædicta discernit Episcopia, & sursum cõtra illius riuui decursum vsque ad cacumen mõtis Vogilari dicti & per totum eiusdem montis occidentale cacumen contra villam Rena dictam, & inde in fluuium Wysera, & per eius descensum medium vsque ad illum locum vbi prænominatus Linnerinus idipsum influit flumen, huius Venerabilis Episcopi desiderium ob interuentum ac petitionem rare contertalis nostræ Gisale Imperatricis videlicet Augustæ nec nõ & amantissimæ nostræ prolis Henrici Regis perduximus ad effectum. Proinde Imperiali pręcipimus auctoritate: vt nullus in eodem forestro venationis exercitum pręter prędictę ecclesiæ Episcopi consensum agere pręsumat. Et vt hoc nostrę Donationis pręceptum stabilius ac firmius omni permaneat æuo, hanc paginam inde conscriptam propriaque manu

corroboratam ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Domini Chonradi Romanorum Imperatoris inuictiſſimi Burchardus Cancellarius vice Pardonis Archicappellani recognouit. Data VI. Idus Iulii, Anno Dominicæ incarnationis M. XXXIII. indictione prima, Anno autem Domini Conradi ſecundi regnantis IX. Imperii vero VII. Actum Merſiburg fœliciter, Amen.

Priuilegium tertium othonis tertii Imp.

In nomine ſanctæ & indiuidue Trinitatis Otto diuina fauente clementia Rex: Si pias petitiones ſacerdotum quas noſtris auribus infuderint pro vtilitatibus Eccleſiarum ſuarum, ob diuinum amorem efficaciæ damus ad præſentem vitæ & Regni noſtri ſtatum & æterna beatitudinis præmia capienda, id nobis liquido profuturum eſſe credimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum præſentium & futurorum nouerit induſtria, quomodo nos fideli noſtro Miloni venerabili Epiſcopo & Eccleſiæ Mindenſi, cui ipſe prę ſidet, ob deuotum ſeruitium, quod pio animo nobis ſæpius exhibuit, in proprium dedimus Foreſtros noſtros. Huculinhago & Stioringewald, nominatos. Et inſuper ob interuentum & comprobationem fidelium noſtrorum Bernardi videlicet Ducis & fratris ſui Luitgeri atque Ailhardi Comitis aliorumq; comprouincialium ſuorum ſupradicto Epiſcopo & eius Eccleſiæ dedimus ſyluam Suntel vocatam, quantum ex occidentali parte fluminis, quod Weſera nuncupatur, ſui Epiſcopatus ſpatium comprehendit, ea videlicet ratione vt nulla deinceps perſona magna vel parua in prædictis foreſtris, aut ſylua ſuperius iam nominata venari ſeu capere præſumat, aliquam feram vel beſtiam ſine licentia & conſenſu ipſius iamdicti Milonis honorandi præſulis & eius ſucceſſorum, ſed prædicti foreſti & ſupraſcripta ſylua, ſub perpetuo iure vinculis Epiſcopi & eius ſucceſſorum futurorum conſiſtat, & vt hæc noſtræ donationis autoritas dehinc firma permaneat, hoc pręceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus manuque noſtra vt infra videtur, corroborauimus. Signum domini Ottonis Regis Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Wiligiſti Archiepiſcopi recognouit. Data V. Idus Septembris Anno Dominicę incarnationis DCCCC XCI. indictione V. Anno autem tertii Ottonis regnantis VIII. Actum Brandenburg fœliciter, Amen.

Priuilegium quartum Conradi Salici Imp.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitat. Chonradus clementia diuina fauente Romanorum Imperator Auguſtus: Nouerit omnium ſanctę Eccleſiæ Dei fidelium noſtrorumq; præſentium ac futurorum induſtria, qualiter nos ob interuentum & petitionem dilectę coniugis noſtrę Giſile Imperatricis Auguſtę & amantiſſimæ noſtræ prolis Heinrici Regis necnon Brunonis Auguſtenſis venerabilis Epiſcopi, fideli noſtro Sigiberto Minden. Epiſcopo & Eccleſię cui ipſe deo dante præſidet in honore ſancti Petri principis Apoſtolorum, & ſancti Gorgonii martyris Chriſti conſtructæ quandam ſyluã ſitam ſingulariter in proprietate prędiorum eiuſdem Minden. Eccleſiæ & in pago Entergowi in comitatu vero Bernardi Ducis cũ conſenſu & collaudatione præfati Ducis Bernardi & ſui fratris Dietmari cæterorumq; ciuium in eadem ſylua vſque modo communionem venandi habentium in ſyluis, campis, & paludibus inter flumina Oſſenbeke & Alerbeke, vſque in medium flumen Wermonen, & inde vſq; ad Northſulere cãpen ad curtem pertinens Sulegon nominatã, foreſtrari cõceſſimus & banni noſtri diſtrictu circumuallauimus, ea videlicet ratione, vt nemo vlterius in eodẽ foreſto abſq; prędicti Epiſcopi ſuorũq; ſucceſſorũ licentia, poteſtatẽ habeat venãdi, ſagittãdi, retia aut laqueos ponẽdi aut vllo

ingenio

ingenio feras decipiendi, quæ merito sub iure banni continentur. Si quis autem huius nostri Imperialis præcepti temerarius violator extiterit, sciat se Episcopo & suo aduocato banni nostri summam compositurum. Et vt hoc verius credatur, diligentiusq; per futura annorũ curricula obseruetur, hãc cartã inde conscriptã subtus que manu propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Augusti Conradi inuictissimi Romanorum Imperatoris lani, re Oudalricus Cancellarius vice Aribonis Archicapel- Anno cognouit. Data III. Calend. Aprilis, Indictione XII. mini Dominicæ incarnationis M.XXIX. Anno autem Do- Actum Conradi secundi regnantis V. Imperii vero secundo. Ratispone.

Priuilegium quintum Henrici tertii vel nigri Cæsaris.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex, omniũ fidelium nostrorũ tam præsentiũ quã futurorũ cognoscat industria, qualiter Bruno Episcopus Sanctæ Minden. Ecclesiæ in honore Sancti Petri principis Apostolorum & Sancti Gorgonii constructæ in nostram attulit præsentiam piissimorum antecessorum nostrorum Regum vel Imperatorum scripta, in quibus continebantur, qualiter ipsius præfatæ Ecclesiæ res, cum omnibus in ipsis rebus consistentibus sub illorum receperunt Mundiburdio ac defensione, precatusque est Serenitatem nostram, vt hoc ipsum à nostræ regalis potestatis consensu fieri non recusaremus. Nos autem ob amorem Dei nostræque animæ remedium nec non pro Regnorum stabilitate, prædecessorum nostrorum mores sequentes, & eius benignitati assentientes, ita fieri decreuimus, præcipientes ergo, vt nullus Iudex publicus vel quislibet & ex iudiciaria potestate, in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones iamdictæ Ecclesiæ, quas nunc infra ditionem Regni nostri legibus possidet, vel quæ deinceps in iura eius diuina pietas voluerit augeri ad causas audiendas vel freda exigenda, mansiones vel paradas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ francos liberos & Ecclesiasticos litones ma alman vel seruos, cuiuslibet conditionis seu colonos, contra rationem distringendos nec vllas redibitiones vel illicias occasiones requirendas vllo vnquam tempore ingredi audeat aut bannum siue heribannum seu ea quæ supra memorata sunt ab illis penitus exigere præsumat, hominibus quoque famulatum eiusdem Ecclesiæ facientibus prędictum Mundiburdium constituimus, vt etiam corã nulla iudiciaria potestate examinẽtur nisi corã Episcopo & aduocatis eius quos eiusdẽ loci Episcopus elegerit: insuper etiã bannũ nostrũ & monetã teloneumq; siue macellum publicũ ibi construi licere, & quiquid ad nostrã potestatẽ pertinere videbatur eidẽ Ecclesiæ donauimus, quicquid vero fusius exinde sperare potuerit pro æterna remuneratione dictæ Ecclesiæ ad stipendia pauperum & luminaria continuanda concessimus, & per se Episcopus cum omnibus rebus suis, nostro fideliter pareat Imperio, & sub nostra constet defensione, vti cæterę regnorum nostrorum Ecclesiæ & Episcopi quatenus ipsum fratresque eiusdem loci, pro nobis dominum melius & iugiter orare delectet. Concessimus quoque eisdem fratribus licentiam eligendi inter se pastorem dignum & idoneum, saluo tamen Regis siue Imperatoris consensu. Et vt hoc nostri Mundiburdii & concessionis præceptum firmius magisque inconuulsum cunctis credatur, hanc chartam inscribi iussimus sigilloque nostro signatam manu ptopria subtus firmauimus. Signum domini Henrici tertii Regis inuictissimi Theodoricus Cancellarius vice Barcappellani recognouit. Data X. Calend. Iulii, Andonis archi cæ incarnationis M. XXXIX. indictione VII. no domini tem domini Heinrici tertii ordinationis XI. re- Anni augnantis au- tem I. Actum Anternacho fæliciter Amen.

Priuilegium sextum Othonis secundi Imp.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto diuina fauente Clemẽta Imperator Auguſtus: Notum ſit omnium induſtriæ fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum, quia noſter fidelis Milo Mindenſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtram humiliter adiit Clemẽtiam, quatenus eidem Eccleſię, quæ eſt in honorem Beati Petri principis Apoſtolorum & ſancti Gorgonii martyris conſtructa & noſtræ Imperiali prouidentiæ commiſſa, quicquid ibidem noſtræ Regiæ poteſtati legaliter ſubiaceret, hoc eſt, bannum noſtrum & vt monetam, macellumque publicum ibi conſtrui liceret, concederemus. Nos itaque piis eius ſupplicationibus aſſen
tu. ſum prębentes, præfati fidelis noſtri Præſulis continuæ deuotionis fidelitatem attendentes, & ob reuerentiã Sanctorum, mercediſque futuræ gratiam cõſiderantes bannum noſtrum, teloneumq; & quicquid hactenus ad noſtram poteſtatem pertinere videbatur Mindenſi Eccleſiæ donauimus & de noſtro iure & dominio, & eius ius & Dominium ea ratione transfundimus, vt perenniter pro noſtræ animæ remedio vnus presbyter talem præbendam, vt quiſq; fratrum in eodem Monaſterio Deo famulantium ordinatus accipiat & tam prædictus Epiſcopus quam ſui ſucceſſores in poſterum habeant, teneant, firmiterq; per futura ſecula poſſideant, & vt nullus iudex publicus vel alicuius poteſtas perſonæ quicquam diſtrictionis vel cõmutationis huic largitioni ingerere liceat, ſed ſub ipſius Epiſcopi & eius ſucceſſorum munitione vel tuitione, & aduocatorum quibus committere voluit, conſiſtat. Et vt hoc noſtræ largitionis præceptum inconuulſum permaneat, manu propria ſubſcribendo firmauimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſigniri iuſſimus. Signum Domini Ottonis vicem Willigiſi prilis, Anno Do ne tertia, Anno Actum Threke.

MR

Imperatoris Auguſti Egbertus Cancellarius ad Archicapellani notauii. Datum XIIII. Kal. Aminicæ incarnationis DCCCCLXXVI. indictio- vero Regni Domini Ottonis XVI. Imperii X.

Priuilegium ſeptimum Othonis ſecundi Imp.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto diuina prę ordinante diſpoſitione Imperator Auguſtus. Cum celſitudinis noſtræ dominatui condignum videatur honeſtis ac piis benigniter obſequi monitionihus ac petitionibus & maxime quando ob diuinæ augmentum culturæ noſtram ſupplicatur aliquis ac monet Serenitatem, omnium cupimus patefieri induſtriæ fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum, qualiter nos commonente ac ſuppliciter rogãte fideli noſtro Mãdrado presbytero talem proprietatem qualem ipſe in pago Lidbetegone & in Comitatu Bernardi Comitis ſitum quoquomodo ſibi in probrium acquiſiuit, quod lege in noſtrum Ius ac ditionem Imperatoriam redit, noſtræ potentia auctoritatis ad Eccleſiam Mindenſem, ſancti Petri principis Apoſtolorum honori dicatam, in proprium ac perpetuum vſum pro animæ noſtræ remedio, ac Imperii ſtabilitate tradidim⁹, firmiterque donauimus cum vtriuſque ſexus mancipiis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumue decurſibus, rebus etiam eccleſiaſticis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omnibus iure legaliterque ad idem prędium pertinentibus, tali rationis tenore, vt hęc omnia ad eandem Eccle ſiam ſancti Petri Apoſtoli eodem modo vti cæteræ res ad Eccleſias dei à Regibus & Imperatoribus datę perpetuo deſeruiant: Et vt hoc noſtrę traditionis præceptũ firmius ſtabiliuſque cunctis perpetuo credatur, hanc chartam inſcribi iuſſimus & annuli noſtri impreſſione ſignatam manu propria ſubtus eam corroborauimus. Signum Domini Ottonis magni Imperatoris Auguſti, Folgmarus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani notaui. Datum XIIII. Kal. Martii, Anno Dominicæ incarnationis nonginteſimo ſeptuageſimo quarto indictione II. Anno II. Regni Domini Ottonis XIIII. Imperii VII. Actum Nouiomago.

TH

In nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus: Omnium fidelium noſtrorum tam pręſenti-

ũm quam & futurorum cognoſcat induſtria, Qualiter Bruno Epiſcopus ſanctæ Minden. Eccleſiæ in honore ſancti Petri apoſtolorum principis conſtructæ in noſtram attulit præſentiam piiſſimi noſtri genitoris Chonradi Imperatoris Auguſti cæterorũq; anteceſſorũ noſtrorum Regum vel Imperatorum ſcripta, in quibus continebantur, qualiter ipſius præfatę Eccleſiæ res cum omnibus in ipſis rebus conſiſtentibus ſub illorũm receperunt Mundiburdio ac defenſione precatuſque eſt Serenitatem noſtram, vt hoc ipſum à noſtræ Imperialis poteſtatis conſenſu, fieri non recuſaremus: Nos autem ob amorem Dei, noſtræque animæ remedium, necnon pro regnorum ſtabilitate prædeceſſorum noſtrorum & paternos mores ſequentes, & eius benignitati aſſentientes ita fieri decreuimus, prȩcipientes ergo, vt nullus iudex publicus vel quilibet ex iudiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones iam dictæ Eccleſiæ, quas nũc infra ditionẽ Regni noſtri legib⁹ poſſidet, vel q̃ deinces in iura eius diuina pietas voluerit augeri, ad cauſſas audiẽdas vel freda exigenda, mãſiones vel paradas faciẽdas aut fideiuſſores tollẽdos, aut homines ipſius Eccleſiæ francos liberos & Eccleſiaſticos, litones ma alman vel ſeruos cuiuslibet conditionis ſeu colonos cõtra rationẽ diſtringendos necnon vllas redibitiones vel illicitas occaſiones requirẽdas vllo vnquam tẽpore ingredi audeat, aut bannum ſiue heribannum ſeu ea quæ ſupra memorata ſunt, ab illis penitus exigere præſumat, hominibus quoque famulatum eiuſdem Eccleſiæ facientibus prædictum Mundiburdium conſtituimus, vt etiam coram nulla iudiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo & aduocatis eius quos eiuſdem loci Epiſcopus elegerit, inſuper & bannum noſtrum & monetam, teloneumque ſiue macellum publicum ibi conſtrui licere, & quicquid ad noſtram poteſtatem pertinere videbatur eidem Eccleſię donauimus, quicquid vero Fiſcus exinde ſperare potuerit pro æterna remuneratione dictæ Eccleſiæ ad Stipendia pauperum & luminaria continuanda conceſſimus. Et per ſe Epiſcopus cum omnibus rebus ſuis, noſtro fideliter pareat Imperio & ſub noſtra conſtet defenſione, vt cæteræ Regnorum noſtrorum Eccleſiæ & Epiſcopi quatenus ipſum fratresq; eiuſdem loci pro nobis dominum melius & iugiter orare delectet. Conceſſimus quoq; eiſdem fratribus licentiam eligendi inter ſe paſtorem dignum & idoneum, ſaluo tamẽ Regis ſiue Imperatoris conſenſu: Et vt hoc noſtri Mundiburdii & conceſſionis prȩceptum firmius magiſq; inconuulſum cunctis credatur, hanc cartam inſcribi iuſſimus ſigilloque noſtro ſignatam manu propria ſubtus firmauimus. Signum domini Heinrici

Priuilegium octauum Henrici III. Imp.

Regis inuictiſſimi ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti Wintherius Cancellarius vice Bardonis Archicancellarii recognoui. Data XII I. Calend. Auguſti, Anno dominicæ incarnationis M. XLIX. indictione I. Anno autem domini Heinrici tertii Regis ſecundi Imperatoris ordinationis eius XX. Regnantis quidem X. Imperantis autem II. in nomine domini Actum Mindo fœliciter Amen.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitat. Otto diuina fauente clementia Imperator Auguſtus: Omnium fidelium noſtrorũ tam præſentium quam futurorum cognoſcat induſtria, qualiter vir venerabilis nomine Milo Epiſcopus ſcilicet Eccleſię conſtructæ in honore ſancti Petri principis apoſtolorum in loco qui dicitur Mindim attulit in noſtram præſentiam, piiſſimi genitoris noſtri Imperatoris Auguſti cæterorumq; anteceſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum conſcripta, in quibus continebantur, qualiter ipſius præfatæ Eccleſiæ res cum omnibus ipſis rebus conſiſtentibus ſub illorum receperunt Mundiburdio, precatuſque eſt Serenitatem noſtram, vt hoc ipſum à noſtræ Imperialis poteſtatis conſenſu fieri non recuſaremus: Nos autem ob amorem Dei & remedium animæ noſtræ necnon & pro regnorum ſtabilitate, paternos mores ſequentes & eius benignitati aſſentientes ita fieri decreuimus: Præcipientes ergo, vt nullus Iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria poteſtate in Eccleſias, aut

Priuilegium nonum Othonis III. Imp.

loca vel agros seu reliquas possessiones iamdictæ Ecclesiæ quas nũc infra ditionem regni nostri legibus possidet vel quæ deinceps in iura eius diuina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas vel freda exigenda, mansiones vel paradas faciendas; aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiæ litos, vel cuiuslibet conditionis seruos contra rationẽ distringẽdos nec vllas redibitiones vel illicitas occasiones requirendas vllo vnquã tẽpore ingredi audeat vel ea quæ supra memorata sunt penitus exigere prẽsumat, hominibus quoque famulatum eiusdem monasterii facientibus prædictum Mundiburdum nostrum constituimus, vt etiam coram nulla iuditiaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo & aduocato quem eiusdem loci Episcopus elegerit, quicquid vero fiscus exinde sperare potuerit pro æterna remuneratione prędictæ Ecclesiæ ad stipendia pauperum & luminaria continuanda concessimus. Et per se Episcopus nunc omnibus rebus suis nostro fideliter pareat Imperio & sub nostra cõstet defensione, vti cęteræ Regnorum nostrorum Ecclesiæ & Episcopi, quatenus ipsum fratresque eiusdẽ loci pro nobis Dominũ melius iugiterque exorare delectet. Concessimus etiam eisdem fratribus licentiam eligendi pastorem inter se qualecumqne voluerint, ita tamen, si talis inter eos inueniatur qui vita & moribus probatus habeatur. Et vt hoc nostri Mundiburdii & concessionis præceptum firmius magisque inconuulsum cunctis credatur, hanc chartam inscribi iussimus annuloque nostro signatum manu propria subtus firmauimus. Signum domini Ottonis magni & inuictissimi Imperatoris Augusti Willigisus Cancellarius subscripsit. Data XII. Kal. Iunice vice Rodberti Archicappellani DLXXIIII. indictione I. Aug. Anno incarnationis Domi Imperii V I. Actum aquisgra Anno regni Dn. Ottonis XIII. ni.

Priuilegium decimum Conradi Salici Imp.

In nomine sanctæ & in diuiduæ Trinitatis Chonradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus omnium fidelium nostrorum iam præsentium & futurorum cognoscat industria, qualiter Sigiberrus Episcopus sanctę Mindenensis Ecclesiæ in honore sancti Petri Apostolorum principis constructæ, in nostram attulit præsentiam piissimorum antecessorum Regum vel Imperatorum scripta in quibus continebantur, qualiter ipsius Ecclesiæ res nunc omnibus in ipsis rebus consistentibus sub illorum receperunt Mundiburdio ac defensione, precatusque est Serenitatem nostram, vt hoc ipsum à nostræ Regalis potestatis consensu fieri non recusaremus. Nos autem ob amorem Dei nostræque animæ remedium, nec non pro regnorum stabilitate prædecessorum nostrorum mores sequentes, & eius benignitati assentientes ita fieri decreuimus, præcipientes ergo vt nullus iudex publicus, vel quislibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias aut loca, vel agros seu reliquas possessiones iam dictæ Ecclesiæ, quas nunc infra ditionem Regni nostri legibus possidet, vel quæ deinceps in iura eius diuina pietas voluerit augeri, ad causas audiẽdas vel freda exigenda, mansiones vel paradas faciendas aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ francos liberos & Ecclesiasticos litones ma alman vel seruos cuiuslibet conditionis seu colonos contra rationẽ distringẽdos, nec vllas redibitiones, vel illicitas occasiones requirendas, vllo vnquam tempore ingredi audeat, aut bannum siue heribannum seu ea quę supra memorata sunt ab illis penitus exigere prẽsumat, hominibus quoque famulatum eiusdem Ecclesiæ facientibus, prędictum Mundiburdium constituimus vt etiam coram nulla iuditiaria potestate examinẽtur, nisi coram Episcopo & aduocatis eius quos eiusdem loci Episcopus elegerit.

Insuper etiam bannum nostrum & monetam teloneumque siue macellum publicum ibi construi licere & quicquid ad nostram potestatem pertinere videbatur, eidem Ecclesiæ donauimus, quicquid vero fiscus exinde sperare potuerit pro æterna remuneratione prædictę Ecclesiæ ad stipendia pauperum & luminaria continuanda concessimus.

Et per se Episcopus nunc omnibus rebus suis nostro fideliter pareat imperio, & suis

& sub nostra desistat defensione, vt cæteræ Regnorum nostrorum Ecclesiæ & Episcopi, quatenus ipsum fratresq; eiusdem loci pro nobis Dominum melius & iugiter orare delectet. Concessimus quoque eisdem fratribus licentiam eligendi inter se pastorem dignum & idoneum, saluo tamen Regis siue Imperatoris consensu. Et vt hoc nostri Mundiburdii & concessionis præceptum firmius magisque inconuulsum cunctis credatur, hanc chartam inscribi iussimus sigilloque nostro signatam manu propria subtus firmauimus. Signum Domini Chonradi inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti Odolricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognouit. Data XII. Kal. Maii, indictione XIII. Anno Dominicæ Incarnationis M. XXXI. Anno autem Domini Conradi secundi Regnantis VII. Imperio vero V. Actum Nouiomago.

Priuilegium 12. Henrici quarti Imp.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Henricus diuina fauente Clementa Rex, Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam præsentibus notum esse volumus, qualiter Egelbertus Episcopus sanctæ Mindonensis Ecclesiæ in honore sancti Petri Apostolorum principis constructæ in nostram attulit præsentiam piissimi nostri genitoris Henrici Imperatoris Augusti cæterorumque antecessorum nostrorum Regum vel imperatorum scripta, in quibus continebatur, qualiter ipsius præfatæ Ecclesiæ res, cum omnibus in ipsius rebus consistentibus in illorum receperunt Mundiburdium ac defensionem precatusque est Serenitatem nostram vt hoc ipsum à nostræ potestatis consensu fieri non recusaremus.

Nos autem ob amorem Dei, nostræque animæ remedium necnõ pro regnorum nostrorum stabilitate prædecessorum nostrorum & paternos mores sequentes & eius benignitati assentientes, ita fieri decreuimus præcipientes, vt nullus Iudex publicus vel quilibet ex iudiciaria potestate in Ecclesias aut loca vel agros, seu reliquas possessiones iamdictæ Ecclesiæ, quas nunc infra ditionem Regni nostri legibus possidet, vel quæ deinceps in iura eius diuina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas vel freda exigenda, mansiones vel paradas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius Ecclesiæ francos liberos & Ecclesiasticos, litones ma alman, vel seruos cuiuslibet conditionis seu colones contra rationem distringendos nec vllas redibitiones, vel illicitas occasiones requirendas, vllo vnquam tempore ingredi audeat, aut bannum siue heribannum seu ea quæ supra memorata sunt ab illis penitus exigere præsumat.

Hominibus quoque eidem Ecclesiæ famulantibus prædictum Mundiburdium constituimus, vt etiam coram nulla iudiciaria potestate examinentur nisi coram Episcopo & aduocatis eius, quos eiusdem Ecclesiæ Episcopus elegerit, insuper & bannum nostrum & monetam teloneumque siue macellum publicum ibi construi licere, & quicquid ad nostram potestatem pertinere videbatur eidem Ecclesiæ donauimus: quicquid vero fiscus exinde sperare potuerit pro æterna remuneratione prædictæ Ecclesiæ ad stipendia pauperum & luminaria continuanda concessimus. Et per se Episcopus nunc omnibus rebus suis nostro fideliter pareat imperio & sub nostra constet defensione, vti cæteræ regnorum nostrorum Ecclesiæ & Episcopi quatenus ipsum fratresque eiusdem loci pro nobis Dominũ melius & iugiter orare delectet.

Concessimus quoque eisdem fratribus licentiam eligendi inter se pastorem dignum & idoneum, saluo tamen Regis siue Imperatoris consensu. Et vt hoc nostra Regalis confirmatio stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc cartam inde conscribi manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici quarti Regis Gebehardus Cancellarius

vice Lintpaldi Archicancellarii recognoui. Data est VI. Calend. Augusti, Anno dominicæ incarnationis M.LIX. Indictione XII. Anno autem ordinantis Domini Heinrici Regis IV. VI. Regni II. III. actum Polide in Dei nomine feliciter Amen.

Priuilegium duodecimum Friderici I. Imp.

Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator. & semper Augustus Sanctæ Minden. Ecclesiæ honesto & venerabili clero vniuerso & eiusdem Ecclesiæ fi- bus tam nobilibus quam liberis & ministralibus omnibus gratiam suam & on bonum. Cum iustum & honestum sit, quod omnis, qui principatum administrat, principatus officia non negligat: Ideo nos, quantum longa & grauis occupatio nostra & importuna bellorum tempestas patitur & in quantum illa benignissima autoris omnium pietas cooperari dignabitur, paci omnium Ecclesiarum prouidederi cupimus & intendimus. Eas vero quas nobis deuotiores & imperio ad seruiendum promptiores cognoscimus, plus cæteris honorare debemus & volumus. Inde igitur est quod Minden. Ecclesiæ quæ deuotum obsequium cum syncera & deuota hactenus nobis fidelitate exhibuit, fouerabili & sereno nostræ gratiæ amplexamur affectu, pro rogatu & voluntate fidelis & dilecti nostri Annonis Episcopi nostri, maxime cogente nos rigore iustitiæ, quæ nulli neganda est, nobis & omnibus comprouincialibus nostris hanc Maiestatis nostræ dirigimus paginam Imperatoriæ.

Itaque Maiestatis nostræ auctoritate districte præcipimus & obseruari omnino volumus, ne vllus Comes vel aduocatus, nobilis vel ministralis seruus aut liber Canonicis in domibus & areis claustralibus & sacerdotalibus, in domibus & areis dotalibus aliquas omnino iniurias irrogare præsumat, & ne aliquis ex his, quos prętaxauimus in prædictis domibus & areis aliquid sibi iuris addicat. Si quis autem huius tam districtæ quam iustæ præceptionis nostræ violator extiterit, præsumptuosum ipsum Maiestatis Imperatorię reum cõstituimus. Ne autem quis putet, quod in hac tã rationabili quã necessaria pacis ecclesiasticorum roboratione steterit pro ratione voluntas & magis præsentia & instantia Domini Episcopi quam iustitia voluerit, hoc nobis contestando scribimus, quod prædictam sententiam Endericus Marchio de Lusiz in Palatio nostro apud Cremonam approbantibus Imperii nostri principibus ædidit.

Priuilegium decimumtertium Henrici IV. Imp.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex, quicquid ad vtilitatem Sanctarum Dei ecclesiarum sacerdotes Christi venerando & eorum petitionibus assensum præbendo conferimus ad quietum temporalis regni statum & ad perpetuę beatitudinis augmentum tam nobis quam parentibus nostris profuturum sine dubio credimus. Quapropter nosse volumus industriam omnium Dei nostriq; fidelium tam futurorum quam præsentium qualiter nos ob interuentũ ac petitionẽ fidelium nostrorũ scilicet Annonis Colonien. Archiepiscopi, Adelbarti Hammaburgensis Archiepiscopi, Engelhardi Magadeburgen. Archiepiscopi, Burchardi Haluirsteden. Episcopi, & maxime ob iuge & fidele seruitium Egilberti Mindenen. Episcopi eidem Ecclesiæ curtem vestram quæ vocatur Lashuggeri, in pago augeri dicto in Comitatu Ottonis Ducis ad restituendum damnum, quod prefatæ Ecclesiæ peccatis exigentibus in nostra præsentia per incendium contigit, cum omnibus suis appendentis id est vtriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris, cultis & incultis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, molis, piscationibus, siluis, venationibus, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis cum omni vtilitate quæ vllo modo inde prouenire poterit, in proprium tradidimus, ea videlicet ratione, vt prænominata Ecclesia hoc Regiæ nostræ munificentiæ donum omnium mortalium contradictione remota, perpetualiter possideat, & æternę beatitudinis prędia, tam nobis quam parentibus nostris fidelibus, viuis siue defunctis obtineat. Et vt hæc nostra regalis traditio stabilis, & inconuulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria vt infra

videtur

videtur corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici IIII. Regis

Fredericus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii recognoui. Data XVI. Calend. Augusti, Anno Dominicæ incarnationis M. LXIII. Indictione prima, Anno autem Domini Henrici quarti Regis ordinatione III. Regni vero VI. Actum Geslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

Priuilegium decimumquartum Conradi Salici Imp.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Conradus diuina fauente Clementia Rex. Omniũ fidelium nostrorum tam præsentium quam & futurorum perpendat vniuersitas, qualiter Sigebertus sanctæ Mindenſ. Ecclesiæ Præsul venerandus, nostram regalem supereminentiam humiliter adiit atq; interuentu nostrorum fidelium inprimis dilectissimę conlectalis nostrę Gisile Dei gratia Reginæ nec non Aribonis Megentiacensis Archiepiscopi, Pelegrini Colonienſis Archipræsulis, Hunfridi Pardenopolitanæ sedis Archiepiscopi, Vn Wani Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopi, Brunonis Augustensis Episcopi, Wiggeri Fardensis Episcopi, Bernardi ducis Sifridi & Hermanni Comitum, Prædium quoddam Kemnium nuncupatum, donari sibi atque mancipari rogauit, quorum in commune iam coadiuuante voce petitioni ob amorem DEI nostræque remedium animæ, ac statum Regni libenti animo assensum præbentes, prædium iamdictum in Kemnium in pago Valim collocatum, & in Comitatu Dancinari Comitis, cum omnibus suis pertinentiis, mancipiis, agris, pratis, pascuis, syluis, molendinis, aquis, aquarumue decursibus, exitibus & reditibus, cultis & incultis, acquisitis & acquirendis, sæpe iamdictæ Sanctæ Mindensis Ecclesiæ suisque per successus temporum prouisoribus, per in temporis inibi commorantes, ante altare Sancti Petri Apostolorum principis sanctique Gergonii martyris manu ad manum donauimus ac perpetuo possidendo, in proprium tradidimus. Quapropter sæpe iamdictum prædium, cum omnibus illuc rite pertinentibus sub nostrum Mundiburdium ac defensionem accipimus, vt etiam coram nulla iudiciaria potestate examinentur nisi coram Mindensium Episcopo, & aduocatis eius quos ipse elegerit. Et vt hoc nostræ donationis ac

Mundiburdii præceptum firmius magisque inconuulsum, cunctis credatur, hanc cartam inscribi iussimus, sigilloque nostro signatam manu propria subtus firmauimus. Signum Domini Conradi gloriosissimi Regis, Odalricus Cancellarius vice Arebonis Archicapellani recognoui. Data IIII. Non. Maii, indictione octaua, Anno Dominicæ incarnationis M. XXV. Anno vero Domini Conradi II. Regis I. Actum Ratispone.

Priuilegium decimumquintũ Henrici V I. Imp.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Henricus sextus, diuina fauente Clementia Romanorum Rex Augustus, innatæ nobis pietatis clementia nostram regalem inducit & exhortatur Celsitudinem, Ecclesiæ promotioni & vtilitati intendere, & tam eas quam earum prælatos honorare, partemq; iuris Imperii in eos transfundere.

Donatio argentifodinæ ab Henrico V I. Imperatore Episcopo & Ecclesiæ Mindensi facta.

Cum igitur Argentifodina, quæ est in Episcopatu Mindensi constituta, ad iura pertineat Imperii & inter Regalia nostra sit computata: Notum fieri volumus vniuersis Imperii fidelibus præsentibus & futuris, qui nos fideli nostro Episcopo Mindensi & Ecclesiæ suæ, necnon & omnibus successoribus suis, in perpetuum concessimus & regali auctoritate confirmamus, *Duas partes eiusdem Argentifodinæ, cum omni fructu*, & iure exinde rationabiliter proueniente, *tertiam vero partem totius Argentifodinæ & totius fructus siue iuris exinde prouenientis, siue ex diuina, quæ in aliis locis*, recipi solet siue ex iurisdictione vel iudicio vel alio quocunque modo proueniat nobis totaliter & integre saluam esse volumus & quietam conseruari.

Vt autem noſtrę ſublimitatis conceſſio & confirmatio rata & incõuulſa perpetuo permaneat, præſentem inde cartam conſcribi iuſſimus & Maieſtatis noſtræ ſigillo communiri ſtatuentes, & auctoritate Regia firmiter præcipientes, vt nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Nobilis, nulla denique perſona humilis vel alta, ſecularis vel eccleſiaſtica, huius noſtræ conceſſionis & confirmationis paginam audeat violare. Si quis autem hoc temerario auſu attentauerit in vltionem temeritatis ſuæ centum libras auri puri componat, medietatem camerę noſtrę, reliquam vero prędicto Epiſcopo & Eccleſiæ. Teſtes huius rei ſunt, Henricus de Nerneſen, Arnoldus de hornebert, Hunifredus de Valckenſteine, Heinricus de Litt. Camerarius Waltherus, Comes de ſano, Godeboldus Comes Senegalienſis, & alii plures. Datum apud Nannenſteine, Anno Domini M. C. LXXXIX. Indictione VIII. XII. Calend. Aprilis.

Priuilegium decimum ſextum Vuilhelmi Cæſaris.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus honorabilibus viris, decano & capitulo, miniſtrialibus, infeudatis Vaſallis, & hominibus Eccleſiæ Minden. dilectis fidelibus ſuis, gratiam ſuam & omne bonum. Dignum eſt & conſentaneum rationi ac regiam condecet Maieſtatem, vt illorum commodis & promotionibus quadam regalis munificentiæ gratia & fauere benignius intendamus, qua per ſe & ſuos erga promotionem & exaltationem noſtram vigilantius elaborant. Cum itaq; ſicut audimus, venerabilis vir Wedekindus Eccleſiæ Minden. Præpoſitus dilectus conſanguineus & capellanus noſter, cui nobilitas generis, morum honeſtas, & alia laudabilia merita ſuffragantur, à decano & capitulo eiuſdem Eccleſiæ, Spiritus ſancti gratia inuocata in Epiſcopum & Paſtorem, eiuſdem Eccleſiæ vnanimiter ſit electus, ne bona eiuſdem Eccleſię, quam in noſtram & Imperii protectionem recepimus ſpecialem, hoſtili lacerentur incurſu & improborum inſultibus diſſipentur, *regalia & adminiſtrationem bonorum temporalium ipſius Eccleſiæ ſibi concedimus de benignitate Regiæ Maieſtatis, vt de cetero tamquam princeps Imperii, bona ipſius Eccleſiæ adminiſtret, ordinet & diſpenſet*, prout melius ad vtilitatem ipſius Eccleſiæ videbitur expetire: vobis vniuerſis & ſingulis auctoritate Regia firmiter iniungentes, vt ſibi tamquam noſtro Epiſcopo in omnibus, quę ad ipſum pertinent, plenius intendatis, nos vero tenore præſentium diſtrictius inhibemus, ne quis ipſum in adminiſtratione huiuſmodi ſuper bonis ipſis impedire audeat vel etiam moleſtare, quod qui facere præſumſerit grauem, Celſitudinis noſtræ offenſam ſe nouerit incurſurum, & in reatus ſui pœnam centum marcas auri fiſco noſtro componat. Datum Brunſwig VI. Idus Septembris Indictione XI. Anno Domini M. CC. LIII.

Priuilegium decimum ſeptimũ Conradi Sueui Cæſaris, qui Friderici II. filius fuit.

Conradus diui Auguſti Imperatoris Friderici II. filius Dei gratia Romanorum in Regem electus ſemper Auguſtus & hæres regni Hieruſalem, vniuerſis paginam præſentem inſpecturis dilectis fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum. Conſtitutus in præſentia noſtræ Celſitudinis Ioannes venerabilis Minden. Epiſcopus dilectus princeps noſter per ſentẽtiam inquiſitam, obtinuit coram nobis, quod omnia ſibi iure vacarent officia ad Epiſcopatum pertinentia, præter illa quatuor principalia, quæ ſecundum conſtitutionem generalem & communem iuſtitiam ſunt excepta. *Præterea eidem conceſsimus poteſtatem conſtituendi duo oppida, quod vulgo Wichbelede appellatur, vbicunque eadem in ſua diœceſi duxerit conſtruenda.* Nihilominus etiam concedimus & donamus eidem libertatem in altero illorum oppidorum grauem monetam cudendi, ſine graui præiudicio iuris alieni. Ad quarum donationum omnium euidentiam, præſentem literam ſibi dari fecimus, ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum apud Hagen tertio Iulii, quinta decima indictione.

Priuilegium monetæ, cudendi pecuniam.

Priuilegium decimum octauũ Vuilhelmi Cæſaris.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, vniuerſis ſacri Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cum in proceſſę dignitatis honore nos protulerit exaltator humilium & ſceptrum Romani Regni, palmamque victorię nobis diuina diſpoſitione commiſerit Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas, ad imitationem noſtrorum prædeceſſorum Imperatorum & Regum, tanto libentius tantoque liberalius debemus proſequi fauore gratiæ

tia specialis, quanto clariori præsagio dignitatem huiusmodi de cœlesti suscepimus voluntate. *Cum itaque illustris vir Albertus Dux Saxoniæ carissimus Princeps & affinis noster comitiam liberorum in Steinvvede, Haddenhusen & Borchere, quam à nobis & Imperio tenebat in feudo* ad petitionē Venerabilis W. Minden. Episcopi dilecti principis nostri per suas patentes literas nostro culmini duxerit resignandum, Nos eiusdem Episcopi piis supplicationibus inclinati, resignationem ipsam ratam habentes, & gratam *prædictam comitiam eidem Episcopo & Ecclesiæ Minden. sibi commissæ liberalitate Regalis culminis præsumere concedimus, à nobis & imperio feudi titulo possidendam*, tenore præsentium districtius inhibentes, ne quis eundem Episcopum, & eius legitimos successores, ac eandem Ecclesiam molestare audeat super his, vel etiam impedire. Si quis autem contra hanc paginam nostræ concessionis siue inhibitionis & resignationis prædicti ducis venire præsumpserit, grauem Celsitudinis nostrę offensam se nouerit incursurum. Huius rei testes sunt Veylis H. spirensis princeps & Cancellarius. Wernerus de Bollandia dapifer, & magister Arnoldus protonotarius Regalis Aulæ A. Comes de Waldek, Henricus comes de Selmesze & alii quam plures: in cuius rei euidentiam pleniorem præsentes literas exinde conscribi & sigillo Maiestatis nostræ iussimus communiri. Datum in castris in depopulatione Westfrisiæ, decimo quinto Kal. Iunii, indictione duodecima, Anno Domini M. CC LIV.

Priuilegium decimum nonum Conradi Salici Imp.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Chonradus diuina fauente Clementia Romanorū Imperator Augustus: Si bona quæ ad Ecclesias Dei ab antecessoribus nostris Regibus, Imperatoribus & ab Episcopis, abbatibus vel aliquibus beatæ memoraræ viris data inuenimus, ea ibidem Imperialis nostri præcepti districti stabiliri studuerimus, pro hoc studio nostrum regnum stabilius fieri & nos æternam requiem promereri minime ambigimus, vnde Dei nostriq; fidelium præsentium scilicet ac futurorum vniuersitati notum esse cupimus, qualiter dilectus noster Sigibertus Mindensis Episcopus nunc fideli nostro Brunone Augustensi venerabili Episcopo Serenitatis nostræ clemētiam adiit, humiliter obsecrans, vt talia bona qualia ipse in prędiis, in mācipiis vtriusque sexus, in dominationibus necnon in cæteris *vtilitatibus habet quæsita ad monasterium Minda & in vsum fratrum sub canonica regula inibi Deo seruientium nouiter ab illo*, in honore sancti Mattini confessoris constructum, per Imperiale nostrum præceptum stabiliremus atque conseruaremus, quorum petitioni pium ac iustum erat assensum præbentes ob interuentum ac petitionem dilectæ coniugis nostræ Gisilę Imperatricis Augustæ & amantissimæ nostræ prolis Henrici Regis necnon fidelium nostrorum Arabonis Moguntiæ sedis pilgrini, Coloniēsis Ecclesiæ Venerabilium archiepiscoporum hęc prædia Egisberon, Komimin, Nigenburg, Swenorden, Hiltivvardingahusen, in villis vero, Bracha & Folchardesdorfa 11. mansos cum omni siluatica vtilitate, & Ecclesiam vnam in vico Grecini, & quinque mansos vngilibach, mansum vnum & Ratheris dorfa omnem decimationem vini, duos mansos in vbhusen, in Wolnatingahusen, v. mansos in Dribura, i. mansum in Stochein, duos mansos in leni, i. mansum à præfato fideli nostro Sigeberto, Episcopo q̄sita vel quæ postmodū diuina adiuuāte clementia acquisierit exceptis his prædiis, quibus antea Ecclesias Dei locupletauit ad monasterium quod ipse Minde in honore sancti prælibati Martini à fundamento locauit & in vsum fratrum sub canonica vita inibi Deo famulantium per huius nostri Imperialis scripti tenorem stabiliuimus & confirmauimus, ea videlicet ratione, vt nec ipse nec vllus suorum successorum potestatem habeat hæc eadem bona data vel in posterum danda à prætitulato Monasterio alienare vel milites suos inde beneficiare vel in aliquid aliud in commune fratrum commodum commutare. Si quis aut Episcopus absque eorum consensu & collaudatione eadem bona abalienare vel militibus suis in beneficium dare vel in proprium vsum trāsferre voluerit, ipsi fratres ad nos nostrosque successores refugum habeāt. Et vt hęc nostræ confirmationis auctoritas verius credatur diligentiusque per futura annorum curricula obseruetur, hanc cartam inde conscriptam manu propria confirmantes & corroborantes Sigillo nostro iussimus insigniri. Signum Domini Conradi inuictissimi

Episcopus non habet potestatem alienandi bona Ecclesia absque consensu capituli.

Romanorum Imperatoris Augusti Odalricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognouit. Datum Idus Aprilis Indictione XII. Anno Dominicæ Incarnationis MXXVIIII. Anno autem Domini Conradi Secundi regnantis V. Imperii vero tertio. Actum Regenspurg feliciter, Amen.

Priuilegiũ vicesimum Henrici III. Imp.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Henricus Diuina fauente clementia Rex: Nouerint omnes fideles CHRISTI tã futuri quam prẽsentes, qualiter nos pro remedio animæ patris nostri Serenissimi Romanorum Imperatoris Augusti Henrici, & stabilitate Regni cõsiliante & precante, Dilectissima matre nostra Agnete, Imperatrice Augusta ob petitionem & fidele seruitium amicissimi nostri Colonien. Archiepiscopi Annonis *quoddam prædium, quod dicitur Losa situm in Pagolosa in Comitatu Bernardi*, quicquid in supradicto loco regio iure contrahente habuimus cum vtriusq; sexus mancipiis, cum ædificiis, cum terris, & cultis & incultis, pratis, pascuis, syluis, venationibus, aquis, aquarumue decursibus viis & inuiis exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, & cum omnibus ad idem prædium pertinentibus ad Monasterium Mindensium in honore Sancti Petri & Sancti Gorgonii constructum in vsum fratrum DEO inibi sub canonica regula seruientium tradidimus. Et vt hæc nostræ regię traditionis auctoritas, stabilis & inconuulsa omni tempore permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria confirmantes,

& corroborantes Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici quarti Regis inuictissimi Wuntherius Cancellarius vice Leopoldi Archicapellani recognoui. Datum V. Mensis Martii anno dominicæ Incarnationis MLVIII. Indictione XI. Anno autem Domini Henrici quarti Regis ordinantis IIII. Regni II. Actum Mindæ feliciter, Amen.

Priuilegium vicesimum primum Henrici VI. Imp.

Tempore Henrici Imperatoris argentifodina in diœcesi Mindensi inuenta est

Henricus DEI Gratia Romanorum Rex & semper Augustus fidelibus suis Episcopis Mindensi, Padeburnensi, Osnaburgensi, Comitibus quoque & Nobilibus & vniuersis hominibus in eisdem Episcopatibus constitutis gratiam suam & omne bonum. *Cum omnis argentifodina ad iura pertineat imperii & inter regalia nostra sit computata*, nulli venit in dubium, quin ea quæ nuper in episcopatu Mindensi dicitur inuenta ad nostram totaliter spectet distributionem, vnde in ea nulli hominum quicquam iuris recognoscimus, nisi hoc à nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus vobis & singulis sub obtentu gratiæ nostræ præcipientes, vt nullus vestrum se de prædicta argentifodina intromittat, nec aliquid iuris sine nostra licentia sibi in ea vsurpet. Quod si quis temerario ausu fortè attemptauerit, indignationem nostram se nouerit incursurum. Puntiũ autem latorem fidelem nuntium nostrum, ad partes illas transmisimus, vt de eadem argentifodina ordinet & disponat, prout nobis videtur expedire. Mandamus itaq; dilectioni vestræ attente rogantes, vt ei consilio & auxilio fideliter assistatis grates affectuosas à Serenitate nostra recepturi. Datum apud Nonnensteine XII. Cal. Aprilis.

Priuilegium Caroli quarti vicesimũ secundum

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter amen, Carolus quartus, Diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Etsi imperialis benignitatis clementia, quorumlibet deuotorum fidelium quos sacrum Romanum ambit Imperium, ex officio debito teneatur necessitatibus & iniustis oppressionibus consulere, & de opportunis remediis prouidere. Ad illos tamen permaxime dirigitur nostræ mentis affectio, quos indebite pati cognoscimus, quorumque oppressionibus status Ecclesiasticæ libertatis, quem semper nostris temporibus augeri voluimus, enormiter eneruatur, & quasi ad nihilum redigitur, minus iuste sane ad nostræ Serenitatis

latis audientiam pro parte honorabilium Prælatorum Canonicorum & Clericorum Minden. ciuitatis & diœcesis insinuatione querulosa suppliciter est deductum. *Quod seculares quidam in potestatibus & officiis publicis constituti videlicet Duces, Comites, Barones, Milites & Sculteti & alii domini temporales: Necnon Consules ciuitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores diœcesis prædictæ Dei timore postposito, statuta singularia*, iniquas ordinationes motu proprio, ac temeritate præsumtuosa de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum & locorum Religiosorum libertates & priuilegia condiderunt & condunt, eisdemque publice & de facto insistere præsumpserunt & presumunt ausu temerario & nephando quotidie contra legitimas ciuiles & Canonicas sanctiones, vtputa quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam trãsferantur, neue clerici in sacris constituti ad agendum seu testificandum in ciuilib⁹ & maxime in piis causis aliquatenus admittãtur, quodq; excomunicati laici & publice denuntiati in ciuili foro minime repellantur nec in eorum consulatus officio ac aliis actibus secularibus euitentur: Item prędicti domini temporalis Consules & rectores, per secularem potestatem Ecclesias & personas Ecclesiasticas capiunt & capi procurant, Res & bona clericorũ occupãt & arrestant, oblationes fidelium diminuunt & restringunt, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Ecclesiarum exigunt & extorquent, stationes immoderatas cum multitudine nobilium in bonis Ecclesiarum & piorum locorum faciunt vecturas curruum & euectiones multiplices bonis ipsius imponunt cõtra Ecclesiasticã libertatẽ, possessiones Ecclesiarũ & personarũ Ecclesiasticarũ deuastãt incẽdiis & rapinis, contractus inter clericos & laicos legitime factos, ad libros ciuitatũ, villarũ & locorum recusant inscribere ac sigillare, donata & legata ad fabricas, & ecclesiarum structuras contra voluntatem prælatorum & aliorum quorum interest præsumunt vsurpare contra iustitiam in fraudem & odium clericorum confugientes ad Ecclesias Cimiteria & adloca libertatis Ecclesiarum inde extrahere contra Imperiales sanctiones præsumunt. Cum igitur hæc omnia & singula, & quæuis alia similia, necnon quæcunque sequuta sunt & sequi possunt, ex eisdem sint & fuerint solum de facto ac temere attentata & per sacras ciuiles & canonicas sanctiones reprobata expresse: Nos eã omnia & singula de principum, dominorum, Comitum Baronum fideliumque nostrorum consilio ex certa scientia tenore præsentium & auctoritate Imperiali cassamus, irritamus, adnullamus, cassaq;, irrita & nullius esse momenti penitus declaramus, dicimus & nuntiamus expresse præsenti edicto perpetuo valituro seriosius inhibentes, ne huiusmodi aut eorum similia de cætero dicti domini temporales attemptare præsumant, præcipientes nihilominus sub indignatione Imperalis banni vniuersis & singulis dominis, militibus, cõsulibus, potestatib⁹, officiatis & in officiis publicis cõstitutis, quatenus mox visis aut intellectis præsentibus dicta eorũ statuta & ordinationes sicuti prędiudicium Ecclesiasticę libertatis ædita sunt, omnino reuocẽt & de luce tollãt, quodq; secund⁹ ea nõ iudicent amplius nec sententias dictent aut eisdẽ in iudicio vel extra, quomodolibet per se & cõtra Ecclesiasticã libertatẽ potiantur. Itẽ pronuntiamus & declaramus imperiali auctoritate, quod, quicunq; cuiuscunque status vel conditionis extiterit, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia sacerdotem vel clericũ, secularem vel religiosum diffidauerit, proscripserit, captiuauerit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi malitiam perpetrantes, scienter receptauerit seu consilium, auxilium vel fauorem in his eis præstiterit, vel pro causa criminali vel ciuili quæstionum in iudicium seculare & specialiter ad iudicium quod dicitur Frydius, quod nulla temporis prescriptione vel regali seu Imperiali ædicto seu iudicii confirmatione, contra personas Ecclesiasticas, seu clericos per quamcunque consuetudinem intraduci volumus, trahere præsumpserit vel ratione dictę consuetudinis seu potius corruptelæ extra præfatum iudicium contra clericos in prædiudicium Ecclesiasticæ libertatis, aliquid attemptauerit præter pœnas à sacris Imperialibus & Canonicis sanctionibus eis inflictas decernimus hos imperiali ædicto ipso facto infames, & omni honore priuatos, nec ad placita vel consilia nobilium aliquatenus admittendos, & actorem vel actores tales, a iure suo cadere, ac iudicatum non tenere, Iudicemq; iudicandi-

poteſtate priuatum & bannũ Imperiale incidiſſe pronuntiamus. Verũ quia parum eſſet iura condere niſi eſſent, quæ tenerentur eadem auctoritate Imperiali prædicta vniuerſis principibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus & ſpecialiter Colonien. Moguntin. Magdeburgen. & Bremen. Archiepiſcopis Monaſterien. Oſnaburgen. Hildenſemen. Paderburnen. Minden. Lubnen. Verden. & Swerinen. Epiſcopis Necnon omnibus Saxoniæ Luneburgen. & Brunſwicen. ducibus Lantgrauio Haſſiæ, necnon de Marcka, de Monte, de Hoia, de Teckoneburg, de Schobenburg, Wernengerode, Holtzatie, & Regenſtein Comitibus, quibus & eorum cuilibet vices noſtras committimus in prẽmiſſis per præſentes & eis ſub obtentu Imperialis gratiæ præcipimus & mandamus, quatenus toties quoties pro parte dictorum Prælatorum Canonicorum & clericorum vel alicuius ipſorum fuerint requiſiti, eiſdem pro toto ſuo poſſe aſſiſtant & faciant, quod prẽmiſſa committentes quicunque fuerint pœnis prædictis puniantur realiter & cum effectu quatenus cæteri eorum exemplo perterriti ſimilia de facile non attemptent, præterea omnes & ſingulos Eccleſiarum ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum prædictarum vaſallos & feudatarios cuiuſcunque ordinis gradus vel conditionis exiſtant, qui contra Eccleſiam vel perſonas Eccleſiaſticas ipſius Minden. Eccleſiæ Ciuitatis & diœceſis à quibus feuda eorum tenent aliquid fecerint de prẽmiſſis ſeu ea facientib⁹ ſi propter hoc excõmunicati denuntiantur vel alias aſtiterint quouiſmodo dummodo de hoc ſeruato iuris ordine coniuncti fuerint, denuntiamus & decernimus eo ipſo ſuis feudis ſiue beneficiis eſſe priuatos, eoſque præſentis conſtitutionis ædicto priuamus perpetuo, dantes Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſticis perſonis antedictis dicta feuda concedendi aliis perſonis laicis fidelibus & vtilibus liberam facultatem, volumus etiam hortamur & requirimus Epiſcopos & prẽlatos Eccleſiaſticos, vt hanc noſtram legem & conſtitutionem in Synodis & Eccleſiis publicari procurent, ne in præmiſſis per ſimulatam ignorantiam ſuas malitias valeant excuſare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram caſſationis, irritationis, annullationis, inhibitionis, necnon pronuntiationis & declarationis paginam infringere aut ei auſu temerario quomodolibet contraire ſub pẽna Imperialis noſtrę indignationem grauiſſimam, necnon quinquaginta marcharum auri puriſſimi quas ab qui eo cõtrafecerit totiens quotiens fuerit cõtrafactum irremiſſibiliter exigi & earũ medietatem Imperialis noſtri ærarii ſiue fiſci, reſiduam vero partem iniuriam paſſorum vſibus volumus applicari. Sigmũd ſereniſſimi principis & Domini, Domini Caroli quarti Romanorum Imperatoris inuictiſſimi & glorioſiſſimi Bohemen. Regis. Teſtes huius rei ſunt, venerabilis Borherdus Hildemſemenſis, Heinricus Werdenſis & Heinricus Paterbrunnenſis Eccleſiarum Epiſcopi, Illuſtres Albertus Saxoniæ & Luneburgen. & Wentzelaus Opauiæ duces ſpectabiles Borchurdus de Hardeck, Borchardus de Hoia, Buſo & Heinricus de Schrapelow Comites, Nobilis Otto aduocatus de Monte, Petrus de Wartenberg dictus dechoſt Imperalis curiæ noſtræ Magiſter Thuno de Colditz Cameræ noſtræ Magiſter Hintzo de Lipa Albertus de Storenburg, Symon de Lywen, Busko de Azuzan, Buſſeto de Biſtritz, Altzardus de Puſche Dapifer in Rauensberge, Heinricus de Ezigelhen & aliis quam plures noſtri & Imperii ſacri principes, Comites, Nobiles & fideles præſentium ſub Imperialis Maieſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio literarum. Datum Minde Anno Domini Milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione quintadecima xv. Calend. Decembris Regnorum noſtrorum Anno Triceſimoſecundo, Imperii vero Viceſimotertio. De mandato domini Imperatoris Nicolaus Cameracenſis Præpoſitus.

Priuilegium vicesimum tertium Caroli Imp.

IX Carl von Gotts Gnaden Römischer Keyser / zu allen Zeiten mehrer deß Reichs / vnd Könignick zu Behm / bekennen vnd deen kund offentlich mit diesem Breue / allen die jhn sehen oder hören lesen / dat wir durch annemer vnd trewer Dienste willen / die vns vnnd dem Reich de Ehrwerdige Wedekind Bischoff zu Münden / vnser Fürste vnd lieber andächtige gethan hat / vnd vorbas de tho willicher ton / mach in künfftigen Zeiten mit wolbedachten Muthe vnnd rechten Wissen demselben Wedekinde erlaubt / gegunt / vnd diese besonder Gnad gethan haben / erlauben / gunnen vnd thun ehm die mit Keyserlicher Mechte in Krafft dieses Brieffs / Dat er in syner Statt zu Petershagen einen Zoll / das ist von jedem Pferde das Kauffmanschafft träget vnnd führet / vnd darvan mân Zoll pfleget zugeben / zwene swarc Pfenninge / der sey ainen alten Tornes gelten / vffheuen vnnd nemen möge / als lange vnnd wir oder vnser Nakomen an dem Reich Römische Keysere oder Köninge / das nicht wedder ruffen: Vnnd darumb gebeten wir allen Fürsten / geistlichen vnnd wertlichen Graven / fryen Denst beden / Rittern / Knechten / Stetten / vnnd allen andern vnsern vnnd deß Reichs getrewen ernstlichen vnd vestligen / dat se den vpgenandten vnsen Fürsten solchen Zoll vpheuen vnnd nemen laten / vnd ehn daran nicht hinderen oder irren / in dem wiß als lieb jhn sy / vnser vnnd deß Reichs Gunst zubehalten. Mit Vrkund dieses Breves versigilt / mit vnser Keyserlichen Majestet Jnsigel / der geben ist zu Herfurde / nach Christi Geburt dreitzehenhundert Jahr. Darnach in dem siben vnd sibentzigsten Jahr an Sanct Elizabet Tag vnser Reiche / in dem zwey vnd dreyssigsten vnnd deß Keyserthumbs / in den drey vnd zwintzigsten Jahren / de mandato Domini Imperatoris Nicolaus Cameracens. præpositus.

Carolus IV. Romanorũ Imperator hefft den tollen thon Petershagen bi dat Stift Gesuen

Priuilegium vicesimum quartum Henrici sancti Imp.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Henricus diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Augustus, si venerabilia Ecclesiarum Dei loca alicuius doni commodo ditare studuerimus, nobis id regnique nostri statui profuturum esse minime dubitamus, quapropter nouerit omnium fidelium Christi nostrorumque vniuersitas, qualiter nos pro remedio animæ nostrę parentumque nostrorum, necnon per interuentũ dilectissimæ conlectalis nostræ Cunigundæ videlicet Imperatricis Augustæ, atque Aribonis Mogentinensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, cuidam nostro monasterio in Biunburc ad honorem sancti Michaelis Archangeli constructo atque dedicato prædium quoddam in Latheburum, hoc est, quicquid Ammoko ibi possedit, & in regale nostrum ius, legali iudicuin iudicio deuenit situm in pago Hartega, in comitatu vero Lindigeri Comitis cum omnibus appendentiis suis, terris videlicet cultis & incultis mancipiis vtriusque sexus, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, Molendinis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis cæterisque omnibus, quæ quomodocunque dici siue scribi, aut nominari possunt vtilitatibus ad ipsum prædium pertinentibus per hanc nostram Imperialem paginam concedimus atque largimur, & de nostro iure ac dominio, in eius ius & dominium omne trãsfundimus, ea videlicet ratione, vt Rihedagus eiusdem Ecclesiæ venerabilis abbas sibique post hinc decedentes libere habeant, de eadem proprietate eiusque peruentiis facultatem quicquid eis placuerit ad vsum Ecclesiæ faciendi omnium hominum regni nostri contradictione remota, & vt hoc nostra ingemitatis auctoritas stabilis & incõuulsa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conscriptum manu propria confirmantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici Romanorum inuictissimi imperatoris Augusti Guntherus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognouit. Datum N. Decembris, indictione quinta, Anno Dominicæ incarnationis M.XXII. Imperii autem VIII. Actum Gronnachn.

Priuilegium vicesimum quintum Caroli IIII. Imp.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter amen. Carolus quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam: Et si Cæsareę benignitatis clementia se consueuit gratiosam cunctis fidelibus, quos sacrum ambit Imperium, exhibere, viros tamen Ecclesiasticos & Dei ministros præcipuis non indigne prosequitur fauoribus, eos præsertim quos diui Romanorum Imperatores & Reges prædecessores nostri deuotione promoti specialibus, gratiarum priuilegiis dotauerunt, sane pro parte venerabilis Wedekindi Minden. Episcopi principis & deuoti nostri dilecti nuper nobis exhibita petitio continebat, quatenus iura, priuilegia, literas, gratias, libertates & donationes à diuis Romanorum Imperatoribus & regibus supradictis in Ecclesiis, locis, agris & possessionibus suis, ipsis familiaribus & seruitoribus eorundem concessa & concessas, confirmare & etiam innouare & de innata nobis benignitatis clementia gratiosius dignaremur. Nos vero dictæ supplicationi tamquam iustę fauorabiliter inclinati non improuide neque per errorem, sed animo deliberato vniuersa & singula iura, priuilegia, libertates, literas, gratias & indulta à diuis Romanorũ Imperatoribus & Regibus prædecessoribus nostris in Ecclesiis locis, agris, & possessionibus suis dictis, Episcopo, clero, familiaribus & seruitoribus eorundem concessas & concessa, in omnibus & singulis eorum sententiis, clausulis, articulis verborum expressionibus atq; punctis cuiuscunque continentię seu tenoris existant, ac si præsentibus de verbo ad verbum nominatim forent expressa necnon vsus, obseruantias, ceremonias, consuetudines laudabiles & statuta dictæ Minden. Ecclesiæ antiquitus obseruatas & obseruata & signanter priuilegia per Ottonem primum, Ottonem secundum, Conradum secundum, Heinricum secũdum, Heinricum tertium necnon Fredericum Romanorum Imperatores & reges prædecessores nostros eis concessa & donata, *De Banno regio, Moneta, Theolonio, Macello publico in ciuitate Minden. & quicquid ibidem ad regiam pertinet potestatem, & de* aliis quibuscunque prout in eorum priuilegiis & literis latinis cõtinetur, ac si omnia & singula de verbo ad verbum præsentibus forent inserta sano principum, Comitum, Baronum & procerum nostrorum & Imperii sacri fidelium consilio accedente de Imperialis pletudine potestatis & de certa nostra scientia approbauimus ratificauimus & innouauimus, approbamus, ratificamus & tenore præsentium innouamus supplentes omnem defectum, si quis in præmissis aut eorum quemlibet obscuritate verborum sententiarum aut solemnitatum obmissæ compertus fuerit quouis modo, non obstãtibus quibuscunq; legibus, cõstitutionib. seu statutis generalibus vel specialib. in contrariũ ęditis seu cõcessis personis aliis atq; locis vel aliis quomodolibet introductis quib. vniuersis & singulis etiã si de illis & eorũ tenore deberet fieri præsentibus mentio specialis de dicta Cęsareę plenitudine potestatis & certa nostra scientia derogamus & esse volumus præsentib. penitus derogatum. *Et nihilominus prædictos Episcopum, clerum, familiares & seruitores eorum ad instar dictorum prædecessorũ nostrorum in Mundiburdium protectionem tuitionem & defensionẽ nostram & Imperii sacri assumpsimus & assumimus præsentibus specialem.* Nulli ergo penitus homini liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, innouationis & cõfirmationis, defectus suppletionis, derogationis & tutelæ assumptionis paginam infringere seu ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem nostram grauissimam *& pœnam centum Marcharum auri purissimi totiens quotiens contrafactum fuerit exigendam, cuius medietatem* Imperialis ærarii, residuam vero partem passorum iniuriam vsibus applicandam decernimus se nouerit irremissibiliter incursurum. Signum serenissimi principis & Domini, Domini Caroli quarti Romanorum Imperatoris inuictissimi & glorioſissimi Bohemiæ Regis. Testes huius rei sunt venerabiles Gerhardus Hildersomen. Heinricus Warmen & Heinricus Paderburnen. Ecclesiarum Episcopi Illustres Albertus Saxoniæ & Luneburgen. & Wentzes-

Wentzeslaus Opauiæ duces spectabiles Burghardus de hardeck, Gerhardus de hoia, Boszo & Henricus de Schrapelavv Comites, Nobiles Otto aduocatus de Mẽte, Petrus de Wartenberg dictus de choſt Imperialis curiæ noſtræ Magiſter Thuno de colditz cameræ noſtræ magiſter, Hintzo de lipa, Albertus de Sterneberg, Simon de lippen, Busko de Pritzan, Buſſiro de Bisken, Alhardus de Puſſche Dapifer in Rauensperg, Henricus de Ezigelhelm & alii quam plures noſtri & imperii ſacri Principes, Comites, Nobiles & fideles præſentium ſub imperialis Maieſtatis, noſtræ ſigillo, teſtimonio literarum. Datum Minde Anno Domini millesimo tricenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, indictione quinta decima x v. Kal. Decembris Regnorum noſtrorum Anno triceſimo ſecundo, Imperii vero viceſimo tertio. De mãdato Domini Imperatoris Nicolaus Cameracen. Præpoſitus.

Priuilegium viceſimum ſextum Caroli IIII. Imp.

Carolus quartus diuina fauente clementa Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ rex: notum facimus vniuerſis quod conſtitutus in noſtræ Maieſtatis præſentia venerabilis Otto de Wittin Epiſcopus Minden. Princeps conſiliarius & deuotus noſter dilectus nobis humiliter cum inſtantia ſupplicauit, quatenus ſibi & Eccleſiæ Minden. vniuerſa & ſingula priuilegia, literas, libertates, emunitates, gratias, iura & indulta necnon laudabiles & approbatas conſuetudines quæ & quas à celebatis memoriæ diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus anteceſſoribus noſtris obtinuiſſe noſcuntur auctoritate Cæſarea approbare ratificare, auctorizare & confirmare gratioſius dignaremur. Nos igitur præfati Ottonis ſupplicationibus fauorabiliter inclinati, præſertim cum dicta ſupplicatio de fonte rationis emanet & iuſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus, præfato Epiſcopo & Eccleſiæ Minden. vniuerſa & ſingula priuilegia, literas, libertates, emunitates, gratias, iura & indulta necnon laudabiles & approbatas conſuetudines quæ & quas à diuis Romanorum Imperatoribus ſeu Regibus prædeceſſoribus noſtris rite obtinuerunt in omnibus ſuis articulis, continentiis, tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis de verbo ad verbum prout ſcripta ſeu ſcriptæ obſeruata ſeu obſeruatę ſunt & vtentium vſu approbata animo deliberato & de certa ſcientia approbamus, ratificamus & auctoritate Ceſarea, ac de Imperialis poteſtatis plenitudine autorizamus & confirmamus gratioſe noſtris imperii ſacri & aliorum iuribus ſemper ſaluis præſentium ſub Imperialis noſtræ maieſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Wyenne, Anno Domini Milleſimo tricenteſimo ſexageſimo octauo, indictione ſexta, tertio idus Aprilis, Regnorum noſtrorum Anno viceſimo ſecundo, Imperii vero quarto decimo. Ad mandatum Cæſaris Cancellarius.

Priuilegium viceſimum ſeptimum Caroli IIII. Imp.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam ſpeciali quadam inter tot & tanta negotiorum genera quibus pectori noſtro continuo cogitationis materia infunditur, ſollicita meditatione penſamus, qualiter noſtris & ſacri imperii fidelibus & deuotis pro quibus nedum deuotionis & fidei puritas, verum etiam obſequiorum ſedula gratitudo erga nos multipliciter intercedunt, valeamus noſtri fauoris & gratiæ ac liberalitatis munificentiam impartiri. Nos itaque venerabilis Theodrici Epiſcopi Minden. principis & deuoti noſtri dilecti ſynceræ deuotionis & fidei puritatem, quam ſemper ad nos & ſacrum Romannum geſſit ac gerit imperium noſtræ Regiæ maieſtatis oculis intuentes, penſantes quoque multiplicia & grata ſeruitia aſſiduoſque labores quos nobis & ipſi Imperio fructuoſe & fideliter exhibuit ſollicitudine indefeſſa. ipſius itaque & ſuæ Eccleſiæ commoditatibus cupientes ſalubriter prouidere ſibi & dictæ Eccleſiæ ſuæ Minden. vniuerſa priuilegia literas iura laudabiles & approbatas conſuetudines, libertates emunitates & gratias eis à claræ memoriæ diuis Romanorum Imperatoribus & regibus prædeceſſoribus noſtris data & datas conceſſa & conceſſas, indulta & indultas de verbo ad verbum prout & eadem priuilegia & literæ in ſuis tenoribus cõprehenduntur, in ſuis omnibus ſententiis & clauſulis acſi ſupradicta iura, approbatæ & laudabiles conſuetudines, libertates, emunitates, & gratiæ in præſentibus literis diſtinctæ & ſeriatim forent expreſſa & expreſſæ, etiamſi de his iure vel conſuetudine deberet inſerie præſentium diſtincte

fieri mentio ſpecialis de Regiæ poteſtatis plenitudine ac de certa noſtra ſcientia approbamus, ratificamus & ſolita pietatis Clementia confirmamus. Nulli ergo homini liceat hanc noſtrarum approbationis, ratificationis & cõfirmationis paginam infringere, aut ei auſu temerario contra ire ſub pœna banni Regii & centum Marcharum auri puri, quam eum, qui contra fecerit, poſt grauis noſtræ indignationis aculeos decernimus incurriſſe, quarum medietatem Regiæ Cameræ ſiue fiſco, reſiduam vero Epiſcoporum dictæ Minden. Eccleſiæ, qui pro tempore fuerint, vtilitati & vſibus volumus applicari, præſentium ſub noſtræ Maieſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Mogũtię, Anno Domini milleſimo tricẽteſimo quinquageſimo quarto, Indictione VII. II. Idus Ianuarii, Regnorum noſtrorum anno octauo per Dominũ Epiſcopum Luthoni P. de luna.

Priuilegium viceſimum octauum Caroli IIII. Imp.

Carolus quartus diuina fauente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex Magiſtris Cõſulum, Conſulibus iuratis, operariis & toti vniuerſitati ciuium Ciuitatis Minden. fidelibus ſuis, & imperii ſacro dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Grauem querelam Venerabilis Wedekind Minden. Epiſcopi, Principis & deuoti noſtri dilecti accepimus continẽtem, qualiter contra priuilegia Minden. Eccleſiæ per prædeceſſores noſtros, Duces Romanorum Imperatores & Reges antiquitus Eccleſiæ ipſi conceſſa, quadraginta viros de vniuerſitate dictæ ciuitatis ad Regimẽ eius aſſumitis pro libito volũtatis eoſdẽ electos cõſules apponitis & deponitis Epiſcopo incõſulto, qui quidẽ Conſules dũ electi ſic fuerint, Collegium conſulũ intrant, nullo Epiſcopo & Eccleſiæ præſtito penitus iuramento, etiam pictores, ſutores & omnes alii officia Mechanica exercentes, intra ſe de officiis ſuis, pro arbitrio ſuo magiſtros eligunt, coram quibus tanquam Epiſcopi Aduocatis & Iudicibus actus Iudiciales exercẽt, in dictorum priuilegiorum & libertatis Eccleſiaſticæ detrimentũ: prętera vos portas Ciuitatis quadris lapidibus concluſiſtis, ſtratam perfodiſtis, regiam aqueductam Molendinorũ obſtruentes, nouas piſcinas & lacus feciſtis, inſuper vias & acceſſus neceſſarios & antiquos procuraſtis concludi, noua erigi ædificia in emunitate Eccleſiæ & demoliri conſtructa, etiam res & bona clericorũ & perſonarum eccleſiaſticarum occupatis, oblationes fidelium diminuitis, exactiones & tallias indebitas ab Eccleſiæ Camerariis & ſeruitoribus exigitis per præcones & nuntios veſtros in emunitate necnon extra impignorantes, eoſdem indies inſuper per nouas cõuentiones exactionatis, non permittentes eos priuilegio ſuo gaudere, nouas etiam exactiones & tallias imponitis in ſtratis publicis liberis & plateis quas in præiudicium Theolonii ſtratengelt Wechgelt & Brugengelt nominatis, vinum propinare in aliis locis quam cellario deputato per vos ciuibus & intra vos ſub pena pecuniaria inhibetis nec permittitis abſque pecunia vendi & propinari cereuiſiam alienam, facitis quoque indies per vos ipſos quos Burmeſter & ciuitatis iudices appellatis diuerſas cõſtitutiones & ordinationes in libris ciuitatis conſcriptas ſine approbatione & ſcientia Epiſcopi ſtatuentes: de nouo etiam inhibuiſtis ciuibus ſub pœna præſtiti iuramenti, ne quis eorum annonam Braſin aut hinnulum à clericorum & Eccleſiaſticarum perſonarum ſeruitoribus præſumat emere ſeu eis vendere quouiſmodo, verum cum præmiſſa omnia, ſi ſic ſunt, in diſpẽdium libertatis Eccleſiæ vergere videantur; vobis mandamus præſentibus ſerioſe, quatenus prædicta, quæ tendunt in manifeſtam eiuſdem Eccleſiæ læſionem, procuretis deponi, caſſari & penitus aboleri, nec amodo ſimilia attemptetis, nec neceſſe ſit nos ſuper his dictis Epiſcopo & Eccleſiæ dum requiſiti fuerimus, de iuris & iuſtitię remedio prouidere, ſuper præmiſſis nos per patentes literas veſtras reſponſionibus informetis. Datũ Belfeldie die XIX. Nouẽbris, Regnorum noſtrorum anno triceſimoſecundo, imperii vero viceſſimo tẽrtio, de mandato Dn. imperatoris Nicolaus Cameracen. præpoſitus.

Priuilegium viceſimum nonum Caroli IIII. Imp.

Carolus Dei gratia Romanorũ Rex ſemper Aug. & Bohemię Rex ad perpetuam rei memoriã: Etſi Regię dignitatis circumſpecta benignitas vniuerſos & ſingulos fideles ſuos, quos Romanum ambit imperium, pio fauore proſequitur, ad illorum tamen ſtatum & commoda promouenda, ſpecialius & feruentius aſpirare tenetur, quos pro exaltandis ſacri imperii honoribus fide & opere receperit continua

ſollicitudine, aſſidiuſque laboribus indefeſſos attendentes itaque multa grata ſeruitia & accepta, quæ venerabilis Theodericus Minden. Eccleſiæ Epiſcopus, Princeps conſiliarius & deuotus noſter dilectus nobis & ſacro Imperio fructuoſe & fideliter hactenus exhibuit, exhibet in præſenti & exhibiturum ſperamus fructuoſius in futurum, volenteſque ſibi intuitu promiſſorum gratiam facere ſpecialem ei & in perſona ſucceſſoribus ſuis, ac ipſi Eccleſiæ Minden. duas liberas ſedes quæ propriæ & vulgariter vemeding nuncupantur, vnam videlicet ante villam haleri, prope Lubbek, & aliam ante villam Waluen prope Mindam de liberalitate Regia, & certa noſtra ſcientia damus, concedimus & donamus ſtatuẽtes, decernẽtes auctoritate præſentiũ & volentes, vt dictus Epiſcopus ſucceſſoreſq; ſui, ac ipſa Minden. Eccleſia dictas duas ſedes cum vniuerſis & ſingulis Iuriſdictionibus, honoribus, prærogatiuis, iuribus, gratiis, vtilitatibus, cõmodis & libertatibus tenere, habere ac ipſis gaudere debeant, quibus cæteri conſimiles ſedes habentes, ſicuti ducatus Aſcaniæ & Weſtfaliæ gaudent iure vel conſuetudine ſeu quomodolibet potiuntur. Mandamus igitur vniuerſis & ſingulis principibus tam ſpiritualibus quam ſecularibus, Baronibus, Nobilibus, vniuerſitatibus cæteriſque noſtris & ſacri Imperii fidelibus cuiuſcunque dignitatis, eminentiæ, conditionis, vel ſtatus exiſtant præſentibus & futuris, firmiter & diſtricte quatenus prædictum Theodoricum Epiſcopum, ſucceſſores ſuos & ipſam Eccleſiam Minden. in hac noſtræ donationis & collationis gratia, non impediant, nec ab aliis impediri permittant, verum eos in ea manu teneant, protegant, fauorabiliter & conſeruent, contrarium facientes pœnam banni Regii & centum Marcharũ auri puri ſe nouerint irremiſſibiliter incurſuros, quarum medietatem Regiæ Cameræ ſiue fiſco, reſiduam vero venerabilium Epiſcoporum dictæ Minden. Eccleſiæ qui pro tempore fuerint vtilitati & vſibus volumus applicari præſentium ſub noſtræ Maieſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Franckfordie Anno Domini milleſimo tricenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione ſeptima, decimo octauo Kal. Frebruarii Regnorum noſtrorum Anno octauo.

Priuilegium triceſimum Ludvvic. Bauari Imp.

Wir Ludwich von der Gnade Gotz Römiſcher Keyſer vnder mehrer deß Reichs/ Bekennen vnd don kund allen Lüten/ die ſehen vnd hören dieſen Breff/ dat wy mit Rade vnſer getrewen/ geuen hauen/ vnd geben an dieſen Breue vnſerm erbaren Verſten vnd lieben Ohemen Biſchop/ Ladewich von Minden vnnd ſynen Nakomen Biſchopen to Minden/ ein fry Hertzogdom in dem Stifft to Minden/ vnnd fry Gerichte darinne to ſittende/ vnd Kenniges banne nach veme Rechte/ alſo in den Lande Weſtfalen recht is/ an wertligen Richte van vnſer vnd vnſer Nakomen wegen/ Römiſcher Keyſer oder Köninge/ vnnd fryſtele in dem Hertzogdom to Hauene/ einen to Berndeſſen by der Lynden/ den andern to Bereckercken/ den dritten by Blaſne/ vnd drey ander fry ſtele to leggende/ wer ſe ehme oder ſynen Nakomen beuellich ſyn in dem Stifft to Minden/ aber went vns Vorfarn Römiſche Keyſer vnnd Köninge den Biſchopen van Cölne/ van Münſter vnnd van Palborn de Gnade han tan/ daß ſe fry Gerichte vnd Frey Geſtele han/ in ehrem Stiffte nach veme rechte/ alſo in dem Lande to Weſtfalen recht is/ ſo geue wir vnſerm Ohme vnnd ſynen Nakomen verbenet/ deſelven Gnade in dem Stiffte to Minden mit gelicken rechte/ alſo de drey Biſchope frygerichte vnd ſtele von den Römiſchen Riche hauen/ Wir frygen ock Burcherde Cruſſen der ein Denſtmann was/ deß Stiffts van Minden/ vnnd fryget is/ van dem Biſchope van Minden to einem frygen Graven/ das Richte to ſitzende van deß Biſchops wegen/ vnnd beligen ehm darmit/ wer och/ daß derſelnige Burchart an libe oder an tote deß nicht ſitzen en mechte/ ſo mach de Biſchop to Minden wer der is/ einen andern frygen Graven ſetzen/ alſo lange das richte to ſitzende/ went der fryg Grave der geſatz wirdt an vns oder vnſe Nakomen moge komen/ vnnd syn Lehn entpfan/ vnnd darober to einer Vrkunde geben wir jhme deſen Bref verſigelt/ mit vnſerm Keyſerlichem Inſigel/ der geben iſt zu Nürmberg an dem weſeme Sontage/ de man zalt von Gotts Gebort drittzehenhundert Jahr/ darnach in dem zwey vnd dreyſſigſten Jahr/ in dem achtzehenden Jahr vnſers Reichs/ vnd in dem fünfftendeß Keyſerthumbs.

TRI-

TRIGINTA PRIVILEGIORVM, quæ antecedunt, facta à Carolo V. Imp. confirmatio.

CAROLVS V. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus ac Rex Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ Legionis, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Sardiniæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algerbii, Algeziræ, Gibraltaris ac Insularum Canariæ & Indiarum, ac terræ firmę maris Oceani, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barchinonæ, Arthois, & Burgundiæ, Comes palatinus, Hannoniæ, Holandiæ, Seelandiæ, Ferretis, Kyburgi, Namurci, Pessilionis, Ceritaniæ & Zutphaniæ, Lantgrauius Alsatiæ, Marchio Burgouiæ, Oristani, Getziani & sacri Romani Imperii, princeps Sueuiæ, Cathaloniæ, Asturiæ, &c. Dn. Phrisiæ, Marchiæ Sclauonicæ, portus Naonis, Biscaye Melinæ Salinarum Trippolis & Mechliniæ, &c. Notum facimus vniuersis, quod nobis pro parte honorabilium deuotorum nobis dilectorum Decani & Capituli Ecclesię Mindensis certa priuilegia dictę Ecclesię à quondam prædecessoribus nostris Diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus præclarissimæ memoriæ concessa, exhibita fuerint. Quorum quidem priuilegiorum tenores sequuntur in hunc modum (hic inserta sunt priuilegia triginta omnia ordine) & iidem Decanus & capitulum nobis desuper humiliter supplicarunt, vt præinserta priuilegia & omnia in eis contenta approbare, confirmare, & ratificare, ac etiam de nouo, in quantum opus fuerit, concedere dignaremur: quod nos supplicationi ipsorum tanquam iustæ annuentes, attendentesque puræ & syncerę deuotionis affectum, quo ipsi eorumq; prædecessores Nos & Romanum Imperium hactenus sunt prosecuti, poteruntq; & debebunt feruentius in futurum, animo deliberato, non per errorem aut improuide, sed sano principum, procerum, nobilium fidelium nostrorum accedente cõsilio, & certa nostra scientia prędinserta priuilegia omnia cum omnibus suis exemtoribus, clausulis, articulis, sententiis & expressionibus, prout scriptæ & scripta sunt, de consueta nostra Clementia præsentium per tenorem approbamus, confirmamus & ratificamus, ac etiam de nouo in quantum opus fuerit concedimus, Imperialiq; auctoritate nostra decernentes ac volentes, vt perpetuis futuris temporibus, inuiolabiliter obtineant roboris firmitatem, harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri appensione munitarum. Datum Bononiæ, die vicesimaquinta Mensis Februarii, Anno Domini M. CCCCCXXX. Imperii decimo ac aliorum Regnorum nostrorum decimoquinto.

CAROL. *ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Maiestat. propr.*

ALEXANDER SCHWEYS.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS EORVM QVÆ CONTINENTVR IN HOC CHRONICO, VBI PRIOR NVMERVS PAGINAM DENOTAT, POSTERIOR VERO lineam.

Corrigenda in numeris.

In K K pro 382. corrige 388. pro 383. c. 389. pro 386. c. 392. pro 387. c. 393. pro 388. c. 394. Item N n pro 419. c. 422. pro 419. c. 431. Item Aaa pro 517. c. 553. & cæteros sequentes.

A.

Arfrid. 457.45
Abalac Rex Turcarũ. 152.19
Abbas Wissenburgẽsis mortuus. 287.30
Abbatia in Fultenbach. 608 41
Abbatia Molismensis. 105.51
Abbatiam Tuiciensem Heribertus instituit. 92.8.B.
de Abbatibus modernis vsq; ad loci reformationem. 606.20
Abechenlingen. 578.25
Abel Danorum Rex à Frisonibus interemptus. 247.14
Absimarus ab Imperio pulsus nasusq; abscissus. 29.28
Ablinus Comes Nellenbergicus. 682. in tab.
Accaro. 141.52
Accaron Rex. 131.32
Accidentia panis & vini non possunt esse sine subiecto in Sacramento. 355.2
Acerdani Achiepiscopi scripta. 114.38
Achalm. 716.13
Achon ciuitas capitur à Saracenis. 170.35
Acies ignea visa in cælo. 82.5.95.3
Achihusen. 644.12
Acra capta. 142.1.198.4
S. Adaucti caput. 101.30
Ada Abbatissa Ryuensburgensis. 209.47
Ada Comitis Theodorici filia. 206.25
Adalbirin. 430.45
Adalbracht. 449.16
Adalfrideshusen. 450.40
Adaldag. 496.15
Adalger. 449.35.451.15
Adalhart. 449.48
Adalhart. 446.10
Adalman. 449.44.451.18
Adalmanes. 447.46
Adalbertus Campidonensis Abbas. 625.29
Adalbertus post fratrem Othonem aduocatus Muri. 671. in tab.
Adalbertus Comes in Achalm. 647. in tab.
Adalrun. 450.4
Adelbera vel Adelberta Adelheyda. 425.14
Adelberta Chunonis Mater. 425.14
Adelbertus Comes Habspurgicus. 672. in tab.
Adelbertus de Luytrelenborch. Præpositus S. Paulini 90.36.95.7. Episcopatum inuasit ib. 8. palatium occupauit ib. 9. ad finem vitæ suæ permansit in monasterio S. Paulini. ib. 28.
Adelbertus ex paterna hæreditate factus dux Teccensis. 666. in tab.
Adelbertus Comes occisus. 600.12
Adelbertus interfectus. 437.47
Adelbertus quo tempore fuerit martyrisatus. 86.52.B.
Adelbertus Tyrannus. B. 99.37
Adelbertus VI. Episcopus Mindensis. 724. 51
Adelbrechtus Comes de Dilingen. 625.34
Adelboldus Episcopus Traiectensis. B. 98.34
Adelboldus defunctus. 104.31
Adelgundis Waldetrudis soror. 22.10
Adelheyda filia Adelberti neptis Lipfridi vel Luchtfridi. 664. in tab.
Adelheyda filia Eberhardi Comitis in Eberstein. 681. in tab.
Adelheyda Habspurgica Ioannis filia. 676 in tab.
Adelheyda Theodorici Comitis de Cluis filia. 206.24.

Adelheyda vxor Emichonis Comitis ab Huneburg. 672. in tab.
Adelhaidis Imperatricis auxilio Ecclesia Beatæ virginis de nouo erigitur. 601.6
Adelinus confessor CHRISTI. 24.51
Adelulphus Rex Anglorum. 60.41
Adoaldus prædiues filium non habuit. 620 24.
Adololfesleib. 565.2
Adolot. 495.53
Adolphus Comes de Nassaw. 257.44. 402.29.
Adolphus Comes de Schomborch extruxit tria cœnobia. 729.26
Adolphus Comitis de Waldech filius Leodiensis Episcopus. 279.19
Adolphus Dux Montensis. 359.19
Adolphus de Marcka obiit. 289.43
Adolphus dux Geldriæ. 401.9
Adolphus Dux de monte. 343.14
Adolphus de Cluis Dominus de Rauensteyn. 394.44.
Adolphus Dux Montensis. 407.32
Adolphus I. Præpositus maioris Ecclesiæ, assumptus in Pontificē Ecclesiæ Colonienſis. 207.16
Adolphus II. Comitis de Marca frater Monasterienſis Episcopus. 313.38
Adolphus Præpositus Wormacienſis Ecclesiæ. 288.30
Adolphi de Marcha acta. 289.19
Admiraldus Damasci. 222.31
Adrianus I. Papa. 45.47
Adrianus IV. Papa. 184.6
Adrianus V. Papa. 262.52
Adrianus Bastardus. 363.4
Aduinus Episcopus factus. 113.55
Ædificia plurima terræmotu conciderunt. 305.55.
Aëlbericus Episcopus Traiectenſis. 47.21
Aemstel Guidoni traditur. 278.49
Aer pulueribus miscetur. 611.32
Aernhem. 364.26
Æduardus miraculis claruit. 19.44
Æduardi Regis visio de septem dormientibus. 119.43
Ægidius natione Græcus Eremiticam duxit vitam. 43.51
Ægyptios destruxit Turlulanus. 343.36
Ægitha Godwini filia. 105.20
Afra dudum Christianorum fama Romæ imbuta. 595.53
Afra alumnas Græcas habebat. 594.3
Afra Cypri filia ex Hilaria. 593.40
Afri pulsi ex Sicilia. 119.29
Aeta. 131.28
Agapæ ossa. 612.42
Agelfridus Leodienſis Episcopus. 39.24
Agelmundus Longobardorum Rex. 10.55
Agelmundus Rex Longobardorum. 13.11
Agilbertus Frisingenſis Episcopus. 424.4
Agilolphus Episcopus Colonienſis. 31.11.
Agnes ad Hohenstaufen Godfredi filia. 672 in tab.
Agnes à Hohenlandenberg. 673. in tab.
Agnes Ioannis am Stadts in Moringen vxor. 684. in tab.
Agnes filia Rodolfi ducis Sueuiæ & Reinfeldē. 666. in tab.
Agnes vxor Stephani Comitis Burgundiæ. 666. in tab.
Agnes vxor Eginonis Comitis ab Vrach. 666. in tab.
Agnetis corpus Fridericus Episcopus Traiectenſis collocauit in Ecclesiam S. Martini, vnde versus. 341.43
Agnes Imp. Henrici Mater. 117.5
Aginacense monasterium fundatur. 215.31
Agnes vnius corporis duorum vero capitum. 148.5
Agricius Treuirenſis Archiepiscopus. 7.49
Agricolaus Episcopus Traiectenſis. 18.32
Agrippina vnde dicta B. 96.15
Agyon Dux Wynilorum. 10.52
Ainsiedell. 600.30
Aitthuringi. 447.28
Aladran. 471.50
Alemannorū Duces inter se dissident. 598.36
Alardus Ottonis de Buren filius. 277.8
Alawihes. 450.35
Albani Episcopi Vrsi martyris corpus. 613.15
Alazeiz. 453.38
Albegk. 716.14
Alberi II. Leodienſis Episcopus. 161.27
Albero Episcopus Virdunenſis B. 97.3
Albero I. Episcopus Leodienſis. 153.25
Albertus ἄπαις. 672. in tab.
Albertus Archidiaconus frater Henrici Ducis Louanienſis. 205.38
Albertus Cancellarius. 144.49
Albertus Cancellarius electus in Papam. 203.46
Albertus Canonicus Tornacenſis. 110.28
Albertus Comes de Hoya I. Episcopus Mindenſis. 733.22
Albertus Comes Palatinus. 323.2
Albertus de Anhalt. 628.13
Albertus II. de Cuck castrum de Hoyo obtinuit. 208.16
Albertus de Sterneberg. 751.4

Albertus de München dux Bauariæ. 402.24
Albertus dux Austriæ. 278.21
Albertus dux Austriæ Rex Romanorũ. 607. 41
Albertus dux Bauariæ tutor & rector Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ. 310.36
Albertus II. Dux Austriæ electus in Regem Romanorum. 376.26
Albertus Hollandiæ Comes Rogerum de Bronchorst Episcopum optat. 340.32
Albertus Episcopus Hannenbergensis. 724. 23
Albertus Frisingensis Episcopus. 424.4
Albertus Landgrauius de Baden. 402.32
Albertus Leuita. 27.42
Albertus Leodiensis Episcopus occisus. 205. 28
Albertus Magnus Episcopus Ratisbonensis & Doctor excellentissimus claruit. 239. 48
Albertus primus Habspurgicus. 671. in tab.
Albertus Prior & sanctorum amator. 596. 38
Albertus Ratisbonensis Episcopus. 246.20
Albertus Rex à nepote suo interficitur. 278. 27
Albertus Saxoniæ & Luneburgensis Dux. 750.55.
Albertus IV. dictus Prudens Comes Habspurgicus. 672. in tab.
Albinus Alcuinus Britannus. 41.52
Alblaug. 447.25
Albhilt. 451.16
Albion Longobardorum Rex. 11.6
Albniwi. 447.38
Albuin. 19.30
Albung. 449.24.451.14
Albus circulus in cælo visus. 307.15
Albwart. 446.26
Albwitz. 450.5
Alchanradus Episcopus Catalaunensis. 59.40
Alchoranus de Arabico in Latinum sermonem translatus. 165.9
Alcuinus Caroli eruditor. 46.31
Alcuinus claruit. 599.47
Aldenberge castrum. 180.24
Aldewinus Episcopus Coloniensis data pecunia procurauit à Rege vt Pharamundus Ecclesiæ Traiectensi præesset. 25.55. 26.1.
Aldolf. 449.34
Altmair. 247.48
Alexander Archiepiscopus de Maydeburg. 313.3
Alexander Archidiaconus & sacrista. 150.38
Alexander de Hales Doctor irrefragabilis. 239.50
Alexander de villa Dei. 239.50
Alexander filius Regis Scotiæ. 234.47
Alexius Græcorum Imp. fœdus cum Turcis instituit. 142.11
Alexander huius nominis IV. Papa. 251.41
Alexander martyr. 123.2
Alexander I. Leodiensis ac Tungrensis Episcopus. 156.17
Alexander II. Episcopus Leodiensis. 191.20
Alexander prius dictus Anselmus in Papam electus. 121.34
Alexander III. Papa. 188.41
Alexander Papa prius Petrus de Candia dictus. 347.11.351.26
Aleydis Ducis Burgundiæ Hugonis filia. 248.44
Alfricus Episcopus Traiectensis. 57.36
Alhardus de Pusche Dapifer in Rauensperg. 741.5
Alinus dux Hungarorum. 70.19
Allodium celeberrimum. 115.25
Almanicus exercitus. 412.19
Almaricus Rex Iherosolymorum. 174.48
Alpais pœnitentiam egit & monasterium constituxit. 26.22
Alphilt. 449.36.450.5
Alphonsus Rex Castellæ & Legionis. 252.8
Alphonsus Rex Hispaniæ. 259.16
Alpswind. 450.6
Alsecinx. 450.4
Altare S. Narcissi. 602.45
Altcarli. 450.28
Altdorf. 716.17
Altendorf. 486.32
Altenburgenses Comites. 621.50
Altenowa. 624.38
Altensteyg. 716.18
Altolf. 451.15
Althuom. 451.6
Altuomi. 485.46
Aluernia apud vrbem Clarimontum habetur Concilium ab Vrbano Papa. 129.4
Alwich Comes de Sultz. 402.34
Amalgarius monachus. 633.1
Amalperaht. 449.46
Amalperahtes. 447.46
Amandus Archiepiscopus Argentinẽsis. 824.
Amandus Episcopus Tungiensis. 23.35
Amarum semper inferens. 611.43
Amazones Augustam obsident. 595.11
Ambrosius abbas generalis ordinis Camaldulensis. 373.32

Amedes. 624.48
Amelberga Wicgero in vxorem datur. 21.51
Amersfordia. 104.51
Amelricus Carnotensis dominatur. 212.20
Amersfordense oppidum. 375.3
Amira magnus Constantinopolim obsedit. 377.25
Amtodura. 617.44
Anamuot. 446.9
Anastasia à Randeck. 683. in tab.
Anastasius III. Papa. 174.32
Anastasius Treuirorum Pontifex. 4.16
Anastedius XIII. Episcopus Constantiensis. 630.15
Ancharius Episcopus in Hamburg. 53.12
Anckarius Francus. 38.44
Andenzeel. 38.24
Andeste XV. diebus fons sanguine manauit. 136.1
Andom Longobardorum Rex. 11.5
Andreas de Kuye natus. 155.34
Andreas Episcopus. 153.4
Andreas Pontifex Treuirorum. 4.16
Anfredus Comes. 48.21
Anfridus Comes Hoyensis claustrum de Thorne in Episcopatu Leodiensi fundauit. 86.36
Anfridus de domo Bratuspantiæ Episcopus Traiectensis electus est. 91. 1. Collegium S. Benedicti ordinis construxit. 91. II. B. XV. annos Episcopio præfuit. 91.15.
Anfridus Episcopus Traiectensis. 724.23
Angariæ exactio instituta. 613.41
Angelus de Cararia. 354,1
Angelus Sanctæ Laurentiæ Florentinus. 344.38
Angelus Sancti Marci presbyteri Cardinalis. 345.36
Angelus Sanctæ Potentianæ Laudensis presbyteri. 344.41
Anglica. 105
Anglicus exercitus. 412.19
Anna à Berchburgo & Falckensteyn. 673. in tab.
Anna à Grisensteyn. 683. in tab.
Anna Abbatissa in Genadenthal. 684 in tab.
Anna Berchtoldi Zaringensis postremi ducis soror Berchtoldi quinti filia. 664. in tab.
Anna vxor Bernhardi Segescers in Molingen. 984. in tab.
Anna Burgin à Grab Conradi filia. 684. in tab.
Anna Comitissa de la Rosche Burgunda. 671. in tab.
Anna filia Hugonis in Heylenberg. 681. in tab.
Anna vnica filia vxor Eberhardi Habspurgici. 664. in tab.
Anna Kyburgica Comitis vltimi Hartmãni filia. 673. in tab.
Anna vxor Bernhardi à Rotburg. 681. in tab.
Anuentobel. 624.6
Anno Colonienſis Archiepiscopus. 122.9
Anno II. huius nominis Archiepiscopus Colonienſis creatus. 115.10
Annus Iubileus Romæ. 380.22
Anrefrideshuſon. 464.20
Anselmus Abbas de Mure. 623.6
S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus obiit. 120.28
Anselmus Comes. 435.9
Anselmus de Nenningen. 603.9
Anselmus de Ribodemonte. 129.48
Anselmus Episcopus Lucensis. 121.38
Anselmus Magister Laudunensis Ecclesiæ. 144.11
Ansigisus ex maioribus Caroli Magni Dux Lotharingiæ & Brabantiæ. 26.24
Antigelatus Leodium missus. 339.13
Antiochia antequam caperetur S. Andreas apparuit rustico. 130.23
Antiochus. 131.1
Antiofficialis. 339.13.14
Antisiodorensia. 14
Antisiodorensis vrbs conflagrat. 204.11
Antisuffraganeus. 339.13
Antiquissima & barbara carmina scripsit Carolus Magnus. 42.11
Antonius Philippi Ducis Burgundiæ filius. 350.43
Antonius Comes Schonbergensis LVII. Episcopus Mindensis. 733.45
Antonius de ordine fratrum minorum obiit. 232.36
Antonius filius Philippi Comitis Cadralesii 368.25
Antonius monachus 9.9
Antonius præpositus ad sanctum Mauritium 677, in tab.
Antresa. 497.49
Anulen. 446.44
Anzaus castrum. 270.21
Aphra Caii iudicis tribunalibus sistitur. 596, 42.
Afra Africo vanis spebus seducebatur. 595. 36.
Apollinaris Episcopus Laodiceæ. 12.47
Apologeticum Lucii Papæ. 201.35

Aponoculus Treuirēſis Archiepiſcopus. 20. 36
Aqua nullatenus eſt admiſcenda in Sacramēto. 355. 4
Aqua vertitur in vinum. 728. 42
Aquarum inuſitata inundatio. 732. 6
Aquarii in ſigno Cometes apparuit. 57. 47
Aquicinctenſe cœnobium concrematum. 117 46
Aquilegia. 44. 11
Aquilo aduerſus Africum. 611. 33.
Aquisgrani Carolus Magnus ſepelitur. 44. 42
Aquisgrani conuentu Regali & Synodali tanta ſiccitas & intemperies aeris excanduit vt multi præ nimio ardore deficerēt. 93. 44.
Aquisgrani per plures dies Rex Sigismundus ſubſiſtit. 354. 27
Aquis terræmotus factus. 52. 38
Araheo. 449. 17
Araldus Rex Danorum. 79. 19
Arbon. 624. 12
Arburg. 716. 18
Arcarch. 479. 51
Archentael infra Leodium. 303. 6
Archidiaconus Campaniæ. 97. 51
Archidiacatus Lotharingicus. 97. 28
Architpelagus. 378. 48
Ardens Luceria. 109. 25
Are. 238. 19
Arelate. 44. 13
Aribo Noricus. 423. 41
Arinebrunnen. 464 9
Arkelo. 225. 1
Armeniam Tartari peruadant. 210. 37
Armenos proſtrauit Tamburlanus Tartarorum Rex. 343. 35
Armilphus cognatus Baldrici. 98. 27
Arndeo. 450. 47
Arnesberch. 181. 3
Arnigmati vel Armigmati. 354. 14
Arnoldus ab Adolpho filio captus. 376. 17
Arnoldus I. Archiepiſcopus Treuirenſis. 193 51
Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus. 165. 18
Arnoldus de Drueten. 362. 19
Arnoldus de Hoerne Epiſcopus Traiectenſis. 311. 15. 323. 6
Arnoldus de Hoerna. 320. 48
Arnoldus II. de Weda Archiepiſcopus Colonienſis. 184. 40
Arnoldus de Zeelen. 258. 13
Arnoldus Moguntiæ ſedis Archiepiſcopus & Archicancellarius.
Arnoldus II. Præpoſitus Treuirenſ. [illegible] chiepiſcopum Treuirenſem electus. 247. 16
Arnoldus Pragenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. 628. 8.
Arnoldus Traiectenſis Epiſcopus electus. 213 40
Arnolphus Comes de Loſſ. 96. 2
Arnolphus Comes de Sancto monte XXXVII.
Epiſcopus Conſtantienſis. 667. 1
Arnulphus de Arsloch. 145. 2
Arnulphus Hollandiæ, Comes 49. 54. in vxorem duxit Theophanis filiam. 90. 1. Campeſtre bellum indictum eſt. 10. 6. cū Friſonibus acre bellum geſſit. 16. 15. quo peremptus fuit, ac in Egmendenſi monaſterio ſepultus 90. 16. de eodem Comite inſigne quoddam prodigium accidit. 90. 20
Arnulphus Carolomanni filius in regnum ſublimatur. 70. 15
Arnus continuis imbribus in menſe auctus. 292. 2
Arnsberg. 317. 32
Arturus Britanniæ Rex. 16. 41
Artwin. 429. 36
Arula. 621. 4
Asberg. 580. 15
Aſcahu. 475. 50
Aſchfeld. 465. 14
Aſefelder marca. 478. 20
Aſefelden. 475. 50
Aſefeld. 448. 39. 471. 30
Aſger. 446. 29. 42
Aſiſeshus. 553. 8
Aſolf. 450. 3. 452. 4
Alſchhauſen. 716. 12
Aſſo Abbas. 153. 53
ASTROPIUS X. alias ASTROBIUS Epiſcopus Conſtantienſis. 630. 4
Atihuſen. 518. 40
Ato. 460. 27
Attila Aquilegienſem obſedit ciuitatem. 16. 1
Attila Auguſtæ Eccleſiam igne abſumpſerat. 598. 36
Attila Hunnorum Rex. 15. 11.
Attila Rex Hunnorum. 2. 37
Attonis. 472. 53
Auctor Metenſis Epiſcopus capitur. 15 25
Auctor Treuirorum Pontifex. 4. 16
Audomari & B. Friulfi genitoris ſui hiſtoria. 419. 45

Audomarus ex aurea valle oriundus. 619. 30
Aue Maria in lapide inciſum. 344.30
Aue Zaic. 65.41
Auguſta inclyta ante Troianum excidium mox poſt Treuerim fundata. 595. 10
Auguſta prius Vindelica à Vinda & Lyco dicta. 594.51
Auguſtæ ſub modio durabat lucerna per triennium. 596.16
Auguſti nomen primum Octauiano datum. 594.41
Auguſtana oppida condita. 594.42
Auguſtenſes Swaberg incenderunt, & oppidum Fridberg. 613.25
Auguſtinenſium mendicantium ordo inſtituitur. 213.30
ab Aurelio Maximiniano curia Auguſtana inſtaurata. 505.28
Aurelianus Carthuſienſis Archiepiſcopus. 76.8
Aurelianus Imperator Romanorum. 5.51
Aurelianum peregerunt. 621.27
Auſpicius IV. Treuirenſis Archiepiſcopus. 4.30
Auſpicius Treuirenſis Epiſcopus. 4.10
Aureæ tabulæ quatuor cum ſigno crucis. 215.9
Autumnalis ſatio impedita. 52.15
Aychelberg. 76.18
Ayllon. 261.14
Azincourt. 351.6
Azo Marchio Aſtenſis ex vxore hæres ſoceri. 637.in tab.
Azymitæ qui. 114.26

B.

BACHAR. 175.54
Baduradus Epiſcopus Paderbonenſis. 43.19
Baëſwibre. 309.51
Bagemaresbach. 494.34
Balan. 624.45
Bald. 492.18
Baldmunteshus. 448.12
Baldmundeshuſen. 507.50
Baldricus Archiepiſcopus Dolenſium. 130.45
Baldricus filius Rixfridi Comitis Cliuenſis Traiectenſis Epiſcopus. 77.24
Baldricus filius Comitis Metenſis, Epiſcopus Leodienſis. 81.20
Baldricus Leodienſis Epiſcopus. 97. 49. obiit 98.31
Baldricus Louanienſis Comes. 106.11
Balduinus II. 194.21
Balduinus Archiepiſcopus Canthuarienſis. 198.19.
Balduinus Comes Hannonienſis. 129.45
Balduinus Comes Flandrenſis factus Imp. 210.44
Balduinus Comes Peronam inuaſit. 71. 23
Balduinus de Benthem Comes, natale ſubſidium præſtitit. 225.38
Balduinus de Burgo. 151.28
Balduinus Dux Lotharingiæ. 129.45
Balduinus fratrem proprium facto homicidio rotali ſupplicio occidit. 286.7
Balduinus Flandriæ Comes Zelandiam ſubintrauit. 206.33
Balduinus Henrici Imp. frater Treuirorum Archiepiſcopus. 286.1
Balduinus huius nominis I. inter Reges Ieruſalem. 141
Balduinus III. Hugonis Comitis de Nitaſta filius. 151.21
Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus. 242.5
Balduinus Inſulanus Comes Flandrenſium contra Imp. rebellat. 110.50
Balduinus miles de Beneſia cepit Fridericum Comitem de Iſenburg. 216.11
Balduinus pertinacius agens exercitum contra Imperatorem duxit, tandem flexus. 111.15.
Balduinus primus huius nominis Epiſcopus Traiectenſis. 90. 4. ſexto Idus Maii requieuit in CHRISTO. ib.31
Balduinus Princeps Flandriæ. 60.18
Balduinus Rex à Sarracenis capitur. 152. 1. data redemptione dimittitur. ib.30
Balduinus III. Rex Ieruſalem. 170.39
Balduinus quintus Rex Iheroſolymorum. 176.3
Balduinus ſextus Rex Iheroſolymorum. 175.27.
Balduinus Traiectenſis Epiſcopus. 206.51
Baldung. 446.30, 449.35. 451.15
Baldwig. 450.4
Balhilt. 449.36.
Balinus prior primus. 215.55
Balmunteshus. 447.6
Balthaſar de Coxa Neapolitanus Cardinalis. 351.39
Baptiſmum Rex & tota gens Vngarorum expetit. 95.49
Bara. 437.30
Baracha. 532.15

Baratores tres fuisse in mundo. 223.7
Barbara à Lindenberg Melchioris filia. 684. in tab.
Barbara vnica filia vxor Antonii Fuggari, qui Marci filius est. 677. in tab.
Barbara vxor Comitis Christophori in Furstenberg. 676. in tab.
Barbaros coërcuit Drusus. 594.45
Barbatus Louanienſis Comes. 98.6
Barbatorum ordo initium duxit. 143.4
Barbo à Danis in mari ſuffocatus. 637. in tab.
Bardick vel Boëdick. 350.11
Barnulphus presbyter 104.40. ordinatus Epiſcopus ib. 44. cum Hollandiæ principibus pacem fecit. ib. 45
Barnulphi Epiſcopi præſulatus. 112.55
Barra vrbs Sarracenorum. 131.5
Barrenſes ciues. 118.13
Bartholomæus Archiepiſcopus Barenſis in Papam electus. 321.1
Bartholomæus Lupi legatus à Papa ad Wẽzeslaum mittitur. 328.36
Bartholomæi reliquiæ Leodium adductus. 243.10
B. Bartholomæi corpus in Lipari quieſcit. 53. 37
B. Bartholomæi oſſa vbi recondita. 87. 46
Bary de Surlech. 386.4
Bary Surlet miles. 391.10
Baſilea tota cecidit terræmotu. 306.1
Baſileæ concilium celebratum. 356.46
Baſin. 69.39
Baſinus Comes. 49.19
Batego XIX. Epiſcopus Conſtantienſis. 634. 41
Batten. 448.18
Batufrid. 451.47
Baugolfes. 448.1
Bayzachbackim filius Regis Turcorum. 329. 9
Beata de Hohenwart Comitiſſa Borgenſis. 637. in tab.
Beatrix filia Ludwici Comitis. 666. in tab.
Beatus I. à Sancto Petro Apoſtolo conſtitutus Vindoniſſæ Epiſcopus. 628.44
Beatus ſacerdos Anglus ab Apoſtolorum Principe Petro conſtitutus Apoſtolus. 622.30
Bebizo. 666. in tab.
Bebrant. 148.3
Beckeboextel. 331.15
Beesd. 299.5
Beda claruit. 599.47
Beginæ. 212.49
Beinereſtat. 491.44
Belding. 450.4.452.5
Belial compaſſionis expers. 394.24
Belli reditus monaſterium. 235.18
Bellemunt. 578.35
Bellum commiſſum inter duos electos præ corona Imp. 289.26.
Bellum lamentabile. 304.28
Bellum Ciuitatenſium iuxta Reitlingen factum. 613.34
Benedictus eiectus eſt de Papatu. 98. 51. iterum Papatum obtinuit. ib. 52
Benedictus huius nominis octauus Tuſculanus. 98.48. Henricum II. Imp. coronauit. 99.3
S. Benedictus in ſomnis apparuit. 96.4
Benedictus Papa nonus, Tuſculanus ex Alberico. 105.4
Benedictus III. Papa. 64.9
Benedictus X. per violentiam factus Papa. 119.23.25
Benedictus XI. electus in Papam. 280.18
Benedictus XII. Papa. 297.41
Benedictini de clauſtro eiecti. 324.8
Benthem. 371.12
Beogo. 445.33
Berchtoldus Baro de Kuſnach XLII. Epiſcopus Conſtantienſis. 668.50
Berchtoldus Canonicus in Buochauw. 666. 10
Berchtoldus de Stofflen nominatus Singer. 679.3
Berchtoldus IV. Dux Burgundiæ & Zaringiæ.
Berchtoldus Dux Burgundiæ. 625.29
Berchtoldus Eques Hieroſolymitanus. 673. in tab.
Berchtoldus V. familiæ vltimus abſoluit Bernam. 666. in tab.
Berchtoldus ſuccedit patri, ex pago facit vrbem. 666. in tab.
Berchtoldus Zaringenſis Dux Carinthiæ. 666. in tab.
Berchta filia Comitis à Togkenburg. 681. in tab.
Berchta filia Rodolphi Regis Romanorum. 647. in tab.
Berengarius filius Lutolphi Comitis. 433. 41
Berengarius ſubſtitutus in locum Wolbodonis. 125.37
Berengarius Turonenſis conuincitur. 119.39.
Berengarius Turonenſis. 105.26
Berga. 624.27

Berghohe. 516.1
Bernardus Girberti ad Wenzeslaum Regem à Papa legatus mittititur. 328.46
Bernardus iuuenis scientia, moribus & genere clarus. 144.25
Bernardus Monachus Clareuallis. 169. 10
Bernardus Abbas Clareuallis mortuum resuscitauit. 163.28
Bernger. 446,31
Bertolphus Abbas Mediolanensis, Episcopus sit Treuirensis, 65.45
Bernhardus de Hoerde. 359.28
Bernhardus de Hewen. 680.3
Bernhardus Frater Comitis Hannoniæ. 269.54.
Bernhardus Leodium venit. 173.46
Bernhardus Rex Italiæ regno oculis & vita priuatur. 5[illegible].3
Bernhardus vel Bernharius VII. Episcopus Mindensis. 724.55
Bernuas. 451.50
Berßendanck. 299.9
Berta. 495.13[illegible]13.3
Berta filia Comitis Hartmanni in Dillingen. 646.*in tab.*
Berta vxor Vlrici Comitis de Bamentingen. 664 *in tab.*
Bertolphus Palatinus de Wittelesbach, ab Henrico de Kalatin occiditur. 211.21
Bertinus Abbas Luxouiensis. 6[illegible]9.32
Beſme Comitatus. 6[illegible].33
Betenenga. 263.45
Bettonis. 472.53
Beuinchuſen. 347.33
Beynſegdeſwang. 516.46
Bezzelinus ſuccedit fratri. 666.*in tab.*
Bibara. 625.5
Bibolfesrot. 579.1
Bibliotheca noua Auguſtanorum. 591.40
Bienna dicitur Vienna. 32.41
Bilidrud. 446.26
Binuzfeld. 491.19
Birchaſeldon. 524.30
Biſantium. 44.13
Biſchoffshorn. 623.55
Biſchoffszella. 624.27
Bithurium. 44.14
Bizerum. 454.17
Blechacha. 623.48
Bleda Hannorum Rex. 16.27
Blidger. 460.10
Blidrat. 450.28
Blondus Foroliuiensis historiographus. 16.34
Boamundus. 131.3
Boamundus Archiepiscopus Treuirorum. 270.46
Boamundus Dux Apuliæ. 129.40
Bobingen. 609.20
Bochonia. 501.27.504.16
Bodicken. 43.26
Bœdecken. 361.12
Bohœmus de Steckboren. 679.6
Boehoma. 447.15
Borhem. 289.18
Boëmel. 294.21
Boëmelrewerde. 256.49
Bohemorum duces baptizati. 58.13
Boemundus II. Treuirorum Archiepiscopus. 308.49
Bonlanten. 475.20
Bolla præpositura. 624.22
Bolislaus Dux Polonorum mortuus. 438.14
Bolislaus Dux Bohemiæ. 76.7
Boltzo Falkenbergensis. 628.12
Bomgarten. 674.30
Bonauentura. 263.45
Bonauentura Doctor deuotus claruit. 239.49
Bonauentura insignis Theologus floruit. 254.44.
Bonifacius Papa IX. Rupertum Regem approbat. 343.4
Bonifacius IX. Papa. 333.7
Bonland. 465.14
Bonlanten. 476.36,489.3
Bonna vidua Philippi Comitis Niuernensis. 368.20
Bonnæ Mengosus Comes Geldriæ cum vxore sua Gerberga puellarum conuentum instituit. 337.1
Bonosus Episcopus Treuirensis. 9.16
Bonus conuentus villa vulgariter appellatur 287.45
Borardus Episcopus Metensis. 279.45
Borthloon. 345.28
Boso Archidiaconus Leodiensis mortuus. 110 25
Boso presbyter. 154.4
Bosso VII. Episcopus Constantiensis. 630.1
Boszo de Schrapelaw Comes. 751.2
Botolfestat. 448.49.451.33.
Bouicus alias Bubulcus Episcopus Vindunensis. 628.51
Boum magna mortalitas. 44.19
Brabantia quare dicatur Comitatus & non Ducatus. 97.26
Brabantica. 83. 96. 100. 106. 125. 133. 139. 146. 202. 248. 255. 256. 272. 289. 309. 331. 350. 360. 368. 372. 400.
Brachensis pagus. 105.53

Brachium dextrum Sanctæ crucis. 304.51
Brachium S. Laurentii. 215.6
Brachtaphu. 514.14
Branda Cardinalis Placentinus à latere Papæ legatus ad signum Crucis prædicandũ contra hæreticos. 366.36
Braniurſt. 584.53
Brawershauen. 364.47
Brechta Henrici Comitis à Leiningen vxor. 662.*in tab.*
Brechta vxor Comitis à Strasberg, & Ottonis ab Ochſenſteyn. 672.*in tab.*
Breckenſis monaſterium. 412.413.9.
Breckenſis oppidum. 267.44
Bricho Auguſtenſis Epiſcopus. 597.37
Bronchorſt. 304.14
Briedenbach. 497.50
Brigantium. 944.11
Brigida vel Brigitta. 30.18
Briſac. 219.39
Brisgaw. 623.49
Britannica. 19.21.22
Britanni ſub Imperio Romano vixerunt. 10.8
Brittonius Epiſcopus Treuirenſis. 9.20
Britones Pye Berdonen dicti. 289.3
Brixia magno tempore obſeſſa. 287.17
Brixiæ tribus diebus & noctibus ſanguis pluit. 63.1
Brixius apparuit in ſomno Euraclio Epiſcopo. 82.33
Bruck oppidum remanſit. 921.1
Brule. 267.41.296.18
Brunbach. 494.33
Bruni. 446.30
Bruno III. *Archiepiſcopus Colonienſis.* 205.22
Bruno Auguſtenſis Epiſcopus. 434.31
Bruno II. *Archiepiſcopus Colonienſis.* 161.11
Bruno Comes occiſus. 118.55
Bruno Dagsburgenſis Comitis filius 113.30. *in ſummum Pontificem eligitur.* 113.43
Bruno Epiſcopus & Secretarius Imperatoris. 104.22.
Bruno Epiſcopus fratri omnino diſſimilis. 601.16
Bruno XVI. *Epiſcopus Mindenſis.* 726.18
Bruno frater Imp. Ottonis Archiepiſcopus Colonienſis. 2.43
Bruno Ottonis Imp. frater Archiepiſcopus Colonienſis. 80.1.
Bruno IV. *Præſul electus ad Epiſcopatum Colonienſem.* 217.28
Bruno Rennenſis Eccleſiæ Canonicus. 124.52
Bruno Tullenſium Epiſcopus pedibus iter Romam verſus fecit. 601.18
Brunnunſtat. 492.55
Brunnoſtetin. 490.3
Brunſwick Otto Imp. obiit. 221.16
Bruxellenſes. 416.39
Bruxellenſis ducatus. 79.29
Bruyl. 281.36
Bubulcus Epiſcopus Vinduniſſenſis. 621.26
Bubulcus vel Bouleus Epiſcopus Vindonenſis. 628.51
Buchorſt. 225.5.
Buchek filia Henrici Comitis à Boica. 673.*in tab.*
Buechorn. 644.11
Buffo Epiſcopus Conſtantienſis. 603.6
Bugging. 624.46
Buhhuludi. 448.44
Bulbonenſe caſtrum. 156.45
Bulla Friderici Imperatoris I. *de limitibus, Conſtantienſis diœceſis.* 623.22
Bumage caſtellum nouum. 155.18
Burdegala. 44.13
Burdewys. 278.10
Burdinus Pſeudo-Papa. 149.43
Burgard. 445.26
Burri Comes filiam Eduardi Regis Anglorum accepit. 258.46
Burcardus dictus Puppeli. 683.*in tab.*
Burcardus à Rundegk eques cadit in Schwaderloch. 684.*in tab.*
Burghardus de Hardeck Comes. 751.1
Burckardus Baro de Hæwen LXI. *Epiſcopus Conſtantienſis.* 681.1
Burckhardus Baro de Howen præpoſitus. 680.11
Burckardus Burggrauius Magdeburgenſis. 628.13
Burchardus cum famæ ſuæ detrimento contra Auguſtenſes fecit iuramentum. 613.38
Burckhardus de Elerbach. 603.6
Burckardus Dux Sueuiæ Dominus in Nellenlenberg. 682.*in tab.*
Burckhardus Hyndingk. 730.34
Burckardus Ratisbonenſis Epiſcopus. 424.3
Burchardus Traiectenſis Eccleſiæ Epiſcopus. 136.51
Burgwart. 450.48
Buſo XII. Epiſcopus Conſtantienſis. 630.6
Buſcoducis oppidum fundatum. 202.26

Buſcoducis incendium. 376.8
Buſcko de Pritzan. 751.5
Busgolfes. 452.2
Buſiro de Bisken. 751.5
Buttenrieth. 624.3
Butrich Gwerras habuerunt. 613.25
Bruxellam multi nobiles venere. 360.17

C.

CABELLIANENSES. 363.40
Cabelianus. 304.9.311.8
Cadolt. 495.55
Cæcus illuminatur. 658.16
Cæſaris corpus Romæ ſemper tuebatur. 595. 19
Cain alter. 226.45
Caiphas caſtellum. 131.29
Calabriam ad imperium Romanum Otto transferre conatur. 87.23
Caledus Parmenſis Epiſcopus ab omnibus fere Lombardiæ Epiſcopis eſt electus. 121. 44
Caliburno gladio Arthurus Rex trecentos ſeptuaginta viros occidit. 17.6
Caliphas CCCC. clericos emit. 220.7
Calixtus II. Burgundus Papa. 149.8
Calixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI. 636.45.
Calixtus III. Papa. 383.10
Calogombar. 171.4
Calor maximus. 433.5
Camaldulenſium monaſterium. 605.11.
Campana deſuper incubuit ſine omni damno. 611.5
Candela rotunda. 300.37
Candidus Epiſcopus Traiectum venit. 13. 31
Canonicus Eccleſiæ Coloniæ. 102.17
Canoniſatio in Tuſcia apud Aſſiſium Peruſiæ proximum facta. 232.30
Capis. 369.54.
Capitulum generale in Wyndeſem. 341.16
Capuanus Epiſcopus vidit Papam Benedictū nigro Equo inſidentem. 99.5
Caput aureum oriente ſole habeo Calēd. Mai. ſtatuæ inſcripti. 91.38
Caput B. Mariæ Magdalenæ in concha pretioſiſima incluſum. 264.34
Caput S. Ioannis Baptiſtæ. 353.7
Caput S. Pauli. 215.11
Caput Sancti Dionyſii primi Epiſcopi. 612. 44
Carboſini. 415.40
Caritas & fames. 374.44
Carlomannus Dux Brabantiæ & Hasbaniæ. 21.41
Carogeldasbach. 451.36
Caro voluit. 113.50
Carmetes latinas litteras inueniſſe. 109. 20
Carnes hominum occiſorum venditæ. 163. 38
Carmelitarum ordo inſtituitur. 213.35
Carolomannus frater Pipini Romæ à Zacharia Papa tonſus. 34.22
Carolus Caluus monaſterium S. Cornelii apud Compendium fundauit. 68.22
Carolus Caluus Imp. 59.28
Carolus Caluus Rex Francorum. 65.7
Carolus Canonicus Baſilienſis. 672. in tab.
Carolus Comes de Caroles. 390.22
Carolus Craſſus Imp. filius Ludouici Imp. Germanorum. 68.51
Carolus Dux Burgundiæ. 402.23
Carolus filius Philippi Ducis Cadraleſii. 368.28
Carolus Imperator euadit. 305.33
Carolus IV. Romanorum Imperator & Bohemiæ Rex. 625.50
Carolus Magnus contra Saxones per tres & triginta annos bellum geſſit. 40.10
Carolus Magnus filius Pipini. 38.12. 39.35
Carolus Magnus vbi requieſcat. 89.31
Carolus Margrauius de Baden. 402. 26
Carolus IV. electus in Regem Romanorum, confirmatus per Clementem Papam VI. 304.34.
Carolus Martellus auus Caroli Magni Dux Lotharingiæ & Brabantiæ. 28.16. 30.40
Carolus Princeps corpus S. Mariæ Magdalenæ perquiſiuit. 264.6
Carolus Rex ab Auguſtenſibus 36. millia florenorum pro Stewrra exigit. 613. 29
Carolus Rex Francorum à Comite Heriberto captus. 71.49
Carolus Simplex Rex Gallorum filius Ludouici Balbi. 71.13
Carolus ſpinam vnam de corona Domini à Rege Franciæ obtinuit. 304.54
Carolus Rex Franciæ bello laceſſitur per Ducem Geldriæ. 330.40.
Carolus vel Carolomannus XXXIX. Epiſcopus Conſtantienſis. 665.30
Carolus V. Dux Brabantiæ & Lotharingiæ. 83.36

Carolus VI. Franciæ Rex. 328.31
Carolus VI. Dux Brabantiæ. 400.51
Caroli IV Imperator priuilegium. 750.1
Caroli Imperatoris priuilegium Germanicũ. 749.1
Caroli Imp. vxor in lupanar ponitur. 305.34
Caroli Magni gesta. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45.
Caroli Magni gladium. 304.53
Caroli V. Imp. confirmatio 30. Priuilegiorum. 754.1
Caroli de Malatesta, Gregorius Papa Ariminam se contulit. 351.51
Carthusienses CLXXIX. priorias habent. 125.9
Casparus à Randegk eques. 684. in tab.
Casus lamentabilis Ecclesiæ. 611.14
Casus maxima tragœdia dignus. 611.41
Cassianus Treuirorum Pontifex. 4.17
Cassinus mons. 96.3
Catharina Alberti Comitis Hollandiæ filia. 322.43
Catharina de Senis Virgo. 318.38
Catharina Fuggara Antonii filia. 677. in tab.
Catharina senior filia Alberti Ducis Bauariæ. 311.10
Catharina vxor Alberti Comitis à Werdenberg. 673. in tab.
Celling. 490.23
Celsus Treuirorum Pontifex. 4.15
Celzen. 347.27
Cennatum vel Cennarum. 261 19
Ceraria Suenorum Metropolis. 594.51
Cerere Bacchoque abundante spumabat venter. 593.51
Cereris Deæ. 593.9
Cerfroy. 212.3
Cerwig. 446.16
Childebertus Rex Francorum. 20.3
Chinzicha. 462.29
Chinziga. 466.1
Chinzihueruogu. 541.16
Chilpericus quando librum de ratione Computi scripsit. 93.27
Chizzicha. 463.39
Chizzichi. 455.37
Chizzige. 450.16
CHONRADI Regis gesta. 429.3
Christianus Dux Brunswicensis LVIII. Episcopus Mindensis. 73.54
Christophorus Margrauius de Baden. 402.26
Chrodogangus Landradæ filius. 36.12
Chrysoloras Bizantius. 330.22
Chunelindem Henricus in vxorem duxit. 440.48
Chunelindis Regina. 442.15
Chunigunda à Papa coronatur. 96.8
Chunitorpen. 402.26
Chuno Dux Wormatiensis. 434.35
Chuno maior. 425.5
Chunradus Rex Henricum puerum Regem post se consignauit. 432.4
Chuno minor. 425.6
Cilbach. 497.37
Cincius extra vrbem eiectus. 124.9
Cineres Cunradi repertæ. 613.10
Cineres Drusi Romam delati. 595.5
Cingulum Caroli Magni. 41.41
Circulus in cœlo visus Iridis colorem præferens. 367.53
Cistercienses ordo quando inceperit. 131.10
Cistertienses ordinis mater. 105.51
Ciuitates quæ erant sub Carolo Magno. 44.10
Clara ab Honburgk. 683. in tab.
Clara Comitissa ab Ellerbach. 676. in tab.
Clara vxor Ioannis à Schennelburgk in Husingen. 68..in tab.
Claustrum Grande Pratum fundatum. 234 49.
Clauus Domini IESU CHRISTI. 304 52
Clegia castellum Galliæ. 2.3
Clemens secundus, qui dictus fuit Suitgerus. 112.22
Clemens secundus. 105.15
Clemens III. Papa. 204.5
Clemens IV. Papa. 255.18
Clemens V. Papa. 283.14
Clemens VI. Lemouicensis Papa. 299.47
Clemens Treuirorum Archiepiscopus. 4.15
Clementi VII. Papæ electio canonica. 321.20
Clementia Baronissa ab Howen. 676. in tab.
Clementia filia Diethelmi Comitis in Toggenburg. 681. in tab.
Clementia filia Gotefridi Namurcensis Comitis 666. in tab.
Clementia vxor Leonis Guelfi ducis Saxoniæ. 666. in tab.
Clericus Louicus. 280.42
Clingenauw. 670.6
Cliuerus Monachus Malesberiæ. 117.31

Cliuensis Comes interficit Claremontensem Comitem. 229.8
Cliuia. 311.22
Clodoueus Rex Francorum. 17.49
Clotildis de Burgundia. 18.13
Cociacus. 6.7
Cœlestinus III. natione Romanus Papa. 207.24
Cœlestinus natione Mediolanensis Papa. 241.11
Cœlestinus II. Papa. 168.7
Cœlestinus Papa ad Scotos Pallodium mittit Episcopum. 14.13
Cœnobium in Monasteriolo. 624.21
Cœnobium Luxouiense. 619.50
Colimanus Regis Vngariæ frater. 223.18
Colonia Augusta fuit. 595.17
Colonia capitur à Philippo. 211.16
Colonia obsessa. 119.2
Colonia prius dicta Agrippina ab Agrippa genere Augusto. 96.15
Coloniæ emebatur quarta pars vini pro quo. 289.1
Coloniæ fulmen ingressum maiorem Ecclesiam S. Petri. 147.11
Colonienſia. 1.3.4.7.13.21.31.35.50.56.63. 64.67.71.76.80.84.85.88. 91.101.105. 115.126.127.154.161.164.184.187. 192.205.217.226.229.237.260.277. 285.295.307.357.406.
Columba super exercitum volans. 131.30
de Commoditatibus Vindonissæ situ. 622.6
Combustio Iudæorum facta. 613.22
Cometa apparuit. 342.52
Cometa grandis in modum trabis iugiter apparuit. 91.26.
Cometa Leodii visa per Hebdomadam. 368.2
Cometa notabilis apparuit. 254.46
Cometa per mensem visus. 335.3
Cometes apparuit tota Paschali hebdomada. 117.29
Cometes solito mirabilior. 93.42
Comites de Hohenloch. 595.27
Comitissa Othildis ad Saxoniam reuersa. 91.34
Comitissa Claremontensis præ nimia cordis amaritudine mentis alienationem subiuit. 229.10
Concilium generale prælatorum conuocatũ. 284.28
Concilium Constantiense incepit. 614.8
Conclusio operis. 612.1
Coniuratio Italorum. 440.28
Cono Comes de Phullingen. 122.12
Cono de Falckensteyn Archiepiscopus Treuirensis. 315.55.316.1
Cono de Valckensteyn. 308.54
Cono XXXIII. Episcopus Mindensis. 730.17
Cono Primicerius Colonienſis capitur. 122.30
Conradum Schmidt fuisse Enoch. 358.35
Conradi Salici Imperatoris priuilegium. 73.32
Conradus Abbas de Berbinhusen. 216.27
Conradus, æmulus Lotharii Regis Meginherum cepit. 155.26
Conradus Augustensis Episcopus. 625.27
Conradus Austriæ Dux. 186.31
Conradus concedit Episcopo forestium, & ius venandi. 735.35
Conradus de Tegerfelde Canonicus Constantiensis. 623.5
Conradus Dux Frater Imperatoris. 625.30
Conradus XXIV. Episcopus Constantiensis. 635.38
Conradus Episcopus Hollandiam coactus resignat. 121.21
Conradus Episcopus XIX. Mindensis. 729.19
Conradus Episcopus Venecomponensis vicarius Archiepiscopi Colonienſis. 349.53
Conradus filius Conradi Imperatoris. 75.5
Conradus filius Henrici Imperatoris Aquisgrani in Regem consecratus. 118.18
Constantia filia Regis Siciliæ. 204.33
Conradus Gibbosus. 311.54
Conradus II. huius nominis XXXVI. Episcopus Mindensis. 730.41
Conradus II. huius nominis Comes Andechsii XLVI. Episcopus Constantiensis. 669.29
Conradus III. Imperator. 166.43
Conradus Montfortius. 675. in tab.
Conradus natione Sueuus electus in Episcopum Traiectensem. 126.30
Conradus Parmensis Episcopus. 225.16
Conradus regnat in Neckergoia Brisgoia. 666. in tab.
Conradus Rex Baioariam ingressus. 167.23
Conradus Rex & Henricus frater eius in Chronographis non inter Imp. ponuntur. 235.41

Conradus Regis Russiæ frater super Wiselam fluuium occiditur. 210.52
Conradus Rex Teutoniæ. 171.32
Conradus Saliquus Imperator. 102. 50. strenuus armis ib. 53. obiit. 104.25
Conradus Treuerorũ Comes exilio mulctatur. 122.36
Conradus Vltraiectensis Episcopus perimitur. 126.50
Conradus Wormatiensis Episcopus. 625. 28
Consecratio Regis. 427.15
Consiliarii armata manu ad consilium venerunt. 305.31
Constantia ciuitas vbi nunc sita. 617.33
Constantia Regina nimis tenax. 93. 18. B. ac vltra modum auara. ib. 20
Constantinopolitana Ecclesia præposita. 114. 28
Constantinus. 370.36
Constantius contra Alemannos stragem gessit. 617.35
Constantius Galerius Comes I. 618.24
Constantius Imperator à Romanis in Germaniam contra rebellem Adalgerum Sueuorum ducem missus. 617.30
Constantius Magnus singularis amator cleri. 618.33
Constantinus Magnus sedem Bisantium transtulit. 50.28
Conuentus Monachorum Gemblaco. 98.16
Constantius sexaginta millia Alemannorum occidit. 617.39
Constantinus sub Ricciouaro passus. 123.1
Constans Cæsar Constantini Magni filius. 9.41
Constans martyr. 123.3
Constantiense concilium. 360.32
Coquum suum assari iussit Wenzeslaus Rex. 327.22
Corona ferrea Mediolani Henricus Rex fuit coronatus. 285.46
Corpus Cæsaris semper Romæ tuebatur. 595.19
Corona mirabilis circuitu Solis apparuit. 43. 42
Coronæ spineæ Domini nostri satis grossa portio. 215.7
Coronam Imperii Henricus VII. à Papa sibi dari petens. 286.36
Corpus S. Gregorii ad vrbem Suessionis trãslatum. 53.29
Corpus muro applicatum. 409.28
Corus contra Eurum. 611.34
Cosmarus in Papam electus & Innocentius VII. dictus. 344.41
Cosmarus S. Crucis in Hierusalem Bononiensis. 344.40
Crach. 177.21
Crafft Comes de Hohenloch. 402.29
Crassus vide Florentius. II. Comes Hollandiæ.
Craft. 57.28
Cræsi diuitiæ. 606.52
Creta & finitimæ insulæ contremescunt. 406.1
Crescentius sub Riccionato passus. 123.1
Creuzling. 626.32
Cronenburg. 254.17
Cronica Bedæ. 619.11
Cronica monasterii S. Galli. 629.18
Crucenach. 455.50
Cruciferorum ordo renouatus. 213.23
Cruciferorum ordo confirmatus ab Innocentio Papa. 243.1
Crux alba visa. 366.51
Crux aurea inuenta. 65.31
Crux & imago Saluatoris in lapide impressa, tempestate magna cecidit de cælo. 240 28
S. Crucis magna pars. 215.11
Crucis Dominicæ partem magnã habet Rex Franciæ. 234.28
Crucis signum mirabili modo in Luna apparuit. 43.41.164.15
Crucis Domini notabilis particula. 612.25
Crynfeld. 497.16
de Crypta adde baside super quam stetit CHRISTUS. 612.25
Crypta beati Andreæ. 98.15
Culburch. 256.1
Cumhagen. 583.37
Cunegunda regalia insignia gratanter obtulit. 426.25
Cunibertus Præsul Colonienſis Ecclesiæ. 21. 27
Cuniberto Rex Francorum Dagobertus filium suum educandum misit. 21.30
Cuno Dux Francorum. 424.14
Cuno per Engelbertum in coadiutorem Colonienſis Ecclesiæ assumptus. 316.28
Cuno qui & Conradus dictus incidit in manus impiorum hominum. 122.25
Cunradus Episcopus. 599.31
Cunradus Winckler Abbas. 606.24
Cunza filia & hæres quæ ad maritum patrimonium totum attulit. 637. in tab.
Cuntzenpfenning. 629.54
Curbitum. 441.55

Curia Augustana ab Aurelio Maximiniano Diocletiani collega instaurata. 595.28
Curien. 644.13
Curien in Rhetia. 624.47
Curte Hunff. 296.21
Custos in Eccesia. 661.13
Cyclus Dionysii magnus est finitus. 119.55
Cypriæ mulieres. 593.46
Cyprus tributum offerre dicitur. 406.1
Cyrillus Archiepiscopus Treuerensis. 16.36
Cyrillus S. Clementis Papæ corpus Romam deportauit. 64.30

D.

DAcos coercuit Drusus. 594.45
Dædali more quidam monachus volabat. 117.35.
Daelhem. 236.47
Dæmon respondit solus. 320.26
Dæmon sigillum notum non ausus est contemnere. 116.23
Dæmonum cultus, vbi abundauit & peccatum, ibi regnet iustitia. 92.19
Dæmon cantica canticorum per puerum recitat. 149.52
Dasso Longobardorum Rex. 11.4
Dagobertus historicus. 619.19
Dagobertus multa monasteria circa Rhenũ construxit. 597.52
Dagobertus Rex Francorum, Cuniberto filium suum educandum Coloniam transmisit. 21.30
Dahhol. 457.19
Damasceni. 415.40
Damascum deleuit Tamburlanus Rex Tartarorum. 343.36
Damasus II. huius nominis Papa. 113.16
Danentria. 104.49
Danos Poppo ad fidem CHRISTI cõuertit 99.21
Dansatores chorisantes. 320.1
Dauantriæ floruerunt magna studia litterarum. 342.18
Dauentria. 369.53.214.36
Dauid. 454.51
Deckber. 724.44
Declaratio Pontificis. 598.50
Defectio solis facta. 377.21
Dego Abbas. 604,27
Delfft. 298.44
Delf oppidum ædificauit Godefridus gibbosus 123.11
Dens S. Petri. 215.10
Descriptio Catarractarum maiorum Rheni. 640.30
Desiderius Cardinalis seu Abbas Casinensis. 127.42
Desiderius Dux contra Rachisum fratrem Haistulphi duxit exercitum. 37.43
Desiderius Longobardorum Rex. 38.29
Designatus Tungrensis Episcopus mortuos resuscitauit. 18.42
Dethmarus XXVII. Episcopus Mindensis. 728.38
Deuit. 470.54
Dextrum brachium Sanctæ crucis. 304.51
Deychensteyn. 494.54
Deyst. 334.39.367.48
Diabolus militi visibiliter apparuit. 238.24
Diabolus Sophista præclarus. 596.13
Diabolus visibiliter apparuit hominibus. 135.55.
Diœcesis Constant. nequaquam de Arbona sed Vindona. 619.9
Dickt. 343.34
Diethelmus nobilis de Cleggoia XLIV. Episcopus Constantiensis. 669.4
Dieto Abbas. 664.28
Diepenheim. 295.43
Dignæ corpus inuentum. 602.43
Digressio ad Sanctum Othmarum. 631.1
Diluuium in Anglia maximum. 135.48
Diocletiani collega. 495.28
Dinguin. 350.36
Diocletiana persecutione nulla scintilla fidei remanserat Augustæ. 595.58
Digna pedissequa Aphræ. 596.55
S. Dionysii monasterium in Beohoroth comburitur. 148.9
Dionysius missam in carcere celebrauit. 74.44
Dionysius Zozimas appellatur. 596.9
Dioscorus Archiepiscoqus Remensis. 18.24
Dissensio in Buterich & Onsarg magna. 613 47
Dissolutio cleri facta per Germaniã. 607.6
Dispositio curialis. 428.23
Dithburga filia Burckhardi Ducis Sueniæ ex Veringiæ Comitibus. 464. in tab.
Dithburga vxor Hugebaldi Comitis in Dillingen. 682. in tab.
Diudenhusen. 586.1
Dnislaken. 413.10
Doctrinale speculum. 241.51
Dodo frarer Alpaidis Lambertum interfecit. 26.9.
Doldequius Rex Damasci. 151.38
Domicellus de Archel. 362.12
Dominus de Bredenrod. 364.8
Dominus de Buren. 294.20

Dominus de Bredenrod. 304.8
Dominus de Buren. 294.20
Dominus de Chore vexillifer beati Martini. 225.48
Dominus de Leck. 304.8
Dominicus Hispanus. 212.34
Domitianus Archiepiscopus Cabilonensis. 822.
Domitianus Episcopus Tungrensis. 19.41
Domus magna Grossenbrot exusta. 614.13
Donatistæ in Græcia Orthodoxam Ecclesiam tactabant. 114.20
Donatus Grammaticus. 9.3
Dordracenses. 106.37.362.48
Dortekun. 182.54
Dorothea vxor Ioannis Fabers à Rauenspurgk. 684.*in tab.*
Drachenfels. 238.45
Drago Osnaburgensis Episcopus. 724.22
Drogo V. Episcopus Mindensis. 724.35
Drossetat. 491.43
Drusi cineres Romam delati. 595.5
Drusus frater Tyberii natus ex Liuia. 594.42
Drusus Moguntiæ obiit. 594.55
Drusus Nero. 594.49
Drusillati fundatio. 594.49
Duæ stellæ cadunt super monasterium Visbeche. 725.8
Ducatus de Monte flammis & prædis deuastatur. 343.14
Ducatus Lotharingiæ segregatur à duce Brabantiæ. 97.22.
Dudo Episcopus Paderbornensis. 724.22
Duellum inter Marschalcum & Hachsenacker fuit. 64.1
Duerstaden. 175.12
Duesta. 490.3
Duffdsteyn. 591.51
Duiro vel Duino monasterium. 366.33
Dulba. 481.49
Dullenborch. 294.12
Duo fratres cum duobus sororibus coniuncti. 672.*in tab.*
Durandus Cancellarius Imp. Episcopus Leodiensis. 101.33
Duttecum vel Dutrecum. 350.8
Dux Brabantiæ misit nuncios Regi Franciæ. 217.12
Dytherus Adolphi Regis frater Archiepiscopus Treuirorum. 279.7

E.

EBalichbecheym. 517.15
Ebarolf. 451.7
Ebekestorp. 724.25
Ebergisus IX. Episcopus Mindensis. 725.22
Eberhardus Canonicus Basilienſis. 673.*in tab.*
Eberhardus cognomento Rudolphus Dux Foro-Iulii. 58.32
Eberhardus Comes de Nellenburg. 625.32
Eberhardus Comes de Dillingen & Kyburg. XXXI. Episcopus Constantiensis. 665.1
Eberhardus II. Comes Kyburgicus. 673.*in tab.*
Eberhardus de Kirchberg Comes. 603.8
Eberhardus de Walpurg XLVIII. Episcopus Constantiensis. 669.55
Eberhardus de Wirtenberg. 401.40
Eberhardus Dominus in Burchdorf factus Comes Kyburgicus. 673.*in tab.*
Eberhardus Episcopus Augustensis. 601.17
Eberhardus Last. 680.6
Eberhardus Pabenbergensis Episcopus. 423.50
Eberhardus pastor in Almelo. 348.20
Eberhardus senior Nellenburgicus Comes Landgrauius Hegoiæ. 682.*in tab.*
Eberhardus Sigler cantor. 680.5
Ebredunum. 44.13
Ebrisigius vel Ebrisigus, Tungrensis Episcopus. 22.36
Ebroinus Sanctum Leodegarium varie afflictum CHRISTI martyrem fecit. 25.49
Eburhart. 451.8
Eccardus Abbas Augiæ maioris. 682.*in tab.*
Ecclesias sex ædificauit Hugo Rex Francorum. 93.23
Ecclesiastica disciplina in Germania est dilapsa. 602.47
Ecclipsis Solis mane hora sexta visa. 339.53
Ecclipsis Solis facta vt Stellæ viderentur in cælo. 24.11.
Ecclipsis Solis facta est hora diei secunda. 93.34
Ecclipsis Solis facta est in Paschak. 93.47
Ecclipsis Solis facta hora diei sexta. 233.55.234.1
Eeko. 452.31

Edelardus Abbas phreneticus factus. 125 46
Eduardus Dux Gelriæ contra fratrem ſuum bellum commiſit. 310.42
Egebertus de Friſia copioſum ducit exercitū. 225.28
Egbertus Præſes armata manu aperiens portas. 231.12
Egbertus Traiectenſis Epiſcopus 85. 9. ſepultus ib. 24.
Egelſee. 625.10
Egena. 624.39
Eggeoltes. 447.46
Eggiolt. 449.46
Eggihilt. 446.11
Eggoltingen. 625.12
Egihelmeshus. 457.35
Egilbertus vel Engelbertus XVII. Epiſcopus Mindenſis. 726.27
Egiboldus Traiectenſis Epiſcopus. 71.7
Egimuot. 450.6
Egino Abbas. 604.52
Egino. 446.9
Egino XVI. Epiſcopus Conſtantienſis. 682. 8
Egidius Leodienſis Epiſcopus. 323.31
Egmunda Comes Hollandiæ conſtruxit cœnotium ligneum. 63.25
Egoltingen. 625.3
Eiiat. 45[illegible].17
Einfirſt. 448.39
Einhart. 448.17
Einhild. 493.24
Einſidler. 663.51
Eitrungesheym. 517.15
Eladius Antiſiodori ſedet. 9.11
Electio Regis. 424.41
Electorum verſus quinque. 89.43
Elegila caſtellum Galliæ. 2.3.
Elementia in ſe ruunt. 611.33
Eleonora Eduardi II. Anglorum filia. 310. 54
Elidburg. 557.8
Elimuot. 450.6
Eliſabetha baroniſſa ab Ochſenſteyn. 673. in tab.
Eliſabetha Comitiſſa à Nidow. 673. in tab.
Eliſabetha vxor Ioannis Iacobi à Kunigſeck. 676. in tab.
Eliſabetha monialis Sanctæ Claris. 682. in tab.
Eliſabeth Regis Andreæ de Vngaria filia. 232 38
Eliſabeth Romanorum Regina obiit. 248. 20
Eliſabeth Rudolphi à Rapertſweil Comitis filia. 673. in tab.
Eliſabetha Truchſeſin Vlrici à Diſſenhofen filia. 683. in tab.
Eliſabeth vltima hæres Brigantiæ. 647. in tab.
Eliſabetha vxor Comitis ab Hohenzolren. 672. in tab.
Eliſabetha vxor Rudolfi à Blumenberg. 683. in tab.
Elluuagen. 635.16
Ellinbrach. 452.30
Elmacha. 472.30
Elmahā. 473.30
Elmaſa. 457.48
Elſpa. 525.43
Elſpiu. 519.10
Elten. 104.2
Ema. 302.13
Embrichen. 492.53
Emeritana prouincia. 150.28
Engeburg. 253.2
Enhild. 493.25
Encanpot. 450.25
Energumeni plures liberantur. 659.33.
Engelbertus. 447.22
Engilbertus Archiepiſcopus Colonienſis interficitur à Friderico Comite de Iſenburg. 216.3
Engelbertus de domo nobilium de Valchenburg in Archiepiſcopum Colonienſem eſt electus. 260.26
Engelbertus de Marcha Archiepiſcopus Colonienſis. 314.8
Engelbertus I. Engelberti Comitis de monte filius Archiepiſcopus Colonienſis. 226. 16
Engelbertus Leodienſis Epiſcopus recepit dominium comitatus Loſſenſis. 303.32
Engelbertus Præpoſitus Leodienſis à Papa in Epiſcopum Leodienſem eſt electus. 302. 52
Engilbracht. 451.17
Engilfrit. 448.19
Engilmiet. 446.9
Engilperaht. 449.44
Ennius Poëta. 109.22
Enoh Conradum Schmid fuiſſe. 358.35
Enſteyn. 341.20
Epitaphium Alexandri Papæ. 190.20
Epitaphium Eugenii Papa. 170.30
Epitaphium Friderici de Blanchenſteyn. 342.5

Epitaphium Henrici III. *Imp.* 109.37
Epitaphium Ioannis Scoti. 68.16
Epitaphium Lucii III. *Papæ.* 201.30
Epitaphium Pallantis. 109.19
Epitaphium Sancti Gebhardi. 657.12
Episcopi tres accusati. 441.17
Episcopi Vindonissenſis. 622.28
Epistola ad Dæmonem iuueni tradita. 116.12
Epistola Wipponis ad Regem Henricum Conradi Imp. filium. 421.15
Epternense cœnobium. 28.39
Eppe. 531.2
Eppo Comes Nellenbergicus Landgrauius in Hegoia. 682. *in tab.*
Eppo miles de Baioaria. 432.43
Eques apparuit vniuersum populum admonens. 278.52
Equi medio in Rheno transeuntes. 289.5
Eracar. 451.15.449.34
Eradius Dux Romanorum. 12.41
Ercambot. 452.7
Ercambrachti. 472.48
Ercanfrid. 484.34
Ercenpracht. 450.35
Erckinger Marschalck de Biberach compescitur. 613.49
Eremitorium Comitis. 103.8
Erfridus XII. *Episcopus Constantienſis.* 630.15
Ergastulum miseriarum sit inclytum templum. 611.43
Eriduhart. 447.24
Erhulfus Verdenſis Episcopus. 724.24
Erlolf. 446.37
Ermefrida Comitissa à Sonnenberg. 666. *in tab.*
Ermengardis Hugonis filia. 58.51
Ermgardis Valrami Ducis Lymburgici filia. 282.15
Emengarda Ducis à Tegk filia. 682. *in tab.*
Erneſtus auxilium petit ab Odone Comite. 437.13
Erneſtus Dux Alemanniæ. 434.38. 424.12
Erneſtus Dux qualiter periit. 437.24
Erpfgant. 446.10
Erpfung. 450.36
Erpholdes. 523.15
Erpia. 413.39
Eschinnabach. 469.44
Estigenfeld. 526.53
Etius votum Irenes impediens. 50.11
Estunella obsessa. 220.45
Eua vxor Christophori Baronis à Schwarzenberg 676. *in tab.*
Eucharistia non est reuera corpus CHRISTI, *sed figura.* 119.40
Eucharius filium viduæ suscitauit. 3.9
Eucharius Treuirim venit. 1.20
Eucharius vel Eucherius III. *Tungrensis Episcopus.* 19.11
Eucharius Episcopus Traiectensis. 19.2
Euergetis Pontifex Colonienſis. 13.36
Euerhardus Comes de Hennenberg. 402.35
Euerhardus Comes de Schotterberg. 402.31
Euerhardus de Marcha. 340.20
Euerhardus Episcopus Treuirensis. 112.6
Euerhardus Treuirensis Archiepiscopus. 113.53
Euermari Ecclesia. 112.47
Euersteyn. 342.13
Eusrata Arrianorum hæsiarcha. 8.19
Eugenius Ostiensis Episcopus. 67.25
Eugenius III. *Papa.* 169.7
Eugenius Papa IV. 361.25
Eugenius IV. *Papa Gabriel de Venetiis ante Papatum dictus.* 372.49
Eulogius Archiepiscopus Ambianensis. 8.24
Eunomia bona & accepta forma. 594.4
Eunoniæ ossa. 612.42
Euna Regina Lotharii Regis Gelriæ vxor. 81.27
Euraclius Leodiensis Episcopus. 82.12
Eustachius Comes Bolonienſis. 151.48
Eustathius Comes Bolonienſis. 110.40
Eustachius Doctor deuotus claruit. 239.49
Eustachius Dux Lotharingiæ. 129.45
Eutropia bene faceta & elegans. 594.5
Eutropiæ. 612.42
Eutropius. 6.2
Euthicius Honorius III. *prius dictus.* 227.11.
Eutropius antiquus Historiographus. 618.8.
Exactiones angariæ institutæ. 613.31
Exercitum Augustenses versus Schaffhausen contra Fridericum Ducem Austriæ mittunt. 614.8
Exemplum notabile de Sacramento. 268.11
Exuperius & Saturninus seruauerunt Tolossam. 15.39
Eyke. 334.43
Eydes. 494.39

F.

FABULA *ridicula non digna refutatione.* 103.3.

Fabulosa. 17.27

Facies S. Ioannis Baptistæ. 215.6

Fahhouer. 520.29

Falchmoß inferius & superius. 624.2

Falones *crudis carnibus equinis vescuntur.* 70.22.

Fames maxima in Aquitania vt homines herbas sicut brvta comederint. 233. 53

Fames per totum orbem inualuit. 95.43

Fames permaxima in Francia. 163. 38

Fames valida. 105.24.281.49

Familia S. Chunradi Episcopi Constantiensis ex Altorfii Comitibus. 637.13

Famosissimus scriptor librorum. 120.29

Farabertus Abbas Prumiēsis Episcopus Tungrensis & Leodiensis. 79 46

Fastman. 496.15

Fastolf. 446.16

Fastrada vxor secunda Caroli Magni. 39. 51

Fatuum est credere indulgentias Papæ vel Episcoporum. 355.36

Faunos ficatos. 12.6

Felix Dux Sabaudiæ. 353.37

Felix I. *Treuirorum Pontifex.* 4.15

Felix II. *Treuirensis Episcopus.* 12 53

S. Felicis *caput.* 101 30

Feliciana *hæresis condemnatur.* 46.26.

Ferdinandus *Comes Flandriæ frater Regis Angliæ.* 203.6

Ferrea *ligamenta.* 61c.22

Ferreus *homo.* 428.13

Fertinges. 448.18

Fides *Mumpratin.* 683. *in tab.*

Filimer *Getarum Rex Gudarici filius.* 12.1

Finningen *vel Sinningen.* 607.2

Filius *ciuis pauperis.* 94.11.

Fleidina. 481.49

Fliedener. 458.7

Fliectinu. 458.20

Florentius *à Claremontensi Comite crudeliter interimitur.* 229.3

Florentius *Comes Hollandiæ.* 186.32.225. 37

Florentius *Comes Hollandiæ terram Stadingiæ iussu depopulatus est.* 228.24

Florentius II. *Comes octauus Hollandiæ effingitur.* 133.25

Florentius *Comes vocatus ad concilium capituli Traiectensis.* 253.18

Florentius *de Kyfthoeck.* 364.35

Florentius *de Weuelichouen.* 324.36.302. 46

Florentius *de Weuelichouen à monasterio traiectum.* 320.47

Florentius *Princeps Morauensis.* 279.47

Floribertus *Episcopus Leodiensis.* 32.46

Florentius IV. *filius Wilhelmi Principis, Hollandiæ efficitur Comes.* 227.47

Florentius V. *Comes Hollandiæ.* 252.22

Florentius *Treuirensis Episcopus.* 5.27

Florense *monasterium.* 98.30

Flos *Germaniæ S. Anno.* 115.9.

Fluetini. 415.40

Flumenes. 624.48.

Fogati. 472.54

Folcfelder. 503.24

Folcmarus *Archiepiscopus Colonienſis.* 84.6

Folcmarus *Episcopus Traiectensis* 80.22. *tumultus in Ecclesia Traiectensi. ib.24*

Folcrat. 451.18

Folcwir. 451.15

Foleger. 496.15

Folemar. 451.18.449.47

Folenandt. 471.46

Folerat. 449.35

Folewin. 449.35

Folio *frater Eucherii Episcopus Tungrensis.* 19.6

Follenho. 186.16

Folcmarus *Archidiaconus in Episcopum Treuirensem electus.* 201.48

Folmarus XVIII. *Episcopus Mindensis.* 726.48

Folwini. 470.54

Fonticulus *aquæ in sanguinem conuersus est.* 93.36

Forrenbach. 624.3

Fortrapaga. 65.11

Fortitudo *Caroli Magni.* 41.45

Fortunatus *primus Treuirorum Pontifex.* 4.17

Fortunatus *etiam in Catalogo Episcoporum Augustensium numeratur.* 600.14

Forum-Iulii *capitur.* 40.32

Francia *turbatur.* 105.26

Francica. 14.17.33.67.69.92

Francio *Sycambriam venit.* 196.55

Franciscus *Comes à Waldeck* LIII. *Episcopus Mindensis.* 733.33

Franciscus *Maurer.* 680.6

Franciscus *ordinis minorum Princeps, stigmati-*

gmatibus CHRISTI *signatus.* 227. 29
Franciſcus Dux Brunſwicenſis L I I. *Epiſcopus Mindenſis.* 7.33.27
Franciſcus Petrarcha Arquada dictus obiit. 306.30
Franciſcus Petrarcha Poëta natus. 278. 37
Franciſcus tituli Sanctæ Suſannæ Monopolitanus. 344.39
de Fratre ſcabie infecto. 661.22
Freholf. 450.3
Freibraht. 446.49
Fridberg. 608.15
Frideboldus Abbas. 64.18
Frideloch Augienſis Abbas. 625.28
Fridericus Archiepiſcopus Moguntiæ clauſtrũ S. Petri conſtruxit. 79.4
Fritigernus à Valente exilium petit. 11. 26
Fridericus Canonicus Leodienſis. 111.7
Fridericus Comes Palatinus cognomento Buck. 409.29
Fridericus Comes de Iſeborch pœnam luit, ac ad ſpectaculum miſerum in altum ſuper rotam poſitus eſt eleuatus. 226.52. 227.1
Fridericus Comes de Zollern L. *Epiſcopus Conſtantienſis.* 674.1
Fridericus Comes de Altena. 180.10
Fridericus Comes de Luſſt. 402.34
Fridericus Comes de Iſenburg à Balduino milite de Geneſia capitur. 216.11
Fridericus Comes de Yſenborch inſtinctu diaboli Engelbertum Archiepiſcopum interfecit 226.37
Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus. 144. 51.
Fridericus Comes de Nellenberg L X I I. *Epiſcopus Conſtantienſis.* 682.1
Fridericus de Hulſs. 411.13
Fridericus de Zaruuerden. 318.20
Fridericus de Zauuerden Archiepiſcopus Colonienſis. 348
Fridericus de Blanckenſteyn Epiſcopus Argentinenſis. 340.49
Fridericus de Gumeringen. 606.35
Fridericus de Bauaria Palatinus Comes. 406.32
Fridericus Dux Sueuiæ. 781.22
Fridericus Dux Alemanniæ. 187.36
Fridericus Dux Auſtriæ electus in Regem, lora retraxit. 289.35
Fridericus Dux Lotharingorum. 434
Fridericus Dux Lutaringorum. 424.14
Fridericus Epiſcopus Traiectenſis. 55.11
Fridericus filius Gorhelonis. 116.37
Fridericus Graffenegger. 603.11
Fridericus frater Gotzelonis & Godefridi 111.2
Florentius Germanus Comes Hollandiæ ac vlterioris Friſiæ. 112.52
Fridericus Imp. vltra modum conqueritur de Pontifice. 222.8
Fridericus Imp. cognomento Magnus. 179. 41
Fridericus Imp. contra Papam innumera malafecit. 223.23
Fridericus Imp. ab Innocentio IV. *in Lugdunenſi concilio damnatus ac Imperatoria & Regia poteſtate exutus.* 224.3
Fridericus Imp. Papæ excommunicationis ſententiam non curat. 232.2
Fridericus I. Pontifex Eccleſiæ Colonienſis. 136.55
Fridericus I. *Imp.* 45.21
Fridericus II. *Henrici Imperatoris filius.* 219. 23
Fridericus II. *natus de Daſſele Archiepiſcopus Colonienſis.* 187.9
Fridericus II. *natus de Ziech Traiectenſis Epiſcopus.* 294.4
Fridericus III. *Dux Auſtriæ in Regem Romanorum electus.* 376.44
Fridericus Liber Baro in Hœuuen. 681. *in tab.*
Fridericus Lotharingiæ ſuperioris Dux. 101. 18
Fridericus Marchio Miſnenſis. 628.11
Fridericus Rex curiam apud Francofurdiam habuit. 221.24
Fridericus Rex Coronam & Lanceam ab Henrico Duce Saxoniæ recepit. 221.19
Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus. 623.26
Fridericus ſubacta Fauentia ad Bononiam obſidendam ſe præparat. 232.14
Fridericus Imp. Regem Franciæ delere conabatur. 189.32
Friderici I. Imp. priuilegium. 742.5
Friderici II. Cæſaris priuilegium. 744.37
Fridurat. 449.35.451.16
Friduuuin. 449.48
Frihus. 496.18
Friſones de Winckel & Nyerdop. diffugerũt. 206.45
Fritislar Eccleſiam incendere non potuit. 40 18
Friulfi hiſtoria. 619.45
Fructra vel Fructuaria. 115

Framing. 471.49
Fulcarius III. Episcopus Leodiensis. 35.47
Fulcerius Carnotensis. 140.64
Fulcherus de Konoidia captus. 195.16
Fulco Archiepiscopus Remensis. 71.27
Fulco Comes Andegauensis fit Rex Iherusalem. 160.4
Fulda. 445.31
Fulgur tribus mensibus emicuit. 290.30
Fulgura de cœlo ceciderunt. 25.43
Fulmen duos monachos in choro stantes percussit. 163.54
Fundamentalis lapis primus turris S. Martini positus. 282.10
Fuxi. 354.14

G.

GAbo. 451.7
Gabiro vel Gebhardus Pontificis legatus. 666. in tab.
Gabriel de Venetiis Eugenius IV. Papa dictus. 372.49
Gaffridi Comitis Montinensis filius. B. 100 28. Beatus Laurentius ei apparuit. B. 100 53
Gallia Togata vir nobilissimus. 644.1
Galliæ regnum quando ad familiam Comitum Parisiensium translatum fuerit. 80. 52
Gallicana natio Regem adiit. 361.5
Gallicanus exercitus. 412.17
Gallus quidam Pictauiensis. 642.31
Gallus Episcopus V. Constantiensis. 629. 36
Gamenoldus XXV. Episcopus Constantiensis. 643.49
Ganfredus, Cardinalis, Episcopus Sabinensis electus in Papam. 241.13
Gari vide Gazi.
Gaudentius V. Episcopus Constantiensis. 629.35
Gaufridus de S. Alemanno. 154.42
Gay proconsul. 559.53
Gazi Turcarum Princeps. 115.29
Gebhardus dux de Zaringen XXXVI. Episcopus Constantiensis. 666.16
Gebhardus XXV. Episcopus Constantiensis. 643.53
Gebhardus exsectus ex vtero matris. 647. in tab.
Gebhardus fundator Sultzburgensis monasterii. 666. in tab.
Gebhartus I. huius nominis XX. Episcopus Constantiensis. 634.47
Gebizo vel Gebhardus. 666. in tab.
Gelacium Comitem Papiæ in Ducem Mediolanensem Menzeslaus creauit. 327.45
Gelasius II. natione Campanus Papa. 148. 46
Geldrenses. 416.33.
Gelhusen. 129.26
Gelthersheym. 536.2
Geltersheym. 506.26
Gelu magnum. 117.40
Gelu magnum à Calendis vsq; ad æquinoctium vernale. 82.3
Genewia Sueuorum Metropolis. 594.51
Genofeua virgo Parisiensis claret multa sanctitate. 15.5
Gent. 48.52
Georgius à Rangegh familiæ postremus. 684. in tab.
Georgius Comes Montfortius in Pregentz & Tetnang. 677. in tab.
Georgius Dux Brunswigensis LIV. Episcopus Mindensis. 733.35
Georgius Montfortius Comes Dominus in Styria. 475. in tab.
Gerbaldus Leodiensis Episcopus. 47.44
Gerberga filia Caroli. B. 97. 34. sepulta in Ecclesia Sanctæ Gertrudis Niuellensis ib. 48
Gerberta Regina sepulta. 78.21
Gerbertus peritus ille artium qui in Gallia Remis, vt dicitur, natus, quando floruerit. 90.41
Gerbertus vide Sylvester. 93.58
Gerbraht. 449.46
Gerbracht. 449.16
Gererdus Comes Geldriæ & Zutphaniæ obiit. 156.14
Gerlacus Geldriæ & Zutphaniæ Comes. 109.39
Gerardus Abbas filius Comitis Namurcensis. 74.42
Gerardus Cameracensis. 103.48
Gerardus Comes de Loss Tungrim ingressus domum Episcopi & Ecclesiam incendit. 193.30
Gerardus de Bronchorst Magister. 341.17
Gerardus de Alsatia. 111.1
Gerardus de Syrisiaco. 144.6
Gerardus Magnus pestilentia correptus. 325.1
Gerardus Magnus. 319.45
Gerarius III. Comes Geldriæ obiit. 251. 35
Gerardus Petri de Cesthaen. 328.48
Gerhardus Bremensis Archiepiscopus. 125.13
Gerhardus Comes Geldriæ. 225.36

Gerhardus Comes Geldriæ lethaliter vulneratus ex carcere dimissus. 230.1
Gerhardus II. Comes Geldriæ & Zutphaniæ. 182.25
Gerhardus de Hoia Comes. 751.2
Gerhardus de Schonaborg XL. Episcopus Mindensis. 731.20
Gerhardus II. de Schomborg XLII. Episcopus Mindensis. 731.33
Gerhardus de Velsen Florentium Comitem mucrone XXI. vulneribus occidit. 254.16
Gerhardus II. Episcopus Costantiensis. 674.37
Gerhardus Episcopus Eustatiensis factus Papa. 114.51
Gerhardus Florentiæ vrbis Episcopus electus in Papam. 118.35
Gerhardus Groët. 325.12
Gerhardus Hildersomensis Episcopus. 750.53
Gerhardus Offenburgensis. 219.9
Gerhardus præpositus Bonnensis. 388.28
Gerhardus III. succesit Patri. 223.54
Gertruda Baronissa à Starkenberg. 672. in tab.
Gertrudâ filia Adalberonis Comitis Friburgi. 671. in tab.
Gertruda Lutoldi Baronis à Regensperg filia. 673. in tab.
Gertruda vxor Conradi à Landaw equitis. 683. in tab.
Gertruda vxor Ludowici Comitis de Frohburg. 672. in tab.
Gertrudis Comitissa, nupsit Roberto iuniori. 120.41
Gertrudis, filia Hartmanni Ducis Saxonum. 113.1
Gero Archiepiscopus Colonienses. 84.55
Germaniæ flos & noua Lux S. Anno 115.9
Germaniæ tutamen. 595.18
Germanus Pontificatum Antisiodorensem susceptit. 14.17
Gerpinas villa. 147.3
Gerwineshusen. 487.29
Gerhardū de Weteringen Wilhesmus dux Bauariæ propriis manibus interfecit. 308.7
Gesta CHUONRADI REGIS. 428.3
Geymhusen. 192.26
Geyenhofen. 625.8
Gheym. 225.12
Ghiselbertus de Aemstel. 253.25
Ghorcken. 362.27
Giberich Gothorum Rex. 10.25
Gibichensteyn. 435.19.
Giltinger 462.30
Gimhagen. 583.37
Gimund. 553.8
Ginoz. 450.37
Gisalheri. 450.4
Gisahilt. 446.11
Gisenheim. 448.44
Gisela vxor Sancti Ladislai Regis Hungariæ. 666. in tab.
Giselbertus Comes Duratii aduocatiam S. Trudonis tenebat. 156.28
Giserbertus Comes Aemstelrelandiæ. 226.2
Giserbertus de Vianen liberauit Ioannem de Vernenborch. 135.40
Gisila Regina. 104.33.
Gisla vxor Comitis Hoyensis. 74.38
Giusungen. 513.22
Glacies validissima. 117.40
Gladium Caroli Magni. 304.53
Gnithæi filia. 214.52
Goblini Chronica finitur. 361.12.361.11.
Goch. 265.15.350.9
Gochelo Dux Lotharingicus. 101.7
Godebaldus natione, Friso Episcopus Traiectensis. 148.18
Godefridus Ardennensis Comes. 97.2
Godefridus Archiepiscopus Treuirensis. 154.7
Godefridus cum Barba I. huius nominis inter Comites Louarienses & Bruxelenses. 139.35.146.20
Godefridus Comes de Aernsberch. 123.2
Godefridus Comes Lessensis. 311.21
Godefridus Comes vltimus de Arnsberch. 317.34
Godefridus Dominus in Lausenburg. 673. in tab.
Godefridus de Bulione. 110.45
Godefridus de Renen Treuirensis Episcopus. 185.2
Gotfridus de Waltegge XXXVIII. Episcopus Mindensis. 730.54
Godefridus Dux de Bullion in Regem eligitur. 139.42
Godefridus III. Dux Lotharingiæ. 168.15
Godefridus Dux Lotharingiæ II. huius nominis. 110.38
Godefridus II. Dux Lotharingiæ. 167.44
Godefridus dux Namurcensis, Dux de Lymborch. 151.8
Godefridus Dux Orientalem Frisiam bellica manu subegit. 120.52

Godefridus Gibbosus Dux Lotharingiæ. 110 42
Godefridus Gibbosus III. huius nominis Dux Lotharingiæ. 123.6
Godefridus II. Gozelonis filius ac frater Stephani Papæ. 132.25. idem dictus Godefridus de Butlion.
S. Godehardus Hildesheymensis Episcopus. 104.4
Godefridus Imp. reconciliatus. 111.12
Godefridus Magnus Barbatus dictus. 111. 16
Godefridus Rex Northmannorum Christianus effectus. 66.42
Godefridus Viterbiensis. 617.36
Godefridus Virdunensis Comes. 97.1
Godesberch. 218.19.296.18
Godescalcus præpositus. 98.24
Goesuuinus ab Aemstel oriundus Episcopus Traiectensis electus. 249.21
Goet fundari cœpit. 325.10
Gohhusa. 498.26
Gohhesheym. 506.26
Golda alias Golga. 635.23
Goldpach. 624.42
Golferius de Turribus. 129.49
Goltaal. 619.30
Gondulphus Tungrensis Episcopus. 21.1
Gore. 315.39
Gorten. 280.7
Gorinchen. 362.3
Goringhen collegium fundatum. 312.18
Gosbertus Monachus Abbas est electus. 634. 26
Goslar. 112.18
Goswinus de Forest. 133.9
Gotahelm. 449.47.452.18
Gothos Aurelianus strenuissime vicit. 5.54.
Gottesteten Abbas. 604.28
Gotschalcus XVI. Episcopus Mindensis. 727.
Gotwigensis Abbas. 406.46
Gotzfeldum. 451.52
Gozelo vide Gochelo.
Gozelo Dux Ribuariorum. 424.14
Gozilo. 449.35.451.15
Gozfeld. 448.47.491.34
Gozhilt. 450.4
Graben. 624.5
Græca. 50.51.57
Grammatius Episcopus Vindonissensis. 621. 28
Grammatius V. Episcopus Vindunensis. 628. 53
Grammot. 289.18
Granana fundata Ecclesia Mariæ. 235.17
Grande Pratum Clausstrum fundatum. 234.49
Grapfeld. 445.30.448.40.511.29
Graschap vel Grayscap. 115.30
Grasetell. 479.31.516.46
Gratianus Regi occurrens. 111.32
Gratianus compilauit Decreta Apostolica. 145.9
Grauensteyn. 641.1
Grauia oppidum. 331.17
Grazzestat. 524.50
Gregorius Comes de Leiningen. 402. 35
Gregorius Episcopus Traiectensis. 38. 28
Gregorius Hugelinus vide Gregorius IX. Papa.
Gregorius III. Papa. 32.26
Gregorius sextus Papa cæpit eodem anno quo & Sylvester. 111.23
Gregorius VII. Papa. 107.26
Gregorius VII. Papa, Tuscus natione, patria Senensis. 123.23
Gregorius VIII. Papa. 203.49
Gregorius IX. Papa prius dictus Gregorius Hugelinus. 231.47
Gregorius IX. Papa multis tribulationibus pressus. 233.4
Gregorius IX. Papa infantum nouorum Ecclesiam instituit. 220.2
Gregorius X. Papa. 259.17
Gregorius XI. Papa. 318.26
Gregorius XII. Papa. 345.39
Gregorius Patriarcha. 379.41
S. Gregorii Corpus ad vrbem Suessionis translatum. 53.29
Gresdunck. 350.9
Grezzesstat. 490.3
Grifo. 446.31
Grifo frater Pipini interimitur, 37.4
Grimoaldus Pipini filius Dux Brabantiæ. 24.26
Grisellus prioratum Wilhelmitarum ædificauit. 261.54
Gronynghen. 342.9
Groningiæ oppidum. 225.44
Grossenbrot domus magna exusta. 614. 13
Gruonbach. 529.13
Guatzo ex clero S. Lamberti. 109.43
Gudeoc Longobardorum Rex. 11.3
Guelfo Dux Carinthiæ & Marchiæ Veronensis fundat monasterium Weingarten. 673. in tab.
Guerra prævalida. 613.38

Guichertus Rauennenſis Archiepiſcopus in Papam eſt electus. 124.18
Guido Archiepiſcopus Rhenenſis. 113.53
Guido Abbas Ciſtertienſis Romam proficiſcitur. 199.16
Guido cantor Sancti Stephani Catalaunenſis. 200.12
Guido Cardinalatum abnuit. 279.52. obiit 280.4
Guido Comes Flandriæ. 257.16
Guido Epiſcopus vocatus Viennam. 279 50
Guido de Hymberti curia. 390.1
Guido Fulcorii miles Regis Ludouici Franciæ conſiliarius. 255.21
Guido Germanus Viennenſis Archiepiſcopus. 149.13
Guido Iheroſolymorum. 176.11
Gundacar. 449.34
Gunderus. 448.9
Gunderus Imperatrix. 108.12
Gundlind. 446.10
Guntenberg. 716.26
Guntharius Archiepiſcopus Coloniēſis. 63. 33
Guntherus & Tyethgardus à Papa Nicolao Romam vocati. 61.22
Guntherius Iuuauenſis Epiſcopus. 423. 55
Gundranus vrſum habebat lapides trahentem. 153.47
Guntramus Comes Vindoniſſæ & Altenburgi, Landgrauius Alſatiæ. 671. in tab.
Gusbertus de Brederode Traiectenſis Epiſcopus. 402.31
Gutting. 624.41
Gwalterus vide Walterus.
Gwerra contra Comites de Wirtenberg. 613.35
Gylo monachus Hugonis vitam ſcripſit. 120. 31
Gymnereth. 270.50
Gyſilæ filius. 107.2
Gysla Regina interfecta eſt. 94.54

H.

HADABURG. 445.53
Hadenburg. 445.255
Hadewiga filia Comitis Hollandiæ. 133. 28
Hadufrid. 446.10
Hæretici publicam pœnitentiam recipiunt. 613.44.
Hæreſis Albingenſium. 200.27
Hæreticæ prauitatis inquiſitiones. 284.10
Hæzilo Abbas. 605.45
Haërlem. 281.32
Hagha collegium fundatum. 312.15
Hagund. 457.47
Haholfesbahhono. 532.47
Haholtasheim. 448.43
Haholfesbach. 460.30
Hahparathes. 447.46
Haicho. 452.27
Hainricus Abbas. 604.28
Hainricus IX. Abbas 609.6
Hainricus de Gabelbach. 606.39
Hainricus Dux Bauariæ Vdalricum miro affectu colere cæpit. 601.9
Hainricus Epiſcopus Eccleſiæ Auguſtenſis. 600.42
Hainricus quartus pater conuentus pius. 606.14
Hainricus VIII. Herwarter Abbas. 606. 51
Haiſtulphus Longobardorum Rex. 36.8
Haiſteragew. 644.12
Halabing. 449.16
Heckers. 304.14.319
Hector filius Priami genuit Francionem. 196.52
Hedern. 604.24
Hedwiga filia ſororis Henrici Claudii Imp. fundat monaſteriū Schwabenheym. 683. in tab.
Heerſtal. 388.54.
Hegilen. 492.50
Heido. 457.46
Heidenrich. 460.27
Heimo. 492.14
Heimo Præſul Conſtantienſis Eccleſiæ. 423. 52
Heinricus Auceps primus. 96.49
Heinricus Saganenſis Dux. 628.12
Heio. 451.7
Helena Imperatrix à Conſtantino Magno filio ſepulta. 59.32
Helena Inuentrix Sanctæ Crucis. 618. 24
Helena Conſtantini Magni mater. 7. 31
Helidberg. 553.8
Helinandus. 108.46
Helinardus Archiepiſcopus Lugunenſis. 113.53
Helinandus Frigidi Montis monachus. 201 12
Helinardus in Papam poſtulatur. 113 30

Hartmannus Comes de Kugenburg vel Kyburg. 625.33
Hartmannus II. Comes Kyburgi Senior dictus. 664. in tab.
Hartmannus Dominus Duni, eques Hierosolymitanus. 673. in tab.
Hartmannus cognomento Pius Archiepiscopus Colonienſis. 70.55.71.1
Hartmannus Landgrauius. 413.19
Hartperaht. 447.11
Hartwigus vir inſignis Epiſcopus Auguſtenſis. 603.1
Hasbania. 145.50
Hasbanos Martinus ad fidem CHRISTI conuertit. 5.42
Haſenacker interfectus. 6143
Haslon. 69.15
Haterhawſen. 609.19
Hatti Abbas Mediolanenſis Archiepiſcopus Trenirenſis. 56.39
Hatwardus II. Epiſcopus Mindenſis. 724. 12
Hatumarus Epiſcopus Paderbornenſis obiit. 43.18
Hauſteten. 604.24
Hawidis ſoror Ottonis Imperatoris. 81.35
Haymarus Podienſis Epiſcopus. 130.9
Heckers. 304.14.311.19
Hector filius Priami genuit Francionem. 196.52
Hedern. 604.24
Hedwiga filia ſororis Henrici Claudii Imp. fundat monaſteriū Schwabenheym. 682. in tab.
Heerſtal. 388.54
Hegilen. 492.50
Heido. 457.46
Heidenrich. 406.27
Heimo. 492.14
Heimo Præſul Conſtantienſis Eccleſiæ. 423. 52
Heinricus Auceps primus. 96.49
Heinricus Saganenſis Dux. 628.12
Heiō. 451.7
Helena Imperatrix à Conſtantino Magno filio ſepulta. 59.34
Helena Inuentrix S. Crucis. 618.24
Helena Conſtantini Magni Mater. 7.31
Heliäberg. 553.8
Helinandus. 108.46
Helinardus Archiepiſcopus Lugdunenſis. 113.53
Helinandus Frigidi Mōtis monachus. 201. 12
Helinardus in Papam poſtulatur. 113.30
Helmrihesſon. 487.50
Helmſwind. 447.11
Helmuuerdus X. Epiſcopus Mindenſis. 725.29
Helpfolf. 447.38
Heluetiorum Epiſcopatus primus Vindoniſſæ. 622.27
Hetuuiga mater Rodolphi Habſpurgici Cæſaris vxor Alberti prudentis. 664. in tab.
Heluuiga principis Saxoniæ filia. 682. in tab.
Hemmenhofen. 625.8
Hemmingeshus. 477.5
Hengistorf. 468.17
Hengistorph. 506.26
Hengisthorf. 503.1
Henoët. 308.15
Henricus Albanenſis Epiſcopus. 181.19
Henricus Albenſis Epiſcopus legatus Apoſtolicus. 193.46
Henricus Sanctæ Aſtanaſiæ Neapolitanus. 344.40
Henricus Auceps I. filius Ottonis Ducis Saxoniæ. 75.26
Henricus Baro de Brandis LVIII. Epiſcopus Conſtantienſis. 679.19
Henricus Cæſar Schiſma ſedando Schuuigerum Papam inſtituit. 665.11
Henricus Canonicus Auguſtæ. 676. in tab.
Henricus II. cognomento Magnanimus Dux Brabantiæ. 236.30
Henricus Cognomento Senior de progenie Caroli Magni Dux Brabantiæ & Lotharingiæ. 202.4
Henricus III. Cognomento Pacificus Dux Brabantiæ. 248.23
Henricus Comes à Schomberg LI. Epiſcopus Mindenſis. 733.29
Henricus Comes de Arnersberch fratrem ſuum in vincula coniecerat. 181.4
Henricus IV. Comes Louanienſis & Bruxellenſis. 133.4
Henricus Comes Lucenburgenſis. 257.42
Henricus VII. Comes Lucenburgenſis, electus in Romanorum & Alemaniæ Regem. 286.27
Henricus Comes Seyenſis. 225.8
Henricus Conſtantienſis Epiſcopus Princeps. 626.4
Henricus de Ezigelhelm. 751.6
Henricus de Haſſia. 301.34
Henricus de Haſſia. 321.41
Henricus de Kuck capitur. 214.20

Henri-

Henricus de Kuyck Dominus de Hoechſtratē. 310.12
Henricus de Lays Leodienſis Epiſcopus. 173. 41
Henricus de Oyda Sanctæ Theologiæ profeſſor. 321.40
Henricus de Paruuyß. 336.42
Henricus de Schrapelaw Comes. 751.2
Henricus de Vernenborch maior præpoſitus Colonienſis. 285.5
Henricus de Vigena vel Xigena in Epiſcopum promotus. 249.34
Henrico Domicello Adelheydis deſponſata fuit. 206.25
Henricus Dux Ardennæ. 217.14
Henricus Dux Baioariorum. 167.20
Henricus Dux Brunſwigenſis. 727.22
Henricus Dux & Archiepiſcopus Moguntiæ. 202.36
Henricus Dux in foueam lapſus trucidatur. 69.52
Henricus Dux in ſylua errans. 103. 17
Henricus Dux Sileſiæ occiditur. 223. 19
Henricus Epiſcopus Curienſis. 681. in tab.
Henricus II. XXVIII. Epiſcopus Mindenſis. 729.7
Henricus XXIV. Epiſcopus Mindenſis. 727.37
Henricus Epiſcopus pedem leuauerat in Capitulo Leodienſi. 243.43
Henricus filius Henrici Aquigrani coronatus. 109.16
Henricus frater Ludouici Regis Franciæ apud Claram vallem monachus effectus. 162.55
Henricus fundator ſanctimonialium Altorſii. 637. in tab.
Henricus Geldrienſis ab Epiſcopatu depoſitus. 262.17
Henricus Goldaſt vicarius. 680.4
Henricus hæreticus captus, & ad Papam Eugenium miſſus. 162.41
Henricus I. natus in domo Nobilium de Mulercken Archiepiſcopus Colonienſis. 229. 30
Henricus I. huius nominis Leodienſis Epiſcopus. 125.30
Henricus I. Treuirenſis Archiepiſcopus. 83 23.
Henricus II. huius nominis Iunior dictus Comes Louanienſis. 125.16
Henricus II. de Vnistraga Decanus Metenſis. 255.44
Henricus II. Imp. 423.17
Henricus III. Imperator. 106. 51. ſtrenuus bellator. ib. 53
Henricus III. Rex. 424.20
Henricus III. huius nominis Comes Louanienſis. 125.24
Henricus III. Ottonis Comitis Geldrenſis frater ſit Epiſcopus Leodienſis. 242. 47
Henricus IV. Imp. 109.38
Henricus IV. Imp. filius Henrici III. 116. 47
Henricus V. Imp. 143.41
Henricus V. Rex Romam tendit. 137. 8
Henricus VI. inter Reges. V. inter Imp. filius Fridericiprimi. 204.28
Henricus Imp. nudis pedibus, ſuper niuem & glaciem plurimis diebus ſtabat. 124. 16
Henricus Imperator huius nominis ſecundus Monachus fieri cupit. B. 96.19. vxorem ſuſpectam habuit de adulterio: ib. 25. veniam ab vxore poſtulat. ib. 26. obiit ib. 29. ſepelitur ib. 30.
Henricus Imp. Leodiū venit & domos euertiiuſſit. 205.54
Henricus Ingenuus de Klingenberg LI. Epiſcopus Conſtantienſis. 674.6
Henricus Iulius Dux Brunſwicenſis LVI. Epiſcopus Mindenſis. 733.43
Henricus Landgrauius fluxu ventris obiit. 242.43
Henricus Lanzoni Epiſcopus. 125.53
Henricus Montfortius Dominus in Tetnāg. 675. in tab.
Henricus Nobilis de Thannegkh. XLVII. Epiſcopus Conſtantienſis. 669.35
Henricus Paderbornenſis Epiſcopus. 750 53
Henricus Rex Angliæ. 178.38
Henricus Rex in Imperatorem fuit coronatus. 287.36
Henricus Rex, Friderici II. filius electus eſt in Regem Romanorum. 227.38
Henricus Rex Sclauos ſubiugauit. 439. 35
Henricus Rex Danorum ab Abel fratre ſuo in mari ſuffocatur. 247.12
Henricus Rex procinctum in Italia mouet. 111.33
Henricus Rex filius Chunradi Regis. 437.4

Henricus Senior eques auratus. 683.in tab.
Henricus Schoneueldt. 358.53
Henricus Warmensis Episcopus. 750.53.
Henricus XVI. Rex Hispaniæ obiit. 351.9
Henrici Zomerer scripta. 379.23
Henrici III. Imp. priuilegium. 734.52
Henrici III. vel Nigri Cæsaris Priuilegium. 737.13.
Henrici IV. priuilegium. 741.15
Henrici VI. Imperatoris priuilegium. 743 39.
Henrici plures fuerunt Reges quam Imperatores. 96.52
Heraclius Leodiensis Episcopus. 82.12
Herbach. 494.27
Herck. 339.45
Herdenborch. 325.45
Heresburg Castrum Saxonum Carolus Magnus capit. 40.7
Herembardus Episcopus Ostiensis. 201. 26
Heribertus post mortem Euergeri in Archiepiscopum Coloniensem est electus. 91. 46. ab imperatore annuli & baculi inuestituram accepit ib. 47. cum Imperatore in Italiam redit. ib. 49
Heribertus Mediolanensis Episcopus. 430. 29
Heribracht. 450.36
Herif. 501.6
Herifatorf. 402.26. 522.44
Herigolteshus. 553.8
Heritati. 472.50
Heriwing. 450.37
Hermannus Comes de Daburg. 974
Hermannus Comes de Stalick. 166. 27
Hermannus Comes Schombergensis LV. Episcopus Mindensis. 733.39
Hermannus Comes de Kuye. 153.2
Hermannus Contractus. 730.40
Hermannus de Lippia. 225.15
Hermannus de Hoern Traiectensis Episcopus. 174.26
Hermannus dux Alemannorum. 442 18
Hermannus Episcopus Coloniensis. 105. 47
Hermannus II. huius nominis I. inter Marchiones Badenses. 666.in tab.
Hermannus II. huius nominis XLIII. Episcopus Constantiensis. 666.1
Hermannus III. Dives cognomento appellatus. 132.20
Hermannus Marchio de Baden. 625.30
Hermannus Marchio simpliciter dict. 666. in tab.
Hermannus Montfortius Dominus in Bechach. 667.in tab.
Hermannus Nobilis de Arbona XL. Episcopus Constantiensis. 668.27
Hermannus Sigifrido successit. 602.48
Herodotus. 594.48
Herodhoh. 472.22
Herlunca quædam inclusa. 597.55
Hesinlar. 448.41.480.26
Hettilebars. 557.8
Hetzelo Dux Bauariæ. 423.35
Heuot. 343.55
Heydeotorum fautores. 33.6
Heydeotes quidam ciues Leodienses se appellarunt. 335.9
Heygerloch. 716.43
Heylwiga vxor Hermanni Comitis de Frechburg. 672.in tab.
Heylasius vel Heylechines. 262.26
Heym. 47.31
Heymo XXIX. Episcopus Constantiensis. 663.43.
Hiatus vulneris. 105.24
Hicing. 452.7
Hieron cum miraculis Egmundam translatus. 84.15
Hieronymus de ordine fratrum minorum. 270.28
Hieronymus de Praga. 321.43
Hieronymus Pragensis combustus. 354.48
Hilaria Cypri vxor. 593.39
Hilariæ frater Zozimas patruusq; Aphræ. 596.8
Hilera fluuius cadit in Danubium. 623. 44
Hildebertus Austrasiæ & Alemanniæ Rex. 621.29.
Hildebertus Cenomanensis Episcopus. 145.14
Hildebertus Francorum Rex. 621.26
Hildeboldus Archiepiscopus Colonien. 50.37
Hildebrandus. 107.20
Hildebrandus Abbas S. Pauli Traiectensis. 186.5
Hildebrandus monachus. 139.11
Hildebrandus prior Cluniacensis in Papam electus. 123.25
Hildegardis Caroli Magni vxor. 39.49
Hildegerus Nanus Colonienſis Archiepiscopus. 35.33
Hildericus Rex Francorum. 33.48
Hildius Auernensis Ecclesiæ sacerdos. 20.37
Hildolphus Archiepiscopus Coloniensis. 126. 25

Hildolphus Episcopus Treuirensis. 39.11
Hilduinus Abbas S. Dionysii. 53.15
Hilla Comitis à Pfird filia. 672. *in tab.*
Hillinus Treuirorum Archiepiscopus. 174. 45.
Hiltiburg. 446.37
Hiltrum. 452.5
Hiltrūn. 450.4
Himmineſtat. 480.37
Hinadanches. 454.51
Hintzo de Lipa. 751.4
Hiſpanica. 261
Hircarius Episcopus Leodienſis. 57.4
Hirutzfeld. 445.32
His maximum periculum, qui maxime timent. 418.23
Hiſtoria S. Audumari & Friulfi genitoris ſui. 619.45
Hiſtriale ſpeculum ſcripſit. 241.52
Hiſtiria. 44.36
Hlurunga. 520.1
Hlutahu. 461.44
Hnutilinga. *ibid.*7
Hnutilingen. 447.1
Hnutilinger. 450.54.461.19
Hnutilingon. 456.37
Hoerndenborh. 302.8
Hohheym. 487.29
Hoichtwonde. 247.55
Hoitine⁀. 522.46
Hollandica. 73.91.106.112. 120.133.152. 206.227.237.252.270.278.281.298. 303.307.310.322.340.343.361.375
Holenbaches. 497.45
Holta. 414.7
Homagium à vaſallis accepit Wilhelmus Palatinus. 361.46
Homines multi in phreneſin inciderunt. 613. 35.
Honorius II. Papa prius Lambertus Episcopus Oſtienſis. 154.30
Honorius IV. Papa. 227.9.262.55
Honorius Papa III. *coronauit Fridericum II. in Papam.* 221.30
Honroden. 724.45
Horna. 624.27
Horion. 5.43
Hormiſda martyr. 123.2
Horſt. 186.16.294.31
Hoſtia Iudæo à muliere Pariſienſi datur. 268. 40.
Hoto. 460.27.
Hoye fratres Minores transferuntur. 240. 35.
Hoyen. 335.23
Hoyenſe caſtrum, 112.35
Hoyſtacten vel Hoenſtaden. 238.18
Houx. 304.9
Houxenſes vel Hoerrenſes vel Hoerzenſes. 361.48.53.
Hraban. 460.11
Hramwolf. 446.26
Hrannunger. 449.50
Hreitolf. *ibid.*18.
Hruadbirin. 450.46
Hruadflat. 447.11
Hruadgart. 446.*ibid.*
Hruadhart. *ibid.*9
Hruadhild. 450.5
Hruadmunt. *ibid.*5
Hramnumg. 482.10
Hrannung. 448.47
Hruadparathes. 446.43
Hruadperaht. 449.44
Hruadris. 446.9
Hruadroh. 450.3
Hruadwart. *ibid.*3
Hubertus Abbas & Dux pro repudio ſororis contra Lotharium conſurgit: 62.34
Hubertus Cardinalis Episcopus Syluiæ candidæ apocriſarius. 114.14
Hubertus filius Ducis Bertrandi Episcopus Leodicenſis. 29.44
Hueſden. 214.25
Hueſden. 308.11
Hugbaldus moritur ſine herede⁀. 664. *in tab.*
Hugo Abbas Cluniacenſis. 105.37
Hugobaldus Comes de Winslingen factus Comes Dillingen. 664. *in tab.*
Hugo archidiaconus nepos Præpoſiti, frater Roberti de Petraponte Domini. 208.25
Hugo Præmonſtratenſis Canonicus. 147.36
Hugo Biſuntinenſis Archiepiſcopus. 173
Hugo Cathalanenſis compilauit decreta Apoſtolica. 145.9
Hugo Caputius vel Capet regnum Galliæ obtinuit. 81.35
Hugo Comes de Montphort. 402.28
Hugo Comes Montfortius in Taſters. 675. *in tab.*
Hugo II. Comes Montfortius in Rotefels & Langenargen. 676. *in tab.*
Hugo Comes Rhetorum. 647. *in tab.*
Hugo de Paganis. 154.42
Hugo de Petroponte fit Leodienſis Epiſcopus. 214.46
Hugo dictus de S. Victore & de Regis Franciæ autoritate⁀. 147.30
Hugo Dominus multorū prædiorum & feu-

dorum in Brisgoia. 666.in tab.
Hugo I. Episcopus Leodiensis. 79.40
Hugo Episcopus Leodiensis 203.23
Hugo Episcopus Lingonensis depositus 113. 54
Hugo Ferreus. 219.51
Hugo Grannopolitanus Episcopus. 124.55
Hugo II. Montfortius Comes in Pregentz 675.in tab.
Hugo Hostiensis Episcopus summus factus Pontifex. 227.35
Hugo Magnus Dux Francorum moritur 81. 32
Hugo magnus frater Philippi Regis Franciæ. 129.47.
Hugo Magister ordinis Ioannitici per Germaniam. 675.in tab.
Hugo Montfortius in Pregentz 675. in tab.
Hugo Palatinus à Tubingen Hugonis filius 649.in tab.
Hugo III. qui scripsit historiam Eccleasticam. 147.37
Hugo Rex Francorum dictus 92.54 Eleemosinis adeo deditus erat. 93.15. regnum honestauit ædificiis & Ecclesiis sanctis. ib. 22. religiosus erat. ib.24.
Hugwaldus Comes in Dillingen. 664. in tab.
Hulckenrade castrum. 285.29
Huldrada Regina Francorum 621.67
Humbertus Comes de Lentzenburg 625. 31
Humerum integrum sanctæ Hilariæ. 612. 40
Hugertus Comes. 438.52
Humfridus Dux Glouncestriæ venit in Hannoniam. 364.
Hungari ensem S. Vdalrici ostendunt. 600 26
Hungardis villa dicta. 97.40
Hungarica. 70
Hungeres. 446.44
Hungerus Traiectensis Episcopus. 61.34
Hunni omnia vsque ad Alsatiam vastarunt. 600.24
Hunolt. 451.8
Hunperatheshusen. 522.26
Hunzcesfeld. 477.50
Husen. 624.45
Huten. 581.10
Hyacintus Cardinalis S. Mariæ. 207.28
Hyemillenua. 276.23
Hyems dura & longa. 36514
Hyems valida vt fata radicitus congelarint. 233.9
Hyraldus Nussensium Princeps. 414.10

I.

Iacob Crafft miles & legatus. 402.32
Iacobus Archiepiscopus Treuirensis. 316.15
Iacobus Cardinalis Episcopus Portuensis. 292. 32
Iacobus comes Montfortius. 677.in tab.
Iacoba Comitissa Hollandiæ. 375.18
Iacobus de Antishoern Archiepiscopus Traiectensis. 395.13
Iacobus de Columba restituitur à Papa in sua bona. 280.33
Iacobus de Guesbeech. 375.11
Iacobus de Hoern. 380.26
Iacobus de Iulia. 315.15
Iacobus de Sabello. 267.55
Iacobus de Trecis Episcopus Virdunensis. 254. 41.
Iacobus de Vitriaco. 176.14
Iacobus de Vitriaco Episcopus Acconensis Romæ obiit. 240.24
Iacobus monachus Missam celebrans vidit lumen ardens in nebula. 221.51
Iacobus Prænestinus Episcopus. 240.2
Iacobus Rex Aragonum. 259.52
Iacoba filia Wilhelmi ducis Bauariæ. 360. 6.
Iacoba filia Wilhelmi Ducis Bauariæ. 340. 8.
Iacoba Principissa vidua Delphini Regis Franciæ ad paternos comitatus venit. 361. 45
Ianna Ducissa Brabantiæ vidua Ducis Wenzeslai. 331.10
Ianuario niues cecidere. 335
Iaring. 449.17
Ibor Dux Wznilorum. 10.52
Ida filia Cunonis Comitis de Oeningen ex Matre Richlinda filia Ottonis Magni Imp. 637.in tab.
Ida filia Matthæi Comitis Flandriæ. 666. in tab.
Ida vxor Adalberti III. Habspurgici. 647.in tab.
Ierusalem capta. 131.55
Ierusalem ciuitas multis & grauibus miseriis oppressa. 128.32
Ieroselymitana. 129
Iesius Metensis Archiepiscopos. 8.22
Ignis nobilis volat. 611.32
Ignis plaga mirabiliter multa loca peruadit. 147.22
Iheruſalem capta est à Sarracenis 181.19
Ihro. 504.10

Ilatz. 635.52
Ildeboch Longobardorum Rex. 113
Illidius Auernenſis Eccleſiæ ſacerdos. 20.37
Imà. 447.38
Imago Dei genetricis in ſomno apparet B. Gebhardo. 651.29
Immonis. 473.54
Imperatia 5.29.87.78.95.152.204.218. 219.227.235.242.243.242.261.265. 278.286.290.304.326.342.356.
Imperator quomodo deceptus fuerit oſſis Bartholomæi. 87.528
Imperator tanquam ſtrator Papæ equum freno ducit. 306.30
Imperatores omnes quadruplici corona coronantur. 286.50
Imperatrix Margareta magno apparatu in Hollandiam deſcendit. 303.48
Inchoatio Eccleſiæ nouæ & inuentio reliquiarum. 609.40
Infantuli baptizantur mortui. 114.24
Infantum expeditio ſatis miraculoſe facta. 219.44
Infans cum duobus capitibus, tribus brachiis natus. 181.11
Infantus ſine collo natus. 148.7
Innocentii corpus in Saxoniam translatum. 59.38
Innocentius II. Papa Leodium venit. 156. 47
Innocentius III. Papa concilium celebrat. 216.53
Innocentius II. Papa. 157.25
Innocentius III. Papa. 211.41
Innocentius IV. Ianuenſis natione eligitur in Papam. 241.28
Innocentius V. Papa. 262.37
Innocentius VI. Papa. 308.18
Innocentius VI. Papa Coſmarus dictus. 344. 51.
Inten. 492.53
Inundatio aquarum. 334.48
Ioachim ſcriptor nouus Abbas quondam. 210. 22.
Ioannes Agnus Tungrenſis Epiſcopus. 22.53
Ioannes Archiepiſcopus Treuirenſis. 316. 15
Ioannes baro liber ab Hoewen 681 in tab.
Ioannes Belech floruit. 196.34
Iohannes Berger 680.6
Ioannes Buritanus. 293.26
Ioannes Canonicus argentinenſis. 796. in tab.
Ioanna Caroli comitis Valeſii filia. 281.26
Ioannes comes Bleſenſis. 311.20
Ioannes comes Cliuenſis. 311.21
Ioannes Comes de Zelandia. 279.40
Ioannes comes Hannonienſis Hollandiæ comes effectus 278.48
Iouis cultura damnatur. 3.30
Ioannes de Angyns vel Anginiis Epiſcopus Leodienſis. 261.49
Ioannis de Arckel. 282.29
Ioannes de Arckel Epiſcopus Traiectanſis. 299.18
Ioannes de Arckel Epiſcopus Leodienſis. 314. 47.
Ioannes de Barro ſtrenuus miles. 281.6
Iohannes de Bauaria Alberti Ducis filius in Leodienſem Epiſcopum electus 334.18.
Ioannes de Bauaria tutor Iacobæ. 361.51
Ioannes de Bauaria verſus Franciam, Angliam & Alemaniã proficiſcitur. 337. 44
Ioannes de Becka. 29.27
Ioannes de Capiſtrano 377.8
Ioannes de Bronchorſt. 295.36
Ioannes de Buron Præpoſitus Aquenſis. 369. 26
Ioannes de Coerweruna decapitatus. 337.41
Ioannes de Criuellis. 106.55
Ioannes de Crinellis. 237.50
Ioannes de Deyſt conſecratus. 295.34
Ioannes de Eppa. 239.33
Ioannes de Eppa electus in Epiſcopum Leodienſem. 234.33
Ioannes de Francia. 212.2
Ioannes de Gibtlingen. 614.21
Ioannes de Gildlingen Abbas. 589
Ioannes de Giltlingen. 609.23
Ioannes de Heynsberg. 383.47
Ioannes de Heynsberg Epiſcopus Leodienſis 367.9
Iohannes de Ruyck Dominus de Hoechſtaten 310.12
Ioannes de Laterano Eccleſia Romæ combuſta. 284.19
Ioannes de Landenberg cuſtos. 680.4
Ioannes de Ligneus. 293.25
Ioannes de Loſs filius Domini de Heynsberg & Leuenberg. 366
Ioannes de Muris. 293.26
Iohannes de Randech. 680.7
Ioannes de Reneſſi occupauit Traiectenſem ciuitatem. 370.10.
Iohannes de Roſenberg. 628.14
Ioannes de Rupeſciſſa de ordine minorum 308.30
Ioannes de Ruysbrock. 332.27
Iohannes de ſancto Martino decapitatus. 337.41

Iohannes de saspach. 680.6
Ioannes de Saxonia. 293.26
Ioannes de Schvvartz miles. 679.3
Iohannes de Steyneck. 680.12
Iaannes de temporbius moritur. 162.52
Ioannes de Vernenborch Archiepiscopus Colonienſis. 312.30
Ioannes de Vernenborch captus. 315.39
Ioannes de Vischach Abbas. 606.33
Ioannes de Vliet veneno interfectus. 340.27
Ioannes de Walrentade. 365.33
Ioannes de Werdenberg. 603.21.
Ioannes de Wylde. 397.28
Ioannes de Yuemot miles. 338.33
Ioannes de Ziert. 265.36
Ioannes de Ziert Traiectẽſis Epiſcopus. 270. 51
Ioannes Dominus de Arckel. 294.20
Ioannes Domicellus obiit. 277.17
Ioannes I. de Assouwen Traiectenſis Epiſcopus. 265.25
Ioannes dux Burgundiæ occiditur. 330. 53
Ioannes II. huius nominis XI Epiſcopus Cõſtantienſis. 630.5
Ioannes II. in Huſenbergk. 673. in tab.
Ioannes III. huius nominis XV. Epiſcopus conſtantienſis. 631.22
Ioannes III. Dux Brabantiæ. 289.45
Ioannes III. filius Guidonis Comitis Flandriæ Epiſcopus Leodienſis. 269.50
Ioannes IV. inter Duces Lotharingiæ & Brabantiæ. 360.1
Ioannes. VI. Epiſcopus Conſtantienſis. 629. 74
Ioannes XXII. de laturco ciuitate oriundus electus in ſummum Pontificem 292.22
Ioannes XXXI. Epiſcopus Mindenſis. 729.45
Ioannes Epiſcopus Cameracenſis. 279.46
Ioannes Epiſcopus de Aerckelsteyn. 302.12
Ioannes Epiſcopus de Italia profugus. 98.9. bonus pictor. ib.
Ioannes Epiſcopus Monaſterium Bellireditus incæpit. 235.18
Ioannes Gaietanus vide Gelaſius.
Ioannes Gerſon. 321.46
Ioannes baytanus. 263.39
Ioannes Henrici Regis Romanorum filius accepit Eliſabeth in vxorem Wẽceslai Bohemiæ Regis filiam. 284.22
Ioannes Henrici Regis Cancellarius in Archiepiſcopum Treuirenſem electus. 204.14
Iohannes Hohenmeister in Ebersberg. 606.54
Ioannes Huſs. 321.45
Ioannes Huſs. & Hieronymus per concilium Conſtantienſe citati. 354.47
Ioannes Huſs. Hæreſiarcha. 329.36
Ioannes Imperator Conſtantinopolitanus Alexii Imp. filius. 160.26
Ioannes iudex imperialis Cameræ Spirenſis. 676. in tab.
Ioannes Kiſsinger Abbas in Ottenbeuuern. 606.45
Ioannes Laugunger de Wert Abbas. 606. 40
Ioannes Lautiger de Wert. Abbas. 606. 40
Ioannes Lenthomiſchlenſis ſacræ imperialis aulæ Cancellarius. 628.9
Ioannes Mandeuil Medicinæ Doctor. 293. 28
Ioannes Marchio Brandenburgenſis. 326.39
Ioannes Montfortius Comes in Pregentz. 675. in tab.
Ioannes Marchio Morauiæ electus in Regem Rom. 356.3
Ioannes Nider. 342.50
Ioannes Nyder. 369.19
Ioannes nobilis de Windlaw LVI. Epiſcopus Conſtantienſis. 678.47
Ioannes Olomuccenſis Archiepiſcopus. 628. 8
Ioannes VII. Papa. 67.13
Ioannes XIII. Papa. 84.45
Ioannes XXI. Papa. 263.11
Ioannes Papa & Rex Siciliæ Ladislaus mutuo ſeconturbant. 352.15
Ioannes Papa citatur ad concilium & condemnatur. 452.47
Ioannes Parmacenſis Epiſcopus. 259.31
Ioannes Portugaliæ Rex conſilio mercatoris mutat ſententiam. 351.13
Iohannes Rex Portugaliæ. 344.26
Ioannes Romanæ Eccleſiæ cancellarius. 148. 48
Ioannes Ruysbroech. 321.38
Ioannes Salesbergenſis. 184.35
Iohannes ſamnegkh. 608.7
Ioannes ſcotus claruit. 67.6
Ioannes Speth. 401.40
Ioannes ſtabulaus monachus. 357.39
Ioannes Vlyder S. Theologiæ Doctor. 329. 38
Ioannes Wickleff. 354.33
Ioannes Wickeleef. 329.41
Ioannes Wyckeleyff. 321.42
S. Ioannis Baptiſtæ caput. 353.7
Iohanna Duciſſa Auſtriæ. 322.41
Ioanna Duciſſa Brabantiæ. 309.8

Ioanna Regina Bohemiæ 322.36
Ioanna virgo in Francia prophetico Spiritu 368.44
Ioanna Walrami Comitis Ligniaci filia 350 45
Iodocus de Hohenzolleren. 402.28
Iodocus de Rosenberg. 628.14
Iodocus filius Philippi Comitis Cadralesii. 368 27.
Ioppilia. 24.32
Iordanus Episcopus. 329.2
M. Iordanus Pastor & Rector ordinis Prædicatorum obiit. 232.54
Iostius Tyrensis Archiepiscopus. 177.36
Iouianus martyr. 123.3
Irenes Imperatrix sola regnat 50.7
Iring. 449.47
Iring. 451.19
Iris apparuit in cœlo. 63.36
Irmengarda Gisetberti Comitis Lucenburgensis filia. 637.in tab.
Irmentruda inchoat primo fundationem Monasterii Altorfensis. 637.in tab.
Irminotfes. 452.1
Irminperaht. 449.47
Isabella Abbatissa prope Goch. 282.26
Isabella comitis de Derby filia 368.23
Isanesheim. 448.48
Isanhus. 448.40
Isela. 47.30
Iselmunda. 120.55
Iselsteyn. 282.32
Isidoruscompilauit decreta Apostolica. 145. 9
Ita Lotharingica Friderici ad Mosellam Ducis filia 671.in tab.
Iter Regis Conradi 129.43
Itha vxor Rudolfi à Tyrsteyn. 671 in tab.
Iubilæus annus. 322.6
Iubilæus annus per Clementem Papam ordinatus in Roma 304.48
Iuchisa. 546.48
Iudæi decem millia florenorum Carolo Regi pro Steuurra dant. 613.29
Iudæi duo in Hispania Prophetæ dicebantur 261.11.
Iudæi multi baptizati. 98.55.99.1
Iudæus hostiam in vrna coquit. 268.50
Iudeus in Toleto Hispaniæ librum folia quasi lignea habentem inuenit. 223.37
Iudæus nigromanticus. 94.34
Iudaica porta aperta. 418.11
Iuditha ditissima & potentissima fundatrix noui Monasterii Hirsgauensis. 666. in tab.
Iuditha vxor Ludouici. I. pii Imp. filii Caroli Magni 637.in tab.6
Iuhhusen. 555.53
Iuliacum terræ motu corruit. 301.7
Iuliacensia. 238
Iulius Cæsar 48.47
Iulianus Cæsarinus Cardinalis 377.18
Iulianus Cæsarinus Cardinalis in Germaniam missus. 356.47
Iulianus Cardinalis Episcopus Tusculanus 263.15
Iulianus alter. 60.11
Iungarati. 472.49
Iungarati. 473.51
Iunonis Cultura damnatur. 3.30
Iuo Brito Doctor Iuris. 301.35
Iuo Carnutensis Episcopus obiit. 145.6
Iustinus martyr. 123.2
Iustinianus de exilio fugiens ad Caianum Regem. 29.37
Iuuanium in Bauaria. 44.11
Iuuenis historio. 108.53
Iuzen. 492.50
Iuzenheym. 479.15
Iuuerin interfectus. 437.48
Izzentheym. 522.46

K.

KAmarcella. 581.19
Karagoltesbach. 471.1
Karlesteyn. 328.11
Kattenhorn. 625.7
Kayserstul. 674.30
Kazrhono. 495.5
Kazahon. 496.31
Kebehardus Radesbonensis Episcopus 424.3
Kedelenberg. 494.36
Kempen castrum. 406.51
Kempene castrum. 296.20
Kencet. 361.15
Kenot vel Keuot. 361.40
Kerbirga filia Conradi. 428.37
Kerce in sylua vngarica apparuit Dæmonum ludificatio. 222.39
Kerpene. 266.54
Keuemari. 254.18
Keuemaria. 252.43
Keysersuuerda. 29.7
Keysersuuerde. 365.5.
Kinchem. 65.11
Kindibrunnen. 494.30
Kinemaria. 206.53
Kinziga. 474.35
Kizizcher. 468.4
Kizicha. 489.50

Kizzehero. 455.28
Knynre. 342.10.
Kolbendorf. 578.49
Kouordiæ Caſtellum. 225.24
Kriſtan comitatus. 569.49
Kriſtiani Comitis traditio bonorum. 574.19
Kubuc. 358.30
Kunigunda filia Comitis ab Heyligenberg. 676. *in tab.*
Kunigunda filia Donati à Togkenburg. 675. *in tab.*
Kunigunda vxor Ioannis domini à Schwartzenburg. 682. *in tab.*
Kyuemaria. 61.53

L.

Ladislaus Apuliæ Rex ſuſcitauit Romanos vt contra Pontificem arma ſumerent 344.53
Ladislaus Rex Siciliæ & Neopolitanus. 346. 24
Lamgenach. 492.10
Lama. 13.17
Lambertus Comes Louanienſis. 97.41
Lãbertus cũ Barba Louanienſis Comes. 161.9
Lambertus confeſſor Chriſti Epiſcopus Tungrenſis. 25.34
Lambertus XXVII. *Epiſcopus Conſtantienſis.* 663.1
Lambertus occubuit. 97.11
Lambertus vide Honoricus II. *Papa.*
Lamberti cænobium fundatum. 215.3
Lamberto ſuperhumerale miſit. 111.8
Lamentabile bellum. 304.28
Lamentabilis caſus Eccleſiæ. 611.14
Lamiſſio. 13.17
Lamiſſus Rex Longobardorum. 11.1
Lancea qua Chriſtus perforatus fuit oſtenſa. 130.26
Lancea, qua latus Dn. noſtri Ieſu Chriſti fuit apertum in ciuitatem Pragenſem translata. 304.40
Landen. 203.3
Landolphus Sagax. 47.13
Landolus Darnienſis Archiepiſcopus 671. *in tab.*
Langentorpf. 454.19
Lanfagjus regulus de Græcia. 197.50
Lantuuiz. 449.39
Lantuuardus XI. *Epiſcopus Mindenſis.* 725.35
Laodicea capta. 130.21
Lapis fundamentalis turris S. Martini primus poſitus. 282.10
Lapides ad quantitatem ouorum cum pluuia de cælo ceciderunt. 198.39
Lapides variis inſcriptionibus inuẽti. 344.27
Lapideus pons Leodii inchoatus. 367.6
Lapion. 234.48
Larboroh. 241.20
Largionis Aphri caput. 612.46
Latinus de Vrſinis miles nobilis 318.38
Lauden. 323.41
Laudo Epiſcopus III. *Vindunenſis.* 628.49
Lauffen. 640.29
B. Laurentius, martyr. 108.8
Leantter tres martyres. 123.2
Lebuinus confeſſor egregius. 104.51
Lechen Rex Longobardorum. 11.3
Lechennych. 285.37
Lechfeld. 596.54
Lecka. 225.11
Leckain. 47.30
Leenuuys. 203.3
Legati Rodolphi regis Burgundiæ. 433.16
Legatus Apoſtolicæ ſedis. 611.26
Legenuuiler. 624.1
Legislatores armata manu ad conſilium venerunt. 305.31
Leggi. 492.18
Leidrat. 447.10
Leidrates 447.46
Leidrato. 449.45
Leneren Monaſterium fundatur. 727.32
Leobbirin. 450.45
Leodienſes & Hoyenſes Othey caparuerunt. 338.16
Leodiẽſia 32.35.39.47.50.56.74.76.79. 81.82.85.97.100.101.102.105.109. 112.125.133.150.153.156.161.173. 191.193.205.208.214.234.238.242. 261.275.278.279.288.302.323.332. 334.365.383
Leoduphus Dux Saxonum Innocentii corpus in Saxoniam tranſtulit. 59.37
Leonhardus Brunus Ariſtotelis Ethicorum libros latinos fecit. 357.27
Leonini. 137.23
Leonidæ oſſa. 612.42
Leo IV. *Imp. cognomento Cararus.* 46.51
Leo IV. *Papa.* 60.22
Leo VIII. *Papa.* 84.10
Leo III. *Papa.* 49.9
Leo Papa ad Carolum Imp. in Franciam venit. 43.32
Leo Papa Beneuetum fugere compellitur. 114.7
Leo Papa Gallias veniens, vt motus ſedaret. 111.11
Leo Papa magnam calamitatẽ incurrit. 114.2
Leo Philoſophus. 379.35
Leonis Archiepiſcopi ſcripta. 114.38

Leſter Regis Ruſsiæ frater ſuper Wiſelam fluuium percutitur. 210.52
Lewinus Anglus. 27.40
Lex tabularia. 541.16
Leydenſe oppidum obſeſſum. 363.45
S. Liberii corpus Paderbornenſem in Eccleſiam delatum. 724.14
Libri Auguſtanorum. 592.18
Libolf. 446.9
Libun. 454.50
Lichtolfes. 489.19
Lichtolfesbach. 485.14
Lietvvinus. 581.5
Lietberto Theoduinus Eccleſiam à fundamento ædificauit 112.40
Ligamenta ferrea. 610.22
Lileum aureum. 402.3
Limago. 621.4
Lindemagus ex lacu Tigurino. 622.26
Lindolphus Treuirenſis Epiſcopus ſucceſsit Egberto. 90.33
Liobuuini. 471.40
Liperinum vel Ligerinum. 346.30
Lipfridus comes potens Dominus in Wintherthur. 647. in tab.
Luttici vel Lintizi. 339.40
Liubila. 40.48
Liuta. 450.4
Lobeth. 224.51
Lobis. 21.50
Locatio primi lapidis & miracula. 630.30
Locuſtæ magna prata depaſcebant ad radices. 291.54
Locuſtæ Galliam depopulantur. 63.2
Locuſtarum infinitus numerus in Africa Cyprogue apparuit. 305.12
Lombardius exercitus. 412.25
Longicollus Hannonienſis comes. 97.36
Longitudo Caroli Magni. 41.35
Longobardia. 137.21
Longobardica. 38
Lothar ducatus. 351.4
Lotharingia, duo Ducatus. 101.22
Lotharingiæ ducat⁹ Datur Carolo fratri Lotharii Regis. 83.54
Lottaringiæ Ducatus ſegregatur à Duce Brabantiæ. 97.22
Lotharingica 83.96.101.110.123.143.167. 168
Lotharius abſtulit comitatus de Oeſtergen & Weſtergen. 152.54
Lotharius Bonnenſis Præpoſitus canonicè electus. 205.25
Lotharius Diaconus Cardinalis ad titulum SS. Sergi & Bachi. 211.44
Lotharius Dux Saxoniæ. II. Imp. 155. 47
Lotharius filius Lotharii Imperatoris 58.49
Lotharius Galliæ Rex Ludouici filius. 81. 26
Lotharius Imp. Ludouici Pii filius. 57. 38
Lotharius Leodium venit. 205.51
Lotharius patrem ſuum Imp. comprehendit. 53.46
Lotharius Rex Lotharingiæ Romam ad Adrianū Papam ſe excuſandū vadit 62.37
Lotharium Alemaniæ Regem cum Regina corona Innocentius Papa. 156.50
Louanienſis ducatus. 87.27
Louanii ſtudium vniuerſale inſtitutum. 360. 23.
Loxana. 8.48
Lubbecke pagus ſit oppidum. 730.31
Lubbecke Mindinenſi Eccleſiæ donatum. 523 37
Lubentius ſuper fluuium qui Loxana dicitur ædificauit Eccleſiam. 8.48
Lubbertus Regalis Abbas Egmūdenſis. 246. 6
Luchiſon. 495.5
Lucius II. Papa. 168.43
Lucius III. Papa. 201.24
Lucius Rex Britanniæ. 593
Lucius Rex Britanniæ. 5.12
Ludarius vel Luitharius VIII. Epiſcopus Mindenſis. 725.6
Ludgerus Traiectenſis Epiſcopus. 61.5
Ludnikircka monaſterium. 371.19
Ludolphus Carthuſienſis prior Argentinenſis. 293.37
Ludouicus Aquis in Regem coronatur. 289. 37
Ludouicus Arelatenſis Epiſcopus. 377.5
Ludouicus Bauarus de equo cecidit & fracta ceruice exſpirauit. 292.11
Ludouicus Comes Leſſenſis. 206.26
Ludouicus Comes Flandriæ grauia bella mouit. 309.14
Ludouicus Dux Aurelianēſis occiſus. 330.50
Ludouicus Dux Heydelbergenſis. 356.10
Ludouicus Dux Bauariæ. 402.25
Ludovvicus de Loen ab Hoſtena. 207.17
Ludouicus de Borbonia. 367.31
Ludouicus de Borbonia Epiſcopus Leodienſis 387.26
Ludouicus filius Ottonis de Lutzenberg. XXIX. Epiſcopus Mindenſis. 731.7
Ludouicus filius Arnulphi Imp. 73.15
Ludouicus II. cognomōto Balbus filius Caroli

Calui. 69.20
Ludouicus VIII. regnare cœpit in Francia. 227.49
Ludouicus Imp. Lotharii Imp. filius. 58. 48.
Ludouicus Iunior Imp. Lotharii Imp. filius. 62.10
Ludouicus Pius Imp. Caroli Magni filius. 51. 37
Ludouicus Pius Ludouico Germanorum Regi in somnis apparuit. 63.17
Ludowicus Rex Francorum pro spinea Domini corona dedit decem millia librarum 234.17
Ludouicus Rex Francorum Wisigothorum Regem debellauit. 18.8
Ludouicus Rex Calliæ Garoli Simplicis filius 77.46
Ludouicus Rex in Græcorum naues incurrit. 172.21
Ludouicus Rex Romanorum præter Pontificis voluntatẽ à Sciarra coronatus. 291.17
Ludouicus Rex XIV. Duces Bohemorum baptizari fecit. 58.13
Ludouicus vltimus de stirpe Caroli Magni vno anno in Francia regnauit. 89. 49. B. Aquas tumulatus in Ecclesia S. Cornelii.
Ludouicum Imp. à suis desertus & proditus 53.44
Ludouico Comiti Palatino Ioannes Papa ad custodiendum traditur. 353.45
Ludwici Bauari Imp. priuilegium germanicum. 753.30
Ludvvidis Virgo deuota Deo. 371.43
Lugdunum capit Otto Rex. 78.9.
Lugubri. 416.46
Luitbrandus Longobardorum Rex. 32.13
Luithbrandus Diaconus Ticinensis. 84.31
Luitfrid. 446.10.
Luitgarda Eberhardi filia 671 in tab.
Luitgardis requieuit in Christo. 90.19.
Luitgardis filia Ducis de Saltzẽbach 167.47
Luitolfus Episcopus Augustensis Romam adiit. 600.54
Luithvvinus Archiepiscopus Treuirensis. 26 39
Lullubach. 533.9
Lulzifeld. 451.30
Lumen ardens in nebula visum. 221.53
Lumen croceum cum maximo fœtore. 222. 20.
Luna deficit hora noctis 2.521
Luna & sol bis defecerunt. 44.17
Luna in plenilunio in sanguinem vertitur. 95.4.
Luna tota nigra effecta. 116.34
Luneburg. 3515
Lupoldus comes accusattur. 1032
Lupus Episcopus. 15.28
Lupus venenatus ac insanus XII. homines morsu suo infecit, 147.48
Lupi infantes asportarunt. 215.36
Lutburg. 442.23
Lutter. 452.19
Lutgardis de Tingris pia virgo obiit. 241. 8
Luthfredus Comes Zaringensis. 668. in tab.
Luthgerus Friso Episcopus Monasteriensis obiit. 43.20
Luthenrieth. 624.3
Lutetia à lutositate dicta. 197.3
Luttura. 497.33
Lutzelhaim. 624.32
Luypo monachus. 125.52
Luzzelahha. 497.52
Lvvitolfus Austriæ inclytus Dux à suis cum suo in suo propter suos à Suitẽsibus fuit bello interfectus. 613.36
Lyenden. 294.10
Lyffvvinus apud Andenzeel obiit. 38.24
Lymburgenses quare non Comites sed Duces vocitentur. 148.32
Lyens. 314.28
Lyens oppidum. 285.36

M.

Macelinus vel Marcellinus Wirtcburgensis Episcopus. 423.47
Machesbach. 506.26
Machometus Amiras Sarracenorũ deceptor. 25.27
Machilda filia Conradi Regis. 425.13
Machtildis de Zapion Scotiæ Regis filia obiit. 221.41
Machthildis Marchisa terram suam rexit. 123.17
Machthildis Marchisa præpotens in Italia. 128.11.
Machometi sepulcrum ignoto igne crematum. 255.53
Machtolfeshus. 471.20
Machtolfestius. 470.34
Madalhaim. 446.31
Madelberga Waldetrudis filia. 22.8
Madibach. 531.33
Magdalena comitis Otingensis filia. 676. in tab.
Magistri duo ordinis quondam templi combusti. 284.36

Magia Alberti Ratisponensis Episcopi. 246. 24
Magna felicitas mundo regnare. 427. 51.
Magin. 449.36
Maguntia magnum terræmotum. 117. 44
Incendio magna ex parte conflagrauit. ibid. 47
Maguntiæ generalis synodus celebratur. 112. 33
Malachias Archiepiscopus clarebat in Hybernia. 158.54
Malantz. 635.52
Malignus spiritus indicium dedit. 62.17
Mammelini vexillum & lanceæ Romam mittitur. 220.29
Mammelinus Rex Sarracenorum. 220.22
Manegoldus Baro de Brandis LIX. Episcopus Constantiensis. 650.1
Manegoldus Comes. 437.32
Manegoldus Comes Nellenbergicus. 682. in tab.
Manegoldus Episcopus Augustensis. 605.52
Manfredus Friderici Imp. ex concubina matre filius Siciliæ regnum obtinuit. 236.2
Mangoldus Comes de Kyburg, Dominus in Werden. 664. in tab.
Mannheym. 353.46
Manno Augustensis Episcopus. 597.36
Manolt. 471.50
Mansuetus Treuirorum Archiepiscopus. 4. 15
Manuel Ioannis Iug filius ad Regnum sublimatus. 160.34
Marahesfeldum. 505.1
Marcellinus Presbyter. 27.41
Marcellus Tungrensis Episcopus. 5.9
Macellum ædificatur iuxta forum. 613 43
Marchamyrus filius Regis Siciliæ Priami. 197. 8.
Marchereshusen. 506.3
Marchles. 538.21
Marckback. 497.36
Marcomirus Priami filius. 12.34
Marcomirum Ducis Pharamundum sibi Regem ordinant Franci. 14.8
Marcus Marchio de Baden. 387.8
Marcus Treuirorum Pontifex. 4.17
Mare eousque intumuit, vt submerserit quinque millia hominum. 291.14
Marcesfeld. 495.23
Mare terminos suos egressum multa millia hominum submersit. 180.53
Maria Comitissa de Vienna. 234.50
Maria de Harencuria. 311.24
Matia de Oegines. 215.27
Maria Ducissa Geldriæ. 332.36
Maria Ducissa Iuliacensis. 322.45
Mariæ in Aqua Abbatia. 624.20
Mariæ Magdalenæ corpus inuentum. 264. 13
Maria filia Ducis Brabantiæ sub specie viri peregrini Coloniam abit. 220.38
Maria Iohannis Ducis Lotharingiæ filia. 311.2
Maria filia Ducis Henrici. 203.15
Maria mater Domini cum Horiberto locuta.
Maria Philippi Regis Romanorum filia 236. 38
Maria virgo apparuit Eberhardo pastori in Almelo. 348.40
Maria vxor Wilhelmi Ducis Iuliacensis. 282.27
Marianus IV. Episcopus Constantiensis 629. 27.
Marienfch monasterii translatio. 729.9
Margaritus pyrata. 204.37
Margareta Comitis Flandiæ filia. 291.15
Margareta Comitissa de Vienna. 234. 50
Margareta Ducissa Burgundiæ. 322.28
Margareta Ducissa Burgundiæ. 332.13
Margareta filia Henrici Comitis Lymburgensis. 168.32
Margareta filia Philippi Hardi Ducis Burgundiæ. 343.46
Margareta filia Theodorici Comitis Cliuensis. 265.16.
Margaretæ Imperatrici Principatum Hollandiæ Cæsar donauit. 303.47
Margareta Ludouici Ducis Silesii de Briga filia. 322.34
Margareta primogenita Reynaldi. 282.21
Marmoreæ scripturæ tenor tabulæ 618.1
Marmorea statua æreum circulum circa caput suum habens inscriptione quadam. 91.37
Maroch backim Rex Turcarum. 329.9
Marquardus Comes de Geringen. 625.33
Marquardus de Hagel. 606.15
Marquardus de Randeckh Episcopus Constantiensis. 683. in tab.
Marqwardus de Randegge XLVII. Episcopus Mindensis. 732.37
Marquardus de Schellenberg occiditur. 613. 54
Marca vrbs. Sarracenorum. 132.5
Marsleten. 624.38

Martha monialis in Adelhausen. 672.*in tab.*
Martianus siue Martinus IV. Episcopus Constantiensis. 629.27
Martinus Apostolicus. 364.9
Martinus eques auratus. 684.*in tab.*
B. Martinus in somno apparuit Heraclio ac eum sanauit. 82.32
Martini mendacium in memoria. 103.30
Martinus IV. Papa. 265.38
Martinus Papa coronatus. 361.1
Martinus Papa mortem Adelberonis indicauit. 599.19
Martinus Polonus Episcopus. 263.30
Martinus Ruyssenbach. 408.13
Martinus Ruyssenbach. 410.45
Martinus Treuirensis Episcopus. 5.38
Martinus I. Treuirorum Archiepiscopus. 4.16
Martini Ecclesia renouatur. 215.47
Martmannus Augustensis Episcopus 597.38
Martyres tempore Eginonis Abbatis. 610.24
Martyrum septem ossa in tumba S. Dionysii reperta. 612.47
Martyrium subierunt. 610.14
Masaren. 344.12
Masa visus est deseruisse. 134.36
Mastbroech. 315.27
Mastemuth de Alexandria. 220.20
Maternus successit Valerium. 1.38
Maternus Pontificalem sedem adeptus Coloniæ Agrippinæ. 2.13
Mathilda filia Salici Imp. 439.30
Matolfeshus. 485.28
Matto. 451.28
Mauritius à Randegk. 684.*in tab.*
Mauritius de Spiegelburg. 406.20
Mauritius Episcopus Parisiensis obiit. 198.54
Mauritius I. Treuirorum Pontifex. 4.16
Maxima caritas in omnibus victualibus. 290.8.
Maximus seu Maximinus Vindunensis Episcopus. 629.1
Maximinus I. Constantiensis Episcopus. 629.22.
Maximilianus Dux Austriæ. 402.24
Maximinus Eufratam hæreticum deposuit. 7.53.
Maximinus Episcopus Treuirensis. 6.16
Maxentius sub Riccionato passus. 123.1
Maxentius uxorẽ propriam occidit. 239.24
Maxentii Imp. anima. 239.9
Mechilinienſe oppidum Comiti Handriæ vẽditum. 289.16
Mechlinienses. 416.39
Mechtildis Comitissa Lossensis. 282.23
Mechtildis comitissa tot proles peperit quot sunt in anno dies. 228.12
Mechtildis Ducissa uxor Wilhelmi comitis Hollandiæ 310.37
Mechtildis filia Comitis de Altenborch 75.40
Medenblieck. 253.1
Mediolanum. 44.16
Mediolanenses petunt ab Imperatore misericordiam. 183.43
Meginbrach. 449.17
Meginando Heinricus Imper. Archiepiscopatum dedit. 95.11. *B. confirmauit. ibid.* 19
Meginhart. 447.17
Meginharth. 449.35
Meginheri. 447.37
Meginherus Archiepiscopus Treuirensis. 155.10
Meginelt. 451.7
Meginoltes. 446 45
Meginwart. 449.37
Megniuelt. 24.20
Meinulphus monasterium monialium fundauit. 43.26
Melchior de Stamheim. 608.31
Mechtilda comitissa Saxoniæ. 97.3
Meldert. 21.54
Melissenda Balduini Regis filia. 160.4
Melissendis Regina in Bethania monasterium ædificat. 170.44
Mengaldi Ecclesia renouatur. 215.47
Mengdem. 296.25
Mengoldus Comes Hoyensis Dux & martyr. 74.37
S. Mengosus Comes Geldriæ Ottonis tempore floruit. 87.37. *B. puellarum conuentum Bonnæ cum uxore sua instituit.* 87.39
Mensa Christi. 304.52
Merckenborch. 302.2
Merlinus vates. 17.17
Mersena. 81.54
Mersenburgensis Episcopatus in honorem S. Laurentii reformatur. 96.27
Mesauch. 644.13
Mesopotamiæ populi ad fidem Christi conuertuntur. 169.5
Metichenfeld. 481.30
Metropolus Episcopus Tungrensis. 5.16
Metis Albanorum Rex. 3.3
Meynardus de Westerborch Bonnonensis præpositus. 285.6
Meynwertus Episcopus Baderbornẽsis. 103.52
Michaela Caroli Regis Francorũ filia. 368.16
Michael Constantinopoli solus imperat. 64.14
S. Michaelis parochialis Ecclesia ædificata est. 87.4

Mictelo. 624.39
Middelburg. 253.2
Mierolt. 446.10
Militaris oráinis regula. 244.13
Milo Archiepiſcopus Treuirenſis. 31.13
Milo XII. Epiſcopus Mindinenſis. 725.43
Miles mortuus reuiuiſcit. 199.7
Miles inſtigatur ab Imp. vt Imperatricem de adulterio interpellaret. 119.19
Milize 508.26. Mima. 446.35
Mindenſe ſummum templum concrematum 726.32
Mirabellus Siciliæ Princeps. 220.17
Miracula Conradi Salici. 64.32
Miracula in Northmaniâ & Britannia viſa 117.20
Miraculum quod accidit in die Pentecoſtes 441.33
Miſico Imperatricis Giſelæ gratiam quærebat 418.24
Mitilesdorpf. 499.20
Mittenbrunnen. 624.6
Modius ſiliginis decem florenis aureis venditur. 288.46
Modoaldus Archiepiſcopus Treuirenſis. 24.12
Moguntia à Mogano flumine. 594.50
Moguntia ab initio nequam. 594.55
Moguntiæ celebratur ſynodus. 108.47
Moguntinus metropolitanus. 611.27
Moha. 217.10
Moines. 448.49
Moiſes Treuirorum Pontifex. 4.15
Molenbeckæ monaſterium quando fundatum 724.36
Monachus de Augia. 599.34
Monachus de Barra. 94.10
Monachorum conuentus de Gemblaco. 98.16
Monaſterium de Monte transfertur Mindam. 725.52
Monaſteria tria ædificauit Hugo, Rex Francorum. 93.23
Monaſteriolum. 624.8
Mons Dei in Alboitz. 213.2
Monfort caſtrum. 251.36
Monichuſen apud Aernhem. 282.47
Monſtrum in Traiectenſi ciuitate accidit. 320.31
Monſtrum natum duos habens pueros. 291.10
Mötenſis comitatus Hannoniâ dicitur. 97.8
Montforde. 253.21
Monulphus Lius Tungrenſis Epiſcopus. 20.15
Moricho. 452.28
Morale ſpeculum. 241.51
Mortalitas & fames per totum orbem inualuerunt. 95.43
Mortalitas grauis in Gallia & Germania. 118.25
Mortalitas permaxima. 290.11
Mortnaw. 823.48
Mortuos tres reſuſcitauit Deſignamis. 18.12
Moſa. 126.21
Moſa. 392.11
Moſa creuit. 315.17
Moſellanorum ducatus Godefrido Dux Lotharingiæ denegatur. 110.39
Moutuuinesheim. 447.15
Moyſes in Iudaiſmo quis primus dicebatur. 120.24
Mula. 624.13
Mulierés in partu vel menſtruo laborantes communicari. 114.25
Mulier ab vmbilico ſurſum diuiſa. 79.28
Muliercula monſtrum bis gemini corporis eſt enixa. 145.50
Mulier enixa eſt quatuor maſculos. 145.54
Mulier obſeſſa à Dæmone. 601.1
Mulier Laudunenſis ex igne illæſa exit. 127.54
Multa bona ſanctus Conradus contulit Epiſcopatui. 635.50
Mundelburg. 613.24
Mundiberg. 494.37
Munduchus Atilæ Regis pater. 16.27
Munrichſteten. 525.11
Munirichestat. 521.24
Munirihestate. 459.28
Murboch. 598.24
Muotinesheym. 479.42
Muotuuinesheym. 447.14
Muoten. 446.44
Murus cecidit ſuper viginti duos viros. 614.14
Muren. 624.33
Myrwar. 279.26
Myrvvilre. 289.9

N.

Nabugodonoſor. 152.24
Nanduuig. 447.3
Nandheri. 447.39
Nandrich. 447.3
Narciſſus Abbas. 604.44
Narciſſus Pfiſcer SS. Theologiæ Doctor. 592.17
Narciſſus Pfiſter Theologus magnus habetur. 614.10
Narciſſus ſophiſta præclarus. 596.14

Narſes Totilam Regem interfecit. 19.33
Narſetes Eunuchus. 19.27
Natio canina. 131.32
Naturale ſpeculum. 241.51
Nauitus diſcipulus S. Materni Tungenſis Epiſcopus. 4.29
Nauitus II. Epiſcopus Tungenſis. 4.43
Nararius Treuirim venit Chriſtam prædicans. 146
Nebula ſuper tumbam Gebhardi videtur & ipſe glorioſus cuidam apparet. 658.42
Nebuloſum denſumque quiddam. 116.2
Nemſtel. 270.55
Nendicho. 462.51
Neomagi palatium incenſum. 110.52
Neoſta. 449.37
Nequitia Leproſorum contra ſanos in regno Franciæ fuit detecta. 294.35
Neriſca. 145.54
Neriperachtes. 446.44
Neronberg à Noronlingen dicta. 594.53
Neuſtria. 40.44
Neuukirch. 670.9
Niccarius almus præſul. 613.1
Nicea capta. 130.20
Nicephorus Rex factus. 50.13
Nicecius Epiſcopus Treuirenſis. 22.13
Nichaſius Remenſis Epiſcopus. 15.24
Nceta Monachus. 114.29
Niceta Patriarchà Conſtantinopolitano. 47.15
Nicolaus Burgimagiſter decapitatus. 337.41
Nicolaus de Cuſa Cardinalis 382.17
Nicolaus de fratribus ordinum prædicatorum Benedictus XI. Papa. 280.23
Nicolaus de Lyra Doctor S. Theologiæ Pariſiis florunt. 292.13
Nicolaus de Nola Comes. 318.53
Nicolaus Epiſcopus Traiectenſis. 299.38
Nicolaus Euboicus latinæ linguæ græcæque peritiſsimus. 373.28
Nicolaus ingenuus de Riſſenberg LX. Epiſcopus Conſtantienſis. 680.36
Nicolaus medicus Florentiæ. 330.20
Nicolaus medicus floruit. 357.25
Nicolaus Nobilis de Kenzingen LIV. Epiſcopus Conſtantienſis. 678.1
Nicolaus II. huius nominis Burgundus Papa 119.31
Nicolaus V. Papa. 380.4
Nicolaus IV. Papa 270.25
Nicolaus III. Papa. 263.34
Nicolaus Saettelin. 680.5
Nicolaus Schnel. 680.5
B. Nicolai de Arroeſi ordo quando inceperit. 120.5
Nidelborch. 248.20
Nidger. 451.47
Nidgarii Epitaphium 599.11
Nidgarius Auguſtenſis Epiſcopus 599.9
Nieburg. 253.2
Nienhus ædificatur. 729.40
Nigra ſylua. 437.24
Nigromanticus Fridericum Imperatorem ſe eſſe aſſerens. 253.4
Nittakar Auguſtenſis Epiſcopus. 599.9
Nittalinge 483.36
Niuellenſe oppidum. 106.20
Niuuheim. 477.5
Nix cecidit vt ſyluas frangeret. 105.25
Nix & gelu à Calendis Nouembris vſque ad vernale æquinoctium fuit 63.16
Nix inſolida cecidit. 376.11
Nothingus Epiſcopus 59.25
Nothgerus Archiepiſcopus Colonienſis &c. 85.29. in ſueuia natus ib. verſus 86.123. patruus Ottonis Imperatoris. 86.28
Nouantula. 36.36
Nouerca fœlicitatis fortuna. 611.42
Notingus XXIII. Epiſcopus Conſtantienſis. 635.34
Noua lux Germaniæ S. Anno. 115.9
Nouno 450.3
Nuenborch. 382.41
Nuhenſtet. 581.44
Nuheym. 614.8
Numi Vindoniſſa reperti 622
Nunkirchen. 624.31
Nurenborch. 187.15
Nuſienſes. 416.10
Nuſienſes obruebantur. 420.5
Nutalinga. 468.34
Nutfaes. 324.46
Nutiling 484.20
Nuuuenſtet. 494.29
Nydecken. 238.51
Nuenſteyn. 342.13
Nyeuelt. 308.8
Nyfrich villa. 331.24
Nythardus Epiſcopus Leodienſis 105.55
Nizo Leodienſis Epiſcopus 105.55
Nobile exemplum de ſacramento. 268.11
Nobilis iuuenis Romæ Sodalibus ſuis conuiuium parauerat. 115.48
Nocolaitæ nuptias Sacerdotibus concedebant. 114.21
Noirthich 61.55
Nonaginta millia hominum inuenta 292.7
Noradinus Rex Turconum moritur.

Nordhilt. 451.16
Nordernay. 296.22
Nordheym. 402.25
Nordheymer. 554.56
Nordman. 446.30
Nordthem. 381.29
Noricorum Duces inter se dissident. 598.36
Norlingen Rhetiæ, oppidum Norenberg dictum. 594.53
Nortgerus Decanus Vindonissæ. 623.2
Northbertus ciuis Colonienſis. 145.26
Northon. 371.12
Nortmanni Lutetiam obsident. 69.51
Nortmanni vastarunt Rotomagum. 57.45
Northmannica vastatio iterum exornata. 95.17

O.

Oadalmar. 447.37
Oadalniwi. ibid.38
Obasesfeld. 477.40
Obertus Abbas. 97.44.98.18
Obertus electus in Episcopum Leodiensem. 133.39
Obertus Leodiensis Episcopus. 144.55
Obertus monachus S. Petri. 100.36
Obihardus VII. *Episcopus Constantiensis.* 630.1
Obitus Imperatoris. 442.44
Octar germanus Attilæ Regis. 76.26
Octauiani thesauros reconditos. 94.13
Octauia Tungris dicta. 21.5
Octauiano Augusti nomen primum datum. 594.41
Oda filia Lotharingiæ Ducis. 101.9. *obiit ib.* 24
Oda Gochelonis filia. 106.14
Odalricus vel Olricus XX. Episcopus Mindensis. 727.5
Odericus de ordine Minorum. 293.30
Odibaldus Traiectensis Episcopus. 66.33
Odilo Abbas. 102.9
Odoacer in Italia regnabat. 11.4
Odoacrus Moguntiæ in Regem à Philippo coronatur. 210.6
Odoacrus tertius Rex Bohemiæ. ibid.7
Odo Comes regnum inuadit. 438.5
Odo ex monacho Chuniacensi Episcopus Ostiensis fit Papa. 128.4
Odo necessitate compulsus. 439.8
Oerscoet. 331.53
Oesterble vel Oestercke. 104.36
Oesteruandiæ comes. 365.28
Oesterwyckh. 331.50
Oesterzee penes castrum exstruxit Wilhelmus. 207.4
Offracta Archiepiscopus Colonienſis. 4.37
Ogina filia Eduardi Regis Angliæ. 72.10
Ogerus Dux de Danamarchia floruit. 42. 49.
Ohsteym. 459.28
Oiuerschen. 165.42
Oldenzell. 194.22
Oningen. 625.7
Oningen præpositura. 624.23
Onofrius Tricariensis Episcopus. 388.33
Onswind. 450.5
Oppahu. 517.50
Oppida circa Rhenum condita. 594.46
Oppida plurima perierunt. 375.43
Optianus Trecensis Archiepiscopus. 8.21
Oratio de S. Constantino Magno Constantii fundatoris Constant. filio. 618.40
Orationes præscitorum nulli valent. 355.31
Orckensis oppidum. 267.44
Orgari. 447.25
Orientalis plaga. 107.27
Origenes moritur. 5.31
Origo Comitatus Hoyensis. 728.53
Origo oppiduli Reymagen. 48.36
Orleib. 493.37
Orp. 27.16
Orthereshus. 515.43
Ortwin. 451.52
Ossa corporis S. Dignæ martyris famulæ. 612. 40.
Ossa corporis S. Aphræ in sarcophago. 612. 41.
Ostarhilt. 452.10
Ostarhilt. 450.47
Ostereysenberge. 724.44
Ostheim. 447.34
Ostheimen. 528.48
Ostheym. 447.30
Ostheym. 519.10
Osmundus Episcopus. 135.47
Otekaresdorf. 493.5
Oten. 446.44
Othelm. 471.50
Othey. 338.16
Othildim filiam Ducis Saxoniæ in uxorem duxit Theodoricus comes Hollandiæ: 91. 20. *ad Saxoniam reuersa.* ibid.34
Otilo. 450.3
Othmari Epitaphium. 631.17
Otho interfectus in Alsatio. 671. *in tab.*
Otto à Constantiensibus cum vituperio expellitur. 219.39
Otto Aduocatus de Mente. 751.2

Otto bonus. 263.1
Otto Comes de Habſpurg XLI Epiſcopus Conſtantientienſis. 668.46
Otto Comes de Hennenberg. 402.33
Otto Cæſar Dux Saxoniæ. Leodium venit. 210.17
Otto de Bicle occiſus. 165.44.
Otto de Buren. 277.8
Otto de Columna in Cardinalem electus. 306. 52
Otto de Gotzlar XXXV. Epiſcopus Conſtantienſis. 665.37
Ottho II. Habſpurgicus Lantgrauius Alſatiæ 571. in tab.
Otto II. de Wettin XLIII. Epiſcopus Mindenſis. 731.40
Otto III. de Monte XLV. Epiſcopus Mindenſis. 732.26
Otto de Holandia III. Traiectenſis Epiſcopus 236.11
Otto IV. Comes Geldriæ. 265.14
Otto IV. Comes Geldriæ. 251.36
Otto IV. de Retberge XLVIII. Epiſcopus Mindenſis. 732.43
Otto de Wichelebach interficit Philippum Regem Almaniæ. 211.31
Otto XXXIV. Epiſcopus Mindenſis. 730.20
Otto Epiſcopus. 113.40
Otto Epiſcopus Hoſtienſis. 666.8
Otto Epiſcopus Traiectenſis baptizauit proles Comitiſſæ Mechtildis. 228.11
Otto filius Caroli Ducis ſucceſit patri in ducatu Lotharingiæ & Brabantiæ. 90.49. Ducatum Lotharingiæ amiſit. ib.54
Otto filius Ottonis II. imperator 87.16. Apuliam & Calabriam ad imperium Romanum transferre conatur. 82.22. moritur. ib.43. Apuliam & Calabriam Italiæ prouincias ad imperium Romanum transferre conatur. 87.27
Otto huius nominis primus Comes Geldriæ & Zutphaniæ. 104.14
Ottho I. huius nominis Comes Geldriæ & Zutphaniæ. 119 19
Otto I. Imperator. 78.25
Otto II. natus de Lippia Epiſcopus Traiectenſis. 224 39
Otto III. Imperator fideliſſmus Eccleſiæ fuit 89.26 iſtius tempore frequens inundatio aquarũ exſtitit. ib. 32. ſiccitas magna ſubſecuta. ib. 33. nix dedicit ib. terræmotus permtximus factus eſt. ib. 38. Cometes apparuit ib. 39. comitem decollari fecit ib. 54. exinde Imperatricem viuam igne cremari fecit. 89.11. Iſte Otto dictus mirabilia mundi, & ſepultus in Aquis in Eccleſia Mariæ. 89.30
Otto huius nominis IV. vnanimiter in Regem coronatur. 218.24
Otto Palatinus Comes de Rymach Trentam deuaſtare ſtuduit. 165.38
Otto Rabanus. 316.15
Otto reſtitutus Patriæ. 438.22
Otto Rex Lugdunum capit. 78.9
Otto Saxonum Dux. 75.3
Otto Xantẽſis in epiſcopum eſt electus. 219.11
Othonis ſecũdi Imperatoris priuilegiũ. 718.1
Othonis III. Imp. priuilegium. 739
Ottonis III. Imp. priuilegium. 734.7
Ottonis Magni Imp. priuilegium. 734.35
Ottogarus vide Odoacrus.
Ouchaym. 624.46
Ouua. 586.33
Owa monaſterium. 632.21
Oyde caſtrum. 296.20
Oyen. 299.5

P.

Padenberg 423.21
Padendrecht. 363.5
Paderbon. 42.17
Paderborna Germaniæ ciuitas cõbuſta 116.49
Paderbornam Theodoricus Colonienſis Archiepiſcopus venit. 359.25
Paderbornẽſis ciuitas igne conſũpta. 180.50
Palamedes Græcorum Imperator. 412.26
Palatium obſedit Henricus Imp. 95.14
Pallantis corpus repertum. 109.17
Palmarius Conſul & patricius Treuerorum, martyr. 122.54
Palumbus presbyter nigromanticus. 116.10
confeſſus inaudita flagitia. ib.30
Pandulphus captus. 106.54
Pannardum. 97.55
Pannerdum. 97.55
Panterdum. 97.55
Papa nullus eligi debet niſi ex Paradyſo Italiæ. 121.45
Papienſes 430.34
Papyrius amrtyr. 123.2
Parahtſuuind. 447.17
Paralyticum puerum curat Gebhardus. 661 46
Paralytici ſanatio à Dæmone vexati. 659.40
Pagdorf. 402.26
Paring. 500.38
Paringen 522.1
Pariſii à Paride filio Priami dicti. 897.4
Parmæ ſanguis pluuit. 144.33
Parochialis Eccleſia. S. Michaelis ædificata eſt 87.4

Parthos Tartari petunt. 210.36
Particula notabilis Crucis Domini. 612.25
Paschalis II. dictus ante Papatum Raginerus. 137.3
Patecho } XIX. Episcopus constantiensis. 634.
Pateon } 41
Patenius Episcopus Vindunensis. 628.46
Paternus II. Episcopus Vindunensis. 628.46
Paternus Scotus monachus reclusus. 116.51
Patricius genere Britto. 14.25
Patrono Legiæ victoria adscribitur. 217.21
Paugolf. 448.22
Pauimentum triplex. 610.3
Paulinus Archiepiscopus Treuirensis. 8. 44
Paulinus in Phrygia pro nomine Christi decollatur. 8.50
Paulus Antiochenus Epicopus. 67.24
Paulus Cyprius. 47.15
Paulus de Vrsinis magno cum exercitu Romam venit. 345.14
Paulus II. Papa. 399.35
Paulus Longobardorum historiæ scriptor. 43. 46
Pauli Ecclesia cecidit. 614.19
Pauor dehiscens fratres profligauerat. 611.45
Pecuniam cudendi priuilegium. 744.46
Penestra oppidum. 36.40
Penteo. 449.17
Pergama terræmotus subruit. 21.10
Periggerus Abbas. 657.23
Pernolt. 449.17
Perona Carolus Rex in custodia seruabatur. 71.54
Perpetuus Episcopus Tungrensis. 21.25
Persas subiecit Tamburlanus. 343.36
Persiam Tartari peruadunt. 210.37
Pestilens annus fuit maximus. 120.8
Pestis sedecim millia Florentiæ vrbanæ multitudinis extinxit. 292.9
Perahtliebeshusen. 449.21
Petershagen castrum edificatur. 730.54
Peterhusensis Abbatia. 624.20
Petronilla soror Lotharii Cæsaris. 133.27
Petrus Alfonsus de Hispania Iudæus in ciuitate Osta baptizatus. 120.23
Petrus Barba Cardinalis. 399.36
Petrus Caputius S. Georgii ad Velum aureum Diaconus & Cardinalis 243.52
Petrus Damianus. 116.53
Petrus de Aragonia. 313.13
Petrus de Aliaco Theologus. 321.46
Petrus de Barro. 261.6
Petrus de Candia in Papam electus & Alexander dictus. 347.11
Petrus de Luna gerens se pro Papa Benedicto 346.27
Petrus de Aliaco Episcopus Cameracensis 328. 39
Petrus de Marone canonisatus. 284.34
Petrus de Tharentusa claruit. 239.53
Petrus de Tomacellis. 333.10
Petrus de Riga cognominatus Bibliotheca. 201.10
Petrus de Schauberg. 603.16
Petrus de Verona est occisus, 242.16
Petrus de Wartenberg. 751.3
Petrus Leonis decessit ex vita. 199.3
Petrus liber Baro in Hœuuen. 681. in tab.
M. Petrus Lombardus redarguitur. 210.28
Petrus Pisanus. 41.33
Petrus Pius Papa. 318.28
Petrus præpositus Mariam vidit. 358.2
Petrus presbyter Cardinalis. 67.23.
Petrus Sacerdos de regno Francorum cognominatus Eremita. 128.34
Petrus Rayuallacii de Corbaria Pseudoantipapa. 291.34
Petrus Rechlinger iuxta villam Bergen occidit Sebastianum. 614.14
Petrus Rogrii. 299.55
Petrus Tarantasia de ordine Prædicatorum Archiepiscopus Lugdunensis. 259.40
Petri de Harentals Canonici compendium chronicorum finitur. 332.43
Petro de columba restituuntur à Papa bona sua 280.33
Petro de Luna Antipapæ adhæserunt Heydeoti. 337.15
Petrum Comitem Antisiodorensem in Imperatorem coronauit Honorius III. Papa. 227.15.
Peruuelff Episcopus Ecclesiæ Augustanæ. 597. 34
Pezenati crudis carnibus equinis & cattinis vescuntur. 70.22
Pfaffenhusen. 584.39
Pfin prope fluuium Thuren. 619.6
Pfina. 624.37
Pharamundus Rex. 14.10
Pharana expugnatur. 142.23
Pharphar flumen. 130.18
Phestia. 6.40
Philippa S. Pauli Comitis filia 265.17
Philippus Archiepiscopus Colonienſis. 192.15
Philippus à Bertholpho Palatino de Witteleshach crudeliter occiditur. 211.19.
Philippus Cancellarius Parisiensis Theologus & Philosophus optimus. 234.2
Philippus Comes Cadrasesii succesit patri 368.9

Philippus comes de Nassau. 402.30
Philippus Dux Brabantiæ & Lymburgiæ. 372.15
Philippus Dux Burgundiæ obtinuit prouinciam Lucemburgensem. 367.7
Philippus in Regem Alemanniæ coronatus Moguntiæ. 210.5
Philippus II. *dux Suæuiæ succesit fratri suo Henrico Imp.* 209.55
Philippus II. *Dux Brabantiæ filius Ioannis Ducis Brabantiæ succesit nepoti* Philippo. 372.23
Philippus *Rex Almaniæ Natale Domini Metis celebrauit.* 211.18
Philippus *Rex Brunonem per annum captum detinuit.* 217.44
Philippus Rex Franciæ. 178.38
Philippus *Rex Franciæ cognomento Cor* Leonis. 249.1
Philippus *Rex Franciæ cognomento Magnanimus Iudæos de regno eiicit.* 196.36
Philippus *Rex Franciæ.* 113.4
Philippus Rex Guidoni annuatim quingentas libras amicitiæ perennis vinculo dedit. 279.50. & 280.1
Philippi de Leydis *labore erectum fuit collegium canonicorum in oppido* Leydensi. 312.10
Phoca Imp. 21.16
Phœbi *splendor post nubila.* 611.46
Photium *neophytum in sedem suam restituit* Ioannes *Papa.* 67.4
Phylacterium *à collo exiens.* 97.15
Pictauius VIII. *Episcopus Constantiensis.* 630.2
Pilegrinus Pontifex Ecclesiæ Colonienſis. 101.24
Pinutzfeld. 448.42
Pipinus *Dux Brabantiæ.* 22.17
Pipinus ex concubina Caroli Regis filius contra patrem conturauit. 42.3
Pipinus iunior II. Dux Lotharingiæ & Brabantiæ. 26.48
Pipinus *pater Caroli Magni.* 37.1
Pipinus Rex senior saltum quendam tradidit sub nomine S. Mariæ & S. Aphræ. 597.49
Pirardus *Episcopus* Leodiensis. 56.53
Pirthilo *Comes Brisgoiæ tẽpore Ottonis Imp. fundator cœnobii Sultzburg.* 666. *in tab.*
Pisana. 345.31
Pisani *Imp. fideles.* 232.7
Piscis in Polonia *vnius viri longitudine captus.* 374.3
Pius II. *Papa.* 404.28
Pladungen. 500.38
Plega ignis diuini multos adurit. 163.5
Plebanus *S. Stephani occiditur.* 614.12
Plebani altare. 609.53
Pleberus Friso. 126.39
Pleichfeld. 449.45
Plunolf. 450.28
Pluuia sanguinis. 291.52
Pluuia *perdurauit per annum.* 290.6
Pneumatomachi processionem S. Spiritus à Symbolo abscindebant. 114.23
Poppelia *ex Illustrissimorum Popeliorum Bohemorum familia.* 677. *in tab.*
Poppelstorff. 295.21
Poppo *Archiepiscopus Treuirensis.* 96.18
Poppo *Aquilegiensis Patriarcha.* 113.16
Pontifex capitur. 138.21
Pontifices V. summi. 116.43
Porta clericorum. 2.16
Positacoin pago sanguis pluit de cœlo. 117.3
Potagiæ *exactio instituta.* 613.41
Potamum. 644.11
Praxeda *Comitissa ab Helfensteyn.* 679. *in tab.*
Prays *occisus.* 369.41
Prædicatorum ordo incipit. 312.34
Præmonstratensis ordo cœpit. 145.25
Præpositura S. Stephani. 624.22
Præpositura in Bischoffs Zella. 524.21
Precibus Northgeri paruis piscículis pluisse. 86.31
Preynherist. 505.1
Priamus. *sub quo Troia euersa* 10.1
Prichanafeld. 448.50
Primislaus I. Rex Bohemiæ. 210.8
Prinafeld. 451.33
Priuilegium Henrici Imperatoris. 734.52
Priuilegium Ottonis Magni Imperatoris. 734.14
Priuilegium summi Pontificis. 653.29
Priuilegia Vindonissensium. 622.49
Prosper Aquitanicus notarius. 17.12
Prumiæ *monasterium arsit.* 144.30
Ptolomais. 177.22
Puer ante ætatem quadraginta dierum perfecte loquebatur. 320.37
Puer nobilis à Diabolo occisus. 105.30
Pullus Gallinæ *quadrupes natus.* 120.27
Purgatorium nullum esse. 355.14
Pyrone Ecclesia. S. Fursei crematur cum toto oppido. 147.41
Pzemislaus *Theschinensis. Dux.* 628.12

Q.

Qvetbrune. 575.13
Quilibet martyr sanctorum cathalago ascriptus. 610.26
Quindecim Millia hominum baptizati. 221. 50
Quintelingaburg. 76.25
Quintinus Dux Romanorum. 12.41
Quiriaci corpus repertum. 610.10
Quiriaci martyris caput. 612.44
Quiriacus Ieroſolymorum Epiſcopus. 213 26
Quirillus Epiſcopus Tungrenſis. 18.54

R.

Rabanus Abbas Fuldenſis ordinatus Archiepiſcopus Moguntiæ. 58.15
Raccenſteyn. 331.24
Rabanus ſophiſta fit Abbas Fuldenſis. 53. 4.
Radichen. 104.1
Radicofonium occupat Imp. 218.50
Radioſus cometes apparuit. 281.48
Radulphus Leodienſis Epiſcopus. 193.4
Raſenſpurg. 670.10
Raginerus Louanienſis comes. 97.9
Rainaldus Comes Geldriæ. 257.42
Rocbomana caſtrum regis Franciæ. 284. 51
Rameshaim. 615.5
Ramwerdus XIII. Epiſcopus Mindenſis. 725.51
Radenraht. 187.22
Ranugum. 452.3
Raſo de Heer. 286.4
Raſpe. 237.42
Ratbald. 492.15
Ratboto Vindoniſſæ Dominus Latgrauius Alſatiæ. 671. in tab.
Ratfrides. 446.45
Ratgarius. 453.34
Ratgaſt. 496.15
Ratger. 450.4
Rathbodus Archiepiſcopus Treuirenſis. 69. 30
Rathbodus Rex ludificatus à Dæmone. 28. 25
Rathbodus Traiectenſis Epiſcopus inuitus conſecratus. 72.14
Rathatt. 451.8
Ratheid. 447.39
Ratherius Monachus Epiſcopus Leodienſis. 81.5
Ratherius Veronenſium Epiſcopus. 78. 51
Rathilt. 450.4
Ratila. 447.3
Ratiſpona Tyberiadis alias dicta. 594. 54
Ratmar. 451.16
Ratolf. 450.5
Ratolfe. 493.39
Ratolfeſcellam. 625.9
Ratſuuind. 447.37
Rauenna. 44.10.
Rauennæ ſanguis pluit. 144.33
Raynaldus Aurelianenſis S. Auiani cantor. 212.34
Raynaldus Barrenſis Comes. 161.53
Raynaldus Comes Barrenſis caſtrum Bulbonenſe in trauit. 156.44
Raynaldus Geldrenſium comes bello Woronchico captus. 258.38
Raymundus Comes ſancti Ægidii. 129. 48
Raymundus vel Reinhardus XVIII. Epiſcopus Mindenſis. 726.45
Raymundus Princeps Antiochiæ cõtra Turcas egreſſus. 172.29
Reccheu. 492.51
Recluſi rupes S. Petri. 219
Refectio pompoſa Imp. cum Duce Burgundiæ 402.20
Regalis conuentus. 103.44
Regenfridus Archiepiſcopus Colonienſis. 32 17
Regensborch. 39.11
Reginardus Epiſcopus Leodienſis 102. 14. quotidie ſuſtentauit mille ducentos pauperes. 16.42 obiit ib. 46
Reginarus Epiſcopus. 339.41
Reginbaldus virſanctæ admodum vitæ Abbas. 604.9
Reginburg. 450.5
Regingart. 447.25
Reginger. 457.45
Reginelf. 450.47
Reginlind. 446.11
RReginniuui. 447.38
Regino. 446.30
Reginuuart. 451.7
Regreſsio ad propoſitum. 619.1
Regula militaris ordinis. 244.13
Regulinda Landgrauii Nellẽbergenſis Bur-

cardi filia. 671.*in tab.*
Reineberg *castrum quando exstructum.* 729 20
Reinenberch. 732.50
Reinerus *monachus.* 151.18
Reliquiæ *in Mindensi Ecclesia.* 728.20
Reliquiæ *plurimæ.* 304.53
Reliquiæ *S. Simperti intactæ perseuerant & miraculis clarent.* 613.1
Reliquiæ Viti Martyris Parisiis ad Corbeyam transferuntur. 54.7
S. Remadi parochiales fuerunt exstructæ. 87. 8
Remaclus Episcopus Tungrensis. 24.40
Remaclus maluit Ecclesiam Metensem dita-re quam propriam. 25.4
Romerswaal. 350.10
Remigius Remensis Episcopus. 14.50
Remigius Remorum Episcopus. 17.8
Remis. 44.12
Remis Francorum Metropoli occiditur Albertus Episcopus Leodiensis. 206.14
Remunda. 334.55
Rennatum. 261.19
Responsio Hugonis de sua promotione. 113. 50
Rens villa. 296.42
Repelmonda. 365.21
Resignatus Traiectensis Episcopus. 18. 50
Responsorium de natiuitate Domini. 93. 4.
Restauratio monasterii. 608.25
Retta Cereris Deæ. 594.9
Retiensis *curiæ.* 593.13
Reu lancea *Arthuri* Regis *Britanniæ.* 17. 5.
Rex *Accaton.* 131.32
Rex aureus cum Regina *aurea.* 94.104
Rex Franciæ misit duas Schedulas Duci Brabantiæ. 217.12
Rex *Vngarorum baptismum expetit.* 95. 49
Rex Vngarorum baptizatur ac Stephanus vocatur. 95.49
Reymagem oppiduli origo. 48.36
Reynaldus Comes cum nigro capite dictus. 282.20
Reynaldus II. Comes Geldriæ debellauit. 298 42
Raynaldus Dominus de Valckenborch. 290. 53
Raynaldus *Dux* Geldriæ *cæpit in feudum ab* Antonio *Grauiæ oppidum.* 350.51
Reynaldus Dux Gelriæ cum multis Baronib. à fratre capitur. 310.45
Reynaldus Dux Iuliacensis. 202.17
Raynaldus III. *Dux secundus Geldriæ.* 299. 3.
Reynaldus Iuliæ Dux obiit. 304.22
Reynaldus natione de Dasselle Archiepiscopus Colonien*sis.* 187.26
Reynaldus S. Viti Macello de Branchasiis. 344.42
Reyneck *allodium Colonien*sis *Ecclesiæ.* 187. 54
Reynsburgen*se monasterium.* 254.23
Reyn*se.* 286.28
Reyns *vinea vendita.* 347.30
Rhenus *congelauit vt pertransirent pedibus* 288.83
Rhenus *congelauit vt homines* 30. meylin Rheno *inambularent.* 303.20
Remigius Rhotomagen*sis Episcopus.* 37. 5.
Rhodi *insula oppugnata.* 283.48
Rhodus deseritur. 405.55
Richarda monialis deuotissima. 209.48
Richardus à Iudæis crucifixus. 196.30
Richardus Comes cornubiæ. 252.8
Richardus de Martio. 312.55
Richardus XXVIII. Episcopus Constantien-sis. 663.34
Richarius Episcopus quare nuntios ad vrbem Romam miserit. 88.48
Richardus Rex *Angliæ.* 186.31
Richardus Rex de Hybernia & Rex de Wullia. 197.48
*Richarius Abbas Prumien*sis *& Stabulen*sis *Episcopus* Leodien*sis ordinatur.* 76. 44
Richasala. 624.41
Richenbach. 624.38
Richenza *vxor Ioannis Comitis Ferretani.* 672. *in tab.*
Richenza *vxor Vlrici Comitis* Lentzburgi. 671.*in tab.*
Richerc*fominatum* Mendacii. 248.38
Richers*fons.* 235.20
Richlinda vxor Adelberonis postremi Comitis in Serapta. 673.*in tab.*
Richperaht. 449.48
Richwata Marchioniss*a Carinthiæ.* 666. *in tab.*
Rihmunt. 451.6
Rihuuini. 447.38
Rinachgauu. 448.34
Rinport. 184.47

Rixfridus Traiectenſis Epiſcopus. 50.41
Robertus Archiepiſcopus Colonienſis. 448. 34.
Robertus Abbas. 131.10
Robertus Cardinalis Genebenſis. 321.8
Robertus Comes à bello profugatus. 120. 51.
Robertus Comes Northmaniæ. 129.48.
Robertus Comes Flandrenſium. 129.45
Robertus Comes Flandriæ brachium S. Georgii martyris detulit. 120.20
Robertus de Arburch. 411.29
Robertus de Bauaria Colonienſis electus Epiſcopus 406.10
Robertus de Terceto Apoſtolicæ ſedis legatus. 221.2
Robertus Guiſcandorum Dux. 114.4
Robertus Guiſcardus Siciliam obtinuit. 119. 29
Robertus olim Cardinalis Baſilici Antipapa. 333.38
Robertus Ottonis Regis frater. 71.21
Robertus presbyter, S. Magni martyris. 95. 55
Robertus Roſs. miles. 348.33
Robertus Veſprimienſis factus Strigonienſis Archiepiſcopus. 221.44
Robertum regis Hogis filium quis inſtruxerit. 90.47
Roffenberg. 494.33
Rodamus in exilium ob fidem truſus. 8. 54
Rodahuſum. 559.20
Rodenkirchen. 581.29
Roden von den Becken caſtrum comparatur. 731.21
Rodhardus XXVIII. Epiſcopus Conſtantienſis. 663.34
Roding. 447.15
Rodolphus à Diepolt Traiectenſis Epiſcopus 373.43
Rodolphus caſtellum Hardenberch. adiit. 230. 55
Rodolphus Comes de Habſpurg electus in Regem Alemanniæ & Romanorum. 261. 33
Rodolphus cum equitibus tota nocte fugitiuos inſecutus hoſtes. 225.54
Rodolphus de Waldech maioris Eccleſiæ Traiectenſis Præpoſitus. 279.43
Robertus Flandriæ Comes occiſus. 209. 42
Rodolphus maior Præpoſitus interemptus. 136.55. & 137.1
Rodolphus potenter intrat Groningiam. 225 26
Rodolphus Rex Alemaniæ & Romanorum. 259.14
Rodolphus Rex Burgundiæ obiit. 436. 4.
Rogerius Tancredi Regis Siciliæ filius. 207. 51
Rogerius Rex Siciliæ morbo correptus. 156. 5.
Rogerus Antiochiæ Comes. 142.26
Rogerus de Bronchorſt theſaurarius. 340. 37
Rolanſcke caſtrum. 285.36
Romana 32.36.49.54.58.64.67.84.93. 98.102.105.111.112.113.114.115.121. 123.127.137.148.154.157.168.174. 184.188.201.203.205.211.227.231. 239.251.254.259.262.271.272.271. 274.290.292.297.299.308.318.333. 344.351.380.363.399.404
Romana Eccleſia anathemiſata. 114.28
Romæ ſemper Cæſaris corpus tuebatur. 595. 19
Romam cum magno exercitu bis Cadelus venit. 121.46
Romanus Cardinalis. 222.11
Romanus Rex Ruſsiæ ſuper Wiſelam fluuium percutitur. 210.50
Romani. 433.42
Romani iurabant ſine conſenſu Henrici non electuros Papam. 112.25
Roppilia. 24.32
Roſdorf. 529.27
Roſmuot. 447.22
Roſtorph. 501.40
Roferda. 362.16
Rothgandus Dux Saxonum decollatur 40. 32
Rothilda filia ducis Saxoniæ. 121.27
Rothmagus. 44.13
Roumfeld. 506.26
Ruadhard. 450.36
Ruatmar. 447.39
Rudofeſteyna. 494.27
Rudolphus Comes Habſpurgicus dictus ſenior 672. in tab.
Rudolfus Comes de Monfort LIII. Epiſcopus Conſtantienſis. 674.44
Rudolphus Comes de Pfullendorf. 647. in tab.
Rudolfus Comes Montfortius in Taſters & Veldkirch. 675. in tab.
Rudolfus de Fridenberg. 628.24

Rudolphus Diepholt Præpositus Osnaburgensis. 369.24
Rudolfus Dominus in Randeckh. eques auratus 683. in tab.
Rudolphus Dux Saxoniæ sacri Romani Imperii Archimarscallus. 628.11
Rudelo II. Episcopus Constantiensis. 629. 25
Rudolfus Episcopus Moguntinus. 666. in tab.
Rudolphus Habspurgicus Cæsar. 672. in tab.
Rudolphus Lantgrauius Alsatiæ fundator Othmarsheymii monasterii. 671. in tabula.
Rudolphus liber Baro in Howen prope Nellenbergam. 681. in tab.
Rudolfus Montfortius Dominus in Shœn, prouincialis præfectus Ducis Austriæ 676. in tab.
Rudolfus Montfortius in Veldkirch. 675. in tab.
Rudolfus Palatinus Comes Rhetiæ & Brigantiæ. 647. in tab.
Rudolfus Præpositus Basilienſis & Episcopus Constantiensis. 673. in tab.
Rudolfus præfectus S. Galli & Austriæ. 673. in tab.
Rudolfus Pinceps Altorfii & in Bauaria. 637. in tab.
Rudolphus Rex Burgundionum constituitur. 70.43
Rudolphus Taciturnus Hapspurgicus comes 672. in tab.
Ruodulphus Comes de Ramesberg. 625. 31
Rugila frater Attilæ Regis Hunnorum. 16. 27
Rakhenbach. 627.8
Rslasingen. 625.5
Rumoldus XXXIII. Episcopus Constantiensis. 665.18
Ruodulphus de Dettickhofer. 680 8
Ruodulphus de Warta. 628.14
Ruomfeld. 490.23
Rupertus Ach. donauit. 668.43
Rupertus dux Bauariæ de Heydelberg in Regem electus. 342.38
Rupertus filius Theoderici Saxoniæ Ducis Treuirensis Archiepiscopus. 76.31
Rupertum Regem Romanorum approbauit Bonifacius Papa. 343.4
Rupertus Rex defunctus. 351.46
Rupertus Rex Romanorum fundauit uniuersale studium. 343.18
Rupertus maxima cecidit super Ecclesiam S. Thomæ Apostoli. 222.4
Rusticus I. Treuirorum Archiepiscopus 4. 16
Ruthenus Cardinalis natione Græcus. 379. 1.

S.

Sabinianus Cardinalis. 373.41
Sabladinus Rex Turcarum. 175.50
Sacerdos diuina reuelatione de obitu S. Galli motus, iussusque accendere candelam. 598 2.
Sacerdotales induuiæ. 613.5
Sachat. 14.26
Sacramentum confirmationis est inutile & peruacuum. 255.5
Sachsinna. 469.49
Sachspach. 624.47
Sal. 501.17
Salageu. 475.10
Salageu nouo. 465.36
Salageuui. 445.36
Salageuue. 446.36
Salesberia. 135.45
Sallung. 449.34
Salmasa. 624.12
Salomon I. huius nominis XVIII. Episcopus Constantiensis. 634.36
Salomon II. huius nominis XXI. Episcopus Constantiensis. 634.51
Salomon III. huius nominis XXII. Episcopus Constantiensis. 634.1
Salsequius Turcarum Satrapa. 152.31
Saltowe. 329.1
Saltzburg. 441 3
Saltzburc. 423.55
Saltzbronna. 370.6
Saluelt vel Saleueld. 115.31
Samelotini. 415.41
Sandarat. 449.48
Sandheym. 500.38
Sandthasen. 593.20
Sandlazar. 455.36
Sangerhasen multi hæretici inuenti. 358. 7.
Sanguinarius quis fuerit dictus. 87.47
Sanguinus Halapensis Syriæ & Mesopotamiæ Princeps. 170.47
Sangis pluit. 222.46

Sanguis de cælo profluxit. 41.4
Sanguis pluit de cælo. 117.3
Sannunga. 451.32
Santbach. 494.32
Santberg. 494.31
Saona. 346.41
Santes. 21.55
Sarracenus à Roberto Guiscardo Duce Nortmannorum captus. 91.39
Sarraceni impetu Christianorum territi. 131. 52.
Sarracenorum corpora duo fœtida esa. 131. 8.
Sarcophagus lapideus fortis. 599.4
Sardenay 222.24
Sarmathas Tartari peruadunt. 210.38
Saturninus & Exuperius seruauerunt Tolosam. 15.39
Saxones baptizati paciscuntur. 40.41
Scabini armigeri vbi decollati fuerunt. 360. 19
Scabini Leodienses depositi. 324.6
Scalda. 106.15
Scambach. 527.9
Scammun. 446.49
Scammunfuldum. 446.47
Scandinauia Scythiæ insula. 10.48
Sceipach. 454.30
Schafridus Comes de Leiningen. 402.34
Schaffusen oppidum. 352.33
Scheda vel scrieda oppidum in Hollandia. 371 42
Schedula specificabat triginta duas particulas. 610.12
Scheminus. 504.15
Schltdina. 447.47
Schoenhouia. 364.36
Scholarium ordo cœpit. 212.52
Schonebach. 698.21
Schonhouen oppidum combustum. 312.21
Schreckesbach. 578.13
Schuuartzuuald in pago Brisgauw. 623.47
Sciara de Columna scelerũ & captionis Bonifacii denuntiatur. 280.30
Scolaris cœpit ludere cum thuribulo. 320. 12
Scoteruuerff. 342.11
Scriptor librorum famosissimus. 120.29
Scriptum in Lateranensis Palatio. 121.43
Scripturæ marmoreæ tabulæ tenor. 618.1
Scuntra. 460.39
Scunterun. 475.31
Schuuigherthaal. 669.42
Sdencko de Sternberg iudex Regalis curiæ Boemiæ. 628.15
Sebastianus Ilsung à Petro Rehlinger iuxta villam Bergen occiditur. 614.16
Seditio Augustæ à textoribus excitatur. 613. 46
Seditio quæ facta in Parma. 441.50
Segardi multi combusti. 293.34
Segelhort. 724.44
Segehardus Fidelis dictus. 604.39
Senascallus Brabantiæ. 323.42
Senebaldus Cardinalis eligitur in Papam. 241.29
Senenses Imp. Carolum occidere voluerunt 305.20
Sepontina. 236.7
Septa. 344.25
Seramum campum. 51.20
Sergius II. Papa. 58.53
Seruntingen. 624.31
Seruatii Ecclesiola vbi. 98.22
Seruatius Episcopus Tungrensis. 6.36
Seruatius Tungrensis Episcopus. 2.36
Seruatius Tungrensis Episcopus. 15.51
Seueld. 586.53
Seuenberghe. 364.53
Seueriani maledictam dicebant legem Moysis. 114.22
Seuerinus II. Archiepiscopus Colonienſis. 7 14
Seuerinus Archiepiscopus Senonenſis. 8.23
Seuerinus IX. Episcopus Constantienſis. 630. 3.
Seuerinus Episcopus Tungrensis. 5.21
Seuerinus S. Martini animam in cœlum deferri conspexit. 296.36
Seuerus IX. Episcopus Constantienſis. 630. 3.
Seuica pro legione, tyrones conscribebantur. 595.28
Seymhusen. 192.26
Seynsberch. 296.21
Sezalacha. 553.8
Sibergh. 115.17
Sibylla Domini Iacobi Fuggari filia. 677. in tab.
Siccitas tanta in Francia, vt Rhenus siccis pedibus transiretur. 156.1
Sico quem Sigibertus vocat Octauianum 94. 95.55.1
Siczger. 504.10
Sidonius XIV. Episcopus Constantienſis. 630. 20

Siffridus Archiepiſcopus Moguntinenſis, & Epiſcopus Lameracenſis. 208.9
Sifridus Auguſtenſis Epiſcopus. 603.4
Sigevvinus Pontificalem Cathedram Eccleſiæ colonienſis adeptus. 127.36
Sigfridus Archiepiſcopus Colonienſis. 457.41
Sigfridus Rex Northmannorum. 69.14
Sigifrid. 446.30
Sigibertus XV. Epiſcopus Mindenſis. 726.7
Sigibertus Rex Auſtraſiorum. 24.47
Sigiberti Chronica finitur. 144.21
Sigibat. 449.44
Sigiburg caſtrum Saxonum capitur. 40.28
Sigidegam. 450.35
Sigilla duo. 619.15
Sigibotes. 447.45
Sigimar. 451.14
Sigimunt. 449.33
Sigiſmundus Aquisgrani coronatus. 356.24
Sigiſmundus Burgundiæ Rex concilium Epaoni celebrauit. 621.25
Sigiſmundus Comes Montfortius ſine literis obiit. 677. in tab.
Sigiſmundus Imp. Fridericum Graffen neker intrudere nititur. 683.10
Sigiſmundus Rex Conſtantiam ſe tranſtulit. 352.24
Sigiſmundus Rex vngariæ à Principib. Germaniæ auxilium petit cõtra Turcas 329.5
Sigiſmundus Rex Vngariæ. 328.9
Sigiperaht. 446.16
Signa crucis Iudæis apparuerunt. 261.27
Signa plurima viſa in aere. 339.53
Silingen. 724.45
Silmeſee. 625.12
Simeon ſanctus. 99.30
Similiter. 459.44
Simon de Lippen. 751.5
Simõ filius Ducis de Limborch in Epiſcopum eligitur. 208.13
Simon tituli S. Cæciliæ Presbyter. 265.42
Simpertus ex regali ſtemmate Francorũ Caroli. 598.22
Simplicius Archiepiſcopus Auguſtudunenſis. 8.24
Sindelfingen Præpoſitura. 624.22
Sindhilt. 449.36
Sindperaht. 453.30
Sinnagewe. 454.30
Sinningen vel Finningen. 607.2
Sintre quaſi Sein drey. 599.51
Sipplingen. 624.31
Sittard. 290.1
Sittingen. 624.44
Sliteſa. 497.36
Steitnuſis. 497.38
Stiereſa. 497.29
Steireta. 526.4
Slotelborg ædificatur. 731.10
Smalabach. 451.36
Smalunhusdi. 494.35
Snallung. 451.4
Snellung. 447.37
Sol obſcuratus & tenebræ factæ. 345.21
Sol & luna bis defecerunt. 44.17
Sol circa meridiem in duas partes diuiditur. 95.4
Soles tres viſi. 164.17
Soldanus de Yconio Rex Turcorum. 181.51
Soldanus extirpauit omnes Chriſtianos de terra ſua. 270.39
Soneſdorf. 523.15
Sophia de Mechlinia Reynaldi Comitis vxor. 282.21
Sophia filia Ottonis de Remigghen. 152.42
Sophia Florẽtii Bertoldi Mechliniæ filia. 310.50
Stephannus Abbas. 102.3
Stephanus Comes Bleſenſis. 129.47
Stephanus Dux Bauariæ. 402.24
Stephanus Epiſcopus Claremontenſis Cardinalis &c. 308.18
Stephanus de Nyenfeld liberauit Ioannem de Vornenborch. 315.41
Stephanus filius Comitis Salinenſis Epiſcopus Tungrenſis & Leodienſis. 74.24
Stephanus II. Papa. 36.4
Stephanus IV. Papa 54.29
Stephanus nonus natione Lotharingus 116.36
Stephanus nonus Canonicus & Archidiaconus Leodienſis. 111.7
Stephanus Rex Vngarorum. 442.29
Stephanus Rex Vngarorum. 436.53
Stephanus Vregarorum Rex vocatur. 95.49
S. Stephani præpoſitura. 624.22
Stenborch. 724.44
Sterrenrot. 579.29
Steti. 448.43
Steynberg. 497.36
Stocheim. 448.45
Strages tanta facta. 114.8
Styrmio. 498.26
Strevv. 511.6
Subſtantia panis manet in Sacramento. 355.2.

Sophia ſoror Henrici ſuperbi Guelfi. 666. in tab.
Soresdorf. 514.25
Sother martyr. 123.2
Speozesheym. 490.3
Spiculator à Rege decollatur. 327.28
Spiligern. 450.37
Spinea corona Domini. 234.14
Spiritus Guidonis multa reuelat in ciuitate Alexii prope Romam. 293.37
Spiritus repugnauit. 113.50
Spitignæus Dux Bohemiæ ad fidem conuerſus. 76.4
Stalringen. 625.11
Statua, æreum circulum circa caput habens in quo erat ſcriptum. 91.39
Statua aurea in Campo Martio intra Romam 93.53
Starcholf. 447.3
Stegemener. 498.22
Steigerberg caſtrum ædificatur. 730.46
Steinacha. 624.13
Stella magna in cœlo viſa. 118.26
Stellæ per pluuias de cælo in terram decidêre. 120.14.
Stellingwerff. 342.11
Stephanus Abbas floruit. 134.26
Subſolanus cum Auſtro aduerſus circum & Nothum. 611.34
Sulzidorfer. 446.20
Sumerauw. 674.30
Sunanafeld. 451.32
Sundheym. 519.10
Sunno Antenoris filius. 12.38
Sulpitius Tungrenſis Epiſcopus. 18.50
Sulzifeld. 402.26
Sulzifeld. 448.45
Swabingen. 600.12
Swabriot. 453.10
Swallungen. 402.26
Suatenborch. 280.7
Swanafeld. 448.47
Suetonius. 594.48
Sueuorum propugnaculum fortiſſimum. 595. 12.
Sueuos domuit ab Octauiano Druſus. 594. 44.
Swidpraht. 449.16
Swidperahtes. 447.45
Suidgirus Bambergenſis Epiſcopus. 105.14
Suinfurt. 489.5
Swinfurter. 503.19
Suoliſta. 451.13
Suollunga. 451.30
Sureth. 270.24
Swaberg Auguſtenſes incenderunt. 613. 25.
Swcberfeld. 497.19
Swabmechingen. 600.13
Swidmuot. 446.16
Suyca vel Suyna caſtellum. 99.37
Syboto Stolzhirs. 606.12
Sychus vir potens. 99.44. à Ioppone remuneratur. 100.11
Sydo. 141.52
Sydrona. 624.13
Sylueſter III. huius nominis Papa. 111.20
Sylueſter natione Aquitanus huius nominis ſecundus. 93.48
Synagoga hæreticorum vltra Coloniam. 233. 12.
Synodalis conuentus. 103.44
Synodus octaua celebrata. 62.50
Synodus Romæ in Eccleſia Saluatoris habita. 213.10
Syrenes imago per triduum ſtetit ſub muro ante Eccleſiam Leodii. 366.25
Syriaca. 139.151.160.170.174.196

T.

Tabulæ aureæ cum ſigno crucis. 515.9
Tabulæ marmoreæ ſcripturæ tenor. 618.1
Taco Longobardorum Rex. 11.5
Tagamar. 505.5
Tagedarsdorf. 624.43
Tamburlanus Tartarorum Imper. moritur. 343.31
Tancretus nepos Ducis Apuliæ. 129.48
Tancredus Rex Siciliæ exitum vitæ ſuæ ſortitur. 207.31
Tangibertus Epiſcopus Auguſtanæ Eccleſiæ. 597.36
Tartari ab Indis montibus egreſſi. 210.35
Taurus Biretius Philoſophus. 4.52
Tegenweiler. 626.52
Tempeſtas ventorum intonuit. 374.35
Tempeſtas valida per totum Pagum Senonicum. 116.31
Templariorum ordo exſtirpatus. 269.48
Templurii capti. 284.5
Templum Beatæ Virginis exſtructum. 3.31
Ten Eygen. 21.55
Tenor ſcripturæ marmoreæ tabulæ. 618.1
Terbwin. 449.17
Terra tremore concutitur. 611.32
Terræmotus factus eſt maximus circa meridiem. 93.39
Terræmotus in Cathalonia XX. ciuitates ſubuertit. 365.6

Terræmotus ingens ad XV. annos fuit. 174. 22
Terræmotus magni facti. 79.7
Terræmotus magnus factus vt tectũ Basilicæ B. Pauli Apostoli Romæ corrueret. 42.46
Terretona a sorpta lacu. 365.9
T sterbant. 103.55
Teutonum Rex. 96.50.
Thamas Archidiaconus Canthuarien. 184.33
Tharentasia. 44.13
Thasselgardi tyrannus. 434.9
Theatira Imperator Græcorum. 171.52
Theirhäupten Abbatia. 608.43
Theobaldus Archidiaconus Leodiensis. 259. 24
Theobaldus de Barro Episcopus Leodiensis captus. 287.31
Theobaldus frater comitis Barensis Leodiensis Episcopus. 280.53.& 281.1
Theodardus Episcopus Tungrensis. 25.11
Theodardus V. Traiectensis Episcopus. 47. 37
Theodebertus Rex Francorum. 19.48
Theodericus II. Archiepiscopus Colonienſis venit Paterbornam. 359.25
Theodericus Clouensis Comes de Benthem. 225.38
Theodericus Comes de Aldenborch. 75.43
Theodericus comes de Flandris victor. 206. 50
Theodoricus comes Hollandiæ. 65.18
Theodoricus II. comes Hollandiæ Theoderici I. filius. 73.50
Theodoricus de Horst. 411.14
Theodericus de Marcha Episcopus Leodiensis. 333.2
Theodericus de Mors Archiepiscopus Colonienſis. 339.50
Theodericus de Moersa Præpositus Bononiensis. 358.1
Theodericus de Moersa nuncios ad concilium mittit. 350.35
Theodericus de Patromiles. 243.32
Theodericus III. XLI. Episcopus Mindenſis. 731.26
Theodericus & Otto Comites Geldriæ armi potenter venientes in Traiectum. 209.13
Theodoricus filius Arnulphi succeſsit quartus comes Hollandiæ. 91.17 cometa grandis in modũ trabis iugiter apparuit 91.26. à Frisonibus miraculoſe fugat⁹ & victus ib. 28
Theodoricus Florentii Crasi filius Comes Hollandiæ. 152.39
Theodericus II. inter Archiepiscopos Treuirorum. 224.25
Theodmas Leodiensium Episcopus. 3.44
Theodericus Magnus Virdunensis Episcopus. 127.13
Theodericus Metensis Episcopus rebellat. 95. 38
Theodericus I. Mogontinus Præpositus Archiepiscopus Treuirensis. 84.36
Thodericus senior Comes Hollandiæ construxit ligneum cœnobium Egmunda. 65.25
Theodericus, Traiectensis episcopus electus. 213.39
Theoleich. 449.17
Theodolphus Floriacensis Abbas. 52.18
Theoleich. 449.47
Theoleiches. 447.45
Theodoricus de Moirsa. 407.28
Theodoricus Domicellus decreuit auxilio Roberti paternam hæreditatem recuperare. 121.27
Theodoricus XXXII. Episcopus Constantiensis. 665.10
Thodoricus I. huius nominis III. Episcopus Mindenſis. 724.20
Theodoricus II. huius nominis XIIII. Episcopus Mindenſis. 726.1
Theodoricus IIII huius nominis comes Hollandiæ V. 106.22. non habuit vxorem. ib. 47.
Thodoricus V. huius nominis, infans adhuc regnare cœpit. 120.38
Theodoricus Mindenſis Episcopus. 628.18
Theodericus Monasteriẽsis Episcopus. 225.14
Theodericus Wisigothorum Rex. 15.22
Theodorpf. 448.46
Theodorpher. 554.56
Theoduinus Doctor V. I. Episcopus Leodiensis. 112.30. obiit ib. 49
Theophilus Portuensis Episcopus Papa. 102.6
Theophilus Imp. Græcorum. 57.893
Theotbald. 449.48
Theotburg. 450.5
Theotgart. 446.11
Theotleich. 451.18
Theotmaroto. 446.10
Theoto. 488.12
Theotricheshus. 515.9
Theotsuuind. 446.11
Theylinghe castrum. 375.29
Thielrewerde. 256.50
Thiofbach. 462.41
Thiotbisg. 449.36
Thiotilt. 449.36
Thomas Aquinas à Ioanne Pontifice inter Sanctos relatus. 293.20
Thomas de Aquino. 259.53
Thomas de Aquino Doctor sanctus claruit. 239.49

239. 49.
Thomas de Cantiprato. 249.13
Thomas de Sabaudia mortuus. 287.30
Thorenburch. 247.48
Thornout. 299.9
Thozzo per S. Magnum ad Episcopatum Augustensem promotus. 598.6
Thrancrates. 446.43
Thuno de coldix Magister Imper. Cameræ. 751.3
Thuring. 624.44
Thuringia. 115.31
Thurpfilin. 536.6
Thymes. 351.5
Thyrsus martyr. 122.54
Ticinenses. 430.34
Tietwinus. 583.5
Titus. 412.27
Toletanus nigromanticus. 233.21
Toleto. 351.10
Tollefeld. 502.31
Tollifeld. 511.29
Toraspe. 237.42
Torncheym. 506.26
Torneamentum apud Nussiam fuit. 223.26
Totila Ostrogothorum Rex obsedit Romam. 19.15.
Totta. 446.11
Tozzo præsul. 612.55
Traiectensia. 18.21.22.24.33.38.47.50. 557.57.61. 66.71.77.85.88.90.91. 98.114.126.136.155.165.174.185. 194.209.213.219.224.229.236.249. 269.271.279.294. 295.299.301.314. 319.324.340.369.373.
Traiectus Vindonissensis. 622.14
Traiectensis Ecclesia absoluta. 98.39
Traianus Imp. victis Sarmatis condidit ciuitatem Nicopolim. 329.3
Trauertensis Ecclesia humiliata. 370.30
Treber filius Nini Assyrorum Regis vrbem Treuerim condidit. 12.45
Trebeta filius Nini Assyrorum Regis profugus à facie nouercæ suæ Semiramidis. 12.46
Trecensis vrbs conflagrat. 204.12
Treiectensis ciuitas maxima ex parte crematur. 147.42
Trenta. 195.44
Tres Lunæ in cælo apparuerunt. 290.30
Treuerim venit Henricus Imp. 95.14
Treuirensia. 1.4.5.6.7.8.12.16.17.20.21. 22.24.26.31. 39.56.61.65.69.74. 76.83.84.90.95.98.112.122.148. 154.155.160.174.201.204.224.239. 255 279.286.308.315.
Tribeltingen. 624.1
Tricenah. 255.50
Trinitatis ordo surrexit. 212.1
Triplex pauimentum. 610.3
Trosseltet. 305.1
Troylus Hectoris frater genuit. 675. in tab.
Trudo nobilis genere floruit. 24.52
Tuberus Archiepiscopus Treuirensis. 74.48
Tuiciensem Abbatiam Heribertus ædificauit. 92.7.
Tuicii Abbatiã Heribertus in honorem Saluatoris instituit. 92.20
Tulba. 165.26
Tulba. 446.32
Tulba. ibid. 36
Tulpedense oppidum. 316.53
Tulpethense castrum. 267.37
Tundali viso. 162.45
Tungide. 480.11
Tungrense oppidum. 336.1
Tungrensia. 2.4.5.6.7.13.18.22.24.29. 49.
Tungeris monasterium inceptum. 367.1
Turcum. 196.53
Tuscia. 137.21
Tuoto. 447.38
Turca terminos Christianorum magna ex parte inuadit. 129.31
Turcæ victi. 131.2
Turni laurea. 109.19
Turonum. 44.14
Turcarũ Imp. catenis aureis victus. 343.34
Turcarum triginta millia à Christianis cæsa. 377.16
Turris ab imo paulatim resedit ac si inferius cerea lequefacta. 611.8
Tyberiadis. 141.52
Tyberiadis à Tyberio dicta. 594.54
Tyberius Claudius Nero Moguntiæ Pyramidem statuit. 591.4
Tyberius III. Imp. 29.28
Tyberius natus ex Liuia. 594.43
Tyberius pater coactus repudiare Liuiam. ibid. 44.
Tyethgardus Archiepiscopus Treuirensis. 61. 14.
Tyrannus Thesselgardt. 434.9
Tyrus Hebræa lingua Sordicta vrbs maxima. 152.21

V.

Vadilramme. 492.51
Valckenborch. 289.55
Valckenburg. 257.1
Valens Imp. victus & igne crematus. 11.39
Valentinus Arelatensis Archipiscopus. 8.22

Valentinus Episcopus Treuirensis. 6.23
Valētinus vltimus Episcopus Tungrēsis. 4.46
Valerius. 564.48
Valerius Antisiodorensis Archiepiscopus. 8.23
Valerius Treuirorum Archiepiscopus. 1.34
Valesii hospites suos castratos ad Episcopatum promouebant. 114.19
Valle Caulium ordo cœpit. 213.5
Valliæ S. Mariæ Monasterium fundator. 215.27
Vallis Dei monasterium fundatur. 215.26
Vandali à Gothis victi. 10.22
Vandradus Lubekegowe *Lubeche Mindinensi Ecclesiæ donauit.* 725.37
Vanum est orare pro mortuis. 355.15
Varenburg. 62.1
Vdascalcus Abbas. 605.23
Vdalscalcus vir præclarus. 599.21
Vdalricus Baro de Castel XXXIX. Episc. Constantiensis. 668.7
Vdalricus Comes de Sultz. 402.33
Vdalricus Comes de Wittenberg in bello cecidit. 613.42
Vdalricus Comes de Montphort. 402.28
Vdalricus comes Brigantii. 647.*in tab.*
Vdalricus Dux Boemiæ. 424.15
Vdalricus de Aderbach vel Biberach 605.45
Vdalricus Dux Bohemiæ. 439.37
Vdalricus Episcopus Albanensis. 666.8
Vdalric⁹ Hugewaldi Comitis filij⁹ XXXVIII. Episcopus Constantiensis. 667.37
Vdalricus nomine Maximus. 667.2
Vdalricus Pffefferhart L V. *Episcopus Constantiensis.* 678.38
Vdalricus sanctorū cathalogo ascriptus. 601.1
Vdalricus Schwartz miles. 679.4
S. Vdalrici Abbatia. 624.20
Vdalrici & aliorum corpora. 596.26
Vdo Comes Francigena regnū inuadit. 438.5
Vdo Episcopus intronisatur. 122.40
Vdolmā Augustensis Ecclesiæ Episcopus. 599.9.
Veluæ pagum. 214.34
Veneti corpus S. Marci Euangelistæ ab Alexandria transtulerunt Venetias. 17.9
Venus mulier obscœna. 593.48
Veneris statua areæ. 115.52
Veneris cultura damnatur. 3.30
Ventus vehementissimus extitit vt syluas tēpla & templa & turres funditus subuerteret. 763.17
Ventus validus. 376.13
Ventos duodecim propriis nominibus appellauit Carolus Magnus. 42.14
Vercopers. 304.15
Verena Comitissa S. montis filia Alberti ex Vrsula comitissa à Schāburg. 679.*in tab.*
Verena vxor Friderici comitis Hohenzollerani cognomento Mulle. 673.*in tab.*
Veronica à Lauffen *vxor Emrici à Neuenburgk.* 684.*in tab.*
Vero. 625.9
Versus in laudem Clementis Papæ. 300.10
Versus de obitu Chunradi Imperatoris. 443.30
Versus recurrentes. 300.17
Vexillifer B. Martini. 225.48
Victor Papa in Gallias veniens. 109.32
Victor II. *Papa natione Alemannus.* 114.51 *in Gallias veniens glorioſe ab Hērico Imp. suscipitur.* 115.7
Victor III *Abbas Casinensis in Papam eligitur.* 127.48
Victorinus Rhetor. 9.3
Victor Vangionum Archiepiscopus 8.22
Victoriosissimus Dux Brabantiæ obiit. 290.13
Videret. 342.7
Vienna quasi Bienna. 32.41
Villa publica à vicino monte nominata. 85.53
Villæ de Infaes. 324.46
Vincentius Burgundus de ordine Prædicatorum. 241.42
Vincentius de Valentia. 321.47
Vincentius Speculator claruit. 239.52
Vindisch. 621.9
Vindonissa. 619.9
Vindonissa ab Alemannis vastata. 621.9
Vindonissa sedes Episcopalis. 622.28
Vindonissa suburbium. 621.1
Vindonissensis Episcopi. 622.28
Vir absque manibus natus lagunculas nouas fecit. 321.51
Virduni vrbs incensa. 110.53
Virga Moysis ac Aaron. 612.31
Visbecke monasterium fundatum. 725.14
Vita Conradi Salici Episcopi Constantiensis 638.1
Vitus de Rechberg. 401.40
Viti Martyris reliquiæ. 93.7
Viterbium cepit Fridericus. 223.25
Vitudura Constantia antea appellata. 617.44
Vlisbona. 351.14
Vlm ab Imperatore Carolo obsessum. 613.33
Vlna ciuitas. 150.45
Vlricus à Rādeckh eques auratus 683.*in tab.*

Vlricus Baro à Brandis. 679.in tab.
Vlricus Comes de Gamentingen. 647.in tab.
Vlricus Comes Montfortius Dominus Pregantii. 675.in tab.
Vlricus Comes de Lentzenburg. 625.31
Vlricus Comes in Kyburg. 664.in tab.
Vlricus de fridingen LVII. Episcopus Constantiensis. 679.15
Vlricus discipulus Alberti claruit. 239.52
Vlricus Goldast. 679.4
Vlricus Guttinger Decanus. 680.4
Vlricus Hugonis II. filius Montfortius in Pregentz. 675.in tab.
Vlricus iunior fundator Monasterii Brigantini. 647.in tab.
Vlricus Roggweiler. 679.5
Vlricus Struoli vocatus. 679.5
Vltraiectensia. 27.32.
Vlstram. 553.34
Vltionis diuinæ exemplum. 726.53
Vngarorum gens ad fidem Christi conuertitur. 95.47
Vntrageuus. 553.8
Vnuuanes. 447.45
Vocon vel Vocor. 365.26
Vollemarus XIX. Episcopus Mindensis. 726. 48.
Volmensteyn. 281.36
Vlneshegge castrum. 180.17
Vollentro Ioannes Episc. cum terra Transelina Geldriæ Com. impignorauit. 295.40
Volusianus Episcopus Treuirensis. 17.45
Volquinus XXXV. Episcepus Mindensis. 730.30
Volthem. 724.45
Vorst castrum. 225.4
Vosburgk. 529.15
Vota. 450.5
Votilo. 449.16
Vox Angelorum audita. 113.38
Vradislaus Pannoniæ Rex. 377.18
Vrbanus coronauit Imperatricem vxorem Caroli. 306.34
Vrbanus II. Odo nominatus contra Imp. & Guicbertum fit Papa. 128.4
Vrbanus III. Papa. 203.35
Vrbanus IV. Papa. 254.38
Vrbanus V. Gaualitanus Papa. 312.41
Vrbani VI. Papæ electio friuola. 321.20
Vrbani corpus Romam translatum. 59.41
Vrbigenum siue Virdunissensium priuilegium. 621.33
Vrbs à loco denominata. 723.42
Vrdingen. 406.52
Vrdorpf. 466.11
Vrechen dirutum. 288.55
Vreda. 298.43
Vredelandt cum adiacentibus villis Ioannes Episcopus Comiti Hollandiæ in Vadimonium dedit. 295.39
Vrendesweld. 371.12
Vridorf. 484.41
Vringen. 624.47
Vrsa. 623.4
Vrsinus III. Episcopus Constantiensis. 629.26
Vrsicinus Tungensis Traiectensis Episcopus. 18.37
Vrsula Burggraui Noribergensis Friderici filia. 682 in tab.
Vrsula Comitissa à Pfird. 673.in tab.
Vrsula filia Reynhardi Comitis in Solms 677. in tab.
Vrsula vxor Aluuici Comitis à Sultz. 673.in tab.
Vrthorpf. 487.10
Vrtorphe. 455.10
Vta Comitissa Furstenbergica. 681.in tab.
Vterpendragon Britanniæ Rex. 16.40
Vthilda filia ducis Saxoniæ. 121.27
Vto Archiepiscopus Treuirensis. 682. in tab.
Vtzopius & venerabilis Comes. 644.22
Vuag. 451.15
Vualabur. 553.8
Valachfrid. 451.15
Vualafrid. 449.34
Vualdger. 450.2
Vualgereshus. 130.30
Vualgotz. 450.3
Vuaning. 450.3
Vuasahilt. 453.30
Vueithaha. 537.46
Vuerdheri. 450.45
Vuueringauui. 448.43
Vueringew. 491.27
Vuerinniui. 449.36
Vuesthus. 500.26
Vuigbracht. 450.37
Vuighartesheym. 466.21
Vuillihelm. 447.3
Vuillihilt. 450.5
Vuilliperaht. 450.46
Vuintgraben. 452.3
Vuisefeld. 586.53
Vuihlaug. 451.47
Vuito. 451.15
Vuizolf. 450.3
Vulachfrid. 449.17
Vultaburch. 27.22
Vunsterpianum Monasterium quando conditum. 724.22

Vuoldsaze. 451.32
Vuolfboto. 491.52
Vuolfeshard. 498.19
Vuoslind. 450.4
Vrmherri. 451.48
Vzzo. 447.37
VZZunaha. 544.26

W.

WAbernhelm 457.45
Wachtendunck. 408.47
Wadekindus II. de Monte XLIV. Episcopus Mindensis. 731.51
Waden. 581.35
Waerden. 253.20
Wagenhausen Abbatia. 624.20
Wagerslach. 624.4
Wago. 480.52
Walacria in Middelborch. 148.27
Walafrides. 446.44
Walbertus Bertiliam virginem regii sanguinis in vxorem duxit. 21.45
Walcandus Leodiensis Episcopus. 50.55
Walchenstain. 601.54
Waldenberch. 238.21
Waldetrudis Ecclesia arsit. 143.51
Waldetrudis Walberto successit in comitatu. 22.3
Waldrada reginæ nomen sortitur. 63.53
Waldrich. 446.26
Waldsaze. 448.50
Waldsaze. 480.37
Walecras. 148.3
Walene. 217.10
Waleranio Comiti Lymburgensi datur Ducatus Lotharingiæ. 156.27
Waleriani filius. 246.38
Wales. 148.3
Waleuuiis. 625.11
Walia. 135.28
Wallfluuius. 69.12
Wallenburg. 625.10
Walramus de Moersa. 372.12
Walramus Domino de Valckenburg fidem & pactum non seruat. 257.26
walramus Dux Limburgensis. 225.8
walrami eligitur in Episcopum. 208.13
walramus frater Wilhelmi Comitis Iuliacensis. 295.46
walramus germanus Regis anteportam Brixensem interfectus. 287.18
walramus nobiles in westphaliam contra inimicos misit. 297.2
walterus Berthuot. 258.13
walterus Gabilonensis Episcopus. 131.14
walterus cognomento Tyrianus. 136.20
walterus de Cauintin. 215.16
walterus de Ouerkyn captus ac decollatus. 331.46
walterus de Stofflen. 679.3
walterus miles nobilis. 238.33
walterus Senonensis Archiepiscopus Robertum cõtra Carolũ vnxit in Regem. 71.36.
waltolfes. 446.45
waltarych Longobardorum Rex. 11.5
waltrat. 462.3
waltgerus Comes de Teysterbant. 65.40
waluuys. 624.42
wancheym. 502.2
wangen. 625.7
VVangheim. 448.41
VVaning. 446.16
VVargast. 492.18
VVaremia castrum. 98.27
VVaren. 446.44
VVaringrauue. 448.41
VVarinus Archiepiscopus Colonienſis baculum secans per medium. 2.47
VVarinus Episcopus colonienſis, pontificalem cathedram sortitus est. 88.8. baculum sancti Petri secans per medium. ib.18
VVarmannus Comes de Dillingen & Kyburg. XXX. Episcopus Constantiensis. 663.49
VVarmunt. 492.16
VVartbuhel. 624.40
VVasagga terra. 102.5
Wassenberch. 217.42
VVazo vel Guatzo Leodiensis Episcopus. 109.43
VVazo vel VVaso secundus. 110. 20. quinquaginta libras pro damno mittit. ib.53
VVenceslaum filium suum Carolus Cæsarem fecit. 306.37.
S. VVedasti cœnobium Atrebatensis concrematur. 148.8
VVede. 238.21
VVendegensteen. 732.48
VVedekindus de Hoya. XXXII. Episopus Mindensis. 729.50
VVehilo Comes. 437.47
Veifneres. 472.51
VVolff Comes sueuia. 434.29
VVelfo Dux. 625.29
Vuelfo magnus miles rebellat Imperatori Conrado Salico. 637. in tab.
vvellenburg castrum destruitur. 613.48
vvenceslaus Com. Lucenburgensis à Carolo Rom. & Bohemiæ Rex in Ducẽ coronatur. 305.38.

VVenceslaus Dux Brabantiæ. 309.9
VVenceslaus Dux Lucenburgi bellum contra Wilhelmum primum Ducem Iuliacensem gesit. 309.50
VVendrichen. 363.20
VVenemarus Fulconem interfecit. 81.27
VVengen. 608.50
VVenito. 471.40
VVennarus Dominus de Kuyck. 331.18
VVentiles. 472.50
VVenzeslai XXI. mirabilis peregrinatio. 230.25
VVenzeslaus alter Nero. 327.35
VVenzeslaus Dux Bohemiæ. 76.6
VVenzeslaus opauiæ Dux. 751.1
VVenzeslaus Princeps Bohemiæ martyrisatur à fratre. 78.33
VVenzeslaus Rex Bohemiæ. 326.8
VVenzonis frater. 109.47
VVerde. 278.15
VVerdun castrum obsedit Rex Fridericus. 220.40
VVerenfridus Anglus. 27.41
VVernerus Archiepiscopus Treuirensis. 316. 15
VVernerus Baro de Stauffen XLV. Episcopus Constantiensis. 669.24
VVernerus Comes in Kyburg. 664.in tab.
VVernerus de Merode Baro. 289.10
VVernerus II. Dominus Vindonissæ. 671.in tab.
VVernerº Episcopus Argētinēsis 671 in tab.
VVernerus XXV. Episcopus Mindēsis. 727.51
VVernerus III. Lantgrauius Alsatiæ Comes ab Habspurrg. 672.in tab.
VVeringoos. 447.15
VVeringontZ. 446.16
VVerinharius Argētinēsis Episcopus. 423.47
VVernherus Abbas. S. Galli. 625.29
VVerinoltes. 445.46
VVesant. 446.16
VVesterborch. 161.3
VVesterroert. 28.53
VVestereyssenberge. 714.45
VVesthus. 521.9
VVesthusen. 487.29
VVestheym. 519.10
VVestphalia. 115.30
VVibertus magnis miraculis claruit. 134.8
VViblingen. 603.9
VVibratta acta inclusa. 599.51
VVicgero comiti in Brabantia Amelberga Walberti filia in vxorem datur. 21.51
VVicho Augustensis Ecclesiæ Episcopus. 207. 36
VVick. 61.40
VVickboldus I. in Pontificem Ecclesiæ Colonienſis est electus. 277.27
VVickfridus Præses Colonienſis. 76.40
VVickleef hæresis incipit in Bohæmia. 329.35
VViclephi articuli. 355.1
VVicterpus præsul. 612.55
VVidelo XXII. Episcopus Mindensis. 727. 17
VVidenes Castellum. 252.42
VVighart. 449.18
VVigheri. 447.37
VViginandesfanck. 497.21
VVigoltingen. 624.37
VVigreshusin. 490.3
VVigrich. 446.30
VVilaresfelde. 447.26
VVilhelmus Abbas in Hirsavv. 666.18
VVilhelmus ad conditionem pacis venire cogitur. 155.18
VVilhelmus Anglicus. 212.53
VVilhelmus Anglicus. 140.42
VVilhelmus Argentinēsis Episcopus. 425.50
VVilhelmus Atrebatensis Canonicus & Archidiaconus Leodiensis. 281.2
VVilhelmus Augustam non intrauit. 603.14
VVilkinus Bursche XLVI. Episcopus Mindensis. 732.32
VVilhelmus Bursche XLVI. Episcopº Mindensis. 732.32
VVilhelmus Comes de Oesternande. 334.24
VVilhelmi Cæsaris priuilegium. 744.15
VVilhelmus Comes cognomēto Bonus. 282.5
VVilhelmus Comes Hollandiæ Aquisgrani coronatus fuit in Regem Rom. 237.2
VVilhelmus IV. Comes Hollandiæ. 298.40
Vvilhelmus comes Hollandiæ in Regem Romanorum electus. 243.55
Vvilhelmus Comes Hollandiæ vbique dictus magister militum. 281.23
Vvilhelmus III comes in PregentZ. 675.in tab.
VVilhelmus Comes Iuliacensis. 238.30 eius anima vbi. 239.9
VVilhelmus VI Comes Osteruandiæ. 343.39
VVilhelmus custos Argentinensis. 681. in tab.
VVilhelmus de Bleda vel VVeda. 307.44
VVilhelmus de Brederaed miles. 247.43
VVilhelmus Dux Geldriæ. 202.16
VVilhelmus de Iulemont. 288.35
VVilhelmus de Iuliaco Præpositus S. Seruatii Traiectensis. 285.7
Vvilhelmus de Nogareto scelerum & captionis Bonifacii Papæ accusatur. 280.30

Wilhelmus de Geldria Episcopus Traiectensis. 114.44. requieuit in Domino. ib.48
Wilhelmus de Herion pater & filius decapitati tanquam patriæ proditores. 337.40
Wilhelmus de Hollandia Comes Episcopum in monasterio Scauriæ armata manu cœpit. 313.55.214.1
Wilhelmus de S. Amore. 251.52
Wilhelmus de Warnaue. 401.40
Wilhelmus de Wyndeshem ad propria reuersus. 382.16
Wilhelmo duci Palatino Comitatus Hollandiæ ad custodiendum datur. 303.51
Wilhelmus Doctor & cantor Parisiensis. 325.4
Wilhelmum Domicellum Hollandiæ Otto Episcopus in tutelam suam suscepit. 229.19
Wilhelmus Dux Bauariæ & comes Holl̃adiæ furiosus & amens prorsus factus. 308.13
Wilhelmus Dux Geldriensis ac Iuliacensis obiit. 322.49
Wilhelmus Dux Geldriæ mouit maximum bellum. 331.15
Wilhelmus de Viola. 392.33
Wilhelmus XXX. Episcopus Mindensis. 729.40
Wilhelmus electus Colonienſis. 311.34
Wilhelmus frater Thomæ Comitis Flandriæ & Hannoniæ electus in in Episcopum Leodiensem. 239.35
Wilhelmus Grimoaldi Abbas S. ordinis Benedicti. 312.43
Wilhelmus Iuliacensis Marchio. 311.44
Wilhelmus miles parochialem S. Mariæ Magdalenæ fundauit. 83.2
Wilhelmus ob probitatem dictus pius Comes. 283.7
Wilhelmus Palatinus Rheni Dux Bauariæ cunctis diebus vitæ suæ bella gessit. 361.42
Wilhelmus Pius Dux Aquitaniæ. 73.43
Wilhelmus Porcus. 219.52
Wilhelmus puer crucifigitur à Iudæis in vrbe Norvvico. 162.23
Wilhelmus Rex Occisus à Frisonibus. 248.6.
Wilhelmus Rex Germaniæ & Comes Hollandiæ. 123.13
Wilhelmus Rex Siciliæ. 178.50
Wilhelmus Rufus Rex Angliæ. 136.3
Wilhelmus senior Montfortius in Prengent miles Ludvvici Imp. 675. in tab.
Wilhelmus Traiectensis Episcopus, impetrauit Comitatum Hollandiensem & Abbatiam Egmundensem. 120.43,46
Wilhelmus tutor Hollandiæ contra matrem suam tumultuari cœpit. 303.55.304.1
Wilhelmus Waler nocturno tempore decollatus. 613.32
Willibertus Archiepiscopus Coloniẽsis. 67.9
Willibracht. 447.38
Willibrãdus Paderbornẽsis Episcopus. 230.4
Williboldus Anglus. 27.40
Willisuuind. 446.12
Willibrordus clericali charactere tonsus. 27. 30.33.12.
Willibrandus Episcopus in xvvol obiit. 231. 33.
Willigart. 447.25
Willingis. 470.43
Wilmar. 112.18
Winiboldus Abbas. 27.40
Windekindus Rex Francorum. 723.55
Windeli subacti. 106.53
Winidi qui dicuntur. 95.36
Winido. 503.24
Wintgraba. 445.34
Wintgraben. 449.21
Wintgrabom. 449.30
Winterthuna. 624.27
Winterhaim. 604.25
Winteltumba. 135.30
Wintgraba. 452.33
Winthichindus Dux Saxonum in Northmanniam fugit. 40.40
Wintonia. 136.30
Wipponis epistola ad Henricum Regem. 421. 15.
Wirbina castrum. 440.2
Wissendanga. 624.27
Witholdus Dux Lythauiæ baptizatus Alexander vocatus. 328.52
Witrati. 472.49
Witteslor. 253.16
Witterpus Augustensis Ecclesiæ Episcopus. 597.49.
Wizzideghalb. 492.47
Wizzidiges. ibid.48
Woerden Guidoni traditur. 278.49
Wolframnus. 498.47
Wolgangus à Brandis. 679. in tab.
Wolbodo Abbas depositus. 125.36
Wolbodo Episcopum Leodiensis. 100.27. vide Durandus.
Wratislaus II. Rex Bohemiæ. 210.8
Wolckenburch. 238.45
Woleleon, Volelos, Voleleos } XVII. Episcopus Constantiensis. 633.30
Wolemarus succeßit Vdalscalcum. 605.15
Wolfardus in Delft occisus. 277.4
Wolfberen. 472.54

Wolfasbouhel. 494.28
Wolfesharoder. 526.41
Wolfgangus Comes Montfortius valetudinarius. 677.in tab.
Wolfgangus Princeps Ferdinandi Cæsari Oeniponti. 676.in tab.
Wolfhardus Baro à Brandis. 679.in tab.
Wolfhardus Episcopus Augustensis. 603.5
Wolfolteſtrew. 520.38.
Wolfperen. 462.39
Wolframus Nellenbergicus ordinis Teutonici per Germaniam Magister. 682.in tab.
Wolfweini. 624.6
Wordenborh. 302.3
Worgne castrum. 257.27
Wornick. 266.25
Woronch castrum. 257.40
Wortigirnus Rex Britanniæ. 17.22
Wulbrandus de Halrmunt. XLIX. Episcopus Mindensis. 732.47
Wulfarius IV. Episcopus Mindensis. 724.28.
Wulfrannus Zenonensis Archiepiscopus in Frisiam contendit. 28.22
Wulfhild Welfonis filia. 647.in tab.
Wurinch territorium Colonienſis. 237.50
Wychardus Lugdunensis Episcopus. 164.47
Wych. 375.12
Wyndechem. 332.30
Wyndesheim. 341.16
Wyndesem. 381.33
Wyndesim. 325.10
Wyndesemense monasterium. 349.5
Wyhonia. 339.2

X.

Xantis Troia minor. 65.43
Xeniis manibus. 595.50

Y.

Yberlingen. 670.19
Yda Alberti filia. 322.41
Yda Ducis Lotharingiæ filia. 110.44
Ymania filia Comitis Loſſensis. 168.38
Yſelmondo contra Dom cellum propugnaculis firmiſſimis communita. 126.35
Yſo monachus S. Galli. 635.6

Z.

Zangenesbach. 497.40
Zallis floruerunt magna ſtudia litterarum. 342.18
Zazo. 495.53
Zelo Episcopi præsentia. 621.32
Zeno Imperator. 11.47
Zenonis. 44.12
Zenzius Episcopus Bellunensis factus Papa. 119.25.
Zephyrus contra vulturum. 611.33
Zeyſo Augustensis Episcopus. 597.37
Zierzee collegium fundatum. 312.13
Zindergeshaga. 65.11
Zigerbach. 494.29
Zitcoma. 505.9
Ziuncilesbach. 492.32
Znoyma. 357.18
Zoensis oppidum. 409.38
Zoers. 348.34
Zoſimus nouam monetam publice distribuit. 620.48.
Zozima poſſeſsiones comparare cæpit. 594.11
Zozimas Romam vſq; ſe conferens. 593.42
Zuederus de Kulenborch factus Episcopus Traiectensis. 369.32
Zuederus in monasterio Carthuſienſi Baſileæ ſepultus. 372.4
Zuederus Vterloe nepos Giſelberti de Vianna. 319.28
Zudensis Episcopus exoſus. 295.9
Zuſatiensis oppidum Cunibertum Eccleſiæ Colonienſis acquiſiuit. 21.34
Zwiſgenfach. 520.29
Zurzach. 670.55
Zutphaniæ comes. 104.14
Zuylen. 365.17
Zwederus Vterlæ. 302.14
Zwell. 369.54
Zwolis. 302.3
Zwollis. 349.12
Zwicbertus Anglus ex ſtirpe Saxonica. 27.29.
Zwyſalten monaſterium. 630.30

FINIS.

A 2394542